Magnipendo, is, endi, ensum, a. 3. *efaltare, riputare da molto*, מנהיג, Ger. *groff abster*, Gal. *fort estimer*, & *priser*, Hisp. *estimor*, o *apreciar* magnifico, *επι πολλῶν πόνων*, in magna estimatione habeo. *Ter. Adolph. 5. 4. 25.* Ego quoque a meis ine amari, & magnipendi postulo. *Adde Plaut. Stich. 1. 2. 78.*

Magnitas, atis, f. magnitudo, apud vet. *Accius apud Non. c. 2. n. 523.* Nanque fat frugi neque dici potest pro magnitate.

Magnitudo, nis, f. 3. *grandezza*, מנהיג, Germ. *groffe*, Gall. *grandeur*, Hisp. *grandeza*, μαγνῶτης, amplitudo, moles. *Cic. 1. Offic.* Etiam si dinumerare se stellas, aut metiri mundi magnitudinem posse arbitrareretur. ¶ Magnitudo animi est præstantia, excellentia, sublimitas animi, *grandezza d'animo. Cic. 1. Offic. c. 20.* Vera & sapiens animi magnitudo. Eo loco docet Cicero, quibus in rebus posita sit. ¶ Dicitur magnitudo & de aliis rebus, ut magnitudo fructuum, pro copia, *Cic. in Rull.* magnitudo æris alieni. *Idem pro Rosc. Amer.* magnitudo periculi. *Idem pro Quint.*

Magnopere, adv. *sommamente, molto*, מנהיג, Ger. *sechr*, Gal. *besucoup*, Hisp. *mucho*, μαγνῶ, valde, vehementer. *Cic. Cassio. l. 15. Fam.* Tibi Romam magnopere properandum censeo. ¶ Non *magnopere laboro*, non valde curo. *Cic. pro Rosc. Com.* Et quorum recidat responsum tuum, non magnopere laboro. ¶ Aliquando *magno opere* separatim legitur. *Plaut. Caf. prol. v. 21.* Vos omnes opere magno esse oratos volo.

Magnum, adv. *magnopere*, valde. *Plaut. Mil. 3. 2. 10.* Nam eo, magnum clamat, tetigit calicem. *Id. Mofl. 2. 2. 57.* Atque ille exclamat de repente maximum.

Magnus, a, um, *grande*, מנהיג, Ger. *groff*, Gal. *grande*, Hisp. *grande*, *mayas*, grandis, a *μαγνῶς*, intero n, quomodo a *regno* est *regnum*. *Cic. in Orat. c. 10.* Magnus opus, & arduum, Brute, conamur. *Virg. Georg. l. 4. de apibus*, magnis agitant sub legibus ævum. h. e. gravibus, nec facile violandis. *Tacit. 11. Ann. c. 36.* Sponte, an coactus tam magna peccavisset, nihil rellere. Ubi alii minus recte leg. *magne*, tanquam sit adverbium. ¶ Ponitur interdum pro multo. *Id. l. 1. Æn.* Ac veluti magno in populo cum sæpe coorta est seditio. *Petron. in Satyr. c. 125.* Dum hæc magno tempore Crotonæ aguntur. ¶ Item pro divite, & potenti. *Juven. Sat. 6.* magnos visurus amicos. ¶ Item pro insigni, memorabili. *Tacit. in Agric. c. 34.* Imponite quinquaginta annis magnum diem. ¶ Item pro venerabili, Augusto, potenti. *Virg. 3. Æn.* Numina magna loci. ¶ Item pro elato, alto. *Id. pro Cæcin.* Magna voce conferi. ¶ Item pro stolido, sicut & Longus. *V. Marcial. l. 11. epigr. 57.* ubi in ambiguo hujus vocis ludit. ¶ Magni dicuntur homines præstantes ingenio, aut virtute: item qui magna res gesserunt. *Tacit. Agric. c. 44.* Bonum virum facile crederes, magnum libenter. *Cic. 3. Leg.* A magno homine, & in primis erudito Panætio tractata. ¶ Magnum annum dicunt Mathematici, quo septem sidera errantia, expletis propriis cursibus, subimet concordant. *Id. l. 2. de nat. Deor.* ¶ Magnus etiam dicitur de ætate, ut magnus natus apud *Liv. l. 3. h. e. ætate provecus.* Avunculus magnus, *ετο del zio. Cic. de clar. orat. V. Major*. ¶ Magnum est, è *gram cosa, è cosa difficile. Cic. 4. Acad.* Magnum est efficere, ut quis intelligat, quid sit illud verum bonum. ¶ Magno, absolute, pro magno pretio. *Cic. in Rull. c. 13.* Emere agros quam volent magno poterunt. ¶ Magni esse, pro æstimari. *Id. Fam. 15.* Magni erunt mihi litteræ tuæ. ¶ Magni tacere. *V. Magnificatio*. ¶ Compar. est *magis*, superl. *maximus*, quæ V. *Juis locis*.

Magddris, vel magydaris, f. 3. μαγδαρίσις, semen silphii, seu laserpitii. Galen. in Lexico Hippocr. Pollux, & Vossius. Sed aliqui radicem ipsam sic dixerunt, teste Dioscoride, ut Col. l. 6. c. 16. alii caulem, ut Plin. l. 19. c. 3. & Priscianus; alii succum, ut Helychius tradit. Est vox Cyrenaica, & a qua regione succus ille, non natus quidem, qui computruisset, sed jam arte præparatus in regiones exteras advehebatur. Plaut. Rud. 3. 1. 19. Si tibi confidis, fore multam magudarium.

Magus, g, m. Mago, stregone, מַגִּי, Ger. zuberer, Gal. magicien, Hisp. magico, μαγος, dictio Persica, quæ apud eos significat sapientem. Sapientes enim Persæ Magos vocant, ut Græci Philosophos. Cic. 1. de Div. c. 23. Et Magos dixisse, quod genus sapientum, & doctorem habebatur in Persis. Et infra: Et in Persis augurantur, & divinant Magi, qui congregantur in fano commentandi causa, atque inter se colloquendi. Nec ququam Rex Perfarum potest esse, qui non ante Magorum disciplinam, scientiamque perceptorit. ¶ Convetudine, & sermone communi pro malefico, seu incantatore accipitur. Nam cum Magi apud Perfas potissimum Deorum cultui vacare solerent, in tantum potesta aucta est eorum vanitas, ut non solum observatione siderum futura prædicere, sed artibus quibusdam, & maleficis & scire se omnia, & facere posse profiterentur. V. Apul. in Apol.

Magus, a, um, adject. magicus. Ovid. 1. Amor. eleg. 8. Illa magas artes, &æaque carmina novit.

Maja, f. 1. Μαΐα, Atlantis filia, ex Plejone Nympha, ex qua Jupiter Mercurium suscepit. Huic Romani mense Majo sacrificabant. Sed quidam affirmant, teste Macrobio l. 1. sat. c. 12. quibus Cornelius Labeo consentit, hanc Majam, cui mense Majo res divina celebrabatur, terram esse, hoc adeptam nomine a magnitudine, sicut & Mater Magna a Græcis vocatur. Virg. 1. Æn. v. 301. Maja genitum demittit ab alto. ¶ Fuit altera hoc nomine, Fauni filia, cui in mellario vase non mel, sed vinum sacrificabant. ¶ Præterea Maja est una ex Plejadibus stellis. Virg. 1. Georg. v. 225. Multi ante occasum Majæ cœpere &c. ¶ Denique sic appellatur cancri genus maximum, grancevola. Plin. l. 9. c. 31.

Majalis, m. porco castrato, Germ. verschnitener, eber, Gal. pourceau châtre, Hisp. marrano, χιρὸς τοῦ καὶ, sus castratus. Isid. in Gloss. dictum censet, quia Majæ Deæ sacrificabatur, matri Mercurii. Varr. l. 2. de R. R. c. 4. Castrantur verres commodissime anniculi, quo facto nomen mutant, atque e verribus dicuntur majales.

Majesta, æ, t. uxor Vulcani, ab antiquo positivo majus pro magnus. Macrobi. l. 1. sat. c. 12. ex Pifone.

Majestas, tis, f. 3. μαῖσθᾶ, מַגִּי, Ger. majestet, Gal. majeste, Hisp. majestad, σπουδῆς, magnitudo, decus, amplitudo, & dignitas Populi, vel Senatus, vel Principis, Imperatorisve, aut etiam privati magni viri, ab antiquo positivo majus pro magnus. Apud Romanos proprie Populi erat. Senatus enim auctoritas dicebatur. Nam Populus scificere solebat, & jubere, Senatus censere, & auctor esse. Cic. 3. Phil. Ut omnes ad auctoritatem hujus Ordinis, majestatemque P. R. defendendam conspirasse videantur. ¶ Majestatis crimen est, cum ea tolluntur, in quibus vel Regis, vel Magistratus, vel Populi amplitudo verfat. Jigon. de ant. jure C. R. l. 3. c. 18. Hinc majestatem ledere, vel minuire, est aliquid committere contra dignitatem, vel amplitudinem Populi, Regis, Magistratus. Et majestatis rei dicuntur, qui de majestate læsæ, seu imminuta accusantur. Cic. in Partis. Majestas est in Imperii, atque P. R. dignitate, quam minuit is, qui per vim multitudinem ad leditorem vocavit. Id. pro Cluent. c. 35. Damnatu majestatis. ¶ Dicitur etiam de rebus inanimatis, ut Majestas nominis, id est magnitudo, sive dignitas, Majestas loci, id est ejus præstantia, sive excellentia; Majestas orationis, id est gravitas styli, &c. Martial. l. 1. Cum pars libri & major, & melior ad majestatem sacri nominis tibi allegata sit. Liv. l. 1. Quæ ipsius etiam loci majestate esset. Cic. de Am. c. 25. Quanta illi fuit gravitas! quanta in oratione majestas! ¶ Est etiam Dea, filia Honoris, & Reverentis. Ovid. 5. Fast. in princ.

Maji, m. familia in Italia, ex qua Majus avus maternus, & Maja mater Virgiliti Poetæ, torasse a magnitudine. Vulgo in vita Poetæ Magus legitur pro Majus; indeque fabula, avum maternum Maronis magis fuisse, ab eo Poetam didicisse artes magicas, his miranda illa fecisse Neapoli, quæ leguntur apud Arnoldum Abbatem Lubecensem in Chronico Slavorum l. 4. c. 19. Sed avum Maronis non magum dictum, verum Majum, argumento est, quod ab eo mater diceretur Maja. Voss.

Major, & majus, maggiore, μαῖζων, comp. nominis magnus, a Græca voce allata. Nam quia antiqui Romani carebant litera z, mutabant eam in j, consonum, quomodo & a ζυγός, fecere jugum. Vel est contractum ex magnior. Nam a magnus deberet esse magnior, ex quo eliso n fit magior, ex quo g quoque extrito, remanet major. Vel est ab antiquo positivo majus pro magnus, unde Deus Majus, & Dea Maja. Cic. l. 2. ad Q. Fr. Eum tibi commendo majorem in modum. Id. de Am. Ut eam vel in eis, quos nunquam vidimus, vel, quod majus est, in hoste etiam diligamus. ¶ Interdum refertur ad dignitatem, ut Majores Magistratus, id est Consules, & Prætores, qui reliquis dignitate præeunt. Festus. ¶ Interdum ad ætatem, pro seniore, seu longioris ævi. Cic. 1. Tusc. c. 1. Major natu. Ter. Phorm. 1. 2. 14. Senis nostri fratrem majorem nostri. Capitolin. in Pertin. c. 4. Sexagenario major. ¶ Major herus est paternitatis: nam minor filius dicebatur. Plaut. Trucul. 2. 2. 53. Ego ista vestra majori hero facta denaravero. ¶ Major morbus, est morbus comitialis. Cels. l. 3. c. 23. ¶ Huic comparativo Plautus addit adverb. magis, Men. prol. v. 55. Qui dedit, magis majores nugas egerit.

Majores, orum, m. maggiori, ανισχι, μαγγορι, intelligi possunt quicunque avi, abavi, proavi, atavi, tritavi, & ante hos in infinitum, sicut minores, qui etiam post trinepos futuri sunt. Usurpatur hæc vox tantum in num. pl. Cic. 3. Phil. L. Philippus vir avo, patre, majoribusque suis dignissimus. ¶ Accipiuntur etiam majores indifferenter pro omnibus, qui ante nos fuerunt, ut minores pro posteris. Cels. l. 4. B. G. Quod Germanorum consuetudo hæc sit a majoribus tradita.

Majorinus, a, um, adject. a major. Majorine olivæ dicuntur, quæ sunt omnium maximæ, alio nomine regie. Eædem tamen minimum olei habent: unde & pœaulia dicuntur, φωλιζα: a φωλῶ, vilis, vitiosus. Plin. l. 15. c. 3. ¶ Majorine pecunie, quæ & centonales communes dicuntur, parvi quidem pretii, sed majores tamen usitatis affibus fuerunt. Imp. Constantin. & Julian. l. 9. Cod. Theodos. tit. 23. leg. 1.

Majugna, æ, m. Majâ genitus, h. e. Mercurius. Marsian. Capel. lib. 1. Subjta. Nostri Majugenam pignoris inclityi.

Majuma, æ, ludi genis. Scribit Suidas, dictum esse a Majo mense, quod cives R. certo ejus mensis die ad Hostiam secundo Tiberi descendentes, ibique in marinis aquis natantes luderent. Cod. Theod. l. 15. tit. 6. Placuit, ut majum lætitia provincialibus redderetur, ita tamen, ut fervetur honestas, &c.

Majus, ii, Maggio, מַגִּי, Ger. der Meymonat, Gal. le mois de May, Wis. Mayo, מַי, mensis, a majoribus dictus, quorum consilio Respub. gerebatur, sicut Junius a junioribus, qui rem armis gerebant, vel a

Majestate, ut fabulatur Ovid. 5. Fast. initio. Alii ducunt a Maja, matre Mercurii, cui hoc mense sacrificabatur, alii a Majo Deo, qui est Jupiter. V. Ovid. loc. cit. Id. ibid. v. 73. Hinc sua majores posuisse vocabula Majo. ¶ Usurpatur etiam adjectivorum more, ut Calendæ Majæ, Idus Majæ, apud Cic. 3. Attic. ep. 7. 8. &c.

Majuscûlus, a, um, grandæto, grandior. Cic. l. 9. Fam. ep. 10. In aliqua majuscula cura, negotioque versari. Ter. Eun. 5. 3. 21. Thais, ego quam sum, majuscula est.

Mala, æ, f. guancia, מַלָּא, Ger. ein backe, Gal. la joue, Hisp. mexilla, παρὰ, est pars faciei eminent inter oculum, nasum, & buccam, quæ & gena dicitur, a malo. Aliqui centent, hanc vocem contractam esse ex maxilla, abjectis mediis literis, ea ratione, qua ala ex axilla. Cic. in Or. Quomodo enim vester Axilla Ala factus est, nisi fugax literæ vastioris? quam literam etiam e maxillis, e taxillis, e vexillo, & paxillo consuetudo elegans Latini sermonis evellit. Dicitur proprie de hominibus. Plin. l. 11. c. 37. Infra oculos malæ hominis tantum, quas prisici genas vocabant, ibi offenditur pudor. ¶ Interdum tribuitur & bestis. Virg. 3. Geor. Quo tempore Glauci Potniades malis membra absumpsere quadrigæ.

Malobathrarius, vel malobathrarius, ii, m. qui malobathrum conficit, aut vendit. Plaut. Aulul. 3. 5. 37. ubi al. leg. myrobathrarius.

Malobathratus, vel Malobathratus, a, um, adject. Malobathro unctus. Sidor. l. 8. ep. 3. Satrapæ pumicati, malobathrati.

Malobâthrum, seu malobathrum, n. 2. μαλαβᾶθρον, μαλαβᾶθρον, Dioscoridi folium est nardi odore, quod ex India advehitur. Ex eo unguentum, vel oleum exprimitur odoratissimum, quod & malobathrum, & foliatum vocatur, quo ad unguendo capillos utebantur. Hor. l. 2. carm. od. 7. Fregi coronatus nitentes malobathro Syrio capillos.

Malâche, f. 1. μαλάχη, species malvæ, ventrem emollient, a voce Græca allata, quæ a μαλαχῶν, mollio, ab emolliendo venit. Plin. l. 20. c. 21.

Malachites, a, um, malachites, gemma spissius virens, al. molochites, a colore malaches, seu malvæ. Plin. l. 37. c. 9.

Malachra, f. 1. al. maldacha, arbor in Bactriana regione magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici, gummi genus exudans, quod bdellium vocatur. Plin. l. 21. c. 9.

Malacia, æ, f. bonæccia, μαλακία, tranquillitas, cum maris fluctus omnino quiescunt, & languent, neque ulla aura commoventur. Cæf. 3. B. G. c. 15. Tanta subito malacia, ac tranquillitas exiit, ut fe loco movere non possent. ¶ Translate sumitur pro mollitie animi. Sen. ep. 67. In otio inconcusso jacere, non est tranquillitas, malacia est. ¶ Dicitur etiam de languore stomachi cibum fastidientis, præcipue in mulieribus gravidis. Plin. l. 23. c. 6. Maliciorum expetitur gravidarum malaciæ. Adde l. 28. c. 7.

Malacisso, as, a. 1. ammollire, domare, μαλακίω, mollio, subigo, a verbo Græco allato, quod a μαλακός, mollis. Plaut. Bacch. 1. 1. Ah nimium ferus es, malacissandus es.

Malacticus, a, um, adject. molliendi vim habens, μαλακτικός. Theod. Priscian. de Dieta, c. 15. Malacticum habet virtutem.

Malacus, a, um, molle, μαλακός, mollis, delicatus, a μαλακῶν, mollio, ut Malacum pallium, synthesis, seu vestis cænororia, quia hæc mollior fuit, ac pretiosior, utpote sæpe purpurea, aut coccinea. Dux tamen malacum non a mollietate dictum putat, sed a colore malaches, sive malvæ. Plaut. Mil. 3. 1. 93. Pallium malacum. Id. Bacch. 2. 3. 121. Hic nostra agetur ætas in malacum modum. h. e. molliiter, jucunde. Id. Mil. 3. 1. 74. Cinædus malacus.

Malaginum, i, n. emplastrum, quod sine igne conficitur. Plin. Valerian. l. 3. c. 12. in fin.

Malagma, atis, n. 3. μαλαγμα, fomentum, quod integræ cuti imponitur ad apostemata, aliove tumores præter naturam molliendos, a μαλακῶν, mollio. Col. l. 7. Ut lentorem malagmaticis habeat. ¶ Malagmata differunt ab emplastris, & pastillis, quia malagmata maxime ex floribus, emplastra, pastillique magis ex quibusdam metallicis fiunt. Cels. l. 5. c. 19. Deinde emplastra imponuntur vulneribus, malagmata in integram cutem injiciuntur, pastilli aut illiniuntur, aut alicui molliori cerationi miscentur. ¶ Dicitur etiam malagma, æ, f. Veget. de re Veterin. l. 4. c. 15. 20. 21. & alibi.

Malandria, vel Malandra, æ, f. genus morbi in equis, & in hominibus, apud Veget. l. 2. de re veterin. c. 42. & Marcell. l. Empir. c. 34. a med. & est lepræ, seu elephantiasis species. ¶ Eo qui laborant, malandriosis appellatur. Marcell. Empir. c. 19.

Malandriosis. V. vocem præced.

Malasso. V. Malaxo.

Malaxatio, onis, f. actus emolliendi. Theod. Priscian. l. 1. c. 28. Malaxationes adhibendæ.

Malaxo, & Malasso, as, a. 1. far molle, maturare, μαλακῶν, mollio, subigo, a verbo Græco allato. Labor. apud Gel. l. 16. c. 7. Malaxare malas.

Maldicon, i, n. gummi ex bdellio arbore. Plin. l. 12. c. 9.

Male, adv. malamente, iniquamente, Ger. boesslich, Gal. mal, Hisp. malamente, κακός, prave, nequiter, vitiose, improbe. Sueton. Vitel. c. 7. Male animatus erga Principem. Cic. Att. l. 9. Si Italiam relinquere, faciet omnino male. Id. ad Brut. Dii isti Segulio male faciunt. Id. Verr. 3. Male accipit verbis Rabonium. Virg. 2. Æn. Statio male fida carinis. h. e. parva. Plaut. Stich. Male moratus. Sueton. de clar. Rectorib. S. Claudius male oculatus. Ter. Heaut. 4. 1. Male docet te mea facilitas. h. e. in causa est, ut tu male agas. Cic. 4. Tusc. Male olere omne cænum. ¶ Interdum accipitur pro valde. Ter. Heaut. 3. 2. Syre, tibi tui male. Cic. de clar. Or. Addebat, scriptores illos male multatos. I. tem pro infelicitate. Nepos Miltiad. c. 3. Male rem gerere. ¶ Hinc, Male vertat, imprecandi locutio, Ter. Adolph. 2. 1. 37. Minis viginti illam emisti; quæ res tibi male vertat, sit la tua rovina, non isti facias pro. ¶ Hinc etiam male esse alicui. Ter. Adolph. 4. 5. 21. Animo male est. Cic. Att. l. 15. Male sit Antonio. Sic male vivere, est, in egestate vivere. Plaut. Trin. ¶ Male cadere, aver cassivo esse. Cels. ¶ Male conciliare, est caro pretio emere. Plaut. Pseud. 1. 2. V. Concilio. ¶ Male habere aliquem, est male accipere, vexare, struagillare. Ter. Andr. 2. 6. 5. Præter spem evenit, scio; hoc male habet virum. ¶ Male cogitare de aliquo, esse di mal' animo contra qualem. Cic. de Senect. Quomodo Carthagini male jamdiu cogitanti bellum inferatur. Cel. Cic. l. 8. Fam. ep. 12. Animadverteram, male eum de me cogitare.

¶ Male audire. aver cassivo fama. Cic. Att. l. 6. Qui me idcirco putant bene audire velle, ut ille male audiat. ¶ Male mereri de aliquo. V. Merore. ¶ Male credere, difficile credere. Plaut. Pæn. Male credam, & credam tamen. ¶ Male velle alicui, odire. Plaut. Afin. 5. 1. 13. Utinam qui mihi male volunt, sic rideant. ¶ Eodem modo usurpatur Pejus, & Pessime, de quibus V. suis locis. ¶ Male-Deus, Male-homines, Male-mater, afferuntur ab eruditis: sed iis exemplis confirmantur, in quibus vox male alio refertur.

Malea, f. Μαλέα, Μάλεα, Capa Malio di S. Angelo, prom. Peloponnesi, in

in ora Australi Laconica, Laconicum finem finiens, & dicta est a Maleo Argivorum Rege, qui in ea templum pulchrum construxit, quod Maleoticum appellavit. *Virg. 5. Aen. v. 193.* Jonioque mari, Maleocæ sequacibus undis. *Stat. 7. Theb. v. 16.* & rauce circumtonat ira Maleæ.

Maledicax, acis, *maledico*, maledicus. *Plaut. Cureul. 4. 2. 26.* Maledicax es. *Macrob. 1. 7. Saturn. c. 3.* Importuna urbanitas maledicacem lece privavit. ¶ Poffis etiam divifim fcribere male dicax.

Maledice, adv. *maledicente*, Ger. *fchmechlich*, Gal. *en medifant*, Hifp. *maldezemene*, *μαλοδωμος*, contumeliofe. *Cic. 1. Off. c. 37.* Cum de abfentibus, detrahendi caufa, maledice, contumeliofe dicitur.

Maledicens, tis, adject. *maledico*. *Plaut. Merc. 2. 3. 75.* Ut nunc funt maledicentes homines. ¶ Maledicentior, & maledicentiffimus V. in Maledicus.

Maledicentia, f. i. *villania*, *maldivencia*, *מלדיכא*, Germ. *uberedung*, Gal. *medifance*, Hifp. *detracion*, *μαλοδωμια*, *δυσφημια*, obtreccatio, convicium. *Gel. 1. 3. c. 3.* Ob affiduum maledicantiam, & protra in principes civitatis.

Maledico, is, izi, icum, n. 3. *maledica*, *dir male*, *מלדיכ*, Ger. *ubelreden*, Gal. *medire*, Hifp. *maldezir*, *μαλοδωμιο*, maledictis officio, in aliquem maledicta, idest convicia, probra, contumelias conjicio. *Terent. Eun. 4. 7. 29.* Nefcis, qui nunc maledicas viro. *Cic. Fam. 3. ep. 8.* Si legatorum cuiquam maledicitur. ¶ Invenitur etiam cum accufativo. *Petron. in fragm. Tragar. c. 56. edition. Burm.* Maledic illam veribus, ut habeat pudorem.

Maledictio, onis, f. *maledizione*, *מלדיכא*, Ger. *ein fchmach vuort*, Gal. *malediction*, Hifp. *maldivcho*, *maldivcion*, *μαλοδωμια*, actus maledicendi. *Cic. pro Cal. c. 3.* Maledictio nihil habet propofiti præter contumeliam.

Maledictio, as, *dir male fpeffo*, fæpe maledico. *Plaut. Trinum. 1. 2. 62.* Maledicitur tibi vulgo in fermonibus. ¶ Poffis etiam divifim fcribere *male dicitio*.

Maledictores dicebantur ab antiquis, qui nunc maledici. *Fest. ex Cat.*

Maledictum, cti, n. *inguria*, *villania*, *λοιδορια*, convicium, probrum, contumelia. *Cic. ad Q. Fr. 1. 2.* Cum omnia maledicta, verfus denique etiam obfceniffimi in Clodium, & Clodium dicerentur. *Id. pro Planc. c. 12.* Hæc funt conjecla maledicta in ejus vitæ. Et c. 13. In homines nobiliffimos maledicta alpere, & ferociter dicta commemorem. *Id. 1. nat. Deor. Zeno* non eos folum hæbat maledictis, &c.

Maledictus, a, um, adject. *maledictio*, *ἐπιμαλοδωμτος*. *Spartian. in Seta, c. 3.* Maledicti parricida, fratrem tuum occidisti.

Maledicus, a, um, *maldivicente*, *maledico*, *מלדיכ*, Ger. *fchmachredig*, Gal. *medifant*, Hifp. *maldivicente*, *μαλοδωμτος*, qui proclivis est ad maledicendum, aut obtreccandum. *Quintil. 1. 4. c. 1.* Maledicus in omnes. *Cic. pro Flac. in tam fufpiciofa, & maledica civitate locum fermoni obtreccatorum non reliquit.* ¶ Comp. maledicentior, fup. maledicentiffimus. *Plaut. Merc. 1. 2. 31.* At ego pol maledicentiorum, quam te, novi neminem. *Cic. pro Flac. c. 3.* In maledicentiffima civitate, in fufpiciofiffimo negotio maledictum omne, non modo crimen, effugit.

Maledictor, bra, brum, adject. male fabricatus, dolofus. *Prudent. Hamvigi. v. 714.* Suedelis maledictoribus illecla.

Maledictio, acis, eci, actum, n. 3. *far male*, *מלדיכ*, Ger. *boffes thun*, Gal. *maldivaire*, Hifp. *mal hazer*, *μαλοδωμια*, male ago. *Ter. Adelph. 2. 1. 10.* Neque tu verbis folves unquam, quod mihi re maleteceris. Et paffive impersonalium more. *Plaut. Mil. 2. 2. 11.* Nefcio quid maledictum a noftra huic familia est. ¶ Sæpe ufurpatur difjunctum. V. *Male*.

Maledictor, oris, m. *maldivitor*. *Plaut. Bæch. 3. 2. 11.* Maledictorem amittifatus, quam relinqui beneficium. *b. e.* melius est malefactorem non ulcifci, quam beneficio gratiam non rettere.

Maledictum, cti, n. *maleficio*, *מלדיכ*, Germ. *ein boefe that*, Gal. *maldivis*, Hifp. *mal becho*, *μαλοδωμτος*, mala actio, peccatum. *Cic. Off. 2. c. 18.* Ex Ennio, Benetata male locata, malefacta arbitror.

Malefice, adverb. *maleficamente*, cum maleficio. *Plaut. Pseud. 4. 7. 113.* Nec fycophantiofe quidquam ago, nec malefice.

Malefcentia, f. *maleficio*, *danno*, *inguria*, *מלדיכ*, Ger. *befchadigung*, Gal. *maldivi fance*, Hifp. *mal becho*, *μαλοδωμτος*, damnum, injuria. *Plin. 1. 9. c. 9.* Maxime tamen roftris canicularum malefcentiæ affimilati.

Maleficio, ii, n. *maleficio*, *מלדיכ*, Ger. *mißhandlung*, Gal. *meffail*, Hifp. *maleficio*, *μαλοδωμτος*, malefactum, facinus, injuria, quidquid improbe admiffum est. *Cic. 2. Off.* Qui maleficio, & fcelere pascitur. *Id. pro Rofc. Amer. c. 22.* Maleficio admittere. ¶ Accipitur & pro quavis injuria, & noxa, *danno*. *Cef. 1. 1. B. G. c. 7.* Sibi effe in animo, fine ullo maleficio iter per provinciam tacere. Et c. 9. Helvetii ut fine maleficio, & injuria tranfeant.

Maleficus, a, um, *maldivitor*, *colui che fa male*, *מלדיכ*, Germ. *fehdelich*, Gal. *maldivifant*, Hifp. *malbechor*, *μαλοδωμτος*, perniciofus, qui damnum intet, & qui nocet alteri. *Cic. 7. Verr. c. 55.* In externorum hominum, & maleficorum, fceleratorumque cultodias tu tantum numerum civium Rom. includere aufus es? *Plin. 1. 11. c. 17.* Maleficum trondibus animal capra. ¶ Interdum ponitur pro incantatore, venefico, ut Malefice mulieres, incantatrices, & venefice; Malefice artes, pro incantationibus, & veneficiis. *Cod. 1. 18. l. 9.*

Malefidus, non una, fed duæ voces funt. V. *Male*.

Malefanus, duæ voces funt feperatim fcribendæ. V. *Janus*.

Malefuadus, a, um, *chi eforta al male*, *μαλοδωμτος*, qui male fuadet. *Virg. 6. Aen.* Et malefuada lames, & turpis egitlas.

Maletractatio, onis, f. *cattivo trattamento*, mala tractatio. *Avrob. 1. 4. pag. 142.* Tolerari forfitan maletractatio hæc poffet. Et pag. 142. immunis a maletractatione.

Maleventum. V. *Beneventum*.

Malevolens, tis, o. idem ac malevolus. *Plaut. Captiv. 3. 4. 51.* Est miferorum, ut malevolentes funt, & invidentes bonis. *Cic. 1. Fam. ep. 7.* Malevolentiffime obtreccationes.

Malevolentia, æ, f. *malevolenza*, odio, Ger. *befvulligkeits*, Gal. *malveuilance*, Hifp. *malvolencia*, *μαλοδωμια*, invidia, odium, & ut *Cic. 4. Tufc. c. 9.* definit, voluptas ex malo alterius fine emolumento fuo. *Id. ad Q. F. 1. 1.* Quanquam illorum erit verius judicium obtreccatione, & malevolentia liberatum.

Malevolus, a, um, *malevolo*, Ger. *befvullig*, Gal. *malvulans*, Hifp. *el que mal quere*, *μαλοδωμτος*, malum cuiquam exoptans, invidas. *Cic. 2. Fam.* Qui malevolus funt animo. *Id. pro Deor. c. 12.* Malevolorum fermunculi.

Maleus, a, um, adject. a Malea Peloponnenfi promont. ut Maleus finus, apud *Flor. 1. 3. c. 6.* Maleum jugum, *Id. 1. 2. c. 9.*

Malicorium, n. *forza del pomo granato*, *σιδιον*, cortex mali Punici, a *malum*, & *corium*, quia corio umilis est ob duritiem, & craffitiem. *Plin. 1. 23. c. 6.* Hic cortex ex acerbis (malis Punicis) in magno ufu: Vulgus coria maxime perferre illo novit: ob id malicorium appellant Medici. *Id. 1. 14. c. 11.* Hujus aridis foliis, ut malicorio, coria perficiuntur.

Maliter, a, um, adject. pomifer. *Virg. 7. Aen. v. 740.* Maliteræ mœnia Abellæ.

Maligne, adv. *avaramente*, *απειθαχεως*, Illiberaliter, parce. *Hor. 1. 2. ep.*

Cum teffe tractent alii, laudare maligne *Liv. 1. 39. c. 9.* Maligne omnia præbentibus fuis, meretriciæ munificentiæ fulinebatur. ¶ Sumitur etiam pro perverte, depravate, malitiofe, *malignamente*, *μαλοδωμτος*. *Liv. 1. 8. e. 12.* Ager in Latino, Falernoque maligne plebi divifus. *Curr. 1. 8. c. 1.* Malignus habere fermonem. *Plin. 1. 34. c. 11.* de *Ærug. adulterata*. Deprehenditur & vifum, maligne virens, h. e. male virens.

Malignitas, atis, f. *parfomonia*, *avaritia*, *φειδωλι*, illiberalitas, parcitas parfomonia. *Liv. 1. 2. c. 42.* Malignitas conferendi ex privato. ¶ Sumitur & pro perverfa voluntate, invidia, malevolentia. *Val. Max. 1. 4. c. 7.* Nulla felicitas est, quæ malignitatis dentes vitare poffit.

Maligno, as, a. i. maligne volo, fruoo, paro, *μαλοδωμτος*. *Ammian. 1. 22. c. 15.* Volucres venena malignantes.

Malignus, a, um, *illiberalis*, *απειθαχεως*, illiberalis, parcus a *malus*. *Plaut. Bæch. 2. 3. fe. 2. v. 17.* Iuftus, injuftus, malignus, largus, commodus, incommodus. ¶ Maligni laudatores, qui frigide laudant adeo ut præ invidia ex meritis laudibus aliquid detrahere videantur. *Quintil. 1. 2. c. 2.* In laudandis difcipulorum dictionibus nec malignus, nec effufus. ¶ Malignus ager, ftertilis, minime terax, qui domino fe quodammodo ingratus exhibet, femeneque fibi creditum parum liberalliter refundit. *Virg. 2. Georg. v. 179.* Difficiles primum terræ, colleque maligni. ¶ Maligna lux, quæ fubofcura est. *Virg. 6. Aen. v. 270.* Quale fub incertam Lunam fub luce maligna. ¶ Accipitur etiam pro eo, qui difficultatem fui oftendit, h. e. qui afper, difficilis, iniquus est. *Ter. Hee. 1. 2. 84.* Maligna multo, & magis procax tacta est. Hinc Maligna via, quæ angufta, & ardua est. *Virg. 1. Aen.* Aduftusque Maligni. *Senec. 1. 3. quæft. nat. c. 27.* Pars tamen major, ut maligno oftio retenta, reflagnat. ¶ Frequenter ufurpatur pro malevolo, improbo, invidio, *μαλοδωμτος*. *Virg. 5. Aen. v. 653.* Oculis fpectare malignis. *Mars. 1. 4. e. 88.* Nec nonchos metues maligniorum. *Senec. de vita beat. c. 18.* Maligniffima capita, & optimo cuique inimiciffima.

Malilloquax, acis, adject. qui male loquitur. *P. Syrus:* Lingua est malilloquax mentis indicium malæ.

Maliloquium, ii, n. malus fermo, & de re mala. *Tertull. de fpectac. c. 2.* Non fupiffimus linguam ad maliloquium, & aures ad exceptaculum maliloquii.

Malina, æ, æftus maris accedentis, apud Veteres. *Auguftin. de mirabilib. S. Script. c. 7. Rofin. Antiq. Rom. 1. 2. c. 13.* V. *Liduna*.

Malinus, a, um, o. i. 2. *μυθινος*, quod factum est ex malo, h. e. pomo. *Colum. 1. 7. c. 8.* Atque ita malini ligni, vel culmi fumo coloratus.

Malitia, atis, f. malitia. *Ulp. Dig. 1. 4. tit. 2. leg. 5.* Timor majoris malitiæ. Ita leg. *Pandect. Florent.* Alii leg. *malis*.

Malitia, æ, f. *malizia*, *מלצה*, Ger. *boffheit*, Gal. *malice*, Hifp. *malicia*, *κακια*, perverfitas, quæ virtuti, feu bonitati contraria est, & proprie dicitur, cum quis datæ opera male agit. *Sen. epif. 47.* Levis est malitia, fæpe mutatur non in melius, fed in aliud. ¶ Frequenter fumitur pro veritatis, calliditate, fubtilitate. Nam malitia vocabulum medium fuiffe videtur, quod & in bonam partem accipi poterat, ut ait *Nonius*. Unde & malitiam malam legitimus. *Plaut. Aul. 2. 2. 38.* Equidem te civem fine omni malitia mala etiam femper fur ratus. *Cic. 4. Tufc.* Hujusigitur virtutis contraria est vitiofitas. Sic enim malo, quam malitiam appellare. Nam malitia certi cujufdam vitii nomen est, vitiofitas omnium.

Malitiofe, adv. *malitiofamente*, German. *boffertiglich*, Gall. *malicieufementente*, Hifp. *maliciofamente*, *μαλοδωμτος*, callide, dolofe. *Cic. in Orat.* Et in eligendo fecit malitiofe. ¶ *Idem pro Rofc. Amer. c. 38.* Malitiofius gerere rem mandatam.

Malitiofitas, atis, f. malitia, calliditas. *Tertull. lib. 3. adverf. Marcion. c. 15.* Aut diffidentæ, aut malitiofitatis confilium est.

Malitiofus, a, um, *maliziofo*, *αftuto*, *מלצה*, Ger. *boffhaftig*, Gal. *maliciofo*, Hifp. *maliciofo*, *μαλοδωμτος*, veritutus, callidus, aftutus, fallax. *Cic. 3. Off.* Verfuti potius, obfcuro, aftuti, fallacis, malitiofi, callidi, veteratoris, vafri. *Id. 1. Off. c. 10.* Et nimis callida, fed malitiofa juris interpretatione.

Malleator, oris, m. *marsellator*, *δ σφιρα εκλυωνος*, qui malleo operatur. *Martial. 1. 12. ep. 57.* Illinc balucus malleator Hifpaniæ tritum nitenti tufte verberat faxum.

Malleatus, a, um, *marsellato*, *מלצה*, Ger. *gelemmert*, Gal. *marsellè*, Hifp. *marsellado*, *σφιρατος*, quod malleo contufum est. Unde malleati libri dicuntur, qui malleo percuffi, & complanati funt, quod fere fieri folet, antequam libri compingentur. *Ulp. Dig. 1. 32. leg. 50. a med.* Sed & perfcripti libri, nondum malleati, vel ornatu continebuntur. *Colum. 1. 12. c. 19.* Sparteum malleatum.

Malleolaris, & re, o. 3. *μαλοδωμτος*, quod ad malleolum fpectat. *Col. de arborib. c. 3.* Virgam malleolarem non amplius, quam fex gemmarum, effe convenit.

Malleolus, li, m. *marsellino*, Ger. *ein bemmerlein*, Gal. *mailles*, Hifp. *marsillico*, *σφιρατος*, parvus malleus. *Festus.* ¶ Translate fumitur pro novo palmitate vitis, *μαλοδωμτος*, qui innatus est prioris anni flagello, a fimilitudine. *Col. 1. 3. c. 6.* Malleolus novellus est palme innatus prioris anni flagello, cognominatusque a fimilitudine rei, quod in ea parte, quæ decidit, ex vetere farmento prominens utrinque, malleoli fpeciem præbet. *Plin. 1. 17. c. 21.* Solebat capitulatus utrinque e duro furculis feri, eoque argumento malleolus vocatur etiam nunc. *Cic. de Sen.* Malleoli, plantæ, farmenta, traduces, vites, propagines nonne ita afficiunt, ut quemvis cum admiratione delectent? ¶ Tranfertur quoque ad manipulos, aut collectiones fpartæ forma quadam mallei ligatas, & pice, aut fuphere illitas, & incenfas, quæ in muros, aut tecla conjici folet. *Fest. & Non. c. 18. n. 27.* *Cic. in Catil.* Definant malleolos ad incendendam urbem, facelle compare. ¶ Apud *Veget. 1. 4. c. 18.* & *Ammian.* alia ratione malleolus defcribitur. Verba *Ammiani* funt 1. 23. c. 10. Malleoli, teli genus, figurantur hac fpecie: Sagitta est cannea inter fpiculum & arundinem niftifido ferro coagmentata, quæ in muliebris coli formam, quo nentur ftamina, convocatur, ventre fubtiliter, & multifariam patens; atque in alveo ipfo ignem cum aliquo fufcipit alimentum, & fic miffa lentius (nam jactu rapidiore exftinguitur) priufquam hæferit, tenaciter cremat: confperfa aquis acrioris excitat æftus, &c. *Hifp. Poliorcet. 1. 5. Dial. 5.* hujufmodi teli figuram exhibet.

Mallèus, lei, m. *marsello*, *מלצה*, Ger. *hemmer*, Gal. *mailles*, *ou marsellus*, Hifp. *marsillo*, *σφιρα*, fabrice instrumentum. *Plaut. Men. 2. 3. 52.* Navem ligneam, fæpe tritam, fæpe excuffam malleo. *Varr. R. R. 1. 1. c. 22.* Corbes, mallei, & raftelli. ¶ Apud *Veget. de re veterin. 1. 2.* eft genus morbi in jumentis.

Mallo, onis, m. cortex capræ. *Veget. de re Veterin. 1. 1. c. 63.* ¶ Præterea mallones funt tumores morbofi in genibus, vel articulis jumentorum. *Id. 1. 2. c. 48.*

Mallotes, & Malotes, æ, m. *μαλλωτης*, & *μαλωτης*, qui eft ex Mallo & Ciliciz urbe. *Pl. 1. 4. c. 12.* Philifides Mallotes. *Suet. de Grammat. c. 2.* Crates Mallotes.

Malluvium, ii, n. *bcile de lavare le mani*, & German. *ein handbecke*, Gall. *baſſin a laver les mains*, Hifp. *fuente para aqua manos*, *χρημωματα*,

μαστρα, vas, in quo manus lavantur, quasi manulivium. *Festus*, qui addit: Malluviz, quibus manus sunt lotæ; pelluviz, quibus pedes.

Malo, mavis, malui, n. anom. *volver piustoffo*, amar maglio, מלח, *Ger. lieber wuolen*, Gal. *myner meus*, *Hisp. majquerer*, ἀπίουμα, magis volo, a *maulo* per Sync. quod a *magis*, & *volo*. De eius conjugatione V. Grammaticos. *Cic. Att. l. 8. epist. 7.* Malo, me cum Pompejo vinci, quam cum illis vincere. Et l. 15. ep. 18. l. 7. ep. 18. Domi manere si recte possum, multo malim. Et l. 7. ep. 15. Cato servire quam pugnare mavult. ¶ Apud *Plaut.* legitur sæpe *maulo*, pro malo, *mavolim*, *mavellis*, *mauellem*, &c. pro malim, mallem, &c. ut *Afin. s. 1. 9. & s. 2. 27. Bacch. 2. 2. 21. &c.* ¶ Per pleonasmum interdum potius additur. *Ter. Adelph. 2. 2. 14.* Mallem auferre potius in præsentia. *Plaut. Stich. 1. 2. 13.* Si manere hic te fe malint potius, quam &c.

Malobathrarius. V. *Murobathrarius*.

Malobathrum. V. *Malobathrum*.

Malogranatum, i, n. malum granatum. Legitur apud *Hieronym.* in *commentar. ad Aggeum c. 2. num. 20.* Addunt & *Plin. l. 26. c. 8.* sed nihil certi inde colligi potest, ut neque l. 16. c. 22. ubi similis locutus habetur.

Maltha, æ, f. ὑγιάθη, cera erat picis liquidæ commixta, tabulis celandis idonea. *Fest.* Maltha dicitur a Græcis pix cum cera mixta. Sed *Palladius* ceræ non meminit. V. *Pallad. l. 1. c. 17. & Plin. l. 36. c. 24.* Est a μάλα, seu μάλασσον, mollio. ¶ Est item materia quædam durissima, ex calce viva adipe fuillo subacta, adversus omnem annorum injuriam invicta. *Pallad. l. 1. c. 17. Plin. l. 36. c. 24.* ¶ Item limus quidam flagrans, magna in copia proveniens in stagno quodam Samofatzæ urbis Comagenes, natura tam admirabili, ut aqua accendatur, nec nisi terribi restinguatur. Hoc limo Samofatei urbem suam Lucullo oppugnante defenderunt, hostes una cum armis exurentes. *Plin. l. 2. c. 104.*

Malthinus, a, um, adject. effeminatus, mollis, a maltha. *Horat. l. 1. Sat. 2. v. 25.* Malthinus tunicis demissis ambulat. Ubi volunt nonnulli, notari hic Mecanatem. Alii nomen proprium esse ajunt.

Maltho, as, avi, atom, a. 1. maltha foliolo, & conglutino, maltham rei alicui induco, quod præcipue hebat in iis monumentis, quæ æterna esse volebant. *Plin. l. 36. c. 24.* Quod malthatur, oleo perficitur ante.

Malva, æ, f. malva, μαλβα, herbæ species. *Varro l. 4. de L. L.* deducit ex Græco malache, quod a μαλβα, mollio. *Plin. l. 10. c. 21.* E contra-rio in magnis laudibus malva est utraque, & fativa, & sylvestris. *Cic. Gallo l. 7. Fam.* Itaque ego a beta, & a malva deceptus sum.

Malvaceus, a, um, μαλακίον, quod spectat ad inalvam. *Plin. l. 21. c. 4.* Alia funditur e caule malvaceo. ¶ Olim malvaceus substantive etiam usurpabatur, & in gen. masc. pro parva malva, ut betaceus pro parva beta. *Sofipar. Charif. l. 1. & 2. Priscian. l. 3.*

Målum, i, subf. n. male, αἰχμῶν, quod turpe, seu inhonestum est, peccatum, scelus, flagitium. *Ovid. l. Mesam.* Effodiuntur opes irritamenta malorum. ¶ Generatim sumitur pro calamitate, labore, angustia. *Id. ibid.* Finem malorum orare. *Cic. Verr. 5.* Tu nisi malo coactus recte facere necsis? *Id. l. 8. Att.* Malorum Ilias. ¶ Speciatim sumitur pro pœna, præsertim apud Comicos. *Plaut. Pers. 3. 1. 33.* Herus si minatus est malum servo suo. *Terent. Eun. 4. 4. 46.* Non potest sine malo fateri, video. *Sallust. Jug. c. 100.* Pudore magis, quam malo exercitum coercerat. ¶ Item pro malefacto, peccato. *Ter. Andr. 2. 5. ad fin.* Renunciabo, ut pro hoc malo mihi det malum. Ubi duas has postremae significationes conjunxit. Item pro morbo. *Ovid. l. 1. de Pont. el. 3. v. 18.* Interdum medica plus valet arte malum. ¶ Malum! interjectio est irascens, detestantis, & indignantis. *Ter. Eun. 4. 7. 10.* Ubi alii? S. Qui, malum, alium? *Id. Phorm. 5. 7. 55.* Quid vos, malum! ergo me sic ludificamini? *Cic. Verr. 4. c. 17.* Quæ, malum, ista fuit amentia?

Målum, li, n. pomo, רמון, *Ger. apffel*, Gal. *pomnoe*, *Hisp. manzana*, μάλας, pomi genus, a Dorico, & Æolico μάλας, pro μάλον. *Varro l. 4. de L. L. Virg. 3. Eel.* Malo me Galatea petit lasciva puella. ¶ Malum Punicum pomo granato, ζῆζ, ζῆζ, mali genus, ita dictum, quod e Pœno-nium regione primum in Italiam translatus est. *Plin. l. 26. c. 8. Martial. l. 1. epigr. 44.* Aut imitata breves Punica mala rosas. ¶ Alia sunt malorum genera, quæ enumerat *Plin. l. 15. c. 14.* ut citreum, cydonium, Persicum, &c. V. suis locis. ¶ Malum terre, herba est, alio nomine aristolochia, cujus quatuor genera enumerat *Plin. l. 25. c. 8.*

Målus, li, f. pomo, melo, רמון, *Ger. ein apffelbaum*, Gal. *pomier*, *Hisp. mancamo*, μάλας, arboris species, cujus fructus malum dicitur, a Græca voce allata. *Virg. 2. Georg. v. 70.* Et steriles platani malos gessere valentes

Målus, li, m. l' albero della nave, רמון, *Ger. segelbaum*, Gal. *le mar*, *Hisp. mastil*, ἰσός, arbor navis, a malus, qua genus arboris notat, quia ex trunco arborum fieri soleat, inter quas malus frequentissima est. *Cic. de Sen. c. 6.* Cum alii malos scandant, alii per foros curfent. *Horat. l. 1. od. 14.* Et malus celeri faucibus Africo, antennæque gemunt.

Målus, a, um, castivo, רמון, *Ger. bess*, Gal. *mauvais*, *Hisp. malo*, κακός, pravus, moribus improbus. *Cic. 3. Offic. c. 9.* Homo minime malus. *Juven. Sat. 4. v. 8.* Nemo malus telix. ¶ Sumitur etiam pro noxio. *Horat. l. 1. od. 3.* Ignem fraude mala gentibus intulit. ¶ Item pro infelici, inauficato. *Horat. l. 1. od. 15.* Mala ducis avi domum. ¶ Item pro magico, veneficis apto. *Tibul. l. 1. el. 2.* Sola tenere malas Medæ dicitur herbas. Sic malum carmen, in *leg. XII. Tab.* est incantatio. ¶ Mala mulier, apud *Plaut. Bacch. 5. 2. 41.* pro deformi ponitur. Sic mala facies apud *Quintil. l. 4.* ¶ Mala ætas, est senectus, apud *Plaut. & Afranium.* Apud *Plaut. Aulul.* malani ætatem agere, est ærumosam vitam vivere. ¶ Comparat. *pejor*, superlat. *peffimus* V. suis locis.

Mamercus, m. 2. Pythagoræ filius, unde gens Æmilia cognomen traxit, a Mamers.

Mamers, tis, m. Mars, lingua Oscanum. *Festus*.

Mamertes, m. 1. vir Corinthius, qui filios fratris sui Sisaponis libidine regnandi interfecit, maximo suo malo. Nam ubi Sisapo factum rescivit, eum membratim discepit. *Ovid. in Ibin.*

Mamertini, m. 2. Μαμερτινῶν, pop. Græciæ, dicti a Mamertia urbe Sami inf. quæ a Lacedæmonis subversa fuit, quod illi quinquaginta virgines Lacedæmonias violare tentarent, & non consentientes occidissent. E Samo inf. eiecit, & a Messanenibus hospitio excepti urbem occuparunt. Hinc Messana urbs Mamertia, & Messanenfes Mamertini dicti sunt. *Plin. l. 3. c. 8.*

Mamertinus, a, um, adject. ut Mamertina civitas. *Cic. 4. Ver. cap. 6.* ¶ Mamertini populi. *Plin. l. 3. c. 8.* ¶ Eorum ager vini feracissimus est. Hinc Mamertinum vinum, apud *Martial. l. 13. epigr. 117.* ¶ Mamertinum fretum, Rhegium, Scyllæum, Siculum, Siciliæ fretum, il *Faro di Messina*, angustia maris inter Cænidem prom. Brutiorum, & pelorum prom. Siciliæ.

Mamertus, m. 2. prænonem Ocum, a Mamers.

Mamilla turris intra Saburæ regionem sita, a Mamilio nomen accepit. Porro Mamiliorum familia progenita fuit a Mamilia Telegoni filia, quam Tusculli procreaverat, cum illud oppidum condidit. *Festus. Nar-rat Liv. l. 3. c. 29.* L. Mamilio Tusculano civitatem datam A. U. 295.

Mamilla, æ, f. *mammella*, μαστήρ, dim. a mamma, ut *pupilla* a *pupa*. *Juvenal. Sat. 6.* Illa loqui recta facie, stricteque mamillis. ¶ Mamillæ penulies in capris dicuntur, quæ circa rostrum dependent. *Var. l. 2. R. R. c. 3.* Sub troas duas ut mamillas pensiles habeant.

Mamillanus, a, um, adject. ut mamillanzæ ficus, sic appellatæ a similitudine marmarum. *Plin. l. 15. c. 18.*

Mamillare, is, n. *vello da coprire le mammelle*, ἐπιμασθίδιον, velum, sive fascia, aut quodvis aliud amiculi genus, quo mulieres mammas tege-re confueverunt, a *mamilla*. Legitur in titulo *epigrammatis 66. apud Martial. l. 14.*

Mamilianus, a, um, ad Mamilium pertinens, quod est nomen viri proprium, ut Mamiliana rogatio, *Sallust. in Jug. c. 44.*

Mamma, æ, f. *madre*, μᾶμα, mater, mater apud veteres Græcos. *Aristoph. Gramm. Eustath. & Autt. Th. L. L.* dicit, aviam hoc nomine significari, idest, matrem patris, vel matris. Est ab infantibus matres appellan-tibus ma, sive syllabæ duplicatione *mama*, sive *mamma*, quemadmodum & simili duplicatione pater ab iis vocatur *sata*, & cibus *papa*, vel *pappa*. *Varro apud Non. c. 2. n. 97.* Cum cibum, ac potionem buis, ac papas vocent, matrem mammam, patrem tatam. *Plaut. Most. a. 1. fr. 4.* Ecquid tibi videor mammam adire? *Martial. l. 1. epigr. 101.* Mammæ, atque tatas habet Afra. ¶ Latine mamma uber notat, idest receptaculum lactis in fœmina, quo factum educat, *mamma*, *poppa*, μαστήρ, μαστήρ, ὄσθη, πῆθῆ, a μᾶμα, mater. *Juv. Sat. 1.* Et nuda teneat venabula mamma. ¶ Dicitur etiam de viris. *Justin. l. 12. c. 9.* Sagitta sub mamma trajectus. ¶ Item de bestis. *Plin. l. 11. c. 40. de capris.* Hæc omnia bias habent mammas. *Martial. l. 2. epigr. 37.* Mammæ suminis, imbricemque porci. ¶ In arboribus mamma dicitur parva illa exuberantia in cortice, unde primum rami enascuntur, ac germina. *Plin. l. 17. c. 16.*

Mammæanus, a, um, adject. ad Mammæam pertinens (Ea fuit mater A-lexandri Severi) ut *Mammæani pueri*, apud *Lamprid. in Alex. Sev. c. 57.*

Mammælis, le, ad mammas pertinens. *Apul. de berb. c. 26.* herbam cham-pæpitium *mammælem* vocat, quia prodest in morbis marmarum.

Mammæus, a, um, mammosus. *Plaut. Pœn. 1. 2. 81.* Cujus amicum mam-meatum vidimus.

Mammonæus, a, um, ad mammonam pertinens. Est autem mammona Syriaca vox, qua significantur divitiæ. *Augustin.* docet, Punicæ mam-monæ idem esse, quod lucrum. Hinc *mammonæa fides* apud *Prudent. in Hamartig. v. 429.* est fides perfida, & quæ spe lucri, & divitiarum so-lummodo consistat.

Mammosus, a, um, *che ha gran mammelle*, *Ger. mit grossen dusten*, Gal. *qui a grandes mamelles*, *Hisp. setudo*, μασθῆς, quod habet magnas mammas. *Mart. l. 14. epigr. 144.* Mammosa metuo, teneræ me trade puellæ. ¶ Thus mammosum dicitur pro fœminino, ad differentiam masculi thuris. *Plin. l. 12. c. 14.* ¶ Mammofa pyra, *Id. l. 15. c. 15.* h. e. grandia, a figura mamme.

Mammûla, æ, f. μαστῶν, dim. a *mamma*. *Celf. lib. 7. cap. 26.* Urinæ iter mammulæ simile. Adde *Varr. l. 2. R. R. c. 3.*

Mamphûla, canis Syriacus. *Lucil. apud Fest.*

Mamphur, uris, n. μαμφοῦρον, lignum rotundum mediocris longitudinis lomo circumvolutum, quod circumagunt fabri in operibus torrandis. *Fest.* Est a voce Græca allata, quæ a μᾶφος, *manile*, & φῆρω, *porto*, quia circumvolutum habet lorum, ut collum monile.

Mamurius, ii, m. 2. μαμυρίων, faber ærarius, qui tempore Numæ floruit. De hoc sic scribit *Fest.* Mamurii Veturii nomen frequenter in cantibus Romani frequentabant, hac de causa. Numa Pompilio regnante, e celo cecidisse fertur ancile, id est scutum breve, quod ideo sic appel-latum est, quia ex utroque latere erat recium, ut summum, innatumque ejus latus medio pateret, unaque edita vox est, omnium potentissimum fore civitatem, quando id in ea mansisset. Itaque facta sunt ejusdem generis plura, quibus id misceretur, ne internofici cœlestis pos-set. Probatum opus est Mamurii Veturii, qui præmii loco petiit ut suum nomen Salii inter carmina canerent. *Ovid. 3. Fast. v. 382.* Inde Sacerdotes operi promissa vetusto præmia perfolvunt, Mamuriumque vocant.

Mamurra, m. 1. eque Romanus, Formis natus, Præfectus fabricorum C. Cæfaris in Gallia, qui primus Romæ in Cœlio monte parietes domus suæ marmore incrustavit, nullamque in ædibus columnam habuit, nisi e marmore, omnesque solidas e Carystio, aut Lunensi. Hic est ille Mamurra, *Catulli* carminibus proficissus, qui domum ejus dixit habe-re, quidquid habuisset Comata Gallia. *Plin. l. 35. c. 6.*

Mana, & Manuana, æ, f. nomina sunt Deorum præstitum, apud *Martian. Capell. l. 2. pag. 40.* V. Prætes.

Manabilis, le, adject. facile manans, ut manabile frigus, apud *Lucret. l. 1. v. 535.* h. e. penetrans.

Manacus, f. *l'Élissica*, Lingua Tarentina significat lineam Eclipticam, in qua sunt duodecim signa, per quæ duodecim mensibus Sol excurrit; videturque esse a μάλο, *malud*, mensis, quia ea menstruales Solis um-bræ deprehenduntur. *Vitruv. l. 9. c. 8.* Circinatio circuli menstrui aga-tur, qui manacus dicitur.

Manalis, & le, o. 3. ex quo aliquid manat. Manalis fons, ex quo perpetuo aqua fluit. Ab Auguribus fons manalis puteus perennis vocabatur. *Fest. & Scal. ad Fest.* ¶ Manalis lapis, ostium Orci, per quod Manes, idest animæ Inferorum, ad superos manarent. *Paullus ex Fe-sto*, qui deducere videtur a *manando*. Sed si manalis lapis erat Orci ostium, quis dubitet, quin id nomen sit a Diis Manibus? ¶ Manalem lapidem etiam vocabant petram quandam, quæ erat extra portam Capenam juxta ædem Martis, quam cum propter nimiam siccitatem loco moverent, & in Urbem protraherent, inde pluvia statim sequebatur, a *mano*, quod aquis manaret. *Paullus ex Festo.* Meminit & ejus lapidis *Varro de vita P. R. l. 2. & Fulgentius Planciades de prisco sermo-ne*, ubi ex *Labeone* idem confirmat.

Manatio, onis, f. æctus manandi. *Frontin. de aqueduct. l. 2. sub init.* Du-ctus depressior non facile manationes ostendit.

Manceps, ipis, m. *signore*, qui proprio jure aliquid possidet, quasi manu-cepit, a *manus*, & *capio*, quod aliquid initio ab aliis derelictum manu cepit. *Tert. Apol. c. 11.* In primis quidem necesse est, concedatis, ali-quem sublimiorem Deum, & mancempem quandam divinitatis, qui ex hominibus Deos fecerit. ¶ Speciatim sumitur pro eo, qui aliquid a populo emit, conductive, ἐργασίας, quia & hic manu capit. Nam manu sublata significabat, se plurius esse licitatum. Iis quippe publica locabantur, qui in licitatione majorem pecuniæ summam, sublato di-cendo, datis prædibus spondebant. *Fest. Ascen. in 1. Ver. Paul. l. qui si-derussor, ff. locati. Plin. l. 3. epist. 19.* Sunt ergo instruendi complures frugi mancipes. *Cic. 3. Ver.* Si res abiret ab eo mancipe, quem ipse apposuisset, sibi nullam prædam esse. Quo in loco manceps accipitur pro redemptore sartorum tectorum. *Suet. in Vesp. c. 1.* Non negarim, jacta-tura a quibusdam, Petronii patrem e regione transpadana fuisse manc-icipem operarium. idest conductorem mercenariorum, & operariorum fervorum, ut opera eorum ad quæstum uteretur. ¶ Ponitur interdum pro

pro emptore, & fectore. Cic. pro Rosc. Am. Hominis studiosissimi nobilitatis manceps fit Chryfogonus. ¶ Item pro eo, qui minoris emit, ut carius vendat, quem Græci propolam vocant, parvitate, incertiore. Plin. lib. 33. c. 4. Aut aliquei prævalens manceps annonarum Agellet. ¶ Item pro magistro officine, qui operis opificum redemptis utitur ad quæstum. Plin. l. 10. c. 43. Hunc live æmulatione incitatus manceps proxime futrinæ, live iracundia subita exanimavit. ¶ Item pro fidei iudice. Plaut. Curc. 4. 2. 29. Ego mancipem te nihil moror. ¶ Sumitur etiam translate. Plin. epist. 14. l. 2. Sequuntur auditores actoribus similes, conducti, & redempti manceps. Manceps, inquit, idest ii, qui caudicos in causis agendis, conducta ad hoc corona vulgi plaucentis, laudandos redemerunt.

Manciniâs, a, um, ad Mancinum pertinens, ut Manciniana deditio, apud Flor. l. 3. c. 14. qua C. Hostilius Mancinus Numantinis hostibus deditus est. V. eund. l. 2. c. 18. & Cic. 1. de Orat. c. 40.

Mancinus, a, um, adiect. a mancus, affertur a Prisciano lib. 2. sed sine exemplis.

Mancidia, f. i. χερσίδιον, parva manus, dim. a manus. Lævulus apud Gell. l. 19. c. 7. Al. leg. manuola.

Mancipatio, onis, f. χηπίσις, ἀδραποδοσία, actus abalienandi, & veluti simulacrum venditionis in iis rebus, quæ mancipi dicebantur, ¶ Mancipio. A Cajo in Instit. mancipatio sic describitur; Mancipatio est imaginaria quædam venditio, quod ipsum jus Romanorum est Civium, eaque res ita agitur. Adhibitis non minus quinque testibus Civibus Romanis puberibus, & præterea alio ejusdem conditionis, qui libram æneam teneat, qui appellatur libripens, is, qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit. Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum esse aio, isque mihi emptus est hoc ære, æneaque libra: deinde ære percipit libram, idque æs dat est, a quo mancipium accipit quasi pretii loco. ¶ Sumitur & pro vera venditione. Plin. l. 9. c. 35. Lolliam Papiam vidi smaragdus, margariticque operam toto capite, manibus, digitisque; quæ summa quadringentes H. S. colligebat; ipsam consecit paratam mancipationem tabulis probare. h. e. ostendere tabulas, in quibus earum gemmarum venditio, & pretium descriptum erat. Alij leg. nuncupationem, quos reprehendit Marulin. in hunc loc.

Mancipatus, us, m. idem ac mancipatio. Plin. l. 9. c. 32. In mancipatum venit, ut prædium aliquod. id est solemnitate eæ adhibentur, quæ solent in iis rebus, quæ sunt mancipi.

Mancipatus, a, um, alienatus, venditus, partic. a mancipo. Cic. 3. Phil. Tum iste venditum, atque mancipatum Tribunatum consilii nostris oppofuit. ¶ Translate sumitur pro devincto, seu astricto. Cic. de Sen. Ita enim senectus honesta est, si se ipsa defendit, si jus suum retinet, si nemini mancipata est.

Mancipi, V. Mancipium.

*ni' alle mani. Cic. Att. l. 7. Non ut manum conferat, sed ut fugam intercludat. Accedere ad manum, eandem habet significationem. Ex jure manum conferre, V. Conferus. ¶ Manus dare, est se victum sateri. *Hor. Epod. od. 17. Jam jam effici do manus scientie supplex. Adde Virg. 11. Æn. v. 568. ¶ Eodem sensu etiam dicitur, manus tollere. Cic. apud Laſſan. lib. 3. cap. 8. Cedo, & tollo manum. ¶ In manum dare, est exhibere. Ter. Phorm. Dic, quid velis dari tibi in manum, ut herus his desinat litibus. ¶ Manus docere, est aperte docere. *Cic. 1. de nat. Ut manu doceat nos, eam esse vim, & naturam Deorum. ¶ Manus afferre, vel inferre, est vim lacere. Cic. Offic. Is manus violentior videtur afferre socio. Auf. ad Her. l. 4. Parenti manus scelerate intulisti. ¶ Manus habere intra pallium, vel sub pallio, est languere, in otio versari, tractum ab Oratoribus, qui inter agendum, si languent, manum occultant sub pallio, si commoti sunt, proferunt. Nam magna pars actionis in manibus consistit. *Quintil. Cæ. semper manum intra pallium continentes. ¶ Manibus prælium facere, est manus conferere, cominus pugnare. Sallust. in Jug. Cupere manibus prælium facere. Manus remittere, in aleæ ludo, est collisori factum condonare, quem sua quisque manu damnosum jecit. Sueton. in Aug. c. 71. Si quas manus remisit cuique, exegissem, vicissem vel quinquaginta millia. ¶ Intuevi aliquid ad manum esse prope intueri, & quasi in manus sumendo. *Plin. l. 35. c. 10. ¶ Manus serula subducere, est jam aliquo modo in litteris proficisse, & desinare in ludo litterario versari, quia doctores artium discipulorum manus serula cædunt. *Suov. Sat. 1. v. 15. Et nos ergo manum serulæ subduximus. ¶ Manus tendere, est auxilium petere, vel misericordiam implorare. *Cels. l. 3. B. G. Hedui manus tendere, deditionem significare. ¶ Tollere manus, est signum lætitiæ dare. Cic. l. 7. Fam. ep. 5. Sultulimus manus ego, & Balbus. ¶ Manus de tabula tollere, est in re aliqua conficienda non nimis anxium esse, tractum ab Ethionis, vel Apellis dicto, qui cum Protagenis opus immensis laboris, ac curæ miraretur, dixit, omnia sibi cum illo paria esse, aut illi meliora, sed uno fe præstare, quod manum ille de tabula nesciret tollere. *Cic. in ep. Fam. l. 7. Heus tu, manum de tabula. ¶ Ad manus rem venire, rem ad manus revocare, est ad arma venire, prælium incipere. Cic. Att. l. 8. Nonnumquam etiam res ad manus, atque ad pugnam veniebat. Id. pro Cluent. Cum Tribunus pl. populo concitato rem pene ad manus revocasset. ¶ Manus non veterem, proverbialis est Hyperbole, qua utimur, quoties nos rem aliquam non curare significamus. *Cic. 5. Fin. cap. 31. Qui fe tantur virtutis causa, nisi ea voluptatem acciret, ne manum quidem versuros fuisset. ¶ Manus summam imponere alicui rei, est perficere. *Virg. 7. Æn. v. 572. Extremam Saturnia bello imponit regina manum. ¶ Manus continere, abstinere, est continere impetum animi. Cic. Catil. 1. c. 8. Vix abs te jamdu manus, & tela contineo. Ter. Adulph. 5. 2. 6. Non manum abstinere, mastigia? ¶ Manus manum lavas, proverb. h. e. alter alteri optulatur. *Senec. in Apocolocynt. ¶ De manu dare, aut reddere, dare di propria mano. Sueton. Tiber. c. 34. Conſueverat & quadruplam strenam, & de manu reddere. Lamprid. in Severo c. 37. Nam semper de manu sua ministris convivi & panem dabat &c. ¶ Manibus æquis, con equali forte, con egualianza. Tacit. Ann. 1. c. 63. Manibus æquis abſcessum est. ¶ Adire manum alicui. V. Adeo, is. ¶ Manus venerari V. in Veneror. ¶ Metonymice manus ponitur pro scriptura manuum, carastere. *Cic. Att. l. 4. ep. 16. Quod epistola librarii manu est. ¶ Item pro pictura. *Petron. in Sasyr. cap. 83. Zeuxidos manus vidi nondum vetustatis injuria victas. Adde Martial. lib. 4. epist. 39. ¶ Translate accipitur pro multitudine hominum, vel pro agmine. *Virg. 6. Æn. Juvenum manus emiccat ardens litus in Heperium. ¶ Hinc ferus a manu idem est ac amanuensis. Cic. & Suet. in Cæſ. c. 74. ¶ Item pro instrumento, & telo navali, quo naves harpagonibus raptæ tenentur, a manus humanæ similitudine, rampante. *Plin. l. 7. c. 56. Anacharsis harpagonas, & manus Pericles Atheniensis invenit. ¶ In re gladiatoria manus accipitur pro ictu, colpo, ſtocata. *Quintil. l. 5. c. 13. ad fin. Ut gladiatorum manus, quæ secundæ vocantur, sunt & tertiæ, si prima ad evocandum adversarii ictum prolata crit: & quartæ, si geminata captatio est, ut bis etiam capere, bis repetere oportuerit. ¶ Denique manus dicitur etiam de animalibus, ut de proboscide elephantis. *Curt. l. 4. Cum manu arma virosque corripserent. Et Plin. l. 8. c. 36. Invalidiſſimum urſo caput; ideo urgente vi, præcipitaturi se ex aliqua rupe, manibus eo operto jaciuntur.*****************

Manus, adject. h. e. bonus, V. in *Cerus*.

Manutigium, ii, n. mollis manuum contrectatio. *Cal. Aurel. lib. 1. cap. 4.* Manutigio oculos relevere velle. ¶ Est ibi tamen incerta lectio.

Manzer, eris, spurio, spuris, Hebraica vox est, qua usi sunt *Sedul. in 4. Pasch. v. 259. & Venant. Fortun. l. 5. carm. 4. v. 75.*

Mapalla, jum, n. 3. *capanne*, χαλασῆ, idem ac *magalia*, idest, casæ agrestium, Punica lingua. *Virg. 3. Georg. Et raris habitata mapalia tectis. Liv. l. 9. B. Pun. Familiz aliquot cum mapalibus, pecoribusque suis profecuta sunt Regem. ¶ Addit *Festus*, mapalia dici de iis, qui inordinate vivunt. Mapalia, inquit, casæ Punice appellantur, in quibus quia nihil est secreti, solet solute viventibus id vocabulum obijci. Hinc *Senec. in Apocolocynt. Ego, Patres concipit, vobis interrogare permiseram: vos mera mapalia fecistis, volo servetis disciplinam curæ. b. e. omnia incondite egistis.**

Mappa, x, f. *συναγλιουλα*, *salvieta*, Ger. *rischalsch*, Gal. *nepe*, Hisp. *mantel*, ὀδῶν, linteum, quo manuum atque oris fordes in mensa abtergimus. *Martial. l. 12. epigr. 29. Attulerat mappam nemo, dum furta videntur. V. Mantela. ¶ Est vox Punica. *Quint. l. 1. c. 5. Mappam usitatum circo nomen Pœni ibi vindicant. Quo loco respicit ad veterum morem, apud quos jam sibi a Neronis tempore in Circensibus editor mappæ projectione signum dabat. *Suet. in Ner. c. 22. Aliquo liberto mittente mappam, unde Magistratus solent. *Juven. Sat. 19. v. 191. Interea Megalichæz spectacula mappæ. ¶ Hinc Mappam mittere, est signum quodlibet dare, translatum a ludis Circensibus. *Tertull. advers. Valentinian. c. 16.*****

Mappula, x, f. parva mappa, linteolum. Hieronym. epist. 27. (quæ est *Epist. Paulæ*) c. 13.

Marathenus, a, um, ad Marathen pertinens, ut Menelaus Marathenus, apud *Cic. in Bruto. c. 26.* Est autem Marathe insula prope Coryram, teste *Plin. l. 4. c. 12.*

Marathon, onis, f. *Maratona*, & oram litoream ad Or. Celebre fuit morte Icarî Regis interfecti, victoria Thefei tauro Marathonio superato, & Militiadis gloria, qui ibi centum millia ex Darii Perſarum Regis exercitu profugavit. ¶ Marathon item, opp. Phocidis, non procul ab Anticyra, in quo clarum Nemesis templum fuisse dicitur.

Marathonius, a, um, *μαραθωνιος*, quod ad Marathonem spectat, ut *Taurus Marathonius*, qui apud Marathonem a Theseo interfectus est, quem aliqui dicunt taurum esse amatum a Paphiae, ab Hercule ex Creta abactum in agrum Marathonium. Sed taurum Paphisae Theseus in labyrintho interfecti. *Cic. in Tusc. 4. c. 22.* Quem Theseus interfecti, Marathonius taurus.

Marathrites, n. 3. vinum, quod marathrum infusum habet. Valet ad visus imbecillitatem adiuvandum. *Col. l. 12. c. 35. V. Abrotonis.*

Marathon, n. 2. *φινωκιο*, *μαραθων*, feniculum. *Plin. l. 29. c. 10.*

Marcellæ, orum, n. 2. festum Syracusanorum, in memoriam M. Claudii Marcelli, qui eos ab rebellibus liberaverat. *Cic. 4. Verr. c. 21.*

Marcellus, i, cognomen familiaræ Romanæ illustri, ex qua multi clarissimi viri extiterunt. *Plutarch.* Marcellum interpretatur bellicosum, idest quasi parvum Martem.

Marcæo, es, cui, n. 2. *languire*, marcorem contraho, languo, & flosco. Dicitur de floribus, & herbis, & fructibus, cum valde maturi sunt. Hinc *Martial. lib. 5. epigr. 79.* Mensæ munera si voles secundæ, Marcetes tibi porrigentur *uvæ*. h. e. valde maturæ, & faves: qua ratione *marcids vina* dixit *Statius*. ¶ Marcere stomachus dicitur, qui nimio hesterno cibo, & indigesto oppletus languet. *carico. Suet. in Cafig. e. 58.* Marcere adhuc stomacho pridiani cibi onere. Sic dicimus marcere vino. *Liv. l. 23. marcere epulis. Claudian. de B. Ger. h. e. nimio potu, aut cibo gravem esse.* ¶ Translate marcere dicuntur homines senectute confecti. *Lucret. lib. 3. v. 970.* Omnia petructus vitæ præmia narcet. *Id. ibid. v. 960.* annis corpus jam marcet. *Ovid. lib. 1. amor. eleg. 13.* si vir tibi marcet ab annis. ¶ Transfertur etiam ad animum. *Cels. l. 2. c. 2.* Si marcet animus, si corpus torpet.

Marcæo, is, n. 3. *marcis*, *μαραθωνιος*, putresco. *Plin. l. 16. c. 48.* Corpus occisæ statim marcet. ¶ Translate usurpatur pro languescere. *Liv. l. 28. c. 35.* Ad hæc equitem languescere desidia.

Marcidulus, a, um, adject. diminut. a *marcidus*. *Martian. Capell. l. 7. sub inte.* Marcidulus luminibus conspiciatur.

Marcidus, a, um, adject. *languido*, *marzo*, *נוכל*, Ger. *uelk*, Gal. *pourry*, Hisp. *marcibus*, tabidus, languens, & videtur proprie dici de herbis, & floribus, cum nimium matura sunt, a *marcor*. *Ovid. 10. Met. v. 190.* Ut si quis violas, rigoque papaver in horto, Liliaque infringat, & c. Marcida demittant subito caput illa gravatum. *Stat. l. 1. Silv. 6.* Marcida vina. h. e. permatura, & dulcia. ¶ Translate *Plin. l. 11. c. 37.* Fessis equis aures marcide. h. e. ita languidæ, ac demissæ, ut marcuisse videantur. *Plin. jun. in Paneg. Marcidi somno, hesternaque cona redundantes. Claudian. de Ill. Consul. Honor. v. 40.* Otia luxu marcida.

Marcipor, m. 3. Marci puer, hoc est, famulus, sicut *Publior*, *Lucipor*, & alia hujusmodi, a *Marcus*, & antiquo *por* pro *puer*, quo per *Mezonymium* servus notatur. *Plin. l. 33. c. 1.* Singuli Marcipores, Luciporeve dominorum gentiles victum in promiscuo habeant. ¶ Marcipor præterea est titulus cuiusdam Varronis Satyræ, in qua, ut putat *Turribus l. 24. c. ult.* de servitute differbat, & servili imperio.

Marcomani, m. 2. Marcomanni, Marcomanes, Marahenses, Reginoni, pop. Germaniæ, quorum regio *Marcomania*, *Mark*, tractus in Moravia, Austriæ confinio ad fluvium cognom. inter Viennam, & Olmucium. Ab aliis collocatur in Moravia, ab aliis in Bohemia propria. Horum regia fuit *Marobodu*. *Stat. l. 3. Silv. 3. v. 170.* Quæ modo Marcomanis post horrida bella, vagosque Sauromatas.

Marcor, oris, m. *languidez*, *μαρ*, Germ. *teule*, Gal. *pourriture*, Hisp. *marciturus*, tabes, languor, qualis solet esse in floribus, & herbis, cum nimia maturitate marcere videntur. *Senec. l. 3. Quest. nat. c. 27.* Inde vitium faris, & segetum sine truge surgentium *marcor*. *Cels. l. 3. cap. 20.* In hoc (lethargo) *marcor*, & inexpugnabilis dormiendi necessitas. ¶ Transfertur etiam ad animum. *Senec. de Tranquill. cap. 2.* Inde mæror, *marcorque*, & mille fluctus mentis incertæ. *Vellej. l. 2. c. 119.* Exercitus *marcore ducis*, perfidia hostis, iniquitate fortunæ circumventus.

Marculentus, a, um, adject. *marcidus*. *Fulgent. lib. 2. Mythol. c. 8.* Marculentus calvities.

Marculus, m. 2. instrumentum, quo fabri æarii uti solent. *Plin. l. 7. c. 56.* Item forcipem, marculum, vestem, incudem. *Harduin.* hic *marculum* legi monet in omnibus MSS. *Martial. l. 12. epigr. 57.* negant vitam Ludimagistri mane, nocte pistores, ærariorum marculi die toto.

Marcus, i, Romanorum prænomen frequentissimum, quod per *M.* signari solet.

Mare, is, n. mare, D', Ger. *meer*, Gal. *mer*, Hisp. *mar*, *θάλασσα*, *πόντος*, congregatio aquarum amari saporis. *Cic. in Pison.* Cum mare vastissimum hyeme transtibus. ¶ *Mare calo miscere*, seu *confundere*, est omnia perturbare, nihilque non facere. *Virg. 5. Æn. Maria omnia cœlo miscuit.* *Juv. Sat. 6.* Et mare cœlo confundas. ¶ *Mari, terraque querere*, est maximam summamque diligentiam in re aliqua querenda, & investiganda adhibere. *Plaut. Pan. Mari, terraque illas usquequaque quæritat. Cic. l. 5. Famil. Ego tamen terra, marique ut conquireretur, præmandavi.* ¶ *Maria, & montes polliceri*, est res maximas polliceri. *Salust. in Catil. c. 23.* ¶ *Plaut. Pan. 3. 13.* Qui viam nescit, qua deveniat ad mare, Eum oportet omnem quætere comitem sibi, hoc est, quia per se non sapit, aut valet, obtemperet alteri, & opem quærat. ¶ *Mare claudi dicitur*, cum ejus navigatio impeditur. *Plin. l. 2. c. 47.* ¶ Usurpatur translate de re difficili, & periculosa. *Plaut. Afn. 1. 2. 8. de meretricibus:* Nam mare haud est mare, vos mare acerimum. ¶ *Mare varia nomina habet* juxta regiones, quas aluit, ut *Mare Ægeum*, *Æthiopicum*, *Adriaticum*, *Africum*, *Atlanticum* & c. V. *Geographos*. ¶ Apud Poetas interdum legitur *mare pro mari* in ablativo. *Ovid. 5. Trist. el. 2. v. 20.* Exiguum pleno de mare demat aquæ. *Id. 4. Pont. el. 5. v. 46.* In caput Euxino de mare vertet iter.

Mareoticus, a, um, quod ad Mareotidem spectat. *Luc. l. 10.* Hebenus Mareotica. *Colum. l. 3. c. 2.* Mareotica vites.

Mareotides vites, quæ sunt in Mareotide regione. *Virg. 2. Georg. Sunt Thasæ vites, sunt & Mareotides albæ.*

Mareotis, idis, f. *Lago di Buchiara*, *μαρωτις*, palus ingens Ægypti, circuitu olim 600. M. P. & trajectu 30. apud Alexandriam ad Mer. ¶ Est & regio Ægypti, al. pars Lybiæ, quæ est inter Cyrenaicam, & Ægyptum, a Ptolemæo Marmarica appellata, in qua vinum optimum provenit.

Mareplacida, æ, f. genus navigii tam parvi, ut eo mare non nisi placidum navigari possit. *Gel. l. 10. c. 25.* Alii leg. *placida*, æ. Alii aliter.

Marga, æ, f. i. genus terræ in modum cretæ albæ, qua rustici utuntur ad agros stercoreandos. *Plin. l. 17. c. 6.*

Margarides, f. *μαργαριδεις*, palmæ, a margaritis, quoniam breves, candidæ, & rotundæ sunt, acinis, quam balanis similiores. *Plin. l. 13. c. 4.*

Margarita, æ, f. i. *perla*, *δ μαργαριτης λιθης*, vel *δ μαργαριτης λιθης*, *μαργαριτης*, unio, lapillus candidus in conchis nascens. *Cic. 6. Ver. Nego ullam gemmam, aut margaritam fuisse, quin abstulerit.*

Margaritarum, m. 2. *μαργαριτησπορι*, negotiatores margaritarum. *Inscript.*

apud *Reines. class. 11. p. 637.* Margaritatio de sacra via. Adde *Jul. Firm. l. 7. c. 16.* ¶ Adjective etiam usurpatur, ut porticus margaritaria, apud *Publ. Victor. in lib. de regionib. Urbis R. reg-8.*

Margaritatus, a, um, adject. margaritis ornatus. *Fortunat. carm. 7.* Margaritatus flexilis arte sinu.

Margaritifer, ra, rum, quod fert margaritas. *Plin. l. 32. c. 11.* Inter quæ & margaritifera cochleæ.

Margaritum, i, n. idem ac margarita. *Tac. in vita Agric. c. 12.* Britannia aurum, & argentum gignit, Oceanus margarita, sed subfusca, & liventia. Adde *Varr. apud Non. c. 3. n. 138.*

Marginatus, a, um, quod marginem latum habet. *Plin. lib. 25. cap. 12.* Marginata tabula.

Margino, as, avi, atum, a. i. margine communio, seu circundo. *Liv. l. 41. c. 27.* Censores vias sternendas silice in urbe, glareæ extra urbem marginandaque locaverunt.

Margo, inis, m. vel f. *marginè*, *ἄλμα*, Ger. *band*, Gal. *marge*, Hisp. *margen*, *μαρμαριος*, cujuslibet rei extremitas, ut folii, fluminis, agri, imperii, & c. *Juv. Sat. 1.* Plena jam margine libri. *Curt. l. 7. c. 9.* Ad motos ordines equitum in primo ripæ margine opponunt, ut & c. *Plin. l. 12. c. 20.* Margines imperii. *le frontiere.*

MARIA, f. i. filia Joachim, & Annæ, quæ virgo Spiritus Sancti opera concepit, & peperit Salvatorem mundi, JESUM CHRISTUM, Deum verum, verumque hominem. ¶ Penultima hujus vocis anceps est. *Pudent. Pithomach. v. 88.* Nec inea post Mariam potis est perfringere jura. *Sedul. in c. 1. Luca:* Angelus intaict cecinit properata Mariæ.

Mariandyni, m. 2. Mariandini, Mariandynæ, pop. Bithyniæ, seu Paphlagoniæ, in conf. in ora maris Euxini, inter Heracleam ad Occ. & Cytorum ad Or. quorum caput Amastri. In horum regione Hercules Cerberum interfecit.

Marianus, a, um, quod ad Marium spectat. *Cic. 1. Agr. Quid ergo ait Marianus Tribunus plebis? Sic Marianus miles, apud Flor. l. 4. c. 2.*

Marica, f. i. Nympha litoris Minturnensium, apud Lirim fl. Fauni uxor, Latini mater. *Virg. 7. Æn. v. 47.* ¶ *Laetantius* scribit l. i. c. 21. ita appellatam fuisse Circem mortuam, & consecratam. ¶ Ab ea nomen habet Minturnensium palus, in qua Marius Syllam fugiens latavit. *Vellej. l. 2. c. 19.*

Marici, m. 2. pop. Liguriæ, qui cum Lævis Ticinum conderunt, teste *Plin. l. 3. c. 17.* quorum vicus adhuc visitur ab Alexandria. 2. M. P. Dertonam versus, qui *Marengo* dicitur, & oppidulum *Pietra de Marici*, ab Alexandria. 3. M. Ticinum versus, apud Tanarum fl.

Marius, a, um, *marino*, *μαρμαριος*, quod mare incolit, vel quod est in mari. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 16.* Marinis, terrenisque humoribus longo intervallo extenuatis aluntur.

Marisca, æ, f. i. *μαρμαριος*, ficus grandior, sed insipida, a *mas*, *maris*, quasi mascula, ob magnitudinem. *Martialis l. 7. ep. 24.* Infanti melimela dato, fatuasque mariscas. *Favus hic insulsum notat. Plin. l. 15. c. 18.* Cato de ficis ferendis ita meminit: Picos mariscas in loco cretoso, & aperto ferito. ¶ A fructus hujus similitudine etiam mariscæ dicuntur tubercula ulcerosa, quæ ex præpotera libidine circa podicem nascuntur. *Juven. Sat. 2. v. 13.* Cæduntur tumidæ, medico ridente, mariscæ.

Mariscus, i, vel mariscum, i, n. juncus marinus, unde tegetes texuntur, a *mas*, *maris*. *Plin. l. 21. c. 18.*

Marita, æ, f. *donna maritata*, *μαρμαριος*, mulier nupta. *Ovid. 1. Fastor. Dura cum forte maritz reddebant uteri pignora rara fii.* *Horat. epod. 8.* Nec fit marita, quæ rotundioribus onusta baccis ambulet.

Maritalis, le, o. 3. *maritale*, *γαμικος*, conjugalis. *Col. in proam. lib. 12.* Maritale conjugium sic comparatum esse natura.

Maritimus, a, um, *maritimo*, Germ. *auff dem meer*, *beym meer*, Gall. *maritime*, Hisp. *marisco*, *maritimo*, *μαρμαριος*, quod mare accolit, vel ad mare est, vel fit. *Plaut. Cist. 2. 1. 11.* Maritimus moribus mecum experitur. h. e. dolosis, vel feris. *Cic. 7. Verr. Homines maritimi. Id. 2. de nat. Deor. Æstus maritimi.*

Marito, as, avi, atum, *maritare*, *μαρμαριος*, Ger. *verleichen*, Gal. *marier*, Hisp. *casar*, *μαρμαριος*, viro tiado, seu agere. *Suet. in Vesp. c. 14.* Vitellii hostis sui filiam splendidissime maritavit. ¶ Dicitur etiam de viris. *Tac. l. 12. c. 6.* Quodam maritandum Principem cuncti suaderent. ¶ Item de bellis. *Varro l. 2. de R. R. c. 9. de canibus:* Tum enim dicuntur catulire, idest ostendere, se velle maritari. ¶ Item de aliis rebus, ut de arboribus, & vitibus. *Col. l. 4. c. 1.* Et idem maritandis arboribus nemo minorem bipedanea scrobem vitibus comparat. *Horat. epod. 2.* adulta vitium propagine altas maritat populos. ¶ *Maritor, aris*, deponeatis fornia, ulus est *Solinus c. 36.* sed non imitandum.

Maritus, i, m. 2. *marito*, *μαρμαριος*, Ger. *ehemann*, Gal. *mari*, Hisp. *marido*, *μαρμαριος*, uxoris vir, a *mas*, *aris*. *Pris. l. 4. Cic. in Catil. l. c. 10.* Vigilare non solum ad insidiandum fomno maritorum, verum etiam bonis occisorum. ¶ Dicitur etiam de brutis animalibus. *Col. l. 8. c. 5. de gallinacis:* Rarior est in his avibus maritis bonitas. ¶ Olenitis uxores mariti, capræ, *Hor. l. 1. od. 17.*

Maritus, a, um, *conjugale*, conjugalis. *Ovid. in epist. Paridis ad Helenam. Liv. l. 27. c. 31.* Vagabatur cum uno, aut altero comite per maritas domos dies, noctesque. idest, per domos maritorum. ¶ Dicitur etiam de arboribus, & aliis rebus. *Col. l. 3. cap. 11.* Rarissimum arbutum, vel olivetum, quod non fuerit maritum. ¶ Pecunia marita, est dotalis. *Plaut. Epid. 2. 1. 11.* Pulchra ædepol dos pecunia est. P. Quæ quidem ædepol est non marita. Alii leg. *maritata*.

Marius, m. 2. Civis Romanus, qui septies Consul fuit. Ejus vitam habes apud *Plutarch.* de bello ejus civili cum Sylla & Cinna. V. & *Flor. l. 2. c. 21.*

Marmarica, f. i. *Barcha*, *μαρμαρικη*, regio parva Africa, introrsum patens, ubi Libya deserta, pars Libya veræ, nunc Regni Barcæ.

Marmaricus, a, um, adject. a Marmarica. *Lucan. lib. 3. v. 293.* Mittere Marmaricas cessavit in arma catervas.

Marmaridæ, m. 1. pop. Marmaricæ, quos Solinus serpentes incantare scribit. Inter hos sunt Nafamones, Libyarchæ, & Pylly, qui postremo habent salivam præfens adversus omnia venena remedium afferentem. *Silius l. 3. v. 300.*

Marmaritis, f. 3. *μαρμαριτης*, herbæ genus, al. aglaophotis, ob admirabilem colorem, a *marmor*, quia nascitur in marmoribus Arabiæ. *Plin. l. 24. c. 17.*

Marmor, oris, n. *marmo*, *μαρμαριος*, Germ. *marmelstein*, Gal. *marbre*, Hisp. *marmol*, *μαρμαριος*, genus lapidis durissimi, & solidissimi, a *μαρμαριος*, quod nunc adjective album notat, nunc substantive album lapidem, ut de utroque *Hejsteb.* testatur. *Cic. pro Arch.* Itaque etiam in sepulchro Scipionum putatur esse constitutus e marmore. ¶ Marmoris diversa sunt genera, de quibus V. *Plin. l. 36. c. 7.* ¶ Marmoris nomen & mari Poetæ tribuunt, ob nitorem aquæ, a *μαρμαριος*, resplendo. *Virg. 1. Georg. Infidum remis impellere marmor. Id. 7. Æn. In lento luctantur marmoræ tonæ.* ¶ Servus a marmoribus legitur in *Inscript. apud Gruter. pag. 593. n. 7.*

hostis, postea fidelissimus socius. Hic ad extremam usque senectam mira valetudinis prosperitate, vegetoque corporis robore usus est, adeo ut iter quamvis prolixum faciens equum nunquam ascenderit, & nonagesimo ætatis anno filium genuerit. *Ovid. 6. Fasti.* Pollera lux melior, superat Mafinissa Syphacem.

Masius, m. 2. Masium, Mazius, mons Afiz, Tauri pars inter Armeniam maiorem ad Bor. & Mesopotamiam ad Mer. qui extenditur a Samofatha prope Lumphratem Amidam usque ad Tigrim fl. a quo separatur a Niphate M. Maspetum, n. 2. solum laterpitii, apio simile. *Plin. l. 19. c. 3.*

Massa, æ, f. *passa*, *κρη*, Ger. *etig*, Gal. *pate*, Hisp. *massa*, *κρη*, farina subacta, macerataque ad panificium, a Græcæ voce allata. *Prisc. l. 1. & Glossæ veteres.* ¶ Generatim ponitur pro omni eo, quod dealum est, spidumve, ad similitudinem farinae subactæ, ut Massa auri, massa ferri, hoc est pila, & veluti moles. *Virg. l. Georg. Massum* picis urbe reportat. *Id. 4. Georg. v. 170.* Ac veluti lentis Cyclopes fulmina massis cum properant. ¶ *Colum. l. 12. c. 34.* ubi rationem docet acetii scyllitici faciendi, præcipit, ut vinum, quod in acetum converti debet, impidum sit, & de submassa. Videtur autem intelligere vinum, in quod massa ferri candens immittitur. Nam *eyfus. l. c. 5.* ubi agit de vino vapido in acetum vertendo, quidam, inquit, ferri massas exurunt, ita ut ignis speciem habeant, easque in eamdem (vini) mensuram demittunt. Quidam leg. *impidum sit*, & de *Junmo*.

Malsalis, le, adject. *torale*, a massa. Est *Tertulliani aduers. Hermog. c. 30. & l. 4. aduers. Marcion. c. 18.* Hinc

Massaliter, adv. *totalmente*. *Tertull. aduers. Valentin. c. 16.*

Massæyli, populi Numidiz occidentalis. *Plin. l. 5. c. 5.*

Massagetzæ, m. Alani, pop. Sarmatiz Europæ, iuxta Euxinum mare, & paludem Mæoticam. Aliis erant pop. Scythiz intra Imaum, inter Jaxartas, & Alanofcythas, ubi nunc pars Australis Tartariz deserta, versus Zagatajam. Didici sunt quasi graves Getæ. Massa enim apud Scythas grave significat, teste *Isidoro l. 9. Orig.* Cum per deserta discurrunt, equorum suorum sanguinem cum lacte bibunt. Apud hos senio confecti in frustra caduntur, admixtisque ovillis carnis a suis eduntur; qui vero morbo intereunt, teris devorandi abijciuntur. Intestissimi sunt holiubitus, neque cum vicinis populis ullam servant amicitiam, aut fidem. Uxores habent communes, cum quibus etiam in publico coire non verentur. Solem venerantur, cui & equum immolant: cæteros Deos habent neglecti. *Herod. l. 4. Strabo l. 2. Stat. in Achill.* Lactea Massagetæ veluti qui pocula fuscant sanguine puniceo. ¶ Nominativus sing. est Massageta, vel Massagetes. *Lucan. l. 3. v. 283.* Longaque Sarmatici solvens jenuia belli Massagetes, quo fugit, equo.

Masstris, f. 3. uva est, quæ ex vite sylvestri cum flore in Africa decerpitur, medicinz tantum, & odoramentis idonea. *Plin. l. 12. c. ult. & in proam. l. 23.*

Masficium, i, n. vinum Maffici montis. *Virg. 7. Æn.* Vertunt felicia Baccho Maffica.

Masficus, m. 2. Monte Masso, al. Monte Maffico, mons Campaniz, Falerno, & Gaurio junctus, inter Sveffam, Calenum, & Sinveffam, al. inter Minturnas, & Calenum extensus versus oram maris Tyrreni. Ejus pars, quæ est versus oram maris Tyrreni, ab incolis dicitur *Mondragone*. Ferax est optimi vini.

Masficus, a, um, quod ad Mafficum M. spectat. *Hor. l. 1. Carm. ode 1.* Est, qui nec veteris pocula Maffici spernit. h. e. Maffici vini.

Massilia, f. 1. *Massiglia*, *Μασσαλία*, urbs Galliz Narbonensis, in ora Provinciz, præclara, & emporio celebris, condita a Phœnicibus una cum Emporiis in Hispania, Medis Alyage, Hebræis Sedecia imperante, circa secundam, & quadragesimam Olympiadem, anno ante partum Virginis 613. Cum diruta fuisset, instaurata est a Phœnibus, qui Cyri tyrannidem fugientes, relicta Græcia in hunc sinum navigarunt. Optimi vini ferax est. Olim Massiliæ studia ingenuarum artium adeo floruerunt, ut Romani pro Attica peregrinatione Massiliticum peterent Gymnasium ad disciplinas attendendas. *Liv. l. 35. c. 9. Plin. & Cæf. l. 2. B. Civ.* ¶ Massiliensis & litteris, & optimis inlittus, ac moribus claruerunt. Iidem luxus notati sunt. Hinc *Massiliam navigas*, & *E Massilia venisti*, apud Suidam de nimis cultu dicitur. *V. Cic. pro Flacco, & l. 2. Offic. Tac. in vita Agricola, & Tauum. ad Plaut. Caf. 5. 4.*

Massiliensis, se, adject. qui est e Massilia. *Cæf. l. 2. B. Civ. c. 3. 4. 6. & c.*

Massiliotus, a, um, quod ad Massiliam spectat. *Plin. l. 3. Rhodani* oſium amplissimum vocatur Massilioticum.

Massilitanus, a, um, adject. Massiliensis. *Vitruv. l. 10. c. ult.*

Masso, as, a. 1. in malleum redigo, conglobo, condenso. *Lucr. l. 1. v. 666.* Ignes in cætus stringi, massare corpus. Al. leg. *mutare*. ¶ Pro massicare usurpat *Theod. Priscian. l. 1. c. 8. l. 2. c. 29.*

Masula, f. 1. *μασούλα*, dim. a massa. *Col. l. 12. c. 38.* Post hæc complures ex ea massulæ fiunt.

Masylla, f. 1. opp. medit. Cyrenes, apud Berenicen, & Hortos Hesperidum. Hinc regio Masylla, seu Masylija. Sed a *Livio* Masylija gens in Numidia ponitur. Pop. Masylii, quos *Plinius* inter Capitanos, & Getulos apud Lidyæ deserta locat. Neque ephippis utuntur, nec frænis, sed sola virga contenti sunt, qua agent equos, & moderentur. *Lucan. l. 4. v. 682.*

Masylyæus, a, um, ex Masylija urbe, seu Masylija regione. *Mart. l. 9. ep. 23.* Et Masylyæum virga gubernat equum.

Masylyus, a, um, quod ad Masyllam, seu Masyliam spectat. *Lucan. l. 4. v. 682.* Et gens, quæ nudo residens Masylija dorso.

Masylyus, a, um, idem ac Masylyus. *Virg. 4. Æn. v. 483.* Hinc mihi Masylyæ gentis monstrata Sacerdos.

Mastaura, orum, n. *Mastauræ*, *Μασταύρα*, urbs Lydzæ, in Carizæ confinio, ita dicta, quod ibi Rhæzæ Bacchi nutrici, quæ Ma Lydis appellabatur, taurus toleret immolari. Alioquin dicta videtur a *masfo*, & *taurus*. *Plin. l. 5. c. 29.* ¶ Populi Mastauræntes. *Id. ibid.*

Masticatio, onis, f. actus masticandi. *Cel. Aurel. l. 4. Tard. c. 3.* Cibum masticatione exercere.

Masticatus, a, um, & nom. ex partic. *masticato*, dentibus comminutus. *Apul. de herb. c. 79.* Cum fuerit masticatum, fervorem commovens &c. *Theod. Priscian. de Diesa, c. 10.* Portulaca masticata fluporem dentium sanat.

Mastiche, vel masticæ, es, f. 1. *masticæ*, *μαστίκη*, lacryma, quam lentissimus arbor gummi modo sudat. *Plin. l. 12. c. 17.*

Masticinus, a, um, *masticino*, ad masticen pertinens. *Pallad. in Marr. tit. 9. subint.* Semina madetæcere laurino oleo, vel nardino, vel masticino.

Mastico, as, avi, atum, a. 1. mando, dentibus tero, *masticare*. *Macer de visib. herbar. carn. 3.* Masticet hoc patiens, teneatque diutius ore.

Mastigeus, i, m. idem quod mastigia. *Plaut. Trin. 4. 2. 121.* Aggrediendus est hic homo mastigeus. Ita referunt nonnulli Lexicographi: Sed legendum est: *Aggrediendus est hic homo mihi astu*. *hevs &c.*

Mastigia, m. *μαστίγια*, verbero, verberibus dignus. *Plaut. Most. r. t. 1. Exi* e culina, sis, foras mastigia. *Terent. Adelph. 5. 2. 6.* Non manus abstinere, mastigia?

Mastigophorus, m. 2. *μαστιγοφόρος*, servus flagellifer, qui, ut scribit Budæus, agonothetas, in facris certaminibus comitabatur, virgas præferens ad subinvenendam turbam, & cohædendas seditiones. *Prudent. in Pfycom. l. 2. Carm. 516.*

Mastruca, vel Mastruga, f. *pellucida*, *μαστρυκα*, vestis genus, qua Sardi utebantur. *Cic. in fragm. pro Scauro.* Eum Sardorum mastruca mutavit. ¶ Translate dicitur de homine molli, & libidinoso, quia hujusmodi vestis forata est, & pessime olet. *Plaut. Pan. 5. 5. 34.* Deglupta mœnas, mastruga, i in malam crucem.

Mastrucatus, a, um, *μαστρυκατός*, qui mastruca utitur. *Cic. de Prov. Conf. c. 7.* Res in Sardinia cum mastrucatis latrunculis a Propætre una cohorte auxiliaria gesta.

Mastruga. V. Mastruca.

Masturbator, oris, m. 3. qui masturbat. *Martial. lib. 14. ep. 203.* Al. scribunt *mastrupator*.

Masturbo, as, avi, atum, a. 1. effuso virili semine polluo, quasi marem turbo. Alii scribunt *mastrupo*, quasi manu stupro. *Martial. l. 11. ep. 115.*

Mastus, m. 2. *mammella*, *μαστύς*, mamma. Pro translationem dicitur de tumulis mammatis in fontibus, & aqueductibus, qui etiam mammæ, papillæ, & ubera dicuntur. *Vitr. l. 8. c. 3.* Athenis ex hujusmodi locis, & fontibus masti usque ad portum Piræum ducti sunt salientes. ¶ Est etiam hoc nomine herba, quæ potui indita pilos mammarum e partu nascensium auferit. *Plin. l. 26. c. 15.*

Matæus, a, um, *vano*, *ματῆαυος*, vanus, ineptus. *Petron. in fragm. Tragicur. c. 41.* *Burm.* Plane matæus sum. Al. aliter leg.

Matæris. V. Materis.

Matæxa. V. Metæxa.

Matella, f. 1. *mastillecta*, *orinale*, Ger. *schirbel*, *uvaffergeschir*, Gal. *pot de chambre*, *urinal*, Hisp. *orinal*, *υρητότε*, vas, in quod urinam reddimus, dim. a *matula*. Aliqui distinguunt matellam a scaphio, quod scaphium tam ad ventris onus, quam ad urinam excipiendam accommodatum esset; matella, quia angustiore esset ore, urinæ tantum excipiendam fuerit utilis: alii, quod scaphium esset mulierum, matella virorum. *Martial. l. 10. epigr. 11.* Dispercam, si tu Pyladi præstare matellam dignus es. ¶ Est item matella, aquarium vas, teste *Nonio*, c. 15. n. 2. qui ibi & *Varronem* avertit, & *Plautum*.

Matellio, onis, m. vasis aquarii genus, quo nomine vas appellabatur, ubi a matulæ figura longius recessisset, ut *Varro* scribit l. 4. de L. l. 2. *matula*. *Varro de vita pass.* Postularet trullam, matellionem, pelvium. *Cicero in Parad. 5. cap. 2.* Si L. Mummium aliquem istorum videret matellionem Corinthium cupidissime tractantem. ¶ Matellio item *Festo* vas est, in quod urina redditur, quod & matella appellatur.

Matæla, f. 1. genus farculi. *Cat. de re rust. c. 46.* Si parum descendit, malleolo, aut mateola adigito.

Mater, tris, f. *madre*, DN, Germ. *mutter*, Gal. *mere*, Hisp. *madre*, *ματῆρ*, genitrix, parens, quæ quodvis animal partu edit, a voce græca allata. *Cic. pro Cluent.* Mater enim a me nominis causa, tametii in hunc hostili odio, & crudelitate est, mater, inquam, appellabitur. *Virg. 3. Georg.* Excretos prohibet a matribus hædos. ¶ Aliquando tamen pro nutrice ponitur. *Plautus* utranque significationem complexus est. *Men. prol. v. 19.* Ita forma simili pueri, inquit, ut mater sua non internoſe posset, quæ mammam dabat, neque adeo mater ipsa, quæ illos pepererat. ¶ Transfertur & ad arbores, quæ matres dicuntur respectu propaginum, quæ ex ipsis nascuntur. *Plin. lib. 12. cap. 5.* Superiores ejusdem rami in excelsum emicant, sylvestra multitudo, vasto matris corpore. ¶ Item ad resinanimatas, pro causa, origine. *Cic. 2. de Orat. c. 40.* Avaritiam si tollere vultis, mater ipsa est tollenda luxuries. *Sic Plaut.* vitem matrem vini appellat *Amph. l. 1. 274.* Et apes mellis matres, *Varr. R. R. l. 2. c. 5.* ¶ Est etiam honoris vocabulum, quo seniores læminas compellamus. *Plaut. Rud. l. 1. 5. 5.* Jubemus te salvere, mater. Sic Vesta mater, apud *Senec. l. 4. Controvers. 4.* & Mater Matuta, apud *Festum*. Et Mater magna, h. e. Cybele apud *Cic. pro Sexr. c. 26.* quæ & similiter mater dicitur a *Virg. Æn. 9. v. 108.* & *4. Georg. v. 64.* ¶ Mater familias, *padrona di casa*, *οικονομοσ*, uxoris species, scil. ea uxor, quæ erat in mariti manu, mancipioque esset, ita dicta, quoniam non in matrimonium tantum, sed in familiam quoque mariti, & in sui hæreditis locum venisset. Duo enim uxorum genera fuere, unum, quod proprie uxor, & matrona dicebatur, alterum, quod materfamilias. Matrona in matrimonium tantum venerat, materfamilias etiam in mariti familiam, & hæreditatem. Quod autem ad vocis hujus compositionem attinet, *familias*, antiquus genitivus est, Græcorum imitatione, qui læminorum in a purum definitivum genitivus in as inſectunt. *Cic. in Top. c. 3.* Si ita Fabiæ pecunia legata est viro, si ea uxor materfamilias esset, si ea in manum viri non convenerat, nihil deberet. Genus est enim uxor: ejus duæ formæ, una matrumfamilias; hæ sunt, quæ in manum convenerunt: altera earum, quæ tantummodo uxores habentur. ¶ Sumitur interdum pro uxore simpliciter. *Liv. l. 4. bell. Mac.* Et cum tibi viro liceat purpura in veste stragula uti, matremfamilias tuam purpureum amiculum habere non sines? ¶ Justa materfamilias, & pelles opponuntur. *Liv. l. 9. bell. Mac.* Hunc justa matrefamilias, illum pellice ortum esse.

Matercula, æ, f. *ματρίκλον*, dimin. a mater. *Cic. pro Flac. c. 36.* Nunc denique materculæ suæ festivo filius ancilæ minime suspiciosa purgat fe.

Materia, æ, f. 1. & materies, ei, f. 5. *materia*, Ger. *materia*, Gal. *materia*, Hisp. *materia*, *μάτ*, id, ex quo aliquid fit, ut materia libri membrana est, & atramentum; materia domus sunt lapides, calx, ligna, tegulæ, a *matre*, ut *luxuria*, & *luxuries* a *luxu*. *Cornelius Fronto* distinguit ita *materiam*, & *materiam*, quasi *materies* ad res animi, & ingenii spectet, *Joggetto*; *materis* vero corporea sit, ut materia fabri, lignum, ferrum, &c. sed fere promiscue usurpantur. *Ovid. 2. Metam. v. 5.* Materiam superbat opus. ¶ Speciatim dicitur de lignis, quæ ædificiis apta sunt. *Quintil. l. 7. c. 1.* Opera extruentibus satis non est saxa, & materiam; & cætera ædificanti congerere utilia. ¶ Item de ligno, quod est intra corticem. *Col. l. 5. c. 11.* Quali cuneum ferream, vel osseum inter corticem, & materiam lente demittito. ¶ Item de palmite, qui de novello nascitur, & in tenero alligatus dependet. *Col. l. 5. c. 6.* ¶ Rudis materia, est primum chaos. *Lucan. lib. 2.* Materiamque rudem flamma cedente recepit. ¶ Accipitur etiam pro genere, seu ilirpe. *Col. l. 6. c. 27.* Equidum pecus tripartito dividitur. Est enim generosa materies, quæ circo, sacrificæ certaminibus equos præbet. ¶ Item pro argumento orationis, seu libri, quod Græci *μάκτ*, Itali *Joggetto* appellant. *Cic. Ari. l. 2.* Quod me, ut scribam aliquid hortaris, crescit mihi quidem materies, ut dicis, &c. *Horat. de ar. poet. v. 38.* Sumite materiam vestris, qui scribitis, æquam viribus. ¶ Item pro causa, seu occasione. *Sallust. Catil. cap. 10.* Cupido pecuniæ primo, deinde imperii crevit: ea quasi materies omnium malorum tuere. *Vellej. lib. 2. cap. 62.* Materiam belli præbere.

Materialis, le, o. 3. *μάτρη*, quod est materiz. *Masrob. l. 1. Som. Scip. s. 12.* Materialis influxio.

Materialiter, adverb. *materialmente*, *μάτρη*, secundum materiam. *Sidon. l. 8. ep. 11.* In pectore viri iracundia materialiter regnans.

Materiaris, rii, m. *μάτρη*, qui materiam ad ædificia suppeditat. *Plaut. Mil. 3. 3. 45.* Si non nos materiaris remoratur. ¶ Speciatim accipitur pro fabro lignario, quia materia etiam interdum fumitur pro ligno. *Inscrip. apud Gruter. p. 642. n. 6.* ¶ Item pro materum artiſice, apud *Amian. l. 21.* teste *Voffio* in *Etymol. V. Materis.*

Materiaris, a, um, quod est ex materia, vel ad materiam spectat, & præsertim ad ligna ad ædificandum apta. *Plin. l. 7. c. 56.* Fabricam materiarum *Dædalus*, & in ea ferram, æciam, &c. invenit.

Materiaris, onis, f. *legname d'una fabbrica*, materies lignaria in ædificiis, ut trabes, tabulæ, contignationes, &c. *Vitruv. l. 4. c. 2.* In ædificiis collocatur materiatio, variis vocabulis nominata.

Materiatūra, æ, f. idem ac materiatio. *Vitr. l. 4. c. 2.* Materiatūra fabrilis.

Materiatūs, a, um, materia præsertim lignaria, seu materiatone constructus. *Cic. 3. Offic. c. 13.* Ædes pestilentis, male materiatæ, ruinofæ.

Materius, a, um, adject. *Materina terra* apud *Caton. R. R. c. 34.* exponitur a *Turneb. l. 21. c. 25.* dura, solida, & prope lignea.

Materiōla, læ, f. diminut. a materia. *Tertull. de baptis. c. 17.*

Materiōr, aris, d. 1. *ὑπομαίω*, materiam exedo ad conficiendum vallum. *Cæf. 7. B. G. c. 73.* Erat eo tempore & materiari, & frumentari, & tantas munitiones fieri necesse. ¶ Item materiatone constructo. *Vitruv. l. 5. c. ult.* Ea ædificia minime sunt materianda propter incendium.

Materis, vel **Matris**, is, f. 3. vel *Matara*, æ, f. 1. *picca*, *ματρη*, Celticum lanceæ genus. Vox est Gallica. *Cæf. l. 1. B. Gal. c. 26.* Nonnulli inter carnos rotæque mataras subjaciebant, nostrosque vulnerabant. *Turneb. legit materes.* Alii *mazaras*. *Liv. l. 7. c. 24.* Humero materi trajecit. *Aufon ad Heren. l. 4. c. 32.* Materis tranſalpina.

Maternus, a, um, *materno*, Germ. *muesterlich*, Gal. *maternel*, Hisp. *maternal*, *ματρικῆς*, quod matris est. *Cicero pro Cluent. c. 5.* Quo enim est ipsum nomen amantius, indulgentiueque maternum. *Ter. Heaut. 4. 1. 24.* Maternus animus.

Matertera, f. 1. *zia*, *forella della madre*, Ger. *der muesterschweſter*, Gal. *vente*, Hisp. *fia*, *ματρη*, *ἀδελφῆ*, matris soror, a *mater*. Nam *tera* est vocis productio. *Festus* dicta videtur quasi mater altera. *Cic. 1. de Div. Puellam defatigatam petiſſe a matertera.* ¶ *Matertera* magna est soror avæ; matertera major, soror proavæ: maxima, soror avavæ. *Paul. Jctus leg. 10. Dig. de gradib. §. 8. g. & 10.*

Mathematica, æ, f. *μαθηματικά*, *Senec. epist. 88.* Mathematica superficialia est, &c. *Sueton. in Tiber. c. 69.* Addictus mathematicæ. h. e. astrologiz judicariæ.

Mathematicus, a, um, adject. *μαθηματικός*, ad Mathematicam pertinens, ut *Mathematica ratio* apud *Vitruv. l. 1. c. 1.* Et *Mathematicæ artes* apud *Plin. l. 30. c. 1.* ¶ *Mathematicæ* disciplinæ, *μαθηματικά* *ἐπιστήμη*, & simpliciter *Μαθηματικά*, dicuntur Geometria, & Arithmetica, & quæ ab his proficiuntur, ut Astronomia, Musica, Optica, Geographia, & aliz, a *μάτρη*, *discere*, quæ Artes Mathematicæ vere, & proprie disciplinæ, seu scientiæ sunt, quippe quæ plane discuntur, & per demonstrationem percipiuntur.

Mathematicus, ci, m. 2. *Μαθηματικός*, qui scit disciplinas circa abstractam quantitatem versantes, ut Arithmetica, & Geometria, ut earum principia aliis applicantes, ut Geographiam, Astrologiam, Musicam, Opticam, & alias. *Cic. 1. de Or. Quis ignorat, ii, qui Mathematici vocantur*, quanta in obscuritate rerum, & quam recondita in arte, subtilique versentur? ¶ Per *Catachresin* Mathematici vocantur impostores, qui aliter Chaldæi, Genethliaci, & Astrologi dicuntur, *astrologhi giudiziarj*, qui ex observatione horæ natalitiz fata cujusque se scire profiterentur. *Gell. l. 1. c. 9. & l. 14. c. 1. Juven. Sat. 14. v. 248.* Nota Mathematicis generis tua. *Tacit. 1. hist. c. 22.* Mathematici genus hominum potentibus infidum, sperantibus fallax.

Mathēsis, is, f. 3. *μαθησῖς*, disciplina, & speciatim series illa disciplinarum, quas Mathematici profiterentur. *Spartian. in Hadrian. c. 16.* & in *Ælio Vero c. 3.* & *Tertull. de Idolol. c. 9.* ¶ Sumitur sæpe pro arte facta alicujus ex natali hora divinandi, quæ genethliacæ vocatur, *astrologia giudiziarja*. Hinc *Jul. Firmic. libros de hac arte differentes, Marheſios* inscripsit. Usus est & *Verus Scholiastes Juven. ad Sat. 6. v. 574.* & *Prudent. lib. 2. advers. Symmach. v. 888.* ubi & secundam corripuit; contra naturam græcæ vocalis, illo versu: Involvit mathēsi, magicas impellit in artes.

Matinus, m. 2. mons Apuliz, in Lucaniz confinio, qui buxetis abundat. *Lucan. l. 9.* Et calidi lucent buxeta Matini.

Matinus, a, um, adject. ad Matinum montem pertinens. *Horat. l. 4. od. 2.* Ego apud Matinz more &c.

Matralia, n. 3. *ματρη*, matris Matutz festa, tertio idus Junii a matronis celebrari solita. *Ovid. 6. Fast. v. 475.* Ite bonæ matres, vestrum Matralia festum, &c.

Matresco, is, n. 3. *madreggiare*, Germ. *der mutter gleich seyn*, Gal. *resembler a sa mere*, Hisp. *se mejarſe a su madre*, *ματρη*, *ἴσθαι*, est matri similem fieri. *Pacuv. apud Non. c. 2. n. 526.* Utinam nunc matresco ingenio.

Matricālis, le, adject. ad matricem pertinens, ut matricālis herba. *Apul. de herb. c. 66.* Matricālis vena. *Veget. l. 1. c. 10.*

Matricida, com. 1. *matricida*, *ματρηκῆ*, Ger. *mutter moerder*, Gal. *qui a suæ ſa mere*, Hisp. *el que a muerte su madre*, *ματρηκτοῦς*, qui matrem occidit. *Cic. ad Q. Fr. l. 1.* Quem scribit certissimum matricidam. ¶ Per *Tmesim Aufon. in Cæf. Matricæ* cida Nero proprii vim pertulit entis.

Matricidium, ii, n. *matricidio*, matris occisio. *Cic. 1. de Inv. c. 13.* Orestes, si accusetur matricidii.

Matriciōla, æ, f. 1. album, idest, charta, ubi milites descripti sunt, a *matro*. *Veget. l. 1. c. 26. & l. 2. c. 6.*

Matrimonialis, & le, o. 3. *γαμικῆς*, quod ad matrimonium pertinet. *Jul. Firmic. l. 7. c. 17. & Quintilian. declam. 342.*

Matrimonium, nii, n. *matrimonio*, *התורה*, Ger. *die ehe*, Gal. *marriage*, Hisp. *casamiento*, *matrimonio*, *συγγαμία*, matris, & tæminæ conjunctio, a *mater*. Nam *monium* vocis productio est. Utque a *patri* est *patrimonium*, a *sancti* *sanctimonia*, sic a *matri* *matrimonium*. *Cic. pro Cluent. c. 62.* Matrimonii jus castum, & legitimum. *Id. 3. Leg. c. 16.* Habere aliquam in matrimonio. *Id. pro Cluent. c. 44.* Ducere in matrimonium. *Curt. l. 6. c. 9.* Philotæ forem matrimonio sibi conjunxerat. ¶ Interdum ponitur pro matrona, sive conjugæ. *Justin. l. 3. c. 3.* Ut severius matrimonia sua viri coercent. *Liv. l. 23.* Matrimonii convocatis. ¶ Quidam Jcti putant, hac voce significari etiam materna bona, seu dotem; idque allatis exemplis ex *Sueton. Valer. Max. & Seneca* confirmat: corruptis tamen ubique codicibus eos usos putant Critici, de quo *Casaubon. ad Sueton. monuit*, & *Pareus in Lex. Crit.*

Matrimus, a, um, *chi ha la madre ancor viva*, qui matrem adhuc habet superſtitem, a *mater*, ut *patrimus* a *pater*. *Cicero de Arusp. Resp. c. 11.* Aut puer ille patrimus, & matrimus si terram non tenuit. *Tous. 11.*

¶ *Apud Festum* legitur *matrimus*, is.

Matrix, cis, f. *matrice*, e *la femmina*, *che si tiene per razza*, Germ. *mutter thier*, *die beerwuter der weiber*, Gall. *merc*, *matrice*, Hisp. *madre*, *μήτρα*, uterus matris, item fœmina, quæ fetus gratia tenetur, a *mater*. *Columel. l. 8. c. 5. de gallinis.* Ne incubantes matricæ ab aliis avibus inquietentur. *Varr. l. 3. R. R. c. 5.* Habeo tauros ad matricæ septuaginta duos. Sic *Sueton. in August. c. 94.* Matricem vocat arborem, ex qua stolones succreverunt. ¶ A Medicis tamen matrix appellatur organum conceptionis in materno utero. *Plin. lib. 27. c. 10.* Radix matricem sanat, & stomachum decocta in vino. ¶ Est etiam matrix index, in quo certa nomina describuntur, unde *matricula*. *Tertull. de fuga in perſecut.* Cum in matricibus beneficiariorum, & curioſorum Christiani quoque continentur.

Matrona, æ, f. 1. *matrona*, *οικονομοῦσα*, quæ in matrimonio cum viro convenit, a *mater*. Hoc nomine spei, atque boni omnis causa etiam illa dicebatur, cui liberi necdum essent. *Cic. in Top. Boetius 3. comm. in Top. Cic. Gellius l. 18. c. 6.* *Signonius de ant. jure C. R. l. 1. c. 9.* distinguunt matronam a matre familias, & dicunt, matronam dictam proprie, quæ in matrimonium cum viro convenisset, quoad in eo matrimonio maneret, etiamſi ei liberi nondum nati forent; dictamque esse ita a matris nomine non adeptæ, sed cum spe, & omine mox adipiscendi, unde ipsum quoque matrimonium dicitur; matrem autem familias appellatam esse eam solam, quæ in mariti manu, mancipioque erat, aut in ejus, in cujus maritus manu, mancipioque esset, quoniam non in matrimonio tantum, sed in familiarum quoque mariti, & in ejus hæredis locum venisset. *Voffius* assert alterum discrimen, quod matris solum dicerentur fœminæ honestæ, illustrique loco nate. Item *Serv. ad illud 9. Æn. Quæ* tota sola, puer, multis e matribus ausa Persequitur: Ex matribus, inquit, idest, ex nobilibus. Nam matres non nisi nobiles dicimus: unde & matronæ dictæ sunt. *Ovid. 2. Metam.* Senferat hoc olim magni matrona Tonantis. *Cic. l. 7. Fam. ep. 6.* Opulenter, optimates matronæ.

Matrona, f. 1. *la Marne*, fl. Galliz Belgicæ, qui oritur in Campania pro *Aufon. in Mos. v. 462.* Matrona non, Gallos, Belgasque interſita fines.

Matronalia, n. 3. festa in honorem Junonis, a *matrona*, quod iis matronæ Junoni sacrificarent, ut sibi annis felix esset in amore conjugali, ac puerperio. Celebrabantur Calendis Martii, non Aprilis, ut quidam censuerunt. *Voff.* Eodem die inter femunera missabant, quem morem tangunt *Tib. lib. 3. el. 1. & lib. 4. el. 2. Juvenalis*, & alii. *V. Serv. 8. Æneid.* Aliqui confundunt cum Matralibus. Sed Matralia fiebant in honorem Dææ Matutz, die 11. Jun. *Ovid. 6. Fast. ¶ Id. 3. Fast. v. 180.* & seq. scribit Matronalia celebrata fuisse, in honorem Martis, ob diremptum a matronis bellum inter Sabinos & Romanos, earum raptarum causa.

Matronālis, & le, o. 3. quod ad matronam spectat. *Ovid. 2. Fast. matronales* erubere genæ. *Liv. lib. 26. c. 49.* Decus matronale.

Matronātus, us, m. conditio matronæ. *Apul. l. 4. Metam.* Ut matronatus ejus indicabat.

Matruēlis, is, natus ex fratre matris mez. *Aur. Viſt. de Orig. Gent. Rom.* Turnus matruelis Amatz. Adde *l. 2. Dig. ad leg. Pomp. de parricid.*

Matta, f. 1. *suora*, Germ. *stradecke*, Gall. *natte*, Hisp. *esb*, *sofia*, stœra, & tegez, quæ fit ex cannabe, lino, junco, palma, scirpo, aut sparto, ubi stuppa, vel sœnum, vel lanæ rudiores, aut quid simile infertum est. *Ovid. 6. Fast. v. 680.* In plauſtro scirpea matta fuit.

Mattæa, V. *Mattya*.

Mattēola, f. 1. dim. a *mattea*. *Arnob. l. 7.*

Mattiācum, n. 2. Castrum Mattiacorum, Mattium, *Marpurg*, vel *Marpurg*, urbs Germaniz præclara, primaria Hasniæ, & Academia, cum caſtro munito, ad Lanum fl. *Plin. l. 31. c. 2.*

Mattiācus, a, um, quod ad Mattium urb. Germaniz spectat, ut *Mattiāca pila*, sphaeræ odorati saponis, 2 Mattiaci, unde melioris notæ afferentur. *Martial. l. 14. ep. 26.* Accipe Mattiacas (quo tibi eozæ pilas).

Mattici, cognominantur homines malarum magnarum, atque oris late patentis. *Festus*.

Mattya, f. 1. vel *matya*, vel *mattea*, *ματρη*, certum delicati cibi genus e farina aqua subacta, & oleo, lacte, & similibus, a *ματρη* subigo. ¶ Progressu temporis introductum est, ut *matya* omnis cibi pretiosus ac delicatus diceretur, ut ait *Athenæus l. 14.* & fumitur universim pro quocumque delicato ac pretioso edulio. In aliquibus libris legitur *mattea*, pro *mattea*. *Sueton. in Calig. cap. 38.* Multis venenatas matteas misit. *Martial. l. 10. epigr. 59.* Ex omni posita est instructa macello Cœna tibi, sed te *matya* sola juvat. *Al. leg. juvant*, ut sit *Matteum*, ii, n.

Matūla, æ, f. *orinale*, *ἀμυδ*, vas, in quod vesicam levamus, quod & matella, & scaphium dicitur. *Plaut. Most. 2. 1. 39.* Nam hercle ego vos pro matula habeo, nisi matulam datis. *Id. in Pers. 4. 3. 64.* Nunquam ego tam esse matulam credidi. h. e. tam stolidum, aut insulsum.

Matūra, æ, Dea præles frugibus maturandis. *August. lib. 4. de civit. Dei, cap. 8.*

Maturatæ, adv. mature, festinantur. *Plaut. Mil.* Jube maturatæ illam exire huc. *Liv. l. 32. c. 16.* Jusſis cæteris, quantum maxime possent, maturatæ sequi.

Maturatio, onis, f. actus maturandi, & cum debita maturitate perficiendi. *Aufon. ad Heren. l. 3. c. 2.* Dolus maturatone consumitur.

Maturatūs, a, um, o. 1. 2. *maturato*, maturatus factus, partic. a maturor. *Cic. 1. de nat. Door.* Omnia, quæ terra signat, maturata pubescunt. ¶ Sumitur pro perfecto. *Plin. l. 11. c. 37.* Maturata concoctio. Item pro accelerato, ut *Maturatum negotium*. ¶ *Maturato opus est*, opus est maturitate, seu celeritate. *Liv. l. 1.* Ita tacto, maturatoque opus esse. *Id. l. 4. bell. Pan.* Non quam maturato opus erat, graviter expediebant.

Mature, adv. a tempo, prestamente, *במהרה*, Ger. *schuell*, Gal. *de bone beure*, a tempo, Hisp. *presto*, a tempo, *temprano*, *ὀπις*, tempore; in tempore, hoc est nec cito, nec sero, ut *Nigidius apud Gell. l. 10. c. 11.* exponit. *Cic. de Senect. c. 10.* Mature has senex, si diu velles esse senex. ¶ Interdum significat cito. *Liv. lib. 6. c. 23.* Patere te vincis consilio, ut maturius bello vincas. *Cæf. l. 1. B. G. c. 33.* Rebus quam maturime occurrere. *Cic. pro Cæcin. c. 2.* Quæque res turpissima maturissime judicanda est. *Id. 3. de Orat. cap. 20.* Omnium maturissime ad publicas causas accessi. ¶ Interdum accipitur pro sero, tarde. *Plaut. Cure. a. 3. v. 10.* Qui homo mature quæſivit pecuniam, nisi eam mature parſit, mature esurit. h. e. qui tarde, & ægre pecuniam comparavit, nisi ei cito parcat, cito esurit. Ita explicat *Cherſil. l. 2.*

Maturefacio, is, eci, actum, a. 1. ad maturitatem perduco. *Theod. Priscian. de Diet. c. 14.* Aqua marina maturificat duritiam.

Matureſco, is, urui, u. 3. *maturari*, *ματρησθαι*, maturus fio. *Cæf. l. 6. B. G.* Cum matureſcere frumenta inciperent. ¶ Translate *Ovid. 14. Me-*

106. IRAL. S. STEPHANI

14. *Metam.* nubilibus maturuit annis puella. *Quintil. in epist. ad Tryphon.* Libros opinabar nondum fatis matureuisse.

Maturitas, atis, f. *maturitās*, Ger. *reißigung*, Gal. *maturitē*, Hif. *madureca*, *ματῦρις*, perfecta coctio succi in fructibus. *Cic. 1. Tusc. c. 28.* Commutationesque temporum quadripartitas ad maturitatem frugum, & ad temperationem corporum aptas. ¶ Item tempus maturum, tempestivitas. *Cic. 2. de nat. Deor.* Gravitates, & partus afferat, maturitateque gignendi. ¶ Translate ponitur pro opportunitate, comoda & opportuna occasione. *Cic. ad Q. Fr.* Sed eius rei maturitas neque dum venit, & tamen nunc appropinquat. ¶ Item pro perfectione. *Cic. in Brut.* Jam videbatur illud in me, quidquid esset, esse perfectum, & habere maturitatem quandam suam. ¶ Item pro processu, accensione, gravitate. *Cic. 1. 3. Fam. ep. 4.* Tamen hoc studium quotidie ingravescit, cuncto, & ætatis maturitate ad prudentiam, & bis temporum vitus. ¶ Item pro exacta peritia, & prudentia. *Tacit. 1. hist. c. 87.* Auctoritatem Paulini, vigorem Celsi, maturitatem Galli antebat.

Maturus, as, avi, atum, a. 1. *maturare*, חֲמִיץ, Ger. *faire meurir*, Gal. *avancer*, *meurir*, Hifp. *madurar*, *ματῦριον*, maturum facio, maturitatem affero. *Cic. de Sen.* Primo est peracerba gustatu, deinde matura dulcescit. ¶ Sæpe est mature, & sine nimia festinatione tacere. *Virg. 1. Georg. v. 260.* Multa, forent quæ nunc cælo properanda sereno, maturare datur. ¶ Sed fere absolute usurpatur pro procreare. *Cic. Att. 1. 4.* Ut matures venire. *Id. pro Cluent. c. 61.* Huic mortem maturabat inimicus. ¶ Maturare cœpta, est mature absolovere. *Liv. 1. 24. c. 13.* Domum ad cœpta maturanda redire jubet. ¶ Maturare fugam, *Virg. 1. Æn. V. Cell. l. 10. c. 11.*

Maturus, a, um, *maturus*, חֲמִיץ, Germ. *zeitig*, Gal. *meur*, Hifp. *maduro*, *ματῦρος*, quod neque crudum, neque immitte, neque caducum, neque nimium coctum, sed in tempore provenit, & proprie de fructibus dicitur. De origine disgladiantur Etymologi. V. *Voss. Cic. de Sen.* Et quasi poma ex arboribus, si cruda sunt, vi avelluntur, si matura, & cocta, decidunt. ¶ Translate maturum dicitur generatim omne id, quod nec citius, nec tardius est, quam convenit, seu quod tempestivum, vel commodum est. *Virgo matura viro*, quæ nubilis, ut contra *Virgo immatura viro*, quæ necdum nubilis. *Hor. 1. 3. Carm. od. 6.* Motus doceri gaudet Jonicos matura virgo. *Gel. 1. 12. c. 7.* Virginem habens jam matum viro. *Cic. ad Q. Fr.* Ego tibi spero maturæ decedionis affererebam. Sic, maturus ad arma, maturus militiæ, &c. *Liv. 1. 2. Sil. Ital. l. 16.* ¶ Item ponitur pro sene, vel senili, ut *Matura ætas*, idest quæ omnino perfecta, & tempus debitum affecuta; *Maturus ævi humor*, idest senex, & perfectam habens ætatem. *Virg. 5. Æneid. Ævi humoris Accesit.* ¶ Ex usu vulgari maturum dicitur, quod citius fit, quam par est, & ponitur pro celeri, & festino, live repentino. *Tribul. 1. 4. eleg. v. 206.* Seu matura dies celerem properat nisi mortem, longa manet seu vita. *Cic. 7. Verr.* Ea mortem illis acerbiorum, & supplicium maturius ferret. ¶ Ponitur etiam pro perfecto, pleno. *Cic. 1. de Or.* Ac facultate dicendi majore, ac maturiore. *Virg. 10. Æn. v. 256.* revoluta ruebat Matura jam luce dies. h. e. plena, perfecta, nec amplius crescente. *Sueton. in Calig. c. 44.* Plerisque centurionum maturis jam primos pilos ademitt. hoc est qui jam sua Ripendia impleverant. ¶ Item pro gravi, constanti. *Cic. pro Cæc.* Maturio iudicio, sine ulla religione iudicis condemnatur. ¶ *Maturum facere*, est cito expedire. *Gel. 1. 3. c. 7.* Maturum censo, si rem servare vis, faciendum. ¶ Comp. maturior, sup. maturissimus, & maturrimus. *Cic. in Brut.* Ipse Thucydides, si posterius fuisset, multo maturior fuisset, ac mitior. *Col. 1. 4. c. 29.* Fecundos, & quam maturissimos furculos viti detraxerit. *Tac. 1. 12. Ann. c. 65.* Robur ætatis quam maturimum precari.

Matuta, æ, f. 1. *Aurora*, *Alba*, *Αὐρορά*, Aurora, Alba Dea, Ino Cadmi filia, uxor Athamantis. *Cic. 1. Tusc. Quid? Ino Cadmi filia nonne Leucothea nominata a Græcis, Matuta habetur a nostris?*

Matutinalis, le, adject. matutinus, ut matutinali tempore, in *carm. de Pbilomela*, quod vulgo Ovid. scribitur.

Matutinus, ni, n. *ματῦρινος*, mane, *matina*. Videtur tamen adjectivum esse, sub quo tempus intelligatur. *Plin. lib. 10. c. 43.* Corvus omnibus matutinis evols in rostra. *Quintil. lib. 12. c. 18.* Prædie ad se venire, aut eodem matutino litigatorem jubent.

Matutinus, a, um, *matutino*, della *matina*, חֲמִיץ, Germ. *früh*, Gall. *matinal*, *matineux*, Hif. de la *madrugada*, *εὐδινός*, quod ad mane spectat, a *Matura*, Aurora, ut vesperinus a *Vesper*. *Cic. Att. 1. 1.* Tempore matutino, cum ad forum stipati gregibus amicorum descendimus. *Apul. 1. 1. Met.* Matutinum iter. *Hor. 1. 2. Sat. 6. v. 45.* Matutina triguera. ¶ Matutinus homo dicitur, qui matutino tempore aliquid agit. *Virg. 8. Æn. v. 463.* Nec minus Æneas te matutinus agebat.

Mavolo. V. Malo.

Mavors, ortis, m. idem ac mars. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 26.* Jam qui magna verteret, Mavors. *Virg. 6. Æn. prope finem*: magnam Mavortis ad urbem.

Mavortius, a, um, idem ac Martius, seu bellicosus, a *Mavors*. *Virg. 3. Æn. v. 13.* Terra procul vastis colitur Mavortia campis.

Maurella, æ, herbæ genus. *Macer. l. 2. v. 34.* Herbam, quam Græci srygnou dixere, Latini Maurellam dicunt.

Mauri, m. 2. *Mori*, *μυρῖνος*, populi, qui Mauritaniam incolunt, a *μαυρῖνος*, *obscurus*, *niger*. *Manil. l. 4. v. Mauritania*. Eos fuisse Indos, & Hercule duce cum innumera aliarum gentium multitudine in hæc loca pervenisse, multi crederunt, ut *lib. ut. scribit Serabo*. *Sallust. in Jug.* Maurus, & Numidas, reliquosque, qui maritimam Africam cultiorem reddiderunt, Medos, Armenos, Perfas, & Phonicas fuisse indicat.

Maurice, adv. Maurorum more. *Gel. 1. 2. c. 25. ex Varr. l. 8. de L. L.* Cum dicamus ab Oco, Tusco, Græco, Osce, Tusce, Græce; a Gallo tamen, & a Mauro, Gallice, & Maurice dicimus.

Mauritania, f. 1. *Mauritania*, *Μαυριτανία*, regio Africæ, ab Ortu in Occasum extensa, ubi nunc pars occidentalis Barbariæ, a *μαυρῖνος*, *obscurus*, *niger*, propter nigredinem populorum. *Manil. l. 4. v. 720.* & Mauritania nomen Oris habet, titulumque suo fert ipse colore. ¶ Duplex fuit, Cærtariensis, & Tingitana. *Tacit. l. 1. hist. c. 11. & l. 2. c. 58. & 59.*

Maurulicus, a, um, Mauritanus, a Maurusius pro Maurus. *Martial. l. 12. epigr. 67.* Et Maurulicus pondera rara citri.

Maurusius, a, um, *Μαυρις*, idem ac Maurus, seu Mauritanius. *Sil. lib. 10. v. 401.* Et hærens lorice interdum Maurusia pendet arundo. *Virg. 4. Æn. v. 206.* Gens Maurusia.

Mausoleum, n. 2. *μαυσωλεον*, Mausoli Regis Cariz sepulchrum, ab Artemisia uxore extructum, tanta operis magnificentia, ut inter septem orbis miracula fuerit numeratum. Atrollebat in altitudinem viginti quinque cubitis, cingebatur columnis triginta, & sex. Inde sepulchra omnia sumptuosiora Mausolea dicuntur. V. *Plin. l. pen. c. 5. Martial. de spectac. epigr. 1.* Aere nec vacuo pendencia Mausolea laudibus immo dicis Cares in astra ferant.

Mausolus, m. 2. *μαυσωλος*, Cariz Rex, quem Theopompus ait nullam abstinuisse pecunie causa. Hunc ita amavit uxor Artemisia, ut mor-

tui cineres vino permixtos tradatur ebibisse. Ad hæc sepulchrum eidem sumptuosissimum extruxit, quod Mausoleum dictum est, Mausolum, ut aliqui censent. *Plin. l. 36. c. 5. & Gel. l. 10. c. 18.*

Maxilla, æ, f. *maxilla*, חֲמִץ, Ger. *Kinbancke*, Gal. *maxilloire*, Hif. *maxilla*, o *quixada*, *σπινθη*, gena, vel pars illa oris, in qua fixi sunt dentes. De eius origine alii alia. V. *Voss. in Etymol. Pers. Jar. 4. v. 37.* Tu cum maxillis balanatum gausape pectas. *Plin. l. 11. c. 37.* Maxillas crocodilli tantum superiores movet.

Maxillaris, re, o. 3. *maxillare*, quod ad maxillam pertinet. *Plin. l. 32. c. 7.* Maxillaresque ita sanari dentes præcipue putant.

Maxime, adv. *μακίστη*, summe, vehementissime, super. a magis, *somma*, *mentis*. *Cic. 1. Off.* Ut quique maxime opis indigeat. ¶ Ponitur etiam pro præcipue. *Cic. 1. de nat. Deor.* Quæ ratio Poetas, & maxime Homerum impulit. ¶ Jungitur fere postivis nominibus. *Plaut. Mil. 2. 4. 11.* Qui propudii me inmaxime innocenter talso insimulavit. ¶ Interdum & superlativis, sed rarius. *Liv. 1. 41. c. 28.* Ego maxime gravissimum omnium arbitror. *Col. l. 9. c. 3.* Si vero favior apis, maxime pessima est. *Cic. l. 12. Att. ep. 38.* Sive hanc aberrationem a dolore delegerim, quæ maxime liberalissima, doctroque homine dignissima. *Nonov.* legit *quæ maxime liberalis una, doctroque* &c. ¶ Cum maxime V. suo loco. ¶ *Quam maxime, vel maxime*, idem fere fuit ac maxime, sed majorem tamen vim addunt. *Cic. in Partis.* Quæ quidem vel maxime suspitionem movent. *Id. 1. de Or.* Dicerequam maxime ad veritatem accommodate, *più che si può.* ¶ Est etiam adverbium assentientis, & concedentis, *il volentieri.* *Ter. And. 4. 5. 23.* Duc me ad eam, quando huc veni. M. maxime. *Plaut. Most. 4. 3. 17.* Operam mihi da. S. maxime.

Maximitas, atis, f. magnitudo, apud vet. *Lucret. l. 2. v. 497.* Ne quædam cogas immani maximitate. *Arnob. lib. 6.* Porrigere se longius, atque in maximatem producere.

Maximopere, adv. idem ac maxime. *Cic. lib. 3. Fam. ep. 2.* Abs te maximopere pro nostra summa conjunctione etiam atque etiam quaeso, & peto. ¶ Et interfecto verbo. *Ter. Eun. 3. 4. 26.* Thais maximo te orabat opere, cras ut redires.

Maximus, a, um, *grandissimo*, *μακίστος*, summus, sup. nom. in *magnus*. *Cic. ad Q. Fr.* Respondi epistolæ maximæ: nunc audi de minuscula. *Plaut. Most. 2. 2. 57.* Exclamat de repente maximum. h. e. maxima voce.

Mazara. V. Materis.

Mazara, f. 1. Mazarum, *Mazara*, urbs Siciliæ, cum portu capacissimo, satis munita, media fere inter Thermas, & Lilybæum.

Mazonomus, m. 2. *μαζονομος*, *μαζονομος*, *μαζονομος*, lanx, a *μαζα*, *maza*. Primo enim sic dicebatur vas, in quo maza apponebatur, nempe quia solerent mazas *ομιαν*, h. e. distribuere. Sed postea usurpari cœpit generatim pro omni lance rotunda. *Her. lib. 2. Fenn. sat. ult. v. 86.* Mazonomo pueri magno discerpata forentes membra gruis.

M A N T E E.

Meabilis, le, o. 3. quod meate, live manat, penetrat. *Plin. l. 2. c. 5.* Vitalem hunc, & per cuncta rerum meabilem aerem.

Meapte, mea propria, a *mea*, & *pte*, ut Meapte causa, *ἐμῆ τε ἐργα*. *Ter. Heaut. 4. 3. 8.* Ut ego nunc non tam meapte causa laxor, quam illius.

Meatus, us, m. *meato*, *via*, *πίπτος*, porus, foramen. *Plin. l. 20. cap. 23.* Succus malvæ decoctæ poros, h. e. meatus suaves facit. ¶ Ponitur etiam pro itione, live pro incedendi, aut volandi ratione. *Plin. l. 10. c. 38.* Aves tolæ vario meatu feruntur & in terra, & in aere. *Sil. l. 12. v. 112.* nubivagus meatus. h. e. volatus. ¶ Item pro cursu, & motu. *Plin. l. 2. c. 8.* Meatus siderum.

Mecastor, *μητὸρ κῆστωρ*, jurandi adverbium, feminarum proprium, teste *Gell. l. 11. c. 6.* significat, per Castorem, ut *Mebertule*, per Herculem. *Festus* scribit, esse loquendi rationem per elliptim, dicitque quasi *me Castor*, subaudi, *juver*. *Ter. Heu. 1. 2. 8.* Salve mecastor, Parmeno.

Mechanema, atis, n. *μηχανημα*, ingeniofum manus artificium, artificium opus, a *μηχανη*, *machina*, *inventum*. *Sidon. l. 1. ep. 9.* Deus bone! quod ille digitis mechanemata facit!

Mechanicus, i, m. *mechanico*, חֲמִיץ, Germ. *andwerker*, Gal. *mechanique*, Hifp. *oficial*, *μηχανικός*, taber, live opifex eorum operum, quam ingenio simul, ac manibus sunt, a *μηχανη*, *artificium*, *inventio*. *Suet. in Vesp. cap. 18.* Mechanico quoque grandes columnas exigua impensa perducitur in Capitolium pollicenti, præmium pro commento non mediocre obtulit.

Mechanicus, a, um, fabrilis, ut Ars mechanica, *Βαμωσικη*, *μηχανική τέχνη*, quæ manu exercetur. *Luprid. in Alex. Sev. c. 22.* Mechanica opera Romæ plurima instituit. *J. Firmic. l. 6. c. 31.* Artis mechanicæ divinus repertor.

Mecœnas, atis, m. 3. *μακέννας*, C. Clinius Mecœnas proprium nomen Thuci equitis clarissimi, & apud Augustum potentissimi, ad quem velut unicuique studiorum patronum Virgilius Georgica sua, & Horatius libros Carminum scripsit. Fuit enim benignissimus in provehendis omnium disciplinarum cultoribus, ac præsertim Artis Poeticæ. Hinc hodie etiam studiorum patroni, qui in sublevanda doctorum hominum egestate se munificos præbent, Mecœnates appellantur. *Martial. lib. 8. ep. 56.* Sint Mecœnates, non deerunt, Flacce, Marones. ¶ Narrant, delicatum fuisse non solum cultu, ac moribus, sed etiam stylo. Quare eum Augustus *Malacinum* vocabat, & exagrabat frequenter ut caezolum, teste *Sueton. c. 66. Juven. sat. 12. v. 39.* vestem Purpuream teneris quoque Mecœnatibus aptam. ¶ Dubia est hujus nominis scribendi ratio. *Bezman.* contendit scribendum *mecenas*, & dicit quasi *μηκέννας*, non *vulgaris*. At *Dausq. & Manur.* ex græca consuetudine, & lapidibus scribunt *mecenas*, *μηκέννας*.

Mecœnatiæus, a, um, adject. ad Mecœnatem pertinens, ut Mecœnatiæi horti, apud *Sueton. in Tiber. c. 15.*

Mecœnis, f. 3. *μηκέννας*, lactucæ genus, a copia lactis fopiferi. *Mæcæna* enim Græci papaver dicunt. *Plin. l. 8. c. 9.*

Mecœnites, m. 3. *μηκέννας*, gemma papaveris similitudinem exprimens. *Plin. l. 37. c. 10.*

Mecum, *meco*, *μετ' ἐμῶν*, cum me, abl. pron. ego conjunctus cum præpos. in quo præpositio euphonice causa postponitur. *Cic. in Orat. c. 45.* Ex eo est mecum, & tecum, non cum me, & cum te, ut esset simile illis vobiscum, atque nobiscum. ¶ *Mecum facere*, est mecum sentire. *Cic. pro Cæc. Rem.* & sententiam interdicti mecum facere fatebatur. ¶ Interdum mecum, *μετ' ἐμῶν*, significat intra me. *Ter. Heu. Ut tacite mecum gaudeam.* ¶ Pulchre jungitur cum simul. *Plaut. Bacch. Atque ut cum mecum ad te adducam simul.* ¶ Similiter cum una. *Ter. Heu. l. 2. 56.* Ut colloqui mecum una possit. ¶ Interdum hæc tria conjungimus, mecum, una, simul. *Ter. Heu. 5. 1. 34.* Quidni? mecum una simul. ¶ *Mecum pro me* accufandi casu. *Plaut. Afn. 3. 3. 72.* Hanc jube petere, atque orare mecum.

Meddix, vel *Medix*, icis, in. summus Magistratus Oſcorum, *Enn. apud Fest. Medta*,

Medea, f. ἡ μήνη, insignis incantatrix fuit, Ætæ Colchorum Regis filia, quæ cum Jasonis amore capta esset, facilem illi ad aureum vel- ludi aditum præbuit, sopito pervigili dracone, qui noctes, dieque il- lud aservabat: quo facto, patris iram metuens, Jasonem in Græciam sequuta est, patremque insequentem, disceptis Abyrti fratris mem- bris, & per viam dispersis, retardavit. Repudiata deinde ab Jasone, filios suos, quos ex eo susceperat, occidit, Glaucamque Creontis fi- liam, cum qua Jason secundas contraxerat nuptias, incensa regia, vi- vum cremavit, ipsamque etiam Jasonem impatentia doloris manus si- bi inferre coegit. Cic. pro L. Man. c. 9.

Medeas, idis, f. patronym. pro possessivo, a Medea. Ovid. 2. de Arte, v. 101. Medeides herba.

Medela, f. idem ac medicina. Gal. l. 12. c. 15. Medicos arceffit, collo- cutusque de facienda medela. Adde 17. c. 16.

Medens, tis, nom. ex particip. tibi medica, medicus. Plin. Paneg. c. 22. Ægri quocumque, neglecto medentium imperio, ad conspectum sui prope- rere. Lucret. l. 1. v. 834. Veluti pæris absynthia tetra medentes cum dare conatur.

Medior, eris, sine præterito, d. 2. medicare, ἰατρικὴ, ἰατρικόν, remedium morbis assero, a μῆλον, cura. Construitur tere cum dativo. Cic. pro Quint. Et vulneribus mederi debeam. Repertur etiam cum acc. Ter. Phor. 5. 4. 3. Quas minus mederi possit. Item cum acc. & præp. contra. Plin. l. 9. c. 31. Contra serpentium ictus medentur. Invenitur etiam medetur imperfonale. Plin. l. 27. Ex eo medetur oris ulceribus. Medendo gerundium etiam in passiva significatione usurpatum fuit, auctore Servio. Virg. 12. Æn. Egrediscitque medendo. idest dum ei medetur. Ars medendi, la medicina. Ovid. l. 2. de art. am. prope fin. Eleganter usurpat per translationem. Cic. Agrar. l. 1. c. 9. Huic malo pro se quæque nostrum mederi debemus. Id. pro Sext. c. 13. Mederi asistitæ Republicæ. Nepos Pelopid. c. 1. Mederi fatietati lectoris. h. e. cavere, ne fatietate obtundatur. Cæf. l. 3. B. G. Inopiæ frumen- tariz mederi, providere alla scarsrezza delle vestovaglie.

Mederga, verso me, erga me, interposito d ob hiatum vocalium, apud vet. Plaut. Epid. 3. 3. 9. Quasi quid filius meus deliquisset mederga.

Mediã, f. 1. Media, Madar, Madya, regio Asiæ, a Medo Medæ, & Ægri Atheniensium Regis filio fic nominata, ut Solinus refert, vel potius a Mædo Japhet filio, quod Josephus scribit. Habet ab Occidente Armeniam majorem, ab Oriente Parthiam, & Hyrcaniam, a Septentrione mare Caspium, a Meridie Assyriam, & Sufianam. V. Plin. l. 6. c. 26.

Mediãlis, le, adject. qui est in medio. Solin. c. 33. & 51.

Mediãnus, a, um, μῆδον, quod in medio est, ut Mediãnz columnæ. Vitruv. l. 3. c. 1. Mediãnus digitus. Veget. l. 2. c. 4.

Mediãstinus, m. 2. famigliaccio, Ger. knecht alterknecht, Gal. fouillon, servitor es tous bas officier, Hisp. frego, vil criado, μῆδαιὸν δῶλον, niancipium abjectum est, teste Budæo, quod vilissimum, & sordidissima ministeria obire domi cogitur, ut domum verrere, purgamenta effere, ligna congerere. Dicitur est a mediũs, quia in mediis ædibus ad imperia omnium, nutuque soleret excubare. Cic. in Catil. Collectum ex senibus desperatis agresti luxuria, ex rusticis mediãstinis, ex deco- rioribus. Alii legunt ex rusticis mediculis. Col. l. 1. cap. 9. Separandi sunt aratores a vinitoribus, atque a mediãstinis. Apud Medicos mediãstinum vocant membranz in ventre hominis medio, quæ sunt veluti mediũs quidam partes, dividens thoracem totum in duos veluti ventriculos. Priscian. in 12. Æn. & Non. c. 2. n. 573. Scribere, mediãstinum fuisse abjectissimum servum, qui in balneis ad vilissima quæque servitia paratus adfaret. Verum universim accipitur pro eo, cui nullum certum officium est attributum, quique ad quidlibet præstan- dum in medio domus stat, ut dictum est. Horat. l. 1. ep. 14. v. 24. Tu mediãstinus tacita prece rura petebas.

Mediãsturius, m. 2. fumus apud Campanos Magistratus. Liv. l. 26. c. 7. Mediãsturius, qui fumus Magistratus apud Campanos est, eo anno Seppius Lelius erat.

Mediator, oris, m. mediatore, mezzano, conciliator, qui medium se in- ter duos interponit ad lites componendas. Tertull. de carn. Christi, & Prudent. Apothef. v. 242.

Mediãtrix, icis, f. Alcinus l. 5. v. 554. Ut mediãtrix curet tutela col- umnz.

Medibilis, le, o. 3. medicabilis, a medeor. Fest.

Medica, æ, f. medica, ἄρεσγία, μήνη, herba trium foliorum, semper virens, in eorumque pabulis laudatissima, quæ semel fata decem annos durat, singulisque annis quater, aut interduum sexies demessa, sua semper sponte succrescit, ita dicta, quod in Media abundet, vel potius quod Media ad nos translata fuerit. Virg. 1. Georg. Tunc te quoque, medica, putres accipiunt sulci. Col. l. 7. Ad maciem nulla res tantum, quantum medica, potest. Medica etiam dicitur ob- stetric. Inscrip. apud Gruter. pag. 636.

Medicabilis, le, o. 3. aro ad esse medicato, Ger. das zu beilen ist, Gal. medicabile, Hisp. medicinabile, ἰατρικόν, cui adhiberi medicina potest. Ovid. 1. Metam. v. 123. Nullis amor est medicabilis herbis. Quandoque ponitur pro medicinali. Colum. l. 7. c. 10. Quippe ligni succus medicabilis epotus intestini tumorem compescit.

Medicabiliter, adv. Pallad. l. 2. c. 31. Limum dysentericæ passionis me- dicabiliter asperare. h. e. medendo.

Medicabulum, i. n. medela, vel locus medicamentorum. Apul. l. 1. Flo- vid. de thermis: Gratissima profusis sanis natabula, & ægris medicabula.

Medicãmen, inis, n. idem ac medicamentum, vel medicina. Cic. in Pi- son. cap. 6. Quod diceret, vinolentis te quibusdam medicaminibus solere curari. Accipitur & medicamen pro colore, quo lanæ medicantur, hoc est tinguntur, ut pro succo purpure. Plin. l. 9. c. 38. Item pro veneno. Tacit. 2. Annal. c. 68. Intulim delectabili cibo venenum, nec vim medicaminis fati intelledam. V. Medicamentum.

Medicamentaria, f. 1. φαρμακωρία, ars conficiendi medicamenta. Plin. l. 7. c. 56. Herbariam, & medicamentariam a Chirone. Revera tamen adjectivum est, & subintelligitur, ars. Medicamentaria etiam dicitur mulier, quæ medicamenta noxia conficit, venefica. Cod. Theodof. lib. 3. tit. 16. Uxor em colchani, vel medicamentariam probare.

Medicamentarius, ii, m. colchis, che fa medicine, φαρμακωριδης, qui me- dicamenta conficit, aut qui medetur. Plin. l. 19. c. 6. Quo utuntur medicamentarii. Ubi subintelligit, artifices, aut quid simile, revera e- nim adjectivum est. Accipitur & in malam partem pro venefico. Cod. Theodof. l. 3. tit. 16. Homicidam, aut medicamentarium virum suum esse probare.

Medicamentarius, a, um, φαρμακικος, quod ad medicamentum spectat. V. duo superiora vocabula.

Medicamentosus, a, um, ἰατρικος, idem remedium asfert, & medica- menti vice est. Cato c. 157. De omnibus brassicis nulla est illiufmodi medicamentosior. Vitruv. l. 8. c. 3. Medicamentosa aqua.

Medicamentum, ti, n. medicamento, medicina, φάρμακον, medicina, idest id, quo homines, & cætera animalia curantur, a medicor. Cic.

3. Offic. e. 24. Si quis medicamentum cuiquam dederit ad aquam inter- cutem. Sumitur quandoque medicamentum pro veneno, sicut ven- enum pro medicamento, quia est vox media, ut Nonius auctor est, c. 4. n. 297. quemadmodum pharmacum apud Græcos, quod & in bo- nam partem, & in malam accipitur. Cæsus de verb. signif. Qui venen- um dicit, adijcere debet bonum, vel malum. Nam & medicamenta, venena sunt, quia eo nomine omne continetur, quod adhibitur natu- ram ejus, cui adhibuitur est, mutat. Sen. Controver. 18. Medica- mentum malum. Translate Cic. 2. de Fin. Medicamenta doloris. Id. in Orat. c. 23. Fucati vero medicamenta candoris, & ruboris omnia repellentur, compositione di bellesso.

Medicatio, onis, f. actus medendi. Colum. l. 2. c. 10. Potest tamen etiam circa istam medicationem cineri mista commode fervari.

Medicãtor, oris, m. qui medetur. Tertull. l. 3. advers. Marcio. c. 17. & Avien. in Ophiucho, v. 216.

Medicãtus, us, ui, m. medicatio, medicina. Ovid. ep. 12. v. 165. Quæ- que feros pepuli doctis medicatibus ignes.

Medicãtus, a, um, medicato, φαρμακωθῆς, quod medicamentis admix- tus est interitum. Virg. 6. Æn. v. 212. Melle forporatam, & medicatis frugibus ofsam. Id. 4. Georg. v. 65. de apibus. Ipsæ confident medicatis se- dibus. h. e. gratis liquoribus illitis. Plin. l. 8. ep. 20. de lacu quodam. Sulphuris odor, saporque medicatus, aqua saporita. Colum. l. 1. c. 6. Vina nimia suffitione medicata. h. e. condita. Ovid. ep. 12. v. 107. me- dicatus somnus, hoc est medicamentis inductus. Item veneno in- fectus, avvelenato. Sueton. in Claud. c. 44. Quæ boletum medicatum a- vidissimo ciborum talium obtulerat. Sil. l. 7. v. 453. Medicata veneno tela. Item ad medendum aptus, atto a medicare. Plin. l. 28. c. 9. Lac caprinum stomacho accommodatissimum, bubulum medicatus. Id. ibid. c. 7. Rutam, & hederas, res medicatissimas, illico mori.

Medicãza, æ, medicina, ἰατρικὴ, Ger. artzney, Gal. medicine, Hisp. medicina, ἰατρικὴ, ars medendi, a medicus. Sua natura adjectivum est. Nam a medicus fit medicinus, a, um. Hinc Var. lib. 4. de L. L. Ab arte medicina ut fit medicus, & C. Hygin. fab. 274. Ne quis servus artem medicinam disceret. Sed ut Grammatica, & similia, ita & hoc sumit substantive. Cic. de Fin. l. 5. c. 6. Quoniam ut medicina valetudinis, navigationis gubernatio, sic vivendi ars est prudentia. Cels. l. 6. proam. Medicinam excolere. Accipitur etiam pro remedio, quo quis cura- tur. Cic. Att. l. 16. Sed desperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam. Sæpe translate usurpat. Cic. in Catil. 2. c. 8. Deinde singulis medicinam consilii, atque orationis mæz, siquam potero, atferam. Medicinam etiam venenum dicimus, tractum a Græcis, qui venenum φάρμακον appellant. Non. c. 1. n. 75. Medicinæ inven- torem Chironem Centaurum perhibent, qui invenit herbarum vires. Nonnulli Æsculapio hoc tribuunt. Apud Ovid. 1. Metam. medicinæ in- ventionem sibi Apollo vindicat. Homerus autem Odyss. 4. cuidam Pægo- ni tribuit. V. Plin. l. 29. cap. 1. Medicinam facere significat tum medi- camentum alicui applicare, tum medicinæ artem exercere. Phædr. fab. 8. v. 9. Gruis periculosam fecit medicinam lupem. Id. fab. 14. v. 1. Mal- lus cum sutor inopia deperditus Medicinam ignoto facere cœpisset lo- co. Medicina interdum sumitur pro ipsa medici domo, seu officina. Plaut. Amph. 4. 1. 5. In medicinis, in tonstrinis, apud omnes ædes sac- cras. Adde Epid. 2. 2. 13.

Medicãnalis, le, o. 3. medicinale, Germ. zur artzney, Gal. medicinal, Hisp. medicinal, ἰατρικὸς, quod ad medicinam pertinet. Plin. l. 32. c. 10. Quippe eadem ratio earum, quæ cucurbitarum medicinalium, ad cor- pora levanda. Cels. in præf. Medicinalis ars. Medicinalis digitus dicitur, qui minimo proximus est, teste Macrob. l. 7. Satur. c. 13.

Medicãnius, a, um, adject. medicinalis. Auson. in epist. ad Symmach. quæ præfixa est Grippo.

Medicinus, a, um. V. Medicina.

Medico, as, avi, atum, a. 1. medicamento inficio, tingo, imbuo. Virg. 1. Georg. v. 193. Semina vidi equidem multos medicare ferentes. Ovid. 1. Amor. eleg. 14. Dicebam, medicare tuos desiste capillos. h. e. fucio tinge- re. Et passive. Plin. l. 16. c. 27. Ficus maturitatis causa medicatur. Significat etiam medicinam asferre, medicare. Sil. l. 6. v. 98. Marus instat vulneris ætus expertis medicare modis.

Medicor, aris, d. 1. idem ac medeor, medicare. Construitur cum dativo. Virg. 2. Georg. Senibus medicantur anhelis. Repertur etiam cum accus. Virg. Æn. 7. v. 756. Sed non Dardanice medicari cupidis ictum evaluit.

Medicõsus, a, um, adject. ut medicosæ fermentationis. h. e. per medi- cinam constat, apud Cal. Aurel. Tard. 2. c. 1.

Medicus, ci, m. medico, ἰατρικὸς, Ger. artz, Gal. medicin, Hisp. medico, ἰατρικὸς, qui artem medendi novit, & proficitur. Cic. pro Cluent. In mor- bis corporis, ut quisque est difficillimus, ita medicus nobilissimus, at- que optimus quæritur. Id. de Fato, Adhibe medicum. Ovid. de Pons. l. 1. ep. 3. v. 17. Non est in medico semper relevetur ut æger. Dicitur etiam de chirurgo. Plaut. Men. 5. 3. 7. Oculi dolent spectando, manen- do medicum, & C. Ait fe obligasse crus fractum, & C.

Mêdicus, a, um, ἰατρικὸς, quod est medicus. Var. l. 4. de L. L. Medica ars. Virg. 3. Georg. v. 455. Medicas adhibere manus.

Mêdicus, a, um, quod est ex Media. Lucan. l. 2. Achæmeniis decurrant Medica Sulsis agmina. Nepos Pausan. c. 3. Medica vestis. De Medi- co malo V. Afyrius.

Medidies, pro merides. Cic. in Orat. Ipsum meridiem cur non medidiem? credo, quod erat insuavius.

Medië, adv. mezzanamente, medicoriter. Apul. l. 2. de dogm. Plat. Nec pla- ne optimi, nec oppido deterrimi mori, sed quasi medie morati.

Mediëtas, atis, f. medië, ἡμῆς, Ger. die mittel, Gal. la moitié, Hisp. la mitad, mediëtas, alicujus pars media. Cic. de Univ. c. 7. Ut in singulis essent bina media. Vix enim audeo dicere mediëtates, quas Græci vocant μεσότητες. Usi tamen sunt sine formidine Pallad. & Apul. l. 2. de dogm. Plat.

Medimnus, i, m. & medimnum, n. μῆδιμνος, μέδιμνον, mensura ari- dorum, capax sex modiorum, sextarii unius, & unciarum quatuor, ut docet Georg. Agric. l. 2. de mens. Græc. Cic. 5. Ver. c. 47. In jugere Leontini agri medimnum fere tritici feritur. Id. ibid. Quot jugera sunt, totidem medimna, & C. Nep. Attic. c. 2. Univerfos frumento don- navit, ita ut singulis modii sex tritici darentur, qui modus mensuræ medimnus Athenis appellatur.

Medio, as, avi, atum, a. 1. dividere per mezzo, dimezzare, medium facio, medium divido. Pallad. l. 4. c. 10. Junio mediante. h. e. dimidio, q. d. dies suos mediante. Apic. l. 3. c. 9. Coliculus elizatos mediabis.

Mediocris, a, um, adject. diminut. a medicor. Cato apud Fest.

Mediocris, & cre, o. 3. mediocrite, mezzano, Germ. mittelstiff, Gal. mediocrite, Hisp. mediocrite, μέτριον, medium tenens. Cic. 2. de Orat. Hæc fuit omnia ingenii vel mediocris, exercitationis autem vel maximæ. Id. ad Q. Fr. epist. l. 1. 1. Mediocris status.

Mediocritas, f. mediocritas, Ger. mass, nicht zu viel, Gal. mediocritas, Hisp. mediania, mediocritad, μέτρον, μετριότης, medium, ut ait Nonius. Cic.

cujus majestate Orientis postea Imperium fuit. *Justin. lib. 42.*
Medusa, f. i. *Medusa*, μέδουσα, filia Phorci ex Ceto marina bellua, quæ una cum duabus fororibus Euryale, & Sthenyone Gorgadas insulas in Oceano Æthiopico tenuisse fertur. Unde & Gorgonis appellatur. Hæc cum esset iniqui forma, etiam habuit inter alia decoris spectabilia crines proxime ad auri colorem accedentes, quorum splendore captus Neptunus, in Minervæ templo cum ea concubuit, unde postea natus est Pegasus equus. Quam injuriam Minerva gravi, & iniquo animo ferens, Medusæ crines, quibus maxime amatoris suo placuerat, in angust mutavit, deditque, ut omnes eum aspicientes in lapides verterentur. Quamobrem cum nemo tam immane monstrum intueri posset, Perseus Jovis, & Danaes filius, Mercurii talaribus, & falcato ense accepto, Palladis item scuto, ut ære repercussam effigiem ejus videre impune posset, ex improvviso, cum ipsa, angueque sopiti essent, adortus, uno validissimo ictu peremit. In patriam redeunte Perseo, cum Medusæ caput secum deferret, contigit, ut guttæ sanguinis decedentes per solitudines Africæ mutarentur in serpentes. *V. Lucan. l. 9. v. 646. & Ovid. 4. Metam.*
Medusæus, a, um, adject. ad Medusam pertinens. *Ovid. 5. Metam. Os Medusæum. Id. 5. Fast. v. 8. Equus Medusæus. h. e. Pegasus.*
Megabyzi, m. 2. Μεγαβύζης, Sacerdotes Dianæ Ephesæ. Hos eunuchos esse oportebat. Unde & pro imbellibus, ac mollibus poni consueverunt, quales sunt spadones. *Quintil. l. 5. c. 12. Ut Bagoum, aut Megabyzum aliquem in exemplum operis asumerent sibi.*
Megæra, æ, f. *Megera*, μέγαιρα, Furia Infernalis, filia Acherontis, & Noctis, a μέγαιρα, odi, live *Phivideo. Virg. 12. Æn.* Dicuntur geminæ pestes, cognomine Diræ, Quas, & Tartaream Nox intempesta Megæram Uno, eodemque tulit partu.
Megaleus, V. in voce sequenti.
Megalesia, orum, n. 2. Μεγαλῆσια, dies dicatus Magnæ Matri Deorum, & ludi, qui celebrabantur ante ejus templum. Alio nomine Ludi Megalenses dicebantur Latina terminatione, a μέγας, magna. *Donst. in prolegom. ad Terent.* ¶ Differunt a ludis magnis, seu Romanis, qui per excellentiam Circenses vocantur, & a Marone conjunctim magni Circenses. Nam ludi magni fiebant Jovi, Junoni, & Minervæ, ut constat ex *Cic. 5. Ver.* at Megalenses fiebant Deum Matri, ut patet ex *Cic. de Arusp. Resp.* & diferte scribit *Fest. voce Romani.* Deinde ludi magni instituti sunt a Tarquinio Prisco, cujus opus esse circum maximum, qui & antiquissimus, & nobilissimus inter circos fuit, scribit *Dionys. l. 4.* at Megalenses instituti a M. Junio Bruto, bello Punico II. anno U. C. 559. Cornel. Scipione Africano, & T. Sempronio Longo. Quomodo modum ex Valerio Antiate tradit *Liv. l. 36. c. 36.* quo loco tractat de ædis Matris Idææ dedicatione. Præterea ludi magni fiebant pridie Nonas Sept. ut colligimus ex prima in Verrem, Megalesia vero celebra bantur pridie Nonas Aprilis, ut testatur *Ovid. 4. Fast.* Denique ludi magni, quanquam & scœnici fuerint, quod ex *Livii l. 31.* apparet, proprie tamen Circenses erant, at Megalenses proprie erant scœnici, ut *Ovid. Idibus* indicat. ¶ Errant itaque, qui putant, Megalesia Magnis diis sacra fuisse. *V. Murat. in annot. ad Terent.* ¶ *Cic. de Arusp. Resp. c. 12.* Nam quid ego de illis ludis loquar, quos in Palatio nostri majores ante templum in ipso Matris conspectu Megalensibus fieri, celebrarique voluerunt? Et paulo post. Qui ludi ne verbo quidem appellan tur latino, ut vocabulo ipso & appetita religio externa, & Matris Magnæ nomine suscepta declaratur.
Megalesticus, a, um, adject. a Megalesiis ludis. *Juvenal. sat. 11. v. 191.* Megalesticæ spectacula mappæ.
Megallium, n. 2. Μεγαλλίων, genus unguenti præstantissimi, quod telino unguento celeberrimo M. Nandri Poetæ Coniici ætate multo post succedens gloriam omnem eripuit, ita dictum a Megallo homine Siculo, ut scribit *Athen. in 15. eo* fragmento, quod primus edidit in Variis suis *Caterus l. 3. c. 31.* Sed *Plin. l. 13. c. 1.* dictum videtur quasi Μεγαλλίων, a magnis viribus.
Megalographia, æ, Μεγαλογραφία, pictura, o quadro grande, picturæ genus habens Deorum simulacra, seu fabularum dispositas explicationes, ut ait *Vitruv. l. 7. c. 4.* Dicta est a μέγας, magnus, & γράφω, pingo.
Megalopolitanus, a, um, ad Megalopolim pertinens, quæ est urbs Arcadiæ in Peloponneso, Polybii patria. Hinc *Megalopolitanus, orum.* ejus urbis cives. *Liv. l. 32. c. 22. & Plin. l. 4. c. 6.*
Megara, æ, f. i. vel Megara, orum, n. 2. Νισσα, Nissa, Nissa, prius Alcathoe, Megara, Μέγαρα, urbs Achajæ, in confinio Atticæ, & Peloponnesi, caput Megaridis reg. prope intimum recessum sinus Saronici, uno milliari ab ora hujus sinus, ubi ejus portus Nissæa dictus, inter Athenas, & Corinthum. Dicta fuit a Megareo filio Apollinis, in ea Euclides Geometra natus est. ¶ Megareses ab Atheniensibus ingreßu urbis prohibebantur. *Gel. l. 6. c. 10.* Hinc Euclides mulieris vestitu ad Socratem se conferebat, eadem die domum rediens. *Gel. loc. cit.* Qui Megaris civis esset. *Sulpit. ad Cic. 4. Fam. ep. 5.* Cum Megaram versus navigarem.
Megareus, a, um, adject. Megareus. *Ovid. 10. Metam. v. 659.* Megareus heros.
Megarensis, se, adject. Megareus. *Geli. l. 6. c. 10.* Odio flagrabant hominum Megarensum.
Megareus, a, um, adject. qui ad Megaram urbem spectat. *Cic. 4. Acad. c. 41.* Euclides Socratis discipulus Megareus.
Megaræus, i, trisyllab. filius Oncheßii, pater Hippomenes. *Ovid. 10. Metam. v. 604.*
Megaricus, a, um, adject. Megarenßis. *Cic. 1. Attic. ep. 8.* Megarica signa. ¶ Substantive *Id. 4. Acad. c. 42.* Discefferunt non multum a Platone Megarici.
Megaris, idis, f. 3. Μεγάρης, prov. parva Achajæ, sinu Saronico exposita, inter Phocidem ad Occ. & Atticam ad Or. ab isthmo Corinthiaco sumens initium. *Plin. l. 4. c. 7.*
Megarus, a, um, adject. Megarenßis. *Virg. 3. Æn. v. 689.* Vivo præterverbo ostia saxo Pantagæ, Megaroseque sinus.
Megistanes, m. 3. *Personaggi grandi, Μεγιστανες*, proceres, primates, a μέγιστος, maximus. *Suet. in Calig. c. 5.* Et convictu Megistanum abstinentiæ. *Senec. ep. 21.* Omnes illos Megistanas, & Satrapas &c. Adde *Tacit. 15. Ann. c. 27.*
Mehercule, vel mehercules, per Dio, ἢ ἡρακλῆα, per Herculeum, adv. jurandi, ex me, & Hercules. *V. Meherculor. Cic. Att. l. 10.* Epistola tua gratissima fuit meæ Tulliæ, & mehercule mihi. *Id. in Orat. c. 47.* Et pomeridianas quadragas, quam postmeridianas libentius dixerim, & mehercule, quam mehercules.
Mejo, is, minxi, mictum, n. 3. *urinare*, ἢ ἡρακλῆα, Germ. *brantzen*, Gall. *pisser*, Hisp. *mejar*, ἢ ἡρακλῆα, urinam emitto. *Perf. Sat. 1. v. 114.* Sacer est pueri, locus, extra mejite.
Mel, mellis, n. 3. *mele*, μέλι, Ger. *bonig*, Gal. *miel*, Hisp. *miel*, μέλι, liquor ille dulcis, qui ex roscido aeris humore conficitur ab apibus, a Græca voce allata, per Apocopen ultimæ literæ. *Senec. epist. 83.* Quibus-

dam placet, non faciendi mellis scientiam apibus esse, sed colligendi. *Cic. de Sen. Villaque tota locupletis est, abundat lacte, caseo, & melle. Virg. Ecl. 4.* Roscida mella. ¶ De variis mellis generibus *V. Plin. l. 11. c. 14.* Optimum est autem, quod sponte defluit sine ulla expressione, & Græce ἀγυρον dicitur. *V. Actum mel.* Laudatissimum olim fuit quod in Hyinetto Atticæ monte nascebatur, cujus sapor dulcis quidem erat, sed ita tamen, ut acritudinem quandam haberet permixtam, gustu apprime jucundam, qualem in optimo quoque melle requiri, ait *Plin. l. 11. c. 15.* nimirum ut ex dulci acre sit, γλυκύ, & ὀξύ, dulce spiritoso. Hinc *Cic. in Hortens. apud Non. c. 2. n. 17.* Alterius ingenium sic dulce, ut acetum Ægyptium, alterius sic acre, ut mel Hyinetum dicitur. *V. Actum.* ¶ Translate mel vox est blanditudo. *Cat. ad Cic. l. 8. ep. 8.* Sempronium mel ac delicatias tuas. ¶ Usurpat de qualibet re suavissima. *Horat. l. 1. epist. 19. v. 43.* Fidis enim, manere poetica mella Te solum. *Id. l. 2. sat. 6. v. 32.* Hoc juvat, & mellis est.
Mela, m. 1. *la Mela*, fl. parvus Cœnomanorum, qui apud Brixiam fluit, & infra in Ollium cadit ad Ostianum pag. *Virg. 4. Georg.*
Melamphyllon, n. 2. Μελαμφύλλον, herba urbana, & topiaria, crepidines marginum vestiens, a μέλας, niger, & φύλλον, folium, propter foliorum nigredinem. *Plin. l. 22. c. 22.*
Melampodium, n. 2. Μελαμπίδιον, veratrum, genus nigri hellebori, ita dictum a Melampode Amythaonem nato, ut cum Ovid. vocat, qui eo melancholicum humorem purgabat, Prætiæ Argivorum Regis filias furore liberavit. Vel dicitur ita a nigra radice, a qua & veratrum nigrum vocatur. *Plin. l. 25. c. 5.*
Melampus, odis, m. 3. Μελάμπυτος, Amythaon Argivi, & Dorippes filius, a μέλας, niger, & πῦς, pes, quia mater infantem expulserat toto corpore tectum, præterquam pedibus, qui a Sole atrum colorem attraxerunt. Augurio clarus. Biantem juvat in auferendis bobus Iphicæ, quas ille Neleo restituit, accepta ejusdem filia Pero nomine in uxorem. Filias quoque Præti furis agitatæ sanitati mentis restituit, quarum unam, Iphianassam videlicet, in conjugem accepit. Filium reliquit Theodamantem. *Hom. Odys. l. 15. Virg. 3. Georg. v. 550.* ¶ Melampus item canis nomen est. *Ovid. l. 3. Metam.*
Melampygos, m. 2. Μελάμπυγος, cognomen Herculis. Achemon, & Pafsalus Cercopes fratres nullo non injuriarum genere in obvium quenque debacchabantur. Hisce erat mater nomine Sennonis, mulier fatidica, quæ filios cavere jussit, nequando in Melampygom incidere. Evenit deinde, ut Hercules aliquando arbore quadam dormiret, armis in eandem reclinatis. Accesserunt Cercopes fratres, & Herculeum dormientem ipsius armis interficere tentarunt. At ille protinus invidias sentiens, correptos, ac victos de clava a tergo suspendit leporum ritu, atque ad eum modum gestabat. Capitis itaque pendentes deorum demissis, posticum Herculis nigris pilis horridum, atque hispidum viderunt, non Lydorum more læve, ac depilatum. Quapropter mæreni moniti memores hac de re inter se confabulabantur. Quod simul a dicitur Hercules, cognomine delectatus, & in risum lolius, vinculis eo liberatos dimisit. *Erasm. in Adag.*
Melanchoia, f. i. *malinconia, maniscencia*, Ger. *melancholie*, Gal. *mallancholie*, Hisp. *melancolia*, μελαγχολία, atra bilis, nigra cholera, unus ex humoribus corporis animalium, qui læpe homines in turorem agit, ex μελαρχα χολή, nigra bilis. *Cic. 3. Tusul.* Græci volunt illi quidam, sed parum valent verbo: quem nos fuorem, melancholiam ipsi vocant: quasi vero atra bile solus mens, ac non sæpe vel iracundia graviore, vel timore, vel dolore moveatur. Græca vox est, & græcis literis scribitur a *Cic. 3. Tusul. c. 5.* ubi ait: Græci volunt illi quidem, sed parum valent verbo: quem nos fuorem, Μελαρχολίας ipsi vocant. Eadem ratione legitur apud *Gell. l. 18. c. 7.*
Melanchoolicus, a, um, *malinconico*, Ger. *muerrisch*, Gal. *melancholique*, Hisp. *melancolico*, Μελαρχολικός, qui nigra bile plurimum abundat. *Cic. 1. Tusul. c. 37.* Aristoteles quidem ait, omnes ingeniosos melancholicos esse, ut ego me tardiorum esse non moleste teram. *Id. l. de Div. c. 37.* Aristoteles eos etiam, qui valetudinis vitio turerent, & melancholici dicerentur, censere habere aliquid in amnis præfagiens, atque divinum.
Melancoryphus, f. V. Atricapilla.
Melandrys, yos, piscis ex genere Thynnorum, a quo Melandrya falammenta dicuntur. *Mars. l. 3. epigr. 77.* Teque juvant gerres, & pelle melandrya cana. Alii hic intelligunt ipsos thynos, vel thynnorum partem vilioiorem. Sane melandrium apud *Plin. l. 9. c. 15.* est thynni pars cæcis quernis assulis simillima. ¶ Est etiam Melandryum genus herbæ in fegetibus nascentis, flore albo odorata, efficax contra jecinoris morbos. *Id. l. 26. c. 7.*
Melanïa, æ, nigredo, Μελανία. *Plin. l. 24. c. 8.* Et lentiginem, & carcinomita, melanias quoque veteres, addito melle, emendat.
Melanium, n. 2. *Maida*, opp. Calabriz edit. apud Lamerum fl. inter Neocastrum urb. & sin. Hipponiatem. 8. M. P.
Melanterfa, æ, est cera futoria, a calore sic dicta, a μέλας, niger. *Scribon. Larg. compos. 208.* Cerasuæ æruginis, melanterias, quæ cera (al. creta) futoria dicitur, qua ligulæ calcæorum demigrantur. *Melanterias* genitivus est Græcæ terminationis pro *melanteria*, Μελαντερίας.
Melanthion, n. 2. Μελάνθιον, herba, seu potius frutex pulillus, al. melaspermon, gith, & Officinis nigella, a μέλας, niger, & ἄνθος, flos, propter feminis nigredinem. *Plin. l. 20. c. 17.*
Melanthius, ii, fluvius Cappadociæ. *Plin. l. 5. c. 4.* ¶ Fuit hoc nomine pastor caprarum Ulyßis, qui cum rem domini absumpisset, a Telemacho trucidatus est. *Ovid. ep. 1. v. 95.* ¶ Item piætor quidam præcipuus. *Plin. l. 35. c. 7. & Quintil. l. 12. c. 10.*
Melantho, f. 4. contract. filia Protei, cui consuetudo fuit posteis vestibus dorso delphini insidere, atque sic per maria patris vagari. Cum autem formosa esset, Neptunus ejus pulchritudine captus in delphinum se transformavit, atque illi applaudens eam in confessum sui traxit, & transportatam etiam violavit, ex quo postea peperit Amycum, ut Theodorus asserit. *Ovid. 6. Met.* Sed aliter sensit *Servius*, qui hunc Neptuni, & Melites filium facit.
Melanthus, i, Sarmatiz fluvius, qui in Borysthenem influit. *Ovid. l. 4. de Pont. el. 10. v. 54.* Et tacite peragens læne Melanthus iter.
Melanurus, m. 2. Μελανυρος, piscis saxatilis, caudam nigram habens, a μέλας, niger, & ὄψα, cauda, quod cauda, priusquam in rubefcentes pinnas definat, nigra notetur maculis. *Oppianus* contra orthographiz rationem penultimam corripuit, primamque, quæ per e scribitur, licenter produxit. Melanurum, inquit, turdum, merulam, timbramque marinam.
Melappium, n. 2. mali genus, apio majus. *Plin. l. 15. c. 14.*
Melas, m. 1. *Ltrissa*, Μέλας, fl. Macedoniæ, in Mygdonia. *Ovid. 1. Met. v. 274.* ¶ Sunt præterea alii amnes hoc nomine. *V. Geographos.*
Mele, V. Melos.
Meleager, gris, vel Meleagrus, gri, m. 2. Μελαγρός, Oenei Calydoniæ Regis filius ex Althæa conjuge, quo recenter nato, visa sibi est mater tres

tres Parcas igni affide nōs videre, manūque stipitem tenentes, æquam puero cum stipite vitam assignare. Recedentibus itaque Parcis Althæa extinctum stipitem diligentissime asseravit. Adulto deinde Meleagro, cum spreta ab Oenoe Diana, immensa magnitudinis aprum immisit, qui omnem regionem late vastabat, Meleager collecta robustissimum juvenum manu, aprum interfecit, & caputque ejus Atalantæ, Jasi Argivorum Regis filiz, quæ prima aprum vulneraverat, velut partem spoliū dedit. Quod cum avunculi sui Pleuristius, & Toxæus vi puellæ auferre conarentur, utrunque occidit. Nuntiata itaque fratrum morte, Althæa doloris impatientia in furorem versa, fatalem illum stipitem in ignem conjecit, quo exusto, Meleager etiam exustus intus intestinis omnibus consumptus est. Ex Atalanta genuit Parthenopæum. *Ovid. 8. Met.*

Meleagræus, a, um, ad Meleagram pertinens, *μελεαγρέος, Lucan. l. 6. v. 365.* Et Meleagræum maculatum sanguine Nessi Euenos Calydonia fecat. Meleagræides, f. 3. *galline d'India, Ger. indianische hucner, Gal. poule d'inde, Hisp. gallinas de India, μελεαγρέιδες, galline Numidica, sive Africane, quæ vulgus Indicas gallinas vocat. Var. l. 3. R. R. c. 9. Col. l. 8. c. 12. Plin. l. 10. c. 26.* Diæ sunt a Meleagro quodam, qui hujusmodi aves Athenis in arce entrebat. Secundum Poetarum fabulam hæc forores sunt Meleagri, Oenei Claydoniæ Regis filii, quæ, cum fratre defecerent, in has aves conversæ dicuntur. *Ovid. l. 8. Metam. Plin. l. 10. c. 26.*

Meleagræus, a, um, *μελεαγρέος, Meleagræus*: extrita prior vocali diphthongi. *Stat. 4. Theb. v. 103.* Fleatque cognatis avibus Melegria Pleuron. *Pleuron* Ætoliz oppidum est, in qua & Calydon.

Meles, etis, m. 3. Melas, *μέλας, R. Joniz, Smyrnæ alluens, ad Ceuon ripas Homerus natus esse fertur. Stat. l. 3. Silv. 3. v. 61.*

Meles, V. Melis.

Melesigenes, m. 3. *Homero, μελεσιγένης, cognomen Homeri, a Melete fi. Plin. l. 5. c. 20.*

Meletæus, a, um, adject. Homericus. V. Meles, tis. *Tibul. l. 4. el. 1. v. 201.* Possit Meletæas nec mallem vincere chartas.

Melia, f. 1. *μέλια, arbor, al. traxinus, quam Homeri præconio Iliad. 10. & Achilles hasta multum esse nobilitatam, scribit Plin. l. 16. c. 13.*

Mella terra, *μέλια γῆ, terræ genus, al. melinum, quod digitis confrictum stridorem trito potius similem reddit, a Melo inf. maris Cretici. Plin. l. 35. c. 6. & 7.*

Melibæa, f. 1. opp. Thesaliæ, purpura nobile, ad Oflæ M. radices, cis Peneum fl. apud Bæbedem lac. Patria fuit Philolettæ. *Plin. l. 4. c. 9.*

Melibæus, a, um, adject. a Melibæa, ut Melibæa purpura, apud *Peff. & Virg. 5. Æn. v. 251.*

Melicæ gallinæ, genus gallinarum corporis amplissimi, a Media, unde translata sunt. Nam pro d. sæpe l. a veteribus usurpatum est. *Colum. l. 8. c. 2. Peff.*

Melicæris, idis, f. vel meliceria, æ, *μελικήρις, μελικήρια, abscessus species, ex pituitæ fluxu generati, qui humorem in se continet mellis & crassitudinem, & colorem referentem, a μέλι, mel, & κήρις, cera. Plin. l. 21. c. 20.* Peculiariter contra meliceridas effiac. *Cels. l. 5. c. 28.* Ulceris genus, quod *μελικήρια* a Græcis nominatur.

Melicerta, sive Melicertes, m. 1. *μελικέρτης, Inus, & Athamantis Thebanorum Regis filius, cum quo mater, cum virum videret furere, in mare se præcipitavit, amboque Deorum miseratione in Numina marina sunt commutati. Ino quidem in Leucotheam, quam & Matutam matrem vocant, Melicerta vero in Palæmonem, quem Latini Portunum dicunt. Boec. l. 13. Gen. Ovid. 4. Metam.*

Melichros, otos, m. *μελικήριος, gemma est mellei coloris, a μέλι, mel, χρώμα, color. Plin. l. 37. c. 11.* Colos appellavit chrysolithum aureus, chrysoloprum herbaceus, melleus melichrota.

Melichryfos, m. 2. al. melichryfus, *μελικήριος, gemma, quæ ex India mittitur, quæ per aurum syncero melle translucente. Plin. l. 37. c. 9.*

Melicus, a, um, *μυσικός, melicoides, idem quod musicus, a μέλος, quod carmen suis membris constans, & cantum significat. Speciatim pro lyricis sumitur. Cic. de Opt. gen. c. 1. Poematis enim tragici, comici, epici, melicæ etiam, atque dithyrambici, &c. Melicæ gallinæ. V. sup. Melicæ.*

Melilobus, f. 2. *melilotus, servitia campana, μελιλόβος, herba croco similis, quæ duleis, & mellea lotos. Dicitur etiam fertula Campana, quod coronamentis adhiberi solet, & in Campania frequentissima sit. V. Plin. l. 21. c. 11. Ovid. 4. Fast. v. 440.* Pars thyma, pars flores, pars meliloton amant. Ubi græcam terminationem metri causa retinuit.

Melimeia, n. 2. *pomi nani, μελιμῆα, poma musæa, sive dulcica, quasi mellea mala, a μέλι, mel, & μέλιον, malum. Var. R. l. 1. c. 59.* Quæ antea musæa vocabant, nunc melimela appellant. *Plin. l. 15. c. 14.* Musæa a celeritate miscendi, quæ nunc melimela dicuntur a sapore melice, orbiculata, ex figura orbis in rotunditate circumacti. *Marr. l. 7. ep. 25.* Infantis melimela dato, fatuæque mariscas. *V. Colum. l. 5. c. 10.*

Melimeis, n. 3. *μελιμῆαι, liquor musæi faporis ex malis Cydoniis melle conditis. Colum. l. 12. c. 45.* Sunt qui scribunt *melomeli*.

Melina, f. 1. *μέλινα, μέλινα, mantica scortea, a μέλιον, ovis, ex cujus pelle præcipue fiebat. Plaut. Epid. 1. 1. 21.* Nisi si in vidulo, aut si in melina autulisti. ¶ Etiam genus tibiz soni acutissimi, *Festus*. ¶ Item potio ex melle. *Plaut. Pseud. 2. 4. 51.* Passum, detrutum, melinam. Sunt qui feribunt *melinam*.

Melinum, n. 2. *μέλιον, apiastrum. Var. l. 3. R. R. c. 16.* ¶ Item oleum ex flore malorum. *Plin. l. 23. c. 6.* ¶ Item unguentum ex malis cotoneis. *Plin. l. 13. c. 1.* Amaracinum in Coo, postea eodem loco prælatum est melinum. ¶ Item species coloris candidi, alias Melia terra, a Melo insula, una Sporadum, ubi præstantissimum effodiunt. *Plin. l. 35. c. 6.* Melinum, candidum, & ipsum esse optimum in Melo insula. In Samo quoque nascitur, sed eo non utuntur Pictores, propter nimiam pinguedinem. *Plaut. Most. 1. 3. 106.* Neque cerusam, neque melinum, neque aliam officium.

Melinus, a, um, *di colore di mele, μέλιον, quod est coloris flavi, seu rutili, cum pallorem accipit, qualis est in malis maturis, a μέλιον, malum. Plaut. Epid. 2. 2. 49.* Aut cerinum, aut melinum. Adde *Plin. l. 35. c. 7.*

Melior, melius, oris, comparativum anomal. *migliore, meglio, præstantior, aptior, ἀμεινός, Cic. ad Brut. ep. 3.* Noltræ res meliore loco videbantur. *Plin. l. 9. ep. 39.* Hædes refecere in melius, & in majus. ¶ Jungitur aliquando cum secundo casu. *Silius l. 5. v. 334.* Nec fati melior Mamertus. *Id. l. 7. v. 619.* Melior dextræ Torquatus. ¶ Sæpius tamen ablat. regit. *Sallust. Jug. c. 13.* Bello meliores. *Horat. l. 1. ep. 10.* Cervus pugna melior. ¶ *Melius est.* h. e. commodius, utilius, aptius. *Plaut. Most. 5. 1. 20.* Nunc te videre melius est, quid agas. *Liv. l. 3. c. 48.* Proinde quiescit erit melius, quam *Par. in Lex. Crit.* ait fuisse phrasim Magistratus irati, & moitantis. *Tacit. Ann. 12. c. 39.* Nobis pro meliore fuit, effugere hostes tenui damno. ¶ *Melius sit mihi, h. e. convalesco. Cic. Tusc. l. c. 35.* Pompeio nostro, cum graviter ægrotaret, melius esse factum. *Sic Cels. l. 3. c. 15.* Neque enim vigilando melius fit, sed per se, si melior est, vigilat. ¶ *Tanto melior. V. Tanto.*

Melioratio, onis, f. *miglioramento, actus meliorandi. Justinian. in Cod. l. 4. tit. 66. leg. 2. & 3.*

Meliorefo, is, n. 3. *diverit migliore, βελτιωμαι, melior fio. Colum. l. 2. c. 10.* Atque glareosis, fabulosisque arvis meliorefcit. Al. leg. *melior exit.*

Meliōro, as, a. 1. meliorem reddo. *Ulp. Dig. l. 7. tit. 1. leg. 13.*

Melis, feu meles, five, ut in vet. codd. legitur, mæles, aut mælis, f. *ταξο, μέλις, est ex agræstium felium genere, fortasse quam taxum, vel taxonem, sive daffum appellat, ut censent plerique eruditi, quibus Perottus præit. Martial. l. 10. epigr. 37.* Venator capra mele fuperbis adest. Alii leg. *maræ. Græc. in Cyneg.* Lucifuga mælis. *Plin. l. 8. c. 38.* Alia folertia in metu melibus.

Melissa, f. 1. *Μελίσα, Nympha, quæ mellificum prima invenit. Hinc data est occasio fabulandi, Melissa in apem fuisse conversam. Col. l. 9. c. 2.* ¶ Item filia Melissa filiz Crætz, quæ una cum sorore Amalthea Jovem caprino lacte aluit. *Id. loc. cit.*

Melissophyllon, n. 2. herba, al. apiastrum. *Plin. l. 20. c. 11. V. Apiastrum.*

Mellifcus, m. 2. *μελιτικός, Cretentium Rex antiquissimus, qui primus Diis sacrificavit, pater Melisæ, & Amaltheæ. Lactant. l. 1. c. 22.* ¶ Mellifcus item, Philofofus Samius, Parmenidis auditor, civibus suis charus, quibus præcepta plura dedit. Rempub. administravit, claffique in bello præfuit. *Apollod.* ¶ Item Grammaticus quidam, qui Mæcænati muneri datus, & ab eo manumissus est. *Sueton. de Grammat. illust. c. 21.*

Melita, æ, vel Melite, es, f. 1. *Malta, Μελίτη, inf. maris Africi, inter Sicilian, & Africam. Cic. Verr. 6. c. 46.* ¶ Melita item, *Meleda, inf. maris Hadriatici, Dalmatiæ adiacens, inter oram illius, & Corcyram Melænam. Plin. l. 3. c. ult.* ¶ Melita, postea Miletus, *Mileto, urbs Brutiorum, in Calabria Ult.*

Melitæus, a, um, *μελιτικός, quod est ex Melita, ut Melitæi canes, ex Melita inf. maris Hadriatici, qui in deliciis fuere, maxime apud Sybaritas. Plin. l. 30. c. 5.*

Melitenfis, fe, adject. Melitæus, ex Melita insula maris Africi, ut Melitenfis vestis. *Cic. 4. Verr. c. 72.* Nam textrine operibus ea insula celebris fuit, eodem teste *Verr. 6. c. 46. & Sil. l. 14. v. 252.*

Melites, m. 1. *μελίτης, gemma colore mali aurei, feu Cydonii, a μέλιον, malum. Plin. l. 37. c. 11.*

Melitæus, a, um, idem quod Melitenfis, ut Melitæia coraliza, *Græc. Cyneg. v. 404.*

Melitides, is, unus ex illis fatuis, quos Homerus carmine suo celebres fecit. Everfa enim Troja venisse legitur citus ad ferendum Priamo auxilium. Hinc *Apul. Apolog.* Apud fœcundissimos Scythas Anacharhis sapiens natus est, apud Athenienfes catos Melitides.

Melitites, m. 1. *μελίτης, genus potionis dulcis, ex melle, & musto, idest, ex congio mellis, & quince congii austri musti, & cyatho falis una fervefactis. Plin. l. 14. c. 9.* ¶ Item lapis incinerii cuculi, qui attritus, vel cum liquore contusus, liquorem dulcem emittit, melitumque, & ceræ mixtus eruptionibus, pituitæ, maculis corporis mectur. *Plin. l. 36. c. 19.*

Mellitones, m. 3. *μελιτόνες, μελιτόνορρα, mellaria, alvei, in quibus apes nutriuntur. Varr. de R. R. l. 3. c. 16.* græcis literis scripsit: quare vox est Græcis relinquenda. V. *Mellarium.*

Meliturgus, m. 2. *μελιουργός, mellarius, qui mellificum exercet. Varr. l. 3. de R. R. c. 16.*

Mellum, ii, millus, h. e. collare canum. Ita legunt plerique apud *Varr. l. 2. de R. R. c. 9. V. Millus.*

Mellus, meglio, *άμεινον, rectius, commodius, adv. compar. a bene. Cic. Att.* Incipit res melius ire, quam putaram. V. *Melior*, ubi plura.

Meliufcible, adv. *μειλιότερον άμεινον, aliquanto melius. Cic. l. 16. Fam. ep. 5.* Quem, cum meliufcule tibi effet, ad me remitteres. *Plaut. Most. 4. 2. 51.* Meliufcule, quam fat fuerit bibere.

Meliufculus, a, um, *aliquanto migliore, aliquanto melior. Plaut. Capt. 5. 2. 6.* Rem tuam facies ex mala meliufculam. *Id. Curc. 4. 2. 3.* Attamen meliufculum est monere. ¶ Meliufculus etiam dicitur, qui ex morbo aliquantulum convalescit. *Cels. l. 3. c. 22.* Qui meliufculus esse æperit, adicere debet exercitationem. *Ter. Heecr. 3. 2. 19.* Salvan? Philomena? P. Meliufcula est.

Melizōmum, n. 2. *μελιζώμων, condimentum quoddam ex mellis desumpumti mixtura confectum. Apul. l. 1. c. 2.*

Mella, æ, f. Extracto e ceris melle, ipsa cera minute resolvitur, & aqua fontana, vel cœlesti maceratur: expressa deinde aqua colatur, & decoquitur, donec ad defruti crassitudinem perveniat; & bene picatis lagenis conditur. Hæc mella appellatur, & adhibetur pro defruto in condituris olivarum. *Col. l. 12. c. 11.* Adde *C. 47.*

Mella, vel Mela, æ, m. fluvius Galliz Cisalpinæ ex Brenno monte oriens, & prope Brixiam decurrens. *Virg. 4. Georg. v. 278.*

Mellarium, ii, n. locus, in quo avēs nutriuntur, alvearium, *μελιτορραφον. Varr. l. 3. c. 16.* *μελιτόρας* ai facere oportet, quos alii *μελιτορραφια* appellant, eandem rem quidam mellaria. ¶ *Mellarium* alio sensu V. in *Bona Dea.*

Mellarus, rii, m. 2. subst. *μελιουργός, qui mellis opus exercet. Varr. l. 3. de R. R. c. 16.* Quam mellarii favum exprime possunt.

Mellarus, a, um, *μελιτορραφός, quod ad mel pertinet. Plin. l. 21. c. 14.* Vasa mellaria, aut favos lavari aqua præcipiunt.

Mellatio, onis, f. 3. *μελιτώσις, mellis vindemia, cum mel eximitur. Colum. l. 11. c. 2.* Differenda est in mensem Octobrem mellatio. Adde *Plin. l. 11. c. 15.*

Mellæus, a, um, *di mele, מל מל, Ger. vvie honig, Gal. de mieb, Hisp. meloso, μελιτώσις, quod ex melle est, vel mellis dulcedinem refert, ut Mellæus fapor apud Plin. l. 15. c. 54.* Mellæus color, apud *vand. l. 11. c. 16.*

Mellicidius, li, n. 2. *μελιτικός, dim. a mel, vox blandientis. Plaut. Caf. 4. 4. 14.* Meum corculum, melliculum, verculum.

Mellifer, ra, rum, *μελιτορραφός, ferens mel. Ovid. Met. 15. v. 385.* Melliferarum apium sine membris corpora nasci.

Mellificum, cui, n. *μελιτορραφός, μελιτορραφία, mellis factio. Col. l. 9. c. 12.* Apes magis mellificis, quam fœtibz student.

Mellificus, as, n. 1. *far mele, Ger. bouig machen, Gal. faire du miel, Hisp. hacer miel, μελιτορραφία, mel facio. Virg. in quodam Epigrammate.* Sic vos non vobis mellificatis apes. *Plin. l. 11. c. 18.* Aliarum, quæ in arboribus mellificant, aliarum, quæ fub terra &c.

Mellificus, a, um, *μελιτορραφός, quod ad mellis factionem spectat. Col. l. 9. c. 13.* Ut ab opere mellifico evocatæ apes fœtibz expleant. *Id. ibid. c. 8.* Mellificus locus.

Melliflens, entis, qui mel fluit, suavis, *mellifluo. Auson. epist. 16. v. 14.* Mellifluentem Nestora.

Mellifluus, a, um, *mellifluo, mellifluens. Avien. in Perieg. v. 468.* Antra melliflua. *Boetb. l. 5. metr. 2.* Homerus Mellitius oris.

Melligenus, a, um, *μελιτικός, quod est ejusdem generis cum melle. Plin. l. 16. c. 7.* Fert & aliam inutilem pilulam cum capillo, verno tamen tempore meligeni succi.

Melligo, inis, f. *μελιτώσις, κήρισις, quod nondum mel est, sed ad mel-*

lis naturam accedit, succus e lacrymis arborum, sive florum, quem apes devorant, postea ad alvos regressæ evomunt, operaque componunt. *Plin. l. 11. c. 6.* Ceram ex floribus, melliginem e lacrymis arborum, quæ glutinum pariunt, falicis, ulmi, arundinis succo, gummi, resina. ¶ Translate ponitur pro quocunque succo florescentis fructus adhuc, atque immaturi. *Plin. l. 12. c. 27.* In prima lanugine demittitur uva, ejuſque melligo.

Mellilla, f. i. diminut. a mel, vox blandientis. *Plaut. Caf. 1. r. 47.* Mea vita, mea mellilla, mea festivitas.

Mellina, & Mellinia, æ, potio ex melle, dulcedo, res jucunda, & gratia. *Plaut. Trucul. 4. 1. 6.* Hoc magnæ mellinæ est mihi. *V. Mellina.*

Mellitulus, a, um, diminut. a mellitus. *Apul. l. 3. Met. Mea Mellitula.*

Mellitulus, a, um, melato, Ger. *auff bonig*, Gal. *faiz de miel*, ou *doux comme miel*, Hispan. *dulce como miel*, *malojo*, *Μελιτώδης*, *Μελιχίον*, melle conditus. *Hor. 1. ep. 10.* Pane ego jam mellitis potiore placentis. ¶ Translate ponitur pro suavi, & jucundo. *Cic. Att. l. 1. r.* Ut tantum requietis habeam, quantum cum uxore, & filiola, & mellito Cicero confumitur. *Apul. l. 2. Met. Mellitissimum suavium.*

Mellonia, vel Mellonia, f. i. Dea, quæ apibus, & melli præerat. *Arnob. l. 4. & Augustin. de Civ. Dei. l. 4. c. 34.*

Melo, onis, nomen Nili fluvii apud veteres, teste *Festo*, & *Serv. in 4. Georg. Hinc & Auson. epist. 4. v. 73.* Melonis alba pagina. (al. filia) h. e. papyrus Nilotica.

Melo, onis, m. 3. mellone, genus peponis, a *Μήλον*, malum, quia mali figuram rotunditate imitatur. *Pallad. l. 4. c. 9.* Nunc melones ferendi rarius. ¶ Est etiam hoc nomine fluvius Cenomanorum, qui Brixiam interluit, vulgo Melone: de quo *Caull. carm. 67. ad Januar. v. 33.* Fluvius quam molli percurrit flumine Melo. Al. leg. *Mela*, sed confundunt cum eo, qui a *Virg.* nominatur. *4. Georg. v. 278. V. Mella*, vel *Mela*.

Melodes, m. 3. *Μελῳδός*, melicus, qui dulcica carmina cantat. *Sidon. l. 9. ep. 15.* Proculus melodes insonare pulſibus.

Melodia, æ, f. *Μελῳδία*, concertus, melos. *Martian. Capella lib. 9. pag. 306.*

Melodus, a, um, suaviter sonans, vel canens, *Μελῳδός*. *Auson. est de Professor. carm. 16. & Prudentii 9. Catemer. v. 2.*

Melomeli. V. *Melimelei*.

Melopepones, um, m. *Μηλοπέπωνες*, genus cucumeris: de quo ita *Plin. l. 19. c. 5.* Cucumeres, in fistula flore demisso, mira longitudine crescent. Ecce cum maxime nova forma eorum in Campania provenit, mali cotowei effigie. Forte primo natum ita audio unum: innox fœmine ex illo genus factum: melopeponas vocant. Non pendunt hi, sed humi rotundantur. Mirum in his, præter figuram & odorem, quod maturitate adepti, quamquam non pendentes, statim a pediculo recedunt. Hæc *Plin.* Porro dicti sunt a *μήλον*, malum, propter figuram, & *πέπων*, opus, maturus, a sole excoctus, a *πέπων*, coquo, propter maturitatem.

Melos, n. indecl. *melodia*, ἠὺς, Ger. *gesang*, Gal. *chant*, Hisp. *canto*, *melodia*, *μῆλος*, cantus suavitas ex apta vocis modulatione, & flexu procedens. *Perf. in proam. Sat.* Cantare credas Pegaseum melos. ¶ Repertur interdum uturpatur in obliquis casibus. *Ancius apud Cic. 2. nat. Deor. c. 35.* Silvani melo confumilem ad aures cantum, & auditum fert. *Auson. in Parental. epigr. 37.* Cui brevia mela modica recino. ¶ Mele in plurali, *μέλα*, græco more. *Lucret. l. 2. v. 504.* Et cynthia mele Phæbeaque dædala chordis carmina. *Id. l. 2. v. 412.* Mæsa mele.

Melos, f. 2. Zephyria, Mimallus, *Milo*, *Μῆλος*, inf. maris *Ægeæ*, seu Cretici, inter Dicynnam prom. Cretæ, & Scyllæum prom. *Pomp. Mela l. 2. populii Melii.*

Melphes, m. 3. *Molfa*, *Molpa*, fl. Lucaniz, cis Apenninum, in Principatu cit. qui in mare Tyrrenum se exonerat inter sinus Laum, & Pæſtanum.

Melphis, f. 3. Melphia, *Melphi*, urbs Lucaniz, in Bæſilitate.

Melphis, m. 3. *Melpis*, *Melpha*, fl. Latii, qui ex agro Arpinate oritur, juxta Aquinum fluit, & in Lirim cadit.

Melpomene, f. i. *Μελπομένη*, una ex Musis, tragædiarum inventrix, a *Μελπομαι*, cano. *Horat. l. 1. od. 24.* Præcipue lugubres Cantus Melpomene, cui liquidam pater vocem cum cithara dedit.

Membrana, æ, f. *δέρμα*, pellis exterior, quæ membra tegit, quamquam generaliter pro quavis tenore pellicula accipitur, in quacunque parte animalis sita. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 57.* Quæ primum oculos membranis tenuissimis vestivit, & sepelit. ¶ Dicitur etiam de lignis. *Plin. l. 16. c. 14.* Inter corticem, & lignum tenues tunicas multiplici membrana. ¶ Membranz etiam dicuntur chartæ pergamenæ, quod de animalium membris sint detractæ, in quorum tergoribus primum ab uno latere scribi cœptum, deinde ab utroque, derasus pilis. Earum usus Pergami, regnante Eumene, inchoavit: magnamque earum vim Rex Attalus Romam misit, ut penuria chartæ pellicibus pensaretur. *Plin. l. 13. c. 11. Horat. de ar. poet. v. 389.* Membranis intus postis delere licet, Quod non edideris. ¶ Item librorum operimenta. *Tibull. l. 3. el. 1.* Lutea sed niveum involvat membrana libellum. ¶ Item exuvie serpentis. *Ovid. 7. Metam. v. 272.* Squamea Cinyphæ tenuis membrana chelydri. ¶ Item quælibet superficies. *Lucr. l. 4. v. 93.* At contra tenuis summi membrana coloris Cum jacitur.

Membranaceus, a, um, membranoso, quod similitudinem membranæ habet. *Plin. l. 16. c. 31.* Quibusdam cortex membranaceus, ut viti.

Membranæus, a, um, *δερματικός*, *περγαμικός*, quod ex membranis est. *Ulp. l. librorum appellatione, ff. de leg. 3.* Quod li in codicibus sint membranæis, vel chartaceis, vel etiam ehoris.

Membranula, æ, f. *membranuzza*, dim. a membrana. *Cic. Att. l. 4. ep. 4.* Ut fumant membranulam, ex qua indices fiant. *Cels. l. 7. c. 7.* Deinde excidenda est ea membranula. ¶ Membranulam tenue, in neut. gen. dixit *Apul. l. 6. Metam.*

Membratim, adv. a *membro*, a *membro*, Germ. *voc stueck zu stueck*, Gal. *parpieces*, Hisp. *miembro por miembro*, *μετὰ μέλη*, *μεμῆλω*, per membra singula. *Cic. in Or. c. 63.* Sed quæ incisiim, aut membratim feruntur. *Plin. in proam. l. 12.* Animalium omnium naturæ generatim, membratimque ita fe habent.

Membratula, f. i. *διαμείωσις*, membrorum positura, seu compositio. *Vitruv. l. 8. c. 5.*

Membror, aris, d. i. *ἀπόρρομα*, per membra formor. *Censorin. in l. de Die natali, c. 11.* Quibus & triginta diebus infans membratur.

Membroſus, a, um, *Μελῳδός*, qui magnum habet membram. *Auſt. Priap. in proam.* Sedi ruber hororum custos membroſior æquo.

Membrum, bri, n. *membro*, Ger. *ein glied*, Gal. *membre*, Hisp. *miembro*, *Μέλος*, *κῶλον*. Dicitur membrum de singulis corporis partibus, ut sunt manus, pes, auris, &c. *Cic. 3. Fin.* Jam membrorum, idest partium corporis, alia videntur propter eorum usum a natura esse donata, ut manus, crura, pedes; alia autem nullam ob utilitatem, quasi ad quendam ornatum, ut cauda pavonis. *Virg. 4. Georg. componere membra.* ¶ Membrum absolute ponitur pro inguine virili. *Apul. & Auſt. Priapeor. carm. 69.* ¶ Transfertur etiam ad inanimata, & pro parte sumitur, ut pro parte domus. *Cic. l. 2. Q. Fr. ep. 1.* Nec habere poterat adjuuncta cubio-

la, & ejuſmoſi membra. ¶ Item accipitur pro parte alicujus artis. *Cic. l. de nat. Deor.* Omnes autem ejus partes, atque omnia membra tum facillime noſcuntur, cum totæ quæſtiones ſcribendo explicantur. ¶ Item pro parte orationis. *Auſt. ad Her. l. 4. c. 19.* Membrum, omnis appellatur res breviter abſoluta, ſine totius ſententiæ demonſtratione, quæ denuo alio membro orationis excipitur. *Cic. in Or.* Quæ Græci *κῶματα*, & *κῶλα* nominant, nos recte incifa, & membra dicimus.

Memecylos, f. 2. ſpecies arbuti. *Plin. l. 15. c. 24.* Duobus tamen hoc nominibus appellat Græci, comaron, & memecylon.

Meminens, tis, particip. ab antiquo *memino*. Utitur *Sidon. l. 2. ep. 30. & l. 4. ep. 12.*

Memini, iſi, verb. def. *ricordarsi*, וָכַר, Germ. *eingedenck ſeyn*, Gal. *ſo ſouvenir*, Hiſpau. *acordarse*, *Μεμνημαι*, recordor, memoria teneo, in memoriam revoco, ab antiquo *meneo*, vel *meno*, pro recordor, geminatione primæ ſyllabæ, quod a *Μένω*, meminiffe facio. Præterita perfectæ hujus verbi, quemadmodum & aliorum trium, *cepi*, *novi*, *odi*, etiam pro præſentibus, & præterita pluſquam perfectæ etiam pro imperfectis, in omnibus modis & uſurpantur, & explicantur. Conſtruitur vel absolute. *Cic. pro Mur.* Cui placet, obliſiviffit, cui dolet, meminit. ¶ Vel cum gen. *Cic. l. 13. Fam.* Si illius voluntati obtemperans minus videbar meminiſſe conſtantiz meæ. ¶ Vel cum acc. *Cic. 3. de Or.* Antipater ille Sidoniſus, quem tu probe Catule meminiſti. ¶ Vel cum abl. & præp. de. *Cic. Att. l. 13.* De Erote, & Metio meminero, & de omnibus, quæ te velle ſuſpicor. ¶ Vel cum infinitivo. *Cic. l. 4. Fam.* Memini, te mihi Phæmez cœnam narrare. ¶ Vel cum membro orationis. *Cic. l. 7. Fam.* Quæ ad te ultro attulerim, meminiſſe te credo. ¶ Significat etiam commemorare, ſeu mentionem facere, & uſurpatur cum gen. *Quintil. l. 11. c. 2.* Neque omnino hujus rei meminit Poeta ipſe. ¶ Vel cum abl. & præp. de. *Cic. 2. Phil.* Meminiſti ipſe de exulibus, ſcis, de immunitate quid dixeris. ¶ Videtur etiam fuiſſe uſurpatum cum acc. *Cic. in ſonn.* Cum feneſ nihil niſi de Africano loqueretur, omniaque ejus non ſolum facta, ſed etiam dicta meminiſſet. Sed hic etiam pro recordari accipi poteſt. *Id. pro L. Man.* De felicitate, quam præſtare de ſe ipſo nemo poteſt, meminiſſe, & commemorare de altero poſſumus.

Memmiades, æ, m. patronymicum a Memmio. *Lucret. l. 1. v. 26.*

Memmianus, a, um, ad Memmium pertinens. *Cic. Att. l. 5. epist. 1.* memmiana prædia.

Memmi, m. 2. gens nobilis Romæ. Ex hac fuit Memmius ille, qui a ſubacta Achaja, captaque Corintho *Achaicus* appellatus eſt.

Memnon, onis, m. 3. *Μέμνων*, Tithoni, & Auroræ filius, qui Trojanis ex Oriente ferens auxilia, & fortiter pugnavit, ab Achille, vel a Theſſalis per inſidias, ut alii ajunt, occiſus eſt. *Virg. 1. Æn. v. 489.* Et ſtigi Memnonis arma. ¶ Cum in rogo cremaretur, precibus Auroræ in avem mutatus eſſe dicitur, & ex ejus cineribus multæ aliæ aves evolaffe, quas Memnonius vocarunt, ſive Memnonides. Has ferunt ſingulis annis ex Æthiopia llium advolare, & conſigere ad Memnonis ſepulchrum, hoc idem quinto quoque anno in Æthiopia circa Memnonis Regiam facere. Nimirum creditum vulgo, aves eas primum viſas, poſtquam Memnon interiit, quemadmodum & fingunt, Diomedis aves demum conſpectas poſt ejus mortem, quia tum ſocii Diomedis in eas ſint converſi: item Meleagrides volunt originem habuiſſe poſt Meleagri exceſſum, mulieribus in has aves converſis, quæ Meleagrum luſerunt. *Virg. 1. Æn. Ovid. 13. Metam. Plin. l. 10. c. 6.* ¶ Memnonis ſtatua apud Ægyptios magica arte ita facta fuit, ut lyra, quam tenebat, certis horis ſonum ederet. Hinc *Juvon. ſat. 15. v. 5.* Dimidio magicz reſonat ubi Memnone chordæ.

Memnonia, f. i. gemmæ ſpecies. *Plin. l. 37. c. 10.*

Memnoniades aves, vel potius Memnonides, genus avium, a Memnone Æthiopum Rege, cujus circa tumulum quotannis conſigunt. *V. Memnon.*

Memnonides. V. *Memnoniades* aves.

Memnonius, a, um, adject. ad Memnonem ſpectans, ut *Memnoniades* aves. *Ovid. 13. Metam. v. 619.* V. Memnon. *Memnoniades* domus, h. e. Auroræ. *Propert. l. 1. el. 6.* Memnonia regna. h. e. regiones ad Orientem ſitæ. *Lucan. l. 3.*

Memor, oris, o. 3. *ricordevole*, וָכַר, Ger. *eingedenck*, Gal. *qui ſe ſouviens*, Hiſp. *el que ſe acuerda*, *Μημνών*, qui rei alicujus recordatur, a *memini*. *Cic. 1. Fam.* Qui non tam memores ſunt virtutis tuæ, quam laudis inimici. ¶ Dicitur etiam de rebus inanimatis. *Virg. 1. Æn. Sævæ memorem Junonis ob iram. Liv. l. 1. c. 28.* Primum, ultimumque illud ſupplicium apud Romanos exempli parum memoris legum humanarum fuit. ¶ Interdum ponitur pro eo, quod non facile excidit e memoria, vel cujus nos memores ſumus. *Hor. l. 1. carm. 13.* Si ve puer furens impreſſit memorem dente labris notam.

Memorabilis, le, o. 3. *memorable*, וָכַר, Germ. *gedenckwuirdig*, Gall. *memorable*, Hiſp. *memorable*, *ἀξιόμνητος*, dignus memoria. *Cic. de Amic.* Cum accepiffemus a patribus, maxime memorabilem C. Lælii, & P. Scipionis familiaritatem fuiſſe. *Plin. l. 5. c. 1.* Studiorum claritate memorabilior, quam regno.

Memoraçium, i, n. memoria, monumentum. *Apul. Apolog.* Dixi, me ſanctiſſime tot ſacrorum ſigna, & memoracula cuſtodire.

Memoralis, le, adject. memoriæ infervens. *Arnob. l. 6.* Memorialia ut indicant ſcripta. Et *memoralia*, absolute, *memorie*, *l. 144. Dig. de Verb. ſignificat.*

Memoraliter, adv. mente memori. *Venant. Fortun. l. 4. carm.* Annuat omnipotens longo memorialiter ævo.

Memorandus, a, um, *memorando*, *memorable*, memoria dignus. *Ovid. Metam. 13. v. 13.* Facta memoranda. *Plaut. Epid. 1. 3. 52.* Memoranda pueri.

Memoratio, onis, f. *commemorazione*. *Corn. Gal.* (ſeu quicumque alius auctor eſt) *Eleg. 1. in ſin.* Dura ſatis miſeris inemoratio priſca bonorum.

Memorator, oris, m. qui memorat. *Prop. l. 3. Eleg. 1. v. 33.* Nec non ille tui caſus memorator Homerus.

Memoratrix, icis, f. quæ memorat. *Valer. Flacc. l. 6. 242.* Eoz memoratrix tibia pugnæ.

Memoratus, us, m. idem quod memoratio. *Gel. l. 11. c. 4.* Eos verſus non minus frequenti, aſſiduoque memoratu dignos puto.

Memoratus, a, um, adj. *ricordato*, *memorable*. *Plaut. Mil. 3. 3. 40.* Quid iſtis memoratis opus eſt? *Gel. l. 19. c. 8.* Ennius in illo memoratiſſimis libo.

Memore, adv. memoriter. *Poſſon. apud Non. c. 11. n. 42.* Cum iſta memore meminiſti.

Memoria, æ, f. *memoria*, *ricordanza*, וָכַר, Ger. *gedencktenis*, Gal. *memoire*, Hiſp. *memoria*, *Μνήμη*, eſt facultas quædam mentis humanæ, qua res facile apprehenduntur, & firmiter retinentur, a *memor*. *Cic. 1. de Inv.* Memoria eſt firma animi rerum, ac verborum ad inventionem perceptio. *Id. l. 2.* Memoria eſt, per quam animus repetit illa, quæ fuerunt. *Id. 2. Divin. c. 71.* Memoria completi. *Id. de clar. Or. c. 5.* Comprehendere memoriam rerum. *Id. pro Quins.* In memoriam rediit Quintus. Et *Verr. 3. c. 46.* Quæſo redite in memoriam Judices. h. e. in memoriã redigite; quod legitur apud *eund. 1. Fam. ep. 9.* ¶ Prodere me-

memoriam posteritati, h. e. posteritatis memoriz aliquid commendare. Cic. 2. Off. Hos beneficiis afficiamus, quorum memoria liberis posteritque prodatur. ¶ Dicitur etiam memoriz prode, mandare, commendare, & c. memoria tenere, falli, vacillare, insidere memoriz, inbarere in memoria habere, repetere memoria, & similia quamplurima apud Cic. passim, & alios. ¶ Memoriam adhibere alicujus rei, est ejus rei memoriis. Nepos in Epamin. c. 7. Nullam adhibuit memoriam contumeliaz. ¶ Ex memoria pro memoriter. Cic. Catil. 3. c. 6. Ex memoria vobis, quid consuetum exponam. ¶ Sumitur saepe memoria pro tempore antea, pro historia, & monumentis rerum gestarum. Cic. 1. 10. Fam. ep. 16. Nihil post hominum memoriam gloriosius accidere vidi. 11. pro Balb. c. 11. Multi superiore memoria le in alias civitates contulerant. Id. de Arusp. resp. Omni memoria, in ogni tempo. Gel. 1. 4. c. 6. In veteribus memoriis scriptum est. Nepos in Annib. c. 8. De Magonis interitu duplex memoria est. h. e. traditio. Cic. post redit. in Senz. Pompejus omnium gentium, seculorum omnium, omnis memoriz facile princeps. h. e. omnis antiquitatis. ¶ Sepulcra etiam interdem memoriz nuncupantur. Inscrip. apud Gruter. pag. 827. n. 8. Servilius le vivo comparavit memoriam sibi, & suis. ¶ Servus a memoria apud Liviprid. in Alex. Severo c. 31.

Memorialis, le, adject. ad memoriam firmandam inserviens. Sueton. in Cef. c. 56. Epistolaz quoque ejus ad senatum extant, quas primum videtur ad paginas, & formam memorialis libelli convertisse.

Memoriola, z, f. dim. a memoria. Cic. Att. 1. 12. ep. 1. Sed quod scribis circulum matutinum, γερονταπειρον est memoriola vacillare. ¶ In veteri Inscrip. apud Fabr. p. 85. est parvum sepulcrum.

Memoriosus, a, um, qui memoriam habet. Festus: Memoriosus, memoriosior, & memoriosius, & memoriosissime facit.

Memoriter, adv. a mente, Germ. aufwendig, Gal. par coeur, Hisp. de coro, de memoria, Μνημονικός, από μνήμης, ex memoria. Cic. in Vatin. c. 4. Tum memoriter respondet ad ea, quae de te ipso rogaro. Id. 1. Orat. c. 19. Memoriter pronuciare multa ex orationibus Demosthenis. Id. 4. Acad. c. 19. Orationem memoriter habere. Sueton. in Ner. c. 10. Memoriter salutare. ¶ Memoriter meminisse, dixit Plaut. Capt. 2. 1. 53.

Memoro, as, avi, atum, a. 1. recordare, Germ. batrachten, Gal. faire mention, reduire en memoire, Hisp. acordar, Μνημονεύω, ad memoriam reduco, a memor, Cic. de Un. Ut Oceanum, Salaciamque Cœli fatu, Terrazque conceptu generatos, editosque memoremus. ¶ Sæpe ponitur pro dicere, recitare, mentionem facere. Cic. 2. Fin. Quia de natura nimis obscure memoravit. Id. de Leg. c. 24. Clarorum virorum laudes in concione memorando, Virg. 1. Æn. Musa mihi causas memora, Sallust. in Catil. c. 6. Incredibile memoratu est. ¶ Significat etiam memoriz mandare, inquit Festus.

Memphis, is, f. Menchis, Μίσιρ, Hebr. Meph, vel Noph, & Migdol, urbs exc. Ægypti, ab Oïride condita, al. ab Ogdoo, & a nomine filiz ejus ita appellata, olim Regia, al. inter omnes urbes Ægypti primum post Alexandriam locum obtinens, pyramidibus, & Regum sepulchris in primis celebris. Sunt, qui credant, hodie Cairo dici. Sed Memphis ab altera parte fluminis fuit, e regione Cairi, seu Babylonis, ubi hodie ejus nihil extat. Non procul adhuc pyramidum vestigia cernuntur. Ibi papyri copia. Plin. 1. 5. c. 9. ¶ Veneri sacram fuisse, tradit Horat. 1. 3. od. 26.

Memphites, z, m. 1. vel memphites, is, m. 3. μεμφίτης, lapis pinguis, varioque colore, in membris secandis, vel urendis citra omne periculum sensum adimens. Dioscor. 1. 5.

Memphites, z, m. 1. Ægyptiacus, ex Memphi urbe. Tibul. 1. 1. el. 7. v. 38. Barbara Memphitem plangere docta bovem.

Memphiticus, a, um, quod a Memphi spectat. Ovid. 1. de Arte, v. 77. Næ fuge Niligæ Memphitica sacra juvencæ.

Memphitis, idis, f. Ægyptia, quæ pertinet ad Memphi. Juu. Sat. 15. v. 122. Anne aliam terra Memphitide sicca invidiam facerent nolenti surgere e Nilo?

Mena, f. 1. μήνη, filia Jovis, Dea, quæ menstruis fluoribus præesse putabatur, scilicet luna, quæ Græce μήνη dicitur. Augustin. 1. 7. de Civ. Dei, c. 2. ¶ Mena piscis, V. Mena.

Menachmi, m. 2. μέναχοι, comœdia Plauti, in qua fratres gemini introducuntur ejusdem nominis, qui indiscreta similitudine viros aspicientium errores excitant.

Menalippe, f. 1. Antiope Amazonum Reginz soror. Hæc ab Hercule capta fuit in bello, quod contra Amazones gessit, quam cum Antiope restitueret, accepit pretium arma Reginz, & baltheum. Nam hæc ex eo bello ab Eurytheo reportare iustus fuerat. Justin. 1. 2. & Juvenal. Sat. 8. v. 229.

Menalippus, m. 2. μενάλιππος, filius Oenei, frater Tydei. A fratre in venatione imprudenter occisus est. Boec. 1. 9. Gen. ¶ Menalippus alter, vir Thebanus, qui Tydeum in pugna apud Thebas lethaliter vulneravit. V. Tydeus.

Menander, m. 1. μένανδρος, Poeta comicus, Theophrasti discipulus, strabo, mente acutus, amore in mulieres infanus. Scripsit fabulas LXXX & epistolam unam ad Ptolemæum Regem, aliaque nonnulla soluta oratione. Tanto fuit in pretio, ut etiam invitatus sit a Regibus Ægypti, oblati magnis honoribus, & divitiis. Ovid. 1. Amor. & 2. Trist. Quinçil. 1. 10. c. 1. ¶ Menander item, Laodicus Sophista. Scripsit commentarios in artem Hermogenis, & in præexercitamenta Minutiani. Suid.

Menandrius, a, um, &

Menandricus, a, um, adject. a Menandro. Propert. 1. 2. el. 6. Turba Menandrea fuerat nec Thaidos olim tanta. Tertull. de Pall. c. 4. Menandricus fluxus.

Menapii, m. 2. μέναπιοι, pop. Germaniz Infer. juxta Rhenum, inter Rhenum, & Mosam, Eburonibus, & Tungris finitimi, qui plerique Juliacenses, & Clivenses cum parte Geldrensi esse videntur. ¶ Menapos vocat Mart. 1. 13. epigr. 54. ¶ Apud eos perne laudatissimæ fiebant. Id. ibid.

Menda, f. difesto, machia. Ovid. 1. Amor. eleg. 5. v. 18. In toto nufquam corpore menda fuit.

Mendacilocus, a, um, bugiardo, ψευδολόγος, qui loquitur mendacium. Plaut. Trin. 1. 2. 163. Nihil est profecto stultius, neque stolidius, neque mendaciloquius, neque argutum magis.

Mendacilulum, V. Mendacilunculum.

Mendacitas, atis, f. mendacium, vel mentiendi consuetudo. Tertull. de Præscrip. c. 13.

Mendaciter, bugiardamente, falsamente, ψευδῶς, falso, cum mendacio. Solin. c. 1. post med. (al. c. 5.) Mendaciter prædicare. Arnob. 1. 5. pag. 166. Historia mendaciter composita. Augustin. 1. 1. de morib. Eccles. cathol. c. 17. Mendacissime dicere.

Mendacium, cii, n. bugia, μεντογνα, ψῶς, Germ. eine luegen, Gall. mensonge, Hisp. mentira, ψεύδος, orationis vanitas, & mendax. Cic. pro Cluent. Qui esset totus ex fraude, & mendacio compositus. Nepos

in Arist. esp. 15. Mendacium neque dicebat, neque pati poterat. ¶ Mentiri, & mendacium dicere, quid differant. V. Mentior.

Mendacilunculum, li, n. bugiarta, parvum mendacium. Cic. 2. de Or. 59. Quod tamen est mendacilunculis aspergendum. Alii leg. mendacilolis.

Mendax, cis, o. 3. mendace, bugiardo, ψῶς, Germ. lueger, Gall. menteur, Hisp. mentiroso, ψεύστης, vanus, futilis, qui frequenter dicit mendacium. Cic. 2. de Div. c. 7. Mendaci homini ne verum quidem credere soleimus. Horat. 1. 2. epist. 1. v. 112. Parthis mendacior. Plaut. Rud. 3. 4. 49. Tum ego ero mendacissimus. ¶ Conjuguntur interdum cum genitivo, ut Mendax buxus rei est, idest de hac re mentitur. Plaut. Afin. 5. 2. 5. Si hujus rei esse mendacem invenires. ¶ Mendax tandem dicitur, qui spes coloni frustratur. Hor. 1. 3. ed. 1. Verberatz grandine vinez, fundulque mendax.

Mendesium, n. 2. Migrum, al. Migni, Μενδησιος, opp. & unum ex ossibus Nili, Tanitic proximum, a mendes, quod Ægyptiorum lingua bircum notat, quia ibi Pan sub hirci specie colebatur. Plin. 1. 5. c. 10. Pop. Mendesi. Gent. Mendesium, a, um.

Mendesium, n. 2. μενδησιος, nobilissimæ unguenti genus, a mendefio opp. Ægypti, quia ex hac urbe præstantissimum mittebatur. Plin. 1. 13. c. 1.

Mendicabulum, n. 2. mendicazione, pisocberia, ψῶς, Germ. ein bueiler, Gall. mendicite, Hisp. mendiguez, πτωχία, mendicatio. Plaut. Aut. 4. 8. 3. Nam istos Reges memorare nolo, hominum mendicabula. ¶ Item mendicus, pisoco. Apul. lib. 9. Metam. Circumforaneum mendicabulum producitor ad viam.

Mendicabundus, a, um, mendicans. Augustin. epist. 140. Mendicabunda prece sitem rogare.

Mendicatio, onis, f. actus mendicandi. Sen. ep. 101. Fœda vitæ mendicatio.

Mendicatus, a, um, partic. a mendicor, ut Cibo mendicatio pacis. Ovid. Trist. 5. eleg. 8. v. 13.

Mendice, adv. poveramente, mendicemente. Sen. epist. 33. Non tam mendice tecum agam, sed plena manu. Tertul. de pal. sub fin. Ne mendicius patre canatlet.

Mendicionium, n. 2. mendicita, πτωχία, inopia. Liber. apud Non. c. 2. n. 55. Mendicitas, atis, f. πτωχία, inopia. Cic. pro Rosc. Amer. Hunc in summa mendicitate esse. Id. 5. Fin. c. 11. Cum & mendicitatem multi perpetiantur, ut vivant.

Mendicum, V. Mendicium.

Mendico, as, avi, atum, a. 1. mendicare, πτωχίζω, vitæ alimenta ostium quærere. Juven. Sat. 4. v. 117. Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes. ¶ Translate accipitur pro quærere. Plaut. Amph. 4. 2. 12. Quia senecta ætate a me mendicas malum. ¶ Item mendicor, aris, ultrap deponenti forma, in Captiv. & Aulul. teste Nonio c. 2. n. 541.

Mendicula, z, f. vestimenti genus, quale illud, quo Medices, Magistratus apud Ocos, utebantur. Plaut. Epid. 2. 2. 39. Quid erat induta? an regillam induciami, an mendiculum? Dicta est a Medice, teste Festo. Sed facetus Comicus jocum captavit in his vocibus. Nam ad Regum, & mendicorum contrarium fortem alludens, cum regillam nominasset, subjicit mendiculum.

Mendiculus, m. 2. dimin. a mendicus. Cic. in Casil. 2. c. 3. Collectum ex fenibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis mendiculis. Al. aliter leg.

Mendicum, n. 2. al. mendicium, velum, quod in prora ponitur. Fest.

Mendicus, a, um, mendico, pisoco, πτωχός, qui victum ostium quærunt, pauper, inops. Cic. pro Mur. Solos sapientes, si mendicissimi, divites. ¶ Translate ponitur pro infimo, & imbecillo, & quod alieno auxilio indiget. Cic. 3. de Orat. c. 24. Instrumentum autem hoc forensis, litigiosum, acre, tractum ex vulgi opinionibus, exiguum sane, ac mendicum est.

Mendöse, adv. severamente, Germ. faelschlich, Gall. avec de fautes, Hisp. con erratas, πηχμυλῶς, incorrecte, inemendate. Cic. ad Q. Frat. 1. 3. epist. 5. Ita mendose & scribuntur, & veniunt. Id. de Inv. c. 6. Quod ejus ars, quam edidit, mihi mendosissime scripta videatur. Perf. Sat. 6. v. 85. Mendöse colligit. h. e. falso arguis.

Mendosus, a, um, scortatus, ψῶς, Ger. voll irr bumb, Gall. plein de fautes, Hisp. lleno de erratas, πηχμυλῶς, ψῶς, erroribus plenus. Cic. 4. Ver. c. 77. Cur servus societatis, qui tabulas contecerit, semper in Verrutii nomine certo ex loco mendosus esset. ¶ Ponitur quandoque pro vitioso. Cic. de Orat. 1. 2. c. 19. In quo & deesse aliquam partem, & superare, mendosum est. Id. in Brut. c. 16. Quamquam his laudationibus historia rerum nostrarum est facta mendosior. Ovid. 12. Metam. Mendosa facies. ¶ Ponitur interdum pro mendaci. Sever. in Ætas, v. 73. Hæc est mendosa vulgata licentia famæ.

Mendum, i, n. errore, fallo, πταίσις. Cic. 4. Ver. Quod mendum ista litura correxit? Cæcina Cic. 1. 6. Fam. epist. 7. Nam cum mendum scripture litura tollatur.

Menelæus, f. 2. μενελῆος, avis ex aquilarum genere, minima magnitudine, viribus præcipua, colore nigricans, quæ sola toxus suos alit, frequensque versatur in montibus. Plin. 1. 10. c. 3.

Menelaus, a, um, ad Menelaum pertinens. Propert. 1. 2. eleg. 15. v. 13. Cum Menelaos surgeret e thalamo.

Menelæus, m. 2. μενελῆος, filius Atrei, & Æropes, ut Homerus tradit; Pliithenis vero, ut Hesiodus, & frater Agamemnonis, Rex Spartæ, qui Helenam Jovis, & Ledæ filiam uxorem habuit. Confecto bello Trojano Helenam recepit, confensaque navi post octavum erroris annum domum rediit. V. Helena.

Menenia Tribus, V. Mentina. ¶ Menenia lex. V. Ateria.

Menia columna, dicta est a quodam Menio, de quo vide in dictione sequenti. Erat autem in foro, in Urbe Roma: habebatque superpositas contignationes, ex quibus ludos gladiatorum spectabant. Cic. pro Sext. c. 58. Venit, ut scitis, ad columnam Memiam.

Menianum, i, & in plur. Meniana, orum, & Meniana ædificia, poggiuoli, loggie, seu pulzæ projectæ, ita dictæ a Menio quodam scura, qui, cum domum suam venderet Catoni, & Flacco Centoribus, ut ibi basilica edificaretur, excepit sibi jus unius columnæ, extra quam tigna projiceret, tabulasque superponeret, unde & ipse, & postei ejus spectare munus gladiatorum possent, quod etiam tum in foro dabatur. Afron. in Divin. Fest. Non. c. 1. n. 333. Suet. in Calig. Pauci e proximis Menianis spectabant. Vitruv. 1. 5. c. 1. Menianaque superioribus coaxationibus collocentur. ¶ Legitur & Manianum.

Menippeus, V. Menippus.

Menippus, Phenix, Philoophus Cynicus, scripsit quasdam epistolas, znienas, testamenta, & id genus nugaz, crebris salibus, & Cynica mordacitate resperfas, ad quarum imitationem M. Varro satyras conscripsit, quas Menippeas appellavit. Macrobi. Satyr. 1. c. 11.

Menis, idis, f. 3. lunula, dim. a μήνη, luna. Videntur antiqui initio operis lunulam appoivisse, ut coronam fini, inquit Turneb. 1. 22. Adv. c. 10. Hinc Aufon. in Professorib. Quos legis a prima deductos menide libri, Doctores patriæ scito fuisse meæ. h. e. a principio libri.

Meno-

Menoetiades, *m.* Μενουετιάδης, Patroclus, filius Menoety, amicissimus Achilles, *Propert.* l. 2. *el.* 1. v. 37. Thebes infernis, superis testatur Achilles, Hic Ixioniden, ille Menoetiaden.

Menoxyranus, *m.* Μενωξυρανός, h. e. arbiter, & gubernator mensium: *quod*, μέσος, mensis, & ξυρανός, rex. Ita appellatus est Attis, seu Atys, qui colebatur a Pnygibus una cum Cybele, quia sicuti per hanc Terram, ita per illum significabatur Solem, ut in voce Atys dictum est. Est autem sol mensium, dierum, & totius temporis arbiter, ac moderator. *Inscript.* apud *Reines.* *class.* l. n. 39. Matri Deum Magnæ Idææ, & Attidi Menoxyrano inuito, &c. *Er.* n. 4. M. D. M. I. & Attidi Sancto Menoxyranno, &c. In *Inscript.* alia apud *Gruter.* pag. 28. n. 6. legitur *Minotyrannus* uno in loco: in alio vero *Minotaurus*: sed hoc est corruptum.

Mens, tis, mente, מֵנֶסֶת, Ger. *vernunft*, Gall. *entendement esprit*, Hisp. *entendimiento*, *vīs*, ratio, intelligentia, princeps animæ facultas, qua solus homo præditus, cæteris antecellit animantibus, quaque res incorporeas, & ab omni materia abstractas contemplantur, ab antiquo nominatio *mentis*, qui quidem nominativus est a præfco supino *mentum* verbi *meno*, cujus præteritum *memini* in usu remansit. Aliis videtur *mens* dici quasi *meminiens*. Alii deducunt a *μνήμη*, memoria: eo spectantes, quod aliquando per memoria fumatur. *Cic. de Senect.* Cumque homini sive natura, sive quasi Deus nihil mente præstantia dedisset. ¶ Differt ab animo, vel anima. Nam anima est substantia spiritalis, quæ vivimus, movemur, sentimus, intelligimus; mens est potentia animæ, idest facultas intelligendi, quam rationem, & intelligentiam, vel intellectum appellant. Ideo *amentes*, & *dementes* dicuntur, qui nulla intelligentia valent. Deinde anima in suo statu semper est, mens, idest intelligentia, vel augetur, vel minuitur. Nam in dormientibus mens sopitur, & in furiosis extinguitur. *Ter. Andr.* Mala mens, malus animus. ¶ Quandoque ponitur pro animo, idest pro consilio, sententia, *intentione.* *Cic. 1. de Or.* Ego autem defendebam, hac eum mente fuisse. ¶ Quandoque pro voluntate, seu affectione voluntatis, *dispositione.* *Virg. 1. Æn.* In primis Regina quietum accipit in Teucros animum, mentemque benignam. *Id. 4. Georg.* Una mens omnibus. ¶ In plurali numero *Quintil.* l. 12. c. 1. Quare juvenus, immo omnis ætas, totis mentibus huc tendamus. ¶ Sæpe inentisse dicuntur, qui bonam mentem habent, sibi que recte proficiunt. *Cic. in Pis.* Hic si mentis esset suæ, nisi pœnas patriæ, &c. *Se. f. avesse il suo buon giudizio.* ¶ Linqere aliquid mensi, h. e. suo consilio, arbitrio. *Sil.* l. 11. v. 326. Et tu securis concede penatibus, & me Linque meæ menti. ¶ Mentis compos dicitur, qui sanæ mentis est. *Cic. in Pis.* Si tuæ mentis compos fuisses. Sic, integer mentis, apud *Hor.* mente captus, mente lapsus, mentis exul, apud *Ovid.* *Suet.* & *Fest.* Mentis alienatio, apud *Plin.* l. 21. c. 21. ¶ Accipitur etiam mens pro memoria. *Cic. in Brut.* Ex tempore dicenti solitam effluere mentem. *Id. 1. de Or.* Quid tibi venit in mentem, ita respondere? Sic venire in mentem de aliqua re, *Id. de pet. Consul.* Et alicujus rei, *1. 7. Fam. ep. 3.* ¶ Mentem alicui dare, injicere, *metter in pensiero.* *Cic. pro Mil.* Dii immortales mentem dederunt illi perditu, ut &c. ¶ Item, *dar coraggio.* *Liv.* l. 6. Dii mentem mihi dederunt, ut vos a barbaris hostibus defenderem. ¶ Demittere mentem, *disperare.* *Virg. 11. Æn.* ¶ *Mentem animi cum dicimus, al-tiore perfricacoremque animi partem significamus.* *Caull. corn.* 65. *ad Oratum*, v. 3. Nec potis est dulces Musarum expromere tœtus Mens animi. *Plaut. Cistell.* l. 2. 1. 6. Ita nubilum Mentem animi habeo. Adde *Lucr.* l. 6. v. 1181. Ita Græci dicunt ψυχῆς ὄψιν. ¶ Mens pro ea parte animi, in qua ita sedet. *Hor. 1. 1. ep. 2. v. 60.* ¶ Mens Romanis Dea fuit, & templo culta. *Ovid. 6. Fast.* v. 241. Mens quoque nomen habet: Menti delubra videmus Vota metu belli, perhæde Pœne, tui. *V. Liv.* l. 23. c. 31.

Menfa, *m.* f. 1. *menfa*, מֵנֶסֶת, Ger. *ein*, *stisch*, Gall. *table*, Hisp. *mesa*, τράπεζα, est, ad quam accumbimus cibum sumentes, a *μῆσθ*, *medius*, quod in medio poneretur. *Var.* l. 4. de L. L. *Cic. in Tusc.* 5. c. 21. Tum ad mensam eximia forma pueros delectos jussit consistere. *Idem ibid.* Mensæ conquistissimis cibus extruebantur. ¶ Duo autem fuerunt apud Romanos pretiosissima mensarum genera, citrea scilicet, & accre-na. Vide *Marcell.* l. 14. *Cic. 6. Ver.* Tu maximam, & pulcherrimam mensam citream a Lutadio abstulisti. *Ovid.* 12. *Met.* Hunc pede convulso Pellæus acernæ stravit humi. ¶ Ponitur etiam pro prandio, cœna, cibus. *Cic. 5. Tusc.* Vita illa beata, quæ ferebatur, plena Italicarum, Syracusanarumque mensarum nullo modo mihi placuit. ¶ Hinc prima, & secunda mensa, idest primi, & secundi cibi. *Cic. Att.* l. 14. *epist.* 6. Hæc ad te scripti appositâ secunda mensa apud Vestrorium. ¶ De mensa mittere, est, de iis, quæ appositâ sunt mensæ. *Cic. Att.* l. 5. Discubimus omnes præter illam, cui tamen Quintus de mensa misit, illa rejectit. ¶ Item pro disco, sive quadra, qua utimur in mensa ad epulas in frusta concindendas, *tagliere.* Fieri solebat ex ligno, aut stanno, interdum etiam ex pane. *Virg. 1. Æn.* Accis coget dapibus confumere mensas. ¶ Item pro tabula, ubi vasa collocabantur. *Var.* l. 4. de L. L. ¶ Item pro abaco nummulariorum, & argentariorum, qui inde mensarii dicti. *Cic. in Pis.* Stipendium militibus per omnes annos a civitatibus, mensis palam propositis, esse numeratum. ¶ Item pro ara, teste *Fest.* *Petron. Satyr.* Mensam veterem posuit in medio altari, quam vivis implevit carbonibus. ¶ Mensa lanionia annumeratur inter instrumenta carnificis, a *Sueton. in Claud.* c. 15. ¶ Denique mensa dicitur pars plana in catapultis, & ballistis, quæ continet brachia machinarum, & totum pegma. *Vitruv.* l. 10. c. 16.

Mensalis, le, adject. ad mensam pertinens. *Vopisc.* in *Tac.* c. 10. Argentum mensale, *Id. in Aurelian.* c. 9. Vinum mensale.

Mensarius, *m.* 2. *caffere*, *banchiere*, Ger. *vuachffer*, Gal. *banquier*, Hisp. *banquero*, τραπεζίτης, & ἀλλοβιτης, nummularius, argentarius, campfor pecuniarum, a mensa, quæ abacum nummulariorum notat. *Cic. pro Flac.* c. 19. In qua nummus moveri nullus potest, sine quinque Prætoribus, tribus Quæstoribus, quatuor Mensariis. *Liv.* l. 7. c. 21. Quinque viris creatis, quos mensarios ab dispensatione pecuniarum appellarunt.

Mensâtium, adverb. per mensas. *Juven.* 3. v. 214. Et cunctæ curat mensatum tradere plebi.

Mensio, onis, f. *mifura*, מֵסוּרָה, Ger. *ein messung*, Gal. *mefurement*, Hisp. *medimiento*, μέτρον, mensura, actus metiendi. *Cic. in Orat.* c. 53. Naturalem quandam in se continet vocum omnium mentionem animus, aurium auctio.

Mensis, is, *m.* *meſe*, מֵנֶסֶת, Ger. *ein monat*, Gal. *mois*, Hisp. *mes*, μήν, spatium temporis, ex multis diebus constans, ex gr. ex triginta, a nomine Græco allato, quod a *μῆνῆς*, Luna, quia est spatium illud, quo Luna Zodiacum percurrit. *Var.* l. 5. de L. L. *Cic. 2. de nat. Deor.* deducit a *metior*, his verbis: Qui quia mensa spatia conficiunt, menses nominantur. *Id. de Un.* Mensis autem, quando Luna lustrato suo cursu Solem confecuta est. ¶ Romulus annum in decem menses divisit. Numa Pompilius, cum Romuli annum nec Solis, nec Lunæ cuius congruere cerneret (constabat enim ex diebus 305.) duos menses addidit, Januarium, quem in principio anni collocavit, & Februarium, quem in fine, post Decembrem. *Ovid.* 1. & 3. *Fast.* C. Julius Cæsar, qui ad Solis

cursum annum direxit, atque idcirco civilem ex 365. diebus, & sex horis constituit, dierum numerum quibusdam mensibus auxit, ut v. gr. September, & November, qui antea habebant 29. constarent ex triginta, & sic de reliquis. *V. Sueton. in ejus vita*, c. 40. ¶ *Ovid.* l. 8. *Met.* v. 500. *menſium* dixit, pro *menſium*, illo carmine: Et quos sustinui bis mensum quaque labores. Adde 5. *Fast.* v. 424. ¶ Menses in plur. num. accipiuntur etiam pro mulierum mensibus. *Plin.* l. 21. c. 21. Prodeit mulierum mensibus retardatis. ¶ Interdum & in num. singulari, sed rarius. *Id.* l. 17. c. ult. Privatim autem contra erucas ambri arbores fingulas a muliere incitati mensis, nudis pedibus recincta.

Mentor, oris, *m.* 3. *mifuratore*, μέτρον, qui aliquid metitur: speciatim vero mentores appellantur agrorum finitores. *Col.* l. 6. c. 1. Ergo non agricolæ, sed mentores officium esse dicebam. ¶ Item qui in castris dimetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant. *Veget.* l. 2. c. 7. ¶ Colli mentor est astrologus, terræ mentor, geometra. *Horat.* l. 1. od. 28. Te maris, & terræ, numeroque carentis arenæ mentorem cohibent, Archita, &c.

Menstrua, orum, n. *meſtrui*, מֵנֶסֶת, Ger. *der weiber zeit*, Gal. *mois*, *purgacione de fames*, Hisp. *regla*, *coſumbre*, *flor*, *χρῆμαλωδία*, mulierum profluviu est, & purgatio frigidi, & indigesti humoris, quem natura quasi noxium expellit, a mensis, quod unoquoque mense mulieribus, quæ ejus ætatis sunt, ut possint concipere, soleant accidere. Unde etiam menses appellantur. *Cels.* l. 6. c. 6. Menstrua bene respondentia. *Colum.* l. 11. c. 3. Mulier quæ in menſibus est.

Menſtrualis, le, o. 3. *coſa che ſi fa ogni meſe*, Ger. *alle monat*, Gal. *qui ſe fait tous les mois*, Hisp. *coſa de cada meſ*, *μενſτρῶδης*, quod singulari mensibus fit. *Plaut. Capt.* 3. 1. 23. Qui solebam menſtruales epulas ante adipiscier. ¶ Item quod menſtruis, seu sanguinis profluvio obnoxium est, ut Menſtrualis mulier, quæ menſtra patitur. *Plin.* l. 19. c. 10. Omnia vero accessu mulieris menſtrualis flaveſcunt.

Menſtruaſ, antis, cui menſtra fluunt. *Pallad.* l. 1. *tit.* 35. Mulier menſtruaſ, V. Menſtra.

Menſtruum, a, uni, *di un meſe*, Germ. *das einer monaths iſt*, *monatlich*, Gal. *d'un mois*, Hisp. *de un mes*, *μενſτρῶν*, seu *μενſτρῶς*, quod est unius mensis, vel quod singulari mensibus fit. *Cic. 1. de nat. Deor.* c. 31. Huius hanc luſtrationem ejuſdem incensa radiis menſtruo ſpatio Luna complet. *Idem 5. Ver.* c. 30. Una civitas menſtra cibaria Prætoris imperio donare Apronio cogitur. *meſtra*, quod & menſtruum absolute dicitur. *Liv.* l. 44. c. 2. Consul, menſtrum juſto milite ſecum terre, profectus est.

Mensûla, f. i. dimin. a mensa. *Plaut. Moſt.* 1. 3. 150. Appone hic mensulam. Menſularii, *m.* 2. iidem qui mensarii. *Ulp.* l. *ſi veniri*, ff. *de privo. credit.* Usus est etiam *Sen.* l. 4. *controv.* 23.

Mensûra, *m.* f. *mifura*, מֵסוּרָה, Ger. *ein maß*, Gal. *mefure*, Hisp. *medida*, *μετρον*, instrumentum, quo metitur, aut quo rei alicujus quantitatem deprehendimus, a mensus, quod a metior. *Plin.* l. 7. c. 56. Mensuras, & pondera Phidon Argivus, aut Palamedes (ut maluit *Gellius*) invenit. ¶ Translate *Cic. in Orat.* Quicquid est enim, quod sub aurium mensuram aliquam cadit, etiamſi abest a versu, numerus vocatur. *Tac.* l. 1. *biſt.* c. 52. Nec consularis legati mensura, sed omnia in majus accipiebantur. h. e. pro conditione, & modo consularis legati. *Plin.* l. 2. c. 1. Alicujus rei mensuram agere. *Plin.* alter in *epist.* Mensura beneficii.

Mensurabilis, le, quem metiri possumus. *Prudent.* *Apotheof.* v. 817.

Mensuralis, le, ad mensuram pertinens, ut mensuralis linea, apud *Sicul. Flac. edition.* *Goest.* pag. 19. & 23.

Mensuraliter, adv. per mensuram. *Hygin.* de *Limis.*

Mensuratio, onis, f. actus mensurandi, apud *Auctores de limitib.* *edition.* *Goest.* pag. 264.

Mensurum, a, um, adject. mensurum. *Cic. 1. de Invent.* c. 26. Annum, mensurum, diurnum, nocturnumve spatium. Ita legit *Priscian.* sub *fin.* l. 2. Alii *mensurum*. Legitur hæc vox etiam apud *Novatian.* de *Trinit.* c. 10.

Mensuro, as, a. 1. metior, *mifurare*. *Veget.* l. 1. c. 25.

Mensur, a, um, partic. a metior passivæ signifi. *mifurato*. *Cic. 2. de nat. Deor.* c. 27. Mensa spatia conficere. *Curt.* l. 3. Ducenis stipendium pedestrium mensum est.

Mensus, us, *m.* *mifura*, mensura. In quodam *fragm.* quod tribuitur *Vavroni de Geometr.* Longitudines, & altitudines mensu certo distinguere. *Apul. de Mundo.* Cuius mensu appenſuque distincta est natura regio. ¶ Extra ablativum casum non usurpaverim, antequam exempla reperiam.

Mentægra, f. i. *μενταγρα*, μέντρα, inorbus, al. lichen, qui mentum, deinde faciem, collum, pectus, manufque foedo quodam tursure occupat, a mentum, & ἀγρα, *captura*, quasi mentis captura, quia a mento incipit. *Plin.* l. 26. c. 1.

Mentha, *m.* f. i. *menta*, μέντρα, herba odorifera, a Græco nomine allato. Sic enim hæc herba a Græcis vocabatur, a Menthe, seu Minthe, Nympha. *Plin.* l. 19. c. 8. Menthæ nomen suavitis odoris (hoc enim significat hedyosmos) apud Græcos mutavit, cum aliqui mintha vocarentur, unde veteres nostri nomen declinaverunt.

Menthastrum, n. 2. *mentastro*, μέντραστρον, ἀγρονον, sylvestre, olus, dictum, quod mentham imitetur, quasi sylvestris mentha. *Plin.* l. 20. c. 4.

Menthe, es, f. 1. al. Minthe, Nympha Avernalis, Cocytii filia, quam Proserpina cum Plutone deprehensam in herbam commutavit. *Ovid.* in *Metam.* l. 10. v. 729.

Mentiens, entis, qui mentitur. *Mentientem* vertit *Cic. 1. 2. de divin.* c. 4. genus argumentationis captiosæ, quam Græci ψαδόμενος, appellat: inde ducto nomine, quod ea sæpe in exemplum formula afferri solet, ex *Gell.* l. 18. c. 2. Cum mentior, & mentiri me dico, mentior, an verum dico?

Mentigo, inis, f. *μεντιγω*, genus morbi, quod pecudes invadere solet. *Colum.* l. 7. c. 5. Est autem mentigo, quam pastores oftigium vocant, mortifera læstibus.

Mentio, Tribus rusticæ nomen apud Romanos, de qua mentio est apud *Cic. 1. 13. Fam. ep.* 11. & in veter. *Inscriptionib.* in quibus quia fere Menſcribitur, sunt qui legunt *Menenia*, ducto nomine a *Menenia* familia R. V. *Rofin.* l. 6. *Att. Rom.* c. 15.

Mentio, onis, f. *menzione*, מֵנֶסֶת, Ger. *meldung*, Gal. *mention*, Hisp. *men-cion*, *memoria*, *μνήμη*, commemoratio, a mens. *Cic. 1. 13. Fam.* Honinem esse neminem, qui unquam mentionem tui sine tua summa laude fecerit. *Id. Agrar.* 3. c. 2. De quo ego neque apud vos feci mentionem. *Id. de Amic.* c. 1. In mentionem alicujus rei incidere. *Liv.* l. 4. c. 1. Mentio sensum illata a tribunis, ut &c. Sic mentionem habere alicujus. *Idem* l. 38. c. 56. Et, mentionem de aliqua re movere, *Idem* l. 28. c. 11. ¶ Mentionem facere est etiam formula sponſaliorum, qua utitur, qui puellam in matrimonium sibi poscit, qui vero deſpondet, promittere, vel reſpromittere dicitur. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 27. Ubi mentionem fecero de filia, mihi ut deſpondeat. Hinc *Florentinus JCTus* sponſalia definiens, Sunt, inquit, sponſalia mentio, & reſpromiſſio futurarum nuptiarum.

Mentior, iris, itus sum, d. 3. *mentior*, *dir bugia*, מכח, Ger. *leegen*, Gal. *mentir*, Hisp. *mentir*, ψάλλωμαι, contra id, quod in mente est, loquor, men-

mendacium dico. Construitur vel absolute, vel cum dat. vel cum acc. & præp. *adversus*, vel *in*, vel *ad*, vel cum abl. & præp. *de*, vel *in*. Ter. *Heaut.* 3. 2. 38. Non est mentiri meum, id est non confuevi mentiri. *Plaut. Amph.* 1. 2. 6. Ille adeo illum mentiri sibi credit. *Id. Aulul.* 4. 7. 9. Egone ut te aduerbum mentiar, mater mea? *Cic. 3. Off. c. 20.* In virum bonum mentiri. *Id. 2. Or. c. 45.* De me nulla est causa, cur mentiar. *Id. 1. 1. nar. Deor.* Mentiri in aliqua re. *Gell. 1. 15. c. 22.* Mentiebatur ad milites, si mendacium profectet. ¶ Item cum parte aliqua orationis. *Plin. 1. 12. c. 15.* Qui e thure arbore utrumque nasci mentientur. *Senec. ep. 118.* Mentior, nisi adhuc querit ascendere. ¶ Mentiri, & mendacium dicere differunt. Qui enim mentitur, non ipse fallitur, sed alterum fallere conatur. Qui vero mendacium dicit, tum etiam fallitur, cum credit se verum dicere. Unde *Nigidius* apud *Gell. 1. 11. c. 11.* Vir bonus prædicare debet, ne mentiar: prudens, ne mendacium dicat. Aliquando tamen mentiri esse pro imprudentiam falsum dicere, sicut & mendacium dicere. *Cic. 1. 4. Tulc.* Atque in eo litigant cum Epicuro, non multum mentiente. ¶ Interdum esse fingere, simulare, imitari. *Col. in præf. l. 1.* Quod a natura veris denegatum muliebri motu mentiantur. *Virg. 3. Eclog. v. 42.* Nec varios discit mentiri lana colores. *Martial. 1. 3. epigr. 43.* Mentiris iuvenem tinctis, Lentine, capillis. ¶ Particip. *mentiturus*, *Ouid. 4. Trist. eleg. 3. v. 16.* Non mentitura tu tibi voce refer. *Mentitor*, pro mentiar. *Plaut. Mil. 1. 1. 35.* Assentandum est, quidquid hic mentibitur. ¶ Scribit *Priscian. 1. 8.* antiquos usurpasse *mentio* pro *mentior*, sed nullum adducit exemplum.

Mentitio, onis, f. mendacium. *Auct. ad Heren. 1. 3. c. 2.* Dolus confumitur in pecunia, pollicitatione, dissimulatione, maturatione, mentitione. Al. *leg. mentio*.

Mentitus, a, um, partic. a mentior. *Juvenal. Sat. 6. v. 123.* titulum mentita Lycilæ. ¶ Reperitur etiam usurpatum passivè. *Cic. 2. de Nat. Deor. Quaque his vacant, mentita, & falsa, plenaque erroris. Valer. Flacc. 1. 7. v. 255.* Non jam mentitæ vultum vocemque refumi: Calliopes. **Mento**, onis, in. majore mento præditus. *Arnob. 1. 3. pag. 108.*

Mundialis, le, o, 3. idem ac mundanus, a mundus. *Tertul. l. 5. adv. Marcion. c. 4.* Mundialia elementa. *Prudent. l. Cathem. v. 90.* Mundialis gloria. Mundialiter, adv. more mundanorum. *Tertul. de refur. car. c. 46.* Vivere mundaliter.

Mundicosa, æ, medicina ad munditiam. *Apul. Apol. Mundicinæ dentium.*

Mundifico, as, a. 1. *ἁγιάζω*, mundum facio. *Maer. l. 3. v. 12.*

Mundipotens, entis, in Mundo potens. *Tertul. de anim. c. 23.* Principatus mundipotentes.

Munditæans, entis, qui mundum tenet, seu occupat, ut Diabolus munditæans, apud *Tertul. adv. Valent. c. 22.*

Munditer, adv. mondante, *ἁγιάζω*, cum munditie. *Plaut. Pen. 1. 2. 26.* Nam cum sedulo munditer eos habeamus.

Munditia, æ, f. *νεστερῆ, politezza, פּוֹלִיטְהַיִט*, Germ. *reinigkeit*, Gal. *netelè*, Hisp. *limpieca, ἁγιάζω, κομιεῖται*, lauitia, qua quis se mundum, ac politum servat, elegantia, nitor. *Cic. 1. Offic. cap. 36.* Adhibenda præterea munditia est, non odiosa, nec exquisita nimis. *Ovid. 3. de Art. v. 133.* Munditias capimur: non sint sine lege capilli. *Plaut. Stich. 2. 3. 22.* Munditias volo fieri; Efferte scopas, ut operam omnem atearum perdam. *Sallust. Jugur. in Orat. Marii.* Munditias mulieribus, viris labore convenire. *Rurfus Cic. in Orat. c. 23.* Elegancia, & munditia orationis.

Munditiæ, ei, f. idem ac munditia. *Catull. ad Fur. epigr. 23. v. 18.* Hanc ad munditiam adde mundiorum.

Munditiator, aris, dep. 1. munditiam amo, consecrator. *Plaut. Caf. 2. 3. 9.* Magis initio munditiam dicitur Deo, h. e. Amori. Alii aliter legunt.

Mundo, as, a. 1. *mondare, netare, ἁγιάζω, καθαίρω*, detergo, purifico. *Plin. l. 15. c. 6.* Ob id crebrius vasa mundanda.

Mundule, adv. *Apuley. l. 2.* Lintea tunica mundule amicta.

Mundulus, a, um, delicatus, mollis, qui nimia munditia utitur, ut placeat aliis, dim. a mundus. *Plaut. Truc. 23. 1. 13.* Nunc ego istos mundulos, urbanos amafios hoc icu exponam.

Mundum, i, n. &

Mundus, i, m. instrumentum mulierum, quo mundiores, & orationes fiunt. *Ulp. l. 25. §. 10. de auro, & arg. &c. Var. l. 4. de L. &c. Lucil. l. 16. apud Gel. l. 4. c. 1.* Legavit uxori mundum omne, penumque. ¶ Fere usurpator addito muliebris. *Var. l. 4. de L. L.* Mundus muliebris dicitur a munditia. Adde *Liv. l. 34. c. 7.* ¶ In mundo esse, in mundo habere, est esse in promptu, habere ad manum, *effere, o avere in promptu.* *Plaut. Asin. 2. 1. 6.* Aut mihi in mundo sunt virgæ. *Id. Caf. 3. 3. 3.* Stultitia est, amatorem illum ad forum procedere, cui quod amet in mundo fiet. *Id. Epid. 5. 1. 12.* Cui libertas in mundo sita est. Sic alibi sæpe.

Mundus, i, subst. m. 2. *mondo, κόσμος*, rerum universitas, a munditia. *Cic. l. 2. de nat. Deor. c. 62.* Est enim mundus quasi communis deorum, atque hominum domus, aut urbs utrorumque. *Plin. lib. 2. cap. 4.* Quem *κόσμος*, Græci nomine ornamenta appellaverunt, eum & nos a perfecta, absolutaque elegantia mundum. ¶ Interdum usurpator pro Cælo. *Sever. in Aëna, v. 43.* Gigantes tentavere (nefas !) olim detrudere mundo sidera. Sic *Manilius* non semel. ¶ Item pro mortalibus mundi incolis. *Sen. Herc. Oct. v. 541.* Te precor, quem mundus, & superi timent. *Lucan. l. 2. v. 48.* Conjunct in arma mundus. ¶ In plurali num. *Lucret. l. 5. v. 529.* In variis mundis varia ratione creatis. Adde v. 1344.

Mundus, a, um, *mondo, polito, netto, טוֹר*, Germ. *rein*, Gall. *net*, Hisp. *limpio, κόσμιος, ἁγιάζω*, purus, tersus, politus. *Horat. l. 1. epist. 5. v. 2.* Jam dudum splendet focus, & tibi munda fupellex. *Ter. Eun. 5. 4. 12.* Quæ dum foris sunt, nihil videtur mundius. *Colum. l. 1. c. 9.* Mundissimum cubile.

Munerabundus, a, um, qui muneratur. *Apul. l. 11. Met.* Quisque munerabundi ad meum festinam illico reducem ab inferis conspectum.

Muneralis, & le, *δαρδῆκος*, quod ad munus pertinet. Unde muneralis lex, *ἡ περὶ δῶρων*, qua Cincius cavet, ne cui liceret munus accipere, teste *Fest. Plaut. in fragment.* apud *Fest.* Nec muneralem legem, neque lenoniam rogo.

Munerarius, m. 2. *ἀγασθῆτης*, qui munus, hoc est, spectaculum populo exhibet. *Suet. in Dom. c. 10.* Quod Thracem mirmillonum parem, munerario imparem dixerat. *Quintil. l. 8. c. 3.* Munerarium Augustus primus dixit, Messalla primus reatum. ¶ Adjective *libellus munerarius* apud *Trebell. Poll. in Claud. c. 5.* est, in quo continentur nomina eorum, qui in publicis ludis adhibentur.

Muneratio, onis, donatio, munus. *Ulpian.* Non necessaria muneratio.

Munerator, oris, idem ac munerarius. *Flor. l. 3. c. 20.* Quasi plane expiaturus omne præteritum dedecus, si de gladiatore munerator fuisset.

Muneratus, a, um, partic. passivæ significationis, *regalato.* *Spartian. in Adrian. c. 3.* Atque ob hoc se dicit a Trajano locupletissime muneratum. *Ammian. l. 14. c. 7.* Mulier munerata, vehiculoque imposta.

Munerigerulus, i, m. qui munera, & dona gestat. *Plaut. Pseud. 1. 2. 48.* Manipulatum mihi munerigerulus jam hic adint.

Munero, as, a. 1. idem ac muneror, *Sen. epist. 119.* Inani me lance munerat. *Plaut. Capt. 5. 1. 15.* Ut beneficium benemerenti munerat. h. e. conteras, gratiam reteras pro beneficio.

Munero, aris, atus sum, d. 1. *donare, שָׁרָה*, Germ. *befchicken*, Gal. *donner*, Hisp. *remunerar, δωροδοκῶ*, dono, munus do. *Teren. Heaut.* Nam disciplina est eisdem munerarier ancillas primum, ad dominas qui affectant viam. *Cic. Att. l. 7. ep. 2.* Alexion me oppiare muneratus est.

Mungor, eris, d. 3. idem ac mungo, apud vet. *Cato de lib. educan.* Neque mungentur libertatem. Al. leg. *emungentur.*

Munia, orum, n. 2. *officij, ἴργα*, officia, præsertim qua publice præstantur. *Cic. pro Mur.* Omnia hæc sunt officia necessariorum, commodata tenuiorum, munia Candidatorum. *Liv. l. 1. c. 42.* Belli, pacisque munia facere. *Horat. l. 2. epist. 2.* Vitæ munia servare. *Tac. 2. Ann. c. 26.* Munia consulatus obire. *Id. 1. bist. c. 62.* Implere ducis munia. *Vetus lapis apud Spond. Miscel. erudit. antiq. p. 36.* Ob hæc insignia genera minorum.

Munibilis, le, quo quid munitur. *Sidon. l. 2. epist. 2.* Porticus columnis invidiosa munibilibus.

Municeps, ipis, o, qui munus capit, sive capere potest. Municeps, inquit *Festus*, est qui in municipio liber natus est: item qui ex alio hominum genere munus functus est: item qui in municipio a servitute se liberavit: item municipis erant, qui ex aliis civitatibus Romam venissent, quibus non licebat magistratum capere, sed tantum muneris partem. Hæc *Fest. Cic. 2. de Leg.* Ego omnibus municipibus duas ef-

se censo patrias, unam naturæ, alteram civitatis. *Id. post red. ad Quir. c. 8.* Vidi fortissimum virum municipem meum, C. Marium. *Idem in Bruto.* Quam diligenter solem municipes meos Arpinates tueri. *Vide Ulp. l. 1. ff. ad municipal. & Paul. l. munus, ff. de V. S.* ¶ In toemin. genere *Plin. l. 35. c. 11.* Amavit Glyceram municipem suam. ¶ Adjective sumptum significat eum, qui ex eodem est municipio. *Juven. sat. 4. v. 33.* Vendere municipes fracta de merce siluros. *Id. sat. 14. v. 271.* Municipis Jovis lagenas. h. e. Cretenfes.

Municipalis, & le, o, 3. *πολιτικῆ*, quod ad municipia, vel ad municipes pertinet, ut Municipales homines, qui in municipiis degunt, vel e municipiis orti sunt. *Cic. Att. l. 8. ep. 13.* Multum mecum municipales homines loquuntur. *Idem ibid. l. 7.* Dolor municipalis. hoc est, municipium. ¶ Municipalis Respublica est, qua municipium gubernatur. *Cic. 3. de Leg. Utinam*, inquit M. Cicero, isto animo, atque virtute in summa Republica versari nobiscum, quam in municipali maluisses. ¶ Municipale jus, vel municipalis lex, quæ est propria cuiusque municipii, quamque habuit ante adeptam civitatem, de qua agit *Guil. Fornerius l. 1. sect. c. 13.* ¶ Municipalia sacra, quæ municipes ab initio habuerunt, ante civitatem Romanam acceptam, quæ observare eos voluerunt Pontifices, & eo more facere, quo antiquitus facta fuerant. *Fest. & Sigon. l. 4. de ant. ur. Ital. c. 7.* ¶ Interdum municipalis ponitur pro ignobili, atque obscuro. Hinc *Juven. sat. 8. v. 238. de Cicer.* Hic novus Arpinas ignobilis, & modo Romæ municipalis eques. Hoc ideo, inquit *Turneb. l. 3. c. 9.* quia equites municipiorum non tam divites erant, & nobiles, quam urbani. Sic *Tac. l. 4. Ann. c. 3.* Sequæ ac majores municipali adultero fœdabat.

Municipaliter, adv. Municipis more, vel conditione. *Sidon. l. 1. ep. 11.* Non alius majoribus, quam municipaliter natus.

Municipatim, adv. per municipia, ut oppidatim, per oppida. *Sueton. in Caf. c. 14.* Municipatim dividendos censuit.

Municipatus, us, m. jus municipii. *Tertul. de cor. mil. c. 13.* ita vertent *πολιτικῆς*. Adde *Hieron. epist. 1. 3. 13. & 58.*

Municipiolum, i, parvum municipium. *Sidon. l. 3. ep. 1.*

Municipium, ii, n. oppidum (in Italia præsertim) jure suo utens, & legibus, cuius incolæ jure Civium Romanorum gaudebant. *V. Sigon. l. 2. de ant. ur. Ital. c. 6.* Quomodo differat a colonia, *Vide Colonia. Cic. pro Rosc. Amer. c. 6.* Genere, & nobilitate sui municipii primus.

Munifico, as, pro communico, dicebant Veteres. *Fest.* Beneficarij dicebantur milites, qui vacabant muneris officio, e contrario munifices vocabantur, qui non vacabant, sed munus Reipub. taciebant. *Veget. l. 2. c. 7.* Munifices, milites, qui munera faciunt, quibus immunes non obstricti sunt. ¶ Metaphorice munifex mamma pro lactanti dicitur. *Plin. l. 11. c. 40.* Uno vero ex omni turba relicto sola munifex mamma, quæ genito fuerat attributa, defendunt.

Munifice, adv. liberalmente, *abbondevolmente*, Ger. *reichlich*, Gal. *largement*, Hisp. *liberalmente, μεγαλοπρεπῶς*, liberaliter, large, abundanter. *Cic. 3. de nat. Deor.* Sic haud scio, an melius fuerit, humano generi motum istum celerem cogitationis non dari omnino, quam tam munifice, tam large dari. *Liv. l. 22. c. 37.* Munifice adjuvare rem alicujus.

Munificentia, æ, f. *liberalitas, נָדָרָה*, Germ. *freigebigkeit*, Gal. *largeffe*, Hisp. *franqueza, liberalidad, Μεγαλοπρεπεια*, liberalitas. *Plin. l. 27. c. 1.* Nec dubie superata hoc modo posset videri etiam rerum naturæ ipsius munificentia. *Liv. l. 7. c. 16.* Ad copiam rerum addidit munificentiam.

Munificulus, ii, res non immunis, non libera a vestigalibus, & portoribus. *Paul. JCrus l. 4. ff. de Publ. & Vect.* Si quid amplius, quam mandatum est, transterat, id munificulus sit.

Munifico, as, a. 1. *arricchire, far beato, καλλιζω*, ditto, beatum facio. *Lucret. l. 2. v. 635. de Cybele.* Ergo cum primum magnas invecita per urbes munificat tacita mortales muta falute.

Munificus, a, um, *liberale, נָדָר*, Germ. *freggcbig*, Gal. *liberal*, Hisp. *liberal, Μεγαλοπρεπῆς*, liberalis, quasi munera large præbens, a munus. *Cic. 2. Off. c. 18.* Convenit autem tui in dando munificum esse, tum in exigendo non acerbum. *Ovid. 4. de Pont. el. 1.* Nec mihi munificas arca negavit opes. *Claudian. de IV. Consul. Honor. 2. 499.* Munificus largi, sed non est prodigus auri. ¶ Apud Veteres munificus dicebatur, qui libenter confentiret ad ea, quæ amici vellet, ut docet *Non. c. 1. n. 88.* ¶ Comp. munificentior, sup. munificentissimus. *Cic. pro Rosc. Com. c. 8.* Semper liberalissimus, munificentissimusque fuit. *Festus.* Munificior a munifico identidem *Cato* dixit, cum nunc munificentior diceamus, quamvis munificens non sit in usu.

Munimen, inis, n. 3. idem ac munimentum, vel munitio. *Virg. 2. Georg.* Hoc effulus munimen ad imbres.

Munimentum, i, n. *fortificazione, riparo, guarnimento, טוֹר*, Ger. *ein fehim*, Gal. *munitio, fortetere*, Hisp. *fortification, ἐκτεινιμα*, munitio, & proprie dicitur de castris, cæterique rebus, quas milites contra adventum hostium muniunt sive vallo, sive fossa, sive alio quovis modo. *Liv. l. 1.* Quiritum quoque fossa, haud parvum munimentum a planioribus aditu locis, Anci Regis opus est. *Cæf. l. 2. B. G. c. 17.* Instar muri sepes munimenta præbent. *Tac. Ann. 13.* Tenere se munimenta. ¶ Translate *Juven. sat. 9.* Munimenta togæ.

Munio, is, a. 4. *fortificare, guarnire, כָּרַה*, Ger. *befestigen*, Gal. *fortifier, munir*, Hisp. *garnecer, ἐκτεινιμα, ἀρπάζω*, sulcio, firmo, ab *ἀμύνω*, tueor, abjecto α, ut ab *ἀμύνω, mulgeo.* *Cic. de Prov. Conf. Alpbis Italiam munitur ante natura, non sine aliquo divino numine.* *Id. de Sen.* Et contra avium minorum morfum munitur vallo aristarum. *Id. 9. Fam. ep. 18.* Ad aliqua tempora se munire. ¶ Munire viam, est reficere, subsituere, lapidibus sternere. *Cic. pro Mil.* Ideo ne Appius ille Cævus viam munivit, non qua populus uteretur, sed in qua fidei posteris impune latrocinaurentur? Est sumitur etiam translate pro parare, & aditum vbi patetacere, *aprire.* *Cic. 1. Tusc.* Abiit ad Deos Hercules, nunquam abiisset, nisi, cum inter homines esset, eam sibi viam munisset. *Id. pro Mur. c. 23.* Hæc omnia tibi acculandis viam muniebant. ¶ *Liv. l. 21. c. 37. de transitu Annibalis per Alpes.* Inde ad rupem muniendam, per quam via esse poterat, milites ducti. h. e. ad rupem cadendam, viamque in ea muniendam, & sternendam. Ita legit, & explicat *Turneb. l. 13. c. 18.* & cum eo optimi Codices. Statim quoque *ibid.* subdit: Quis muniendo fessis hominibus data. Sunt tamen qui leg. *ad rupem muniendam.* ¶ Translate *Cic. l. 4. Fam. ep. 14.* Fidelitate contra perfidiam me muniendum putavi. *Tac. in Agric. c. 45.* Sævus ille vultus, & rubor, a quo se contra pudorem muniabat. ¶ *Munibat* pro *muniabant* legitur apud *Varr. l. 4. L. L. pag. 34.*

Munis, & ne, o, 3. officiosus, qui munus, sive officium tacit, ut qui pro beneficio accepto gratiam, cum potest, refert, a munus. *Non. c. 1. n. 88.* Munes apud veteres dicebantur, non a largitione, quæ ignota erat, sed contentientes ad ea, quæ amici velint. *Fest.* Munem significare certum est officiosum: unde de contrario immunis dicitur, qui nullo tangitur officio. *Lucil. ibid. Mur. dicit*, munefque vicu videamur amicis. *Plaut. Merc. prol. v. 104.* Dico, ejus pro meritis gratum me,

& munem fore. Ubi tamen Lambinus mavult *memorem*.
 Munite, adverb. tuto. *Var. lib. 4. L. pag. 34.* Oppida, quod opere munibant mœnia, quo munitionis essent.
 Munitione, onis, f. 3. *munizione, fortificazione, riparo, מונציה*, Germ. *ein festung*, Gall. *munition*, Hisp. *guarnecimiento, armamento*, actus munitionis, munimentum, vallum. *Cic. 6. Verr.* Nisi munitione, ac mole lapidum a mari distinctus esset. *Id. 8. Phil.* Urbem operibus, munitionibusque sepere. *Nepos Eumen. cap. 5.* Munitiones disicere. *Ces. l. 1. B. G. c. 49.* Milites munitione prohibere. *Cic. pro Font.* Ex viarum munitione quæritum facere.
 Munio, as, a. 1. freq. a munio. *Cic. pro Rosc. Am. c. 48.* Quam viam muniet, quod iter affectet, videtis.
 Munitor, oris, m. qui munit. *Liv. l. 7. c. 23.* Qui pro munitoribus intentis, armatique steterat.
 Munitura, æ, f. 1. munimentum, munitio. *Vetus lapis apud Ferrat. Mus. Top. pag. 73.* Structuram cum munitura sarcophagi suis impensis fecit.
 Munitus, a, um, fortificatus, *τετρακισμύτος*, firmatus, obvallatus, partic. a munitor. *Cic. in Rull.* Urbis natura, ac loco munita, succincta portibus, armata muris. *Id. 2. Fam. ep. 10.* Turribus oppugnatum oppidum munitissimum. *Plin. l. 17. c. 10.* Solum munitum ad incursum gallinæci generis. ¶ Translate *Cic. 2. Off. c. 4.* Vita munitior, & 1. *dedivin.* Pectus sapientia munitum.
 Munus, eris, n. 3. *dono, present, מנות*, Ger. *ein Geschenk*, Gall. *don, present, Hif. don, dativa, doper, doperig, donum, a מנות, munus, oblatio.* Varro sic scribit *l. 4. de L. L.* Munus, quod mutuo animo qui sunt, dant officii causa. Alterum munus, quod munienti causa imperatum, &c. *Cic. 2. Divin.* Quod munus Reip. asserre majus possumus, quam si &c. *Quintil. lib. 1. c. 10.* Dare aliquid muneri. *Catull. Carm. 12.* Mittere aliquid muneri alicui. *Horat. l. 1. Sat. 9.* Corrumperet munibus. *Virg. 5. Æn.* Munere aliquem donare. *Cic. de Arusp. resp.* Divino munere Reip. donatus. ¶ Munera Liberi, h. e. vinum. *Hor. l. 4. od. 15.* Munere terræ vesci. h. e. fructibus. *Id. lib. 2. od. 14.* ¶ Munus in hac signific. & donum differunt in eo, quod donum est omne, quod sponte datur quacumque ex causa; munus, quod necessitatis, aut officii gratia, seu tanquam debitum exhibetur. *Ulp. l. 6. ff. de Offic. Procons.* Ne donum, vel munus ipse Proconsul accipiat. Aliæ ab aliis differentie traduntur, quæ (ut & ea quam attulimus) perpetuæ non sunt. Itaque Scriptores munus, & donum sæpe confundunt. *Cic. pro Arch.* Deorum aliquo dono, atque munere commendati. *Plaut. Mil. 3. l. 120.* Certatim dona mittunt, & munera. ¶ Interdum munus est onus, quod cum remittitur, vacationem præstat, *obligazione, carico*, ut pendere vectigal, præstare custodiam, aliaque hujusmodi. *Cic. 2. de nar. Deor.* Et sustinendi muneri propter imbecillitatem difficultas minime cadit in majestatem Deorum. *Gell. l. 12. c. 1.* Ne ad dolores, quos enitendo mater tulisset, munus quoque nutritionis grave, ac difficile accederet. Tui muneri est, aut mei: meum, tum munus est, a me, a se *tocca. Cic. 3. Fin. & pro Mil. Et Ovid. 1. Trist. el. 5.* ¶ Interdum & pro officio capitur, quomodo Magistratum gerere, judicem esse, munera sunt publica, ac civilia. *Cic. 11. Fam.* Tuum est hoc munus, tuæ partes. *Id. l. 15.* Neve quid temporis ad meum annum munus accedat. *Id. l. 10.* Consulare munus sustinebat jure majorum. *Id. de Prov. consul.* Munus susceptum Reip. explere. *Tacit. Ann. 15. c. 52.* Ne, Imperatore delecto alio, sui muneri Remp. faceret, *irasse a se tutto il governo della Repubblica. Liv. l. 24.* Munera belli. ¶ Pro exequiis etiam accipitur, quod pulcherrimum officii genus est. *Nepos in Eumene, c. 4.* Pro hominis dignitate, proque pristina amicitia aposto munere extulit. *Valer. Max. l. 8. c. 16. n. 1.* Imaginem in cella Jovis positam habet, quæ, quotiescumque munus aliquod Cornelie genti celebrandum est, inde petitur. Utroque loco est qui *funus*, pro *munus*, legit. ¶ Ad munus, qua officium notat, pertinent etiam, munus suum curare, colere, efficere, exsequi, suscipere, & sexcenta alia passim apud *Cic. Liv. Quintil. Horat. &c.* ¶ Fungi munus, pro, munere, est *Plauti Men. 1. 4. 5.* ¶ Nonnunquam officium, & munus conjunguntur. *Cic. 2. de Orat.* Ab oratoris proprio officio, atque munere sejuncta esse arbitror. ¶ Interdum cum officio in genitivo conjungitur, & significat officii functionem, & executionem. *Cic. de Senect.* Ad omne officii munus instruat. ¶ Accipitur quoque pro ludis, seu spectaculis. Causa hujus notationis est, quod ludis populum remunerarentur, a quo munus publicum acceptarent, ac novum sæpe munus expectabant, seu, quod idem est, quod qui Magistratu abibant, spectacula populo quasi muneris, i. e. doni loco exhibebant. *Cic. 2. Off. Et P. Crassus* cum cognomen tot Dives, tum copiis sanctus est ædilitio maximo munere. *Et paulo post:* Magnificentissima vero nostri Pompeji munera secundo Consulatu. *Suet. in Ces.* Edidit spectacula varii generis, munus gladiatorum, ludos etiam regionatim Urbe tota. ¶ Item pro loco, in quo munera hujusmodi eduntur. *Velliel. l. 2. c. 130.* Pompeji munera absumpta igni restituit. ¶ Simili fere ratione *Op. de ar. am. v. 69.* Aut ubi muneribus nati sua munera mater Addidit, externo marmore dives opus. Intelligit porticum Octavianum non longe a Marcelli porticu sitam.
 Munusculum, li, n. *picciolo dono, μικροδωρον*, dim. a munus. *Cic. 5. Verr.* Quam tu totam infulam cuidam tuorum sodalium, sicut aliquod munusculum, condonaras.
 Munychia, f. 1. *Munichia, Macina, Μονυχία*, portus Atticæ, Pirææ proximus, inter illum ad Occ. & Sunium prom. ad Or. apud Ilium fl. officium, a Munycho Principe filio Panteuchi, qui ibi templum Dianæ, al. Palladi extruxit, quæ propterea *Munychia* cognominata est. *Stat. l. 5. Silv. 3. v. 108.*
 Munychia, orum, n. festa Dianæ, seu Palladis, ut alii scribere, a Munycho auctore.
 Munychius, a, um, Atheniensis. *Ovid. 2. Met. v. 709.* Munychioque volans agros, gratamque Minervæ despiciat humum.
 Muræna, æ, f. *muræna*, Ger. *Lamprete*, Gal. *muræne*, Hif. *muræna, μύρανα*, piscis longitudine non dissimilis anguille, a Græco nomine allato. Fœminini tantum sexus est. Nam masculus teste *Plin. l. 9. c. 23.* myrinus vocatur, robustior, quam muræna, & unicolor. *Plaut. Aul.* Congrum, murænam exdorua, quantum potes. ¶ Optime inter murænas habebantur, quæ capiebantur in freto Siculo, quas *Macrob. Saturn. l. 3.* stutas vocari asserit. *Marshall. lib. 13.* Quæ natat in Siculo grandis muræna profundo, non valet exultant mergere Sole cutem. ¶ Fuit hoc piscis genus apud veteres in maximis deliciis, partim ob præstantiam saporis, partim ob ingenem vivacitatem. *Plin. l. 9. c. 55.*
 Murænianus, a, um, ad Murænam pertinens, nomen viri proprium. *Murænianoratio* apud *Martian. Capell. l. 5. pag. 172.* est, quam Cicero pro Muræna habuit.
 Murælis, & le, o 3. *di muro, τεραχιάς*, quod ad murum pertinet. *Virg. 12. Æn.* Murali concita nunquam Tormento sic saxa fremunt. ¶ Machinæ murales, quibus muri diruuntur. *Plin. l. 7. c. 56.* ¶ Pila muralia, quibus quatuntur muri, aut quæ de muris deliciuntur. *Ces. l. 7. B. G.* Aut ex vallo, & turribus trajecti pilis muralibus interbant. ¶ Murælis corona, quæ donari solebat ab Imperatore ei, qui primus

murum subjisset, & in hostium oppidum per vim ascendisset. *Liv. l. 33.* Utique postquam corona aurea muralis proposita est. *Plin. l. 16. c. 4.* Cedunt iis murales, vallaresque, & aureæ, quamquam pretio antecedentes. ¶ Murælis herba, *τεραχιάς, παρδίσια*, genus herbæ, quod frequenter in muris nascitur. *Plin. l. 22. c. 7.*
 Murætus, a, um, *τεραχιαμύτος, τεραχιάς*, quod muros habet. *Veget. l. 1. c. 21. & l. 3. c. 8.*
 Murcia, æ, Dea amoris, seu Venus, a myrto dicta: unde & *Murtia* legitur, & Myrtea, teste *Plin. l. 15. c. 29. Varr. & Plin. l. 15.* ¶ Item Dea legnum, & Myrtea, quæ homines murcidos facit, ut ait *August. l. 4. de civ. Dei c. 16.* Adde *Arnob. l. 4.* ¶ Hujus Deæ templum fuit sub Aventino.
 Murcidus, a, um, ignavus, inermis. *Fest. Plaut. Epid. 3. l. 12.* Væ tibi murcide homo. V. *Murcidus*.
 Murcius, a, um, adject. Metæ Murciæ erant locus Romæ, ubi ara Murciæ Deæ dicata vifebatur. *Apul. l. 6. A. A. Plin. l. 15.*
 Murcus, i, Templum Deæ Murciæ. *Festus*. ¶ Murci dicebantur etiam qui ob ignaviam, & ut militiæ munera delugerent, pollicem fibi præcedebant, a Murcia fortasse Dea segnitici. *Amman. l. 15. ad fin. & leg. 4. Dig. de remilit.*
 Murex, icis, m. 3. *καρχήλιον*, piscis marinus, ex concharum genere, qui etiam buccinum dicitur, & per excellentiam conchylium, ex cuius humore fit color purpureus. *Col. l. 8. c. 16. & Martial. l. 13.* ¶ Metonymice ponitur pro purpura, idest, pro colore, qui fit ex muricis sanguine. *Virg. 4. Æn.* Tyrioque ardebat murice læna. ¶ Ponitur etiam pro acumine, seu asperitate faxi, ducta similitudine a muricis figura. *Virg. 5. Æn. v. 205.* Et acuto in murice remi Obnixi crepuere. ¶ Item pro flore purpureo. *Virg. 4. Ecl.* Ipse sed in pratris aries iam suave rubenti Murice. ¶ Murices etiam, *τεριβαλοι*, sunt machinæ ferreæ, tetragona forma, quæ, in quacumque incidenter partem, alioquo aculeo protendunt, unde & dolose in terram adversus hostes conjici solent, ita dictæ a murice pisce, cui aculei sunt plures habentes cuspides. *Val. Max. l. 3.* Ut circa mœnia urbis, quam obfideret, ferreos murices spargeret. Adde *Curt. l. 4. c. 13.*
 Murgisio, onis, m. iners, desidiosus. *Festus*.
 Muria, æ, f. *salamoia*, Germ. *soff, oder bruebe*, Gall. *saumeure*, Hisp. *salmuera, ἄμα, τεραχιάς*, fassugo, aqua fassa, liquor ex sale resolutus, quo aliquid maceratur, aut fervatur. *Colum. l. 12. cap. 25.* Quoniam quidam, imo etiam fere omnes Græci aqua fassa, vel muria mustum condiunt. *Plin. lib. 31. cap. 8.* Muria quoque, sive illa fassugo spissat, inordet, extenuat, siccatur. ¶ Est item muria liquorem thynnorum, ut *garum* scombrorum. *Scal. l. 2. Aufon. Lect. c. 27. Perf. Sat. 6.* Tingit olus sicum muria vasa in lecta empta. ¶ Muria fuit propria pauperum, *garum* divitum. *Scalig. l. 2. Aufon. Lect. c. 27. Mavr. l. 13.* Antipolitani, sator, sum filia thynni: essem si scombrum, non tibi missa torem.
 Muricatiæ, a, um, *accountio in salamoia, ἀμωροδής*, quod muria conditum est, quod in muria diu tuit. Absolute muricatiæ fassa pro fassamentis. *Plaut. Pæn. 1. 2. 32.* Quasi fassa muricatiæ esse autumantur sine omni lepore, nisi multa aqua, & diu macerentur.
 Muricatum, adv. convolutum, muricum infar. *Plin. l. 9. c. 33.* Vertice muricatum intorto.
 Muricatus, a, um, *καρχήλιος*, quod est muricis modo factum. *Plin. l. 20. c. 23. de carduis.* Utrique folia pauca, spinosa, muricatis cacaminibus. ¶ Translate muricati gressus pro formidolosis, seu timidis dicuntur, quasi per murices ferreos fiant. *Fulgens. l. 1. Myth. c. 1.* Muricatos, quod ajunt, sigillaverunt gressus.
 Muricæus, a, um, ad muricum spectans. *Auson. epist. 9. v. 4.* Antra & muricæis scopulorum merfa lacunis.
 Muricidus, a, um, ignavus, imbellis. *Plaut. (Epid. 3. l. 12.) apud Fest.* Væ tibi muricide homo. *Meurs.* legit *muricide*.
 Muries, ei, f. 5. idem ac muria. *Cato R. R. c. 88.* Si natabit, ea muries erit, qua vel carum, vel cafoes, vel fassamentum condias. ¶ Murierem *Festus* ex Veranii sententia interpretatur salem in pila tufum, & in ollam sicilem coniectum, ibique opertum, gypsatumque, & in furno percoctum, quo Vestales ferra ferrea secto, & in seriam cojecto, quæ erat intus in æde Vestæ, in penu exteriori, in sacrificiis utebantur.
 Murilegulus, li, m. qui murices pisicatur, a muricibus legendis, seu collendis. *Justin. l. 2. Cod. tit. de monetariis, & murilegulis.*
 Murina, V. Murrhina.
 Murinus, a, um, *μύριος*, quod ex mure est, seu ad murem spectat, ut Murinus finus, mulcerda. *Plin. l. 13. c. 8.* Murinum finum. ¶ Murinus color, qualis fere est asinorum. *Col. l. 6. c. 37.* Murinus cum sit in asino vulgaris, tamen non optime respondet in mula. ¶ Murinum hordeum, herbæ genus. *Plin. l. 22. c. 25.* ¶ Murina pellis, est quælibet pellis bestiarum minorum in usum vestium. *Justin. l. 2. c. 2.* Pellibus tamen ferinis, aut murinis utuntur. V. *Mur.* ¶ Murini campi. V. *Campe.*
 Murmur, uris, n. *mormorio, הריר, Germ. gamumel*, Gall. *murmure, bruit*, Hisp. *ruído murmullo, ψόρος*, lenis aquæ strepitus, a *Μορμύριω*, vel *μυρμύριω*, *murmuro*. Nomen est fictitium, teste *Quint. lib. 8. c. 6.* ut mugire, & sibilare. *Cic. 3. de Or.* Nam & odor urbanitatis, & mollitudo humanitatis, & murmur maris, & dulcedo orationis sunt ducta a cæteris sensibus. ¶ Translate pro quocumque strepitu ponitur. *Virg. 4. Æn. v. 160.* Magno miscetur murmore cœlum. *Stat. 12. Theb.* Murmur jejunæ tigridis. ¶ Est etiam murmur submissa voce loquentis, *Ovid. 6. Metam.* tacito venerantur murmur nomen. *Perf. Sat. 3. v. 81.* Murmura cum secum, & rabiosa silentia rodunt.
 Murmurabundus, a, um, qui-murmurat, a *murmuro*. *Apul. l. 2. Met.* Indigna murmurabundus.
 Murmuratio, nis, f. *μωρμωρολογία*, actus murmurandi. *Plin. l. 19. c. 3.* Murmuratio aqualium. ¶ Item fremitus renuentis, & contradicentis. *Senec. ep. 107.* Optimum est, Deum sine murmuratione sequi.
 Murmurator, oris, m. *mormoratore*, obtrectator. *Augustin. l. 2. Retract. c. 20.* Non illis adversus Deum murmuratoribus.
 Murmurillo, as, n. 1. *μωρμυριλλίω*, submurmuro, a *murmurillum*. *Plaut. Rud. 5. 3. 61.* Quid murmurillas tecum, & te discrucias? In pluribus *Codicib.* hic verius deest.
 Murmurillum, li, n. *μωρμυρομορμυρίδι*, exigua murmuratio, dim. a *murmur*. *Plaut. Rud. 5. 3. 48.* Nolo, quid murmurillum, neque susurrum fieri mihi. Ita legit *Non.* Alii *murmur ullum*.
 Murmuro, as, avi, acum, n. 1. *mormorare*, *הריר*, Germ. *stresen*, Gall. *murmurer*, Hisp. *murmurar, μωρμύριω*, est strepere, & proprie dicitur de aquis fluentibus. *Varro l. 5. de L. L. Cic. 5. Tusc. c. 40.* Fremitur murmurantis maris. ¶ Translate ponitur pro strepere genitum. *Plin. l. 18. c. 35.* Murmurantes ignes tempestatum nuntii sentiunt. *Plaut. Cas. 4. 3. 6.* Mihi inanitate jandudum intestina murmurant. ¶ Item contradicere, secreto murmure indignationem ostendere. *Plaut. Mif.* Tamest dominus non invitus patitur, servus murmurant. *Id. Aul.* Ut scelestâ sola secum murmurat. ¶ Item pro submissa voce loqui,

ita ut non verba, sed verborum sonus audiat. *Ovid. 11. Metam. v. 50.* *Aëbile lingua murmurat exanimis.*
 Murmūr, aris, d. i. idem ac murmur, apud vet. *Varro apud Non. c. 17. n. 85.* Romæ in balneo plodere cæpimus, & murmurari.
 Murra, f. i. *μύρρα*, lapidis pretiosus genus, teste *Plin. l. 37. c. 2.* odoris præstantia commendabile, & colorum varietate insignis, subinde circumagentibus se maculis in purpuram, candoremque, & tertium ex utroque ignefcentem, veluti per transitum coloris purpura rubefcente, aut lacte candefcente. Nascitur in Oriente, apud Parthos, & præcipue in Carmania. *Plin. l. 37. c. 12.* credit esse humorem Solis calore sub terra condenfatum. Amplitudine nusquam excedit parvos abacos, crassitudine autem raro tanta est, ut ex poculis potioris sufficiat. Præcipuus usus huius lapidis fuit, ut ex eo pocula fierent, quæ murrina appellabantur. *Martial. l. 4. epigr. 86.* Nos bibimus vitro, tu murra, Pontice. *Id. l. 14. epigr. 113.* ardentis murra Falerno convicit. ¶ Sunt qui scribunt *myrrha*, & *murrha*, a Græco *μύρρα*.
 Murrānus, m. 2. præficus Latorum Rex, a quo postea Latini omnes Reges Murrani dicti sunt. *Serv. in 12. Æneid.*
 Murrus, & Murrheus, a, um, *μύρρος*, quod est ex murra. *Propert. l. 4. eleg. v. 26.* Murreaque in Parthis pocula cocta locis.
 Murrhātus, a, um, idem ac myrrhātus, ut murrhata potio, in lege XII. Tab. de iure sacro.
 Murrinus, & Murrhinus, a, um, *μύρρινος*, quod ex mura lapide confectum est, ut Trullæ murrinæ, Abaci murrini, Pocula murrina. *Suet. in August. c. 71.* Alexandria capta, nihil fuit præter unum murrinum calicem, ex inftrumto Regio retinuit. *Senec. de Benef. l. 7. c. 9.* Video murrhina pocula &c. Et absolute *id. ep. ult.* qui cristallina, & murrhina, & celata magnorum artificum manu portant. ¶ Legitur & *myrrhinus*. ¶ Murrhina potio. V. *Myrrhina*.
 Murrhobathrarius, ii, *profumiere*, qui calcemante muliebrum variis odoramentis, & unguentis imbuit. *Plaut. Aulul. 3. 5. 37.* ubi alii leg. *myrrhobathrarius*, quod eisdem est significationis: alii *malobathrarius*. h. e. qui malobathrum vendit: alii *myrrhobathrarius*, a *μύρρα*, unguentum, & *βήρυλλο*.
 Murfa, æ, f. Pannoniz opp. ad Dravum fluv. circa ea loca, ubi nunc *Essek*. Hinc
 Murfensis, se, adject. ad Murfam pertinens, ut murfense prælium *Amnian. l. 15. c. 14.* ¶ Murfensis pro Murfensis, legitur apud *Hieron. advers. Luciferian. c. 7.*
 Murta, æ, f. idem ac myrtus. *Cato R. R. c. 125.*
 Murtatus, V. Myrtatus.
 Murtus, a, um, idem ac Myrteus. *Cato R. R. c. 125. & Col. l. 5. c. 8.*
 Murtetum, i, n. myrtetum. *Cels. l. 2. c. 17.*
 Murus, ri, m. 2. *muraglia*, *τύχος*, lapideus ambitus, ab antiquo *mærus*. *Cic. de nat. Deor. Muri* urbis, quos vos sanctos esse dicitis. *Virg. 1. Æn. Pars* ducere muros. ¶ Translate ponitur pro præsidio, ac tutela. *Claudian. de IV. Conf. Honor. v. 109.* Non dabitur murus sceleris. *Cic. in Pison.* Propugnacula, & muri tranquillitatis & otii. ¶ Fortes etiam viri muri dicuntur. *Ovid. 13. Metam. v. 281.* Graium muros Achilles. ¶ Muri etiam vocantur aggeres sine fossa, teste *Varr. l. 1. R. R. c. 14.* ¶ Differt a pariete; nam *paries* proprie domorum est, *murus* urbium. Et siquando *murus* dicitur de privato ædificio, exterior est, *paries* interior. *Tacit. 5. Ann. c. 43.* Nec communiem parietum, sed propriis quæque muris ambirentur. ¶ Hæc tamen discrimina interdum confunduntur.
 Mus, muris, m. *forcio*, *topo*, *מור*, Germ. *ein maufs*, Gal. *rat*, *souris*, Hisp. *raton*, *μῦς*, exiguum animal nobisum in domo habitans, a nomine Græco allato. Distinguitur a forice, quod forex maior sit mure, clariusque strepat, & plus afferat detrimenti. *Col. l. 12. c. 31.* Si terpens, aut mus, forexve in mustum ceciderit. *Cic. Att. l. 14. ep. 9.* Itaque non solum iniquissimi, sed & mures migraverunt. *V. Plin. l. 8. c. 57.* ¶ Mus araneus, animal est in Britannia, muris magnitudine, mullina specie, ore oblongo, cauda gracili. *Plin. l. 29. c. 4.* ¶ Sunt & mures in mari. *Plin. l. 9. c. 19.* ¶ Interdum hoc nomine apud Latinos scriptores veniunt non domesticæ solum bestiolæ, de quibus hæctenus, verum etiam silvestres feræque bestię minores, quarum pellibus ad vestitum uti quis potest, ut sunt felles feri, vulpes, martes, & alij id genus. Hinc *Amnian. l. 31. c. 3.* Hunnis vestimenta tribuit ex pellibus silvestrium murium confarcatinis. *Senec. ep. 90.* Magna Scytharum pars tergis vulpium induitur, ac murium. *Plaut. Pen. 2. 2. 51.* Mures Africanos prædicat in pompam ludis dare se velle Ædilibus. *Lup. l. 2. Elector. c. 4.* putat per mures Africanos Veteres intellexisse pantheras, quemadmodum Elephantos, boves Lucas vocitarunt, & struthionem, passerem marinum. ¶ *Senec. in Apocolocynt.* Venisti huc, ubi mures ferrum rodunt. prov. h. e. ubi magna est rerum locique mutatio, & novæ multæ difficultates occurrunt. *Id. ibid.* Romæ mures molas lingunt. Aliud proverb. de iis, qui delicatissima quæque, & optima sectantur. ¶ *Hor. in Arte poet.* Parturient montes, nascetur ridiculus mus. Aliud proverb. de quo *V. Moas* ¶ Mus fœmina fœminine effertur. *Plin. l. 10. c. 55.* ex una mure centum viginti genitos traxerunt.
 Musa, æ, f. i. *Musa*, Germ. *ein gefang*, *eller lied*, Gal. *musè*, Hisp. *musa*, *μῦσα*, Dea, quæ Poeticæ arti, & Musicæ præsidet, ut veteres arbitrati sunt. Musæ novem sunt, *Calliope*, *Clio*, *Erato*, *Thalia*, *Melpomene*, *Terpsichora*, *Euterpe*, *Polymnia*, seu *Polyhymnia*, *Urania*, quas Poetæ finxerunt filias esse Jovis, & Memoriz. Oportet enim, virum eruditum, ac doctum intelligentia, memoriaque vigere. V. singularis suis locis. Earum propria officia complexus est *Auson. Idyll. 20. (al. epigr. 138.)* his carminibus: Clio gesta canens transactis tempora reddit, Melpomene tragico proclamât mœsta boatu, Comica lascivo gaudet sermone Thalia; Dulciloquis calamos Euterpe flatus urget; Terpsichore affectus citharis movet, imperat, auset; Plectra gerens Erato saltat pede, carmine, vultu; Carmina Calliope libris heroica mandat; Uranie cœli motus scrutatur, & astra; Signat cuncta manu; loquitur Polyhymnia gestu. Mentis Apollinæ vis has movet undique Musas. In medio residens completitur omnia Phæbus. ¶ Hæc tamen officia a Poetis confunduntur. *Virg. 7. Æn. v. 37.* Nunc age, qui reges, Erato, quæ tempora rerum, Quis Latio antiquo fuerit status &c. ¶ Musas dixerunt in Helicone habitare, qui mons est Bœotiz, Parnasso vicinior. Hinc *Heliconides* appellabantur, Parnassum quoque Phocidis montem habitare dicuntur, unde *Parnassides*. Incolunt etiam Cithæronem montem Bœotiz, Parnasso finitimum, vel Parnassi partem, a quo *Cithærides* nuncupantur. Pierius quoque mons Thessaliz, quæ olim fuit pars Macedoniz, dicitur esse patria, & sedes Musarum. Hinc *Pierides* vocitatz sunt. Alia etiam earum cognomina sunt, a locis, quæ incolunt. Nam vocantur *Thespiades*, a Thespia oppido Heliconi propinquo: item *Hippocrenides*, quod de Hippocrene fonte apud Heliconem bibunt, in eoque se lavant: item *Pegæsides*, a Pegæo equo, qui eo loco saxum unguia feriens Hippocrenem fontem aperuit: item *Castalides*, a fonte Castalio in radicibus Parnassi: item *Aoniades*, ab Aonia

regione Bœotiz montosa, in qua Aonius mons, & fluvius; item *Pimplæ*, a Pimpla loco Phocidis apud Parnassum, vel a Pimpla monte, & fonte Macedoniz, in Thessaliz confinio: item *Libethrides*, a fonte Magnesiæ, regionis inter Thessaliz, & Macedoniam, qui Libethrus, vel Libethra vocatur. ¶ Metonymice Musa pro cantu, sive carmine accipitur. *Virg. 8. Ecl. Pastorum Musam Damonis, & Alphesibæ. Id. 6. Ecl. Agrestem tenui meditator arundine Musam.* Item pro quavis disciplina liberali. Hinc *Musa forensis*, pro Rethorices studio, *Auct. dial. de caus. corrupt. eloq. c. 12.* dixit. *Gell. l. 9. c. 3.* A liberali tamen musa nunquam abstinuit. Et in præf. Eiusdem musæ æmuli. h. e. eiusdem disciplinæ. ¶ *Crassior Musa*, est rudis stylo, vel sermone, *Quint. l. 1. c. 10.* Libet propter quosdam imperitiores crassior, ut vocant, Musæ dotationem huius utilitatis eximere. ¶ *Pedestris Musa*, est genus dicendi tenue, vel agreste, & rusticum. *Hor. l. 2. Serm. Sat. 6.* Quid prius illustrem Satyris, Musaque pedestri?
 Musæum. V. Museum.
 Musæus, ii, poeta antiquissimus Orphei tempore, quem alii Lunæ filium, alii Orphei faciunt, cuius certe fuit discipulus, teste *Servio* ad illud *Æn. 6. v. 667.* Musæum ante omnes &c. ¶ Alius item poeta tempore Anci Martii. ¶ Alius grammaticus, cui tribuunt carmen Græcum de amoribus Heronis, & Leandri. V. *Casaub. ad Laert. l. 1.*
 Musæus, & Museus, a, um, *delle Muse*, *μῦσαι*, quod Musarum est. *Lucr. l. 1. v. 932.* Musæo contingens multa lepore. Adde *v. 945.* Est etiam idem quod Musivus. *Trebell. Poll. in 30. Tyrann. n. 24.* Corona picturata de museo. *Vet. inscript. apud Spon. Miscell. p. 39.* Opere musæo exornavit.
 Musca, æ, f. *mosca*, *מוסקא*, Ger. *eine fliege*, oder *mucke*, Gal. *mouche*, Hisp. *mosca*, parvum animal volatile, a Græca voce allata, f inserto, more antiquo. *Var. l. 3. de re rust. c. 16.* Non ut muscæ liguriunt. ¶ Puer abige muscas, apud *Lic. 2. de Orat. c. 60.* dictum de homine importuno, & molesto. ¶ *Ne musca quidem*, respondit Vtibus Crispus cuidam interroganti, solus ne esset in cubiculo Domitianus, quod ille Imperator soleret arcu per otium muscas venari; quod in proverbium transiit. *Sueton. in eius vita c. 3.* ¶ Muscam *Plaut. Merc. 2. 3. 26.* voca. curiosum hominem, & hac illac discurrentem. Et *Pan. 3. 3. 76.* muscas pro Paralitis posuit, qui ad aliorum cœnas non vocati advolant.
 Muscarius, ri, n. *paramosche*, Ger. *fliegenvedel*, Gal. *de ventail*, *chasse-mouche*, Hisp. *moscadero*, *מוסקא*, flagellum, quo muscæ abiguntur. *Martial. l. 14. in lemmate epigrammatis 67.* ¶ Ab horum similitudine muscarum item appellatur coma illa quarundam herbarum, in qua femina dependet, qualis est fœniculi anethi, & similibus. *Plin. l. 12. c. 26.* Semine in muscariis dependente, ut ferulæ.
 Muscarius, a, um, *מוסקא*, quod ad muscas pertinet, ut Araneus muscarius, qui venatur muscas. *Plin. l. 29. c. 6.* Aranei muscarii telæ. ¶ Apud *Pitruv. l. 7. c. 3.* clavi muscarii dicuntur, qui sunt capitulis laticioribus, seu umbellatis, eo pacto quo *Plin.* quarundam herbarum comam muscarium appellat.
 Muscarda, æ, f. *stercos di topi*, Ger. *meussdreck*, Gal. *fiante de souris*, Hisp. *estierro de rason*, *מוסקא*, murum stercus. *Plin. l. 29. cap. 6.* Præterea, ut *Varro* noster tradit, murinum finium, quod item muscardas appellat.
 Muscidus, a, um, musco obitus, muscosus. *Sidon. l. 8. ep. 16.* Muscidi pumices.
 Muscipula, f. i. *trappola da prender topi*, Ger. *muessfall*, Gal. *vasiere*, Hisp. *vasonera*, *מוסקא*, machina, qua mures capiuntur. *Varro l. 4. fab. 1. v. 8.* Nisi totas vineas oppleveris muscipulis.
 Muscipulum, i, n. idem quod muscipula. *Phedr. l. 4. fab. 1. v. 8.* Mus, qui saepe laqueos, & muscipula evaserat.
 Musculosus, a, um, *מוסקא*, quod musco opertum est, ut Muscoli fontes, Muscola prata, &c. *Plin. l. 12. c. 1.* Muscoli pumices. *Cic. l. 3. ad Q. Fr. ep. 1. c. 12.* Apodyterio nihil musculosus.
 Muscula, læ, f. *moschetta*, parva musca. *Augustin. l. 3. de Trinit. c. 7.*
 Musculosus, a, um, *preno di muscoli*, Ger. *stevich*, Gal. *plein de muscles*, Hisp. *muscoloso*, *מוסקא*, plenus musculus. *Cels. l. 5. c. 10.* At si nervosus, aut musculosus is locus est. *Colum. l. 6. c. penult.* pectore musculofo esse.
 Musculus, li, m. 2. *sopolino*, Ger. *ein meusslin*, Gal. *petit rat*, Hisp. *margano*, *מוסקא*, parvus mus. *Cic. 2. de Div. c. 14.* Nam & musculorum jecuscula bruma dicuntur augeri. ¶ Est & nomen pisciculi, qui balænzæ tungitur oculatorum vice, quia cauda cursum eius moderatur, ne in vada impingat. Est enim balæna luciosa, & pene excolata. *Claudian. l. 2. in Eutrop. v. 425.* *Plin. l. 9. c. 62.* ¶ Etiam concharum generi convenit hæc appellatio. *Plaut. Rud. 2. 1. 9.* *Cels. l. 2.* ¶ Præterea ut Græcis *μῦς*, ita Latinis musculus vocatur in animali motus voluntarii instrumentum, quod carne, fibrisque constat. *Muscolo*. *Plin. l. 20. c. 21.* Item contusus, luxatis, tumentibus, & musculus, nervis, articulis impositus. ¶ Musculos etiam dixerunt antiqui minores machinas, quibus protecti bellatores fossas urbis apportatis lapidibus, lignis, & terra complent, & solidant, ut turres ambulatoriz sine impedimento vehantur ad murum. *gallerie*. Sunt minores vineis, subditioresque, & majores, firmioresque pleteis. Sed alii musculum machinam esse dicunt, qua muri perodiuntur. *Cels. l. 7. B. G.* A castris longioris, musculos, falces, reliquaque, quæ eruptionis causa paraverat, profert. *Id. l. 3. bell. Civ.* Scalas, musculosos ad repentimam oppugnationem fieri, & præparari iussit. *V. Veget. l. 4. de re milit. c. 16.*
 Muscus, m. 2. *מוסקא*, villosa illa lanugo, quæ in arboribus, ac saxis provenit, qualem videmus circa fontes, & loca humida, qualis etiam est illa, quæ in mari petris nascitur, ac mari innatat, unde & inlitus evoluitur, ac proicitur, quæ aliter *alga* dicitur, *muscolo*, *muscholo*. *Ovid. 8. Metam. v. 563.* Molli tellus erat humida musco. *Horat. l. 1. ep. 10.* Musco circumlita saxa. *Virg. Eclog. 6.* Phaethontias musco circumdat amare corticis. h. e. cortice muscolo, & amaro.
 Museum, (rectius quam Musæum, est enim græce *μῦσαι*,) museo, luogo consacrato alle muse, sacrarum Musarum, locus ubi Musæ colabantur, & responsa reddebant, cuiusmodi fuisse in Macedoniz ad Olympum montem scribit *Philostroph. in vita Apollon.* Accipitur pro loco, seu ædificio, quo literarum & studiorum causa homines conveniunt, quale fuit celeberrimum Alexandriz, de quo *Sueton. in Claud. c. 42.* & *Spartian. in Hadrian. c. 20.* ¶ In eopublico sumptu viri docti quamplurimæ alebantur, ut literis vacarent. *Casub. in Sueton. loc. cit.* ¶ Musea item in ædificiis appellantur opera ex pumicibus, & saxis erosis constructa, ad specus imaginem arte reddendam, *gostesco*. *Plin. l. 36. c. 21.* ¶ In quibusdam libris legitur *Museum* pro *Museum*, ut apud *Spartian. in Adrian. c. 20.* Apud Alexandriam in Museo. ¶ Et quia *Musæon* invenitur etiam pro *Musivo*, hinc fit, ut *Museum* æquivalet utrique, & in unam læpe significationem coalescant. *V. Museum*.
 Musæus, a, um. V. Musæus.
 Musica, æ, vel Musice, es, f. *Musica*, Germ. *Singkunst*, Gal. *Musique*, Hisp. *Musica*, *מוסקא*, scientia, quæ modum canendi demonstrat.

Mufis, Antiquis signabat univerſe humanitatis ſtudia, ſed poſteriores modulationi numerorum ſpeciatim id nomen tribuerunt. *Murer. in Tuſulan. l. 1. Cic. 3. de Orat.* Num Geometriam Euclide, aut Archimede, num Muſicum Damone, aut Ariſtotoxeno tractante, &c. ¶ Apud Græcos antiquos tantæ venerationis fuit, ut iidem Muſici, & Vates, & Sapientes iudicarentur. Cuius ſcientiæ cum ſe imperitum Theiſtoteles conſeſſus eſſet, ut inquit *Cicero*, indoctor habitus eſt. *Quintil. l. 1. c. 10.* Muſice antiquis temporibus tantum venerationis habuit, ut &c. ¶ Artem muſicam tractare, pro Comœdia ſcribere *Terent. Phorm. prol. v. 18.* & ibi *Donat.*

Muſicarius, ii, m. muſicorum instrumentorum artifex. *Pet. inſcript.* Collocatio vernæ dulciſ. & muſicario ingenioſiſ.

Muſicatus, a, um, ad muſicæ artis regulas factus, ut muſicatus cantilenæ, apud *Apul. in Aſclep.*

Muſice, es. V. Muſica.

Muſice, adverb. *muſicòs*. Muſice ætatem agere, h. e. ſplendide, delicate, laute, & alienis ſumptibus: eui affine eſt, tibiſcin vitam agere. *Cafaub. ad Athen. l. 1. c. 8. Plaut. Moſtell. 3. 2. 4.* Muſice hercle ætatem agit, ita ut vos decet; vino, & victu vitam colitis &c.

Muſicus, a, um, *muſicalis*, *μουſικός*, quod ad Muſicam pertinet. *Cic. 2. de legib. c. 15.* Mutare muſicas leges. *Phædr. l. 4. fab. 19.* Muſicus ſonus. *Quintil. l. 1. c. ult.* Muſicis modis cantica excipere. ¶ *Muſica*, in plur. numero absolute pro muſica arte. *Cic. 1. Orat. c. 42.* In muſicis numeris, & voces, & modi. ¶ Uſurpatur etiam hoc adiectivum pro literario, ſeu poetico. Hinc *Ter. Phorm. prol. v. 18.* Artem muſicam tractare. h. e. Comœdias ſcribere. Et *Horat. prol. v. 23.* Ad ſtadium muſicum ſe applicare. eodem ſenſu. *Gell. in præfat. ad fin.* Eandem legem ego commentariis his legendis dabo, ut ea ne attingat, neve adeat profeſſum, & profanum vulgus, a ludo muſico diverſum. *Sidon. in Narbon. v. 122.* Muſas vix mage muſicas putares. h. e. magis doctas.

Muſicus, ci, ſubſt. m. *Muſico*, מוֹזִיק, Ger. *Seager*, Gal. *Muſicien*, Hiſp. *Muſico*, Μουſικός, qui Muſicam proſequetur, *Cic. 2. Tuſc. Si* abſurde canat, is qui ſe haberi velit Muſicum. *Id. 1. Off. c. 41.* In ſidibus Muſicorum aures vel minima ſentiunt.

Muſimo, vel muſmo, onis, m. *μουſμο*, animal ex duobus animalibus diverſæ ſpeciei procreatum. *Non. c. 2. n. 530.* Muſimones, aſini multi, aut equi breves. *Plin. l. 8. c. 49.* definit muſimonem animal genitum ex arietate, & capra, forma arietis, villo caprino. Sed latius hæc vox patet, ut quæ etiam ad aſinos, mulos, equoſque extendatur. *Cato apud Non. loc. cit.* Aſinum, aut muſimonem, aut arietem. *Lucil. ibid.* equum muſimonem habet. ¶ *In loco cit. Plinii* verbum *Cod.* habent muſmo.

Muſinor, aris, atus ſum, dep. i. quidam fictum a *Muſa*, quod ſignificat commentari, ſcribere. *Plin. in præfat. nat. hiſt.* Dices vobis impendimus, cum ſomno valetudinem computamus, vel hoc loco præmio contenti, quod dum iſta, ut ait Varro, muſinamur, pluribus horis vivimus.

Muſivarius, ii, m. artifex muſivi operis. *Cod. Theodoſ. l. 10. de excuſat. artiſt.*

Muſivum, ii, V. Muſeum.

Muſivum, vi, n. opus concinne teſſellatum, varieque picturatum, *Isavorato*, o dipinto a moſaico, cuiuſmodi videre eſt in Æde Divi Marci Venetiis. *Spartian. in Peſceſen. Nigro, cap. 6.* Hunc in Commodianis hortis, in portuæ curva, pictum de Muſivo videmus, ſacra lidis ferentem. *Trebell. Poll. in Tyrann. n. 24.* Accipiens ab his coronam civicum picturatum de muſivo. Ubi alii leg. *muſeo*. Muſivum enim, idem eſt ac Muſium, ſive muſeum, quæ omnia ſunt varie inſerxa ab una voce græca *μουſειον*. V. Muſeum.

Muſmo. V. Muſimo.

Muſtatio, onis, f. muſtatio, actus muſtandi. *Ammian. l. 20. cap. 8.* Salutem muſtatione quaeritabam, & latebris.

Muſtatio, onis, actus muſtandi. *Apul. l. 8. Metam. poſt init. de canibus venetiis.* Tacitæque prius ſervata muſtatione, ligno ſibi repentino reddito, latratibus miſcent omnia.

Muſtato, as, n. i. *parlar ſotto voce*, μύζω, freq. a muſto, hoc eſt, multum, & frequenter muſto. *Plaut. Mil. 3. 1. 119.* Illi inter ſe certant donis, ego hæc cubito. *Id. Pſeud. 2. 5. 85.* Non a me ſcibus piſtium in mundo tibi, cum ea muſtatas? *Apul. Apolog.* Hunc illa timorem muſtabat, adverſari propalam non audebat. ¶ Significat etiam tacere, cum ſilentio pati. *Plaut. Mil. 2. 5. 65.* Quid propius fuit, quam ut perrem, ſi locutus fuiſſem hero? P. Ergo, ſi ſapis, muſtatis. *Ter. Adelph. 2. 1. 53.* Accipienda, & muſtandam injuria adoleſcentium eſt. Ubi *Donatus* notat, proprie *muſtare*, eſſe diſſimulandi cauſa tacere. Adde *Plaut. Caf. 3. 5. 33.*

Muſto, as, avi, atum, *muſtare*, *parlar ſotto voce*, מוֹזִיק, Germ. *muderen*, Gal. *gromeler*, Hiſp. *granir*, μύζω, ſubmiſſa voce loquor, ne alii exaudiant, clam murmuræ, a *muſtio*. *Liv. 7. c. 25.* Muſtantes inter ſe rogitabant. *Plaut. Aulul. 2. 1. 12.* Equum eſt, neque occultum id haberi, neque per metum muſtari. ¶ Dicitur etiam de apibus murmurantibus. *Virg. 4. Georg. muſtante oras*, & limina circum. Et de juvenis muſtantibus. *Id. Æn. 12.* Stat pecus omne metu mutum, muſtantque juvenæ, Quis peccari imperitet. ¶ Figurate ponitur pro dubitare. *Virg. 11. Æn. v. 345.* cuncti ſe ſcire fatentur, Quid fortuna ferat patriæ, ſed dicere muſtant. *Id. 12. Æn. v. 657.* Muſtat rex ipſe Latinus. Quos generos vocet. *Luce. l. 6. v. 1177.* muſtabat tacito medicina timore. h. e. hærebat cogitans, quodnam inſultato morbo remedium afferret. ¶ Item pro tacere, inquit *Fefſtus*, Adducitque hæc Ennii verba; Non decet muſtare bonos: quorum tamen hæc ſententia eſt poteſt, bonos libere loqui debere. Sed vereor, ut hic ſenſus ex Ennio colligi poſſit. Non repugnat tamen huius verbi natura, unde eſt *Muſtro*, quod vide.

Muſtace, es, f. i. lauri genus maximo folio, ita dictum, quod muſtaceis ſubjiceretur. *Plin. l. 15. c. 30.*

Muſtaceum, & Muſtaceus, i, m. & n. *muſtacciolo*, *calicione*, οὐστρακ, libi genus eſt, quod in nuptiis adhiberi ſolebat, cuius confeſcendi rationem docet his verbis *Cato de re ruſt. c. 121.* Muſtaceos ſic facito: farinæ ſili-ginæz caſum unum muſto conſpergito: aniſum, cyminum, adipis pondoduo, caſei libram, & de virga lauri deradito, codem addito, & ubi defixeris, lauri ſolia ſubtus addito, dum concoques. *Juven. Sat. 6. v. 201.* Si tibi legitimus pactam, junctamque tabellis non eſt amaturus, dudendi nulla videtur cauſa, nec eſt, quare crenam, & muſtacea perdas. *Cic. Att. l. 5. ep. 20.* Laureolum in muſtaceo quaerere. proverb. quod ſignificat, ex re frivola, & exigua laudem quaerere.

Muſtarius, a, um, quod ad muſtum attinet, ut Muſtarius urceus, quo muſtum reponitur. *Cato de re ruſt. c. 11.*

Muſtela, æ, f. i. *donnola*, μύσταλα, animal parvum, ſed oblongum, flavicollis, quod columbariis, aliiſque id genus aviariis maxime inſidiatur, ova exorbens, ipſaſque etiam aves enecans. V. *Plinium l. 29. c. 4.* ¶ Eſt etiam muſtela, μύσταλα, piſcis, proximam a ſcario bonitate obtinens. *Plin. l. 9. c. 17.* ¶ Hunc Paulus Jovius in eo libello, quem de piſcibus Romanis edidit, multis argumentis oſtendit eundem eſſe, atque illum, quem nos a lambendis petris *lampetram* vocamus.

Muſtella, a, um, adject. a muſtela, ut muſtellatum pepalum, h. e. colore muſtelino tinctum, apud *Apul. l. 2. Metam.*

Muſtelinus, a, um, *μυſτελίνος*, quod eſt ex muſtela. *Ter. Eun. 4. 4. 22.* Veternoſus, ſenex, colore muſtelino.

Muſtella, gō, inis, f. herba, quæ & Daphne dicitur. *Apul. de herb. c. 27.*

est Narbo Martius, quod eo Cæsar ex Martia legione colonos dedu-
xerit. *Cic. pro Fonte.* Est in eadem provincia Narbo Martius, Co-
lonia nostrorum civium, specula P. R. ac propugnaculum istis ipsi
nationibus oppositum, & obiectum.
Narbonensis Gallia, ante Braccata, *Ναρβοννις*, una ex quatuor Gallie par-
tibus, dicta a Narbone Martio: olim Romanorum Provincia, quæ a Py-
renæis montibus ad Alpes extenditur, & Interno Mari alluitur. Sepa-
ratur ab Hispania Pyrenæis montibus, ab Italia Varo fl. & Alpibus,
a reliqua Gallia fl. Garumna, Gebenna monte, & Rhodano fl.
Narcissinus, a, um, *Ναρκισσινος*, quod ex narcisso fit, ut Oleum nar-
cissinum, unguentum narcissinum. *Plin. l. 21. c. 19.* Ex hoc flore fit nar-
cissinum oleum ad emolliendas duritias.
Narcissites, æ, m. *Ναρκισσιτης*, gemma narcissi colorem habens, venis
hederæ distincta. *Plin. l. 1. 37. c. 11.*
Narcissus, m. 2. *Ναρκισσος*, liliæ genus, radice carnosa, atque
odora, flore purpureo, folia in radice habens ad similitudinem folio-
rum arundinis, sed aliquanto crassiora, a, *Ναρκισσος*, quia gravis
ejus odor torporem affert. *Plin. l. 21. c. 19.*
Narcissus, m. 2. *Ναρκισσος*, puer, Cepheis amnis, & Lyriopis Nymphæ
filius tanta formæ præstantia, ut, cum aliquando ad fontem bibitu-
rus accessisset, conspexisset suæ imaginis amore captus sit, cumque nulla
potiundi amoris spes esset, nimio desiderio contabescens, in florem sui
nominis commutatus fuerit. *Ovid. 3. Met.*
Nardifer, a, um, nardum ferens, ut *Ganges nardifer*, apud *Græc. in Cyne-
get. v. 314.*
Nardinus, a, um, adject. qui est ex nardo, ut nardinum unguentum, alio
nomine foliatum, cuius conficiendi rationem docet *Plin. l. 13. c. 1.*
 ¶ *Nardina* pyra dicuntur, quæ nardi odorem habent. *Id. l. 15. c. 15.*
Nardostachyon, n. 2. *Ναρδοσταχυνος*, nardi spica, *Apic. l. 7. c. 6.*
Nardus, i, f. & Nardum, i, n. *Ναρδος*, *Ναρδος*, frutex est, gravi,
& crassa radice, fed brevi, ac nigra, fragilique, quamvis pingui, si-
tum redolente, ut cyperi, aspero sapore, folio parvo, densoque, ca-
cuminibus in aristas fe aspergentibus, unde gemina dote nardi spicas,
& folia concelebrant. *Cels. l. 3. c. 21. Plin. l. 12. c. 12.* ¶ Est præterea
herba hinc non dissimilis, quam ob id pseudonardum vocant, folio cras-
siore, carnoso, angusto, colore languido in candidum vergente, frequen-
tibus spicis in aristas sparsis, flosculis purpureis, gaudens petrosis locis,
& apricis, tanta suavitate fragrantia, ut omnes flores odoris sua-
vitate provocet, qua dote in vestibus inferitur. ¶ *Nardus* Gallica,
sive Celtica, herba est, a pseudonardi speciebus diversa, folia habens
longiuscula, & flavescencia, floremque luteum. *Id. l. 12. c. 12.* Baccaris
vocatur nardum rusticum, de quo & *C. Hor. l. 2. od. 71.* Assyriaque nardo
potamus uncti. Ubi nardus pro unguento nardino ponitur. *Sic Tibul.
l. 2. eleg. 2.* Illius & puro distillant tempora nardo.
Nares, ium, f. *Ναρεις*, *Ναρεις*, Ger. *Nasenlocher*, Gal. *navines*, Hisp. *narizes*,
narices, nasi lateres partes, in quibus fuit spiracula, a nomine græco al-
lato, per Metathesin. *Cic. 3. de nat. Deor.* Itemque nares, eo, quod omnis
odor ad superiora fertur, recte sursum sunt. ¶ Reperitur etiam in
num. sing. *Ovid. 3. Metam.* Pandaque naris erat. ¶ *Naribus aduncis*
indulgere, est naribus in rugam contractis subsannare, seu irridere.
Perf. sat. 1. v. 40. Rides, ait, & nimis unctis naribus indulges. ¶ *Acu-
te naris homo*, dicitur sapiens, prudens, sagax, qui facile rem subdoto
Horat. l. 1. sat. 3. v. 29. Iracundior est paulo, minus aptus acutis
Naribus horum hominum. *h. e. acri horum judicio. Id. l. 1. ep. 19. v. 45.*
Naribus uti, est ducere, & sub censuram vocare, apud *Caes. l. 1. ep. 19. v. 45.*
 ¶ *Loqui de nare, parlar nel naso*, de iis dicitur, quibus spiritus
per nares non libere fluit. *Perf. sat. 1. v. 33.* Rancidulum quiddam bal-
ba de nare locuti. Ubi *balbas naves* dicit per catachresin, cum balbutie
linguæ proprium sit. ¶ *Nares* denique a *Vitruv. l. 7. c. 4.* dicuntur
extremæ canalium partes, per quas humor egerit.
Narica, vel melius narica, æ, f. Aristoteli *Ναρικα*, ostrei genus, quasi
Ναρικα, quod a *Ναρο*, *Ναρο*. *Plaut. in fragm.* Muriaticam video in vasis
stanneis naricam bonam. Adde *Fest.*
Narica. V. *Naricia*.
Narinosis, a, um, adject. qui latis naribus est. *Laëtans. l. 6. c. 12.* Cum
diis suis narinosus reliquantur. Ita quidam Codices MSS. Alii leg-
unt *varicosus*, alii *curiosus*, & *curiosus*.
Narnia, f. r. *Narni*, urbs Umlæz, ad montis radicem, & Narem fl.
subterfluentem, a quo cit nomen. *Tac. 1. & 3. Ann.* ¶ Populi *Narnien-
sis*. *Plin. l. 3. c. 14.*
Narniensis Tribus. V. *Arniensis*.
Narrabilis, le, o. 3. quod narrari potest. *Ovid. l. 2. de Pont. eleg. 2. v. 61.*
 Non est ultra narrabile quidquam.
Narratio, onis, f. *Ναρρασιον*, Ger. *erzählung*, Gal. *recit*, *narraçion*, Hisp.
cuento, *narracion*, *αδυνασιον*, *ειρηνησιον*, est explicatio rerum, quæ gestæ
sunt, vel perinde, ut gestæ sint. *Auth. ad Her. l. 1.* Narratio est rerum
gestarum, aut perinde ut gestarum expositio. *Cic. l. 1. de Inv.* Narratio
est rerum gestarum, aut ut gestarum expositio. ¶ De narratione ora-
toria vide *Aul. a. Her. l. 1. c. 3. Cic. l. 1. de Invent. & 2. de Orat.*
Narratiunculæ, æ, f. *Ναρρατιουνη*, parva narratio. *Quintil. l. 10. c. 1.* Narratiuncu-
la a Poetis celebratas notitiæ causa, non eloquentiæ tractandas puto.
Narrator, oris, m. qui narrat. *Cic. 2. de Orat.* Cæteri non exornatores
rerum, sed tantummodo narratores fuerunt.
Narratus, us, m. idem ac narratio. *Ovid. Metam. 5. v. 499.* Veniet nar-
ratus hora tempestiva meis.
Narratus, a, um, *Ναρρατος*. *Ovid. l. 3. de Pont. eleg. 2.* Fabula narrata
est postquam vulgaris ab illo.
Narro, as, avi, atum, a. r. *narrare*, *raccontare*, *dire*, *ספר*, Germ. *er-
zählen*, Gal. *raconter*, Hisp. *contar*, *ειρηνησιον*, dico, expono, recito, ab
antiquo *gnaro* per Aphæresim, quod a *gnaruro*, *gnarum* reddo, per
Syncope. Construitur cum accus. *Cic. l. 9. Fam.* Ego tibi ea narro, quæ
tu melius scis, quam ipse, qui narro. ¶ Vel cum ablat. & præpo-
sit. *de. Cic. in Fam.* Crassi liberum ais tibi de mea sollicitudine, &
maecieque narrafte. *Id. Att. l. 16.* Male narraf de Nepotis filio. idest,
tristrem nuntiam affert. ¶ Vel cum infinitivo. *Cic. l. 6. Fam.* Mihi Phi-
laryæ tuus omnia de te requiriti fidelissimo animo narrait, te in-
terdum sollicitum esse vehementius. ¶ Vel cum membro orationis.
Cic. l. 3. Fam. Si ipsa Respublica tibi narraf posset, quomodo se fe ha-

beret. *Ter. Hæyr. 1. 2. 70.* Narratque, ut virgo ab se integra etiam tum-
fiet. ¶ Significat etiam differere, disputare. *Propert. l. 2. eleg. 1. v. 43.*
Navita de ventis, de tauris narrat arator. ¶ *Narro tibi, si dico il-
vero.* *Cic. l. 2. ep. 11.* Narro tibi: plane relegatus mihi videor, post-
quam in Formiano sum. *Id. l. 15. ep. 16.* Narro tibi: hæc loca venusta
sunt. *Id. l. 2. ep. 7.* Narra mihi: Reges Armenii patricios salutare non
solent? *dimmi il vero.* ¶ *Plaut. Truc. 2. 2. 28.* Quas tu mulieres nar-
ras? *che donne mi nominis tu?* Epistola narrat, rumor narrat. *Plauti* est
illud *Pseud. c. 5.* hoc *Marcell. l. 3.*
Narthecia, f. 1. *Ναρθηκια*, species ferulæ humilioris, quæ ad justam al-
titudinem narthecis non affurgit, folia habens maxima, ut quæque
terræ proxima. Dicta videtur narthecia per diminutionem, a fruticis
humilitate. Quare etiam a quibusdam ferula minor, & ab aliis feru-
lago appellatur. *Plin. l. 13. cap. 22. de ferula.* Duo eius sunt genera,
nartheca Græci vocant asfergentem in altitudine, nartheciam vero
semper humilem.
Narthecium, n. 2. *Ναρθηκιον*, repositorium medicamentorum, vasculum,
in quo reponantur medicamenta, a *nartheca*, idest ferula. Primo enim
narthecia appellata sunt vasa medicamentaria, quæ ex narthece confici-
ebantur, quia narthecis lignum ad medicamenta aservanda accom-
modatissimum est, quippe cum ejus caulis medulla exempta sit vacua,
postea vero quævis vas in hunc usum comparata, quamvis ex ferula
contacta non essent, hoc nomine dici cæperunt. *Cic. 2. Fin. c. 7.* Jam do-
loris medicamenta illa Epicureæ tanquam de narthecio promant.
Narthex, æcis, f. 3. *Ναρθηξ*, arbuscula, al. terula, lignum toris corticis lo-
co habens, intus ligni loco tunquam medullam. *Plin. l. 13. c. 22.*
Narycia, æ, f. 1. *Ναρικια*, urbs Magnæ Græciæ, eadem ac Locri, con-
dita a Locrensis Ozoli pop. Achæzæ, duce Evanta, vel Ajace Oi-
leo. *Ovid. 15. Met. v. 705.*
Narycius, a, um, adject. ad Naryciam pertinens, ut *Narycia pix*, quæ
laudatissima circa Naryciam nascitur. *Virg. Georg. 2. v. 438.* *Narycii*
Locri. Adde *3. Æn. v. 399.*
Nafamonēs, m. 3. *Ναφαμονες*, pop. Libyæ, in Africa, ad Syrtim ma-
gnam. ¶ Item alii ad Oceanum Atlanticum, qui & Atlantes Hero-
doto. ¶ Item alii in Marmarica, Garamantibus finitimi, quorum
regio Nafamonitis. *Plin. l. 5. c. 5.* ¶ De Nafamonibus Lybiæ populis
Lucan. l. 9. v. 443. toto commercia mundo Nautragis Nafamonēs ha-
bent, quia nimirum miseros spoliant, quocumque in Syrtibus nau-
fragium patiuntur.
Nafamonicus, a, um, adject. Nafamonicus. *Sil. l. 16. v. 630.* In Cara-
mantas iter, Nafamoniacoque triumphos.
Nafamonites, m. 1. *Ναφαμονιτης*, gemma sanguinea, nigricantibus venis.
Plin. l. 37. c. 10.
Nafamonius, a, um, adject. ad Nafamones pertinens, Afer, Lybicus. *Si-
don. Carm. 9. v. 257.* Et vinctum Nafamonium Jugurtham.
Nasatus, a, um, adject. qui grandi naso est præditus. *Lamprid. in Heliogab.
c. 5.* Qui est bene nasatos perquirere. Ita quidam leg. Sed rectius *vasatos*.
Nasendus, a, um, particip. a nascor. *Gell. l. 3. c. 10.* Ad homines quoque
nasendos vim numeri hujus pertinere ait. *agli uomini, che anno da
nascerre.*
Nascentia, æ, f. *Ναγεντις*, natalis, *Il nascerre.* *Vitruv. l. 9. c. 7.* Non e nascen-
tia, sed ex conceptione Genethiologiæ rationes explicatas reliquit.
Nascebilis, le, adject. qui nasci potest. *Terent. l. 3. aduers. Marcion. c. 19.*
 Mortalem negat, quem nascibilem proficitur.
Nascor, eris, natus sum, d. 3. *nascerre*, *נרר*, Germ. *geboren werden*, Gal.
naître, Hisp. *nacer*, *φωδμα*, *γίγνηται*, *παρμα*, in vitam venio, gigno,
a *gnascor*, quod a *γεννα*, gigno. Construitur vel absolute. *Cic. 3. Catil.
Et quod sine sensu nascuntur, cum voluptate conservantur.* ¶ Vel
cum dativo. *Cic. 2. Fin.* Atque, ut ad Architam scripsit Plato, non si-
bi se soli natum meminerit, sed patriæ, sed suis, ut perexigua pars
ipsi relinquatur. ¶ Vel cum acc. & præp. ad. *Cic. de Arusp. Resp.*
Etenim ut P. ille Scipio natus mihi videtur ad interitum, exitiumque
Carthaginis. ¶ Vel cum acc. & præpos. in. *Cic. 1. Tusc.* In mi-
seriam nascitur sempiternam. *Plin. l. 50. c. 53.* Aves omnes in pedes
nascuntur, contra quam reliqua animalia. ¶ Vel cum accus. temporis
sine præpos. vel cum præp. ad pro circiter. *Cic. 5. Ferr.* Prope an-
nos octoginta natus erat. *Id. pro Cluent. c. 40.* Cum ad annos quinquaginta
natus esset. ¶ Vel cum abl. sine præp. *Cic. pro Rosc. Am.* Si tibi
fortuna non dedit, ut patre certo nascerere. *Id. pro Planc.* Quam si esset
summo loco natus. ¶ Vel cum abl. & præp. a, ab, de, ex. *Ter. Heaut.
5. 4. 7.* Ex me is natus est. *Ovid. 2. Metam.* de pellice natus. ¶ Vel
cum abl. & præp. in. *Cic. pro Planc. Q.* Catulo in summa familia nato,
sapientissimo, & sanctissimo viro. ¶ Vel cum infinitivo, Poetarum
more. *Hor. l. 1. ep. 2.* Nos numerus sumus, & fruges consumere nati.
 ¶ Usurpatur sæpe translate, & ad res inanimatas refertur. *Cic. in Brut.*
¶ Non nascuntibus Athenis, sed jam adultis fuerunt. *Id. 2. Off. c. 5.*
Nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nasca-
tur. *Id. pro Cluent.* Ex quo illa nata sunt omnia. *Virg. 7. Æn. v. 44.*
Major rerum mihi nascitur ordo. *Cæf. l. 2. B. G. c. 18.* Ab eo flumine
pari acclivitate collis nascebatur. *principiava a forgere un colle.* ¶ *Cic.
15. Fam. ep. 12.* Scribes ad me, ut mihi nascebatur epistolæ argumentum.
h. e. ut inde materiam scribendi sumam. ¶ Particip. *nasciturus.* *Pal-
lad. l. 7. R. 117. 7.* Signum nascituri regis. ¶ Aliud particip. *nascen-
dus* V. sup. suo loco.
Nasica, æ, com. qui ingenti naso est. *Arnob. l. 6.* Potest enim fieri,
dispositus ut gestit nares, quem esse vos facitis, figuratissime nasciam.
Adde *lib. 3.* Hinc Nasica, P. Scipionis cognomen fuit, a nasi magnitu-
dine. Hic adhuc adolefcens a Senatu optimus judicatus Magnam Matrem
Deorum hospitio suscepit, donec ei templum ædificaretur. Unde a
Juvenale hoïpes Numinis Idæi appellatur. Hujus etiam ductu Tyb.
Gracchus, seditiosus concionibus statum Reip. labefactans, & fragmentis
subfelliorum in concione est oppressus. *Cic. 5. Fin. 1. Off. de Am. pro Rab.
pro Domo, &c.*
Nasiterna, f. 1. *Νασιτα*, genus vasis aquarii ansati, & patentis, ita dictum
a ternis nasus, sive ansis, *Plaut. Stich. 2. 3. 28.* Equus huc effert nasi-
ternam cum aqua? *Festus:* Nasiterna est genus vasis aquarii ansati,
& patentis, quale est, quo equi perfundi solent.
Nasiternatus, a, um, adject. qui nasiternam gestat. *Calpurn. apud Ful-
gent. de prisco serm. n. 27.* Ubi tu nasiternatus aquam petas.
Naso, onis, m. 3. cognomen P. Ovidii, a nasi magnitudine, ut *Fronto*
a fronte, *Capito* a capite, &c.
Nassa, f. *Νασσα*, *Νασσα*, genus vasis piscatorii ex vimine contextum, quo
cum intraverit piscis, exire non potest. *Cic. Att. l. 15. ep. 20.* Ex hac
nassa exire constitui, non ad fugam, sed ad spem melioris mortis.
Nasturtium, ii, n. *Ναστυριον*, *Ναστυριον*, herba horticen. *V. Plin. l. 10. c. 13.*
Cic. 5. Tusc. c. 34. Perfarum a Xenophonte habitus exponitur, quos neg-
gat ad panem adhibere quicquam præter nasturtium.
Nasus, i, m. 2. *Νασις*, *Νασις*, Germ. *die nase*, Gal. *nez*, Hisp. *nariz*, *Νασις*,
Νασις, *Νασις*, est pars capitis, quæ a superciliorum confinio oriens,
& quasi

turæ menti, atque animo hoc nomen tribuit. ¶ Speciatim accipitur pro eo, ex quo aliqua res intrinsece, & essentialiter constat, ideit pro essentia, ut Philosophi loquuntur. *Lucrer. l. 2. v. 232.* Natura tenuis aeris. ¶ Item accipitur pro re, seu substantia, ut Philosophi loquuntur. *Cic. 1. Tusc.* Aristoteles cum quatuor genera illa principiorum esset complexus, e quibus omnia oriuntur, quintam quandam naturam censet esse, e qua lit mens. ¶ Item pro proprietate, seu pro vi, & ingenita rei alicui virtute, & potentia. *Cic. in Somn.* Quod autem anima est, id motu cietur interiore, & suo. Nam hæc est natura propria animæ, & vis. *Plin. l. 12. c. 14.* Hæc concreta densatur, ubi loci natura possit. *Virg. 4. Georg.* naturas opibus quas Jupiter ipse addidit. ¶ Item pro inclinatione, indole, habitudine live animi, sive corporis. *Cic. 3. de Or.* Videre, quo sua queque natura maxime ferre videatur. *Horat. l. 1. ep. 10.* Naturam expellas furca, tamen usque recurret. ¶ Item pro genalibus, quæ a Græcis item *φύσις* dicuntur. *Cic. 2. de Div.* Parere quædam matrona cupiens, dubitans, esset ne prægnans, visa est in quiete obnignatam habere naturam. *Id. 3. de nat. Deor. c. 22.* Cuius obsecris excitata natura traditur, quod aspectu Proserpine commotus sit. ¶ Item pro lege divina, & humana. *Cic. 3. Off.* Atque hoc multo magis exigit ipsa naturæ ratio, quæ est lex divina, & humana, cui parere qui velit, nunquam committit, ut alienum appetat, &c. ¶ Naturæ satisfactæ, & Naturæ sedere, vel concedere, est mori, *Cic. pro Cluent.* De eo, qui & naturæ, & legibus satisfecit. *Sal. in Jug.* Pater, uti necesse erat, naturæ concessit. ¶ Interdum natura sumitur pro corporis temperamento, *complectione.* *Ter. Eun. 2. 3. 24.* Tametsi bona est natura, reddunt curatura iuncea. ¶ Ut fert natura. *come porta la natura della cosa.* *Ter. Andr. 4. 5. v. ult.* Paulum interesse censet; ex animo omnia, ut fert natura, facias, an de industria? ¶ Natura infitum est, id est *cosa naturale.* *Cic. pro Syll.* Hoc natura infitum est, ut quem timueris, semper oderis. ¶ Ita natura comparatum est, V. *Comparo.* ¶ Præter naturam. *Ter. Adelph. 5. 5. 4.* Jam nunc hæc tria primum addidi præter naturam. O nollet, quid sit? quid agitur? *contra st mio naturale.* ¶ Secundum naturam vivere, *secondo i dettami della natura.* *Cic. 5. Fin. c. 30.* quod Seneca dixit, ad naturam vivere. ¶ Verti in naturam. *Sallust. in orat. Marii:* Mihi benefacere jam ex consuetudine in naturam vertitur. ¶ Rerum natura, *tutte le cose.* *Cic. 4. Acad.* Quod rerum natura non patitur. *Cels. l. 7. c. 2.* Est etiam in rerum natura, ut cutis laxius excidenda sit. h. e. eventit aliquando. Sic *Quintil.* in rerum naturam cadere. hoc est evenire, accidere. ¶ Facere sibi naturam alicui rei. *Quintil. l. 2. c. 4.* venderi qualche cosa come naturale. ¶ Natura, ablat. absolute positus, *naturalmente.* *Plin. l. 7. c. 19.* Quibus natura concreta sunt ossa.

Naturabilis, le, adject. *naturalis.* *Apul. 2. Florid. & de dogmat. Platonis.* Afferri solet etiam locus *Cic. Tusc. 3. c. 6.* Sed alii leg. *naturalis.*

Naturalia, ium, n. 3. pl. num. *le parti vergognose, addita,* pendenda. *Col. l. 6. c. 28.* Si equa marem non patitur, detrita scilla naturalia ejus linuntur. ¶ In singulari num. *Cels. l. 7. c. 26.* Inter imas oras super naturale.

Naturalis, & le, o. 3. *naturale,* Ger. *natuerlich,* Gal. *naturel,* Hisp. *natural,* *φυσικός,* quod secundum naturam est, *Cic. 1. de nat. Deor.* Zeno autem legem naturalem divinam esse censet. *Idem in Parisi.* Naturales questiones, h. e. de natura tractantes. *Id. 3. Phil. c. 6.* Pater naturalis. Cui opponitur adoptivus. Sic naturalis filius, apud *Suppon. Tiber. c. 52.* & *Liv. l. 44. c. 44.* ¶ Naturales filii vocantur filii servorum, in Inscript. apud *Gruter. pag. 345.* ¶ Naturale bonum, & naturalis bonitas, *bonis naturalis.* Illud est *Cic. pro Cal. c. 5.* hoc Seneca de *Clem. c. 1.* ¶ Loca naturalia sunt pendenda apud *Cels. l. 7. c. 26.* & *Col. l. 8. c. 7.* V. *Naturalia.* ¶ Naturalia desideria pro coeundi cupidine. *Col. l. 4. c. 24. de vacat. cis:* Atque in id ferre tempus naturalia congruunt desideria. ¶ Naturale est, *de proprio, & naturale.* *Plin. l. 11. c. 27.* Plerisque vero naturale ut nictare non cessent.

Naturalitas, atis, f. *naturalizza,* natura. *Tertul. de adm. c. 43.* Naturalitas somni.

Naturaliter, adv. *naturalmente,* *κατὰ φύσιν,* a natura, vel secundum naturam. *Cic. de Sen. c. 9.* Quod enim homini naturaliter inhi in est, eo uti decet.

Naturalitudo, adverb. idem quod *naturaliter.* *Sidon. l. 4. ep. 11.* Mortalium mentibus vis hæc naturalitudo inest.

Naturificatus, a, um, adject. q. d. in rerum naturam inductus, vel natura tactus. Vox est *Tertul. advers. Valent. c. 29.* a nascent. *Cic. de Sen. c. 9.* a, um, nato, *γεννητός, τεχνητός,* a natura, vel secundum naturam. Cum ego quinque, & sexaginta annos natum, est subito natum, & bonis lateribus suavitatem. ¶ E *Mal. de A. A.* E re nata tal. *Quintil. l. 4. c. 1.* E re natum exordium allendum subito excogitatus. Jacta. Ubi significatur muliebris dolus, non domi ante compositus. ideit ex ipsa re, & negotio expromissu, & uti res nunc se ha. ¶ Pro re nata, est pro præsentis rei, posse pro re nata te non in. *Cic. Att. l. 7. ep. 8.* Annimadver. ¶ Male natus ager, h. e. m. commode ad ine in Albanum *ut R. c. 6.* Formæ cum duo sint genæ, sterilitique nature. *Varr. l. 4.* quam stationes imponunt; prior, quod alius ager bene natus, *asto, o buono a qualche cosa.* *Cic. de clar. Orat. c. 68.* Pompejus que gloriæ. ¶ Nemo natus, *niuno.* *Plaut. Most. 2. l. 56.* Tamen in ædibus servat. ¶ Iterum mihi natus videor, sermo est *im. 5. 2. 117.* & *Capri. 4. 2. 10.*

Natus, us, substant. n. *figliuolo,* *נָוִי, נָוִי,* Germ. *sohn,* *geborn,* Gal. *né,* Hisp. *nacido,* *hijo,* *παῖς, υἱός,* filius. *Cic. de Am.* Primum ex ea caritate, quæ est inter natos, & parentes. *Virg. 3. Æn.* Et nati nato- rum, & qui nascuntur ab illis. ¶ Natorum appellatio etiam ad nepotes extenditur. *Mæstlin.* ¶ Dicitur etiam de pullis bestiarum. *Col. l. 6. c. 27. de equabus* id præcipue genus pecudis amore natorum, nisi fiat potestas, noxam trahit. ¶ Hæc vox tere semper usurpatur, cum in eodem sermone p. rentum quoque mentio fit. Et in plurali num. sæpius quam in singulari. Cæterum *filius,* aut *liberi* ponitur.

Nave, is, substant. vel *navalia,* ium, n. *arsenale,* Germ. *zeughauff,* *eine schiffstelle,* Gal. *la haure, arsenal,* Hisp. *atarascana, arsenal,* *ναυσταθμός,* locus, in quo naves feri solent, & stant. *Virg. 8. Æn. v. 593.* Diritientque rates alii navalibus? *Cic. 2. Off.* Atque etiam illic impendæ meliores, muri, navalia, portus, aquarum ductus. ¶ *Qu. Herod. ep. 18. v. 207.* & *3. Met. v. 661.* habet navale in ling. numero, sed tamen frequentius in plur. invenitur. ¶ *Navalium* pro *navium* in genit. multitudine dicit *Vitruv. l. 5. c. ult.*

Navalis, & le, o. 3. *navale,* Ger. *den schiffen geboerig,* Gal. *naval,* Hisp. *naval,* *ναυτικός,* quod ad naves pertinet, ut Socii navales, ideit *naviges.* *Liv. l. 21. c. 30.* *Cic. pro L. Man.* Cujus usque ad nostram memoriam

nomen invictum in navalibus pugnis perminerat. ¶ *Navalis* corona dicebatur, quæ donari solebat ei, qui primus in hostium navem armatus transiisset. *Virg. 8. Æn.* Cui belli inigne superbum tempora navali fulgent rostrata coroa. ¶ *Disciplina navalis,* h. e. scientia in navibus pugandi. *Cic. proleg. Manil. c. 18.* Rhodiorum, quorum disciplina navalis, & gloria permant. ¶ *Navales pedes,* hoc est remiges dixit *Plaut. Men. 2. 2. v. ult. V. Pes.* ¶ *Navales focii,* V. *Socius.*

Navarchus, chi, in. *ναρχος, capitano di nave,* qui in navi imperat. *Cic. Verr. 5.* Si harum civitatum militibus, navibus, navarchis Syracusanus Cleomenes iustus est imperare &c. *Id. ib.* Forum navarchorum sanguine redundavit.

Nauci, V. *Naucum.*

Nauclerius, a, um, adject. Et

Nauclerius, a, um, o. 1. 2. quod ad nauclerum pertinet. *Plaut. Afin. l. 1. 54.* Qui causa mea nauclerio ipse ornatu per fallaciam abduxit ab lenone mulierem. *Id. Mil. 4. 4. 41.* Facito, ut venias huc ornatu ornatu nauclerico. *Nauclerius*, ri, in. 2. *nocchiero,* *הַבַּיִל,* Ger. *schiffherr, schiffmann,* Gal. *maître de navire,* Hisp. *patron de nao,* *ναυκλάρος,* navicularius, navis domus, a *ναῦς,* navis, & *κλῆρος,* fors, quod navis in sorte ejus fit. Alius est a gubernatore. Gubernator enim est, qui ad clavum sedet, & nauclerius est navis dominus. *Isid. l. 19. c. 1.* Differt etiam a navarcho. Navarchus enim est præfectus navis, seu classis. *Plaut. Mil. 4. 3. 16.* Cubare in navi lippam, atque oculis surgidis nauclerius dixit. ¶ *Est* & *Cæcilius comædia.* *Non. in Suppliare,* & alibi.

Nauclia, læ, per syncope. pro *navicula.* *Paulin. ad Citber. v. 247.* Saliens in illam decidisset naucliam.

Nauclior, V. *Naviclor.*

Naucus, vel *Naucus,* i, *scorcia di nocce, o di astro,* putamen nucis, & illarum rerum; item nucleus olivæ. *Festus.* ¶ Translate pro nugis ponitur. *Naucus apud eund.* Noctem nauco ducere. h. e. noctem totam iugari. ¶ Item pro re nihili. Hinc nauci homo dicitur, *uomo da nulla.* *Plaut. in Parasit. apud eund.* Postremo ambo fumus non nauci. *Id. Most. 5. 1. 1.* Qui timidus erit in dubiis rebus, is nauci non erit. ¶ *Nauci* facere, *limar da nulla,* parvi pendere, Hocci facere. *Id. Bæceb. 5. 1. 16.* Hoc servum meum non nauci tacere esse aulam.

Nave, adverb. V. *Naviter.*

Naufragus, le, adject. *naufragus.* *Martian. Capel. l. 6. pag. 206.* Capraria naufragalis.

Naufragiosus, a, um, adject. *naufragus,* naufragiosus plenus, ut mare naufragiosum, apud *Claud. Mamert. l. 1. de stat. anim. c. 1.* Et *Sidon. l. 4. ep. 12.* Naufragiosus pelago conformis est motus animum.

Naufragium, gii, n. 2. *naufragio,* Ger. *ein schiffbruch,* Gall. *naufrage,* Hisp. *naufragio,* *ναυάγιον,* navis tractio, vel submersio, licet quandoque pro navigandi periculo, & interdum pro navigationis damno, & infortunio, & jactura sumatur. *Cic. pro Dejot.* Itaque cum esset ei nuntiatum, Domitium naufragio periisse. *Id. l. 16. Fam. ep. 9.* Interea qui cupide profecti sunt, multi naufragia fecerunt. ¶ Translate sumitur pro calamitate, damno, jactura, exitio in universum. *Cic. 4. Fam.* Versor in eorum naufragis, & bonorum direptionibus. ¶ *Est naufragio tabula,* significat periculum post ingentem aliquam calamitatem. *Cic. Att. l. 4.* Perspice æquitate animi mei, & ludum, & contentionei Seleucianæ provinciæ, & meam hercule cum Cæsare suavissimam conjunctionem. Hæc enim me una ex naufragio tabula delectat.

Naufragus, as, n. 1. *naufragare,* *ναυάγειν,* naufragium facio. *Petron. in fragm. Tragar.* Omnes naves naufragantur. *Sidon. epist. 21. l. 4.* Quo plus industrius quisque æquor frequentat, hoc minus naufragat.

Naufragus, ei, m. *naufrago,* *rosso in maro,* Ger. *der, schiffbruch,* *erlitten hat,* Gall. *qui a fait naufrage,* Hisp. *el que a padecido naufragio,* *ναυάγος,* qui navem alissit, vel qui navi fracta bona amisit. *Cic. 2. de Inv.* Naufragum auendam natantem, & manus ad te tendentem animadvertunt. ¶ Translate ponitur pro calamitoso, pro eo, qui res suas in desperatis, & profligatis habet. *Cic. in Cassil.* Et eodem cæteros undique collectos naufragos aggregaverit. *Id. pro Syll.* Naufragus patri- monio. ¶ Poetæ usurpant & *navifragus.* *Ovid. 5. Trist. el. 8. v. 11.* Vidi ego, navifragum qui riserat, æquore mergi.

Naufragus, a, um, quod ad naufragium spectat, a *navifragus,* per Syncope, ut *Mæx,* vel fretum naufragum, naufragia faciens, quasi naufragum, quod ibi naves transantur. *Hor. l. 1. od. 16.* ¶ Unda naufragæ, quæ naves frangit. *Tibull. l. 2. eleg. 4.* Tempestas naufragæ, quæ naufragium efficit. *Valer. Flacc. l. 1. v. 584.* ¶ Corpora naufragæ, quæ naufragio perierunt. *Virg. 3. Georg. v. 542.* ¶ Legitur & integrum *navifragus,* apud Poetas. *Stat. 5. Theb. v. 41.* Saxa naufragæ. *Ovid. 14. Metam.* Navifragumque iretum.

Navia, æ, f. *ναῦς,* vas oblongum, quo in vindemiis utebantur, a *navis,* vel a *Græco ναῦς,* quia cavatum erat, ut *navis.* *Fest.* ¶ *Navia* ficus, quædam ficus Romæ, in Comitio, ita dicta ab Actio Navio Augure. *Fest.* ¶ *Capita, aut navia,* ludi genus V. *Caput.*

Navicella, f. 1. dim. a *navicula.* *Martian. Dig. l. 33. tit. 7. leg. 17.* ubi alii leg. *navicula.*

Navicella, f. 1. *navicella,* *πλοίαρον,* parva navis, qua vel in mari, vel in flumine circumvehimur. *Cic. 4. Acad. cult.* Nos ad naviculas nostras descendimus. *Id. ad Quir. post redit. c. 8.* Navicula traicere.

Navicularia, æ, f. *ναυκλία,* ars navis regendæ, vel potius negotiandi, & quædam faciendi ex navigatione. *Cic. 7. Verr. c. 17.* Naviculariam te, cum Romam venisses, esse facturum.

Navicularius, ri, m. *ναυκλάρος,* nauclerius, dominus navis, qui navem præcit. *Cic. Tiron. l. 16. Fam. ep. 9.* Cujus auctoritate navicularius moveatur. *Id. 4. Verr. c. 55.* navicularios cum mercatoribus conjungit: ubi videtur intelligere eos, qui navi mercaturam exercent; vel qui navim ad transferendas merces locant.

Navicularius, a, um, adject. ad navigandi artem, vel usum pertinens, ut *navicularium* onus, *l. 2. & 12. Cod. Theod. de navicular.* navicularia functio, *l. 3. Cod. de navic. præd.*

Naviculor, otis, m. idem ac *navicularius.* *Cic. pro lege Man. cap. 5.* Majores vestri sæpe mercatoribus, ac navicularioribus injuriosius tractatis bella gesserunt.

Naviculor, aris, d. 1. *barebeggare,* Germ. *im schiff sachte,* Gall. *aller en barque,* Hisp. *navigar por plaza,* *πλοῦς,* otiosus navicula vehor. Per syncope. est *naviclor,* quod usus *Martial. l. 3. epigr. 20.* Piger Lucrino naviculator in stagno. Al. leg. *naviculatur.*

Navitragus, V. *Naufragus.*

Navigabilis, le, o. 3. *navigabile,* Ger. *schiffreich,* Gal. *navigable,* Hisp. *navegable,* *πλοῦτος,* *πλοῦτος,* quod potest navigari. *Liv. l. 35. c. 44.* Nam simul primum anni tempus navigabile præbuisse mare.

Navigatio, nis, f. *navigazione,* Ger. *schiffung,* Gal. *navigation,* Hisp. *navegacion,* *ναυκλία, πλοῦς,* actus navigandi, cursus in maribus. *Cic. ad Q. Fr. Ajebant,* te prima navigatione transmiffurum. *Tacit. 2. Ann. c. 8.* Secunda navigatione provehi. Rurfus *Cic. 16. Fam.* Navigationi se committere.

Navigātor, oris, m. qui navigat. *Quintil. Declam. 12. Infelix navigator es, cujus votis autē non respondent. Adde l. 5. Infr. Orat. cap. 10.*

Navigātus, a, um, navigatus. *Plin. l. 6. c. 20. Navigatus fluvius. Tacit. de Germ. c. 34. Immenfos lacus Romanis classibus navigatos.*

Naviger, a, um, ναυγέρης, quod navem fert, aut sustinet. *Lucr. l. 1. 2. 3. Quæ mare navigerum, quæ terras frugiterentes concelebras. Plin. l. 9. c. 30. Navigeram similitudinem & aliam in Propontide visam sibi prodidit Mutianus. Ammian. l. 23. c. 20. Navigeri fluvii.*

Navigiolum, li, n. ναυγίολον, parvum navigium. *Lentulus Cic. l. 12. Fam. ep. 15. Nos vix ipsi singulis cum navigioliis reciperemur.*

Navigium, gii, navigio, vascello, אמיר, Ger. schiff, Gal. navire, Hisp. navio, ναύιον, omne genus navis, quod navigamus. *Cic. 2. de nat. Deor. Arborum sectio maximus usus adfert ad navigia faciendā. ¶ Navigia speculatoria, idem ac naves exploratoriz, brigantini. Cef. l. 4. bell. Gall. c. 26. Speculatoria navigia militibus impleri iussit. ¶ Accipitur aliquando pro ipsa navigatione. Scævola Dig. 45. rit. 1. leg. 122. In omnes navigii dies ducentos sub pignoribus, & hypothecis, mercibus a Berytho comparatis. Adde Serv. in 1. Georg. v. 139.*

Navigo, as, avi, atum, n. 1. navigare, נָוַי, Ger. schiffen, Gal. naviger, Hisp. navegar, ναίω, navi iter facio, navi vehor, a navis, & ago. Proprie enim significat navem agere. *Ulp. l. 1. Dig. Nautæ, caup. stabul. &c. Nautæ appellantur omnes, qui navis navigandæ causa in navi sunt. ¶ Quin & ipsa navis navigare dicitur. Id. l. un. Dig. Furti advers. nautæ, caupon. &c. Navigandi causa accipere debemus eos, qui adhibentur, ut navis naviget. Ovid. 2. de ar. am. Pinus navigat in undis. ¶ Frequentius tamen accipitur hoc verbum pro navi iter facere, & constructur vel absolute. Cic. 16. Fam. Si poteris, cum Mescinio naviga: solet is caute navigare. ¶ Vel cum acc. Cic. 2. Fin. Si Xerxes cum tantis classibus, tantique equestribus, & pedestribus copiis, Hellesponto junctis, Athoque perfolto, maria ambulavisset, terraque navigasset. ¶ Vel cum casibus communibus. Cic. 2. de Inv. Cum jam in alto navigarent. Serv. Cic. l. 4. Fam. Cum ab Ægina Megaram versus navigarem. Quintil. l. 4. c. 2. Navigare e portu. ¶ Vel cum abl. instrumenti. Cic. pro Flac. Hac classe M. Craſsus ab Hæmo in Asiam, his navibus Flaccus ex Asia in Mædæoniā navigavit. ¶ Ufurpatur etiam impersonaliter. Cic. l. 16. Fam. Cum recte navigari poterit, tum naviges. ¶ Et impersonaliter finite, idest cum nominativo præcedenti passivorum more. Plin. l. 2. c. 67. A Gadibus, columnisque Herculis, & Galliarum circuitu, totus hodie navigatur occidens: Septentrionalis vero oceanus majore ex parte navigatus est. ¶ In portu navigare, proverb. pro a periculis abesse, tutum esse. Qui enim adhuc in mediis fluctibus navigat, hi ventorum, & ætus arbitrio feruntur, qui vero jam portum attingunt, omni periculo sunt defuncti. Ter. And. 3. 1. in fr. Hujus periculo sit, ego in portu navigo. ¶ Translate navigare is dicitur, cujus magna celeritas est. Cic. pro leg. Manil. cap. 12. Quis unquam tam brevi tempore tot loca adire potuit, quam celeriter Cn. Pompejo duce belli impetus navigavit?*

Navis, is, f. 3. nave, נָוִי, Ger. ein schiff, Gal. navire, Hisp. navio, ναύς, instrumentum, quo per mare, aut flumina vehimur. *Cic. Verri. ult. Ea est ratio instrumetorum navium, ornatarumque. ¶ Navis Prætoria dicitur, in qua Prætor, vel dux classis navigat, la capitana. Liv. l. 41. ¶ Navis actuariæ, quæ remis agitur. Cef. l. 5. B. Gal. & Liv. l. 48. ¶ Navis oneraria, nave da carico, Cef. & Cic. 3. Ver. ¶ Navis vectoria, nave da trasporto. Sueton. in Cef. c. 63. ¶ Navis longa, sic dicta a figura, galea, fusca, quæ velis simul, & remis agitur. Lentul. ad Cic. l. 12. Fam. ep. 15. Navi longa profugerunt, onerariis relictis. ¶ Navis piratica, & prædatoria, nave corsara, Liv. l. 39. Quintil. l. 2. c. 14. ¶ Navis speculatoria, brigantina, leve navigium ad cognoscendas hostium naves, & iter. Liv. l. 46. ¶ Navis rostrata, quæ rostrum in prora, seu porrectam cupidinem habet. Liv. l. 46. V. Rostrum. ¶ Navis arata, h. e. ære munita ad hostiles ictus, & ad scopulorum impactiones. Virg. 8. Æn. Cef. l. 2. B. Civ. ¶ Navis pictoraria, barca, o nave pefcheira. Liv. l. 33. ¶ Navis cursoria, h. e. ad currendum apta, velox. Sidon. l. 1. ep. 5. ¶ His adde, navis testā, seu contracta, & navis aperta, de quibus mentio fit apud Cef. l. 1. B. Civ. c. 56. & l. 2. c. 3. & 23. Virg. & Liv. ¶ Hinc rationes loquendi, navem, & in navem confendere, ascendere, imbarcarsi, montar sulla nave. Cic. 14. Fam. ep. 7. Navem spero nos valde bonam habere: in eam simul atque confcendi, &c. Nepos Attic. c. 7. Navem confcendit clam, & profugit. ¶ Nave egredi, & enavi, e navideſlire. Ter. Heaut. Cef. l. 4. B. Gall. Cic. ad Attic. ¶ Navem frangere, patir naufragio. Ter. And. l. 3. 17. ¶ Subdici naves dicuntur, cum in navalia ex aqua pertrahuntur ad faciendum, aut ad custodiendum, trar le navi in secco. Contra vero deduci, cum ad navigandum in aquam immittuntur, gettar' all' acque. Virg. 3. Æn. v. 69. Vocat Auster in altum: Deducunt locit naves &c. Id. l. Æn. v. 551. Quasfatam ventis liceat subducere classem. ¶ Navem exercere, condurre, o noleggiare una nave. Plaut. JCur. l. 2. Recept. Senec. tit. 6. ¶ Instruere, reficere navim, supplere remigio C. Liv. Cic. Tacit. Cef. ¶ Translate Horat. l. 1. epist. 11. in fr. Navibus, atque quadrigis petimus bene vivere. h. e. omni conatu, velis remisque. ¶ Cic. l. 12. Fam. ep. 24. Una navis est jam bonorum omnium. h. e. eadem fortuna. Hinc in eadem navi esse, effer nella medesima sorte, o pericolo, Id. 2. Fam. ep. 5. ¶ Est & ablativus nave, pro navi Claud. l. 1. de rapt. Prof. v. 1. Inventa secuit primus qui nave profundum. Quintil. l. 2. c. 17. Salva nave in portum pervenite. Adde Liv. l. 40. c. 4. in fr.*

Navita, æ, m. idem ac nauta, per Epenthesin. *Cic. Att. l. 9. ep. 2. Navitam ipse audire videor jam evocantem. Propert. l. 2. eleg. 1. v. 43. Navita de ventis, de tauris narrat arator.*

Navitas, atis, f. diligentiæ, επιμέλεια, προσοψία, diligentia, strenuitas, celeritas. *Cic. ad Furnium, l. 10. Fam. ep. 25. Ifamque operam, navitatem, animum in Remum. celeritati Præturæ anteponendum cenſeo.*

Naviter, adv. diligenter, Ger. emphiglich, Gall. soigneusement, Hisp. cuidadofamente, επιμελώς, diligeret, strenue. *Cic. in Flam. 5. ep. 12. Qui semel verecundiz fines tranſierit, eum bone, & naviter oportet esse impudentem. Liv. l. 14. c. 23. Naviter bellum gerere. ¶ Dicitur & nave eodem sensu. Plaut. apud Feſt. Nave agere oportet.*

Naulum, li, n. nolo di nave, Ger. schifflohn, Gal. naufrage, Hisp. noli-to, Hese del passage, ναύλον, pretium, quod vectori pro navigatione solvitur, a voce Græca allata. *Juven. Sat. 8. v. 97. Furor est post omnia perdere naulum.*

Naumachia, f. 1. guerra navale, Ger. krieg zuwasser, Gal. naumachie, Hisp. pelea naval, ναυμαχία, navalis pugna, a ναύς, navis, & μάχη, pugna. *Sueton. in Claud. c. 21. Naumachiam ante commisit. ¶ Interdum accipitur pro loco, ubi fit pugna. Suet. in Tib. Semel trirremi usque ad proximos naumachie hortos subvectus est.*

Naumachiarii, m. 2. ναυμαχιστῆς, δεικνύται, qui prælium navale committunt. *Suet. in Claud. c. 21. Proclamantibus naumachiariis.*

Naumachiarius, a, um, quod spectat ad naumachiam. *Plin. l. 16. c. 39. Concremato ponte naumachiario.*

Navo, as, avi, atum, a. 1. operare con diligenza, impiegar l'opera, Ger. mit fleiß thun, Gall. s'adonner s'employer à faire quelque chose, Hisp. darse, προσχεω, studiose ago aliquid, etficio, impleo, mentem, & diligentiam in aliqua re adhibeo alterius juvandi causa. *Cic. 2. de Orat. c. 7. Jam mihi videor navasse operam, quod huc venerim, parmi d'aver fatto qualche cosa. Id. Ap. Pulebro. Ut istic quoque in te benevolentiam navare possimus. id est conferre, vel ostendere, & præstare. Id. Att. l. 9. Utinam in hac miseria aliquid Reip. παλιμὸν opus efficeret, & navare mihi liceat. Id. Att. l. 15. Proque tuis amplissimis erga me studiis, atque beneficiis tibi operam meam, studiumque navare. Liv. l. 7. c. 16. Fortiter in acie operam navare. portarsi bene nella battaglia. Tacit. 5. hist. c. 25. Si Vespasianum bellum navaverim, Vespasianum rerum potiri. Id. 4. hist. c. 59. Ceteros, uti quique flagitium navaverat, præmiis attollit. Cic. 9. Fam. ep. 2. Si minus in curia, at in litteris, & libris, ut doctissimi veteres fecerunt, navare Remp. & de moribus ac legibus quæreret, h. e. curare. Alii leg. gnare, quod idem est, Alii gravare. V. Manur.*

Naupaclæus, a, um, ex Naupaclō urbe. *Ovid. 2. Fast. v. 43. Amphiarai-des Naupaclæo Acheloo, &c. Alii leg. Naupaclō.*

Naupaclus, f. 2. Naupaclum, Lepanto, urbs Achaiz, in Ætolia, in ora sinu Corinthiaci, qui ab ea Golfo di Lepanto dicitur.

Naupegiarius, ii, idem ac naupagus. *Inscript. apud Spon. Miscell. p. 67. Colleg. Naupegiar. Adde Reineſ. Inſcript. pag. 602.*

Naupēgus, i, m. ναυπηγός, qui naves fabricatur. *Firmic. l. 4. c. 17.*

Naupliā, f. 1. Napoli di Romania, urbs marit. Peloponnesi, ad sin. Argolicum, in Sacania prov. cujus est caput, ampla, totius Peloponnesi populosissima, emporium celebre, in loco peramæno, cum portu capacissimo.

Naupliades, æ, m. 1. cognomen Palamedis Nauplii. *Ov. Met. 13. v. 310. Sed neque Naupliades facinus defendere tantum, &c.*

Nauplius, m. 2. piscis, sepiz similis. *Plin. l. 9. c. 30.*

Nauplius, ii, m. filius Neptuni, & Amymones filiz Danaï, Palamedis pater, Rex Eubææ inf. Ut mortem filii falsa Ulyſſis accusatione oppressi ulcisceretur, decem illis annis, quibus Græci in Troade immorati sunt, Græciam universam peragrans, omnes fere uxores Græcorum Principum adulterio voluit. Ita enim & familiis labem turpissimum inurebat, & futurum sperabat, ut Principes illi in sua Regna reversi cum adulteris decertarent, illorumque arde opprimerentur. Hinc adulterium Clitæmnestræ cum Clytemnestra, unde primo more Agamemnonis, deinde ipsorum adulterorum: hinc quoque adulteria Ægiales uxoris Diomedis, &c. Multi igitur Græciæ Principes, qui eo dedecore affecti fuerant, relicta patria, alii in alias regiones exulatum abierunt. Cum vero Græci everta Troja in patriam redirent, illis tempestate laborantibus, ex Caphareo monte ignem ostendit, magnamque clasſis partem ad ignem, tanquam ad vicinum portum, adnavigantem in asperissimos scopulos pellexit, miserandoque perdidit naufragio. Sed cum intellexisset, Ulyſſem, & Diomedem, quibus eas infidias potissimum struxerat, incolunt evasisse, doloris impatentia se ipsum in mare præcipitem dedit. *Propert. l. 4. eleg. 1. v. 115. Nauplius ultores sub noctem porrigit ignes.*

Nauficis, de grano tabz dicitur, cum non dissimile navis formæ se se aperit. *Feſtus.*

Naufica, æ, f. 1. incitamento al vomito, nausea, ναύς, Germ. ekel, Gall. dégout, Hisp. nausea, ναυτία, vomitus, stomachi ad vomitum ex gravi odore perturbatio, & contictatio, quæ navigantibus præcipue evenire solet. V. Naufeo. *Cic. l. 16. Fam. ep. 10. Festinare te nolo, ne naufez molestiam succipias æger. Id. Att. l. 5. ep. 13. Navigavimus sine timore, & nausea. ¶ Nauficas in plur. numero habet Plin. l. 10. c. 14.*

Naufcabulis, le, adject. naufeam affertens. *Cal. avel. Tard. 3. c. 2. Naufcabulis oris humectatio.*

Naufcabundus, a, um, adject. nausea plenus. *Senec. epist. 108. Gubernator in tempestate naufcabundus.*

Naufætor, oris, m. qui naufeat. *Sen. ep. 53. Ulyſſes naufætor erat.*

Naufæto, as, n. 1. aver voglia di vomitare, ναυτία, ad vomitum impellor, vomo. Proprie is nauficare dicitur, cujus stomachus ex festina, graveolentia, & crebra corporis agitatione studet sibi moleſta per os excernere. *Hor. l. 1. epist. 1. v. 93. Conduſto navigio aque naufæat, ut locuples, quem ducit priva triremis. Cic. Fam. 12. ep. 25. Antonium ego ruſtantem, & naufæantem coneci in Cæſaris Octavianii plagas. ¶ Acti-ve etiam somitur pro commovere ad vomitum. Cic. l. de nat. Deor. c. 30. Quam bellum erat, Vellei, conſteri potius nefcire, quod nefcires, quam ista effluentem nauficare.*

Naufæolā, æ, f. 1. μετὰ ναυτία, dim. a nausea. *Cic. Att. l. 14. ep. 8. Naufæolam tibi tum ansam otii dedisse, facile patiebar.*

Naufæofus, a, um, ναυτοφός, quod naufeam inducit. *Plin. l. 26. c. 8. Radice crassa, madida, naufæofa.*

Nauficida, vel Nauficae, f. 1. Ναυτοκίη, filia Alcinoi Phæacum Regis, & Aretes, quæ cum urbe exiſſet cum pedisequis suis, iviſſetque ad flumen lotura vestes, vidit Ulyſſem naufragum in litore sedentem nudum, arborum ramis circumtectum, cui oranti vestes dedit, & in Regiam patris sui venire iussit.

Naufithūs, m. 2. Neptuni filius ex Perivia Nympha, rex Phæacum, pater Rhifinoris, & Alcinoi.

Naufitibulum, i, n. alveum ad navis similitudinem factum. *Feſtus.*

Naufum, vel Naufus, i, genus navigii Gallici, apud Aufon. *ep. 22.*

Nauta, & per Epenthesin navita, æ, m. 1. nocchiero, marinajo, נָוִי, Ger. ſchiffmann, Gal. marinier, nautonnier, matelot, Hisp. marinero, ναύτης, qui navem agit, seu qui se in navi agenda egeret, & quicunque in navi est navis ducendæ gratia, a nomine, quod alio. *Cef. l. 5. B. G. c. 10. Neque nautæ gubernatoresque, quibus status pati possent. Cic. Fam. 16. Solent nautæ festinare. ¶ 25. nulli c. 25. 14. uon. 223. Nautalis, le, adjectiv. ad nautam pertinens.*

Nautalis, le, adjectiv. ad nautam pertinens.

Nautalis, le, adjectiv. ad nautam pertinens.

Nautæ, æ, f. 1. ναυτία, aqua de coriis, vel, Hisp. agua de sentina, inquit Non. c. 1. n. 25. a nautis dicitur, quæ in sentina, quæ coriariis utuntur. Hanc quidam eandem cenſent cum aqua nigra. ¶ 2. Labeo JCuras apud eund. Feſt. scriptis, nautæ, quæ sunt rubidum quiddam, quo Pontificum vestimenta quædam colorant.

Nauticus, a, um, marinareſco, ναυτικός, quod ad nautam pertinet, quod est nautarum. *Virg. 3. Æn. Nauticus exoritur vario certamine clamor. Cic. Att. l. 13. ep. 21. Est enim verbum totum nauticum. Id. 2. Drvin. Nauticus cantus. ¶ Nauticus panis est, quem hodie bischoſum vocamus. Plin. l. 22. c. 25. Nauticus panis tuſus, atque iterum coctus ſiſſit alvum. ¶ Nautici absolute dicuntur ii omnes, qui quocumque modo navi regendæ navant operam, marinajo, la ciurma. Liv. l. 41. c. 3. Nautici tabernacula detendunt, commeatumque in litore expositum in nave rapiunt.*

Nautilus, m. 2. ναύτης, piscis marinus, ita dictus, quod navigantis effigiem

effigiem habent. *Plin. l. 9. c. 29.*
 Navus, a, um, diligente, sollicito, presso, נָוִי, נָוִי, Germ. *beband*, Gal. *foigneux*, *prompt*, Hisp. *induftriofo*, diligente, *επιμαχιος*, *επιμαχιος*; celer, strenuus. *Cic. 5. Ferr. c. 10.* Navus, & induftrius homo. *Col. l. 11. c. 1.* In agresti negotio dici vix potest, quid navus operarius ignavo, & cessatori praestet. ¶ Interdum navus dicitur quasi sciens, & cognoscens. *Col. lib. 8.* Sit autem vigilans, impiger, induftrius, navus omnium, quas pascit. ¶ Navus timor dicitur, qui navos & sollicitos facit. *Sil. lib. 7. v. 349.* Stimulatque ruentes Navus abire timor.
 Naxum, ii, n. Apud *Plin. l. 36. c. 7.* naxia vocantur cotes in insula Cypro genitae, ad marmoram polienda, & scaldendas gemmas accommodatae.
 Naxius, a, um, adject. ad Naxum insulam spectans. *Propert. l. 3. eleg. 16. v. 28.* Unde tuum potant Naxia turba merum. ¶ *Naxius ardor a Columella* dicitur sidus coronae Ariadnes. Est enim in tabulis, Ariadnem in Naxo insula Baccho nupsisse, coronamque eius, quam a Venere dono acceperat, inter sidera ab eodem Baccho relata.
 Naxos, seu Naxus, f. 2. *Nicifa*, Νάξος, inf. maris Αἰγαί, una Cycladum, cum Urbe cogn. vino, & marino serpentino, & fontibus celebris. *V. Plin. l. 4. c. 12.*

N A N T E E.

Ne, *accusabē non*, μή, μή ἔστω, non, adv. dehortandi, seu prohibendi, a *ne*, vel *ut*. Subiunctivum modum poscit. *Ter. Eun.* Verum ne post conferas culpam in me. ¶ A Poetis jungitur tam imperativo, quam subjunctivo. *Plaut. Perf. Abi*, ne jura, satis credo. *Virg. 3. Aen. Tu* ne cede malis. ¶ Jungitur etiam nonnquam particulae *utinam*. *Ter. Phorm.* Quod utinam ne Phormionem id fuaeder in mentem incidisset. ¶ Ne item adverbium est interrogandi, & alicui voci positivum. *Virg. 1. Aen.* Me ne incepto desistere vicium? *Cic. pro Flacc.* Tamen ne isti testes habebuntur? ¶ Est item adv. dubitandi, & ponitur pro *utrum*, vel *an*. *Virg. 11. Aen.* Iustitiam ne prius mirer, belline laborum? ¶ Oratores ne raro gemant, sed loco posteriori utuntur adverbio *an*. *Cic. 1. Off. c. 3.* Honestum ne factu sit, an turpe, dubitant. ¶ Interdum non omititur. *Plin. l. 7. ep. 17.* Velim scire, esse phantasmata, & habere numen aliquod putes, an inania, & vana. ¶ Quandoque habet vim interrogandi, & dubitandi simul. *Terent. Andr.* Datur ne illa hodie Pamphilo nuptum? ¶ In his duabus acceptionibus interrogandi, & dubitandi conjungitur etiam cum *ne* praecedente. *Cic. 2. Tufcul.* Doleam, nec ne doleam, nihil interesse. *mi dolga, o no*. ¶ Ne etiam conjunctio finalis est. *Cic. in Fam. 4. ep. 7.* Et ego id semper egi, ne interficem. *Id. de Univ.* Nequis morbus eum posset, aut senectus affligere. ¶ Interdum significat *ut*, subsequente adv. negandi non, vel alia dictione negativa. *Cic. l. 9. Fam. ep. ult.* Deinde ne amicis nihil tribuamus, epulamur una. idest ut aliquid tribuamus. *Id. Att. l. 9. ep. 6.* Timetis, ne non impetrem. ¶ In illo autem *Cic. pro Mil. c. 1.* Ne non timere quidem sine aliquo timore possumus: non retortitur ad *timere*, non vero ad *ne*: & sensus est: ne esse quidem sine timore possumus sine timore aliquo: *non possumus lascivari di temere feneza quatebe timore*. ¶ Usurpatur saepe cum verbis timendi, & conjunctivum regit. Grammatici docent, in iis, quae fieri vellemus, adhiberi particulam *ut*, in iis, quae nollemus, particulam *ne*. *Ter. Phor. a. 5.* Vereor, ut placari possit. *Id. And. a. 1. sc. 2.* Hei vereor, ne quid Andria apporet mali. ¶ Sed particulam *ne* etiam in iis, quae optabilia sunt, legi apud *Cic. Fam. 12. epist. 20.* & alibi. quidam putant, sed prava lectione decepti sunt. ¶ Conjungitur quoque cum particula *ut*, in quo loquendi genere ut videtur redundare, vel addi tantum ornatus causa. Nam *ut* ne idem est, quod *non*. *Cic. 1. Off.* Ut ne nimis omnia profundamus. ¶ Est quoque conjunctio disjunctiva, significans *neque*, & hoc tere subsequente particula *quidem*, ista tamen, ut inter *ne*, & *quidem* dictio aliqua intercedat, vulgo *ne pure*, *ne anche*. *Cic. de An.* Nunquam illum ne inimica quidem re ostendi. Sunt qui asserant legi *ne quidem* nullo interjecto verbo, quod *Cic. l. 1. nat. Deor. c. 24.* & *Phil. 5. c. 9.* & alibi, item apud *Liv. l. 38. c. 25.* sed ubique pravorum codicum lectione falsi sunt. ¶ Interdum particula *quidem* subicitur. *Cic. Q. Fr. l. 2. ep. ult.* Ne paulum otii me habuisse iudicatio. *Id. 2. Catil. c. 4.* Nemo non modo Romae, sed ne ullo in angulo totius Italiae oppressus aere alieno fuit. Alii leg. *ne*. ¶ Ponitur interdum pro *nam*. *Liv. l. 3. c. 52.* Novam inexpectantem eam potestatem eripere patribus nostris, ne nunc dulcedine senel capti ferant desiderium. ¶ *Ne dicam*, est: ut non dicam. *Cic. pro Deor.* Crudeles Castor, ne dicam sceleratum, & impium. *Id. Fam. 12. ep. ult.* Non sum tam imbecille animo, ne dicam inhumano. ¶ *Ne utinam*, idest *morari*, *possi* *ut morari*, & similes loquendi modi sunt jurantis, itaque utitur, cum quid asseverare, & sacramento aliquod obtulisti, nostram vitam veluti quibusdam precibus devovendo, enititur. *Cic. Att. l. 4.* Quid poteris, iniquis, pro iis dicere? ne vivam, si scio. ¶ *Et alibi*. Ne sum salvus, si aliter scribo, ac sentio. ¶ Sunt & aliae dicendi tormulae a particula *ne* protectae, quibus utitur, cum vel orationem publicam habentes, vel privatim ad amicum scribentes, post rem satis explicatam, loquacitatis fugiendae studio ita dicimus, *Ne vos, vel ne te diutius teneam*, *Ne te pluribus teneam*, *Ne multas*, *Ne multis*, *Ne plura*, *Ne plurius*, *Ne longum sit*, *Ne longum sit*: *Ne longum faciam*, &c. idest, ut brevi expediam, ut brevis colligam, ad summum. *Cic. pro Cluent.* Ne multa: perquirat a coactoribus &c. *Id. ib.* Ne multis; Diogenes emittit. *Id. ib.* Et, ne longum sit, summam omnium vicinorum esse in hunc benevolentiam confirmamus. *Horat. l. 1. sat. 3.* Ne longum faciam: dum tu quadrante lavatum Rex ibis &c. ¶ Ne recte, *V. infra fund.* ¶ *Ne funera*, pro non funera, seu funera non rite peracta. *Urb. m. Carm. 81. v. 81.* Ipse suum Thefeus pro caris corpus *Urb.* *Hisp. nacido*, optavit potius, quam talia Cretam Funera Cereopitate, quae est incertum. *Urb. m. Carm. 81. v. 81.* Sic Nemeus puer, pro non, & qui nascentur *Catull. epigr. 21.* Et ne minus pro non minus, apud *Urb.* extenditur. *Mede.*
 Nebrida, *Urb. m. Carm. 81. v. 81.* quae Soli duas filias peperit, Phaethusiam, & Lampetiam.
 Nebrithus, m. 2. *Neto*, fl. Magnae Graeciae, qui per agrum Crotoniensem fluit, cujus ostia a Crotona 6. M. P. in Hor. dilant. *Ovid. 15. Met.*
 Neapolis, is, f. 3. Parthenope, *Napoli*, urbs Campaniae, Regni Neapolitani caput, Prov. Terrae Laboris primaria, Emporium celeberrimum, maritima, amplissima, & populosissima, in planitie amoenissima. ¶ Prius appellata fuit Parthenope, a nomine Sirenis ibi sepultae. *Plin. l. 3. c. 5.* ¶ Appellata est Neapolis ab Augullo. Sed alii narrant, cum a Cumanis esset everfa, ingruente acerbissima peste, ita jubente Apollinis Oraculo, ab istidem splendidus esse restitutam, bonaque civium parte eo translata, ad differentiam veteris urbis, Neapolim appellatam fuisse.
 Neapolitanus, a, um, adject. *Napolitano*. *Cicer. Fam. 33. ep. 30.* Una cum reliquis Neapolitanis.
 Nebris, idis, f. *nebris*; damarum sive hinnulorum pellis, ex qua vestes

Baecharum fiebant. *Stat. 2. Theb. v. 66.* Nebridas & fragiles thyrsos portare putastis Imbellem ad sonitum. ¶ Ipse quoque Bacchus his induebatur. *Claudian. de IV. Consul. Honor. v. 606.* Talis Erythræus incinctus nebrida gemmis Liber agit currus.
 Nebriffa, f. *Lebriffa*, oppidum Hispaniae Bæticae. *Silius l. 3. v. 393.*
 Nebrites, æ, m. *nebrites*, gemmae species, Libero Patri sacra, a nebridium pellium similitudine, quibus in Liberi sacris utebantur. *Plin. l. 37. c. 10.*
 Nebrōdes, m. 3. *Madonia*, mons excelsus Siciliae, medius inter Ennam ad Or. & Thermas Himeræ ad Occ. ex quo Gelas fl. in Austr. fluit, ita dictus a *nebrōs*, *pullus cervi*, propter cervorum, & damarum copiam.
 Nebrophōnus, i, *nebrōphōnos*, cervos occidens; nomen est canis venatici apud *Ovid. Metam. 3. v. 211.*
 Nebūla, æ, f. 1. *nebbia*, נַבְּ, Germ. *ein nebel*, Gall. *brouillaris*, *nuce*, Hisp. *niebla*, *νεφέλη*, vapor e terra atque aquis furens, qui vel statim evanescit, vel in altum sublatum convertitur in nubem, a Graeca voce allata. Differt a nube, quia nebula vapor est, ex quo deinde nubes efformatur. Deinde nubes quocunque tempore feri possunt, nebulae nec quae sit calida, nec nimio frigore existunt, teste *Plin. l. 21. 60. Sil. l. 6.* Tandem exhalavit in auras liventem nebulam fugientis ab ore veneni. ¶ Translate usurpatur pro umbra, seu specie. *Juven. sat. 10. v. 4.* Remota erroris nebula. ¶ Item pro materia, seu pro stylo inflato. *Perf. sat. 5. v. 7.* Grande locuturi nebulas Helicone legunt. ¶ Item pro re vilissima. *Plaut. Paen. a. 1. sc. 2. v. 62.* Cuius ego vel nebulæ cyathos septem noctes non emam. ¶ Quasi per nebulam audire, est leviter, & non clare audire. *Plaut. Capt. 5. 4. 27.* Audissem quasi per nebulam, Aegionem meum patrem vocarier. *Id. Pseud. l. 5. 47.* Sunt quæ te volumus percontari, quæ quasi per nebulam nosmet scimus. ¶ *P. Laberius apud Petron. in Satyr.* nebulam appellat tenue, & pellucidum amiculum. Eius verba sunt: Aequum est, palam prostrare nudam in nebula linea.
 Nebūlo, onis, m. *vano*, *da niente*, Ger. *lofer hube*, Gal. *home de neant*, *vanescant*, Hisp. *picato*, *δενός*, *αἰρος*, *ἀπόαρος*, homo vanus, levis, nullius pretii. *Donat. in Eun. a. 4. sc. 8.* Nebulo, vel inanis, vel vanus, aut mollis, ut est nebula, dicitur. *Fest.* Nebulo dictus est, ut ait Aelius Stilo, qui non pluris est, quam nebula, aut qui non facile perspicui potest, qualis sit, nequam, nugator. *Ter. Eun. a. 4. sc. 7.* Sane quod tibi nunc vir videatur esse, hic nebulo magnus est. *Cic. Att. l. 1.* Nebulonem illum, si quo pacto potes, ex istis locis amove. ¶ Pro prodigio videtur usurpare *Hor. l. 1. sat. 1. v. 103.* non ego avorum Cum veto te fieri, vappam juheo, aut nebulonem. ¶ Vetus *Scholias* ad illud *Horat. l. 1. ep. 2. v. 28.* Sponsi Penelopes, nebulous, &c. observat, Nebulonem a Varrone usurpatum pro eo, qui obscuro loco natus sit.
 Nebūlo, as, fuliginem offundo. *Tertul. Apol. c. 35.* Clarissimis lucernis vestibula nebulantur.
 Nebulositas, atis, caligo, fuligo. *Arnob. l. 7.* Caelum vaporum nebulositate clauditur.
 Nebulosus, a, um, *nuvoloso*, Ger. *nebelicht*, Gal. *nebuloux*, Hisp. *nublado*, *νεφελος*, *νεφελος*, nebulis tectus, nebulis, & nubibus plenus. *Col. lib. 2. c. 10.* Eaque nec macrum, nec nebulosum locum patitur. *Cic. Tufc. l. c. 25.* Nebulosum, & caliginosum caelum. *Cat. R. R. c. 6.* Locus nebulosior.
 Nec, *na non*, μή, Ger. *nec nicht*, Gal. *ny*, Hisp. *ni*, *μηδέν*, *δέν*, *δέν*, non, neque, adv. negandi, vel conjunctio disjunctiva, ut alii volunt, a *neque*, per Apocopen. Pro simplici non usurpavit *Cic. 3. de Leg. Senatori*, qui nec aderit, aut causa, aut culpa esto. *Id. 3. Fin.* Ut alter alterum nec opinato videremus, idest inponato. Sic nec recte pro non recte apud *Plaut. Bacch. l. 2. 11.* & *Afin. 2. 4. 65.* ¶ Fere usurpatur cum particulis enim, vero, tamen, solum, modo, mirum, *Cic. 1. de nat. Deor. c. 2.* Nec vero Theophrasti inconstantia ferenda est. ¶ Vel geminate in oratione collocatur. *Cic. de Amic. c. 2.* Nec enim melior vir fuit Africano quisquam, nec clarior. ¶ Interdum videtur non negandi, sed copulandi tantummodo vim habere. *Cic. in Academ.* Nullam esse artem nec dicendi, nec differendi putant. ¶ Nec mirum; *ne da stupidi*. *Cic. de Amic.* Ab iis longe distantibus: nec mirum: nihil enim alium suscipere possunt. ¶ Nec nihil pro aliquid. *Terent. Adelph. 1. 2. 61.* Nec nihil, neque omnia haec sunt quae dicit. ¶ Si nihil praepo-natur, tum nec non negat. *Cic. pro Cluent. c. 1.* Ut omnes intelligant, nihil me nec subterfugere voluisse reticendo, nec obscurare dicendo. ¶ Reperitur etiam *ne quidem* pro *ne quidem*. *Plin. l. 8. c. 36.* Nec formo quidem saginatis. *Plin. alter in Paneg. c. 27.* Nec hunc quidem. *Sene. ep. 3.* Quia non soleas nec ipse quidem hoc facere. Quidam leg. *Quia nec soleas ipse quidem hoc facere.* *Cicero*, quoque *ne quidem* usurpat *Fam. 6. ep. 6.* Nec iis quidem verbis, quibus, &c. Sed alia est ibi sententia. Non enim significat *ne pure*, ut loca haec sunt allata, sed *e non certamente*, &c. V. Addi tamen solent alia ejusdem exempla *Fam. 3. ep. 8. Parad. 4. c. 1.* & *fragm. l. 7. de republ.* &c. sed incertae fidei omnia sunt. ¶ Nec absolute pro *ne quidem*, *ne pure*. *Quintil. l. 1. c. 6. prope fin. (al. cap. 11.)* Quae nec ipsi jam dicent. *Pallad. l. 1. tit. 1.* Affecti sunt, ut eorum doctrina nec a disertissimis possit intelligi.
 Necator, oris, *uccisore*, qui necat. *Lamprid. in Comm. c. 18.* Necator civium. *Macrob. l. 1. Saturn. c. 12.* Marti dicatus, Deo plerumque hominum necatori.
 Necatrix, icis, f. *ucciditrix*, quae necat. *Augustin. de conf. Euangelist. c. 13. anemede.* Necatrix Domini lingua Judaeorum.
 Necatus, a, um, *ucciso*, *αμπαρξιστο*, *φορδός*. *Sallust. Jugur. c. 46.* Uti Jugurtham maxime vivum, un id parum procedat, necatum sibi traderent. ¶ *Necatus* pro necatus, est apud *Prijsian. l. 9. & Diomed. l. 1.* sed nullo latini Scriptoris exemplo confirmatur.
 Necdum, adv. non ancora, *μῆτις*, non adhuc, nec adhuc, nondum. *Cic. Att. l. 6. ep. 1.* Cassius ineptas literas misit, necdum Bibuli erant allatae.
 Necepus, i, astrologus Aegyptius, artem suam ab Aeculapio, & Anubi, quorum magister Trimegistus fuit, edocuit. Scripsit & mundi generum. *V. Firmic. in praefat. l. 4. & 4.* De eo *Auson. ep. 19. v. 18.* Quique magos docuit mysteria vana Necepus.
 Necess. V. Nex.
 Necessarie, adv. *necessariamente*, Ger. *notwendiglich*, Gal. *necessairement*, Hisp. *necessariamente*, *εἰ ἀνάγκης*, ex necessitate. *Cic. 1. de Inv. c. 29.* Necessarie demonstrantur ea, quae aliter ac dicuntur, nec fieri, nec probari possunt.
 Necessario, adv. idem ac *necessarie*, sed usitatus. *Cic. 4. Tufc. 4.* Nullifque unius disciplinae legibus instructi, quibus in Philosophia necessario pareamus.
 Necessarius, ii, m. *parente*, *amico* *fratre*, *πρωσφύκων*, cognatus, affinis, amicus, quo uti familiariter solemus, a *necessa*, quod in cognatos, affines, & amicos necessaria officia praeter ceteros conferuntur. *Fest. solum Gallo Aelio.* Nonius necessarios, affines interpretatur. Sed non solum affines, verum etiam cognatos signari, ostendit hic locus *Vul. Max. l. 2. esp. 1.* Cui praeter cognatos, & affines nemo interponebatur, ut si qua inter necessarios querela esset orta. *Cic. pro Cluent.* Quam per bonum

num aliquem virum ageretur, & amicum, necessariumque communem. *Id. l. 13. Fam. epist. 29.* In iis necessariis, qui tibi a patre relicti sunt, me tibi esse vel conjunctissimum.

Necessarius, a, um, *necessarius*, נָצִיר, Germ. *notwendig*, Gal. *nécessaire*, Hisp. *necesario*, ἀναγκαῖος, id, sine quo aliquid fieri non potest. *Cic. 10. Phil.* Cum illum necessarium, & fatalem pene calum non tulerimus. ¶ Sæpe constructur cum dat. vel cum accus. & præpos. ad, vel cum utroque. *Cic. in Fam.* Quod mihi esset maxime necessarium. *Id. in Or.* Hoc ipsum ad id, quod propositum est, non est necessarium. ¶ Necessarium carmen quid sit. V. Legitimus. ¶ Compar. & superl. caret, & pro iis dicimus, plus, minus necessarius, &c. *Tertul.* tamen debet mulier. c. 5. necessarios operas dicit.

Necessitate, n. indecl. *necessario*, ἀνάγκη, ἀναγκαστικός, quod vi aliqua cogente fieri opus est. Olim, teste *Donato*, declinabatur, hic, & hæc necessitate, & hoc necessitate. *Cic. de opt. gen. Orat. cap. 5.* In quibus verbum pro verbo non necessitate habui reddere. ¶ Coniungitur etiam cum nominibus gen. masc. & tæm, ut nomen opus. *Q. Cic. de pec. Conf.* Comitas tibi necesse est. ¶ *Necessitas* est, usurpatur vel cum nomin. & dat. *Cic. pro Syl.* Quod tibi necesse minime fuit. ¶ Vel cum infinitivo aut expresse, aut tacite. *Cic. in Phil.* Ut tibi necesse esset vomere postridie. *Id. Att.* Nihil sane est necesse. ¶ Vel cum infinitivo passivo. *Cic. in Fam.* Ad Aciliam non fuisse necesse meas dari litteras, facile patior. ¶ Vel cum conjunctivo. *Cic. 1. de Orat.* Hæc autem oratio aut nulla sit necesse est, aut omnium irrisione ludatur.

Necessitas, atis, f. *necessitas*, נְצִירָה, Ger. *notwendigkeit*, Gal. *nécessité*, Hisp. *necesidad*, ἀνάγκη, vis quadam, quæ nos cogit aliquid facere. *Cic. 2. Offic.* Datur necessitati venia. *Id. 1. de nat. Deor.* Necessitate astrictus. *Id. pro Rosc. Amer. c. 34.* Necessitate premi. *Hieronym. l. 3. contra Rufin. c. 1. & epist. 10.* ad *Furiam.* Facere de necessitate virtutem. *far di necessitas virtutis.* ¶ Ultima necessitas, pro morte. *Tac. Ann. 15. c. 61.* Intromissitque ad Senecam, qui necessitatem ultimam denuntiaret. ¶ Ponitur & pro rebus necessariis, & pro rerum necessarium inopia. *Id. 1. Ann. c. 11.* Necessitates, & largitiones. *le speje necessario, e le superflue.* *Suet. in Cæs. c. 48.* Famem, & cæteras necessitates toleraverat. *Id. in Tiber. c. 47.* Negavit se aliis subventurum, nisi Senatui iustas necessitatum causas probassent. ¶ Item pro necessariis negotiis, *affari premuros.* *Cels. l. 1. c. 1.* Nam & intermissi propter civiles necessitates ordo exercitationis corpus affligit. ¶ Denique pro necessitudine, & vinculo adfinitatis, vel familiaritatis. *Cic. pro Syl. c. 1.* Si noltraum accusatione sua necessitatem, familiaritatemque violasset. *Cels. l. 1. B.C. c. 8.* Se Reipub. commoda privatis necessitatibus habuisse potiora.

Necessitudo, inis f. parentela, *amicizia stretta*, נְצִירָה, Ger. *blut freundschaft*, Gal. *croite amicitie*, Hisp. *amistad*, סְמוּכָה, ἀδελφότης, vinculum inter cognatos, & affines, conjunctio sanguinis, vel affinitatis, a *necessitate*. *Cic. pro Sex.* Ademit Albino soceri nomen mors filiz, sed charitatem illius necessitudinis, & benevolentiam non ademit. *Id. pro Quint. c. 4.* Pro fraterna illa necessitudine. ¶ Item familiarior quidam usus amicitiz. *Cic. l. 13. Fam.* Quando omnibus nota nostra necessitudo est. ¶ Hinc, necessitudine aliquid attingere. *Cic. Ver. 4. c. 10.* Adungere necessitudinem suam ad bonos viros. *Id. 13. Fam. epist. 12.* Coniungere, vel habere necessitudinem cum aliquo. *Id. pro Planc. & Ver. 6. c. 65.* Esse, vel intercedere necessitudinem alicui cum altero, *Id. pro Quint. & pro Ligar.* Parare necessitudines, *Cels. l. 8. B.G.* ¶ Amicitiz necessitudines mihi erant cum illo, *Cic. de Amic. amicitiz vestitissima.* ¶ Metonymice ponitur pro necessario, idest cognato, & affini. *Suet. in Aug. c. 17.* Remisit tamen hosti iudicatio necessitudinis, amicosque omnes. ¶ Aliquando necessitudo idem est quod necessitas, idest vis illa urgens, quæ nos ad aliquid faciendum cogit. *Cic. de Inv. l. 1. c. 57.* Necessitudo est, cui nulla vi obstiti potest. *Sallust. Catil. c. 58.* Necessitudo etiam timidus fortis facit.

Necessum, n. indecl. idem ac necesse. Olim, teste *Donato*, declinabatur necessus, a, um. *Plaut. Stich. 1. 3. 66.* Foras necesse sum est, quidquid habeo, vendere. *Liv. l. 34. c. 5.* Necesse sum est, paucis respondere.

Necne, o no, particula dubitantis, quæ secundo loco ponitur. *Cic. 2. Fam. ep. 17.* Parthi transferunt, necne, video dubitare neminem, *festino passari, o no.* *Id. pro Rosc. Com.* Potucrine est societate partem suam petere, necne.

Necnon, anche, anzi, & etiam, *Sueton. Vesp. c. 5.* Suppliciter, necnon minaciter effragitantes; *con modo supplicemente, e infeme minaccio.* *Cic. in Parat.* Necnon sæpe laudabo. *Kurtius Sueton. de illust. Grammat.* Necnon etiam poemata faciebant ex tempore. *Virg. Æn. 3. v. 352.* Necnon & Teuceri socia simul urbe fruuntur. *Sic alibi sæpe.*

Neco, as, avi, atum, vel necui, necum, a, i. *uccidere, ammazzare, & c.* Ger. *toetsen*, Gal. *tuer*, Hisp. *matar*, αὐτὸν, ἔθανον, occido, interimo, interficio, a *vixus, mortuus.* *Diomedes, & Priscianus* ita distinguerunt præterita, ut *necavi* sit, quasi terro occidi, *necui*, quasi suffocavi. Verum hoc non semper servatur. *Curt. l. 4. c. 10.* Quem tuorum propinquorum necavi! *Cic. ad Q. Fr.* qui plebem fame necaret. *Lucres. l. 6. v. 787.* odore hominem necare. ¶ Nec de homine tantum dicitur, sed de aliis quoque. *Col. l. 2.* Sic omnes radices herbarum præruptæ necantur. *Plin. l. 22. c. 25.* Necare legumina. ¶ Translate *Senec. Hippol. v. 452.* Quid te coeres, & necas rectam indolem? ¶ Participio *necui* usus est *Enn. apud Priscian. l. 9.* Hos pestis necuit, pars occidit illa duilis. Et *Phædr. fab. 18. l. 4.* Colubra necuit hominem.

Necopinans, tis, non opinans, *colto all'improvviso.* *Cic. Fam. 13. ep. 18.* Eique necopinanti voluntatem tuam detulisse. *Phædr. l. 5. Fab. 7.* Concidit gravi casu necopinans. *Lucres. l. 3. v. 973.* necopinanti mors ad caput affuit. ¶ Sæpe in duas voces dividitur, nec statui re vera potest quod modo Veteres scriperint.

Necopinatio, V. Opinatio.

Necopinus, a, um, adject. inopinus. *Stat. Theb. 6. v. 592.* brevemque fugam necopino sine reponunt. *Sil. l. 14. v. 189.* Et struit arcana necopina pericula cura. *Phædr. l. 1. fab. 8.* Ipsum accipiter necopinum rapit. ¶ Legitur & *necopinus* divinum.

Necromantia, æ, f. *negromanzia*, Ger. *verschwörung aus den verstorbenen*, Gall. *necromantie*, Hisp. *negromancia*, νεκρομαντία, divinatio per cadavera, & umbras mortuorum evocatas ad sua cadavera. *Lactant. l. 2. c. 16.* Necromantia, & ars magica. Adde *Augustin. l. 7. de Civ. Dei, c. 35.* ¶ Alio sensu *Plin. l. 35. c. 11.* de *Nicia piflore*, Opera eius Nemea, *Hyanthius*, Liber pater, Necromantia Homeri. h. e. e Odyssæ pars, in qua inducitur Ulysses ad inferos descendens, & eum mortuorum umbris verba faciens. Sunt qui hic leg. *necyomantia*, quod idem est. nam *vixus* idem sonat ac *νεκρός*.

Necrothytus, a, um, *νεκροθύτος*, umbris inferorum dicitur, oblatas per sacrificium, a *νεκρός, mortuus*, & *θύς, sacrificio.* *Tertul. de Spect. c. 13.* Ab idolochythis, & necrothythis voluptatibus abstinere.

Nectar, aris, n. *nectare*, Ger. *der goetter trank*, Gall. *nectar*, Hisp. *nectar*, & *nectar*, potus Deorum, ut ambrosia cibus est. Græci promiscue & ambrosiam pro nectare, & nectar pro ambrosia ponunt, ut Anaxan-

drilis, Sapphus, & Alcanis locis comprobatur. *Athen. l. 2. Cic. 1. Tusc.* Non enim Ambrosia Deos, aut nectare, aut Juventute pocula ministrante lætari arbitror. ¶ Per translationem usurpatur pro quovis vino dulciore, & pro ipso etiam melle. *Virg. 4. Georg. v. 164.* Est dulci distendunt nectare cellas. *Stat. l. 2. silv. v. 99.* Bacchæum nectar. ¶ *Lucres.* de grato odore l. 2. v. 847. nectar qui narius halant.

Nectaræa, æ, f. herbæ genus, al. Helenion, Medica, Symphyton. *Plin. l. 14. c. 16.*

Nectaris, a, um, *νεκταριος*, quod nectaris saporem refert, aut odorem, *Marzial. l. 13.* Falernum nectarum. *Claud. de nupt. Honor.* Flores nectaræi. Nectarites, m. potio ex herba nectaræa. *Plin. l. 14. c. 16.*

Necto, is, nexui, & nexi, xum, a. 3. *legare, annodare*, נָצַר, Germ. *knuepfen*, Gall. *nouer, lier ensemble*, Hisp. *travar nudar*, ἠλεω, ligo, jungo, a *via*, quod tum nere notat, tum etiam congerere, ut *Hesych. doct. Hor. l. 1. c. arm. od. 29.* Non ante devictis Sabææ Regibus, horribilibi Medo nectis catenas. *Cic. de Leg.* Atque ut ex alio nectantur. *Propert. l. 4. eleg. 3. v. 48.* Africus in glaciem frigore nectit aquas. *Horat. l. 1. od. 26.* apricos necte flores, necte meo Lamiz coronam. ¶ Translate nectere dolos alicui, est dolo circumvenire. *Liv. l. 27. c. 28.* Ne qui dolus nectetur a Pæno. ¶ Eodem fere sensu *Propert. l. 3. eleg. 6. v. 37.* ad *rivalem.* At tibi, qui nostro nexilli retia lecto. ¶ Nectere moras, pro morari, *Valer. Flac. l. 3.* ¶ Nectere causas inanes. *Porter cause frivole.* *Virg. 9. Æn.* ¶ Nectere carmina, *far vers.* *Stat. l. 2. silv. 2.* ¶ Nectere lædera. h. e. jungere. *Flac. l. 3.* ¶ Præter. *nexui* legitur in compositis. V. *Innecto*.

Nectus, V. Necatus.

Necubi, adv. *che non in qualche luogo, μήπου*, ne alicubi, idest ut ne in aliquo loco. *Liv. l. 22. c. 2.* Necubi confisterè coactis necessaria ad usum deessent. *Var. l. 1. de R. R. c. 45.* Videndum, necubi aqua consistat. ¶ Ponitur etiam pro ne unquam, seu ne aliquo tempore, item pro ne ulla in re. *Liv. l. 2.* Necubi Regum desiderium esset. *Lucan. l. 9. v. 1058.* Necubi suppressus perat gener.

Necunde, adv. *che non da qualche luogo, μήπουθεν*, ne ex aliquo loco. *Liv. l. 28. c. 1.* Necunde ab stationibus Punicis conspiceretur. *Id. l. 22.* Necunde impetus in frumentatotes fieret.

Necunquam nec unquam quenquam. *Fest.*

Necydalis, m. 2. *νεκυδάλος*, genus vermliculi, aut insecti, quod deinde post sex menses transformatur in bombycem. *Plin. l. 11. c. 22.*

Necyomantia, V. Necromantia.

Nedum, adv. *non pure, non che, μήκα, μήτι*, non solum, non modo. Plerumque subjicitur, & servit parti deteriori, & negatio præcedit. *Cic. Att. l. 4. ep. 17.* Ut eas ne librarii quidem fere committamus, nedum cuilibet. *Id. in Fam. 16. ep. 8.* Vix in ipsis tectis frigus vitatur, nedum in mari, & via sit facile, abesse ab injuria temporis. ¶ Aliquando etiam in primo membro collocatur, vel in secundo, et si non præcefferit negatio. *Bulbus, & Oppius ad Cic. post. ep. 8. l. 9. ad Att.* Nedum hominum humilium, ut nos sumus, sed etiam amplissimorum virorum consilia ex eventu probari solent. *Hor. de ar. poet. v. 68.* mortalia facta peribunt, Nedum sermonum stet honos, & gratia vivax. *Liv. l. 7. c. 40.* Quem armorum etiam pro patria fatietas tenebat, nedum adversus patriam.

Nefandus, a, um, *nefando, da non dire*, Germ. *unfänglich*, Gal. *qui n'est point a dire*, Hisp. *cosa indigna de ser dicha*, ἀνάστος, quod non est fandum. *Cic. de Arusp. resp. c. 20.* Per nefandum scelus. *Virg. Æn. 1. v. 543.* Ad sperate Deos memores tandi, atque nefandi. *Justin. l. 16. c. 4.* Nefandissima quæque tyrannicæ crudelitatis exercuit.

Nefans, antis, o. idem ac nefandus, apud *vet. Lucil. l. 7. apud Non. c. 8. n. 48.* Tantalus qui pænas ob facta nefantia luit.

Nefarie, adv. *scelleratamente, scelerate, impie.* *Cic. 2. Verr.* Cum multa in Deos, hominesque nefarie, fecerit. *Id. Div. in Ver. c. 12.* Quæ libidinose, quæ nefarie fecerit.

Nefarius, a, um, *ribaldo, nefando*, נְבִירָה, Germ. *vollter schand*, Gal. *plein de mechancete*, Hisp. *vellaco, malvado*, ἀνόσιος, ἀδύμιος, nefandus, scelestus, facilligens, profugatus, perditus; nequam a *ne*, & *fari*, quasi adeo sceleratus, ut eum ne fari quidem, hoc est nominare debeamus. *Cic. pro Rosc. Amer. c. 13.* Nefarium facinus. *Id. 1. Offic.* Nocentem aliquando, & nefarium, impiumque defendere. *Cels. l. 2. B.C.* Nefarium scelus.

Nefas, n. indecl. *scellerità, scelleraggine*, נְבִירָה, Ger. *schand*, Gal. *mechancete*, Hisp. *maldad, vellaqueria*, το ἀδύμιος, ἀδύμιος, impius facinus, & execrabile, a *ne*, & *fas*. *Cicer. 3. de nat. Deor.* Quem Ægyptii nefas habent nominare. *Id. pro Mil.* Cui nihil unquam nefas fuit nec in facinore, nec in libidine. *Juven. sat. 13.* Credebant hoc grande nefas, & morte piamdum. ¶ Sumitur etiam adjectivè. *Cic. de Sen.* Quia profecto videritis, nefas esse dictu, miseram fuisse talem fenecutem. *Hor. l. 1. od. 24.* levius sit patientia quidquid corrigere est nefas. h. e. quidquid corrigi non potest. ¶ Interdum usurpatur ut interjectio, quemadmodum & *malum.* *Virg. 8. Æn. v. 687.* sequiturque (nefas!) Ægyptia conjux. ¶ Per fas, & nefas, in ogni modo; a ragione, o a torto. *Liv. l. 6. c. 14.* Id vero accendit animos, ut per omne fas, & nefas secuturi vindicem libertatis viderentur.

Nefastus, a, um, *scellerato, ἀδύμιος*, nefarius, a *ne*, & *fastus*. *Hor. l. 1. od. 35.* Quid intactum nefasti relinquimus? *Cic. 2. de Leg. c. 8.* Quæque augur injusta, nefasta, vitiosa, dira dixerit, irrita, inestactaque sunt. ¶ Nefasta terra, infauista, & ominosa. *Liv. l. 6. c. 28.* Neque terra sit nefasta victoriz suæ. Sic nefastus frutex apud *Plin. l. 20. c. 11.* ¶ Nefasti dies, ἀτοφάδες ἡμέραι, ἀνάκτορος, & ἀπρακτορος, dicebantur, quibus non licebat Prætori fari tria illa verba solemnia, *Do, & c.* ¶ *addico*, idest lege agere, seu jus dicere, qui in Calendario litor. ¶ *quatabantur.* *Var. l. 3. de L. L. & Ovid. 1. Fast. v. 47.* Ille nefastus est. ¶ *quodcumque* tria verba silentur. ¶ His diebus ne Magistratus c. 45. ¶ *quodcumque* nulli cum populo licebat, idest habere Comitia. *Liv. l. 1. c. 19.* ¶ *quodcumque* prius est unctus, factosque dies fecit, quia aliquando nihil cum populo. ¶ *quodcumque* non erat. ¶ Nefrendes dicebantur, ut *Ateus Capito* scripti. ¶ *quodcumque* neponitrendes, idest frangentes. vel, ut *Q. Mutius*. ¶ *quodcumque* vel, ut *Var. l. 2. R. R. c. 4.* porci, primo illo tempor. ¶ *quodcumque* de amoti sunt, a *ne*, & *frendus*, idest sonum edens den. ¶ *quodcumque* metonymice frangens dentibus, quia nondum solidum. ¶ *quodcumque* abam, trendere, seu frangere possunt. Alii dicunt, nctrendes, renes esse, alii testiculos. Hæc *Festus*. ¶ In sing. numero *Liv. apud Fest.* Quem ego nctrendum alui, lacteam immulgens opem.

Negabundus, a, um, negans. *Fest. ex Carone.*

Negans, antis, o. partic. a *nego*, seu nomen ex participio. *Cic. in Top.* Sunt etiam valde contraria alia, quæ appellantur negantia, ea ἀποφάντα. Græci, contraria aientibus, ut Si hoc est, illud non est.

Negantia, æ, f. idem ac negatio. *Cic. in Top. c. 14.* Deinde addunt conjunctionem negantiam.

Negatio, onis, f. 3. *negazione*, נְבִירָה, Ger. *leugnung*, Gal. *negacion*, Hisp. *negacion*, ἀποφάνσις, ἀποφάνσις, inficiatio, & est magis facti, vel dicti, quam petitionis, vel postulationis. *Cic. in Partis.* Negatio, inficiatioque facti.

facti. *Id. pro Syl.* Eandem vim esse negationis hujus. ¶ Metonymice negatio apud Grammaticos accipitur pro particula negativa, *non, nec, nemo, &c.*

Negativus, a, um, *chi nega, ἀρνητικός*, quod negat, ut Dictione negativa. *Cajus Jctus l. 237. de verb. signif.* Duobus verbis negativus.

Negator, oris, qui negat. *Tertul. adv. heret. c. 11.* Fidem meam deferens, negator invenior. *Prudent. Cathem. l. v. 58.* Flevit negator denique.

Negatorius, a, um, adject. ad negandum interveniens, negativus, ut negotiorum actio. *Ulpian. Dig. l. 7. tit. 6. leg. 6. ad fin.*

Negatrix, icis, quæ negat. *Prudent. Apotheos. v. 549.* triumphat Gens infida prius, Christi sed vita negatrix Subditur imperio. Adde *Tertull. de Idol. c. 23.*

Negatus, a, um, *negato*, partic. a negot. *Ovid. 3. Amor. eleg. 4. v. 17.* Nititur in veritum semper, cupimulque negata.

Neglo, as, a, i. freq. a nego. *Plaut. Merc. prol. v. 50.* Negitare adeo me natum suum. *Lucres. l. 4. v. 911.* Ne fieri negites, quæ dicam, posse.

Neglecte, adverb. negligenter. *Hieronym. epist. 25. ad Paulam, c. 1.*

Neglectum, adv. negligenter. *In quodam epigr. quod Petronio attribuitur, inter Catalde Scalig. l. 1. pag. 208.* Non amo neglectum, mihi quæ se comit amica.

Neglectio, onis, f. idem ac neglectus. *Cic. pro Mur. c. 4.* Neglectio amicum improbitatem coarguit.

Neglectus, us, m. *disprezio, ἀμελεια*, contemptus, contemptio. *Ter. Heaut. 2. 3. 116.* Hæc res neutiquam neglectus est mihi. Al. leg. *neglectus. Plin. l. 7. c. 51.* Jam signa lethalia: In furoris morbo risum, sapientie vero ægritudine, sibi curam, & stragule vestis plicaturas, a somno moventium neglectum, &c.

Neglectus, a, um, *sprezzato, καταφρονήσις*, contemptus. *Ovid. 3. de Art. Facies neglecta peribit. Cic. 3. Fin. c. 20.* Ipsi abjecti, neglectique. *Stat. 7. Theb. v. 165.* Scilicet e cunctis ego neglectissima natis.

Negligens, ntis, adject. *o. negligente, non curante*, qui negligit, tardus, indiligens, *ἀμελής*. Varie constituitur. *Cic. Verr. 5. c. 62.* Sociorum, atque amicorum negligenter. *Id. 13. Fam. epist. 1. ad fin.* Me in se negligentem putabit. *Id. de Amic.* In amicis eligendis negligentes esse. *Juv. in Tiber. c. 69.* Negligentior circa Deos, ac religiones. *Plin. l. 4. epist. 13.* De alieno negligens, de suo diligens. ¶ Accipitur interdum pro prodigio, qui scilicet rem familiarem negligit. *Cic. Fam. 3. epist. 8.* Non potui in illo sumptu non necessario negligens esse. *Suet. in Galb. c. 14.* Modo parior, modo negligentior. ¶ Negligentior barba, h. e. negligentius culta. *Sen. epist. 5.* ¶ Superlat. *negligentissimus* legitur apud *Latinum Patat. in Paneg. Theodos. c. 31.* quamvis *Civinejus* mavult legi *neglectissimus*.

Negligenter, adv. *con sprezzato*, per contemptum. *Sueton. de clar. Gramm.* De injuriis, quas preteffores negligenter ab ambitione parentum acciperent. ¶ Fere accipitur pro non diligenter, *negligentemente*, Gall. *negligemment*, Hisp. *negligentemente, ἀμελώς*, *Cicer. pro Rosc. Com.* Quid est, quod negligenter scribamus ad veritatem? *Id. in Orat. c. 11.* Multa apud alterum negligentius. *Sen. epist. 63.* Qui cum negligentissime amicos habeant, miserime lugent.

Negligentia, æ, f. *sprezzato, καταφρονήσις*, contemptus, a *negligo*. *Ter. Phorm. 5. 8. 27.* Nam neque negligentia tua, neque id odio feci tuo. idest quod te negligam. *Cic. 2. de Orat.* Quorum rerum negligentia perlassit causas, & maxime privatas videmus amitti. ¶ Plerumque sumitur pro indiligentia, incuria, pigritia, *negligenza*, *Ger. liederligkeit*, Gal. *negligence*, Hisp. *negligencia, ἀμελεια*, *Cic. 1. Offic.* Tantum quæ tugiast agreffem, & inhumanam negligentiam. *Quintil. l. 1. c. 3.* Negligentia aliquid faciendi.

Negligo, is, exi, ctum, a. 3. *sprezzare, non far conto, נחל*, *Ger. nicht absehen*, Gal. *mepriser*, Hisp. *menospreciar, ἀφρασίω*, contemno, non curo, a *neg*, & *lego*, quæ notat eligere. Hinc in quibusdam *Terentii*, & *Plauti* editionibus *neglego* legitur. *Cic. 14. Fam. epist. 4.* Periculum fortunatum, & capitis sui pro mea salute neglexit. *Id. pro Cluent.* Prætermitti ab aliquo, est negligi. *Cæf. lib. 1. B. G.* Se injurias non neglecturum. *Cic. in Orat.* Verba verbis coarguente negligat. *Horat. l. 1. ad. 28.* Negligis immunitis nocturam Postmodo te natis fraudem committere? *Non hai riguardo.*

Nego, as, a. 1. *negare, שׂרר*, *Ger. nein sagen*, Gal. *nier*, Hisp. *negar, απόφρασις, ἰκαρρομαι*, incior, inficias eo, quasi *neago*, a *nec*, & *ago*. *Cic. in Brut.* A Mævio, si fateris, fumpfisti multa, aut si negas, furrupisti. *Ter. Eun. 4. 4. 47.* Modo ait, modo negat. *Cic. in Top. c. 11.* Sunt uentantia contraria aientibus. ¶ Significat etiam recusare, nolle dare, aut facere. *Ter. Andr.* Non dubitat, quin te ducturum neges. *Juv. sat. 1.* Si natura negat, facit indignatio versum. *Ovid. Heroid. 3.* Opem negavit patriæ. *Lucan. l. 8. de Pompejo fugiente.* Cornipedem exhaustum cursu, stimuluque negantem Magnus agens. h. e. procedere recusantem, licet simulis ageretur. ¶ Elegans est hujus verbi usus apud *Curr. l. 4. c. 1.* Negaverunt, quemquam patrio more in id fastigium recipi, nisi regia stirpe ortum. *Protestatione, che mai, &c.*

Negotialis, & le, o. 3. *πραγματικός*, ad negotium pertinens. *Quintil. l. 2. c. 21.* Eique locum in Ethice negotialem assignat. idest *πραγματικός*. ¶ Constitutio negotialis, est pars constitutionis generalis, in qua queritur de jure ex more, & æquitate civili. *Cic. 1. de Invent. c. 11. & l. 2. c. 21.*

Negotians, antis, *negotians*, negotiator. *Inscript. apud Gruter. pag. 640. n. 4. Ti. Claudius Ti. filius negotians ferrarius.*

Negotiatorius, V. Negotiatorius.

Negotiatio, onis, f. *negotiazione, ἐμπολή, ἐμπόρια*, actus negotiandi, mercatura. *Cic. l. 6. Fam. epist. 8.* Ut ad reliquias Asiaticæ negotiationis proficere. *Sueton. in Vespas. c. 16.* Negotiationes quoque vel privato pudendè subit. m. exercuit.

Negotiatio, f. *negotio, negotiatio, mercatante, נהר*, *Ger. handelsmanu*, Gal. *æc*, quæ est *iniquetur*, Hisp. *negociador, mercador, ἐμπόρος, ἐμπόριον*, qui nasciturus, mercator. *Cic. l. 1. ad Q. F.* Improbos negotiatorum tendit. *Mide publicanus. Quintil. l. 1. c. 12.* Mercis sordidæ negotiatorum *ἀγαθός*. hui aliorum negotia exercet, præfectus negotiationi. *Labeo, l. Leg. Jtruis ff. de leg. 3.* Negotiatores servi videntur, qui præpositi sunt negotii exercendi causa, veluti qui ad emendum, aut locandum, & conducendum præpositi sunt.

Negotiatorius, a, um, adject. ad negotiatorem, vel ad negotium pertinens. *Popsic. in Firmo. c. 3.* Naves quoque ad Indos negotiatorias misit, *navi mercantili*. Sunt qui minus recte legant *negotiaris*.

Negotiatrix, icis, quæ negotiatur. *Tertul. l. 2. adv. Marcion. c. 3.* Bonitas apparuit boni negotiatrix. *Plaut. Jctus l. 32. ff. de aur. arg. leg.* Cum testatrix negotiatrix fuerit.

Negotinnumius, a, um, adject. nummos acquirens, lucrum affersens. *Apul. l. 10. Metam.* Adventorum negotinummia basiola.

Negotiolum, n. 2. *faccendetta*, exiguum negotium. *Cic. ad Q. Frat. l. 3. ep. 4. ad fin.* Erit nescio quid negotioli.

Negotior, aris, atusum, d. 1. *negotzare, trafficare, נהר*, *Ger. bandesterten*, Gal. *negocier, s'adonner au negere*, Hisp. *negociar, πράγματίζωμαι*,

ἐμπορέω, negotia exerceo, mercaturæ operam do. *Cic. l. 3. Off. c. 14.* Cum se Syracusas otandi causa non negotiandi contulisset. *Idem Serv. Sulp. l. 13. Fam. M. Curius*, qui Patris negotiatur. *Colum. lib. 12. in præfat.* Negotiari aliquo genere mercaturæ. ¶ Negotiari animas. *Plin. l. 2. c. 29. de medicis.* Nec dubium est, omnes istos famam novitate aliqua occupantes animas statim nostras negotiari. hoc est anima, & vita nostra ad quæstum, & negotiationem suam abuti.

Negotiositas, atis, f. negotiorum, seu rerum agendum multitudo. Ita vertit *Gel. l. 11. c. 6.* *πραγματικὴν* vocem *πολυπραγμοσύνην*.

Negotiosus, a, um, *pieno di faccende*, *Ger. geschäftig*, Gal. *qui a beaucoup d'affaires*, Hisp. *que tiene muchos negocios, πρᾶγματῶν*, negotii plenus. *Cic. pro Mur. c. 28.* Provinciam Holtiensem non tam gratiosam, & illustrem, quam negotiosam, & molestam. ¶ Negotiosus dies, profecti, diebus sacris oppositi. *Tac. l. 13. Ann. c. 41.* Eoque oportere dividi sacros, & negotiosos dies, *giorni da lavoro*. ¶ Negotiosum tergum, a *Plauto* dicitur *Mil. 2. 5. 37.* quod plagis exercetur. ¶ Gradus sunt *negotiosior* apud *Sen. l. 2. de Ira c. 13.* *Negotiosissimus*, apud *August. epist. 54.*

Negotium, tii, n. 2. *negozio, affare, נהר*, *Ger. ein geschäfte*, Gal. *negote*, Hisp. *negocio, πράγμα*, occupatio in aliqua re, a *nec*, & *otium*, quasi non otium, hoc est opus, seu operatio, e in g, converso. *Cic. 1. Offic.* Peregrini officium est, nihil præter negotium suum agere. ¶ Aliquando accipitur pro labore, opere. *Cic. Fabio.* Plurimum in eo negotii habui. ¶ Aliquando pro cura, molestia, sollicitudine. *Cic. Att.* Negotium magnum est navigare, atque id mense Quindili. ¶ Aliquando pro controversia, vel diffensione. *Cic. Att. l. 7.* Veruntamen video, mini cum homine audacissimo, paratissimo negotium esse. ¶ Item pro remedio. *Plaut. Capt. 3. 3. 10.* Neque de hac re negotium est, quin male occidam. idest nullo remedio occurrere potest, *non v'è negozio*. ¶ Item pro mercatura. *Horat. l. 1. ep. 6. v. 33.* Cave, ne portus occupet alter, Ne Cybatica, ne Bithyna negotia perdas. ¶ Ita negotium est. ita oportet, sic res postulat. *Plaut. Mil. 2. 6. 43.* ¶ Est mihi negotium, *ho interesse*, *Ter. Adel. 4. 5. 8.* Mirabar, quid hoc effect negotii tibi. ¶ *Negotium dare*, est in mandatis dare, mandata dare, *dar' incombenza. Cic. l. 5. Fam.* Non habui, cui potius id negotii darem, quam Tullio scribere. *Id. in Præf. urb.* Negotium dat illis nequissimis comitibus, ut videant, & intelligant. ¶ *Faccere negotium*, est molestiam exhibere. *Cic. App. Pulch.* De temeritate eorum, qui tibi negotium facerent. ¶ Eodem pacto dicitur, negotium alicui exhibere. *Id. in nat. Deor. c. 30.* pro quo *Plaut. Jctus l. 1. recept. Jentent. tit. 5.* comparare alicui negotium, dixit, & *Quintil. l. 5. c. 12.* Negotium facere. ¶ Nullo negotio. h. e. facile, *facilmente. Cic. ad Att.* Quod nullo negotio faceret amicum mihi Cæarem. ¶ Et per interrogationem. *Id. l. 1. Tufe. c. 6.* Quid est negotii, hæc poetarum, ac pictorum portenta convincere? *che gran faccenda?* ¶ Suum negotium bene gerere, *far la sua parte, far bene i fatti suoi. Cic. pro Quint.* ¶ Negotium conficere, curare, procurare, agere, & similia quamplurima *Ciceronis* passim sunt, & aliorum.

Negritu, in auguriis significat ægritudine. *Fest.*

Negumare, negare. *Fest.*

Nelides, æ, vel per Synæresin Nelides, m. i. filius, vel alius ex posteris Nelei. *Ovid. 12. Met. v. 553.* Bis sex Nelidæ fuimus.

Nelius, a, um. V. Nelus.

Nelusus, m. 2. *Νηλεύς*, Neptuni filius ex Tyro Nympha Salmonei filia, qui a Pelia tratre pulsus ex Thæssalia in Laconiam venit, ubi Pylon orbem condidit, cujus Rex fuit. *Hom. 11. Odysf.* Huic uxori fuit Chloris, Amphionis Orchomeni Regis filia, ex qua duodecim filios suscepit, quos postea omnes una cum patre, præter unicum Nellorem tum forte ablegatum, Hercules everfa Pylo intertexit. *Ovid. 12. Metam.*

Nelusus, & Nelusius, a, um, adject. a Neleo. *Ovid. 6. Metam. v. 418.* Et Nelea Pylos. *Idem Heroid. epist. 11. v. 63.* Nos Pylon, antiqui Neleia Nestoris arva.

Nema, atis, n. *νήμα, filum, a via, neo*. Hinc nema fericum. *l. 16. ff. de Publican.*

Nemaufenfis, e, adject. ad Nemaufum urb. pertinens. *Plin. l. 3. cap. ult.* Nemaufenfisbus attributa oppida.

Nemaufum, i, n. *Nimes*, urbs Galie Narbonensis trans Rhodanum, Amphitheatrum Romanum ad hæc usque tempora conservans. V. *Lips. de Amphitheatro. Plin. l. 3. c. 4.*

Nemæa, æ, vel Nemeæ, es, i. *Τριφνη, Νεμῆα*, oppid. Peloponnesi, in Argia, Cleonis proximum, inter Cleonas, & Phliuntem, medium inter Sicyonem in Circ. & sin. Argolicum in Eur. quo nomine etiam tota regio appellata est. ¶ Eodem nomine est iuxta oppidum silva, & rupes, ubi Hercules leonem immanis magnitudinis interfecit. In cuius rei memoriam ludi postea in honorem Herculis instituti sunt, qui Nemei dicti. *Plin. l. 19. c. 8.* Hinc *Virg. Æn. 8.* Et vastum Nemeæ sub rupe leonem. *Marzial. l. 1. epigr. 27.* Non Marathon taurum, Nemeæ frondosa leonem &c. *Star. l. 1. silv. 3.* frondentis Nemeæ alumnus.

Nemeæus, a, um, *Νεμεαίος*, adject. ad Nemeam pertinens. *Ovid. 9. Met. v. 325.* Congeriem silvæ Nemeæo vellere summam. ¶ Nemeæa certamina, quæ in honorem Herculis in silva Nemeæ celebrari consueverunt: quorum victores apud coronabantur. Alii volunt instituta fuisse in honore Archemori pueri in ea silva a serpente occisi.

Nemesis, is, f. *Νέμεσις*, Dea quædam, filia Justitiæ, ut quidam volunt, Jovis, ut alii, quæ præmiis bonos ornat, & iniquis penas rependit. Habita est etiam superborum ultrix, teste *Macrob. l. 1. Sat. c. 22.* ¶ Quidam eandem esse ac Fortunam dixerunt. Eadem *Rhamnusia* dicitur, quod in Rhamnunte Asiæ oppido templum, & simulacrum Phidiacum habuerit. Romani quoque huic Deæ templum dicaverunt. *Star. l. 13. V. Gyraldum, dial. 16.* ¶ Hoc etiam nomine Tibulli amica appellata est.

Nemestrianus, m. 2. Deus nemorum. *Arnob. l. 4.*

Nemetes, m. 3. pop. Germ. super. ad Rhenum, quorum urbs Nemetum, Noviomagus, Spira. *Cæf. l. 1. B. G. c. 52.*

Neminus, m. 2. tons agri Reatini, qui ortum mutans, annonæ quoque mutationem portendit. *Plin. l. 2. c. 103.*

Nemo, neminis, com. *nessuno, niuno, נהר*, *Ger. niemand*, Gall. *nul, pas, un, aucun*, Hisp. *ninguno, nadie, nadie*, nullus homo, a *ne*, & *homo*, vel potius a *ne*, & *prisco hemo*. *Fest.* Dicitur de solis hominibus. *Cic. 1. de Or.* Nemo ingemuit, nemo inclamavit patronorum. *Plaut. Caf. 2. 2. 12.* Vicinam neminem amo merito magis, quam te. ¶ Per Pleonasmum a *Terentio*, *Catone*, *Cicerone* dicitur *nemo homo. Cic. l. 13. Fam. ep. 55.* Ut hominem neminem plus faciam. *Id. Attic. l. 8. ep. 2.* Neminem omnium hominum plus facio. ¶ *Ufurpatio* & cum præpositi. e, ex, de. *Cic. pro Font.* Nemo ex tanto numero est, quin &c. *Id. l. 1. Fin.* Sic ut plura nemini e nostris. *Id. l. de Orat. c. 43.* Nemo de iis, qui peritissimi sunt. ¶ *Nemo alius, niun' altro. Cic. Attic. 11. ep. 9.* Alium, cui commendem, habeo neminem. ¶ *Nemo quin, nemo qui non. Cic. 6. Fam. ep. 4.* Nemo est quin cogitet. *Id. 5. Tusc. l. c. 22.* Adhuc neminem cognovi poetam, qui sibi non optimus videre-

videretur. ¶ *Nemo non*, pro omnes, non nemo, pro aliquis. *Cic. de Amic.* Aperte adulantem nemo non videt. *Plin. l. 14. cap. 4.* Cucurritque non nemo ad spectandas uvarum strues. ¶ Sic, *nemo unus*, & *unus nemo*, pro nullus omnino. *Liv. l. 9.* Nemo unus erat vir, quo magis innoxia res Romana flaret. *Aust. ad Heren. l. 4.* Unus omnes artis partes conseqni nemo potuerit. ¶ Aliquando, sed raro, de aliis rebus usurpatur, præter hominem. *Prudent. in Rom. v. 744.* Dies nemo. ¶ Item pro ullus. *Cic. l. 9. Fam. ep. 14.* Contingit enim tibi, quod habet scio an nemini, ut & non *fo, je ad altri*. ¶ Jungitur interdum *nemo* cum negationibus, quæ nihil efficiunt. *Ter. Eun. 1. 2.* Habeo hic neminem neque amicum, neque cognatum. *Liv. l. 3. c. 11.* Nemo non lingua, non manu promptior in civitate habebatur. h. e. ut lingua & c. ¶ Significat aliquando nullius momenti. *Cic. 7. Attic. ep. 3.* Me moverat nemo magis, quam is, quem tu neminem putas.

Nemorâlis, & le, o. 3. *di felva, ôladis*, quod ad nemus pertinet. *Martial. lib. 13. epigr. 19.* Mittit præcipuos nemoralis Aricia porcos. idest quæ est iuxta nemus, vel quæ nemoribus circumferta est. *Ovid. l. 1. de art. am. v. 259.* Templum nemorale Dianæ. *Id. 3. Amor. eleg. 1. v. 5.* Umbra nemoralis.

Nemorânis, & le, o. 3. ad nemus pertinens, idem ac nemoralis. *Col. l. 9. c. 4.* Sed ex omnibus determinat notæ mel habetur nemorensis, quod ex sparto, atque arbuto provenit. ¶ Nemorensis rex, erat Rex ferorum in nemore Dianæ, quod erat in sinistra via, qua Ariciam iitur. Lucus enim ille, teste Spontino, peculiariter nemus appellabatur. *Suet. in Calig. c. 35.* Nemorensi Regi, quod multos jam annos potiretur Sacerdotio, validiorum adferiarum fubornavit.

Nemorivâgus, a, um, *ôλακίτης*, quod in nemore vagatur. *Catul. in Berynthia, carm. 64.* Ubi cerva sylvicultrix, ubi aper nemorivagus. **Nemorôsus**, a, um, *ôλώδης*, nemoribus abundans. *Virg. 3. Æn.* Jam medio apparuit fultu nemorosa Zacynthos.

Nemos, f. 2. Nemus, *Nemi*, castr. Latii, in Campania Romana, juxta lac. Nemorensem, in colle.

Nemossus, i, urbs metropolis Avernorum. *Lucan. l. 1. v. 419.*

Nempe, adv. *certainente, appunto, cioè, γὰρ*, Germ. *nemlich*, Gal. *c'est à dire, a savoir*, Hisp. *es a saber*, *δὴλαδὴ*, nimirum, quippe, scilicet, videlicet, & *nam*, & *pe*. Pe autem est a Græco *πῆ*, vel *πε*. *Plaut. Men. Nampen jubes?* M. Jubeo hercle vero. *Cic. pro Flac. Si dat tantam pecuniam Flacco, nempe idcirco dat, nec rata sit emptio.* ¶ Sæpe adverbium est confirmantis, seu respondendi vim elegantem habet post nostram ipsorum interrogationem. *Cic. pro Mil. Quid ergo tulit Pompejus? nempe ut quæreretur.* *Plaut. Merc. 4. 4. 36.* Scio jam quid veis: nempe hinc me abire vis. *Ly. Volo, inquam.* *Cic. Tusc. 5. c. 5.* Nempe negas, ad beate vivendum satis posse virtutem? *Sicché dunque tu nieghi?*

Nemus, oris, n. bosco, *selva*, *בוש*, Ger. *Iustwald*, Gal. *bois*, Hisp. *boique, moheda, foto, y nemos, ôλη, sylva*, præsertim quæ voluptatis causa comparata est, & in qua greges, atque armenta pascuntur, a *νῆμος*, quod a *νῆμος*, pascio. *Festus*. Nemora significant sylvas æmænas. *Cic. de Arusp. Resp.* Hanc, inquam, accipimus agros, & nemora cum quodam strepitu, fremituque peragrare. ¶ Differt nemus a silva, inquit *Valia*, quod hæc cedua est; a lucco, quia religiosus est; a saltu, quia in eo jumenta pascuntur. Verum si traditæ etymologię fidem adhibemus, nemus, & saltus idem sunt. Cæterum hæc omnia promiscue a latinis scriptoribus usurpantur.

Nemut, nisi etiam, vel nempe. *Cato apud Festum.*

Nenia, fve nœnia, & nœniæ, arum, f. i. *νηνιας, ἀπικτήσις, μορφή*, carmen funebre, præcipue ultimum illud, quod in funere laudandi gratia cantabatur ad tibiam ante cadaver sepultum. *Cic. 2. de Leg. c. 14.* Honoratorum virorum laudes in concione memorentur, easque etiam cantu ad tibicentem profæquantur, cui nomen nœniæ, quo vocabulo etiam Græci cantus lugubres nominant. *Festus*. Nœnia est carmen, quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam. *Non*. Nœnia ineptum, & inconditum carmen, quod adducta pretio mulier, quæ prætica diceretur, iis, quibus propinqui non essent, mortuis exhiberet. Adde *Quintil. l. 8. c. 3.* Hinc *Sueton. in August. esp. 100.* Funus triumphalis porta ducendum, canentibus nœniam principum liberis. ¶ Apud *Sidon. l. 7. ep. 17.* Nœnia sepulchralis est epitaphium sepulcro inscriptum. ¶ Translate dicitur de quocunque lugubri carmine. *Plaut. Pseud. 5. 1. 37.* Id fuit nœnia ludo. h. e. id ludum in luctum mutavit. *Id. Trucul. 2. 1. 3.* Huic homini amanti mea hera dixit nœniam de bonis: nam fundi & ædes obligatæ sunt ob amoris prandium. *Id. Bacch. 4. 8. 48.* Te faciam, si tu me irritaveris, confossorem foricina nœnia. *V. Confossus. Horat. l. 2. od. 1. Post enumerata mala ex bello civili:* Sed ne relictis Musa proxaci jocus *Cæ* retractas munera nœniæ. Ubi simul innuit, a Simoneide Cæo hoc genus carminis primum institutum fuisse. ¶ Item de quovis sermone, aut scripto nugatorio, aut nullius momenti. *Horat. l. 1. ep. 1. v. 62.* Rofcine, dic fodes, melior lex, an puerorum nœnia? *Phædr. l. 3. Fab. 1.* Lexefne potius viles nœnia? ¶ Denique nœnia est genus edulii frustillatim concitii, ut docent Interpretes ad illud *Arnobii l. 7.* Quid tædæ, quid nœniæ, quid offæ?

Nœnia, f. 1. Dea, quæ tunicibus, seu carminibus funebribus præerat, cui sacellum a Romanis dedicatum fuit extra Portam Viminalem. *Fest. August. l. 6. de Civ. c. 9.*

Nenu, non, apud veteres. *Lucil. apud Non. c. 2. n. 580.* Nenu molestum est. *Lucrer. l. 4. v. 713.* Nenu queunt rapidi contra consistere leones.

Neo, es, evi, etum, a. 2. *νήσιν*, Ger. *Spinnen*, *neen*, Gal. *filer*, Hisp. *hilar, rêu, νήσιν, κλωστή*, filum torqueo, vel duco. *Plin. l. 33. c. 3.* Superque omnia netur, ac textitur lanæ modo, & sine lana. *Ovid. de medicam. faciei, v. 14.* Assiduo durum pollice nebat opus. *Id. 2. Fast. v. 771.* Sic fedit, sic culta fuit, sic flamma nevit. *Tibul. l. 3. eleg. 3. v. 36.* Stamina quæ ducunt, quæque futura neunt. Ubi neunt pro nent positum est, pleonasmus. *U. Scalliger* hoc loco neunt non a neo, sed a neo ducendum putat, quemadmodum abnuco pro abnuo dixit *Ennius*. Verum si a neo sit, *neuns* dici debere videtur. Alii putant hic usurpari *neo, neis*, in tertia conjugatione. ¶ *Ovid. l. 1. de Pont. el. 8. ad fin.* Nerunt fatales fortia fila Deæ. *Justin. l. 1. c. 3.* Invenit cum colo nentem. ¶ Particip. *neus* V. suo loco.

Neocrûs, i, *νεοκρῶς*, qui templi custodiam habet. *Firmic. l. 3. c. 7.*

Neomenia, f. i. *νεομηνία*, novilunium, vel prima dies Lunæ, aut mensis. Græci enim suos menses ad Lunæ cursum dirigebant, & a primo novilunii die menses suos aufpicabantur. Hinc ad nœmenias latinas, proverb. apud *Hieronym.* quod idem est ac, ad calendas græcas, h. e. nunquam.

Neoptolémus, m. 2. *Νεοπτόλεμος*, cognomen Pyrrhi filii Achillis, a *νῆος, novus*, & *πολέμῳ, bello*, quod admodum puer ad bellum Trojanum ductus fuerit. *Cic. de Am. & 2. Tusc. & Serv. in 2. Æn.* ¶ Item rex Moliorum, pater Olympiadis, quæ Alexandrum M. genuit. *Justin. l. 7. c. 6.*

Neostrophium. V. *Nestrophium*. *Tom. II.*

Neoterice, adv. nove, recens, modernæmentæ. *Afcon. Pælian. in Divin. Verr. c. 4. ad fin.* Hoc leviter a Cicerone dictum, & neoterice putant.

Neotericeus, a, um, *νεωτερικῶς*, juvenis, recens, a *νῆωτερος, junior*, ut Scriptores neoterici, quibus antiqui opponuntur. *Aurel. Vell. de orig. Gentis R. in princip.* Ut quinquam neoterico afferavit.

Nepa, æ, f. *scorpione*, *سكّر*, Ger. *scorpion*, Gal. *scorpion*, Hisp. *alacran, scorpion*, animal venenatum, cauda terrens, alio nomine *scorpius*, cujus natura est, ut in parietum latibulis delitescat, & cum aliquid fenserit, retrocedat. *Festus* dubitat, num cancer sit, an scorpium, nempe quia utroque modo veteres usi, pro cancro *Plautus*, ut *Vossio* placet, pro scorpio *Tullius in Aræstis. Plaut. Caf. 2. 8. 7.* Recessim dabo me ad parietem, imitabor nepam. *Cic. l. 5. de Fin. c. 15.* Cornibus uti videas boves, nepas aculeis. ¶ Ponitur & pro scorpio signo cœlesti. *Cic. 2. de nat. Doct. c. 42.* Atque oculos urget pedibus, pectufque Nepai. ubi *Aratus* habet, *σκόρπιος, δὲ Σκαρπῶν τε*, & *Col. lib. 11. c. 2.* Pridie Non. Maji Nepas medius occidit. ¶ Ipsa vox *Afra* est origine, teste *Festus*.

Neparcus, a, um, adject. non parcus. *Plaut. Pseud. 1. 1. 77.* Id quidem tibi neparcus dabo. Ita leg. *Acidalius*. Alii *ne parsis*. h. e. ne peperceris. **Nepenthes**, n. indeclin. *νεπέθηξ*, h. e. tritium, & dolorem fugans, a *νῆ* particula privativa, & *πέθος, luctus*. Hoc nomine vocatur herba, quam quidam eandem ac buglossam esse putant, quod vino iniecta hilaritatem inducat. *Plin. l. 21. c. 21. & l. 25. c. 2. & 8.* ¶ Vox est ab *Homero* primum usurpata *Odysf. 4.* ubi confule ejus Interpretes.

Nepeta, æ, f. *nepitella*, herba, alio nomine pulegium agreste. *Plin. l. 20. c. 14. & Col. l. 5. c. 7.*

Nephele, es, uxor Athamantis, mater Phryxi, & Helles. Hinc **Nephelæus**, a, um, adject. ad Nephelen pertinens, ut *Nephelæum pecus*, idest aries auri velleris, qui Phryxum, & Hellen *Nepheles* filios pro mare vexit. *Valer. Flac. l. 1. v. 56.*

Nepheleus, idis, patronym. tœminii. h. e. Helle *Nepheles* filia. *Ovid. 11. Metam. v. 296.*

Nepos, otis, m. 3. *nipote*, *נכד*, Ger. *Kindes kind*, Gal. *neveu*, Hisp. *nie-so, tyyos*, qui ex filio, filiave natus est, a *νῆπος*, qua voce, *Festus* teste, ut *Theocritus*, & *Apollonius. Cic. pro Desor.* qui nepos avum in discri-men capitis adduxerit. ¶ Sunt qui filium fratris appellent *nepotem* Italico more, sed non tamen fatis latino. Sunt etiam, qui adjectione facta dicant *nepotem ex fratre*; quod multis Eruditis placuit, nondum tamen exemplo Latino probatum est. nam *nepos ex fratre* idem est ac *fratris nepos*, h. e. is, qui ex filio, filiave fratris genitus est: quod autem de filio fratris dicimus, idem intelligendum est de filio fororis. *Cajus l. 7. ff. de leg. tur.* Veluti frater ex eodem patre natus; fratris filius, nepotique ex eo. *Leg. Nemini 17. Cod. de nups.* Nemini liceat contrahere matrimonium cum sorore, fororis filia, & ex ea nepte. *Tacit. 3. Ann. c. 30.* Sororis nepotem in nomen adscivit. b. e. natum ex filio, vel filia fororis. *Suet. in Caf. cap. 17.* Cæsar Octavium fororis filium nepotem Pompeio detulit. h. e. filiam Atiæ, quæ nata erat ex Julia Cælaris forore. ¶ Qui putant fratris fororisve mæz filios dici etiam *fratris fororisve nepotes*, vel *neposes ex fratre* aut *forore*, afferunt locum *Suetonii in Caf. c. 83.* ubi ait: *Cæsar tres instituit heredes sororum nepotes, C. Octavianum, Q. Pedium, & L. Pinarium*, quia scilicet. *Pedius* & *Pinarus* nati erant ex Julia Cælaris forore. Sed *Suetonius* pro figuram *ζῶγγυς* conjunxit *Pedium* & *Pinarium* cum Octavio filio Atiæ, de qua supra. ¶ Igitur nullum est speciale cognationis nomen, quo filius fratris fororisve mæz appelletur, sed communiter dicitur a Latinis *fratris filius, fororis filius*, qui ab Italis *nipote*. Quod enim ait *Passeratius* Amphitruonem dici a *Plauto* nepotem *Gorgophones*, quæ amica ejus fuit, id nullius momenti est: locus enim defumitur ex *Suppositis*, quæ neque *Plautina* sunt, neque *Latina*. ¶ Ceterum non est negandum, procedente Lingvæ Latine ætate, & a præca puritate recedente, usurpari cœpisse *nepotem*, & *neptem* pro fratris, vel fororis filio, vel filia. Afferri enim possunt hac de re exempla ex *Inscriptionib. Reines. class. 8. n. 37. Ambros. l. 6. ep. 48. Venant. Fortun. l. 6. carm. 4. v. 16. c. 1.* ¶ Sic *nepos ex fratre* pro filio fratris legitur in *Chronico Euseb. a D. Hieronymo in Latinum verso* prope fin. *Oros. l. 7. c. 28. Spartian. in Hadrian. c. 2. & c.* Sed de tota hujus vocis controversia, atque usu V. *epistolam Jacobæ Facciolati, editam Patavii 1723. una cum ejus Oratiorib. item Venet. 1722. ne Supplementi del Giornale de Letterati to. 1.* ¶ Quandoque nepotes vocantur posteri, & quidem proprie per patrem & avum descendentes. *Virg. 6. Æn.* Forte recentebat numerum, carofque nepotes. ¶ Poetæ per catachresim transterunt hoc nomen etiam ad postros, qui per fratres & sorores descendunt. Itaque *Ovid. Jul. Cæsarem* nepotem *Cupidinis* appellat, quod genus suum duceret ab *Ænea* uterino *Cupidinis* fratre. *lib. 3. de Pont. eleg. 3.* Cæsar, ab *Ænea* qui tibi fratre nepos. ¶ *Nepotes* etiam dicuntur posteri qualescunque. *Horat. l. 2. od. 13.* in nepotum pernicium, opprobriumque pagi. ¶ *Nepos* pro nepitis antiquum est. *Enn. apud Non. c. 3. n. 147.* Illia dia nepos, quas ærumnas tetulisti. *Inscript. apud Gruter. pag. 678. n. 11.* Etereia Fortunata nepoti f. u. e. Adde *pag. 417. n. 4. & pag. 477. n. 5.* ¶ *Nepos* etiam dicitur de bellis. *Col. l. 6. c. 37. de milis:* Itaque ejusmodi admiffarius nepotibus magis, quam filiis utilior est. ¶ Translate nepotum nomen prodigis impostum est; tum quia avi indulgentiores esse solent, quam parentes, tum quia pueri parentibus orbat, avorum hæreditatem tenella ætate consequuntur, eamque juvenititer prodigique administrant, *goditore. Cic. in Rull. 1. c. 1.* Ut fit non minus in Populi R. patrimonio nepos, quam in suo. *Id. Catil. 2. c. 4.* Quis ganeo? quis nepos? quis adulter? ¶ Per translationem etiam nepotes vocantur genellæ vitium fructificationes, quæ postremo loco exoiuntur, ita dicit, quod ad successionem veterum palmitum veluti nepotes in majorum locum succrescant, vel a nepos, qua prodigum notat, nulli alteri rei sint utiles, quam abfumendis vitis alimentis, *plin. l. 23. v. 20.* non terant. *Col. l. 4. c. 6.* Ex eo loco, unde nepotes, *plin. l. 23. v. 20.* confestim alterum fundit. *Idem ibid.* Omnes ejus intra *plin. l. 23. v. 20.* nepotes enatos sæpius decerpemus.

Nepotalis, le, adject. luxuriosus, prodigus, ut *nepotalis mensa*, *Amian. l. 31. c. 13.* *Nepotalis* luxus, *Apul. l. 2. A. A.*

Nepotâsus, us, m. *νεποτισ*, voracitas, vitæ luxuries. *Plin. l. 14. c. 4.* Raro adhuc fuere, nec nisi in nepotatu, singulis testis millia numquam.

Nepotinus, a, um, *smoderato*, luxuriosus, immoderatus. *Suet. in Calig. c. 47.* *Nepotinus* sumptibus omnium prodigiorum ingenia superavit. *Al. l. 2. nepotatus.*

Nepotus, aris, atus sum, d. t. *vivere prodigamente*, Ger. *scheuvelgen*, Gal. *vivre prodigalement*, Hisp. *glosonear, zekasasano*, luxuriosus, & prodige vivo. *Suac. de Benefic. l. 1. c. 15.* Veto liberalitatem nepotari. idest in prodigalitate verti. Alii *exultant*, Beneficium non dandum esse ei, qui nequiter profuturus sit. *Tertul. in Apol. c. 46.* *Aristippus* in purpura nepotatur.

Nepotillus, i, m. *nipotino*, parvus nepos. *Plaut. Mil. a. 5. v. 20.* Sic te saluum hinc mittimus ire *Venerem* nepotulum.

Nepta, α , f. neptis. *Inscript. apud Resner. class. 12. n. 112.*
Nepticula, $\lambda\alpha$, f. parva neptis. *Symmach. l. 6. ep. 32.* Nepticulae meae infirmitas.
Neptis, is, f. *nipote*, Germ. *kindes sochter*. Gal. *niace*, Hisp. *nieta*, *diari*, *Ἰουρῆτις*, quae ex filio, filiae nata est. *Cicer. de clar. Or.* Et filias ejus Mutias ambas, & neptes Licinias. *Sueton. in Aug. c. 31.* Cuiquam neptium suarum. V. *Nepos*.
Neptunialis, *he*, adject. ad Neptunum pertinens, ut Neptunales ludi, qui in honorem Neptuni celebrabantur. *Terul. de Spectac. c. 6.* ¶ *Hos Varr. l. 5. de L. L.* Absolute Neptunalia vocat, ut & *Auson. de feriis Iatinis. v. 19.*
Neptunicola, $\lambda\alpha$, Neptunum colens. *Silius l. 14. v. 444.* Et Neptunicolae transferat ora Telonis.
Neptuni, es, f. filia Neptuni. *Carul. in Argon. v. 28.* Te ne Thetis genuit pulcherrima Neptunine?
Neptunium, n. 2. Navale Antiatium, *Neptuno*, opp. Latii, in ora maris Tyrrheni, versus Pomptinas paludes, cum portu.
Neptunius, a, um, *νεπτιώνιος*, quod ad Neptunum spectat. *Cic. in Arato v. 129.* Neptunia prata fecantes. h. e. mare. Sic apud *Virg. 8. Aen. v. 695.* arva Neptunia. *Id. 2. Aen. v. 625.* Neptunia Troja. quia scilicet a Neptuno una cum Apolline filius muri conditi dicuntur.
Neptunus, m. 2. *Neptuno*, *νεπτιών*, filius Saturni, & Opis, Deus maris, a verbo graeco *νεπτιω*, *lavare*. Sed V. Etymologos. ¶ Fratres habuit Jovem, & Plutonium. Hunc quoque, ut est in fabulis, mater abscondit, ne a patre devoraretur. Sed expulso Saturno, Jovi caelum, Plutoni inferorum regnum, Neptuno aquam in sortem ceciderunt. *Platon. in Critia* scribit, Neptunum sortitum esse gubernationem insulae Atlantiae. Tridentem huic pro sceptro tribuunt. Uxorem habuit Amphitritem, ex qua plurimas Nymphas suscepit. Muros urbis Troiae una cum Apolline condidit. ¶ Habitus est equorum creator. *Virg. 2. Georg. Tuque*, o cui prima frementem Fudit equum telus magno percussa tridenti, Neptune. ¶ Frequenter a Poetis pro mari ponitur. *Lucy. l. 2.* Neptuni corpus acerbum. *Plaut. Rud.* Credere se Neptuno. ¶ Pro piscibus, qui sunt in mari, *Neptus* apud *Fest.* in verbo *Coquus*: Coquus edit Neptunum, Venerem, Cererem.
Nepthrus, a, um, impurus, non purus. *Fest.*
Nequa, v. Nequis.
Nequa, adverb. ne per aliquem locum. *Ter. Adelph. 2. 4. 18.* Videndum est, nequa ad patrem hoc permanet. ¶ Item ne aliqua ratione. *Virg. 1. Aen.* Ne qua scire dolos, mediavie occurrere possit.
Nequalla, n. 3. detrimenta. *Fest.*
Nequam, nomen indecl. *uomo da niente, inutili, vilissimo, dissoluto*, *ἄνεμος*, Ger. *schlack*, Gal. *vaueant, mechant*, Hisp. *que no vale nula*, *ἀνεμος*, *ἄνεμος*, proprie homo inutilis, prodigus, profusus, qui opes non conservat, sed profundit. *Flavius Caper l. ult. de Orthogr.* Nequam non malum significat, sed inutilem. *Gl. Philox.* Nequam, *ἀνεμος*. Itaque nequam vere dicitur, qui est *ἀνεμος*, prodigus. Indequo est, quod nequitia, & luxuria saepe conjungantur, ut aetia, ac contra opponantur *nequam*, & *homo frugi*. V. *Gell. l. 7. c. 111.* ¶ Est ex *ne*, & *quicquam*, media extrita syllaba, quasi is, in quo non esse quicquam putamus. *Var. l. 9. de L. L. Cic. 2. Phil.* O hominem nequam! Nihil enim possum magis proprie dicere. *Id. pro Dem.* Non modo nequam, & improbus, sed & fatuus, & amens es. *Idem in Pison.* Nisi nequior, quam Gabinius extitisset. *Id. l. 12. Fam.* Quem tu nequissimum occisum esse dixisti. ¶ Tribuitur et alius, ut nequam liber, apud *Ovid. 2. Trist.* Nequam vitis, h. e. inutilis, *Col. l. 3. c. 10.* Nequam verbum, *Plaut. Trin. 2. 4. 38.* ¶ Pro nequiter videtur usurpasse *Plaut. Pen. 1. 1. 49.* Locum sibi velle liberum praebere, ubi nequam faciat clam, ne quis sit arbiter. *Id. Trinum. 4. 3. 29.* Strenuos praeterire, more fit. Ch. Nequam quidem.
Nequando, adv. *acciochê* in *nessun tempo*, Ger. *das nicht erwanen*, Gal. *affin que en quelque temps ne*, Hisp. *que no en algun tiempo*, *μήποτε*, ne ullo tempore, sicut *siquando*, si aliquo tempore. *Cic. Att. l. 10.* Tu tamen eas epistolas, quibus asperius de eo scripsi, aliquando concerpito, nequando quid emanet. Adde *de Amic. c. 10.*
Nequaquam, adv. *per niente*, a *niun modo*, *ἄνεμος*, Ger. *mit nichten*, *nicht*, Gal. *nullemten*, *en nulle facon*, Hisp. *en ninguna manera*, *μηδὲ μῆδεις*, neutiquam, non, minime. *Cic. de Sen. Sed* nequaquam in isto sunt omnia. *Id. 2. Fin. c. 24.* Nequaquam ista amicitia est.
Neque, *ne*, non, *ἄνεμος*, Ger. *asch nicht*, Gal. *ny*, Hisp. *ni*, *μήτε*, *ἄνεμος*, non, nec, conjunctio disjunctiva, a *ne*, & *que*. *Cic. de Am.* Neque sunt isti audiendi. *Id. pro Rojc. om. c. 4.* Ut neque nihil, neque tantum, quantum postulavimus, consequamur. *Ter. Adr. 1. 2. 31.* Neque tu haud dicas, tibi non praedictum. *Cic. l. 1. Attic. ep. 17.* Id neque amoris mediocris, & ingenii summi. ¶ *Neque dano*, idem ac *nequum*. *Id. Q. Fr. l. 3. ep. 8.* Sed ejus rei maturitas neque dum venit, & tamen jam appropinquat. ¶ *Neque vero*, & *neque enim*, transitionibus inservium. *Cic. de Amic.* Neque enim sunt isti audiendi, qui virtutem duram esse volunt. *Id. l. 1. de Or. c. 51.* Neque vero istis tragædiis tuis, Crasse, perturbor. ¶ Dicitur & *neque autem*, sed rarius. *Cic. 5. Fam. ep. 12.* Neque autem ego sum ita demens, ut &c. ¶ *Neque non*, nec non, etiam. *Varr. l. 1. R. c. 13.* ad fin. Orca in Hispania fervore multi ruptæ, neque non & dolia in Italia. *Et sub fin. l. 2.* Neque non quaedam nationes caprarum pellibus sunt vestitæ.
Nequeo, is, ivi, & ii, itum, n. anom. *non posere*, Ger. *nicht koennen*, Gal. *ne pouvoir pas*, Hisp. *no poder*, *ἀδύνατος*, *ἀδύνατος*, non possum, a *non*, & *queo*. *Cic. 2. de Or.* Aut ea, quae sanare nequeunt, exulcerant. *Ter. Heecr. 3. 25.* Nequeo, quin lacrymem. *Virg. 6. Aen. te*, amice, nequivi consilium. *Horat. l. 2. Sat. 5.* Quam nequiere proci recto depellere cursu. *Lucido quibo*, futurum pro nequeam. *Lucret. l. 1. v. 380.* Quo poterunt, est i. cum pisces ire nequibunt. ¶ Particip. *nequens*. *Amian. l. 15.* Audentissimam aliequi nequens. Adde *Sallust. in fragm. Auson. in Profrat. l. 29.* & *Apul. in Florida.* Pluraliter *Arnob. l. 1.* Cæcitate iniqua nequedentes videre. ¶ Passive *Sallust. Jugurth. c. 31.* Quidquid sine sanguine civium ulcisci nequitur. *Pacuv. apud Fest.* Cum contendit nequitur. h. e. non potuit.
Nequicquam, adv. *in vano*, *ἄνεμος*, Ger. *vergebens*, Gal. *en vain*, Hisp. *en valde*, *ἄνεμος*, frustra, *Cic. pro Quinct.* Et fero, & nequicquam pulet. ¶ Interdum reperitur pro *non*, vel *nihil*. *Virg. 1. Georg.* Nequicquam pinguis palea teret areâ culmos. *Cic. 1. Tuscul. c. 31.* Secernere a corpore animum, nequicquam aliud est, quam emori dicere. ¶ Quidam e *NSS.* codicibus contendunt *nequicquam* scribendum sine *e*.
Nequino, is, n. anom. nequeo, apud veteres. *Virg.*
Nequis, nequa, nequod, vel nequid, adject. anom. *μήτις*, ne aliquid, a *ne*, & *quis*, *que*, *quod*, *acciochê* *alcuno non*. *Cic. Verr. 1.* Tamen nequa deductio heret, magna ex parte tua potestas erat. *Ter. Heaut. 1. 5. 28.* Ut nequid hujus rerum ignores. *Virg. Aen. 1.* Cernere nequis eos, ne quic contingere possit. ¶ *Nequid nimit*, *μηδὲν ἄνεμος*, effugium septem Sapientium tuit, & templo Apollinis Delphici inscriptum, quo monemur in rebus

omnibus modum servare. *Ter. Andr. 1. 1. 34.* ¶ Nequi, pro nequis. *Var. l. 1. R. R. c. 3.* Nequi porcellus a matre opprimatur.
Nequiter, adv. *insultante*, *dissolutamente*, Ger. *offsiich*, Gal. *meftament*, Hisp. *malvadamente*, *ἀκατάστος*, inutiliter, dissolute, profute, cui opponitur *frugaliter*. *Cic. 3. Tuscul. c. 17.* A me quidem paulo ante appellata frugalitas, quae te turpiter, & nequiter facere nihil patitur. *Id. 2. Fin.* Ille porro male, prave, nequiter, turpiter conabatur. ¶ *Ponitur* & pro male, parve, *malamente*, *viximamente*, *εὐκῶς*. *Liv. l. 41. c. 7.* Utrum bellum susceptum sit nequius, an inconconsultus gestum, dici non potest. *Plin. l. 12. c. 25.* Nequissime autem gummi (balsamum vitiatur) quoniam, &c.
Nequitia, α , f. 1. *dappocaggine, poltroneria, dissolutezza*, *ἄνεμος*, Ger. *faulheit*, Gal. *meftancere*, Hisp. *maldad*, *ἀκατάστος*, inertia, intemperantia, prodigalitas. *Cic. 3. Tuscul. c. 8.* Reliqua igitur, & quarta virtus ut sit ipsa frugalitas, necesse est. Ejus enim videtur esse proprium motus animi appetentis regere, & sedare, semperque adversantem libidini moderatam in omni re servare constantiam, cui contrarium vitium nequitia dicitur. Frugalitas, ut opinor, a fruge, quae nihil melius e terra oritur, nequitia ab eo (est hoc erit fortasse durius, sed tentemus, & lusisse putemur, si nihil sit) quod nec quicquam est in tali homine, ex quo idem nihil dicitur. Hæc *Cicero*. *Africanus*, referente *Gellio l. 7. c. 11.* scripsit, mala, probra, flagitia, quae homines faciunt, in duabus rebus esse, malitia, & nequitia. Ubi nequitiam intelligi vult luxum vitæ prodigum, & effusionem immodicam pecuniarum. *Ter. Adel. 3. 3. 3.* Id misero restat mihi mali, si illum potest, qui alicui rei est, etiam eum ad nequitiam abducere. *Cic. pro Rosc. Am. c. 46.* Officina nequitiae, & diversorum flagitiorum omnium domus ejus. ¶ Interdum sumitur pro malitia, improbitate, libidine. *Ovid. 1. Fastor. v. 411.* Te quoque inextinctæ, Silene, libidinis urunt: Nequitia est, quae te non sinit esse senem. *Phedr. l. 2. fab. 7.* Vis, & nequitia quidquid oppugnant, ruit. ¶ *Plin. l. 14. c. 20.* Aceti nequitie inest virtus ad magnos usus. h. e. acrimoniae aceti.
Nequitias, ei, t. idem ac nequitia. *Hor. l. 2. Serm. sat. 2. v. 131.* Illum aut nequitias, aut vasti inscitia juris Postremum expellet certe vivacior hæres.
Nequitus, adv. nequiter. *Festus*.
Nerecte, adverb. non recte, apud Veteres, quemadmodum *nepurus* pro non purus, *nequeo* pro non quoe dixere. Multa ex Plauto exempla congerit *Pareus in Lex. Crit.* unum etiam ex *Cicerone de amic.* Ubique tamen varia est lectio.
Nereis, idis, p. indiff. f. *Nepheis*, filia Nerei. Nereides fuerunt maris Nymphæ, humanam effigiem habentes, quarum nomina sunt Agave, Amatheia, Amphinome, Amphitoe, Apfedis, Atheis, Calhanasta, Callianira, Cimodoce, Climene, Cymothoe, Dianassa, Dynamene, Doris, Doto, Doxa, Galatea, Gera, Glauce, Janira, Liniomorpha, Melite, Menis, Mera, Nimerte, Nefæa, Orithya, Panope, Pherusa, Proto, Spio, Thalia, Thoe, & infinita alia. V. *Hom. in Iliade*, & *Hesiod. in Theog. Ovid. 13. Met. v. 623.* Nereis his contra refecuta Crateide natam. *Id. ib. 11.* Sed memorem admittit Nereida colligit orbam. *Id. ib. l. 13. v. 732.* Nerei, te veror, &c. *Cic. in Arat.* Hanc illi tribuunt prænam Nereides almæ.
Nereus, a, um, adject. ad Nereum pertinens. *Ovid. 13. Met. v. 162.* Præcia venturi genitrix Nereia lethi. h. e. Thetis Nerei mater. *Seren. Sammon. c. 35. de omnib. obsc. med.* Nereia lympha. h. e. aqua marina.
Nereus, i, m. 2. *Nepheis*, Oceani, & Tethyos filius, Deus maris, quasi *νεπης*, *humidus*, a *νεω*, vel *νεω*, *huo*. Hunc Orpheus in Argon. Deorum antiquissimum appellat. Unde & grandævus a *Virgilio* dicitur. *Geor. Ex* Doride uxore eademque sorore maximam Nympharum turbam suscepit, quæ a nomine patris Nereides appellantur. *Bocc. l. 7. Gen.* ¶ Metonymice accipitur pro mari. *Perf. sat. 1.* Cæruleum dirimebat Nereia delphin.
Nerine, es, f. 1. vel Nerienes, is, f. 3. vel Nerio, enis, f. 3. *Νηρινη*, Martis uxor. Vide *Gel. l. 13. c. 21.* *Plant. Truc. 2. 6.* Mars peregre adveniens salutatur Nerinem uxorem suam.
Nerine, es, patronym. foemininum a *Nereo* deductum, *Νηρινη*. *Virg. Ecl. 7. v. 37.* Nerine Galatea.
Neritæ, f. *νηριτης*, genus concharum, quæ per maria navigant, præbentes concavam sibi partem, alteram flanti auræ instar veli opposentes. *Plin. l. 9. c. 33.*
Neritos, f. 2. Leucas. *J. Maura*, inf. maris Jonii, ora Epiri occiduae, seu Acarnanise proxima, & ponte juncta, media inter Acrocerania, & Peloponnesum. ¶ *Neritos* item, m. 2. mons Ithacæ inf. *Plin. l. 4. c. 12.* *Virg. Aen. 3. v. 271.*
Neritius, a, um, adject. Ithacensis, a Nerito Ithacæ monte, ut *Neritius Dux*, hoc est Ulysses. *Ovid. 1. Trist. eleg. 4.* Neritia ratis, qua is vectus est, *Id. l. 14. Met. v. 563.* Neritia proles, *Silius l. 2. v. 317.*
Nerium, ii, n. *νηριον*, frutex foliis amygdalæ, sed majoribus, & pinguioribus, quæ quadrupedibus sunt venenum, ad rhododaphne, quod flossem rosæ, folium lauro simile habet. Vulgo in officinis dicitur *oleander*. *Plin. l. 24. c. 11.*
Nerones, m. 3. familia Romana nobilissima in gente Claudia, a *nero* five *nerienes*, verbo Sabino, quo significatur virtus, & fortitudo. Origo nominis est, quod ex Claudius, quos a Sabinis oriundos accepimus, qui erat egregia, atque præstanti fortitudine, *Nero* appellabatur. *Gell. l. 13. c. 21.* Ex hac familia fuit ille Nero, qui Astrabalem Annibali tratri fupetias ferentem, junctis cum Livio Collega copiis, superavit. Ex hac item fuit sextus Romanorum Imperator, monitum illud teterrimum crudelitatis, & omnis turpitudinis. Ejus vitam scripsit *Suetonius*.
Neronæus, &
Neronianus, a, um, adjectiva, ad Neronem pertinens. *Martial. l. 7. epigr. 33.* Quid thermis melius Neronianis? *Stat. l. 1. Sil. v. 62.* Neronæa lotus in unda.
Nervalis, le, adject. *Scriveron. Larg. compos. 12.* Herbam, quam Græci *νερωλικόν*, nos nervalium appellamus.
Nervæ, arum, f. vel nervia, arum, n. *corde della cetra*, *ed altri stromenti*, *νερωλικόν*, fidiculæ ex nervis concinnatæ, chordæ citharæ, vel alius mûsicæ instrumenti. *Varr. in Sat. quæ dicitur ἄνεμος ἄνεμος* inferibitur, a *pud Non. c. 3. n. 149.* In palatio tendamus nervas. *Id. ibid.* Quæ ejus nervia tractare solebat.
Nervicus, a, um, adject. nervorum vitio laborans, *νερωλικόν*. *l'iteru. l. 8. c. 3.* Ita aut nervicos, aut podagricos efficiunt homines. Al. leg. *neuroicos*, & tortasse rectius.
Nervii, m. 2. pop. Galliarum Belg. ubi nunc Com. Hannoniæ, quorum primaria Bagacum. Terminabantur ab Or. Aduaticis, ab Occ. Atrebatibus, & Pleuomosis. *Cæf. l. 2. B. G. c. 27.* *Lucan. l. 1. v. 428.* numquamque rebellis Nervius.
Nervose, adv. *valorosamente*, Ger. *mit stärke*, Gal. *vigourosement*, Hisp. *valorosamente*, *νερωλικόν*, valide, firmiter. *Planc. Cic. l. 10. Fam. ep. 12.* Ut vigilantem, nervoseque nos, qui stamus in acie, subornes. *Cic. in Orat. c. 36.* Dicitur enim non Peripateticorum more, sed aliquanto ner-

nervosus. *Id. 3. Off. c. 19.* Qui ista nervosus differunt.
 Nervositas, atis, f. *nervositas*, robur, firmitas. *Plin. l. 19. c. 1.* Nervositas filo æqualior pene, quam araneis.
 Nervosus, a, um, *nervoso*, *nerboroso*, Germ. *aderechtig*, Gal. *nerveux*, Hisp. *nervoso*, *nerboroso*, quod multos habet nervos. *Plin. l. 11. c. 37.* Ideo nulla est ei caro, sed nervosa exilitas. ¶ Per translationem nervosus dicitur tortis, & vehemens, quod omne robur in nervis consistat, ut Nervosus Orator, qui magnam vim, & efficaciam sermonis habet. *Cic. de clar. Orat. c. 31.* Quis Aristotele nervosus?
 Nervulus, i, m. *nervetto*, dim. a *nervus*. *Cic. Capioni sub l. 16. Attic. ep. 16.* Si nervulos tuos adhiberis.
 Nervus, vi, m. *nervo*, *ny*, Ger. *ein spanador*, Gal. *nerf*, Hisp. *niervo*, *nev*, primum in corpore animalis sensus, motusque instrumentum, a cerebro, & spinali medulla ortum, totius corporis membris movendi, sentiendique vim conferens, a Græco nomine allato, traiectione literarum. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 23.* Nec enim Dii venis, nervis, & ossibus continentur. Et *cap. 25.* Huc adeo nervos, a quibus artus continentur, eorumque implicatione toto corpore pernentem. ¶ Speciatim dicitur de membro virili. *Juven.* Mensura incognita nervi. Adde *Horat. Epod. 8.* ¶ Metonymice ponitur pro robore, & viribus corporis, & translate pro firmitate, & constantia animi, item pro vehementia cujuscunque rei. *Cic. l. 3. Fam.* Plane video, fore nervis opus, sapientiaque tua vehementer. *Id. l. 16.* Quantum in cujusque animo roboris est, atque nervorum. *Id. ad Q. Fr. Tu* ut id possis, est tuorum nervorum. *Id. in Acad.* Theophrastus nervos omnes virtutis incidit. *Id. 12. Phil.* Legiorum nostrorum nervos his consiliis incidemus. *Id. in Or.* Tamen horum oratio neque nervos, neque aculeos Oratorios, ac forenses habet. ¶ Nervi Reipub. appellantur milites, classes, & vectigalia, quod in iis consistat omnis Reip. fortitudo, & robur. *Cic. pro L. Man. c. 7.* Et enim si vectigalia nervos esse Reipub. semper duximus. ¶ Nervos intendere, omnes nervos contendere, omnibus nervis contendere, est summa vi, summoque studio uti, omnem sollicitudinem, & atque operam adhibere. *Ter. Eun. 2. 3. 20.* Digna adeo res est, ubi tu nervos intendas tuos. *Cic. 2. Ver. c. 12.* Veruntamen dignum, in quo omnes nervos ætatis, industriaeque meæ contenderem. *Id. 5. Ver.* Omnibus enim nervis mihi contendendum est, atque in hoc elaborandum, ut omnes intelligant. ¶ Accipitur etiam nervus pro amento, vel pro chorda arcus. *Virg. 5. Æn.* Primaque per cælum, nervo stridente, sagitta Hyrtacidae juvenis volucres diverberat auras. ¶ Item nervi dicuntur chordæ citharæ, vel alius musici instrumenti. *Cic. l. 1. Tusc.* Sunimam eruditionem Græci sitam censebant in nervorum, vocumque cantibus. ¶ Nervus etiam vinculi genus est, quo pedes, aut cervicis impediuntur, *κατασπαστης*, aut *ελαστικη*, prout in vet. Gl. exponitur. Ex quo illud *Catonis*. Fures privatorum furtorum in nervo, atque in comediibus ætatem agunt, fures publici in auro, atque in pupura. *Plaut. Afin. 3. 2. 5.* Nervos, catenas, numellas, pedicas, bojas. *Id. in fragmen.* Eo ædipol nervo cervicis probat. ¶ *Ter. Phorm. 4. 4. 14.* Cæterum cum argentum repetent, nostra causa scilicet in nervum potius ibit. *anderd piustosto in prigione.*
 Nefæza, æ, vel Nefæze, es, f. *Nesæia*, Nympha, a una Nereidum, a *νησθη*, *insula*, vel a *via*, *nato*. *Virg. 4. Georg. & 5. Æn.*
 Nefapulus, vel Nefapus, a, um, adject. non sapiens, insipiens. *Petron. in Fragm. Tragur.* Ne me putetis nefapulum esse. *Q. Terent. Scaurus de Orator.* Ne pro non positum apud antiquos: sic nefrendes porci, qui sine dentibus sunt, ideo qui fabam trendere non possunt: Sic nefapulus, qui non sapit.
 Nefcens, tis, nom. ex particip. nefcius, ignarus. *Ter. Heaut. 3. 1. 59.* Ut nefcensient sentiat te id tibi dare.
 Nefciter, adverb. infciter. Habet *August. l. 2. Doctr. Christic. 40.* & quidam tribunt etiam Prudentio in *Prefat. 2. Apostolic. v. 4.* invito Nic. Heinso. *Nefciantia*, æ, infciantia, ignoranza. *Claud. Mamert. l. 1. c. 11.* Agnosco, te multorum nefciantias attulisse.
 Nefcio, is, ivi, itum, a, 4. non sapere, *נִסְיָא*, Ger. *nicht wissen*, Gal. *ignorer*, Hisp. *no saber*, *ayrny*, ignoro, sum infcius, a *ne*, & *scio*. *Cic. 1. de Or.* Nemo in eo, quod nefcius, disertus esse potest. *Ter. Eun. 4. 4. 54.* Tu pol, si sapias, quod fcis, nefcis, neque de eunucho, & neque de vitio virginis. *Donatus* admonet, esse proverbium, *Quod fcis, nefcis*, quo summa taciturnitas, cæteraque in tacendo fides significatur, dum quis quod fcit, perinde continet, ac dissimulat, qualis nefcius. Simile est in *Heaut.* Tu nefcis, quod fcis Dromo, si sapias. D. Mutum dices. ¶ Nefcio quis, nefcio quid, nefcio quomodo, nefcio quo pacto, & hujusmodi usurpantur, quoties personam aliquam, vel rem, vel modum nobis ignotum volumus significare. *Cic. de Amic.* Qualem fuisse Athenis Timonem nefcio quem accepimus. *Id. pro Quintil.* Postquam nefcio quid impendit, & in commune contulit. *Id. de Am.* Scripserit enim nefcio quomodo per omnem vitam amicitia. *Id. ibid.* Plus nefcio quo pacto videtur habere gravitatis. ¶ Nefcire Latine est Latinarum linguam ignorare. *Cic. in Brut. c. 37.* Non enim tam præclarum est fcire Latine, quam turpe nefcire. ¶ Usurpatur etiam impersonaliter. *Cic. Att. l. 7.* Utrum consistere apiam velit, an mare transire, nefcitur. ¶ Nefcio te ego? hoc est, egone te non cognosco? *Plaut. Menech. ¶ Jungitur & cum infinito.* *Virg. 3. Georg. v. 84.* Stare loco nefcitur. ¶ Nefciam, pro nefciam, *αρχικος*. *Plaut. Capt. 2. 1. 15.* ubi al. leg. *nefcivi*. ¶ *Nefcias id, quod fcias*, formula admonentis alique, ne secretum commissum prodatur. *Ter. Heaut. 4. 4. 26.* Sic *Plaut. Mil. 2. 6. 88.* Ne tu hercle, si te dii amant, linguam comprimes pothac: etiam illud, quod fcias, nefciveris.
 Nefcitus, a, um, adject. ex particip. a nefcio, non saputo, non conosciuto. *Sidon. l. 8. ep. 6.* Litem intra Gallias ante nefcitan edidit.
 Nefcius, a, um, ignorante, che non fa, Germ. *unwissend*, Gal. *qui ne fcit ignorans*, Hisp. *que no sabe*, *ayrny*, *ayrny*, *ayrny*, ignarus, qui aliquid ignorat, vel nefcitur. *Cic. pro Deiot.* Iratum te Regi Dejotaro fuisse, non erant nefcii. *Virg. 1. Æn.* Nefcia mens hominum fati, fortisque futuræ. ¶ Interdum passive accipitur pro ignoto, si ve incognito. *Plaut. Rud. 1. 5. 17.* In locis nefcius nefcia fce sumus. *Id. Capt. 3. 3. 15.* Si quid nefcibo, id nefcium tradam tibi. *Tacit. 1. Ann. c. 59.* Inexperta esse supplicia, nefcia tributa.
 Nef, pro sine positum est in lege dedicationis aræ Dianæ Aventinensis. *Festus*.
 Nefis, idis, & Nebum, *Nifra*, *Noris*, inf. parva Campaniæ, proxima continenti, inter Neapolim 6. M. P. & Puteolos 3. ante Paulippum prom. aparago herba celebris. Hujus nominis casus obliqui interdum producti reperiuntur. *Papin.* Sylvaque, quæ fixam Pelago Nefida coronat. Adde *Lucan. l. 6. v. 90.*
 Nefsius, a, um, quod est ex Nefso, seu ad Nefsum spectat. *Ovid. in epist. Dejan. 9. v. 163.* Illita Nefso nisi tibi texta veneno.
 Nefstrophion, ii, n. *luogo da tener anitre*, *νηστροφιον*, locus, ubi anates clausæ aluntur, & pascuntur, a *νηστα*, anas, & *τροφια*, alimentum. *Col. l. 8. rap. 15.* Media deinde parte nefstrophii lacus defoditur, &c. *Tom. II.*

Varr. l. 3. R. R. c. 11. Qui voluit greges anatum habere, ac conituere nefstrophium. Al. leg. *neffstrophium*, sed minus recte. Nam *neffstrophium* aviarium significat, a *neffs*, pullus avium.
 Nefsus, m. 2. *Nefsus*, Centaurus, filius Ixionis, & Nubis, qui cum Deianiram rapere vellet, ab Hercule sagitta confixus est. *Ovid. l. 9. Met.* ¶ Est etiam hoc nomine Thraciæ fluvius, in Heimo monte nascens.
 Nestor, m. 3. *Nestor*, filius Nelei, & Cloridis, teste *Hom. lib. Odys. 11.* qui adhuc adolescens bellum gessit, vivo patre, adversum Epous Peleponneii populos in Achaja, deinde, cum Pirithoi nuptiis interesset, adversus Centauros, qui Hippodamiam rapere conabantur, strenue pugnavit. Postremo jam senior, ut idem *Hom. in 2. Iliad.* scribit, quinquaginta navibus cum reliquis Græcis Principibus ad Trojam venit, cum natus ducentos annos jam tertiam hominis ætatem viveret, vel (ut ipse dicit apud *Ovid. 2. Met. v. 189.*) cum 300. annum ageret. Sed hoc fabulosum plerique putant, & soles octoginta annos vixisse credunt. Consilii dexteritate tantum Græcorum rebus profuit, ut Agamemnon non dubitaret, brevi fe llium fuisse expugnaturum, si decem sibi contigissent Nestores. Nam præter summam prudentiam ætatis diuturnitate collectam, tanta prætere eloquentia excelluit, ut ex ejus ore melle dulcior fluere diceretur oratio, ut ait *Cic. de Senect. cap. 10.* Fratres duodecim habuit. Duxit uxorem Eurydices, Clymeni filiam, ex qua septem filios suscepit, Antilochum, Pifistratum, Thrafymedem, Echephoronem, Stratum, Perfum, Aratum, al. Anthum, & unam filiam, Polycastem. *Ovid. l. 13. Met.*
 Nestoræus, a, um, adject. ad Nestorem pertinens, ut Nestorea senecta, apud *Stat. l. 1. silv. 3. ad fin.*
 Nestorides, is, patronym. filius Nestoris. *Ovid. l. 2. de Pont. eleg. 4. v. 22.* Quantus in Æacide, Nestorideque fuit. h. e. Antilocho.
 Nete, es, f. *νετη*, h. e. ultima, nomen est chordæ musicæ. *V. Synemmenon.*
 Netus, us, m. filium netum. *Martian. Capella lib. 2. pag. 28.* Ex candentis bysif netibus.
 Netus, a, um, nom. ex part. a neo, es, *filato*, ut *netis lana*, apud *Ulp. l. si cui lana, ff. de leg. 3.*
 Neu, che non, *netre*, vel ne, aut ne, *neve*, per Apocopen. *Virg. 2. Æn.* Neu recipi portis, aut duci in mœnia possit. ¶ Hæc particula geminata elegantem vim habet. *Cæf. l. 1. B. C.* Neu se, neu Pompejuum absentem Imperatorem suum adversariis ad supplicium tradant.
 Neve, *ouvero*, che non, *netre*, vel ne, & interdum neque, ne etiam, a *ne*, & *ve*. *Cic. l. 1. epist. 9.* Ne id a me, neve in hoc reo, neve in aliis queramus. *Id. in Orat.* Neve vastius syllabæ diducantur.
 Neunt, V. in neo, nes.
 Nevidio, nevis, nevult, n. anom. idem ac nolo, apud vet. a *non*, & *vidio*. *Plaut. Trin. 5. 2. 32.* Filiam mean tibi deponstatum esse audio, nisi tu nevis. *Id. ibid. 2. 2. 70.* Multa eveniunt homini, quæ vult, quæ nevult.
 Neuri, m. 2. pop. Sarmatiæ Europææ, quos Mela ad ortum Tiræ fl. locat, Solinus circa Borythenem, quorum urbs Nerva, seu Narva, in ora Livoniæ extrema. *Plin. l. 4. c. 12.*
 Nervicus, V. Nervicus.
 Neurobata, æ, *νευροβατα*, super nervum, seu funem ambulans. *Firmic. l. 8. c. 17.* & *Hygin. Mythol. c. 173.* V. Turneb. l. 11. c. 15.
 Neuroides, f. 3. *νευροειδης*, species sylvestris lactucæ, alio nomine limonium, multo minoribus foliis, quam beta lactiva. *Plin. l. 20. c. 8.*
 Neurofapton, i, n. *νευροφαπτον*, imaguncula quædam tali artificio intus compacta, ut si occultum nervum, fe fduciam trahas, ad speciem hominis vivi movere membra, & totum corpus videatur, similibus fortasse illi, quæ ab Italis *bamboccio* dicitur, a *νευρο*, *nervus*, & *αμω*, *traho*. Itaque vox græca est, & græcis literis scripta a *Gellio l. 14. c. 1.*
 Neurofapstos, *νευροφαπτος*, herba folium habens vestigio hominis simile, & uvam nigram habens, in cujus acino nervus conspiciuntur; unde & nomen habet. *Plin. l. 24. c. 14.*
 Neuter, tra, trum, *ne l' uno, ne l' altro*, Ger. *beint unter beyden*, Gal. *ny l' un, ny l' autre*, Hisp. *ni uno, ni otro*, *αδτερος, μητερος*, nec hic, nec ille, a *ne*, & *uter*. In genitivo habet *neutrius*, in dativo *neutri*. *Cic. Att.* Effeci, ut neutri illorum quibuscumque esset me charior. *Id. de Amic.* Quos filios amicos habuisset, quoque infidos, cum neutris gratiam referre posset. *Quintil. l. 1.* Neutrum ab altero separo. *Cic. 2. Div. c. 4.* Quid bonum, quid malum, quid neutrum sit. h. e. medium. *Id. 4. Acad. c. 42.* In neutram partem moveri. *Sen. l. 2. de ira, c. 23.* In neutris partibus esse, *esser neutrale*. ¶ Neuter junctum cum pluralibus numeri vocatur. *Plaut. Menech. 5. 2. 35.* Ut caveres, neuter ad me iretis. ¶ *Neutra verba* dicuntur a Grammaticis, quæ neque activam, neque passivam habent significationem, sed mediam, ut *flu*, *vivo*: *neutra nomina*, quæ neque masculina, neque fæminina sunt, ut *deus*, *frigus*. *Var. l. 8. L. L. Diomed. Priscian.* & alii. ¶ *Neutri* pro *neutrius* legitur apud eundem *Var. ibid.* & aliis in locis.
 Neutiquam, adv. non, per niente, a *nium modo*, *ny*, Germ. *gar nich*, und *gar nicht*, Gal. *nullement*, Hisp. *en ninguna manera*, *μηδαμω*, nequam, nullo modo. *Cic. de Un.* Indissolubiles vos quidem esse non potestis, neutiquam tamen dissolvemini. *Id. l. 9. Att. epist. 10.* Cui te locum neutiquam puto esse oportere.
 Neutralis, & le, o. 3. *αδτερος*, quod neutrius partis est. *Quintil. l. 1. c. 4.* Aut quæ fæminea positione mares, aut neutrali fæminas significant. h. e. neutro genere.
 Neutraliter, adv. vox est Grammaticorum, cum *neuro genere* significare volunt. *Charif. l. 1.* Gellius foranavium neutraliter dixit.
 Neutro, adv. *ne nell' uno, ne nell' altro luogo*, Ger. *kein steil*, Gal. *vers nulle de deux parts*, Hisp. *ni a una parte, ni a otra*, *αδτερος*, nec ad unum locum, nec ad alterum, item nec ad *præ* partem, nec ad alteram. *Liv. l. 5. c. 26.* Et neutro inclinata *præ* partem.
 Neutrubi, adv. nec in uno loco, nec in altero *præ* partem. *Aulul. 2. 2. 56.* Neutrubi habeam stabile stabulum. *Ammian. l. 6. c. 20.* Neutrubi prælio inclinato. h. e. neutram in partem.
 Nex, ecis, f. *morte*, Germ. *der tod*, Gal. *mort*, Hisp. *muerre*, *φθωσ*, mors, quæ ferro fit, aut alia vi, ab antiquo *necks*, quod a *necks*, *mortuus*. Sic neci datus dicitur, qui quovis modo interfecit esse. quamvis *Festus* neci datum intelligi velit, qui sine vulnere interfecit esse, ut veneno, aut sanie. *Suet. in Cæf. c. 14.* Manus equitum, quæ armata circumibat, perseveranti necem comminata est. Quo loco *nex* per venenum, quæ famem intelligi non potest. *Cic. pro Mil. c. 4.* Infidiatori vero, & latroni quæ potest afferri injuncta nex? ¶ Artifices necis, qui novum aliquid necis genus comminiscuntur. *Ovid. l. 1. de ars. v. 655.* Quam necis artifices arte perire sua. ¶ Necem sibi conficere, est se occidere. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 3.* Junius necem sibi ipse conficivit. ¶ In necem alterius aliquid facere, est in damnum, & fortunam eversionem. *Ulpian. de crim. Bellion.* Si quis imposturam fecerit, vel collisionem in necem alterius. ¶ In plur. num. *Valer. Flac. lib. 3. v. 381.* Fas ideo miscere neces. In recto casu singulari *neces* pro *nex* legitur a quibusdam

busdam apud *Quintil. de clam.* 8. c. 13. Sed valde incerta ea lectio est. Nexibilis, se, adject. nexilis. *Ammian.* 1. 29. c. 3. (al. 2.) Nexibili adde veratione. h. e. callide mendacis connexis.

Nexilis, & le, o. 3. *cheff aggroppa*, πλεκτός, quod nexitur. *Lucr.* 1. 5. Nexilis ante fuit vestis, quam textile tegmen. *Ovid.* 6. *Met.* Nexilibus flores heredis habet intertextos.

Nexio, onis, f. actus nexendi, connexio. *Arnob.* 1. 5. Vinculorum nexiones. Adde *Martian. Capell.* 1. pag. 12. & 23.

Nexo, as, a, 1. *aggroppare*, παρακαταλέω, freq. a nexio. *Lucr.* 1. 2. v. 98. Pars etiam brevibus spatii nexantur abictu. Al. leg. *venantur.* *Virg.* 5. *Æn.* v. 279. Nexantem nodis, sequae in sua membra placentem.

Nexo, is, xui, xum, a. 3. idem ac nexio, as. *Priscian.* 1. 9. & *Probus* afferunt, sed sine exemplis.

Nexum, i, n. idem ac nexus. *Cic. pro Cæc.* Ut non sustulerit horum nexa, atque hæretidates. V. *nexus*, us.

Nexus, a, um, *aggroppato*, εἰρημένος, partic. a nexor. *Cic.* 3. *Tusc.* Omnes enim inter se nexæ, & jugatæ sunt. ¶ Nexi, & addicti, δεδωτες apud Romanos vocati sunt homines obstrati, seu qui solvendo non erant, qui lege 12. Tab. ob æs alienum creditoribus in temporariam servitutem addebantur, idest, quoad debitum perolverent, & ducebantur in ergastula ad perolvendum. *Varro* 1. 6. L. L. *ad fin.* Nexi sunt liberi homines, qui operas suas in servitute pro pecunia, quam debebant, domino præstabant. *Hinc Liv.* 1. 2. c. 23. Propter nexos ob æs alienum. *Martian.* 1. *Res qua Dig. de jure fisci.* Nexa res pignori. ¶ Nexi item sunt vinciti, & captivi, *prigionieri.* *Justin.* 1. 21. c. 1. Nexorum tria millia e carcere dimittit. ¶ Nexus sacramento, *obligatio con giuramento.* *Id.* 1. 20. c. 4.

Nexus, us, m. *vinculo*, *congiunzione*, *connessione*, συμπλοκή, δεσμός, conjunctio, colligatio, a nexor. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 62. Firmis nexibus compagem superstruere. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 242. arcto lucantia nexu vincula. ¶ Translate nexus legis. *Tacit.* *Annal.* 1. 3. c. 28. ¶ Apud Romanos nexus, vel nexum, i, *ἑστρατός*, erat genus obligationis civilis, qua corpus etiam, ut pignus, afficiebatur. *Festus*: Nexum est, ut ait Gallus, quodcumque per æs, & libram geritur, idque nexi dicitur, quo in genere sunt hæc, testamentum factio, nexi datio, nexi liberatio. Nexum æs dicebatur pecunia, quæ per nexum obligatur. More receptum fuit, ut auctor, idest venditor, nexu se dixit causâ obligaret ad rem perpetuo mancipi, hoc est emptori præstandam. *Sigon. de ant. jure C. R. l.* 1. c. 11. *Cic. pro Mur.* Quod si in his rebus repetendis, quæ mancipi sunt, is periculum iudicii præstare debet, qui se nexu obligavit. ¶ Obligatio nexi in hunc modum fiebat, manceps, idest is, cui res abalienabatur, stipulabatur ab altero, *Dare spondeo?* & alter respondebat, *spondeo*, simulque dicitis causâ spondentem alligabat, ac nexebat. *Cic. in Top.* c. 5. Abalienatio est ejus rei, quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in jure cessio. Quæ causa est, ut sæpe apud Latinos mancipium, & nexus coniungantur. *Cic. l. 7. Fam. ep.* 30. Attici te proprium esse scribis mancipio, & nexu, meum autem usu, & fructu. *Id. de Arusp. Resp.* Multæ sunt domus in hac urbe, atque haud scio, an ferè cunctæ jure optimo, sed tamen jure privato, jure hæreditario, jure auctoritatis, jure mancipi, jure nexi. ¶ Jus nexorum proprium Civium R. fuisse, *Cicero* ostendit, cum ait, *pro Cæcina*; L. Syllam ita admisse civitatem Volaterranis, ut nexa reliquerit. ¶ Inire nexum, est lege nexu addici, sive se & corpore, & bonis obligare, devincireque creditoribus. *Liv.* 1. 7. Sorte ipsa obruebantur inopes, nexumque inibant. ¶ Nexu vinculus, jure obligatus dicebatur, qui cum solvendo non esset, addictus fuerat tæneratori, ut ei serviret, quoad debitum perolveret, nexu autem solutus is vocabatur, qui, cum addictus esset creditor, postea ære alieno dissoluto ipse nexi deserat. *Liv.* 1. 2. c. 23. Nexu vinciti solutique se undique in publicum proriperunt.

N A N T E I.

Ni, *ἴσων*, ἴσῃ, si non, nisi. Jungitur tum indicativo, tum subjunctivo. *Ter. Andr.* 3. 4. Mirum, ni domi est. *Cic. in Verr.* 5. c. 96. Ni ad Equestrem Ordinem judicia reterantur. ¶ Usurparunt præcipue in sponsonibus, & in iudicio recuperatorio. *Cic. pro Mur.* Sponsonem facere possent, ni adversus edictum Prætoris vis facta esset. *Plaut. Rud.* 5. 3. 24. Cedo qui cum habeam iudicem, ni dolo malo insipulatus sis, nive etiam &c. *Cic. pro Cæcin.* c. 23. Tum illud, quod dicitur, sive se & corpore, & bonis obligare, devincireque creditoribus. *Liv.* 1. 7. Sorte ipsa obruebantur inopes, nexumque inibant. ¶ Nexu vinculus, jure obligatus dicebatur, qui cum solvendo non esset, addictus fuerat tæneratori, ut ei serviret, quoad debitum perolveret, nexu autem solutus is vocabatur, qui, cum addictus esset creditor, postea ære alieno dissoluto ipse nexi deserat. *Liv.* 1. 2. c. 23. Nexu vinciti solutique se undique in publicum proriperunt.

Ni, *ἴσων*, ἴσῃ, si non, nisi. Jungitur tum indicativo, tum subjunctivo. *Ter. Andr.* 3. 4. Mirum, ni domi est. *Cic. in Verr.* 5. c. 96. Ni ad Equestrem Ordinem judicia reterantur. ¶ Usurparunt præcipue in sponsonibus, & in iudicio recuperatorio. *Cic. pro Mur.* Sponsonem facere possent, ni adversus edictum Prætoris vis facta esset. *Plaut. Rud.* 5. 3. 24. Cedo qui cum habeam iudicem, ni dolo malo insipulatus sis, nive etiam &c. *Cic. pro Cæcin.* c. 23. Tum illud, quod dicitur, sive se & corpore, & bonis obligare, devincireque creditoribus. *Liv.* 1. 7. Sorte ipsa obruebantur inopes, nexumque inibant. ¶ Nexu vinculus, jure obligatus dicebatur, qui cum solvendo non esset, addictus fuerat tæneratori, ut ei serviret, quoad debitum perolveret, nexu autem solutus is vocabatur, qui, cum addictus esset creditor, postea ære alieno dissoluto ipse nexi deserat. *Liv.* 1. 2. c. 23. Nexu vinciti solutique se undique in publicum proriperunt.

Nicæa, f. *Nicæa*, *Νίκαια*, urbs Bithyniæ, ad Afcaniam pal. in campo, inter Nicomediam ad Bor. & Prufam in Eur. ¶ Item oppidum Locrorem Epicnemidiorum, in Achaja, Thermopylis proximum, ad sinum Maliacum. Scribitur & *Nicea*, apud *Plin.* 1. 10. ep. 48.

Nicæensis, se, adject. *Nicææ* incola. *Cic. Fam.* 1. 13. ep. 61. Pecuniam Nicæensis grandem habent. ¶ Legitur & *Nicentis*, se, apud *Plin.* lib. 10. ep. 48.

Nicephorium, n. 2. *Nesfun*, al. *Nassi vancaffi*, opp. *Asiz* in conf. Mesopotamiæ, & Arabiæ Desertæ, a Babylone in Occ. ad 110. M. P. *Plin.* 1. 6. c. 26.

Nicephorus amnis, est in Syria, & Tigranocertam urbem alluit. *Tacit.* *Ann.* 15. c. 4.

Nicer, cri, fluvius Sueviæ in Germania, *il Necher.* *Sidon. earm.* 7. v. 324.

Niceros, otis, m. nomen est myropolæ cuiusdam, seu ungentarii. *Martial.* 1. 12. *epigr.* 66. Utrumque Cosmi, Nicerotis an libram. Hinc Nicerotiæanus, a, um, adject. a Nicerote præstanti ungentorum, & odoramentorum p. nectore. *Martial.* 1. 6. *epigr.* 55. Flagras plumbea Nicerotiæana. *Id.* *lib.* *epigr.* 38. Nimbis Nicerotiæanis.

Nicerteria, f. 2. *νεκτερία*, præmium victorum, quod ob victoriam fiebat, & de collo pendens gestabatur, ut orquis, & hujusmodi, ut scribit vetus *Juvenalis Interpres in sat.* 3. in illud v. 68. Et ceromatico tert niceteria collo.

Nicla, f. 1. *Λεγγα*, fl. *Æmyliæ*. Oritur ex Appennino M. versus Apuam, & deinde in Bor. tendens, ditionem Mutinensem a Parmensi separat, tandem in Padum apud Brixiellum fluit.

Nico, is, ci, a. 2. 3. signum facio, moveo, ut nicere manu, *far segno colla mano.* *Plaut. Truc.* 2. 8. 63. Emoriere ocyus, si manu niceris. G. Quid, manu nicerim? Ita legit *Turneb.* 1. 24. c. 17. qui hinc deduci putat verbum *nictio*, as. Alii aliter legunt.

Nicomachus, m. 2. *Νικόμαχος*, pater Aristotelis. Latine exponitur victor pugnæ. Medicus fuisse traditur. ¶ Item filius ejusdem Aristotelis, similiter Medicus, qui scripsit commentarios in Physicam patris. ¶ Item Poeta Tragicus, ex Alexandria Troadis, qui scripsit tragedias undecim. ¶ Item Poeta Atheniensis similiter Tragicus, qui vicit Euripidem, & Theogenem. ¶ Item filius Machaonis, nepos Æsculapii, Medicus, qui scripsit de Medicina libros sex, & de Philosophia unum. *Swid.*

Nicomedenfis, e, ad Nicomediam urbem pertinens. *Plin.* 1. 10. ep. 43. Posse collegium fabrorum apud Nicomedenses constitui.

Nicomedia, f. 1. *Comidia*, *Νικομήδεια*, urbs Bithyniæ, a Nicomede Rege, qui eam condidit, appellata, olim clarissima, hoc tempore pene jaceans, & deserta ad Propontidem, inter Byzantium, & Nicæam.

Nicopolis, f. 3. *la Preveza*, urbs Epiri, ad os sinus Ambracii, contra Actium, ab Augusto post M. Antonium devictum condita, apud Arachthum fl. *Plin.* 1. 4. c. 1.

Nictatio, onis, f. 3. *cenno*, *νίκη*, oculorum conclusio, & apertio. *Plin.* 1. 11. c. 37. Ideo neque nictationes iis, quæ animal generant. Et *Paulo* post: Sine ulla nictatione, propter præduros oculos.

Nicto, a, avi, atum, n. 1. *ammiccare*, *occhleggiare*, *νίκη*, Ger. *mie den augen zuwizern*, Gal. *eligner les yeux*, Hisp. *senashazer con los ojos*, *ακχυθᾶν ὀφθαλμοῦ*, est oculis signum dare, claudendo vel alterum, vel utrunque, freq. verbi *niveo*, inusit. *Plaut.* *Afin.* 4. 1. 39. Nec illa ulli homini nutet, nictet, annuat. *Plin.* 1. 11. Plerisque vero naturalis est, ut nictare non cessent, quos pavidiore accipimus. ¶ Apud *Lucr.* 1. 6. v. 181. nictantia fulmina dicuntur, h. e. micantia, vibrantia lumen præstringens, & nictare faciens.

Nicto, is, n. 3. *fiutare*, *βύζω*, ad canes pertinet, cum sentiunt odorem leporum, seu perdicum. *Ennius apud Fest.*

Nictor, aris, d. 1. est oculis signum dare, idem ac *nictio*, as, vel est & oculorum, & aliorum membrorum nisi aliquid conari, ut *Festo* placet, a nitor. Nam veteres a nitor videntur dixisse & *nixum*, & *nictum*, indeque formasse *nictor*. *Plin.* 1. 11. c. 37. Graviore alium inferiore gena conniveat, eadem nictantur ab angulis membrana obeunte. *Lucr.* 1. 6. v. 836. *apud Fest.* Hic ubi nictari nequeunt, insisteretque aliis. Al. leg. *nixantur*, h. e. nituntur, conantur, ut sit velut frequentativum a nitor: Cæterum si *nictantur* retineas, eandem habet significationem.

Nictus, us, m. idem ac nictatio. *Festus ex Cecilio.*

Nidamentum, ti, n. nidus. *Arnob.* 1. 6. Non videtis, sub istorum simulacrorum cavis forices, mures, blattas nidamenta ponere? *Plaut. Rud.* 3. 6. 51. In nervum ille hodie nidamenta congeret. h. e. muficum, paleas, tomentum, & id genus alia, ex quibus aves nidos construunt suos. Est autem ibi allegoria, quæ significatur, lenonem (de quo est sermo) nidum parare, ex quo nascatur nervus. h. e. ea facere, propter quæ brevi nervo plectendus sit, vel compedibus vincendus. V. integrum *Plauti* locum.

Nidicus, a, um, adject. ad nidum pertinens. *Varronis fragment.* *apud Scilic. Pomp.* & alios: Ad quos tum volucres vestit pusillos. Uque ad limina nidica esca vilis. *Nonius* c. 4. n. 278. legit *indica*. Alii *nisida*.

Nidificium, ti, nidi constructio. *Apul.* 1. 8. *Metam.* In carioso stipite nidificia burriebant inhabitantium fornicarum.

Nidifico, as, n. 1. *far nido*, *νεστινίζω*, nidum facio. *Col.* 1. 8. c. 15. Pedalia in quadratum cubilia, quibus nidificient aves. *Plin.* 1. 9. c. 26. Nidificare ex alga. *Id.* 1. 10. c. 52. Nidificare luto.

Nidificus, 4, um, adject. nidum faciens. *Senec. Medea*, v. 714. Quodcumque tellus vere nidifico creat.

Nidor, oris, m. *odore de cibi*, *νίος*, Ger. *eingeschnack*, Gal. *odeur*, Hisp. *olor*, *αίωρα*, proprie est odor effulentorum, interdum & aliorum. *Martial.* 1. 1. *epigr.* 93. Puleris & nigre solo nidore culine. *Virg.* 12. *Æn.* Illi ingens barba relixit, nidoremque ambusta dedit. *Hor.* 1. 2. *Serm. sat.* 7. v. 38. Nafum nidore supinor. *Plin.* 1. 13. c. 1. Cedri tantum, & citri in sacris fumo convolutum nidorem verius, quam odorem noveant. ¶ Differunt *odor*, & *nidor* in eo, quod *odor* in malam partem fumi non solet nisi cum addito, ut malus odor, teter, fœdus: ad *nidor* absolute positus fœtorem significat.

Nidorosus, a, um, adject. nidorem multum exhalans. *Tertull.* 1. 5. *adv. Marc.* c. 5. Holocaustomata nidorosa.

Nidulor, aris, d. 1. *far nido*, *νεστινίζω*, nidifico. *Varr. apud Non.* c. 2. n. 598. Haleyones hyeme in aqua nidulantur. *Gell.* 1. 2. *cap.* 29. Cassita nidulatur in fegetibus. ¶ *Plin.* 1. 11. c. 28. Aliud (infecturum) genus, qui e fimo ingentes pilas averlis pedibus volutant, parvoque in iis contra rigorem hyemis vermiculos fœtus sui nidulantur. h. e. in nido fovent, vel excubando excludunt.

Nidulus, m. 2. *nidiuzzo*, *νεστινίζω*, parvus nidus. *Gell.* 1. 2. c. 28. De aviculæ nidulo lepide, atque jucunde præmonet. *Cic.* 1. 1. *de Orat.* c. 44. In asperimis faxis tanquam nidulum affixam.

Nidus, di, m. 2. *nido*, *νίος*, Ger. *ein vogelneft*, Gal. *nid*, Hisp. *nido*, *νεστινίζω*, avium domicilium. *Quintil.* 1. 2. c. 16. Texere nidum. *Cic.* 1. 2. *de Orat.* c. 6. Quemadmodum volucres videmus procreationis, atque utilitatis suæ causâ fingere, & construere nidos. ¶ Per Metonymiam accipitur pro factu avium, quasi continens pro contento. *Virg.* 12. *Æn.* v. 475. Pabula parva legens, nidisque loquacibus escas. *Colum.* 1. 7. c. 9. *ad fin.* Et in cubili suam quique matrem nidus expectat. Ubi de serotæ foetu loquitur. ¶ Translate usurpatur pro quodam vasis genere, a nidorum similitudine. *Varro apud Non.* Lymphaque e lacuna fontium allata nidos implent. ¶ Et nidi dicuntur, in quibus merces in tabernis separatim tenentur, *οικησες*. *Mart.* 1. 1. *epigr.* 118. De primo dabit, altero nido rafum pumice, purpuraque cultum. ¶ Denique dicitur de quovis cuiusque domicilio. Hinc *Virgilius* villam suam, nidum fœnestu suæ, vocabat, reterente *Plin.* 1. 6. ep. 10. *Horatius etiam* 1. 1. ep. 10. v. 6. Tu nidum servas, ego laudo ruris amœni Rivos.

Nigellus, a, um, *negretto*, *ὀνόμαλος*, subniger, dim. a niger. *Varr.* *apud Non.* c. 16. n. ult. Nigellum amiculum. *Auson.* ep. 4. v. 72. litteras vocat, Cadmi nigellas filias.

Niger, gra, grum, o. 1. 2. *negro*, *μορό*, *νίος*, Ger. *schwarz*, Gal. *noir*, Hisp. *negro*, *ὀ μέλας*, *ή μέλαινα*, *το μέλαν*, nigredine coloratus. *Virg.* 4. *Georg.* Et nigram maculatis ovem. *Cic.* 2. *de Div.* c. 3. Nescio, qui ille divinus, si oculis captus sit, ut Tiresias fuit, possit, quæ alba sint, quæ nigra, dicere. *Juv. Sat.* 3. Nigra in candida vertunt. Solebant enim præcipue bonum, & laudabile alba creta notare, malum, & turpe carbone nigro. ¶ Hinc niger interdum translate pro malo ponitur. *Horat.* 1. 1. *Sat.* 4. v. 84. commissa tacere Qui nequit, hic niger est, hunc tu, Romane, caveto. *Cic. pro Cæcin.* c. 10. *de Clodio*. Sex. Clodius, cui nomen est Phormio, nec minus niger, nec minus confidens, quam ille Terentianus est. ¶ Ponitur & pro obscuro, umbrato, ut *nigra silvæ*. *Horat.* 1. 1. *od.* 21. Nigrum nemus. *Virg.* 3. *Georg.* ¶ *Juven.* *Sat.* 1. v. 71. Instituitque rudes melior Locusta propinquas, Per famam, & populum nigros efferre mariticos. Ubi nigros maritos. h. e. veneno sublatos intelligit. nam tali necesse preempti livorem contrahunt. ¶ Comparativum est *nigrior*, Superlativ. *nigerrimus*. *Virg.* 3. *Georg.* v. 278. *nigerrimus* auster. *Ovid.* *Heroid.* ep. 17. Cælum pice nigrius.

Nigidius, ii, sigulus, Philoſophus Pythagoricus, floruit Romæ, Cæsaris, & Ciceronis tempore. Multa scripsit de re grammatica, ut testatur *Gellius*, qui proinde sæpe de eo mentionem facit.

Nigina, æ, herba tribus foliis longis intubacis, quæ illita cicatrices ad colorem reducit. *Plin.* 1. 27. c. 12.

Nigrans, antis, nom. ex particip. idem ac niger. *Virg.* 5. *Æn.* v. 97. nigran-

busdam apud *Quintil. declam. 8. c. 13.* Sed valde incerta ea lectio est. Nexibilis, le, adject. nexilis. *Ammian. 1. 29. c. 3.* (al. 2.) Nexibili adie veratione. h. e. callide mendaciis connexis.

Nexilis, & le, o. 3. *chefs aggroppa, πλεξίς*, quod nexitur. *Lucr. 1. 5.* Nexilis ante fuit vestis, quam textile tegmen. *Ovid. 6. Met.* Nexilibus flores hederis habet intertextos.

Nexto, onis, f. actus nexendi, connexio. *Arnob. 1. 5.* Vinculorum nexiones. Adde *Martian. Capell. 1. 1. pag. 12. C. 23.*

Nexo, as, a, 1. *aggroppare, προσαναλλήξω*, freq. a nexio. *Lucr. 1. 2. v. 98.* Pars etiam brevis spatii nexantur abictu. Al. leg. *vezantur. Virg. 5. Aen. v. 279.* Nexantem nodis, & sequi in sua membra plicentem.

Nexo, is, xui, xum, a. 3. idem ac nexio, as. *Priscian. 1. 9. & Probus* afferunt, sed sine exemplis.

Nexum, i, n. idem ac nexus. *Cic. pro Cae.* Ut non fustulerit horum nexa, atque hæreditates. *V. nexur, us.*

Nexus, a, um, *aggroppato, ἀναλλήξω*, partic. a nexor. *Cic. 3. Tusc.* Omnes enim inter te nexæ, & jugatæ sunt. ¶ Nexi, & additi, *desideris* apud Romanos vocati sunt homines obrerati, seu qui solvendo non erant, qui lege 12. Tab. ob æs alienum creditoribus in temporariam servitutem addebantur, idest, quoad debitum perolverent, & ducebantur in ergastula ad perolvendum. *Varro 1. 6. L. L. ad fin.* Nexi sunt liberi homines, qui operas suas in servitute pro pecunia, quam debebant, domino præstabant. Hinc *Liv. 1. 2. c. 23.* Propter nexos ob æs alienum. *Martian. 1. Res qua Dig. de jure fisci.* Nexa res pignori. ¶ Nexi item vincti, & captivi, *prigionieri. Justin. 1. 21. c. 1.* Nexorum tria millia e carcere dimittit. ¶ Nexus sacramento, *obligatio con giuramento. Id. 1. 20. c. 4.*

Nexus, us, m. *vinculo, congiunzione, connessione, συμπλοκή, δεσμός*, conjunctio, colligatio, a nexio. *Tacit. 4. Ann. c. 62.* Firmis nexibus compaginem superstruere. *Ovid. 6. Metam. v. 242.* arcto iustantia nexu vincula. ¶ Translate nexus legis. *Tacit. Annal. 1. 3. c. 28.* ¶ Apud Romanos nexus, vel nexum, i, *νεσπος*, erat genus obligationis civilis, qua corpus etiam, ut pignus, afficiebatur. *Festus:* Nexum est, ut ait Gallus, quodcumque per æs, & libram geritur, idque nexi dicitur, quæ in genere sunt hæc, testamenti factio, nexi datio, nexi liberatio. Nexum æs dicebatur pecunia, quæ per nexum obligatur. More receptum fuit, ut auctor, idest venditor, nexu se dicis causa obligaret ad rem perpetuo mancipi, hoc est emptori præstendam. *Sigon. de aut. jure C. R. l. 1. c. 11. Cic. pro Mur.* Quod si in iis rebus repetendis, quæ mancipi sunt, is periculum iudicii præstare debet, qui se nexu obligavit. ¶ Obligatio nexi in hunc modum fiebat, manceps, idest is, cui res abalienabatur, stipulabatur ab altero, *Dare spondes?* & alter respondebat, *spondeo*, simulque dicis causa spondentem alligabat, ac nexebat. *Cic. in Top. c. 5.* Abalienatio est ejus rei, quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in jure cessio. Quæ causa est, ut sæpe apud Latinos mancipium, & nexus conjungantur. *Cic. 1. 7. Fam. ep. 30.* Attici te proprium esse scribis mancipio, & nexu, meum autem usu, & fructu. *Id. de Arusp. Resp.* Multæ sunt domus in hac urbe, atque haud scio, an fere cunctæ jure optimo, sed tamen jure privato, jure hæreditario, jure auctoritatis, jure mancipi, jure nexi. ¶ Jus nexorum proprium Civium R. fuisse, *Cicero* ostendit, cum ait, *pro Cæcina*; & Syllam ita admississe civitatem Volaterranis, ut nexa reliquerit. ¶ Inire nexum, est lege nexum addici, sive se & corpore, & bonis obligare, devincireque creditoribus. *Liv. 1. 7. Sorte ipsa obruebantur inopes, nexumque inibant.* ¶ Nexu vinctus, seu obligatus dicebatur, qui cum solvendo non esset, addictus fuerat tæneratori, ut ei serviret, quoad debitum perolveret, nexu autem solutus is vocabatur, qui, cum addictus esset creditori, postea vere alieno dissoluto ipse nexi defierat. *Liv. 1. 2. c. 23.* Nexu vincti solutique se undique in publicum proriperunt.

N A N T E I.

Ni, *senon, εἰ μή*, si non, nisi. Jungitur tum indicativo, tum subjunctivo. *Ter. Andr. 3. 4.* Mirum, ni domi est. *Cic. in Verr. 5. c. 96.* Ni ad Equestrum Ordinem judicia reterantur. ¶ Usurparunt præcipue in sponsonibus, & in judicio recuperatorio. *Cic. pro Mur.* Sponsonem facere possent, ni adversus edictum Prætoris vis facta esset. *Plaut. Rud. 5. 3. 24.* Cedo qui cum habeam iudicem, ni dolo malo insipulatus sis, nive etiam &c. *Cic. pro Cæcin. c. 23.* Tum illud, quod dicitur, sive, nive, irrident. *V. Sponso, & Judex.* ¶ *Serv. Donat. & Priscian.* docent, ni pro ne usurpari cum ab aliis auctoribus, tum præsertim a *Plauto*, sed nihil certi colligitur ex multis locis, quæ afferri solent: nisi forte ex illo *Lucretii 1. 2. v. 733.* ubi *nive pro neve* legitur.

Opus, nom. indelc. *ἔργον*, necessitas, vel necesse. Sed tamen *opus*, & *necesse* videntur aliquantulum inter se differre. *Cic. 1. 1. Fam. ep. 9.* Legem Curiatum Consuli terre opus esse, necesse non esse. h. e. utile esse. Quare *opus* notat indigentiam, seu utilitatem, non necessitatem. ¶ Modo substantive accipitur, modo adiective. Sed quocunque modo usurper, semper est indeclinabile. Utrouque modo conjungitur cum verbo *sum es est*, & fere dativum personæ, vel expresse, vel occulte exigit. Quando usurpatur substantive, verbum *sum* semper numeri singularis esse debet, & tertiam personæ. Tunc vel usurpatur absolute. *Cic. 2. Fin.* Bonum ipsum etiam quid esset, fortasse, si opus fuisset, definißes. ¶ Vel cum abl. *Cic. Att. 1. 12. ep. 35.* Apud Terentiam gratia opus est nobis, tuaque auctoritate. ¶ Reperitur etiam cum gen. *Cic. ad Q. Fr. Opus erit elegantioris alicuius.* ¶ A veteribus conjungebatur etiam cum acc. *Plaut. Truc. 5. 1. 10.* Puerio opus est cibum. ¶ Conjungitur quoque cum conjunctivo, & particula *ut*. *Plaut. Truc. 2. 6. 18.* Nunc tibi opus, ægram ut te assimules. ¶ Item cum infinitivo. *Cic. de Ann. Anne opus sit quidem nihil unquam omnino deesse amicis.* ¶ Item cum participio. *Ter. Heaut. 1. 1.* Tibi ut opus est factio, face. *Cic. pro Mil. c. 19.* Primum erat nihil, cur properato opus esset. ¶ Si adjectivo usurper, exigit nominativum ante se, & verbum *sum* secundum numeros, & personas variandum est. *Cic. 1. 2. Fam. ep. 5.* Dux nobis, & auctor opus est, & eorum ventorum, quos propofui, moderator quidam, & quasi gubernator. *Liv. 1. 10. bell. Pun. Ad comparanda ea, quæ opus erant.* ¶ In utraque usurpatione admittit etiam acc. cum præp. *ad. Cic. 1. 3. Fam. ep. 3.* Præsidio firmiori opus esse ad istam provinciam. ¶ Jungitur etiam aliquando cum verbo *habeo*. *Colum. 1. 9. c. 1.* Feræ graminibus opus habent.

Opusculum, i, *operetta*, *παιδιον*, parvum opus. *Cic. 4. Acad.* Ut etiam inter Deos Myrmecides aliquis minorum opusculorum fabricator fuisset videatur.

O A N T E R.

Ora, æ, f. *ἄκρῃσις*, *ἄκρῃσις*, extremitas cuiuscunque rei, ab *ἄκρῃσις*, extremitas, terminus. *Lucr. 1. 1. v. 931.* Oras pœcia circum contingunt. *Festus.* Ora velimentorum. *Cic. 2. Fin.* Innataque regiones, quarum nulla esset ora, nulla extremitas. ¶ *Oræ vulneris*, sunt hiantis vulneris extremitates, quæ futura conjunguntur. *Cels. 1. 5. c. 26. de gluxinatione vulnerum.* Oras vulneris futura jungit. ¶ Speciatim usurpatur de regione litoralî, seu de extremitate regionis prope litus maris. *Cic. 1. 12. Fam. ep. 5.* A prima enim ora Græciæ usque ad Ægyptum optimum civium imperus muniri erimus, & copiis. ¶ Per Synecdochen sumitur pro tota regione. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 66.* Omnibus hominibus, qui ubique sunt, quacunque in ora, ac parte terrarum. ¶ Capitur etiam pro climate, vel segmento cœli. *Cic. 1. Tusc.* Tum globum terræ eminentem e mari, fixum in medio mundi universi locum, duabus oris distantibus habitabilem, & cultum. ¶ Reperitur etiam pro initio rei. *Cæcil. apud Fest.* Oram reperire nullam, quam expediam, queo. ¶ *Oram solvere*, & *resolvere*, *παρῆρῃσις* *dal lido*, est navem oræ litoris alligatam solvere. *Quint. in ep. ad Tryphon.* Permittamus vela ventis, & oram solventibus bene precemur. *Liv. 1. 22. c. 19.* Vixit omnes confecerant, cum alii resolvunt oras, ut anchoram vellunt. *Id. 1. 28. c. 36.* Trabant scalas, oraque & anchoras, ne in moliendo mora esset, prædicunt. h. e. funes, quibus oræ litoris navis adhæret.

Ora, æ, f. Dea juvenutis. V. *Herfília*.

Oraculum, i, n. *oraculo*, *ἀγορά*, *ἄγῳσις*, *ἄγῳσις*, Deorum responsum. *Cic. in Top. c. 20.* Oracula ex eo ipso appellata sunt, quod inest in his Deorum oratio. *Id. 2. de Div.* Tuis enim oraculis Chryfippus totum volum implevit. *Id. 1. Div. c. 34.* Cum oraculum ab Jove Dodonæo petivissent. Sic oraculum consulere, scitari, pœcere. *Id. & Virg. & al.* ¶ *Oraculum* pro syncope. *Ovid. 1. Metam. v. 321.* Fatidicamque Themin, quæ tunc oracula tenebat. ¶ Sumitur etiam pro ipso loco, in quo responsa dantur. *Cic. 1. de Div.* Nunquam illud Oraculum Delphis tam celeberrime, & tam clarum fuisset, neque tantis donis relictum omnium populorum, atque Regum, nisi omnis ætas oraculorum illorum veritatem esset experta. *Plin. 1. 12. c. 23.* Ab Ammonis oraculo, juxta quod nascitur arbor. ¶ Accipitur etiam pro vaticinio generatim, sive a Deo, sive ab homine fiat, sive pro diem, sive in somno. *Cic. 1. de Div.* Quibus inflatæ mentes oracula funderent. *Id. ibid.* Expofui fomni, & furoris oracula. ¶ Item pro dicto, sive sententia celebri, notatuque digna. *Plin. 1. 18. c. 6.* Inde illa reliqua oracula, nequam agricolam esse, & c.

Oramentum, i, n. oratio, preces. *Plaut. Truc. 2. 2. 63.* Illum spero mutari blandimentis, oramentis cæteris meretriciis. Ita legit *Mæursius*: alii *ornamentis*.

Orarium, ii, n. linteum ori tergendum accommodum. *Vopif. in Aurel. cap. 48.* Sciendum, ipsum primum donasse oraria populo R. quibus uteretur populo, ad favorem. Adde *Lucil. apud Non. c. 14. n. 16.* ¶ Plura de hac voce differit *Cajaub. ad hunc locum*, item *Salmaj. & Voff. l. 3. de vit. ferm. c. 30.*

Orarius, a, um, adject. ab ora, ut oraria navis, parvæ molis, & ad legend. tantum littora apta. *Plin. 1. 10. ep. 26.* Nunc destino partim orariis navibus, partim vebiculis provinciam petere.

Orâta, V. *Aurata*.

Orâtum, adverb. per oras. *Solin. c. 9. (al. c. 3.)* Ut oratim omnes insulas legamus.

Oratio, onis, f. *orazione*, *disorso*, *הַשְׁבָּח*, Ger. *ein red*, Gal. *oraison*, Hisp. *oracion*, *ῥησις*, locutio, sermo, compositum ex pluribus dictionibus, seu vobibus, quo homines animi sui sentia exprimunt, ab *oro*,

Cic. 1. 6. Fam. Non solum ex oratione ipsius Cæsaris, quæ sane mollis, & liberalis fuit. *Ter. Andr. 1. 1. 214.* Oratio hæc me miseram exanimavit metu. *Cic. 1. de nat. Deor. in Phi.* Epicurus te tollit, oratione relinquit Deos. ¶ Speciatim dicitur de locutione Oratorum. *Cic. in Or. c. 19.* Quancunque enim omnis locutio oratio est, tamen unus Oratoris locutio hoc proprio signata nomine est. *Quint. 1. 4. c. 3.* Orationem facere incundam & ornatam. *Id. 1. 2. c. 17.* Habere orationem contra aliqueum. *Id. ibi.* Orationem scribere. *Cic. 5. Tusc.* Habere multam orationem de re aliqua. ¶ *Oratio perpetua*. V. *Perpetuus*. ¶ *Profa oratio*, V. *Profa*. ¶ Interdum publici libelli, & literæ, in quibus aliquid ad Remptinens perferitur, orationes vocantur. *Sueton. in Tiso c. 6.* Cum patris nomine & epistolas ipse dictaret, & edita conscriberet, orationesque in senatu recitaret etiam Quæstoris vice. V. *eund. Sueton. in Aug. c. 65.*

Oratiuncula, æ, f. *orazionella*, parva oratio. *Cic. in Brut.* Inducant oratiuncula, tum historia quædam Græce scripta dulcissime. *Id. 3. de nat. Deor. c. 17.* Oratiuncula aureola.

Orâtor, oris, m. *Oratore*, *ῥητορ*, est ille ex sententia L. Craffi, qui omnium artium cognitione, & scientia ornatus potest dicere prudenter, copiose, ornate, memoriter, cum quadam etiam actionis dignitate, de omnibus rebus, quæcuque in quæstione, & in hominum disceptatione cadunt. *Cic. 1. 2. 3. de Or.* Dicitur est ab *oro*, non qua notat supplex pedo, sed ab antiqua ejus notione pro *dico*. Differt a Rhetore, quod Orator fit, qui in judiciis, vel in concionibus, vel in Senatu causas agit: Rhetor, qui profitetur artem bene dicendi. V. *Rhetor*. *Jrdon. 1. 5. ep. 5.* Oratorem pro Rhetore usurpat. ¶ Oratores etiam Legati dicuntur, qui Principum, vel Rerum publicarum mandata peragunt. *Virg. 11. Æn. v. 331.* Centum Oratores prima de gente Latina Ire placet. Adde *Liv. 1. 1. c. 15.* ¶ Orator quoque dicitur liber Ciceronis, in quo de Oratore differit. *Cic. 1. 15. Fam. ep. 20.* Oratorem meum (sic enim inscripsit) Sabino tuo commendavi.

Oratorie, adverb. *oratoriamente*, *ῥητορικῶς*, more Oratorum. *Cic. in Orat. c. 68.* Nihil est enim aliud pulchre, & oratorie dicere, nisi optimis sententiis, verbisque lætissimis dicere.

Oratorius, a, um, *ῥητορικῶς*, quod ad Oratorem spectat. *Cic. 1. de Or.* Sic illam orationem disertam sibi, & oratoriam, fortem, & virilem non videri. *Id. de clar. Orat. c. 75.* Ornamenta oratoria. ¶ *Oratoria*, absolute, h. e. oratoria ars, *Quintil. 1. 2. c. 14.*

Oratrix, icis, f. *oratrice*, mulier, quæ orat. *Plaut. Mil. 4. 2. 80.* Me oratricem haud sprevisi. ¶ Alio sensu *Quintil. 1. 2. c. 14.* Rhetoricen in latinum translentens, cum oratoriam, tum oratricem nominaverunt.

Orâtrum, ti, n. petitio, precatio. *Ter. Heec. 3. 25.* Cum orata ejus reminiscor.

Orâtus, tus, m. *ῥητορ*, precatio, rogatio. *Cic. pro Flac. c. 37.* An etiam scriptis oratu tuo?

Orâtus, a, um, nom. ex particip. *pregato*. *Horat. 1. 1. ep. 17. v. 18.* Prece multa oratus. *Id. 1. 2. Sat. 3. v. 176.* Oratus per divos. *Vellej. 1. 2. c. 70.* Oratus a medico.

Orbatto, onis, f. privatio. *Sen. ep. 88. (al. 87.)* Paupertas non per positionem, sed per det actionem dicitur, vel, ut antiqui dixerunt, per orbattonem.

Orbâtor, oris, m. qui privat. *Ovid. Metam. 13. v. 500.* Exitium Trojæ, nostrique orbator Achilles.

Orbâtus, a, um, *privatio*. *Cic. pro Cluent. c. 15.* Quæ ab se se postea aucta pecunia majore præmio, orbata filio minore periculo necatur. *Id. pro Cæc.* Quibus te consoler ut afflictum, & jam omni spe salutis orbatum.

Orbicularis, adv. *in giro*, Ger. *rings uweisse*, Gal. *rondement*, Hisp. *encero*, *ῥομβοειδῆς*, per orbem, & circulus, quasi circulum. *Plin. 1. 11. c. 37.* Sed quibus cervix e multis, vertebatque orbicularim ossibus flexilis, & c.

Orbicularis, a, um, o. 1. 2. *tondo*, *ritondo*, *ῥομβοειδῆς*, quod in orbem, & circulum factum est. *Cal. Cic. 1. 8. Fam. ep. 15.* Nunc tibi nostri milites malis orbicularis esse passii videntur. Adde *Plin. 1. 27. c. 13.*

Orbiculus, li, *ῥομβοειδῆς*, dimin. ab orbis. *Plin. 1. 25. c. 13.* Concia quoque in orbiculis servatur in vino. ¶ Sumitur etiam pro rotula trochleæ. *Art. cap. 3.* Trochleas Græcænicas binas, quæ funibus sparteis ducantur, orbiculis superioribus octonis, inferioribus senis citius duces.

Orbiticus, a, um, *girato intorno*, *ῥομβοειδῆς*, quod est per orbem ductum, seu per circulum. *Var. apud Non. c. 2. n. 614.* Ut sidera cœli circa terram, atque axem volvantur motu orbico.

Orbitico, as, a. 1. orbum facio. *Acc. Apud Non. c. 2. n. 852.* Orbitico liberorum letho.

Orbile, is, n. 3. quod rotam in summo axe continet, vel id potius, quod in extremis radiis est, & canthis cingitur, ab *orbis*. *Var. 1. 3. de R. R. c. 5.* Ad extremum, ubi orbile solet esse acutum.

Orbilibus, m. 2. Beneventanus Grammaticus, Horatii in puertitia præceptor, quem *1. 2. ep. 1. v. 70.* ob nimiam in pœros sævitiam *plagofum* vocat. Huic in senectute accidit, ut omni profus memoria desitueretur. Unde per jocum *Litterarum oblivio* dicitur est. Vixit ad centesimum primum annum, & reliquit filium Orbilibium, & ipsum Grammaticum. *Suet. de clar. Gramm.*

Orbis, is, m. *circulo*, *ῥῖν*, Ger. *ein ring*, Oal. *cercle*, Hisp. *circulo*, *ῥομβοειδῆς*, circulus. *Cic. 2. de nat. Deor.* Quæ anno fere vertente signiferum lubrat orbem. *Id. ibi.* In orbem ferri, *Liv. 1. 3.* In orbem volvi. ¶ Differt a sphæra, seu globo, quod orbis proprie dicatur de plano corpore, quod circularem habet figuram, sphæra autem, vel globus de corpore solido. *Cic. 1. de nat. Deor.* Cumque duæ formæ præstantes sint, ex solidis globus (sic enim sphæram interpretari placet) ex planis autem circulus, aut orbis, qui Græce *ῥομβοειδῆς* dicitur. ¶ Sed hoc non semper observatur. Ponitur enim frequenter orbis pro eo, quod sphæricum est, vel rotundum. Igitur usurpatur pro mundo, propter ejus rotunditatem. *Ovid. 1. Fast.* Jupiter, arce sua totum cum spectet in orbem.

¶ Item pro globo terrestri. *Cic. 1. 4. Fam. ep. 1.* Orbem terrarum imperiis distributis ardere bello. ¶ Item pro cœlis, & cœlestibus sphæris. *Cic. in Somn.* Novem tibi orbibus, vel potius globis cœlestibus sunt omnia. ¶ Item pro circulari cœlestium corporum circumvolutione. *Cic. in Som. c. 3.* Circulus suos, orbisque cœlestium celeritate mirabili.

¶ Ponitur quoque pro regione. *Plin. 1. 12. c. 12.* In nostro orbem proxime laudatur Syriacum. ¶ Item pro disco, seu lance, ac præsertim eo disco, super quem carnes in mensa minutim concidimus, ne mappa corruptatur. *Ovid. in Ibin.* Quo puer Orbulides, ictus ab orbe cadas.

¶ Item pro clypeo. *Petron. in Satyr.* Gladios retractant, commovent orbem manu. Sic sæpe *Sat.* ¶ Item pro mensa rotunda. *Martial. 1. 2. epigr. 43.* Tu Libycos Indis suspendis dentibus orbem. ¶ Item pro operculo in orbem facto. *Cas. de R. R. c. 10.* Abacum unum, orbem æneos duos, & c.

¶ Item pro rota. *Virg. 3. Georg.* Undique jam tergo feratos sustinet orbem. *Plin. 1. 8. c. 16.* Atque hoc tale, tam sævum animal rotarum orbem circumacti, eurruque inanes terrent. ¶ Item pro orbili, hoc est extremitatibus radiatorum in rota, quæ canthis cinguntur. *Var. 1. 3. de R. R. c. 5.* Cum & aqua calida, & frigida ex orbe ligneo, mensaque, & c.

¶ Item pro frontis foraminibus, inter quæ latent oculi. *Prudent. peristeph. 3. v. 145.* Illic utrifque obtutibus Orbem cavatos præferens. ¶ Item pro ipsis luminibus, sive oculis. *Laßan.*

de opis. Dei, c. 8. Orbes ipsos humoris puri, ac liquoris plenos esse voluit. ¶ Item pro multitudine hominum. *Ovid. l. de Ar. Atque ingens orbis in urbe fuit.* ¶ Item pro manu militum, quæ etiam globus dicitur. *Gell. l. 10. c. 9.* Hinc *orbem volvere*, apud *Liv. l. 4. c. 28.* est terga vertere, & alio fugæ causa inclinare aciem, *volvas le ordinanzæ.* ¶ Item pro anno. *Virg. l. Æn. Trīginta magnos volvendis mensibus orbes imperio explebit.* idest trīginta annos regnabit. ¶ Item pro contextu, & serie continua, quam periodum vocant. *Cic. 3. de Or. c. 51.* Cum circuitum, & quasi orbem verborum conficere non possent. *Id. in Orat. c. 71.* In Thucydidem orbem orationis desidero. ¶ Orbis saltatorius, est species quædam motus, cum saltatores se versant, in orbemque rotant. *Cic. in Pison.* Cum illum suum saltatorium versaret orbem. ¶ Orbis ablaqueationis, est fossura, sive fossio illa, quæ in orbem circa vites, aut arbores fieri solet. *Colum. l. 4. c. 4.* Nam dum exaltare fortius orbem ablaqueationis fossor fludet. ¶ Pro rotunditate, *rotunditã, Plin. l. 9. c. 35.* Dos omnis uniorum in candore, magnitudine, orbe.

Orbita, z, segno della ruota, rotas, vestigium rotæ currentis. *Cic. Att. epist. 21.* Vix impressam orbitam videre possemus. ¶ Item pro vestigio vinculi, quo vitis alligatur. *Plin. l. 17. cap. 23.* Orbita vinculis fenitur vexatione non dubia. ¶ *Sever. in Æsna, v. 230.* Solis scire modum, & quanto minor orbita Lunæ. h. e. cursus in orbem circumactum. ¶ Translate *Juv. sat. 14. v. 31.* Et monstrata diu veteris trahit orbita culpæ. ¶ Orbita, inquit *Acon. Padian. in l. 1. Ver. pag. 108.* duas res significat; nam orbita & rota ipsa intelligitur, & vestigium in molli folio. *Cic. Ver. 5. 3.* Qui ex thesaurum orbitis prædari ausus sit.

Orbitas, atis, f. orbitã, privazione, õpaxia, privatio liberorum, aut parentum, idest status patrum post amissos liberos, vel status filiorum, cum parentes amitterent. *Cic. 5. Fin. c. 18.* Bonum liberi, misera orbitas. *Id. l. de Or. Ac se Pop. Rom. tutorem instituisse dixisset illorum orbitati.* ¶ Translate sumitur generatim pro quacunque privatione. *Cic. l. 10. Fam. Maxima orbitate Republicæ virorum talium. Plin. l. 7. c. 37.* Citra deformitatem oris curata orbitas luminis. *Id. l. 35. c. 3.* Orbitas tecti. ¶ *Orbitates* in pl. num. usurpat *Arnob. l. 5. & Solin. c. 11.*

Orbitosus, z, um, adject. rotarum orbitis impressus. Incertus Auct. in Catalact. Virg. carm. de Sabino. Et inde tot per orbitofa millia jugum tullite.

Orbitudo, inis, f. idem ac orbitas, apud vet. Accius apud Non. c. 2. n. 599. Miseret lacrymarum, luctuum, orbitudinis.

Orbo, as, avi, atum, z. i. privare, שׁל, Ger. berauben, Gal. priver, Hiip. privar, õpaxia, õpaxia, proprie est filios parentibus, vel parentes filiis privare, ab *orbis. Cic. l. Offic. Thebes filio Hippolyto non eliet orbatus.* ¶ Translate sumitur pro privare generatim. *Cic. in Pison.* Cum orbabas Italiam juvenute. *Id. l. 4. Acad.* Non ergo is exæcat nos, aut orbat sentibus. *Plin. l. 12. c. 8.* Pene equitatu orbavit Alexandrum.

Orbãa, z, fem. Orca, quæ præest parentibus liberis orbatis, teste Plin. l. 2. c. 7. & Arnob. l. 4.

Orbus, a, um, privo, נשׁוּב, Ger. beraubet, Gal. priver, Hiip. privado, õpaxia, õpaxia, privatus liberis, vel parentibus. *Quintil. l. 7. c. 5.* In paupere gratior, quam divite, patre, quam orbo. *Cic. l. 2. Parad.* Quem nutum locupletis orbis senis non observat? *Id. Q. Fr. l. 1. ep. 3.* Te incolumi orbi non erunt filii. ¶ Translate accipitur pro eo, qui quacunque re privatus est. *Cic. in Brut.* Quoniam orbe Eloquentiæ quasi tutores relicti genas. *Id. pro Flac.* Uique eo orba fuit ab optimatibus illa concio. *Plaut. Rud. 2. 3. 19.* Orbis auxilii, opumque. *Plin. l. 7. c. 43.* Orbam luminibus exegit senectam. *Silius l. 13. v. 725.* Pyrrhumque a limine portæ Deiecit visus orbus. ¶ Orbi palmites dicuntur, qui oculis, seu gemmis carent, & nihil pariunt. *Col. l. 4. c. 27.* Nec orbus tantum detrudere palmites.

Orca, f. i. orca, õpax, genus beluæ marinæ balænis infestum. Plin. l. 9. c. 6. Hoc scire orcam, infestam his beluam, & cuius imago nulla representatione exprimi possit alia, quam carnis immensæ dentibus trulentæ. ¶ Est etiam genus vasis speciei tereti, & uniformi, ab Æolico õpax, quod vasis ficitilis genus notat. *Perf. sat. 3.* Mænæque quod prima nondum deiecerit orca. *Hov. l. 2. serm. sat. 4.* Non alia, quam quæ Byzantia putruit orca. ¶ Ab hujus vasis similitudine ad alia quoque id nomen translatum. Ita vinarium vas orcam dixere. *Var. l. 2. de R. Rust. c. 13.* Quod sæpe, ubi conditum novum vinum, orca in Hispania fervore musti ruptæ. ¶ Et vasa ficaria. *Col. l. 12. c. 15.* Nonnulli hanc ipsam formam fici orcis sine picæ includunt. *Plin. l. 15. c. 19.* At ubi (ficorum) copia abundat, implentur orca in Asia. ¶ Phimus quoque, sive pyrgus orca dicebatur. *Pompon. apud Priscian. l. 3. c. 9.* Interim dum contempler orcam, taxillis perdidit. *Perf. sat. 3. v. 50.* Angustæ collo non fallier orca. De talorum ludo agit Satyricus. ¶ Item capsa pigmentorum muliebrium. *Plin. l. 35. c. 9.* Usta calva reperta incendio, Piræei, cerulla in orcis cremata. ¶ Denique est nomen gemmæ. *Plin. l. 37. c. 10.* Orca barbari nominis et nigro, fulvoque, ac viridi, & candido placet.

Orcaides, f. 3. Orcaie, insulæ Scotiæ ad Bor. in mari Caledonio, ab ea tantum Piscio freto divisæ, extendæ a Septen. in Merid. numero 40. al. 30. ex quibus undecim majores, reliquæ minores. Meta. l. 3. c. 6.

Orchãmus, m. 2. õpaxmõ, Assyriorum Rex, qui ex Eurymene uxore filiam Leucotheam suscepit, quam ab Apolline stupratam vivam detodit. Ovid. l. 4. Metam.

Orchestra, z, f. i. orchestra, õpaxmõ, locus in medio theatro, h. e. interior pars, quæ concava, inter sedilia, sive cuneos, & profœcium, ab õpaxmõ, sãto, quia in ea apud Græcos chorus saltabat. Nam alius fuit orchestra usus apud Romanos, alius apud Græcos. Apud Romanos quidem orchestra planities designata fuit Senatoribus ad spectandum, sed apud Græcos in ea chorus canere, ac saltare consuevit. In orchestra erat pulpitum, sive locus editor, qui thymele dicebatur, in quo canebatur a citharædis, ac tibicinibus, qui ex eo dicti thymelici. Supra orchestra erat profœcium, idest locus ante scenam, nempe scena depressior, in medio sui pulpiti habens, qui fenicorum, idest agentium, ac loquentium locus erat. *Juv. sat. 3. v. 177.* Similemque videbis Orchestra, & populum. idest sessionem Senatus. *Suet. in Nerone.* Deinde in orchestra, Senatuumque descendit. *V. Vitruv. l. 5. c. 6.*

Orchilãlex, fuit lex de cœnis lata ab Orchio Tribuno pleb. de Senatus sententia, tertio post anno, quam Cato Censor fuit, quæ certum numerum conviviarum præscribebat, cavebatque, ut patentibus januis cœnaretur, nequæ legi traws fieri posset. Hæc fuit prima omnium, quæ de sumptibus ad populum lata sunt. *Macrob. 3. Saturn. c. 17.*

Orchis, is, f. 3. õpax, herba, al. cynoforchis. Plin. l. 26. c. 10. Diosc. l. 3. c. 143. ¶ Item genus piscis. *Plin. l. 32. c. 2.* Durissimum esse piscium constat, qui orchis vocatur, rotundus est, & sine squamis, totisque capite constat. ¶ Item genus olivæ Atticæ grandius orchite. *Col. l. 5. c. 8.* Orchis quoque, & radius melius ad escam, quam in liquorem stringitur.

Orchites, is, seu orehites, is, f. 3. õpaxites, õpaxites, olera grandis.

Var. l. 4. de L. L. Meminit ejus Car. c. 6. Col. l. 5. c. 82. Virg. 2. Georg. Est ab õpax, testiculus, quod sit testiculorum magnitudinis. Serv. in 2. Georg. & Fest.

Orchomênus, f. 2. Orcomeno, õpaxmõ, opp. & fl. Bœotiz, inter Thepantium, & Coroneam proximas urbes, ubi templum ditissimum, ac potentissimum Gratiarum, ab Ethoche Rege conditum, cui Thebani tributa pendebant. Hujus solum a talpis totum ferme evertitur, auctore *Plin. l. 8. c. penult. & l. 31. c. 2.* ¶ Item opp. Arcadiæ, inter plauria, & paludosa loca, Mantinez proximum. *Plin. l. 4. c. 5.* ¶ Est & fluvius Theffaliz Minyæus antea, & postea Minterius dictus, cum opp. cognomine. *Plin. l. 4. c. 8.*

Orcinanus, a, um, adject. ab Orco, ut Orciniana sponda. h. e. ferretum, seu sandapila, feretro. Martial. l. 10. epigr. 5. Vocet beatos, clamiteque felices, Orciniana qui teruntur in sponda.

Orcinus, a, um, adject. sepulcralis, ad Orcum pertinens. Nev. apud Gell. l. 1. c. 24. Postquam est Orcino traditus thesaurus, oblitus sunt Romæ loquere latina lingua. Sunt qui legunt *Orcio*, eodem sensu. ¶ *Orcini* liberti dicuntur a *JCrisl. 22. ff. de pecul. legat. G. alibi*, qui ex domini testamento libertatem sunt adepti, nec assertorem suum viderunt. ¶ Hinc *Orcini* Senatores, Augusti tempore ii dicebantur, qui in Senatum irreperant post Cæsarem occisum, & Orco demissum, ejus commentariorum auctoritate jactantes, eum se honorem obtinuisse. *Suet. in Aug. c. 35.* Alii legunt *Orcivus*.

Orcius, a, um, V. vocem præcedentem.

Orcula, z, f. õpaxmõ, dimin. ab orca, parvum vas. Cat. de R. R. c. 17. Mentham in orculam condito.

Orcus, i, m. 2. õpax, Deus Inferorum, ut veteres putaverunt, quem & Plutonium, & Ditem Patrem vocabant, ubi õpax, juramentum, quod est feramenti Deus, quippe per Plutonium, vel per Stygiam paludem Dii jurant. Cic. 6. Ver. c. 50. Hic dolor erat tantus, ut Verres, alter Orcus, venisse Ennam, & non Proserpinam apertastet, sed ipsam abripuisse Cererem videretur. ¶ Aliquando etiam pro fluvio Inferorum ponitur, imo pro toto loco. *Prop. l. 3. eleg. 19.* Arbitr Orci Minos. *Plaut. Afsn. Bene vale, apud Orcum te video.* ¶ *Horat. l. 3. od. 17.* Impudens Orcum moror. h. e. mortem differo. ¶ Cum Orco rationem habere, vel ponere, est periculo mortis se se exponere, cum id prævideamus, quod fletum agricolæ, qui in pestilentii agro ferunt. *Var. l. 1. de R. R. c. 4.* Etenim ubi ratio cum Orco habetur, ibi non modo fructus est incertus, sed etiam colentium vita.

Orcus, i, m. fl. Theffaliz, ex Styge palude profluens, qui in Peneum labitur, aquis adeo pinguis, ut Peneo olei in modum supernatet. Hom. l. 2. Ilad. Hinc factus est locus fabulæ, ut Orcus Inferorum flu. esse dicatur, cuius apud Deos sanctissimum semper habitum sit juramentum.

Orcynus, i, m. õpaxmõ, genus magni piscis, qui a Narbonenibus Tom dicitur. Plin. l. 32. c. ult.

Ordia prima, prima initia, primordia. Lucret. l. 4. v. 32. Quove modo distracta rediret in ordia prima.

Ordinalis, le, adject. ordinem significans, ut ordinale nomen, Priscian. lib. 2.

Ordinarie, adv. cum ordinæ. Tertul. de resur. car. c. 7. Hæretici ex conscientia infirmitatis nunquam ordinarie tractant. *Frontin. de Colon.* Agrum ordinarie disponere.

Ordinarius, a, um, o. i. 2. ordinato, Germ. ordentlich, Gal. ordinaire, Hiip. ordinario, õpaxmõ, in quo servatur ordo. Colum. l. 3. c. 16. Malloleus ordinarius vitibus interferendus est. ¶ Item confectus, & in quo nihil præter receptum morem, aut legem sit, *ordinario. Suet. in Aug. c. 25.* Spectavit studiosissime pugiles, non legitimos, & ordinarios modo, sed & catervarios pugnantem temere, & sine arte. Sic ordinarius Consulatus, ipud eund. in Galba. c. 6. Ordinaria consilia, *Liv. l. 27.* Ordinaria oratio, *Sen. epist. 39.* ¶ Ordinarii servi, *l. 15. ff. de inur.* sunt, qui certum aliquod ministerium (quod ordinarium officium dicitur a *Senec. l. 3. de Benef. c. 28.*) in familia exercent, quibus opponuntur. servi vicarii. ¶ Ordinaria paria gladiatorum, quæ legitimo loco, tempore, & apparatu inducuntur, quibus opponuntur ex tempore suffecta, & veluti vicaria. *Id. epist. 7.* ¶ Ordinaria structura apud *Vitruv. l. 2. c. 8.* est media inter eam, quæ fit e lapide quadrato, & quæ ex informi cœmento temere congesto, ubi lapides, (qui ideo *ibid.* ordinarii vocantur) etsi ad normam non respondent, a se tamen invicem non abhorrent, & ordine coagmentantur. Hæc *Philander in loc. cit. Vitruv.* ¶ Homo ordinarius, qui assidue in foro versatur, & lites gerit. *Fest. l. 1.* ¶ Item homo vilis conditionis. *Idem.*

Ordinate, adv. ordinatamēte, Ger. ordentlich, Gal. par ordre, Hiip. con orden, κατὰ τάξιν, cum ordine. Auct. ad Her. l. 4. c. ult. Distincte, & ordinate disponemus. *Tert. l. 1. adv. Marc. c. 19.* Quo ordinatus retrahentur. *Augustin. 1. de Re rastat. c. 24.* Ordinativum subjunxit.

Ordinatum, adv. idem ac ordinate. Brut. Cic. l. 11. Fam. epist. 13. Ille enim iit passum, ego ordinatum.

Ordinatio, onis, f. ordine, עֲרִי, Ger. ordnung, Gal. ordonnance, Hiip. ordanzã, תַּעֲרִי, õpaxmõ, dispositio. Colum. l. 12. c. 3. Ut ordinatio constituta conservetur. *Valley. l. 2. c. 59.* Omnem ordinationem & necis, & testamenti comperit. ¶ De ordinatione in architectura *V. Vitruv. l. 1. c. 2.* ¶ Interdum sumitur pro administratione provincie. *Sueton. in Nerone. c. 40.* Sponponderunt quidam ei ordinationem Orientis. Optimi quidam Codices habent *dominationem*. ¶ Est etiam ordinatio magistratuum creatio, & eorumdem per provincias dispositio. *Id. in Domit. c. 4.* Equid sciret, cur sibi vitium esset ordinatione proxima Ægypto præficere Metium Rufum.

Ordinativus, a, um, ordinativus, ad ordinem spectans, ut ordinativa adverbia, apud *Priscian. l. 15.* Adde *Tertull. adv. Hermog. c. 19.*

Ordinator, oris, m. ordinatore, qui recte disponit. Senec. epist. 110. (al. 109.) Quomodo advocato, & lites ordinatori.

Ordinatus, a, um, ordinato. Liv. l. 24. Ex comparatione tam ordinatæ disciplinæ animadvertit. *Nepos in Iphic. c. 2.* Ordinatæ acies. *Apul. de Deo Socrar. post princ.* Ordinativissimi meatus. *Senec. epist. 74.* Vita ordinatio, & prudentior.

Ordino, as, avi, atum, v. i. ordinare, עֲרַ, Ger. ordnen, Gal. ordonner, mettre par ordre, Hiip. ordenar, poner en orden, διατάττω, suo quoque ordine dispono, recte constituo, designo, in ordinem redigo. Cic. 2. de Orat. Ea mihi videntur in lite ordinanda, & in consilio dando esse posita. *Colum. l. 5. c. 3.* Ordinare locum vitibus. *Suet. in Cas. c. 40.* Ordinare Reipub. statum. *Liv. l. 29. c. 11.* Ordinare milites. *Curt. l. 3. c. 8.* Ordinare aciem. *Flor. l. 3. c. 19.* Iub signis ordinare. *Sen. ep. 9.* Ordinare res suas suo arbitrio. Et *epist. 10.* Ordinare cupiditates improbas. h. e. in officium redigere. *Al. leg. cogitationes.* Et *ep. 12.* Ordinare diem, *disporre le azioni del giorno.* ¶ Ordinare aliquem, est ad aliquod munus gerendum constituere. *Suet. in Vespas. cap. 23.* Quendam et charis ministris dispensationem cuidam, quasi tratri petentem cum distulisset, ipsam candidatum ad se vocavit, exactaque pecunia, sive mora ordinavit. ¶ Ordinare testamenta apud *JCros. l. 5.*

ff. de inoffic. testam. est conficere. ¶ *Ordinaria medicamenta* dicuntur Medici cum ea ægotantibus præstituant. Legitur hæc phrasia apud *Gal. Aurel. Chronic. l. 1. c. 7. sub fin.*

Ordiſ, iris, orſus ſum, d. 3. *cominciare*, ארר, Ger. *anfahen*, Gal. *comincer*, Hiſp. *comencar a deſir*, ἀρχίζω, incipio. *Cic. Att. l. 4. ep. 1.* Alterius vitæ quoddam initium orditur. *Id. in Brut.* Cum admodum adoleſcens orſus eſſet in toro dicere. *Id. pro Marc.* Sed ut unde eſt orſa, in eodem terminetur oratio mea. *Nepos in Alcib. in fin.* Satis de hoc, reliquos ordiamur. h. e. ordiamur de reliquis dicere. ¶ Significat etiam texere; quæ a nonnullis putatur propria, & præcipua huius verbi notio. *Plin. l. 11. c. 24.* Aranea orditur telas. ¶ Particip. futuri *ordiendus*, & *ordiendus*. *Liv. in præſat. l. 1.* Ab initio tantæ ordiundæ rei. *Cic. l. de Or. c. 21.* Crasſus princeps ejus ſermonis ordiendi fuit. ¶ Particip. præteriti *orditus* pro orſus ponitur a *Diomedæ*, & *Prifcian.* & uſurpatur a *Sidon. l. 2. ep. 9.* paſſiva ſignificatione: narratiunculas bitariam orditas. Adde *Fortunat. l. 1.* qui tamen imitandi minime ſunt. ¶ Particip. *orſus* V. ſuo loco.

Ordium, V. Ordior.

Ordium, V. Ordia.

Ordo, inis, m. *ordine, diſpoſitione*, ארר, Ger. *ordnung*, Gal. *ordre*, Hiſp. *orden*, ארר, ארר, digeſſio, & in ſuo loco rei cuiuſque collocatio, veluti in acie fit, ubi pedes, ubi alæ, cæteraque omnia ſuo quæque ordine collocantur, quaſi *δὲν τῷ, terminum do*, ut conjicit *Cæſ. Scalig. de cauſ. L. 2. c. 35.* Poſſis & deducere a Græco ὄρδης, *rectus*. *Cic. 1. Offic. Nam & ordinem ſe definiunt, compoſitionem rerum aptis, & accommodatis locis. Id. de Sen. Et proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines. Quintil. l. 10. c. 5.* Dare ordinem ſtudiis. ¶ Sepe ponitur pro conditione, qualitate, ſtatu hominum. *Virg. 7. Æn.* Delectos ordine ab omni. *Cic. 4. Ver. M.* Octavium hominem ornatiffimum loco, nomine, ordine, virtute. *Idem Ver. 3.* Homo fui ordinis frugaliffimus, *tra quelli del ſuo rango.* ¶ Apud Romanos tres ordines civium ſunt, Senatorius, Equeſter, Plebejus. *Cic. in Caſil. pro Domo. Liv. l. 26. Sigon. de ant. jur. Civ. Rom. l. 2. c. 1.* ¶ Ordo ampliffimus, vel nobiliſſimus Senatorius vocabatur. *Cic. de Prov. Conf.* Reduxit ordo ampliffimus, & Ordo is, qui eſt & publici conſilii, & meorum omnium conſiliorum auctor, & princeps. ¶ Aliquando ordo ponitur pro iſtis hominibus, ideſt iis, qui ejuſdem ſunt dignitatis, ut Senatores, &c. *Cic. 3. Offic. Qui eſſet, ut argentarius, apud omnes Ordines gratioſus.* ¶ Item pro agmine. Hinc ordines ducere dicuntur, qui militibus præſunt, ut Tribuni, Centuriones, atque alii. *Cic. 1. Phil. Viri fortiffimi, atque honeſtiſſimi, qui ordines duxerunt.* ¶ Ordinis inferioris amici, dicuntur, vel qui ſunt inimicæ conditionis, vel qui in genere amicitie infimi ſunt, & omnium amicorum minimi. *Cic. de Amic.* Nunquam ſe ille Philo, nunquam Rutilio, nunquam Nummio antepoſuit, nunquam inferioris ordinis amici. ¶ Ordine, & ex ordine eſt ſecundum ordinem, vel diſtincte, dilucide. *Virg. 1. Ecl.* Pone ordine vires. *Cic. in Partit.* Teſtes ordine interrogandi ſunt. *Idem 6. Ver. c. 64.* Ut quiſque ætate, & ordine antecederet, illa ſententiam dixit ex ordine. ¶ *Extra ordinem*, eſt neglecta, & poſthabita ordinis ratione, præter morem, & conſuetudinem. *Cic. pro Dom. Cn. Pompejo plurima, periculoſiſſima, maxima terra, marique bella extra ordinem ſunt commiſſa.* ¶ *Extra ordinem* per Metaphoram ponitur pro eximie, & quaſi præter cæteros. *Cic. l. 6. Fam. ep. 5.* Ad eam ſpem, quam extra ordinem de te ipſo habemus. ¶ Vel pro incidenter. *Quintil. l. 10. c. 3.* In quo notentur, quæ ſcribentibus ſolent extra ordinem, ideſt ex aliis, quam qui ſunt in manibus loci, occurrere. ¶ Juriconſulti ponunt *extra ordinem* pro ſine verbis, & formulis ſolemnibus. *Paul. l. ordo, ff. de publ. jud.* Cum extra ordinem crimina probantur. ¶ *Ex ordine*, eſt ſecundum ordinem, pro ratione ordinis, ordine ſervato. *Cic. in Ver.* Ita ſententiam dicebat ex ordine. ¶ Interdum ſignificat ſine intermiſſione, ut aliqui dicunt. *Virg. 4. Georg.* Septem illum totos perhibent ex ordine mentes ſeſſive. ¶ In ordine ſtare dicuntur, qui ſtando ordinem ſervant, vel ordine ſtant. *Auſt. ad Her. l. 3.* Si in ordine ſtantes notos quam plurimos viderimus. ¶ In ordinem cogere, vel redigere, *fare ſtare, coſtringere alcuno a che cheſia*, proprie dicitur, cum quis per vim prohibet magiſtratus, ne juro ſuo utantur, eoſque in ordinem, & conditionem privatorum quodammodo redigit. *Liv. l. 43. c. 16.* Eo factò avocata a ſe concionem tribunus queſtus eſt, & in ordinem ſe coactum. *Id. l. 25. c. 3.* Conſul tribunis, nonne videtis, inquit, vos in ordinem coactos eſſe? *Plin. l. 1. ep. 23.* Tribunitiam poteſtatem in ordinem cogi a nullo decet. Adde *Juſton. in Claud. c. 38. & in Veſpaſ. c. 15.* ¶ Translate *Plin. l. 2. ep. 6.* Gula reprimenda, & quaſi in ordinem redigenda eſt.

Orëa, æ, f. *freno, morſo*, χημάς, frænum, ita dictum, quod ori inſecratur, ab *oro. Trebel. pro fe apud Pop.* Oreas detraho inſpectante Lucio Stertino. Citat *Fefſtus*, qui & Nævium, Titinnium, Catonem, Cælium uſos docet. ¶ *Oreæ* quoque, vel, ut alii ſcribunt, *oria*, vel *horia*, eſt genus naviculæ. V. *Horia*.

Oreâdes, dum, f. *Oreâdes*, Nymphæ montium, ab *oros*, *mons*. Huius dictionis ſecunda a Poetis licenter productur, quod propter tot brevium ſyllabarum concurſum alioqui carmen hexametrum ingredi non poſſit. *Virg. l. Æn. v. 500.* quam mille ſecutz hinc, atque hinc glomerantur Oreâdes. ¶ In ſing. num. *Calpurn. ecl. 4. v. 136.* Per jugâ ſiccato felix pede currit Oreas.

Oreôn, i, *δρυς*, genus herbe in montibus naſcens, refertur inter ſpecies polygoni a *Plin. l. 27. c. 12.*

Oreofelinum, *ορεοφελίνιον*, apium montanum. *Plin. l. 20. c. 11.*

Oreſes, m. 3. Agamemnonis, & Clytæmneſtræ filius, ſic appellatus ob ferinam, atque agreſſem, & quaſi montanam naturam, ab *oros*, *mons*, quæ ſoror Electra, necem ei parari ab Egitho, qui patrem Agamemnonem intertrecerat, & cum matre in adulterio vivebat, metuens, per pædagogum in Phocidem clam ablegavit. Iſtic duodecim annos commoratus cum pædagogo ſuo Argos rediit, ubi ſub ſpecie hoſpitiî intronitum ab Clytæmneſtram, eandem in ultione patris occidit. Deinde Pyrrhulum quoque Machærei Sacerdotis ope in Apollinis templo interperſit, eo quod Hermionem Menelai filiam, ſibi prius deſponſatam, rapuiſſet. Propter quæ ſcelera agitur eſt furis, quibus non ante liberari potuit, quam iudicium in Areopago expertus ſit, ubi cum a ſex Diis condemnaretur, a ſex abſolveretur, tandem a Palladæ & abſolutus, & a furis liberatus eſt. Amicum habuit Pyladem, perpetuum omnium ſuarum profectionum comitem, periculorumque ſocium, cum quo tan ſanctæ amicitiam coluit, ut alter pro altero mori non recuſaret. *Cic. de Amic. Virg. 3. Æn. & al.* ¶ Pro tragædia de Oreſte, *Juven. ſat. 1. Scriptus* in tergo, nec dum finitus Oreſtes.

Oreſtës, a, um, adject. ad Oreſtem pertinens, *ορεſτῆος*, ut Oreſtea Diana, cujus ſimulacrum Oreſtes juxta Arciam collocavit. *Ovid. 15. Metam. v. 489.*

Orexis, is, f. *ſame*, appetitus, eſuritiô, ὄρεξις, ab ὄρεγμαι, appeto. *Juven. ſat. 11. v. 27.* Hinc ſurgit orexis, hinc ſtomacho vires.

Organarius, ii, m. qui organa tractat, vel fabricatur. *Firmic. Mathes. l. 3. c. 14.* Mercurius cum Venere facit organarios, & myrſopolas.

Organice, adv. pro Organa, ſeu machinas. *Vitruv. l. 10. c. 1.* Organice moveri. Optimæ editiones habent *organici*, græca terminatione.

Organicus, i, ſubſt. m. 2. *organista*, qui muſicis organis canit. *Lucret. l. 2. v. 112.* Ac muſica mele, per chordas organici quæ Mobilibus digitis expergefacta figurant.

Organicus, a, um, quod ad organa, five instrumenta ſpectat. *Firm. l. 8. c. 30.* Organice machinationes. *Lucr. l. 3. v. 133.* Saltus Organicus Heliconis. h. e. fonoras, muſicis organis referent.

Organum, ni, n. organo, instrumento, ὄργανον, instrumentum. *Cic. l. 11. Fam. ep. 14.* ὄργανον enim meum erit Senatus, id jam eſt diſſolutum. ¶ Per excellentiam organa dicuntur quævis muſicorum instrumenta. *Quintil. l. 9. c. 4.* Ut illi quocumque organorum ſoni, quamquam verba non expriment, &c. *Juven. ſat. 6.* Prætoribus organa ſemper in manibus. ¶ Eſt & organum inſtrumentum quoddam ædificiis conſtruendis aptum. *Vitruv. l. 10. c. 1.* Inter machinas, & organa id videtur eſſe diſcrimen, quod machinæ pluribus operibus in majores coguntur effectus, ut balliſtæ, torchulariumque præla; organa autem unius operæ prudenti tractu perficiunt, quod propoſitum eſt, uti ſcorpionis, & anticyclorum verſationes. ¶ Item inſtrumentum idoneum ad metiendum. *Colum. l. 3. c. 13.* Sic compoſitum organum cum in ſulcum demiſſum eſt, litem domini, & conductoris ſine injuria deducit.

Orgia, orum, n. 2. *δργια*, quævis ſacrâ apud Græcos, quemadmodum apud Latinos cæremoniæ appellatio generalis eſt, ſed ſpeciatim, & per excellentiam ſacrâ Liberi Patris. *Serv. in Æn. 4. v. 302.* Innovabantur tertio quoque anno, unde *trieterica* dicta ſunt, ideſt triennialia. *Virg. 4. Æn. v. 302.* Ubi audito ſimulant trieterica Baccho Orgia.

Orſa, V. *Horia*.

Orichalcum, V. *Aurichalcum*.

Oricilla, V. *Auricilla*.

Oriçius, a, um, quod ſpectat ad Oricum urb. vel montem. *Virg. 10. Æn. v. 136.* Includum buxo, aut Oricia terebintho.

Oriçularius, a, um, adject. auricularius, ad aures pertinens, ut *oricularius clyſter*, quo in aures aliquid injicitur, apud *Ceſ. l. 6. c. 7. bis*, & *l. 5. c. 28.* ubi de ſtitulis agit.

Oriçus, i, m. & læm. *Orca*, opp. Epiri, in ora Maris Jonii. *Cæſ. l. 3. B. C.* Recepto Orico Cæſar Apollonium proficiſcitur. *Lucan. l. 3. v. 187.* Tunc qui Dardanium tenet Oricon. Quædam Editiones habent *Orithon*. ¶ Ibi mons eſt eodem nomine appellatus. *Plin. l. 2. c. 86.*

Oriens, entis, naſcente, ἀνατῆλων, naſcens, ſurgens, partic. ab orior. *Cic. in Somn.* Quis in reliquis Orientis, aut obeuntis Solis partibus tuum nomen audiet?

Oriens, entis, ſubſt. m. *Oriente*, *Levante*, ἀνατολή, ea pars mundi, in qua Sol oritur. *Cic. de nat. Deor.* Qui terras ab Oriente ad Occidentem colunt.

Orientalis, le, *Oriente*, ad Orientem pertinens. *Juſtin. l. 39. c. 5.* Orientalia regna. *Pallad. l. 3. c. 17.* Ab Orientali arboris parte.

Oriſticulum, ii, *oriſtizio*, apertura, anguſtus aditus, vel exitus quaſi per os. *Macrob. l. 7. Saturn. c. 4.* Ventris ſunt duo oriſticia. Et *infra*. Retrimenta ſuperiori oriſticio labuntur.

Oriçanſolium, i, n., & *Origanum*, i, m. *origano*, ὀρίγανον, fruticuloſum, tara folio, quam ramis ſylveſtris ſerpyllo ſimilis, comante ſupra cacumen umbella, in quo flores ex albo purpurei, odore jucundo præditi emittant. *Plin. l. 20. c. 17.* ubi de eo plura. *Seren. Sammon. c. ſcib. Scorpii, &c.* Cumque hoc abſumi debet origanus herba.

Oriçinalis, le, o. 3. *originale*, ἀρχαίο, quod eſt ex origine. *Apul. l. 11. Metam. ſub init.* Ceres frugum parens originalis. Adde *Tertul. adverſ. Heret. c. 21.*

Oriçinariſus, a, um, adject. Titulus 38. in Codice lib. 10. eſt de municipiis, & originariis, h. e. de iis, qui origine municipes ſunt.

Oriçinatio, onis, f. *etimologia*. *Quintil. l. 1. c. 6.* Etymologia a Cicerone dicta eſt notatio; ſunt qui vim potius intuiti, originationem vocent.

Oriçinitus, adverb. ab origine. *Ammian. l. 31. c. 6.* *Petſæ*, qui originitus ſunt omnes Scythæ.

Oriçio, inis, f. *origine*, *principio*, ארר, Ger. *urſprung*, Gal. *ſource*, Hiſp. *origen*, γένεσις, ortus, initium, principium, cauſa, *Cic. de Univ. verſ. c. 2.* Nullius enim rei, cauſa remota, reperiri origo poteſt. *Id. 2. Fin.* Origo ſummi boni. *Id. de clar. Orat.* Eloquentiæ origo, eſt verborum delectus. ¶ Item genus, nates, *Tacit. Ann. 6. c. 39.* Sabinus modicus originis. *Horat. l. 3. od. 17.* Auctore ab illo ducis originem &c. *Virg. l. Æn.* Trojanus origine Cæſar. ¶ Quod ait *Gell. l. 20. c. 5. in ſc. Quod eſt ſcriptum a M. Catone in ſexta origine*: intelligit ſextum librum *Originum* ab illo conſcriptarum: de quibus *Cic. de Senect. c. 11.* Qui quidem libri ad nos non pervenerunt.

Oriola, V. *Horiola*.

Orion, onis, m. Ὠρίων, filius Jovis, Neptuni, & Mercurii, quaſi Orion, ab ὦρον, *urina*. Nam olim Jupiter, Neptunus, & Mercurius, cum terram peragrarent, ſuperveniente nocte ad pauperem quandam diverterunt, qui eos hilari animo ſuſcepit, cumque Deos eſſe animadvertiſſet, occiſo bove, iſdem ſacrificium obtulit. Quo officio motus Jupiter, præcepit, ut aliquid muneris a ſe peteret, ſtatim voti compoſ futurus. Ille nihil ſe fe magis cupere reſpondit, quam filium, conjugem tamen ſe non habere, neque velle ducere, quod morienti uxori fidem dediſſet, ſe aliam non ducturum. Jupiter igitur, & reliqui Dii corum immolati bovis ſumpſerunt, in quod cum urinam emiſſent, iuſſerunt, ut terra obrutum completis maternis menſibus ſolveret. Quod cum feciſſet, invenit puerum, quem ab urina Orionem nominavit. Hic poſtea adultus evaſit venator inaximus, adheſtiſque Diane. Sed cum viribus ſidens gloriaretur, nullam eſſe ſeram, quam non conficeret, Dii inſolens verbum ulturi eſſecere, ut terra ſcorpionem pareret, cuius iſtu Orion extinctus eſt. Diana ſatellitibus ſui obitum graviffime terens, eum in cælum juxta Tauri ſidus conſtituit. *Boet. l. 11. Gen.* ¶ Aliter de ſcorpione iſto narrat *Ovid. in Faſt.* aliter *Lucan.* aliter *Horat.* Ipſam denique totam ſabulam diverſe tradunt *Servius*, *Heſiod.* & alii. ¶ Conſtat Orionis ſidus ex octo, & triginta ſtellis. Enſem habere videtur ſtellarum fulgore terribilem. Si fulget, ſerenitatem, ſi obſcuratur, tempeſtatem denotat. ¶ Hoc nomen apud Poetas habet primam ſyllabam indifferentem. Nam olim a Græcis per a diphthongum ſcribebatur, quæ Doricè in ω ſolet commutari: qua ratione conſtat poſſe produci. Poterit tamen entis corripſi, ſi abſiciamus ex prima ſyllaba vocalem ſubjunctivam more Græcorum. Media autem ſyllaba ſere ſemper productur. Penultima obliquorum rufus eſt indifferentis. *Virg. 1. Æn.* Cum ſubito aſurgens ſuſtu nimboſus Orion, &c. *Lucan. l. 9.* Teſte tulit cælo victi decus Orionis. Verſus eſt ſpondaciſus *Ovid. 8. Met.* Stritumque Orionis enſem. ¶ Per Epentheſin Poetæ dicunt *Oarion*. *Catull. de coma Beren. in ſc.* Proximis Hydrochoo fulgeat Oarion.

Orlor, eris, ortus ſum, d. 3. *naſcere*, *venire alla luce*, ארר, Ger. *entſpringen*, Gal. *naître*, Hiſp. *nacer*, φύομαι, γίνεμαι, naſcor, ab ἐπι

vel *οριζων*, *excitor*, inserto *i*. Tertius est conjugationis, excepto infinitivo *oriri*, qui ducitur a quarta. Partic. temporis præteriti habet *oratus*, temporis futuri *oriturus*. *Cic. 2. de Leg.* In quo tu ortus es, & procreatus. *Ovid. l. 10. Met. v. 166.* Nil toties oreris, viridique in cespice flores. *Horat. l. 1. ep. v. 16.* Nil orturum alias, nil ortum tale fatentes. ¶ Translate ponitur pro furgere, prodiere. *Cic. pro Cluent. Cum quadam in collibus controversia pastorum orta esset. Id. de Am. Ab his sermo oritur, idest hi primi loquuntur in dialogo. Terent. Adelph. 2. 1. Tibi a me nulla orta est injuria.*

Orites, m. *ορις*, gemma globosa specie, quæ a quibusdam sideritibus vocatur, ignem non sentiens. *Plin. l. 37. c. 10.*

Orithya, *οριθυια*, filia Erichthei Athenarum Regis, quam a Borea raptam, & in ventum conversam Poetæ fabulantur. *Ovid. l. 6. Met.* Sed *Eusebius* pro vera historia refert, Boream Regem Thraciæ fuisse, qui, cum Orithyam amaret, & sibi conjugem dari postularet, nec impetrare posset, illam rapuit, & in Thraciam secum detulit, ex qua Zetem, & Calaim filios procreavit. *Bocc. l. 12. Gen.* ¶ Hoc etiam nomen dicta est Amazonum Regina, quæ Marpesiæ matri successit in Regno. Ea regnavit, forsique bellum gerente, Hercules, & Theseus Amazonas adorti sunt. *Justin. l. 2. c. 4. 17. & 26.*

Orithyon, i, mois, de quo *Sydon. Carm. 11. v. 2.* Qua fuper Idalium levat Orithyon in æthram.

Oriundus, a, um, *dependente, nativo*, *וריא*, Ger. *geboren*, Gall. *natif*, Hisp. *natural*, *ορις*, qui ratione parentum originem ducit ex aliquo homine, vel loco. Differt ab *oriturus*, quia oriundus refertur ad personam, vel ad locum, unde parentes nostri sunt, *oriturus*, idem est, ac natus, denotatque genitores, vel locum, unde ipsi nati sumus. *Liv. l. 34.* Oriundus a Magno Alexandro. *Id. lib. 24.* Hippocrates, & Epicides, nati Carthagine, sed oriundi ab Syraculis. ¶ Aliquando pro orto, seu nato ponitur. *Cic. in Top. c. 6.* Qui ab ingenio oriundi sunt. *Colum. l. 1. c. 3.* Si modo liberis parentibus est oriundus. ¶ Translate *Liv. l. 1. c. 20.* Sacerdotium Alba oriundum.

Orix. V. *Oryx*.

Ornifinium, ii, n. asparagus sylvestris. *Plin. l. 20. c. 10.*

Ornâmen, inis, n. ornamentum. Habet *Marian. Capell. pag. 192.*

Ornamentum, ti, n. *ornamento*, *וריא*, Germ. *eine zierde*, Gal. *ornement*, Hisp. *aravio*, *ορις*, ornatus. *Cic. 3. Per.* Quod ornamentum pueritiz pater dederat. *Id. l. 1. Fin. c. 5.* Ornamenta orationis. *Id. pro Mil. c. 14.* Ornamentum Reip. *Id. Fam. 15. ep. 4.* Ornamento te mihi fore duxi. ¶ Sæpe pro honore ponitur, sive dignitate. *Cic. Lic. Crasso.* Suscepi mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis. ¶ Item pro beneficio honorifico. *Cic. Cato.* Quæcumque a me ornamenta in te proficiuntur. ¶ Ponitur & pro quocumque apparatu, seu instrumento. *Cic. Cato. l. 2. c. 11.* Neque vero cæteras copias, ornamenta, præsidia vestra cum illius latronis inopia, ac egestate debere conferre. *Plaut. Amph. prol. v. 84.* Eis (histrionibus) ornamenta & corium uti conciderent. hoc est vestes scenicas. *Senec. epist. 14.* Ars ei consistat, qui per ornamenta percussus est. h. e. per arma gladiatoria. *V. Lips. 2. Saturn. c. 17.* ubi hac de re plura. *Tacit. hist. l. 1. c. 79.* Ornamenta consularia. h. e. infignia, lictores, falces, sella curulis &c. Sic triumphalia ornamenta, apud eund. in *Agrie. c. 40.*

Ornâte, adv. *ornatamente*, Germ. *zierlich*, Gal. *avec ornement*, Hisp. *con aravio*, *ορις*, cum ornamento, eleganter. *Cic. l. 1. Fin.* Res vero bonas verbis electis graviter, ornateque dictatas quis non legat? *Id. l. 1. de Or. c. 53.* Ornatus causam suam dicere. *Id. 9. Fam. ep. 21.* Ornatus causas agere. *Id. de clar. Or. c. 5.* Ornatisime, & copiosissime defendi.

Ornatio, onis, f. ornatus. *Vitruv. lib. 5. cap. 7. in fin.* Mutare speciem orationis in fronte.

Ornâtor, oris, m. qui ornât. *Jul. Firmic. Mathes. l. 3.* Ornatores Deorum, vel fabricatores templorum.

Ornâtrix, icis, f. quæ ornât, *ορις*, Ornatrices dicebantur ancillæ, quæ dominarum crinem componebant. *Sueton. in Claud. cap. 40.* Hæc matris meæ liberta & ornatrix fuit. *Ovid. 3. de art. am. v. 238.* Tota sit ornatrix: odi, quæ sauciat ora Unguibus, & rapta brachia figit acu.

Ornâtus, a, um, *ornato*, *וריא*, Ger. *gezieret*, Gall. *orne*, Hisp. *aravido*, *ορις*, ornatus decoratus. *Fest.* Ornatus dicitur, qui bonis artibus instructus est, sive qui honores adeptus est a populo, & bene aptus, ut miles, & gladiator, aut acturus fabulas. *Cic. 2. Agr.* Sed tamen magnificentius, atque ornatus esse illo nihil potest, quod &c. *Id. pro Planc.* Inter ornatissimos homines Equites R. summo splendore fuerit. *Nepos 15. c. 3.* Ornatus in oratione. *Ter. Adelph. 2. 1. 22.* Ornatus ex suis virtutibus. ¶ Item instructus, paratus, *ornatus*. *Cic. pro Leg. Manil.* Domicilia regis omnibus rebus ornata. *Id. 2. Fam. ep. 9.* Satis probe ornatus exercitus. *Id. pro Quint.* Ornatisissimus fundus. *Nepos in Annib. c. 3.* Elephantum ornatus. h. e. armatus. *Luce. l. 2. v. 41.* Classem ornatum armis. *Tacit. 3. hist. c. 63.* Exercitus ad prælium intentus, ornatusque. *accinto.*

Ornâtus, us, m. *ornamento*, *ορις*, cultus, quo quis ornatur, ornamentum. *Cic. l. 1. Off.* Quod statuas quoque videimus ornatu fere militari. *Id. in Or.* Afferunt hæc quasi lumina magnum ornatum orationi. *Id. in Brut.* Ornatum aliquem habere. *Id. 2. Fin. cap. 21.* Ornatus regalis. *Plin. l. 8. c. 42.* Equus intratus ornatu regio. ¶ *Ornatu* in dat. pro *ornatus*. *Cæsar apud Gel. l. 4. c. 16.* Isti & honori erant, & ornati. ¶ *Invenitur & ornati* in genitivo singulari. *Terent. Andr. 2. 2. 28.* In ædibus nihil ornati, nihil tumulti.

Ornâus, a, um, *adject.* qui est ex orno. *Colum. l. 11. c. 2.* Orneam frondem bubus præbere.

Ornithæ, m. *ορις*, venti Septentrionales, qui decimo cal. Martii, cum Leo definit occidere, spirare incipiunt, perque dies tringenti spirant, teste *Col. l. 11. c. 2.* & *Plin. l. 2. c. 47.*

Ornithoboscion, n. *ορις*, locus ad pascendum aves. Habet hanc vocem *Var. l. 3. R. R. c. 9.* sed græcis literis scriptam.

Ornithon, onis, m. *ορις*, aviarius, *aviarium*. *Var. l. 3. R. R. c. 3.* Ornithones aviaria sunt, in quibus stabulantur turdi, pavones, & omnes alites, quæ intra parietes villæ solent pasci.

Ornithotrophium, n. *ορις*, locus, in quo aves educantur; idem ac ornithon. Habet *Var. l. 3. R. R. c. 5.* sed græce scribitur.

Orno, as, avi, atum, a. *1. ornare, adornare*, *וריא*, Germ. *zieren*, Gal. *ornet*, Hisp. *araviar*, *ορις*, pulchrum facio. *Cic. l. 1. de Or.* Qui mirabilis, & magnificentius augere posset, atque ornare, quæ vellet. *Ovid. 2. Amor. el. 7.* Ornare capillos. ¶ Sæpe sumitur pro præparare, apparare, aptare, intruere. *Cic. pro Quint.* Ornare magnifice, splendideque convivium. *Id. pro L. Man.* Ornare classes. *Ter. Eun.* Ornare fugam. ¶ Translate accipitur pro honorare. *Cic. l. 7. Fam. ep. 5.* Quo minus etiam hisce eum ornare gloriæ insignibus. ¶ Ornare verbis, est laudare, & verbis quodammodo majus tacere. *Ter. Eun.* Munus nostrum ornato verbis, quod poteris. ¶ Item pro honestare, additis vocibus, quæ beneficium, aut ornatum significant. *Cic. pro Dejot.* Eum regem, quem ornare cuncti cum senatu

solebamus. *Id. Per. 3. c. 13.* Ornare aliquem beneficiis, officioque omnibus. *Nepos in Themist. c. 2.* Ornare divitiis *Plin. l. 1. ep. 25.* Ornare candidatum suffragio. *Cic. in Pison.* Ornare frequentia ægressum alicuius.

Ornus, i, f. *ορις*, sylvestris fraxinus, arbor procera, caudice tereti, lævi cortice. quasi *ορις*, *montanus*, quia montibus propria est. *Hor. l. 2. Carm. od. 9.* Et tollis viduatum orni.

Pantherinus, a, um, quod ad pantheram spectat. *Plin. l. 35. c. 11.* Sed & nobilissimo Satyro cum pelle pantherina. ¶ Pantherinæ mensæ, quæ intorto discursu maculatæ sunt. *Plin. l. 13. c. 15.* Illud oblongo evenit discursu, ideo tigrinæ appellantur, hoc intorto, & ideo tales pantherinæ. ¶ Translate pantherini homines sunt, qui variis artibus, & dolis agunt, fraudulentis, versipelles. *Plaut. Epid. 1. i. 16.* Carigenum hominum non placet mihi, neque pantherinum genus.

Panthesilea. V. Penthesilea.

Panthoïdes, æ, m. 1. Euphorbus filius Panthoi, item Pythagoras, qui tempore belli Trojani, se Euphorbum Panthoi filium tuisse gloria-batur. *Ovid. 15. Met.* Panthoïdes Euphorbus eram. *Hor. l. 1. Carm. ode 28.* Habentque Tartara Panthoïdem iterum Orco demissum.

Panthous, & per contract. Panthus, m. 2. παρθύς, filius Otrei fratris Hecubæ, Vocativum habet *Panthus*, abjecto s finali more Græcorum. *Virg. 2. Æn. v. 322.* Quo res summa loco, Panthu?

Pantices, cum, f. 3. vent. agilia, intestina, lactes, hoc est intestinum tenue, jejunum, & duodenum, a pando, quia in ventre jacente expansæ, extentæque; & generatim ipse venter. *Plaut. Pseud. 1. 2. 51.* Vino modo cupiæ effis: Eo vos, vestros panticefque adeo mædificatis. *Marci. l. 6. ep. 64.* Quod cum panticebus laxis, & cum pede grandi, Et rubro pulmone, lanis per compita portat. ¶ In singulari nom. *Caull. in Prinpejis.* Latet jacente panticæ abditus specu. *V. ibi Scalig.*

Pantomima, æ, f. quæ pantomimum agit. *Senec. de Consol. ad Helv. c. 12.* Quorum pantomimæ decies H. S. nuptur.

Pantomimicus, a, um, adject. ad pantomimum pertinens, ut pantomimica ornamenta. *Senec. ep. 29.*

Pantomimus, i, m. παντομίμης, genus histrionum, qui fabulas in scenâ non voce & cantu, sed solo gestu & saltando repræsentabant: quare & saltare fabulas dicebantur. Hi primum Romam inducti sunt sub Augusto, celebres fuerunt Pylades, Hylas, Bathyllus, quos refert *Macrobi. Saturn. l. 2. c. 7. & Sueton. in Aug. c. 45.* De his plura vide in *Synagmate de Mimis, & Pantomimis Nicolai Calliachi edito Patavii 1713.* & in *Dissertatione Ossavii Ferratii edita Volsenbuselii 1715.* ¶ Interdum Pantomimus accipitur pro ipsa fabula, quæ a Pantomimo agit. *Plin. in Paneg.* Nunc in pantomimis quoque adversatur, & damnat effœminatæ artes, & indecora sæculo ludia. Adde *Plin. alterum l. 7. nat. hist. c. 53.*

Pannucellium, n. 2. glomus lanæ carptæ, & ad nendum paratæ, vel fusus filis involutus, vel radius, quo stantes procurunt telas. Aliqui effertur *pannuellium*, alii *pannellium*, alii *panuelum*, alii *pannellum*, alii *pannelum*, alii *pannuleum*. *Varr. l. 4. de L. L.* conflatum putat a panno, & volvendo. *V. Hoff. in Etymol.*

Panuelum, i, n. idem quod panus, h. e. traxæ involucrum. *Varr. l. 4. L. L.* ubi alii leg. *panuelum*.

Panûla, læ, f. diminut. parvus panus. *Nonius c. 2. n. 623.*

Panurgia, æ, f. πανουργία, astutia, fraus. *Plaut. Isthæc panurgia te te in pistrinum dabit.* Ita Calep. & al. Lexicographi. Nos tamen locum Plauti invenire non potuimus.

Panus, i, m. παλύπης, traxæ involucrum, quo panni tecturæ, id, quo trama involvitur, fusus filis involutus, glomus lanæ carptæ, & ad nendum paratæ. *Non. c. 2. n. 613.* *Lucil. ibi.* Foris subtegminis panus est. ¶ Translate panus dicitur tuberculi genus in vertice, alius, aut inguine, latus, quam altius, quod Plinius mammosum panum vocat. *Nonius apud Non. loc. cit.* Qui me miserum miseriorem reddidit, quam panus puerum. Ubi *Non.* Quod pueri ægrius patientur hoc genus morbi. *Plin. l. 29. c. 1.* Et laterum parotidas, & panos sanat. *Cels. l. 5. c. 18.* Ad adversus panum tum primum orientem (quod φύλαξ Græci vocant) & omne tuberculum, quod phyma nominatur, &c. ¶ In arboribus panus est tumor quidam, qui & panicula dicitur. *Plin. lib. 16. c. 8.* E glandiferis sola quæ vocatur ægilops, tert panos arens, musculo villo canos, non in cortice modo, verum & e ramis dependentes cubitali magnitudine.

Papa, æ, f. vox infantium petentium cibum. *Varr. apud Non. c. 2. n. 97.* Cum cibum, ac potionem, buas, ac papas docent. ¶ Legitur & *pappa*. ¶ Significat etiam patrem, aut senem. Itaque ex voce honoris causa compellere mos fuit Christianis Scriptoribus Episcopos, & alios in sacra dignitate constitutos. *Tertul. de Pudic. c. 13. & Siron. in epistolis passim.* ¶ Per excellentiam vero sic vocatur Romanus Pontifex, qui est Pater Patrum, & Episcopus Episcoporum.

Papæ, βαβαί, interjectio admirantis. *Ter. Eun. Papæ,* hæc sperat ipsam Thaidem.

Papaver, eris, n. *papavero*, Ger. *magsamen*, Gal. *paver*, Hisp. *la dormidera*, *μικρον*, genus herbæ somniferæ, cujus plura genera refert *Plin. l. 19. c. 19. & 25. Virg. 4. Æn.* Soporiterumque papaver. ¶ Reperitur etiam gen. m. *Plaut. Asin. apud Non. c. 3. n. 177.* Formicis obicijs papaverem.

Papaveratus, a, um, adject. Papaverata vestis, *μικρονειδής χιτών*, vestis

tenuis, ac delicata, a *papavere*. Sic a Lucillio vocatur Græcorum exemplo, quibus *μικρον* non solum notat papaver, sed etiam textum byssinum, sive lineum. Nam Helychius *ὄσπριον βυσσινόν* exponit. Sed de causa nominis non consentiunt. Aliquibus videtur appellatio esse ex eo, quia quoddam papaveris genus esset, e quo, ut *Plinius* ait, candorem lanæ præcipuum trahunt. Alii censent, sic dici, quia molli papaveris lanugo neretur, vestisque ex ea texeretur. *Plin. l. 8. c. 48.* Crebræ papaveratæ antiquiorem habent originem, jam sub Lucillio poeta in Torquato notatæ. Aliqui legunt *pavereatæ*.

Papaveretulum, i, n. diminut. a papavere. *Apul. de herb. c. 7.*

Papaveretūs, a, um, adject. qui est ex papavere, ut papaveretæ comæ, *Ovid. 4. Fast. v. 438.*

Paphages, is, rex Ambraciz, qui a læna catulis suis stipata, cui forte obvium occurrit, dilaniatus fuit. Hinc

Paphagæus, a, um, adject. *Ovi. in Ibin., v. 502.* Sitque Paphagææ causa læna necis.

Paphiæcus, a, um, adject. ad Paphum pertinens. *Avien. in Periægesis, v. 227.* Cespite Paphiaco prodit saxofa Carambis.

Paphius, a, um, adject. Paphiacus, ut Paphia Venus, *Tacit. 2. hist. c. 2.* Paphiæ myrti, *Ovid. 3. de ar. am. v. 101.*

Paphlagones, um, m. incolæ Paphlagoniæ. *Curt. l. 6. c. 11.*

Paphlagonia, æ, f. *Bolli*, al. *Roni*, al. *Flagania*, *καπαλαγονία*, regio Asiæ minoris, sic dicta est a Paphlagonie Phinei filio, auctore Stephano. *Plin. l. 2. c. 103. & l. 6. c. 2.*

Paphos, is, 2. *Baffo*, *Bapio*, *πάφος*, urbs Cyprî exc. in ora occidua, apud Drepanum prom. Veneri quondam sacra. *Horat. l. 1. od. 30.* O Venus regina Gnidi, Paphique. *Virg. 10. Æn. v. 56.* est celsa mihi Paphos, atque Cithera.

Paphus, m. filius Pysgamilionis filii Cilicis, ex Eburnea matre, qui patri in Regno Cyprî successit, condiditque urbem, quam de suo nomine Paphon vocavit, construxit etiam templum, & aram in honorem Veneris, cui diu solo thure sacrificatum est. *Bocc. l. 2. Gen.*

Papia Poppœa lex de conjugijs, sic dicta a M. Papio, & Q. Poppœo secundo Coss. qui eam tulerunt. *Auson. epigr. 89.* Papia lex placuit, Julia displicuit. *V. Alex. ab Alex. l. 4. c. 22.*

Papia Tribus refertur a Manutio inter Romanas, ab alijs omittitur. *V. Sigon. & Panvin.*

Papilio, onis, m. *farfalla*, *parpagione*, *ψύχων*, vermiculus alatus, qui luminibus accensis advolat, quo nullum animal imbecillius est. *Plin. l. 11. c. 19.* Papilio etiam hic ignavus, & inhonoratus, luminibus accensis advolans, pæster, nec uno modo, &c. ¶ Papilio item tentorium significat, *σαρπηρα*, ut exponitur in vet. Glossis. *Isid. l. 15. c. 10.* dicit, ita vocari a similitudine papilionis animalis. *Lamprid. in Alex. Sever. c. 51.* In expeditionibus apertis papilionibus prandit, atque cænavit. Adde *Spartian. in Nigro c. 11. & Veget. de re milit. l. 1. c. 23.* ¶ De discrimine inter papilionem, & tentorium, *V. Tentorium.*

Papiliunculus, li, m. diminut. parvus papilio. *Tertull. de anim. c. 32.* Siccitibus gaudent locustæ, papiliunculi, chamæleontes.

Papilla, æ, f. *papilla*, *ψάλλω*, dimin. a *papula*, est caput mammæ, quod infans fugiens comprehendit, & dicitur de feminis, de viris, de bestijs. Differt a *mamilla*, quod *mamilla* est omnis eminentia uberis, *papilla* vero breve illud, unde lac trahitur. *Serv. ad 11. Æn. & Festus.* ¶ Sæpe pro ipsa mamma sumitur. *Virg. 11. Æn. v. 803.* Hasta sub exercitu donec perlata papillam hæsit. ¶ Interdum pro parva papula, seu tuberculo. *Seren. Sammonic. c. penult. de verrucis tollendis.* Interdum existit turpi verruca papilla. ¶ Per Catachresin papillæ in fontibus claviculæ illic dicuntur, quæ aquas fundunt, quibus exertis aqua effluit, fistulæ vero immittis aquæ curius prohibetur. *Varr. l. 3. R. R. c. 14.* Et in eam papillas impoferis tennes, quæ eructent aquam. *Al. leg. mamillas.*

Papinianus, m. 2. Jurisconsultus, Scævola dicitur, Severo Imperatoris, cui moriens filios suos commendavit. Ab Antonino Caracalla securi percussus est. *Spartian. in Carac. & in Sever. c. 21.*

Papirius Statius, vir Neapolitanus, haud ignobilis genere natus, qui inter Heroicos Poetas relatus est. Compositi Thebaidem lib. 12. & opus Sylvarum, postremo Achilleidem aggressus, morte præventus, reliquit inchoatum, *Crinis.*

Papiria Tribus rustica cognominata est a quodam Papirio, ut ait *Fest. V. Onuph. Paavin.*

Pappa, V. Papa.

Papparum, ii, n. *pappa*, cibus, qui infantibus datur, cum a lacte fufendo removendi sunt. Translate *Sen. l. 1. Controvers. 1.* dominicæ libidini papparum facere.

Pappas, æ, m. *Aio*, *πάππας*, nutricius. *Juven. sat. 6. v. 632.* Timidus prægestet pocula pappas.

Pappo, as, n. 1. vel pappo (diversimode enim hæc vox scribi solet) est edere, vel cibum poscere, a *pappa*, sive *papa*, quo puerorum cibus significatur. *Plaut. Epid. a. 5. sc. 2.* Novo liberto opus est, quod pappo. *Pers. sat. 3.* Et similis Regum pueris pappare minutum Pofcis? Ubi sumitur pro cibum poscere, auctore *Vossio*, est alii exponant minutis, & blandiuculis verbis patrem appellare.

Pappus, i, m. *πάππος*, antiqua lingua idem quod senex. Unde Sponfa pappi, & Agricola, & Hermia pappi: quibus nominibus fabulas scripsit Pomponius. *Voss.* Confirmat eam significationem *Var. l. 6. de L. L.* Item, inquit, significant in Atellanis aliquot pappum (sic ex vet. libris emendant *Turneb. & Scalig.* pro quo vulgo *pupum*) senem, quod Ofci casnar appellat. Est a græcorum *πάππος*, *avus*. Latini interdum pro avo utuntur, more Græcorum. *Auson. in Proreptico, v. 18.* Pappos, aviaque trementes Antefertur patribus feri, nova cura, nepotes. ¶ Etiam Græcis a feminis canitie similitudine sic vocatur lanugo carduorum, unde hanc quoque acceptionem habent Latini. *Lucret. l. 3. v. 387.* Vestes, nec plumas avium, papposque volantes. ¶ Item pappus dicitur lanugo cacti, sive helles herbæ. *Plin. l. 21. c. 16.* Semen ei lanuginis, quam pappon vocant. ¶ Item herba, quæ vocatur erigeron, vel senecio, vel acanthis. *Plin. l. 25. c. 13.* Quare eam Callimachus acanthida appellat, alii pappum. ¶ *Turnebus* etiam putabat, ut ex posthumis in *Varronem l. 6. L. L.* notis liquet, *pappum mæstua* antiquitus a rusticis dictum pro lanugine mæstui, sive segetis. Aliter vero *Scaliger* cum de *pappi*, tum de *mæsti*, voce. *V. ejus Conjectanea.*

Papûla, æ, f. *ἰσθμια*, quod tuberculi speciem habet, pustula cuti ex prurigne insurgens, qua cutis exasperatur, & rubet, leviterque roditur. Jejunæ salivæ defractione curatur. *V. Celsi. 5. c. ult. Virg. 3. Georg. Ardentes papulæ, atque immundus olenia sudor Membra sequebatur.*

Papulo, as, n. 1. papulus emittit. Est *Cæli Aurel. Tard. 2. c. 1. & l. 3. c. 4.*

Papyracæus, a, um, *παπυρακός*, quod est ex papyro. *Plin. l. 28. c. 11.* Optime ellychnio papyraceo.

Papyrifera, ra, rum, *παπυρiferος*, quod papyrum fert, seu gignit. *Ovid. 15. Met. v. 753.* Papyrifera septemflua flumina Nili.

Papyrinus, a, um, ad papyrum pertinens, ut *Papyrinus stylus*, h. e. qui ad scribendum in papyro aptus est. *Varr. apud Non. c. 2. n. 759.*

Papyrus, a, um, adject. papyraceus. *Auson. epist. 7. v. 47.* Pac campum replices Mula papyrium.

Papyrus, m. & f. papyrus, i, n. *πᾶπυρος*, arbuscula Ægypti. *Plin. l. 13. c. 11.* Papyrus ergo nascitur in palustribus Ægypti, aut quiescentibus Nili aquis, ubi evagata stagnant, duo cubita non excedente altitudine gurgitum, brachiali radice obliquè crassitudine, triangulis lateribus, decem non amplius cubitorum longitudine in gracilitatem fastigiatum, thyrsi modo cacumen includens, semine nullo, aut usu ejus alio, quam floris, ad Deos coronandos. Hæc *Plin. V. Guilandinum*, & quæ ad verbum *Jos. Scalig.* item ad *Salmas. Exercit. in Solin.* ¶ Radicibus papyri incolæ pro ligno utuntur, ut ait *Plin.* nec ignis tantum gratia, sed ad alia quoque utensilia vasorum. Ex libro ab incolis sunt funes, vela, vestes, tegetes, stragula. Ex hoc item frutice charta fiebat, foliis ejus, seu membranis ac du ductis, & divisis in prætenues, & latissimas phylaras, quæ eo meliores erant, quæ mediæ papyro propinquiores. Unde etiam hodie chartam omnium generis papyrum vocamus. *Plin. l. 13. c. 11. & 12. Juven. sat. 7. v. 100.* oblita modi millefima pagina surgit omnibus, & crescit multa damnofa papyro. ¶ De charta, & diversis chartæ generibus vide *Plin. l. 13. c. 12.* ¶ Ex ligno autem papyri faciebant naves. *Plin. l. 13. c. 11. Sane Ægyptios naves fecisse etiam ex juncis, legas apud Herodot. l. 2. Lucan. l. 4.* Cum tenet omnia Nilus, confertur bibula Memphis cymba papyro.

Par, aris, n. subst. *coppia*, *ῥῆς*, Ger. *ein par*, Gal. *un pair*, Hisp. *un par*, *ῥῆς*, *ῥῆς*, numerus duorum inter se æqualium. *Cic. de opt. gen. Orat. c. 6.* A me autem gladiatorum par nobilissimum inducitur. *Id. de Amic. c. 4.* Quod ex omnibus sæculis vix tria, aut quatuor nominantur paria amicorum.

Par, aris, o. *uquale*, *ῥῆς*, Ger. *gleich*, Gal. *pair*, Hisp. *par*, *ῥῆς*, æqualis. Coniunctur vel absolute. *Cic. de Sen.* Pares autem cum paribus veteri proverbio facillime congregantur. *Id. Acad. Ut, stellarum numerus par, an impar sit, nesciatur.* ¶ Vel cum dativo. *Cic. l. 4. Fam. Ut Marcello fratri tuo aut par, aut certe proximus sim.* ¶ Vel cum genit. *Cic. in Pison.* Cujus paucos pares hæc civitas tulit. ¶ Vel cum conjunctione *ac*, vel *atque*. *Cic. 3. de nat. Deor.* Neque mihi par ratio cum Lucillio est, ac tecum fuit. *Cels. l. 5. B. G. Pari spatio transfmissus, atque ex Gallia, est in Britanniam.* ¶ Admittit etiam ablat. rei, in qua comparatio fit, sine præp. vel cum præp. *Cic. l. 6. Fam.* Cuius summorum tuæ ætatis vel ingenio, vel gratia, vel fama parem. *Id. de Amic.* Sunt pares in amore, & æquales. ¶ Cum genitivo *Lucan. l. 10. v. 382.* Quem metuis, par hujus erat. *Plaut. Rud. pro. v. 49.* Erat hospes, par illius. ¶ Intendunt accipiunt pro decenti, æquo, convenienti, quod inter omnes æquabile est. *Cic. 2. de Div. Ut constantibus hominibus par erat. Id. in Orat.* Sed par est, omnes omnia experiri. ¶ Pares aliquando pro duobus accipiuntur. Paribus equis utebantur Romani in prælio, ut sudante altero transilirent in siccum. *Fest.* ¶ Parem esse, interdum est sufficere alicui rei, sine resistendo, sive exequendo. *Cic. Att. l. 12.* Sed adhuc pares non sumus. *Quintil. Declam. 15.* Aspicio par laboribus corpus. ¶ Paria facere, est, quod omniſium est, vel quod aliunde acceptum est, alibi, vel aliunde compensare. *Plin. in Paneg. c. 6.* Adhuc es, qui pro munere tanto paria accipiendo fecisti. *Quintil. Declam. 6.* Paria faciemus, tu illic rati vicarius meus, ego hic tuus. *Colum. l. 11. c. 1.* Paria facere cum rationibus domini, *Saldate i conti col padrone.* ¶ Par pari referre, vel respondere, est tale aliquid reddere, quale accepimus. *Ter. Eun. a. 3. st. 1.* Denique par pari refero. *Cic. Att. l. 16.* Ut sit, unde par pari respondeatur. ¶ Par, impar, *ῥῆς*, *ῥῆς*, *ῥῆς*, genus ludi. *Suet. Aug. c. 71.* Si vellent inter se post cænam vel talis, vel par impar ludere, *giuocar' a pajo, e casso.* Adde *Horat. l. 2. sat. 3.* ¶ Invenitur superl. parissimum. *Plaut. Curc. 4. 2. 20.* Eodem hercle vos pono, & paro, parissimum estis iibus.

Parabilis, le, o. 3. *ῥῆς*, quod in promptu est, & cito haberi potest. *Cic. 5. Tusci.* Divitiis natura parabilis esse. *Curc. l. 3. c. 5.* Levi ac parabili cultu corporis esse contentum. *Sen. epist. 5.* Res non magno parabilis.

Parabola, æ, f. *ῥῆς*, collatio, comparatio, a *ῥῆς*, *ῥῆς*, confero, comparo. *Donat.* Parabola est rerum genere dissimilium comparatio, ut Qualis mugitus, fugit cum faucibus aram Taurus, & incertam excusit cervicæ securim. *Quintil. l. 5. c. 11.* Parabola, quam Cicero vocat collationem, longius res, quæ comparantur, repetere solet, ut Tam fortiter apud Hipponem fecit Scipio, quam utique apud Uticam Cato. Adde *Sen. epist. 59.*

Parabolarii, m. 2. sive parabolarii, ut *Jul. Firmic.* vocat l. 8. homines pauperum fortis, qui operam suam nosocomiis, & xenodochiis accommodant. Quandoquidem parabolani cum alias, tum imprimis graſante peste, vitam propriam lummo exponunt periculo, maxime verisimile est, venire a *παράβολος*, quod notat ad audendum projectum, ut Cicero loquitur. *Justinian. Cod. de Episc. & Cler. tit. 6. leg. 18.* Parabolani, qui ad curanda debiliū ægra corpora deputantur. *V. Voff. l. 4. Inſtitut. c. 19.*

Paracentesis, f. 3. *ῥῆς*, curatio, quæ fit manu chirurgi, cum morbus aliter curari nequit, a *παράκενσις*, *pungo*, quia locus vulneris pungitur, deinde hamus, vel acus infingitur, vel quia hoc curatio nis genus plurimum affert doloris. *Plin. l. 25. c. 13.* Et ideo hoc inunguntur ante, quibus paracentesis fit.

Paracenterium, li, n. *ῥῆς*, instrumentum chirurgicum perforationi idoneum, de quo *Veget. Mulomed. l. 2. c. 17.*

Paracharactes, æ, m. monetarius, *ῥῆς*, qui falsam monetam emit. *Teodos. & Arcad. l. 9. Cod. Teodos. tit. 21. leg. penult.*

Parachlāmys, idis, f. genus vestimenti militaris, & puerilis. *Ulp. l. Vestis, ff. de aur. argenti. leg.*

Paracletus, ti, m. advocatus, consolator, adhortator, deprecator, a *παράκλησις*. Hoc nomine Ecclesiasticis Scriptores designant tertium Sanctissimæ Trinitatis personam. *Tertul. de vel. Virgin. c. 1. de anim. c. 55. & de resur. carn. c. 63.* ¶ Penultimum hujus vocis, quæ natura longa est, corripuit *Prudent. cathemer. 5. v. 160.* Spirat de patrio corde Paracletum. Adde *Peristeph. 14. v. 430.*

Paracollcticus, a, um, adject. *ῥῆς*, agglutinandi vim habens, ut paracollcticum emplaſtrum. *Cels. l. 5. c. 19.*

Parada, æ, f. navigii, vel currus tegumentum, seu umbraculum. *Sidon. l. 8. ep. 12.* Superflexa crate paradarum. *Auson. epist. 6. v. 27.* positum super paradas, lectoque jacentem.

Paradiastole, es, f. *ῥῆς*, Discriminatio, Figura, cum res similes discernuntur, contrariis redditus, teste *duo Rustiniano*, vel, ut *Rustinus Lupus* debuit, Schema est, quod duas, aut plures res quæ videntur unam vim habere, disjungit, & quantum distent, docet, suam cuique propriam sententiam subiungendo. *Virg. in Ecl. Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres, Arboribus venti, nobis Amaryllidis iræ.*

Paradigma, atis, n. *ῥῆς*, comparatio, exemplum tacti, vel dicti

alicujus, a *παράδειγμα*, *juxta ostendo*, confero. Fit tribus modis, a pari, a majori ad minus, a minori ad majus. *Virg. 1. Æn.* Antenor potuit mediis elapsus Achivis Illyricos penetrare sinus, &c. *V. Aulft. ad Her. l. 4. c. 49.*

Paradisificus, a, um, adject. ad Paradisum pertinens. *Alcim. Avic. l. 1. v. 300.* In Paradisiſicis ponuntur sede parentes. Adde *Vanant. Fortun. l. 6. carm. 8.*

Paradificola, læ, m. qui Paradisum incolit. *Prudent. Hamartig. v. 928. de Lazaro.* Et paradificolæ post ulcera dira beato.

Paradisus, m. 2. *παράδεισος*, pomarium, viridarium, hortus confitus. In sacris Libris accipitur speciatim pro amœnissimo hortu in Oriente, in quo primi nostri generis auctores a Deo constituti fuere. *Tertul. Apolog. c. 47. Sidon. & Augustin. ad Oros.* ¶ Hac voce Græcis dicuntur etiam ferarum septa, sive vivaria. *Gel. l. 2. c. 20.* Vivaria, quæ nunc vulgus dicit, sunt, quos *ῥῆς* Græci appellant.

Paradoxi, orum, m. mimi, & histriones posteriori ævo dicti sunt. *Vet. Juven. Interp.* ad illa verba *far. 8.* Vocem Damaliphe locasti ſipario. idest præco fuisti in mimo. Siparium velum est, sub quo latent paradoxi, cum in scenam prodeunt.

Paradoxum, i, n. *παράδοξον*, inopinatum, dictum admirabile, & præter opinionem omnium hominum, a *παρά*, præter, & *δόξα*, opinio. *Cic. in præfat. Parad.* Quæ quia sunt admirabilia, contraque opinionem omnium, ab ipsis etiam *παράδοξα* appellantur. *Id. 4. Acad.* Sunt enim Socratica pleraque mirabilia Stoicorum, quæ *παράδοξα* nominantur. *Id. 4. Fin.* Hæc *παράδοξα* illi, nos admirabilia dicamus.

Paradrōmis, idis, *ῥῆς*, xyſtus, ambulatio. *Vitruv. l. 5. c. 11. & l. 6. c. 9.* græcis litteris scribit.

Paræneſis, f. 3. *παράνεσις*, præceptio, admonitio, adhortatio, a *παράνεσις*, *admoneo*. *Vulcat. Gallic. in Avic. Off. c. 3.* Per ordinem paræneſion, h. e. præceptionum, per triduum disputavit.

Parænetice, adv. *παράνετικῶς*, præceptivè, monitorie. *Aeron Horat. Scboliaſt.* Hæc odo parænetice scripta est.

Paræneticus, a, um, *παράνετικῶς*, præceptivus, admonitivus. *Senec. græcis litteris scribit, epist. 95.*

Parætacæne, es, f. regio Asiæ inter Perſidem, & Mediam, cujus meminit *Curc. l. 5. c. 13.*

Parætōnium, n. 2. *Berton, Alberton*, urbs, & emp. Marmaricæ, in regno Barchæ, in ora Boreali maris Mediterranei. Portum habet amplissimum 40. stad. patentes. *Plin. l. 5. c. 5. Ovid. 9. Metam. v. 772.* ¶ Hinc Parætōnium dicitur coloris quoddam nativi generis ex spuma maris cum limo solidata, quia circa hanc urbem in litore solet inveniri. *Plin. l. 33. c. 5. & l. 35. c. 6.*

Parætōnius, a, um, adject. ad Parætōnium pertinens, ut Parætōnia urbs, *Lucan. l. 10. v. 9.* Parætōniæ ſyrtes, *Id. l. 3. v. 295.* Parætōnius Nilus, *Jrar. Theb. 5. v. 12.*

Paragauda, æ, f. & paragaudis, is, fascia vel aurea, vel serica auro ornata, quæ vesti intexebatur, non, ut infita, affuebatur. *Leg. 2. Cod. de vest. holob. l. 11.* Nemo vir auratas habet aut in tunicis, aut in lineis paragaudas. ¶ Per Synecdochen sumitur pro ipsa veste, quæ hinc fasciis distincta, & insignita erat. Hujusmodi vestium quædam mollores erant, quibus una tantum paragauda, seu fascia intexta erat, aliæ diliores, quibus duæ, aliæ trilores, quibus tres, aliæ teraliores, quibus quatuor, aliæ pentalores, quibus quinque. *Vopise. in Prob. c. 4.* Interulas paragaudas duas. *Trebel. Pol. in Claud. c. 17.* Albam Paragaudem unam.

Paragōga verba dicuntur a Grammaticis, quæ a primitivi verbi declinatione & mutationem, & adjectionem litterarum capiunt, & nihilominus interdum variant significationem, ut *laccio*, & *faceſſo* ex eo quod est *lacio*, & *facio*. *Charis. Grammat. l. 3.*

Paragōge, es, f. *παράγωγη*, Paralepsis, Proparalepsis, Adductio, Figura Poetica, cum in fine vocis littera, vel syllaba adjungitur, ut *deludier* pro *deludi*. *Virg. 9. Æn.* Consilium allacæ admittit orant. ¶ Vox græca est, & græce scribenda.

Paragōgia, orum, aquarum ductus, & meatus. *Cod. l. 10. leg. 11. de aqueductis.*

Paralius, m. 2. *παράλιος*, tertia species tithymali, a *παρά*, *marinus*, quod ex *παρά*, *juxta*, & *ῥῆς*, *mare*, quod loca maritima amet. *Plin. l. 26. c. 8.*

Parallelogrammus, a, um, adject. *παράλληλογράμμος*, lineis parallelis constans, ut parallelogramma menſura, apud *Frontin. de Colon.*

Parallēlus, a, um, *παράλληλος*, alternus, mutuos, invicem comparatus, æqualiter distans, a *παρά*, *ad*, & *ῥῆς*, *invicem*. Lineæ parallele sunt, quæ in immenso protenæ æqualibus semper spatiis inter se distant, & nunquam concurrunt. *Parallelos linea* legitur apud *Vitruv. l. 5. c. 8.* more Græcorum, quibus *παράλληλος*, communis generis est. ¶ Circuli paralleli, & paralleli absolute, sunt segmenta sphaeræ, ab Or. in Occ. ducta, alterum ex polis habentia pro centro, omnique ex parte a se invicem æqualiter distantia. *Plin. l. 6. c. 33.* Plura sunt autem hæc segmenta mundi, quæ nostri circulos appellaverunt, Græci parallelos.

Paralyſis, f. 3. *παράλυσις*, dissolutio, nervorum resolutio, ut *Cels.* vocat l. 2. c. 1. a *παράλυσις*, *resolutio*. *Plin. l. 20. c. 3.* Intestinorum omnium vitis medetur, & renum, & lumborum, & paralyſis. ¶ Differt ab apoplexia, quod hæc totum corpus infestat, paralyſis partem tantummodo. Ita *Cels. l. 3. c. 27.* qui tamen ibidem notat, utramque interdum paralyſin appellari.

Paralyticus, a, um, *παράλυτικός*, dissolutus, qui paralyſi laborat. *Plin. l. 20. c. 9.* Ideo paralyticis, & tremulis dare jubet. ¶ *Reſtringere paralyſicos*, est sanare, cum paralyſis nihil aliud sit, quam nervorum dissolutio, quæ aliter sanari non potest, nisi nervi illi dissoluti, & juſto laxiores reſtringantur. *Tertul. in Apolog. c. 21.* Cum ille verbo dæmonia excuteret, leproſos mundaret, paralyticos reſtringeret.

Parameſis, es, *παράμεσις*, genus chordæ muſicæ, apud *Vitruv. l. 5. c. 4.* Recentioribus Muſicis est *b fa b mi*.

Parante, es, *παράντη*, chorda muſica, ultimæ proxima. *Vitruv. l. 5. c. 4. & l. 6. c. 1.*

Parangaria, orum, n. Angaria dicuntur operæ publicæ ob negotium aliquod impoſitæ, Parangaria vero sunt, in quibus & operæ personarum, & rerum impendia imponuntur propter publicam aliquam necessitatem. De utriusque fit mentio in *Cod. Justin. l. 12. tit. 51. & in Theodos. l. 8. tit. 5.*

Paranthes, æ, m. gemma, al. ſapinis, ex amethystorum genere. *Plin. l. 37. c. 9.*

Paranympus, i, m. *παράνυμφος*, pronubus. *Venant. Fortun. l. 8. carm. 5. vers. 305.* Angelus inde tuos repetens paranympus honores.

Parapegma, atis, n. *παράπηγμα*, græce est tabula znea, quæ columnæ attingit, cuſuſmodi tabulis leges inscribentur, a *παράπηγμα*, *affigo*. Astrologi etiam sic dixerunt tabulas, quibus describerent canoneis astronomiconum, sive prædictiones siderum, eclipticum, aliarumque rerum celeſtium. Sic Democritum scripſiſſe parapegmata, auctor est *Diog. Laert.* Meminit & parapegmatum ejuſmodi *Vitruv. l. 9. c. 7.*

Parapeumata, tis, n. tesserae nomen. *Lib. 1. Cod. tit. 24. leg. 2.* Centum viginti quinque modios frumenti, praeter solitum canonem, nomine parapeumatis de horreis publicis hujus almæ urbis tribuimus.

Paraphoron, i, παραφωρον, species aluminis. *Plin. l. 35. c. 15.*

Paraphrasis, f. 3. παραφρασις, ejusdem sententiae per alium sermonem explicatio, & liberior interpretatio, cum quædam mutantes, & addentes, copiosius, ac dilucidius rem aliquam explicamus. *Quintil. l. 10. c. 5.* græcis litteris scribitur. Neque ego, inquit, παραφρασις esse interpretationem tantum volo, sed circa eisdem sensus certamen, atque æmulationem.

Parapsis, V. Paropsis.

Parapsus, a, um, adject. *senfale*, conciliator, qui contractibus faciendis intervenit. *Sen. l. 2. de benef. c. 23.* Quiddam volunt nomina secum ferri, nec interponi pararios. Adde *l. 3. c. 15.* ¶ Pararius æs, appellatur id, quod equitibus duplex pro binis equis dabatur, a paribus equis. *Fest. l. 6. c. 26.* scribit non unius generis parafangas fuisse. Nam *Herod. & Xenophon. 30.* stadiis definiunt, alii 40. alii 60. ut testatur & *Serab. l. 11.* Justiniani temporibus unum & viginti stadia continebat.

Parascève, es, f. παρασάβη, Græcæ præparationem significat. Apud Hebræos ita vocabatur dies ante Sabbathum, quia eo die parabantur necessaria, ne præceptum cessandi ab opere die festo Sabbathi violaretur. *Tertul. l. 4. adv. Marcion. c. 12.*

Parasiopësis, f. 3. παρασιώπησις, Figura, eadem ac Apopsiopsis. Aliqui Latine Præoccupacionem vocant, & cum Prætermissione confundunt. *Quintil. l. 9. c. 3.* ¶ Græca vox est, & græce scribenda.

Parasita, æ, f. i. mulier, quæ menfas alienas, & cibaria sequitur. *Hor. l. 1. sat. 2. v. 98.* Custodes, lectica, ciniffiones, parasitæ, ad talos stola demissa. *Plin. l. 10. c. 23.* Otis imitatrix avis, ac parasita.

Parasitaster, stri, m. παρασιτάστηρ, parasitorum imitator. *Ter. Adel. 5. 2. 4.* Est alius quidam parasitaster parvulus, *parastello.*

Parasitatio, onis, f. parasitæ ars. *Plaut. Amph. 1. 3. 23.* Nequiter pene expeditit prima parasitatio.

Parasiticus, a, um, adject. ad parasitum pertinet. *Aust. vite Horat. qui a quibusdam Sueton. creditur.* Veniet ab hac parasitica menfa ad hanc regiam. *Plaut. Stich. 1. 3. 77.* Perjuratiunculæ parasiticæ.

Parasitor, aris, d. i. *Jevoicare*, παρασιτώ, parasitum ago. *Plaut. Stich. 4. 2. 54.* Vides, ridiculos nihili fieri, atque ipsos parasitator.

Parasitus, m. 2. *parasio*, *seroccone*, לִבְיָוִן לִבְיָוִן, Ger. *schmoruzzer*, Gal. *cornissiter*, Hic. *parasio*, παρασιτός, primo dictus fuit, ut ex *Athen. l. 6.* & *Hesych.* cognoscimus, qui cum Sacerdotibus victimæ partem caperet, itaque idem fere Græcis παρασιτός, qui Latinis Epulones, quo nomine etiam, *Plutarco teste*, Solon eos appellavit, qui in Prytaneo publico victu epulabantur: postea vero in malam partem accipi cœpit, ac de iis dictum, qui cibi gratia assentarentur, quos cœnatur afflictae *orat. contra Sallust.* postis appellare. Est a παρα & σίτες, quo proprie significatur trumentum, & Synecdochice panis, & quivis cibus. *Cic. de Anic.* Nec parasitorum in Comædiis assentatio nobis faceta videretur, nisi essent milites gloriosi. *Hor. l. 2. epist. 1.* Edaces parasiti. *Martial. l. 9. epigr. 29.* Vos me laurigeri parasitum dicite Phœbi. h. e. histrionem.

Parasitida, æ, f. sunt parasitides lapides utrinque ostii latus munescentes. *Vitruv. l. 10. c. 15.* Ad medianam parasitadam.

Parasitas, adis, f. παρασιτάς, postis, lapis ostio appositus. *Vitruv. l. 10. c. 15.* Latitudo parasitidis mediæ.

Parasitæta, f. i. *parasio*, pila quadrata, aut lapides pilarum modo ad columnarum latera appositi, teste *Philandro. Vir. l. 5. c. 1.* In columna, aut parasitæta horæ describuntur. *Plin. l. 33. c. 3.* Sed & illius auræ cameræ, & argenteæ trabes narrantur, & columnæ, & parasitæta. Alii putant in hîc *Vir. & Plin.* locis legendum esse *parastatica*, & *parastaticæ.*

Parastatica, V. dictionem præcedentem.

Parastichis, idis, f. series litterarum, summa rerum, aut verborum capita, *la tavola*, o *indice di un libro*, παραστιχίς. *Sueton. de illust. Grammat. c. 6.* In parastichide libelli, qui dicitur Pinax. *Gel. l. 14. c. 6.* græcis litteris scribit.

Parasynaxes, f. παρασυναξίς, conventicula, & coitiones hæreticorum. *Imp. Valens. & Martian. Cod. l. 1. tit. 8. leg. 8.* Parasynaxes, & conventicula interdicta.

Parate, adv. παρατάξαις, cum præparatione, prompte, expedite. *Cic. in Brut. c. 68.* Is tamen ad dicendum veniebat magis audacter, quam parate. *Id. l. Off.* Domicareque paratus de honore, & gloria, quam de cæteris commodis. *Plin. l. 3. epist. 9.* Paratissime respondit.

Paratella, æ, f. herba eadem quæ lapathum. *Æmil. Macer. de virtusib. herb. c. 62.*

Paratio, onis, f. *preparazione*, comparatio. *Sallust. in Jug. c. 31. in orat. Memmii:* Fuerit sane regia paratio, plebi jura sua restitueret. Ita habetur in MSS. Alii *reparatio*. *Afran.* apud *Non. c. 3. n. 373.* Silentio opus est, nulla inest paratio.

Paratragœdia, a. i. παρατραγωΐδης, exaggero, & verborum magnitudine aliquid augeo. *Plaut. Pseud. 2. 4. 17.* Vide, ut paratragædiat carnitex. in MSS. est *paratragædas.*

Paratropa, æ, f. apparatus. *Tertul. de Pol. c. 3.* paratura materiarum. Et de *Speñac. c. 4.* paratura spectaculorum.

Paratus, us, m. *preparazione*, παρατάξις, actus parandi, præparatio. *Tac. l. 13. c. 17.* Proviso ante funebri paratu, qui indicus erat. *Valer. Flac. l. 2. v. 652.* menfæque paratu Regifico. *Ovid. Heroid. ep. 16. v. 191.* decet Hanc faciem largis sine hinc paratibus uti. *Quintil. l. 10. c. 1.* Verborum paratus.

Paratus, a, um, *apparecchiato*, ήτοιμασμένος. Conditur vel absolute. *Ter. Andr. 4. 3.* Amicum amatorem virum, quovis in loco paratum. *Cic. pro Sex.* Consensu bonorum omnium tam parato, tota denique Italia ad contentionem expedita. ¶ Vel cum accusat. & præpos. *ad. Cic. l. 6. Fam. epist. 22.* Et ad omnem eventum paratus sum. ¶ Vel aliquando cum dat. *Quintil. l. 7. c. 3.* Idem certamini parator. ¶ Vel cum ablat. instrumenti. *Cic. Att. l. 6.* Ego hunc ita paratum video peditatu, equitatu, classibus. ¶ Vel cum ablat. & præpos. *a*, vel *ab.* *Cel. Cic. l. 8. Fam. ep. 10.* Quam paratus ab exercitu esses. ¶ Vel cum gerundio accusativi. *Cic. Att. l. 9. ep. 6. ep. 6.* Domitius paratus erat ad navigandum. ¶ Vel cum infinitivo. *Cic. pro Quintil. Si* qui in re, id quod parati sunt facere. *Caf. l. 8. B. G.* Paratissimo animo erat sustinere omnia, & impendebant. ¶ Vel cum accus. & præp. *contra. Cic. l. 5. Fam. ep. 13.* Et optime contra fortunam paratum, armatumque cognovi. ¶ Interdum paratus dicitur, qui in promptu est, & nullo negotio acquiri potest. *Plin. l. 2. ep. 17.* Obvius, & paratus humor. *Id. in Paneg. c. 88.* Paratum id quidem, & in medio positum.

Paraveredus, m. 2. *palafreno*, inajor equus agminalis. *Cujac. ad rubr. Cod. d. curs. publ. l. 2. c. 19. Cod. d. curs. publ. l. 12. l. 2. Cod. d. excus. m. v. l. 10. l. 2. Cod. d. præp. sacr. cubic. l. 12. l. 3. & alibi.*

Parazonium, ii, n. παραζώνιον, gladius, qui lateri accinctus gestatur: vel gladius simul, & zona, seu baltheus, quo ad latus appenditur. *Martial. l. 14. epigr. 32.* V. Cinclorium.

Parce, arum, f. i. *μείριμα*, *Parche*, tres foretes veteribus fuce, filæ

Herbi, & Noctis, teste *Cic. l. 3. de nat. Deor.* quæ finguntur vitæ humanum præesse, & nendo eam ducere, quæ etiam Fata appellantur, & a Poetis Sorores lanificæ. *Martial. l. 4. epigr. 54.* Theodontius ait, filias fuisse Demogorgonis ex Chao. Multis placet, Parce inde nomen esse, quod minime parcant. A Veteribus Latinis appellatæ sunt Nona, Decima, Morta, ut est apud *Gel. l. 3. c. 16.* a Græcis vero Clotho, Lachesis, Atropos, quæ omnia V. suis locis. *Virg. Ecl. 4.* Talia secula fuis dixerunt currite fufis Concordes stabili fatorum numine Parce. ¶ In singulari numero *Ovid. epist. Heroid. 11. v. 105.* Numite felices, Parca meliore, sorores. h. e. melioribus auspiciis. *Horat. l. 2. od. 16.* mihi parva rura, & Spiritum Grajæ tenuem Camenæ Parca non mendax dedit, & malignum spernere vulgus.

Parce, adv. *parcamente*, Φειδόμενος, frugaliter, moderate. *Cic. l. 1. Off. c. 30.* Quamque honestum parce, continenter, severe, sobrie vivere. *Id. 2. Fin.* Cur id tam parce, tamque restricte faciant. *Id. pro Mur.* Parcius de ejus laude dicerem. *Colum. l. 6. c. 7.* Nec potestas aquæ, nisi quam parcissime, facienda est.

Parciololum, n. sermonis parcius. *Apul. l. 5. Metam.* Fidei, atque parciloqui mei perpendisti documenta.

Parciomonia, V. Parsimonia.

Parciopromus, i, m. qui parce promit. *Plaut. Pseud. 5. 1. 22.* Parciopromus victu cætero. *Id. Truc. 1. 2. 81.* Qui cum genitis suis belligerant, parciopromi.

Parcitas, atis, f. i. *parsimonia*, Φειδωλις, *Sen. l. 1. de Clem. c. 21.* Civitatis mores magis corrigit parcitas animadversio.

Parciter, adv. parce. *Pompon. apud Non. c. 11. n. 47.* Parciter, tanquam frater mihi sis.

Parco, cis, pepercit, & parsi, parcitum, & parsum, i. n. 3. *visparmiare*, *aver riguardo*, *astenersi*, *חָסַר*, Ger. *schonen*, Gal. *pardonner*, Hisp. *perdonar*, *Φειδωμι*, proprie est abstinere, temperare, cessare, continere se a re aliqua. Construitur cum dat. & infinit. *Cic. 2. de Orat.* Parcebat enim adversarii dignitati, in quo ipso servabat suam. *Id. 6. Ver.* Itaque ædificiis omnibus, publicis, & privatis, sacris, & profanis sic pepercit. *Virg. 1. Æn.* Parce metu Cytheræ. idest metu abstinere, metum deponere. Ubi metu datus est, more antequam, qui datus quætz in ui, & in u inflectebant. *Id. 3. Æn.* Parce pius scelerare manus. idest abstinere, desine. *Idem Ecl. 3.* Parcite oves nimium procedere. hoc est servate, ne procedant. Alii exponunt *abstinete*, & oves vocativum esse dicunt. ¶ Reperitur etiam cum accusativ. & dativ. *Virg. 10. Æn.* Argenti, atque auræ memoras quæ multa talenta, natis parce tuis. hoc est serva, *visparmia*. Quo senio dixit *Plaut. Curcul. act. 3. v. 10.* Qui mature acquiritur pecuniam, nisi emat mature parsit, mature efurit. Sic apud *Gel. l. 16. c. 19.* Vitam modo sibi ut parcerent, oravisse. ¶ Reperitur & cum ablat. cum præpos. *a*, aut *ab.* *Liv. l. 25. c. 25.* Precantes, ut a cædibus, & ab incendiis parceretur. ¶ Est etiam ignoscere, condonare, veniam, & impunitatem dare, *perdonare*, *συγγιγώσκω*. Construitur cum solo dativo personæ. Quod si accus. remitto, vel culpæ exprimensus sit, ad verbum *condono*, vel remissio confugiendum erit. *Cic. 3. Ver.* Si homini scelerato pepercissent. *Cef. l. 7. B. G.* Non ætate coniectis, non mulieribus, non infantibus pepercunt. ¶ Usurpatur etiam impersonaliter. *Cic. Att. l. 2. epist. 29.* Sed tamen satisfacit a nobis, neque parceret labori. *Plin. l. 33. c. 4.* Italicæ parciunt est veteri interdicto Patrum. ¶ Partic. *parfusus*. *Suet. in Tiber. c. 62.* Ne reliquis quidem nepotibus parfusus creditur. ¶ *Parso*, pro pepercero. *Plaut. Mil. 4. 9. 3.* ubi alii leg. *parco.*

Parcus, a, um, *parco*, *scarso*, פָּרַץ, Germ. *karg*, Gal. *epagnant*, Hisp. *quaydofo*, *Φειδωλις*, frugi, sumptibus parcens, tenax, parvo contentus, a *parum*. Usurpatur vel absolute. *Cic. pro Cel. c. 15.* Illum filium familias patre parco, ac tenaci. *Id. 2. de Orat. c. 76.* Colonus parcissimus, modestissimus. ¶ Vel cum genit. *Hor. l. 2. ferm. sat. 1.* Veteris non parcus aceti. *Plin. ep. 126.* Quamquam ejusmodi bonorum parcissimus. ¶ Vel cum ablat. sine præpos. *Plaut. Rud. 4. 2. 14.* Opera hæud fui parcus. *Plin. Paneg.* Parcus comitatu. idest paucos habens in comitatu. ¶ Vel cum ablat. & præpos. *in. Cic. pro Corn.* ¶ Tribuitur & rebus inanimis. *Horat. l. 3. od. 16.* Parca manu offerre aliquid. *Balb.* Tum vel nimium parcus in largiendâ civitate. *Stat. l. 4. Jyl. 5.* Parca tellus. ¶ Accipitur etiam pro modico, exiguo. *Plin. in Paneg.* Parcus, & brevis fomus. *Virg. 3. Georg.* Parco tale contingere.

Pardalianches, is, n. *πάρδαλιον*, aconiti genus, a *pardalis*, & *ἄρχω*, *strangulo*, quia carnes eo tectæ pantheras strangulant, & necant. *Plin. l. 8. c. 27.*

Pardallos, m. 2. *πάρδαλιον*, gemma maculis quibusdam variegata, a pantherinæ pellis similitudine. *Plin. l. 27. c. 11.*

Pardalis, is, f. 3. *πάρδαλις*, animal ferum, Asiæ, & Africæ peculiare, idem ac pardus. A panthera sexu differt. Græcis similiter mas *Πάρδαλις*, femina *Πάρδαρη*. *Curt. l. 5. c. 1.* Leones quoque, & pardales caveis præferbantur.

Pardallium, n. 2. *πάρδαλιον*, genus unguenti, quod pardalis odorem reddat. *Plin. l. 13. c. 1.* Pardallium in Tarso, cujus etiam compoitió, & mixtura obliterata est.

Pardus, i, m. 2. *parco*, *πάρδος*, animal ferum, frequens in Asia, & Syria, solo sexu a panthera differens. Nam mares pardi dicuntur, tam minæ pantheræ, ut ex *Plin.* constat *l. 8. c. 17.* *Juven. sat. 11. v. 123.* Et magno sublimis pardus hiatus.

Pares, antis, m. filius Pluti, nepos Philomeli, pronepos Jasonis, qui regnavit in Minioide inf. quæ ab eo postea Paros dicta est. *Isid. & Boc. l. 13. Gen.* ¶ Est præterea paræas, *παρίας*, serpentis genus. *Lucan. l. 9. vers. 721.* Et contentus iter cauda fulcare paræas. ¶ Scribitur & *parians*.

Parcehâsis, f. 3. Digressio, Excursus, Figura Rhetorica (vox græca). *Quintil. l. 4. c. 3.* *Παράβασις*, est alienæ rei, sed ad utilitatem causæ pertinentis extra ordinem procurrere tractatio.

Parcâtatus, a, um, qui jam statura est virilis, vel quæ non prope abest, quasi *Παρίκατος*, h. e. extensus a *Παρκάτος*, *extendo*. *Lucil. l. 8.* Inde parâtato chlamydes, ac barbula prima. Inde cognoscitur, penultimam a Latinis produci, quæ Græcis esset brevis. *Id. l. 20.* Tum ephubum quendam, quem vocant parclatón. *Var. de comp. Saryr.* Parcâtatæ adiunt, mulierque mulier Venus caput. Omnia hæc exempla afferit *Non. c. 1. n. 341.*

Paregoricus, a, um, adject. q. d. mitigatorius, ut paregorica adjutoria. *Theodor. Priscian. l. 1. c. 9.*

Parlecon, n. 2. *Παράλογον*, Productio, Figura Grammaticalis, cum syllaba, vel etiam integra dictio dictioni alicui in fine adjectur, ut *vofmet, adedum, nihil quicquam*. Vox græca est. V. Grammat.

Parrellon, ii, n. *Παράλλιον*, imago Solis in nube repercutis radiis apparentis, & alterum Solem referens. Vox græca est. *Sen. l. 1. quaest. nat. c. 11.* Græci *Παράλλιον*, appellant, quia in propinquo tere a Sole videntur. Pares, entis, com. *padre*, o *madre*, *γούρις*, dicitur tam de patre, quam de matre, & num. plur. utrunque complectitur, a *pariendo*, more Græcorum, quibus similiter parentes vocantur, *πατρίς*, a *πατρύ*, *pario*. *Cic. pro*

pro Plase. In parentum loco Quæstoribus suis Pætores esse oportere. ¶ Hoc nomine, auctore *Festo*, apud Jctos non modo pater, & mater, sed avus, & proavus, avia, & proavia, & omnes superiores usque ad tritavos inclusive significantur. *Psal. l. 4. ff. de in jus voc. Parentes* usque ad tritavum apud Romanos proprio vocabulo nominantur. ¶ Extenditur etiam ad quoslibet confanguineos, *parenti. Cur. l. 6. c. 10. ad fin. Solent rei capius adhibere vobis parentes. Lamprid. de Alexan. Sever. c. 67. Amicos, & parentes Alexander*, si malos reperit, punivit. *Jul. Capitolin. de M. Antonio, c. 5.* Adoptatus in aulicam domum omnibus parentibus suis tantam reverentiam, quam privatus, exhibuit. ¶ Sæpe transiitæ funitur. *Cic. Att. l. 9.* Cum parentes non alere nefarium sit, nostri principes antiquitatem & sanctissimam parentem patriam fame necandam putant. *Idem de Fin. Socrates* parentem Philosophiæ jure dici potest. ¶ In arbore parens dicitur stirps ipsa, vel truncus, unde rami nascuntur. *Plin. l. 12. c. 5.* Rami novam sibi propaginem faciunt circa parentem in orbem. ¶ Genitivus pluralis hujus nominis est *parentum*: Sed apud Poetas reperitur etiam *parentium*. *Hor. l. 3. carm. od. 24.* Dos est magna parentium Virtus.

Parents, tis, adject. ex particip. a pareo, obediens. *Horat. l. 2. sat. 7. gule* parens. *Cic. 1. Offic. c. 22.* Et parentiores habuerunt exercitus, & fortiores. Al. leg. *paratores. Virg. 1. Æn. dicto* parens.

Parentalia, orum, n. xπαιδομαζα, sacrificium, atque epulæ, item funebri laudatio, & siqua alia quotannis fiebant in defunctorum memoriam. *Cic. 1. Phil. c. 6.* Ut parentalia cum supplicationibus miscerentur. *Auson. in Parental. in præfat.* Titulus libelli est, *Parentalia*: antiquæ appellationis hic dies, & jam inde ab Numa cognatorum inferis institutus.

Parentalis, le, o. 3. quod spectat ad parentes, & per Synecdochen ad mortuos in genere. *Ovid. 4. Trist. eleg. 10.* Fama parentales si vos mea contigit umbræ. ¶ Dies parentales erant, quibus solemnes epulæ ad mortuorum sepulchra solebant afferri. *Ovid. 2. Fast. v. 548.* Parentales deserere onias.

Parentatio, onis, f. actus parentandi. *Tertul. de Spectac. c. 12.* Quod mortui litabatur, utique parentationis deputabatur.

Parentela, æ, f. confanguinitas, affinitas, apud rec. a parens. *Jul. Capitol. in Gordian. c. 23.* Quem causa eloquentis dignum parentela sua judicavit.

Parentesis, f. 3. *Παρισησιος, Interpositio, Intersectio, Interruptio, Figura est orationis.* De ea *Quintil. l. 9. c. 1.* Quam nos interpositionem, vel interclusionem dicimus, Greci *παρρησιος* vocant, dum continuationis sermonis mediis aliquis sensus intervenit. ¶ Parentesis nota sunt duo semicirculi de invicem respicientes, ut in illo *Virg. 1. Æn. v. 644.* *Æneas* (neque enim patrius consistere mentem Passus amor) rapidum ad naves præmittit *Achatem*.

Parenticida, æ, com. idem ac parricida, apud vet. Plaut. Epid. 3. 2. 13. Quia ego tuum patrem faciam parricidam. Optime quemdam Editiones habent *parenticidam*, ficto nomine a *pers*, & *cedo*, q. d. crumnam cædens, emungens.

Parento, as, n. 1. xπαιδομαζα, proprie, ut vox indicat, est parentibus justa facere, sed per Synecdochen alius quoque tribuitur. *Cic. 2. de Leg. Hortia* autem maxima parentare pietati esse adjunctum putabat. *Id. 1. Phil. Ut* cujus sepulchrum nusquam extet, ubi parentetur, ei publice supplicetur. ¶ Reperitur & cum accit. *Ovid. 1. Amor. eleg. 13.* Sic Memnonis umbras Annua solemnæ cæde parentet avis. ¶ Interdum significat cædem alicuius ulcisci, q. d. manus occisi occisoris sanguine placare. *Liv. l. 24. c. 21.* Parentandum regi sanguine conjuratorum esse. *Petron. Satyr. Noxio* sanguine parentabo injuriæ meæ. ¶ Parentare luxuriam, est immoderatis convivii, & omnis generis delicis uti, vel luxuriam tanquam parenti funebres epulæ parentur. *Sen. de vir. beat. c. 11.*

Parentor, aris, d. 1. idem ac parento. *Sen. epist. 122.* Mortuus certe vivi parentatur. Alii rectius legunt. *Mortuus certe interdum parentatur.* Qua ratione est passiv. verbi parento.

Paræo, es, parui, paritum, n. 2. apparire, ἰσθῆναι, Ger. folgen, Gal. obire, Hisp. obedecer, φαίνομαι, primo notat præsto esse, adesse, a *Πάρεται, adsum.* *Cic. pro Mil. Quid* pro quærendum est? Factum ne sit? ad constat. A quo? ad parent, Alii aliter leg. *Martial. l. 12. epigr. 25.* Ad portum quoties paruit *Hermogenes*. ¶ Hoc sensu ad formulas judiciales pertinet: si *parce fecisse, si paruerit promissis, & similia. Cic. pro Rosc. Com. c. 4. ex verbis editi:* Si paret HS DCC. dari oportere. *b. e. li. constat, si probatur.* Adhibebatur autem in judiciis dandis. *Cic. in Div. Verr. c. 17.* Judicium dat statim, si paretet, eam & *C. V. Briffon. de formul. l. 5. circa init.* ¶ Hinc *paræo* accipi cæpit pro videri, seu reapse, seu secundum opinionem. *Virg. Æn. 10. v. 176.* Cui pecudum fibræ, cæli cui sidera parent, idest a quo fibræ, & sidera cernuntur, & peritissime agnoscuntur, ut interpretatur *Servius*. ¶ Et quia qui alteri serviunt, præsto esse, & mandata exequi coguntur, hinc usurpatur pro obedere, obtemperare, dicto audientem esse. *Cic. de nat. Deor. l. 2.* Qui religionibus parassent. *Justin. l. 1. c. 2.* Tot, ac tantis gentibus vix patienter uni viro, nedum tæminæ, pariturus. ¶ Promissis parere, est præstare promissa. *Ovid. 6. Fast. Parent* promissis, dissimulantque Deos. ¶ Parere gulæ, est gulæ indulgere. *Hor. l. 2. sat. 7.* Nil servile gulæ parens habet. ¶ Usurpatur & imperforaliter. *Liv. l. 9.* Firmatisque cibo viribus arma capiat: dicto parentur. *Symmach. l. 10. epist. 43.* Paritum est sententiæ.

Parergon, n. 2. Πάρρηγρον, quod alicui rei præter propositum additur, ut si pactor imaginem pingens, ornandæ tabellæ gratia, arbusculas, & aviculas, & hujusmodi addiderit, a *παρά, præter, & ἔργον, opus. Plin. l. 35. c. 10.* Adjecerit parvulas naves longas in iis, quæ pictores parerga appellant. *Vitruv. l. 9. c. ult.* Vertuntur metæ, calceuli, aut tona projectantur, buccinæ canunt, reliquaque parerga.

Parhippus, i, Πάριππος, equus, qui juxta dicitur. L. 22. Cod. Theodos. de cursu publico. ¶ Præterea parhippus dicitur is, qui licentiam habens duos vehendis, tertium vehit, aut vectorem extra ordinem facit. *Lib. 12. Cod. Justin. tit. 51. leg. 4.*

Parhypæte, es, Παρυπæτε, chorda musica, quasi subprincipialis, Parhypæte hypaton est, quæ in nostratum Musicorum systemate dicitur C fæ ut: Parhypæte meson, quæ F fæ ut. *Vitr. l. 5. c. 4. Marc. Capel. l. 9.*

Paribus, i, Παριουβίος, pes idem, qui pyrrhichius, hoc est duabus brevibus constans. *Quintil. l. 9. c. 4.* ubi al. leg. *peribus.*

Parianus, V. Patrianus.

Pariatio, onis, f. æquatio, solutio, cui opponitur reliquatio, a *pario. Scæv. l. ult. ff. de condit. indeb.* An pactum, quod in pariationibus acribi solet. Aliqui legunt *passionibus.*

Paritator, oris, m. qui paria facit, cui opponitur reliquator. *Paulus in l. Julius Paulus, ff. de cont. & demonst. An* Stichus mortuo, antequam rationes redderet, vel pariatore, vel reliqua habente. Aliqui leg. *paria, vel reliqua habente.*

Parici Quæstoribus appellabantur, qui solebant creari causa rerum capitulum quærendarum. *Fest. ¶ Monet Scalig. legendum Parrici. Alii emendant Parricidi.*

Parricida, V. Parricida.

Parricidia, æ, f. obedientia, & impietas (vel impietas) inobedi-

tia, a *pareo, es. Tacit. in Agric. c. 16. de Britannorum desolatione.* Unius prælii fortuna veteri parentis restituit. *Cell. l. 1. c. 13.* Ne, si spes tellisset, culpa impietatis, & pœna indeprecabilis subeunda esset. Sic utroque loco legendum cenet *Pareus in Lexic. Civit. & Lips.* at editi libri *passientia.*

Paries, etis, m. 3. parete, muro, Πάριος, Ger. ein Scheidewand, Gal. pavois, Hisp. pared, τείχος, vel τείχος, id, quod domum ambit, & ab aliis distinguit. Differt a *murus*, quia *paries* dicitur de ædificiis privatis, *murus* tam de publicis, quam de privatis. *Cic. 6. Ver. His autem* tabulis templi interiores parietes veliebantur. *Idem pro Mil. c. 27.* Ducere parietem per vestibulum. ¶ Intra parietes, vel intra domesticos parietes, est domi nostræ, privatio. *Cic. in Brut. Intraque* parietes aluit eam gloriam, &c. ¶ Intra parietes disceptare, vel experiri, est amicis domi, & extra cancellos forenses controverfiam componendam permittere. *Cic. pro Quintil. c. 11.* Si quid in controverfiam veniret, aut intra parietes, aut summo jure experiretur. ¶ Paries etiam dicitur substructio quælibet, licet non ex calce, & lapidibus. *Vitruv. l. 2. c. 8.* Cratitii parietes velim ne inventi quidem essent.

Parietalis, tis, adject. ad parietem pertinens, ut parietalis herba, *Marcell. Empir. c. 13.*

Parietaria, æ, f. parietaria, vetriola, Παρρησιος, ἰαγίνα, herbæ species, al. mutalis, helixine, parthenion, perdicum, a *paries*, quia in parietibus, ac muris veteribus nascitur. *Apul. de herb. c. 81.*

Parietarius, ii, m. qui parietes construit. *Jul. Firmic. l. 8. c. 24.* Architectos faciet, structores, parietarios, vel marmorarios. ¶ Adjective in *Inferiis*. apud *Fabrest. pag. 137.* Structor parietarius.

Parietina, f. 1. τείχος ἰσχυρισπιος, paries vetus, & semidirutus. *Cic. l. 13. Fam. ep. 1.* Ut nescio quid illud Epicuri parietinarum sibi concederet. *Id. 4. Fam. ep. 3.* In parietinis Reip.

Parilia, V. Palilia.

Parilis, le, o. 3. pariglio, uguale, ἴσος, æqualis. *Ovid. 8. Met. Quosque* alios parili fuerat dignatus honore.

Parilitas, atis, f. equalitas, ἰσότης, æqualitas. *Gel. l. 14. c. 3.* Parilitas virtutum inter se consimilium.

Parilitium, fidis. V. Palitium.

Passer, eris, m. *passer*, *פסר*, Ger. *ein spatz*, Gal. *passereau*, *moineau*, Hisp. *gorrión*, *σπυρίδις*, avis species, a *passus*, per Metathesin. *Cic. 1. de Div.* Calchas ex passerum numero belli Trojani annos auguratus est. ¶ Est avis salicissima, & vitam brevissimam vivit. *Plin. l. 10. c. 36.* Hinc *Sappho* apud *Athen. l. 9.* inquit, Venerem in passeribus vehi. ¶ Translate dicitur de mentu. *Politianus* quidem in *Miscell. c. 6.* hac significatione passerem a *Catullo* ep. 2. accipi putat. *Da mihi basia*, sed Catulliana, quæ si tot fuerint, quot ille dixit, donabo tibi passerem Catulli. Alii interpretantur carmina, quæ a Catullo de Lesbica dicta fuerunt. ¶ *Passer marinus*, est avis ingens, & maxima omnium avium, quæ proprio vocabulo *methiocamelus* dicitur, *struxo*. Nam quemadmodum Græcis *σπυρίδις* non passerem tantum significat, sed etiam struthiocamelum, sic Latini quoque passerem appellant

& avem hanc vulgarem, & avem illam Libycam. Marinus autem vocatur, hoc est trans mare advectus. *Auson. in Accium Paullum.* Ovum tu quoque passeris marini. *Plaut. Perf. 2. 17.* Isthuc marinus passer per circum solet. ¶ Passer etiam picis est genere pelamidum, similis rhombo, nisi quod rhombo situs corporis dexter respiciuntur est, passeris laevus. *Plin. l. 32. c. 11. Hor. l. 2. sat. 8.* Cum passeris, atque ingustata mihi porrexerit illa rhombi. ¶ Est etiam passer vox blandientis. *Plaut. Cas. 1. 1. 50.* Meus pullus passer, mea columba, mi lepus.

Passerculus, m. 2. *passerulus*, parvus passer. *Cic. 2. de Div. c. 30.* Cur autem de passerulis coniecturam facit? ¶ Usurpatur interdum in blanditiis amantium. *Plaut. Afin. 3. 3. 76.* Dic me tuum passerulum, gallinam, coturnicem.

Passerinus, a, um, adiect. *Pompon. apud Non. c. 2. n. 337.* Ut te obiectes trullatam passerinum prandium. h. e. ita dilacerandum præbeas, & devorandum leonibus, ut passeris devorari in convivio solent.

Passerines, f. 3. cotes, quæ aqua trahunt aciem. Trans Alpes inveniuntur. *Plin. l. 36. c. 22.*

Passibilis, le, adiect. *passibile*, qui pati potest. *Arnob. l. 7.* Quidquid veatur rei alicujus motu, passibile esse constat, & fragile. Adde *Tertul. adverb. Prax. c. 20.*

Passibilitas, atis, f. *passibilitas*, aptitudo ad recipiendum passionem. *Arnob. l. 2.* Passibilitate interveniente corruptibilem esse.

Passibiliter, adverb. patiendi. *Tertul. de anim. c. 45.* Anxie, & passibiliter in somnis conterri.

Passim, adv. *per tutto*, Germ. *hind, und her*, Gall. *ed, & là*, Hisp. *de passo en passo*, *passim*, sparsum, a sup. *passum* verbi *pando*. *Cic. pro Font.* Hi contra vagantur læti, atque erecti passim toto foro. *Id. pro Syll. c. 15.* Dividi passim, & pervalgari. *Brutus ad Cic. Fam. 11. ep. 13.* Antonius biduo me antecessit, itinera multo majora fugiens, quam ego sequens, ille enim iit passim, ego ordinatim. *marci ad disordine.* ¶ Differt ab ubique, quia ubique dicitur de eo, ubi nullum est intervallum, *passim*, ubi aliquod intervalli est, e. g. herba est in prato ubique, grex passim pacitur, quia aliquid intervalli est inter pecudem, & pecudem, non inter herbam, & herbam. Sed quandoque confunduntur. *Laß. apud Vallam.* Creditur ei passim, tanquam cognizt veritatis, idest ubique. ¶ Interdum ponitur pro undique. *Laß. l. 2. c. 7.* Eo passim confugerunt ex finitimis locis pessimi quique. ¶ Interdum pro quomodolibet. *Virg. 3. Æn.* Passimque in litore sicco corpora curamus. idest sine ullo conditionis discrimine in litore sparsum.

Passio, onis, f. *passione*, Germ. *bezeugung*, Gal. *passion*, Hisp. *passion*, *πάσις*, ægritudo corporis, *Cornel. Gallus* (si modo is ejus carminis auctor est) *eleg. 5. v. 42.* Si nihil imminuit passio, nulla fuit. Usi sunt præterea hæc voce *Prudent. peristeph. 2. v. 292.* *Apul. in Trismegisto, Sever. Sulpis. l. 2. hst. c. 32.* & alii hujus notæ.

Passionalis, le, adiect. passionem afferens. Usus est *Tertul. cons. Gent. c. 2. & 4. Cal. Aurel. Tard. 1. c. 4.*

Passive, adverb. passim, confuse, incondite, *Tertul. adverb. Ppsych. c. 2.* ubi tamen *Scioppius* in notis ineditis legit passim. Eadem lectionis varietas est & apud *Apulej. l. 11. Metamorph.* ¶ Passivorum more, apud Grammaticos. *Præfation. l. 3. pag. 791. Putsch.*

Passivitas, atis, f. frequentia promissiva, a *passim*. *Tertul. l. 1. adverb. Marc. c. 4.* Quantum denotat passivitas offert. Et in *Apol.* Suppedante materias passivitate luxuriz.

Passivus, adv. idem, ac passim. *Tertul. l. de Pallio, c. 3.*

Passivus, a, um, adiect. *passibile*, qui pati potest, *παθητικός*. *Arnob. l. 2.* Argumenta sunt præsto, quibus anima passiva, & interibilibus invenitur. Adde *Apul. in Trismegisto*. ¶ Passiva verba a Grammaticis dicuntur, quæ passionem significant, ut amor, verberor. *Charif. l. 2. Præfation. l. 18.* & alii. ¶ Interdum passivus dicitur, qui promissivus est, & pluribus communis, a *passim*. Hinc *Tertul. l. 1. adverb. Marcion. c. 7.* passivum nomen Dei dixit, quia & hominibus dictum est, Ego dixi, dii estis. Sic *Jul. Firmic. l. 5. c. 1.* passivas cupiditates, h. e. quas passim homines sectantur.

Passum, i, n. *πάσα, γλυκή*, vini dulcis genus, quod exprimitur ex uvis pallis, idest ex uvis, quæ in vite diutius Sole adiescunt sunt, & rursus post vindemiam ad Solem suspensæ ejus ardorem dies aliquot passæ fuerunt. *Varro. l. 1. de vita P. R. apud Non. c. 1. n. 16. V. Plin. l. 14. c. 9. & Col. l. 2. c. 39. Virg. 2. Georg. v. 93.* Est passio psythia utilior. *Juven. sat. 14.* Qui gaudes pingue antiquæ de litore Cretæ Passum, & municipes Jovis advexisse lagenas.

Passus, a, um, *πάσις*, qui passus est, particip. a patior. *Virg. 1. Æn. v. 203.* O passi graviores, dabit Deus his quoque finem. *Ovid. 7. Metam. Cornix novem sacula passa* h. e. quæ vixit. ¶ Uva passa dicitur, quæ in vite diu retenta, post vindemiam etiam ad Solem suspensa ejus ardorem passa est. *Plin. l. 14. c. 11.* A patientia nomen acinis datur passis. *Virg. 4. Georg. v. 269.* Vel psythia passos de vite racemos. Sunt qui passam uvam idco dici putant, quod ad Solem pandatur, h. e. expandam. ¶ Ducta ab uva passa metaphora, passus senes dicuntur a *Lucilio apud Non. c. 1. n. 38.* h. e. exsuccis, *smuntis*. Sic *Ovid. Metam. 14. v. 274.* lac passum, h. e. coctum.

Passus, a, um, *passus*, *difeso*, *aperto*, *περιετρημένος*, extensus, explicatus, porrectus, patens, a pandor. *Cic. 1. Tusc.* Quo utinam passis velis pervenire liceat. *Id. 2. de nat. Deor.* Minore autem Septentrionem Cephæus passis palmis a tergo subsequitur. *Cæf. l. 1. B. G. c. 51.* Crines passis.

Passus, us, m. *passus*, *πάσα*, Ger. *ein rrist, oder schritt*, Gal. *pas*, Hisp. *passo*, *πάσα*, gressus, extensio pedum in progrediendo, a *passum*. sup. verbi *pando*. *Virg. 2. Æn.* Sequiturque patrem non passibus æquis. ¶ Sumitur etiam pro mensura ita dicta a pedibus passis, idest extensis. Duplex est. Primus dicitur passus simplex, & minor, & a nonnullis gressus, & est mensura duorum pedum & dimidii. Tantum enim fere in progrediendo spatii est inter digitum prioris pedis, & calcaneum posterioris. Secundus dicitur passus major, & geometricus, quod eo peculiariter Geometriz utantur, & constat ex quinque pedibus, sive ex duobus gressibus, id est ex passu minore geminato. Et de hoc passu intelligendum est, cum dicimus, Milliaria singula constare ex mille passibus, & generaliter, quoties apud Scriptores passus mentio occurrit. *Cic. pro R. Am.* Edixit, ut ab Urbe abesset millia passuum ducenta. *Plin. l. 2. c. 23.* Stadium viginti quinque nostros efficit passus, hoc est pedes sexcentos vigintiquinque.

Passicus, a, um, adiect. qui passus est, ut agnus passicus, qui a lacte remotus iam herbas pascere cœpit. *Apic. l. 8. c. 6.*

Passilicofus, as, n. i. passilli figuram represento. *Plin. l. 21. c. 8.* Luteus bellio, passilicantibus barbulis coronatur. *Sipontinus* legit *passulicantibus*. h. e. patulis patentibus. Verum prior lectio in optimis quibusque editionibus invenitur.

Passillum, i, n. libri rotundi genus in sacris adhibiti. *Paul. Fests abbreviator.*

Passillus, li, m. *passilla*, *παρλακας*, globulus ex farina aqua subacta. Est dim. a *panis* teste *Festo*. ¶ A passilli hujus figura etiam nomen tributum est pilulis uoguentariis. *Hor. l. 1. Serm. Jar. 2. v. 27.* Passillos Ruf-

fillus olet, Gorgonius hircum. ¶ Item aridis medicamentis, quæ contrita humore non pingui, aut vino, vel aceto incocta sunt, & a coctione rursus inaruerunt, quæ, cum utendum est, subinde ejusdem generis humore diluuntur, deinde vulneribus illiuntur, non autem imponuntur, ut emplastra. Sed quomodolibet differant emplastrum, malagma, & passillus, docebit *Celsus l. 5. c. 18. Plin. l. 36. c. 6.* Iterumque in mortario teritur, & in passillos dividitur.

Passinaca, æ, f. *passinaca*, *σαφύλλος*, genus radicis, virtutis calidæ, cujus duæ sunt species, agrestis, & hortensis. *Plin. l. 19. c. 5. Colum. l. 6. c. 17. & l. 9. c. 4. Diosc. l. 3. c. 57. & 81.* ¶ Etiam passinaca est picis marinus, venenatus, ex planorum genere, qui per radium, seu telum viri ejaculatur. Ita dici putatur a caudæ colore, ac rotunditate, qua passinacam radicem refert. *Plin. l. 9. c. 42. Cels. l. 6. c. 9.* Et plani picis, quem nostri passinacam, Græci *πρωϊστα* vocant, aculeus torretur.

Passinatio, onis, f. *passinazione*, *divelto*, *scaffo*, *Βολοσφοϊα*, actus passinandi. *Col. l. 3. c. 12.* Quibus omnibus diligenter exploratis, tum passionationem suscipiemus.

Passinator, oris, m. *passatore*, *σκαπτήρ*, qui passinat, *Col. l. 3. c. 13.* Qua passinator sulcum facturus est.

Passinatus, us, m. idem, ac passinatio. *Plin. l. 17. c. 20.* Alba populus feritur bipedaneo passinatu.

Passinatus, 2, um, *passato*. *Col. l. 3. c. 13.* Neve jam passinatum solum jacentibus molibus imprimatur. Et absolute. *Id. l. 4. c. 4.* Facta in passinato scrobe. Et *l. 3. c. 3.* Radices, quæ de passinato eximantur.

Passino, as, avi, autem, *passare*, *πάσα*, Ger. *backen*, Gal. *houer*, Hisp. *cavar*, *σκάπτο*, est agrum fodere, a *passinum*. *Col. l. 3. c. 13.* Nunc passinandi agri propositum est rationem tradere.

Passinum, i, n. i. *forcella di ferro*, *passino*, *σκαφίδιον*, *σκαφίδιον*, ferramentum biturcum, teste *Col. l. 3. c. 18.* quo femina panguntur. *Id. ib.* Ne passinum effugiat, prædium semen demerit. ¶ Interdum sumitur pro passionatione, vel pro terra passionatione renovata, *passino*, *divelto*, *scaffo*. *Pallad. lib. 2. c. 10.* Passinum fieri nunc tempus est.

Passio, onis, f. *passura*, *πάσις*, actus pascenti. *Var. l. 2. R. R. c. 10.* In passionem diem totum esse. ¶ Sumitur etiam pro pabulo, seu alimento pecudum. *Cic. pro L. Man. c. 6.* Et varietate fructuum, & magnitudine passionis.

Passiomis, idis, f. *passiomis*, instrumentum terreum, sive lignum, quod ad cohibendos equos naribus, vel morsui imponitur. Vox est truncata, pro epitomis, seu prostomis, quæ a *σάμα*, *σρ*, oris. *Lucil.* Passiomides nuic de naribus ingentes pendit.

Passiphori, m. 2. *πασσφύροι*, Sacerdotes sacrosancti Ægyptiorum, honoratioris cæteris, quod passium Isis ferrent, cui nomen *πασφ*, a quo & ipsa Isis Passiphorus dicta est. *Apul. l. 10. A. A.* Cætus Passiphororum. *Id. l. 11.* Collegium Passiphorum.

Passor, oris, m. *passore*, *πάσα*, Ger. *hirt*, Gall. *berger*, Hisp. *pastor*, *πάσα*, *παιών*, qui curam habet pascenti. *Cic. pro Flacc.* O pastores nescio quos cupidos literarum. *Juven. sat. 11. v. 151.* Pastoris duri est hic filius, ille bubulei. Ubi adverte discrimen inter pastorem, & bubuleum. nam ille proprie dicitur, qui ovium, & caprarum pascentiarum curam habet, hic vero qui boves pascit. Quamquam non semper hæc differentia servatur. *Varr. l. 3. R. R. c. 6. ad fin.* Pastor pavonum. *Colum. l. 8. c. 2. ante med.* Pastor gallinarum.

Pastoralis, le, o. 3. *pastorale*, *παστουραϊκός*, quod est pastoris, vel quod ad pastorem pertinet. *Cic. 1. de Div.* At ille Romuli aurgatus pastoralis non urbanus fuit, nec filius ad opinionem imperitorem. *Liv. l. 9. c. 36.* Pastoralis habitus. *Vell. l. 1. c. 8.* Pastoralis manus. h. e. patorum caterva.

Pastoraliter, adv. more pastorum. *Venant. Fortun. l. 8. in epistola, quæ est inter carmen 14. & 15.*

Pastoritius, a, um, *pastoreccio*, idem, ac pastoralis. *Cic. Att. l. 11. ep. 11.* Itaque & ludis, & gladiatoribus mirandas *παστουραϊκας*, sine ulla pastoria fistula auterebamur. *Id. pro Cæl. c. 11.* Fera fodalitas, & plane pastoria, atque agrestis.

Pastorius, a, um, idem, quod pastoralis. *Ovid. 2. Met. v. 682.* Quo te pastoria pellis texit. Adde *Flor. l. 1. c. 17.*

Pastura, æ, f. *pastio*, *pastus*. *Pallad. Septembr. sis. 8.* Usque in Majum mensent ejus pastura sufficit.

Pastus, us, m. *pastura*, *είσθαις*, *πάσις*, actus pascenti, cibatio, pabulum, cibus. *Virg. 4. Georg.* Vesper ubi et pastu vitulos ad tecta reducit. ¶ Translate *Cic. Tusc. 5. c. 23.* Suavissimus pastus animum oblectatio solertiz.

Pastus, a, um, *passiuto*, *σπασθής*, qui pabulum, vel cibum sumpsit. *Cic. pro Cluent.* Ut etiam bestiz fame dominante plerumque ad eum locum, ubi passæ aliquando sint, revertantur. *Id. pro Cluent. c. 26.* Quæstus judicari pastus. *Ovid. 4. de Pont. eleg. 8. v. 41.* Agna gramine passa. *Sili. l. 13.* Mæror pastus fletu. ¶ Pastus in passiva significatione probatur a pluribus Lexicographis ex *Plin. l. 9. c. 3.* ubi tamen res contra se habet: inquit enim de marinis belluis loquens; Exeunt & pecori similes belluz ibi in terram, passæque radices fruticum remeant.

Patagiarj, m. 2. qui patagia faciunt. *Fest. & Plaut. Aulul. 3. 5. 35.*

Patagiata vestis, cui patagium affutum est. *Plaut. Epid. 3. 2. 47.* Indusiata, patagiata, caltulam, aut crocotulam.

Patagium, ii, n. id, quod in muliebri veste addebat, ut clavus in virili. *Fest.* Patagium est, quod ad summam tunicam assui solet; quæ & patagiata dicitur, & patagiarj, qui ejusmodi opera faciunt. *Non. c. 14. n. 19.* Patagium, aureus clavus, qui pretiosius vestibus immitti solet. *Apul. de A. A.* Semifimque sinuato patagio residentes.

Patagus, i, m. *παταγός*, genus morbi, teste *Festo*, idest, ut putat *Scalig. in Jonell.* capitis conqussatio, morbus pestilens, qui nullum sui relinquid indicium præter maculas in corporis partibus, a *παταγός*, *pulso*, quod eo homines subito percussis, ac suffocatis moriantur.

Patalæna, Dea, quæ frumento præerat, cum ejus folliculi patere inciperent. *August. de Civ. Dei. l. 4. c. 8.*

Patalis, le, o. 3. idem, ac patulus, ut Bos patalis, qui cornua diversa, & valde expansa habet. *Fest. & Plaut. Truc. 2. 2. 22.* Ego ruri hamaxari me mavelim patalem bovem.

Patara, æ, f. *Patara*, *Paterea*, *Πάταρα*, urbs Lyciæ, in ora maris Pamphylii, in colle, Xantho ubi proxima, al. prope ostia Xanthi fl. Dicta est a Pataro filio Apollinis ex Lycia Xanthi filia, vel ab aïo Pataro filio Lapæonis. Olim clara fuit templo, & oraculo Apollinis, ut Delphi. Dicitur Pataræ responsa dedisse sex mensibus hymalibus, reliquis sex mensibus Deli. Unde Patareus vocatus est. *Serv. in 4. Æn. v. 143. & Plin. l. 5. c. 27.*

Pataræis, idos, adiect. sœm. quæ est a Patara. *Avien. in descript. Orbis, v. 684.* Quæ frons tenta salo Pataræidos eminet arcis.

Pataræus, a, um, adiect. a Patara, *παταραϊκός*. *Horat. l. 3. od. 4.* Pataræus Apollo. *Ovid. 1. Met. v. 516.* Pataræaque regia levit.

Patavinitas, atis, f. proprietates, seu ratio sermonis Patavini. Refert *Quint. l. 1. c. 5.* Pollionem in T. Livii historia Patavinum deprehendisse; hoc est peculiarem quandam sermonis inflectendi rationem, quæ ab ipsius Romæ usu aliquantulum discederet.

Patavinus, a, um, adiect. *Pataviano*, ad Patavium pertinens, ut Patavinus

vinus ager, *Plin. l. 3. c. 16.* ¶ Patavinæ tunicæ, *Martial. l. 14. epigr. 143.*
 Patavium, n. 2. *Padova*, Πατάριον, urbs Venetiæ, in tribu Fabia, condita ab Antenore, Academia totius Europæ celeberrima. ex hac urbe prodire T. Livius, qui res Romanas scripsit, Paulus J. C. Stella Poeta, Valerius Suetonius Flaccus Poeta, qui Argonautica scripsit Apollonium Rhodium imitatus, Volufius Poeta, qui post Ennium rerum gestarum P. R. annales confecit, & Alconius Rhetor. *Virg. Æn. l. v. 251.* Hic tamen ille (Antenor) urbeni Patavi, sedesque locavit Teucurorum.
 Patefaciendus, a, um, particip. passiv. manifestandus. *Arnob. l. 1. Inexplicabilis ratio fati clausis patefacienda mysteriis.*
 Patefactio, is, eci, actum, a. 3. *aprire*, פתח, Ger. *offnen*, Gal. *ouvrir*, manifestar, Hisp. *abrir*, manifestar, ἀνοίγειν, apertio, patentem facio. *Liv. l. 2. Hostibus potius, quam Regibus, portas patefacere. Cic. 2. de nat. Deor. In ea parte oris, qua esculentis, & poculentis iter natura patefecit. Id. Fam. 13. ep. pen. Huic ego aditum ad tuam cognitionem patefecit, & munio. Idem l. Off. Patefacere aures assentatoribus.* ¶ Translate ponitur pro declarare, manifestare, palam facere. *Cicer. ad Q. Fr. l. 2. Racilius rem patefecit. Id. Att. l. 11. ep. 13. Neque hoc tempore, nec antea patefecisset odium suum in me. Id. de Amic. c. 26. Patefacere verum, & illustrare. Id. 6. Fam. ep. 10. Liberto tuo me totum patefecit.*
 Patefactio, onis, f. *aprimento*, ἀνοίξις, apertio, manifestatio. *Cic. 2. Fin. c. 3. Atqui hæc patefactio quæ rerum operatarum, cum, quid quidque sit, aperitur, definitio est.*
 Patefactus, a, um, ἀνοίχθης, partic. a patefacto. *Cic. 3. Casil. Quamquam patefactus iudicis, & confessionibus suis. Id. pro Syll. c. 16. Patefacta veritas. Id. 2. Div. c. 23. Patefactus aratro lucem aspexit Tages.*
 Patefactio, is, factus sum, n. pass. anom. ἀνοίγμενος, apertio, manifestor. *Propert. l. 3. eleg. 20. Patefactum nocte tenestræ. Terent. Phorm. 5. 4. 6. Si hoc celetur, in metu, sin patefact, in probo sim.*
 Patella, æ, f. *λεπτήριον*, parva patina, & ab ea diminutivum, *padella*, *sagame*. *Hor. l. 1. ep. 5. Nec modica cenare times olus omne patella. Mart. l. 13. Quamvis lata gerat patella rhombum.* ¶ Præterea patellæ dicebantur vasa parva picata, sacris facientis apta, quæ erant forma velut capidula quædam. *Perf. Sat. 3. Cultrixque foci secura patella. Cic. 6. Ver. Patella grandis cum sigillis, ac simulacris Deorum.* ¶ Est & morbus arborum, al. clavus, & fungus. *Plin. l. 17. c. 24. Olea clavum etiam patitur, sive tungum placet dici, vel patellam.* ¶ Item os laivum, molle, & cartilaginofum, genu constitutum. *Cel. l. 8. c. 1. ad fin.*
 Patella, & Patellana, Deorum nomina sunt. *Arnob. l. 4. Patellana nomen est, & Patella, ex quibus una est patefactis, patefaciendis rebus altera præstituta.*
 Patellarius, a, um, quod ad patellam spectat. Patellarii Dii, iidem ac Lares, sic vocati, quia non e potu modo in focum, qui Larium fedes, aliquid iis Veteres detunderent, sed e cibis quoque in patella aliquid in focum deferrent, quemadmodum monet vetus Scholiastes in illud *Perf. Sat. 3. Cultrixque foci secura patella.* Ac tangit eum morem quoque *Varro apud Non. c. 15. n. 6.* his verbis, Oporet, bonum civem legibus parere, & Deos colere, in patellam dare *μακρὸν κτίσας*, idest parum carnis. *Plaut. Cist. 2. 1. 46. Dii me omnes, magni, minutique, & Patellarii faxint, &c.*
 Patena, æ, f. idem ac patina, nisi quod patena labra grandia habet, teste *Budeo. Col. 12. c. 43. De uvis servandis: Ex ea creta, qua sunt amphoræ, lata vasa in modum patenarum fieri iubebat. Rectius tamen legitur patinarum. Varro apud Non. c. 15. n. 26. Acetabula, catini, patenæ.*
 Patens, entis, o. *patente*, *aperto*, ἀνοίγμενος, apertus. Differt a *patulo*, quia *patens* est, quod ad tempus patet, ut *janua, patulum*, quod semper patet, ut *cælum, arbor.* Sed hæc differentia non observatur. *Cic. 1. de Div. c. 1. Cum cælum ex omni parte patens, atque apertum inveniuntur. Liv. l. 7. Via patientiore ad hostem ducuntur. Colum. l. 12. c. 45. Laguna, quæ sit patientissimæ oris. Cic. pro Quinct. Donus patens & exposita cupiditati, & voluptatibus.*
 Patienter, adv. ἀπογυμνός, aperte. *Cic. 2. de Inv. c. 23. Sed patientius, & expeditius recti, & non recti quæstionem continet.*
 Patéo, es, tur, absque lupino, n. 2. *effere patente*, *effere aperto*, פתח, Ger. *offensyn*, Gal. *être manifesté*, apparui, Hisp. *ser manifestó*, ἀνοίγμαι, apertus sum. Possis a *πατεω*, deducere. *Cic. 2. de nat. Deor. Similiter nares, quæ semper propter necessarias utilitates patent. Id. in Somn. c. 3. Huc tibi aditus patere non potest.* ¶ Translate est extendi. *Cic. 1. Off. De tribus autem reliquis latissime patet ea ratio, qua &c. Cel. l. 7. B. G. Ante id oppidum planities millia passuum tria in longitudine patebat.* ¶ Item in potestate esse. *Sallust. in Catil. Ubi cuncta maria, terræque patebant. idest in Romanorum potestate erant. Cic. pro Mur. Quod omnibus patet, & æque promptum est mihi, & adversario meo.* ¶ Item expositum esse. *Liv. l. 1. Bell. Mac. In patientem vulnere equum, equitemque sagittas concicere poterat.* ¶ Item obnoxium, sive opportunum esse. *Cell. l. 2. c. 1. Longis morbis senectus, acutis adolescentia magis patet.* ¶ Item permitti, concedi, dari. *Cic. pro Coen. Balb. His præmiis, & his honoribus, quæ pateant stipendiariis.* ¶ Item conitare, sive manifestum esse, fere in 3. personis. *Cic. l. Tusc. Cum pateat iugur, æternum id esse. Plaut. Capt. 3. 3. 9. Patent præstigæ.* ¶ Usurpatur sæpe hoc verbum in rationibus, & supputationibus. *Cic. pro Rosc. Com. Non habere se hoc nomen in Codice accepti & expenli relatum, conficitur, sed in adversariis patere contendit. Id. Phil. 2. Ubi est septies millies festerium, quod patet in tabulis, quæ sunt ad Opus?* ¶ Item de iis dicitur, qui corpora ad libidinem prostituunt. *Ovid. 14. Metam. v. 134. & Titull.*
 Pater, tris, m. *padre*, πατήρ, Ger. *vater*, Gal. *pere*, Hisp. *padre*, πατήρ, qui aliquid genuit, genitor, parens, a Græco nomine allato. *Cic. pro Rosc. Amer. Certo patre nasci. Terent. Adolph. 5. 7. 4. Tuus hercle vero & animo, & natura pater. Claudian. de 4. Consul. Honor. v. 92. Patrem gerere. portari da padre.* ¶ In plur. num. sumitur pro maioribus, seu ascendentibus, *gli avi, i maggiori*, *Cic. 1. de Orat. Quid quod usu memoria patrum venit, ut &c. Id. l. Verr. Patres, maioresque nostri.* ¶ Cum patrum nostrorum memoria aliquid læctum esse dicimus, inquit *Valla*, de proxima ætate intelligimus. itaque patrum nomine veniunt avi, abavi, proavi, atavi (non atavici) itemque foceri, & reliqui maiores in linea transversa. *Plin. l. 7. c. 3. Qu. Metellus cum sex relinquere liberos, undecim nepotes reliquit, nurus vero generofæ, & omnes qui se patris appellatione salutarent, viginti septem.* ¶ Pater etiam nomen religionis est, & usurpatur de Diis, tum Deorum, tum hominum quoque ratione. *Hor. l. 1. od. 12. de Jove: Gentis humanæ Pater, atque cultos. Virg. l. Æn. Divum Pater atque hominum Rex. idest Jupiter. Sed & simpliciter Jupiter Pater vocatur. Virg. l. Georg. Ipse Pater media nimborum in nocte cœruca fulmina molitur dextra. Virg. l. Æn. Gradivumque Patrem, Geticis, qui præfidet arvis. idest Martem.* ¶ Etiam minoribus diis tribuitur. *Liv. l. 2. c. 10. Tiberine pater.* ¶ Sed peculiariter Baccho tribuitur. Causa est,

quia teste *D. Aug. de Civ. l. 7. c. 21. Bacchum liquidis feminibus, ac per hoc & liquoribus fructuum, & feminibus animalium, præferunt. Virg. 2. Georg. Huc Pater o Lenæe veni.* ¶ Similiter Pater nomen est reverentis. Ideo Romulus centum Senatores, quos ad Reip. curam elegit, Patres honoris causa vocavit. *V. infra. Virg. 9. Æn. de Augusto: Imperiumque Pater Romanus habebit. Horat. l. 1. Sat. 3. v. 126. non nosti, quid pater, inquit, Chrypsippus dicat.* ¶ Sumitur etiam pro effettore, conditore, creatore. *Virg. 4. Georg. Oceanumque patrem rerum.* ¶ Pater familias, vel familiæ, *padre di famiglia, oisxαστῆρας*, dicitur, qui primus est, & imperium habet in familiam. *Cic. de Leg. Ut ne morte patris familias sacrorum memoria occideret. Liv. l. 1. Bos in Sabinis nata cuidam patri familiæ dicitur, &c. Sisenna apud Varr. l. 7. de L. L. Patresfamilium. Cel. l. 2. B. Civ. in fine. Pauci milites, patrefque familias.* ¶ Pater Patratus, princeps Fecialis. Institutus est a Numa Pompilio, cum bellum Fidei-natibus indicendum esset. Aliqui dicunt a Tullo Hostilio. Creabatur a Feciali, qui eum verbera caput, capillofque tangens conferabat. Præter fœderi faciendi. *Liv. l. 1. c. 24. Fecialis est M. Valerius, is Patrem Patratus Sp. Fufium fecit. Vide ibi reliqua, quibus Livius ceremonias a Patre Patrato servatas in faciendi fœdere persequitur.* ¶ Patres appellati sunt senatores (qui initio centum fuerunt) a Romulo, cum primum Senatum instituit, tum ob ætatem, quia seniores electi sunt, tum quia sic consulere civibus, tanquam patres filius debebant, ut ait *Florus l. 1. c. 1. Adde Sallust. in Catil. c. 6. & Liv. l. 1. c. 8. Post hos qui in Senatum adscripti sunt, Patres Conscripti, & Senatores minorum gentium dicti sunt. Hinc cum in Curiam vocabant, ita vocabant: Quis Patres, quique Conscripti.* Deinde qui propter Senatorem paucitatem cursus in Senatorium ordinem ex equestri adsciti sunt, alleffi sunt appellati. *Festus.* ¶ Quamquam hi omnes uno Patrum conscriptorum nomine appellari consueverunt. *Cic. Phil. 13. Mutavit calceos, Pater Conscriptus repente factus est. Quin cum eorum mentio fit, Patres plerumque absolute vocantur, præsertim a Livio passim.* ¶ Patris Patriæ honorificentissimum titulum primum meruit Cicero ob detectam Catilinæ conjurationem; qua de re is ipse non semel gloriatus est; amiffa vero Republica, promiscue sic appellati sunt omnes fere Principes. *V. Senec. l. 1. de Clement. c. 14.*
 Patéra, æ, f. *ταξα*, פתח, Germ. *ein weisse trinckschalen*, Gall. *coupe, tasse a boire*, Hisp. *copa*, vaso para beber, *ακραία*, poculi genus latum, ac patens, a *patendo*, quod pateat, dispartitque labris fit. *Varro l. 4. de L. L. Cic. in Brut. Excepisse sanguinem patera. Id. 6. Verr. Patera, qua mulieres ad res divinas uterentur. V. Crater.*
 Patercillus. V. Vellejus.
 Paterfamilias. V. Pater.
 Paternus, a, um, *paterno*, πατρῶν, quod est patris. *Ter. Adolph. 3. 4. 4. Pol haud paternum istuc dedisti. Cic. 1. de Orat. Egissetque lege in hæreditatem paternam testamento exheres filius.*
 Patefactio, is, ui, n. 3. *aprire*, פתח, Ger. *sch offnen, sich ansuchen*, Gal. *être découvert*, & manifeste, Hisp. *ser manifestó*, ἀνοίγμαι, apertio, patens fio. *Virg. Æn. 2. v. 483. Et atria longa patefunt.* ¶ Quandoque pro primitivo ponitur. *Liv. l. 2. c. 4. Deinde paulo latior patet campus.* ¶ Translate usurpatur pro apparere, manifestum fieri. *Virg. 2. Æn. v. 309. Danaumque patefunt infidie.*
 Patétion, i. n. πατήριον, palmæ genus. *Plin. l. 13. c. 4.*
 Patheticus, adverb. affectus adhibendo, seu promovendo. *Macrobi. Sat. 4. c. 6. Utrumque Virgilius bene patheticè tractavit.*
 Patheticus, a, um, παθητικός, quod constat affectibus, ut Pathetica oratio, quæ ad indignationem, ad misericordiam, & cæteros animi motus dirigitur, apud *Macrobi. l. 4. Sat. c. 2. Adde lib. 4. c. 5. & 6.*
 Pathicus, a, um, qui muliebria patitur, a *παθῆναι*, 3. 2. inf. act. verbi *πάσχω* *patior*. Nonnullis placet pathicus, sine aspiratione, & deducunt a latino *patior*. *Juv. sat. 6. Ille tenet speculum pathici gestans Othonis.* ¶ Per translationem pathicus etiam dicitur de rebus inanimatis, pro lascivo, vel obscæno. *Mart. l. 2. ep. 96. Muf. pathicissimos libellos.*
 Patibilis, le, o. 3. *παθητός*, quod perferri potest. *Cic. 3. Tusc. c. 23. Patibiles & dolores putandi.* ¶ Item quod patitur. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 12. Cumque omne animal patibile naturam habeat.*
 Patibulum, a, um, adject. qui patibulum, seu furcam fert. *Plaut. Moss. l. 1. 53. Te forabant patibulum per vias stimulis.*
 Patibulum, i, n. *patibulo*, *forca*, *croce*, פתח, Germ. *oim galgin, ein sparran*, Gal. *potence, levier, barre*, Hisp. *horce, cruz, súpato*, proprie idem est, ac furca, quo nomine intelligitur reclus stipes, sed cum duobus cornibus, qui Græcæ literæ Y figuram refert. Differt a cruce. Nam crux literæ T similis erat. Veteres pro instrumento supplicii usi sunt. Facinorosi inter cornua patibuli cervicis interferebant, eorumque manus cornibus sive ramis alligabantur: exinde sic gestantes turcam five patibulum a pone sequente carnificæ, vel confersiv cædebant virgis. *Plaut. Mil. 2. 4. 7. Credo, tibi esse eundem æctum extra portam, dispellis manibus patibulum cum habebis. Tacit. l. 14. Ann. c. 33. Sed cædes, patibula, ignes, cruces, tanquam reddituri supplicium, ac præcepta interim ultione, festinabant. Sall. in frag. 4. bis. apud Non. c. 4. n. 355. Patibulo eminent affigebatur. Quo loco patibulum pro ipsa cruce videtur usurpari. V. Salmast. in ep. de Cruce. ¶ Patibulum item usurpatur reperitur pro fera lignea, qua ostia clauduntur, teste *Non. loc. cit.* qui causam nominis affert, quod hoc ligno remoto valvæ pateant. *Titinn. apud Non. Si quisquam hodie præter hanc posticum nostrum pepulerit, patibulo hoc ei caput defringam.* ¶ Est præterea patibulum lignum quoddam curvum, vel duo ligna transversim alligata, quibus agricoltæ vitium ramos curvant, quo fecundiores sint. *Plin. 17. 23. Novariensis agricola traducum turba non contentus, impositis etiamnum patibulis palmatis circumvolvitur. Adde Caron. de R. R. c. 27.*
 Patibulus, li, m. idem, ac patibulum, apud vet. teste *Nonio. Lucil. Rebus hum. l. 21. Deligata ad patibulos, deligantur, & circumferuntur, cruci defiguntur.*
 Patibulus, a, um, adject. patibulatus. *Plaut. in fragment. Carbonar. Patibulus ferar per urbem, deinde suffigat cruci. Apul. l. 5. Metam. Patibulum aliquid relinquere.*
 Patiens, entis, o. *paciente*, ferens, tolerans. *Cic. 2. de Or. In quo ego nimium patiens, & lentus existimor. Plin. l. 5. ep. 6. Medios ille agros secat navium patiens. navigabile. Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1. c. 14. Mæz quoque literæ te patientiorem, lenioremque fecerunt. Id. pro Lig. c. 37. Non iam ut ne offendam tuas patientissimas aures. Plin. l. 11. c. 8. Patiens vetustatis. h. e. diu durans. Virg. 2. Georg. Tellus patiens vomeris. h. e. quæ facile vomere profcinditur.*
 Patienter, adv. *pacientemente*, ἡμετώς, patienti animo, toleranter, constanter, fortiter. *Cic. de Am. c. 25. Alterum patienter accipere, non repugnantem. Id. 2. Phil. Quæ tulisse illum fortiter, & patienter ferunt. Id. l. 1. Fam. ep. 8. Si quidem homines patientius eorum potentiam terre poterint. Valer. Max. l. 4. cap. 3. num. 11. Ita patientissime Cato toleravit.*
 Patientia, f. *pacienza*, *sofferenza*, Germ. *gedult*, Gall. *patience*, Hisp. *pacien-**

patencia, *παύση*, tolerantia. *Cic. 2. de Invent. c. 54.* Patientia est honestatis, aut utilitatis causa rerum arduarum, ac difficilium voluntaria, ac diuturna perpessio. *Id. 1. Catil. Habes, ubi offentes illam praeclaram tuam patientiam famis, & frigoris. Id. 1. Off. c. 34.* Adolescentia a libidinis arcenda est, exerceunda in labore, patientiaque & animi, & corporis. *Id. Agrar. 2. c. 7.* Patientiam alicujus tentare. *Id. Catil. 2. c. 1.* Abuti patientia. *Tacit. in Agric. c. 16.* Britanniam uno praelio veteri patiente restituit, *all' antica foggione, e servitù.* Interdum in malam partem accipitur pro nimia tolerantia, seu stupiditate. *Plin. 1. 1. ep. 31.* Maritum non sine aliqua reprehensione patiente amor uxoris retardabat. *Povcius Latio apud Senec. 1. 2. Controv. 15.* Ne quis in me aut miram patientiam, aut nimium suporem arguat.

Patina, *π, f. tegame, πατήρ*, vasis genus, quo utebantur ad condiendos, & coquendos pisces, & alia. Vulgo conluntundum cum lance, & dicitur vasis genus, quo dapes elixae, & jurulentae in mensam teruntur. Atqui lanx Graece est *πλάξ*, patina vero *πατήρ*, deinde lancibus & cibi simplices apponebantur, ut carnes assae, fructus, & similia, patinis vero id factum nusquam legas, ut bene ad versus Guilandinum observat Scalliger, fed iis ad condiendos, coquendosque pisces, & alia utebantur. Itaque ut *πατήρ*, ita patinae quoque operculum habebant. Id vel docemur proverbio hoc apud Hieron. Dignum patella operculum (V. Operculum) Nam patella est dim. a *patina*. *Plin. 1. 23. c. 2. da fece fape:* Deoquirit in patinis cum sale, & adipe. *Cic. Attic. 1. 4. ep. 8.* Multa me in epistola tua delectarunt, sed nihil magis, quam patina tyrotarichii. *Ter. Eun. 4. 7. 46.* Jamdudum animus est in patinis. In mensis quoque patinarum usus fuit. *Horat. 1. 2. Sat. ult.* Affertur squillas inter muræna natantes in patina porrecta.

Patinarium, *π, um, πατίνιον*, quod est in patina conditum, vel repositum. *Plaut. Asin. 1. 3. 28.* Vel patinarium, vel asium verses. *Plaut. Menach. 1. 1. 26.* Struices concinnat patinarias. *Id. Asin. 1. 3. 28. de pisce:* Eum quovis patio condias, vel patinarium, vel asium. h. e. in iure coctum. Patinarium absolute dicitur quosvis, heluo. *Sueton. in Vit. 1. 1. c. 17.* Aliis incendiarium, & patinarium vociterantibus.

Patior, eris, passus sum, *d. 3. parere, sostenere, π, Ger. leiden, Gal. souffrir, Hisp. sufrir, padecer, πάσχω*, sero, tolero, sustineo, & *παθῶ*, a. 2. int. act. verbi *πάσχω*, sive a verbali *πάσχω*. *Plin. 1. 17. c. 10.* Semina fructificantia supputare, & taleem pati consuecere. *Ter. Andr. Qui me tam leni passus est animo usque adhuc. Cic. 6. Phil. c. ult.* Alie nationes servitutem pati possunt. *Id. de Un. Mundus per se, & a se & patitur, & facit omnia.* Sæpe ponitur pro finire, permittere, & quo animo terre, & conjungitur cum adv. *facile, egre, indigne, molle*, vel cum abl. *equo animo, iniquo animo.* *Cic. Catil. 1. c. 5.* Non te tam, non patiar, non sinam. *Id. Att. 1. 12.* Quem jam etiam gravius accusas, quam tua consuetudo patitur. *Id. pro Rose. Am. Quare facile omnes patiarum, esse quam plurimos accutorum.* *Hor. 1. 1. od. 2.* Patiens vocari Cæsaris ultor. *Et od. 3.* Neque per nostrum patiarum scelus Iracunda Jovem ponere fulmina. *Ter. Eun. 2. 1. 6.* Ne ituc tam iniquo patiari animo. *Id. Heaut. 5. 5. 13.* Non possum pati, quin tibi caput demulceam. *Non posso contenermi. Plin. 1. 18. e. 10.* Nec ulla segetum dilationem patitur propter tenebitatem, *non permette, che si differisca. Tacit. 2. Ann. c. 48.* Ut honestam innocentium pauperetatem levavit; ita prodigos, & ob flagitia egentes movit Senu, aut sponte cedere passus est. h. e. effecit, ut cederent, vel iussit, *fecit tanto, che se.* Patii verum dicuntur, quæ diu durant. *Colum. 1. 2. c. 10.* Repositum in granario patitur ævum. Patii absolute pro degere, vivere mala ferendo. *Virg. Ecl. 10.* Certum est, in silvis, inter spelæa terarum Malle pati. *Senec. Thyest. v. 468.* Immane regnum est posse sine regno pati. Partic. passivus. *Nepos 5. c. 1.* Negavit Elpinice, se passuram, & *Partic. passivus* passiva significatione. *Ovid. 2. Amor. eleg. ult.* Leutus est, & pateris nulli patientia marito. Patio, is, activa positione pro patior. *Nævius apud Diomed. 1. 1. pag. 395.* Populus patitur: tu patias modo. *Vetus lex apud Cic. 3. de Leg. c. 4.* Doceri a magistratibus patiantur.

Patiscens, is, particip. latiscens, hians. *Senec. ep. 94. versus fin.* Fulgore cæli patiscens. Sic legitur *Lipsius*.

Patmos, *f. 2. Pathnos, Palmaja, al. Patina, παθμος*, inf. maris Icarii, al. maris *Ægæi*, una Sporadum, cum urbe. *Plin. 1. 4. c. 12.*

Pator, oris, *m. apertura, πάτωρ*, hiatus, & apertio, a *patco*. *Apul. 1. 3.* Quod atrinsecus ædium patore perfabili. *Scribon. Larg. Compos. 46. & 47.* Narium pator.

Patra, arum, *f. olim Aroe, Turc. Badra, & Balubathra*, idest veteres Patrae, *Patras, Πάτρας*, Col. & urbs Achæje, in Peloponneso, apud Rhium prom. & os sinus Corinthiaci, a *Patrae*, qui mœnia ampliavit. *Plin. 1. 4. c. 4. Ovid. 6. Metam. v. 417.*

Patratio, onis, *f. effectio, perfectio, consummatio* alicujus rei. *Vellej. 1. 2. c. 98.* Genes terocissimas in pristinum pacis redegit modum, ejusque patratiōe Asiæ securitatem reddidit, *conclusione della pace.*

Patratior, oris, *m. alicujus rei auctor, effector. Tacit. Ann. 14. c. 62.* Vnus idoneus maternæ necis patrator Anicetus. *Avien. in Arat. Phenom. v. 20.* Auctor agendorum, propriique patrator, &c.

Patratius, a, um, *perfectionato, condito a fine*, tactus, & perfectus, & consummatus, partic. a patrator. *Tac. 1. 2. Ann. c. 66.* Maluit patrati, quam incepti facinoris reus esse. *Vellej. 1. 2. c. 21.* Commisissum, paratumque prælium. *Rufus Tacit. Ann. 11. c. 28.* Multas mortes iussu Messalinæ patratas. *Id. 4. hist. c. 81.* Patrati remedii gloria pence Cæsarem. Pat. ter Patratus V. Pater.

Patrensis, e, ad Patram urbem pertinens. *Patrenses, ium*, sunt ejus urbis incolæ. *Cic. Fam. 13. ep. 19.*

Patris, *π, f. patria, πατρίς, Ger. vatterland, Gal. patrie, Hisp. patria, patria, urbs, sive alius locus, in quo nati sumus. Cic. 1. Offic. Chari sunt parentes, chari liberi, propinqui, familiares, sed omnes omnium charitates patria una complexa est, pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei sit profuturus? Id. 5. Tuscul. c. 37.* Patria est, ubi bene est. Aliquando & provincia ipsa, ex qua orti sumus, patria vocatur. *Unde Sallust. Hispaniam sibi antiquam patriam dixit.* In plurali num. *Plin. 1. 7. c. 26.* Neque enim ipsi coronantur, sed patrias suas coronant.

Patriarcha, *π, m. Patriarcha, πατριάρχης*, princeps patrum, vel primus pater. *Vopiscus in Saturnino c. 8.* mentionem facit de Patriarcha *Ægypti*, seu Alexandrino. Apud *Tertul. de cor. mil. c. 19.* legitur *Patriarches* in recto singulari.

Patric, adv. *da gentis homo, πατρικος*, more patricio, nobiliter, apud vet. *Plaut. Cas. 1. 7.* At at cesso magnifice, patricieque, amiceque hero meo ire advorsum?

enim ejus ætatis Patricii Imperatori ipsi honore proximi, ejusque amici & consiliarii. *V. Cassiod. lib. 8. ep. 9.* de honore Patriciatu.

Patricii, *m. 2. Patricii, & πατρίκιαι*, qui a primis illis Patribus, qui a Romulo, vel ab aliis postea electi sunt, oriundi erant; ita dicti, quia Patrum essent progenies. *Liv. 1. 1. c. 8.* Patres ab honore patricii, qui progenies eorum, appellati. Qui dicunt, Patricios vocatos esse, quod patres suos ciere possent, iidem etiam Patricios primis Urbis initiis aliud nihil fuisse, quam ingenuos asserunt. Cincius apud *Festum*, P. Decius apud *Liv. 1. 10. c. 8.* Differabant a Senatoribus. Non enim omnes Patricii Senatores erant, ut perspicuum est de fœminis, pueris, & pauperibus. Et præterea etiam ex plebe in Senatum legi ceperunt. *Tac. Ann. 12. c. 25.* Iisdem debus in numerum Patriciorum accessit Cæsar vetustissimum quemque ex Senatu. Patricii haud secus, ac Patres, alii majorum, alii minorum erant gentium. Majorum gentium patricii dicti sunt, qui a primis illis patribus: a Romulo allecti sunt prolekti: minorum gentium, quæ Patribus Conscriptis, seu Allectis orti sunt. *Tacit. Tac. cit.* Paucis jam reliquis familiarum, quas Romulus majorum, & L. Brutus minorum gentium appellaverant. *V. ibi Lips.* Exire a Patriciis, est fieri Plebejum. *Cic. pro Dom.* Sed ut e Patriciis exeat, ut Tribunus Plebis fieri possit.

¶ Pura de Patriciis *V. apud Sigon. de antiq. jur. Civ. Rom. 1. 1. c. 7. Panvin. in 1. Fals. & Manur. de orig. Senator.* Diversi generis Patricii erant illi, qui a Constantino M. instituti fuerunt, & sequentium Imperatorum temporibus celebrantur. *V. Patriciatu.*

Patricius, a, um, *πατρίκιος*, quod ad Patricios spectat, ut Patricia familia, Magistratus patricius, &c. *Cic. ad Brut.* Dum unus erit patricius Magistratus. *Vellej. 1. 2. c. 59.* Patricia gentis familia. Patricius, vicus Romæ, quod ibi Patricii habitaverant, jubente Serv. Tullio, ut si quid adversus ipsum molirentur, ex locis superioribus opprimi possent. Patricus casus, h. e. genitivus, legitur apud *Varon. 1. 7. L. L. & l. 8. bis*, ubique tamen alii leg. *patricus*.

Patric, adv. *da padre*, affectu paterno. *Quint. 1. 11. c. 1.* Ut eum non inimice corripere, sed patric monere videatur.

Patrimis, e, adject. pro patrimus. *Festus*.

Patrimonialis, le, adject. *patrimoniale*, apud Jctos, ut patrimoniale munus, *1. 1. Dig. de mun. & honor.*

Patrimonium, *ni, n. parvum patrimonium. Hieronym. ep. 10. ad Fur. ad fin.* Patrimonium meum quotidie perit.

Patrimonium, *nii, n. patrimonium, beni paterni, & oia*, bona paterna, hæreditas a patre relicta. *Cic. pro Rab. Posth. c. 14.* Laurum, & copiosum patrimonium. *Id. pro Flac. c. 36.* Dissipare patrimonium convivis. *Id. 2. Offic. c. 15.* Patrimonium effundere. *Quint. 1. 5. c. 10.* Patrimonium exhaurire. Patrimonium Principis duplex erat, publicum, quod bona ficalia complectebatur; privatum, quod bona propria, seu patrimonialia. Ex quo intelliges locum illum *Justin. 1. 2. c. 10.* de privato Darii patrimonio, & *Jul. Capitolin. c. 7.* de patrimonio privato Antonini Pii. Hæc referendum est illud *Ulpian. 1. Cum servus in sine, dig. de Legat. 1.* Prædia in formam patrimonii redacta. h. e. publica facta, hic enim nomine patrimonii intelligitur fiscus.

Patrimus, a, um, ille, cui pater superstes est. Illi, quibus uterque pater in vivis erant, conjunctim patrimi, & matrimi appellabantur. Dicebantur autem vel patrimi matrimi, vel patrimi, & matrimi, quomodo vocantur in veteri inscriptione p. 121. edit. Gruter. *Liv. 1. 37.* Patrimi omnes, matrinique ad id sacrificium adhibiti, *Caull. epigr. 1.* Patrima virgo, h. e. Minerva. *Tacit. 4. hist. c. 53.* Cum pueris puerisque patrimis, matrimisque.

Patrisio, as, avi, atum, *n. 1. patrem imitor, πατρίσιος, πατρίσιος. Ter. Adelph. 4. a. 25.* Laudo, Cætopho; patristas. *Plaut. Pseud. 1. 5. 27.* Miraris, si patristas filius? Scribitur & *patrisio*.

Patrisus, a, um, *πατρίσιος*, quod est patris, ut avitus quod est avi. *Cic. 1. Tuscul. c. 19.* Hæc enim pulchritudo etiam in terris patriam illam, & avitam, ut ait Theophrastus, Philosophiam excitavit. Alii leg. *patrisiam*. *Varro apud Non. c. 2. n. 703.* Patrisio, & avito more precabamur. Affertur & locus *Plaut. Mil. 3. 1. 190.* sed dubia est lectio.

Patrisus, a, um, *patrisio, natio, πατρίσιος*; quod est patriæ, vel patris. *Cic. pro Flac.* Ut sentiam jam percipere possit ex mæore patrio. *Id. 1. de Orat.* Hic enim est mos patrius Academicæ adversarii semper omnibus in disputando. *Virg. 2. Æn. v. 279.* Patrii muri. *Id. 6. Æn. 508.* patria decedens ponere terra. Patrius casus dicitur a Grammaticis casus genitivus, fortasse quod a recto tanquam a patre oriatur. *V. Patricus.*

Patrisio. *V. Patriffio.*

Patro, as, avi, atum, a. 1. *πατρίσιος*, proprie notat rem Venerem consummare, liberis operam dare, a *patro*, ut docet *Scholias in Pers. Jar. 1.* ad illud v. 18. patranti fractus ocello. Frequentius tamen accipitur pro rem quamvis perficere, aliquid jam inceptum ad finem perducere, vel simpliciter pro efficere, *fare, conclud' a fine.* *Sall. in Catil. Si Romæ sciti incepta patravissent. Liv. 1. 23. c. 8.* Si forte abesse, dum facinus patratur, malis. *Cic. Att. 1. 1. ep. 14.* Patrare promissa. h. e. p. x. tate. *Tacit. 4. hist. c. 83.* Patrare iussa, h. e. exequi. Patrare bellum, dictum est a *Sallust. Vellej. Tacit. & Floro*: quam phrasim sancte & antique usurpavi, affirmat *Quintil. 1. 8. c. 3.* licet, inquit, a nobis rideantur, si dunt placet: quam culpam non scribentium quidem judico, sed legentium, tamen vitandam. Hæc *Quintilianus* ideo scripsit, quia verbum hoc obscenam etiam, ut dictum est, habuit notionem. Patror, aris, deponenti formæ affertur a quibusdam Lexicographis, & probatur illo *Lucretii* carmine *l. 5. v. 386.* Quod facere intendunt, neque adhuc conata patraturant. Quod tamen si attente expendatur, non fatis rem conficit.

Patrocinium, *nii, n. patrocinio, π, Ger. Schütz, Gal. défense, protection, Hisp. patrocinio, patrocinio, proteccio, tutela, defension, Fez.* Patrocinia appellari cœpta sunt, cum plebs distributa est inter Patres, ut eorum opibus tuta esset. *Cic. 2. Off.* Itaque illud patrocinium orbis terre verus, quia imperium, poterat nominari. *Id. 1. de Or. Arripere patrocinium æquitatis. Id. 1. de nat. Suscipere patrocinium. Id. 2. de Fin. Repudiare patrocinium voluptatis.*

Patrocinior, aris, atus sum, *d. 1. defendere, protegere, Ger. einen vertheidigen, Gal. défendre, Hisp. defender, patrocinio*, imbecillitorem protego vel verbo, vel facto. *Quint. 1. 2. c. 4. Sic*, ut non homini patrocinemur, fed fidei. *Plin. 1. 14. c. 4.* Patrocinante vicinitate. *Hirt. de B. Hisp. c. 29.* Adversarii patrocinari loco iniquo non desunt, *defender il posto.*

Patroclianus, a, um, adject. a Patroclio. *Martian. 1. 12. epigr. 78.* Sellas ante petit Patroclianas. Ubi publicas quasdam Romæ latrinas intelligere videtur.

Patroclus, *m. 2. πατροκλος, Mennæii filius, & Sthenelus, qui occiso pro ludum astragalorum Cleonymo, seu, ut aliis placet, Æane Amphidamantis filio, iolum vertens Puthiam venit, ubi a Peleo propter æneris propinquitatem susceptus est, & una cum Achille apud Chironem educatus, cum eodem archilima alicujus junctus vixit. Postea etiam cum*

Achille ad expeditionem Trojanam profectus est, ubi armis Achillis indutus, quo tempore ille iratus Agamemnoni propter ecreptam sibi Brisideid bello aliebat, cum Hector pugnant, ab eodem confosus occubuit. Quod cum rescivisset Achilles, acceptis a Thetide matre aliis armis a Vulcano fabricatis, ad bellum rediit, amici mortem vindicaturus, Hectoremque interfecit.

Patrona, æ. f. quæ aliquem defendit. *Terent. Eun. 5. 2. 48.* Te mihi patronam cupio, Thais. *Cic. 2. de Or. Provocatio patrona illa civitatis, ac vindex libertatis. Martialis. l. 7. epigr. 71.* Ut vocem mihi commodas patronam. Ubi videtur adjectivum usurpari.

Patronalis, le, adject. ut verecundia patronalis, h. e. quæ patrono debetur, *l. 20. ff. de donat.*

Patronatus, us, m. patrocinium humilium, & pauperum. Jus patronatus a Romulo originem habuit. Nam postquam populum in Patricios, & Plebejos divisit, & concivit, ut Patricii auspicia haberent, sacra curarent, Magistratus gererent, jus dicerent, secum Rempublicam administrarent, Plebei agros colerent, pecus alerent, artes quaestuosas exercerent; ne seditiones orirentur, Patricios patronos Plebis, Plebejos clientes Patriciorum esse constituit, commendans Plebem Patribus, & unicuique de Plebe liberam optionem tribuens, ut sibi, quem vellet, patronum eligeret. Hoc igitur sanctissimum necessitudinis vinculum, quo Patricios, & Plebejos inter se affinxit, ex parte Patriciorum *patronatus*, ex parte plebejorum *clientelam* appellavit. *Dionys. l. 2. Manut. de orig. Sen. Sigon. de ant. jur. C. R. l. 1. c. 7.* De iure Patronatus mentio sæpe fit a Jctis *l. 3. & 21. tit. 14. l. 37. Digesti. & in Cod. l. 1. tit. 3. leg. 20.*

Patronus, ni, m. tutor, defensor, בן, Ger. *ein fursprach, beschirmer, Gal. defensor, advocat, Hisp. patron, defensor, κρηστωρ*, qui aliquem in periculo defendit, quia patris sit loco. *Fest. ¶ Proprie patroni apud Romanos Patres, seu Patricii fuere, ex Romuli instituto, qui Patricios patronos Plebis, Plebejos Patrum clientes esse constituit. Sigon. de ant. iure C. R. l. 1. c. 7. Cic. pro Sext. Qui propter salutem illius urbis Consulatu conservatam meo me unum patronum adoptavit. ¶ Quoniam vero patronorum officia tuere, ut clientes omnibus in rebus tuerentur, ac potissimum ut iis incognita jura traherent, causamque eorum in foro, re postulante, defenderent, factum est, ut patronus pro oratore, sive actore causarum usurparetur. *Pedjanus in Divin. Verr. c. 4.* Qui defendit aliquem in iudicio, aut patronus dicitur, si orator est, aut advocatus, si ius suggerit, aut presentiam suam accomodat amico, aut procurator, si negotium suscipit, aut cognitor, si præsens causam novit, & sic tuetur ut suam. *Cic. 2. Off. Judicis est semper in causis verum sequi, patroni nonnunquam verisimile, etiam minus sit verum, defendere. ¶ Est etiam patronus correlativum liberti, & sumitur pro domino, qui servum libertate donavit. Cic. l. 13. Fam. Quod est in patronum suum officio, & fide singulari. Id. in Fam. Ut Antonium libertum in patroni eius negotio tuere. ¶ Translate pro quovis defensore ponitur. Cic. pro Balb. Patrone fœderum, & fœderatorum. Id. pro Syll. Patronus criminum. Id. Tusc. 3. Patronus gratiæ. Id. de Amic. c. 7. Patronus iustitiæ.**

Patronymicum nomen, πατρωνυμιακὸν ὄνομα, est, quod fit ex nomine patris, avi, vel alius ex majoribus, & significat filium, vel filiam, nepotem, vel nepotem, vel alium ex descendentibus, ut *Pelides*, Achilles filius Pelei, *Æacides*, Achilles nepos *Æaci*: Item ex nominibus Regum, urbium, fluminum, &c. *V. Priscian. l. 2. & alios Grammat.*

Patrus, a, um, πατήρ, patrius, paternus. *Apud Catull. epigr. 1. ubi habetur patrina Virgo, alii leg. patroa, eodem sensu.*

Patruelles, m. 3. fratelli cugini, אחיה, Ger. *bruder kinder, Gal. cousins, Hisp. primos, ἀδελφοί, patruorum filii, idest, ut ait Nonius, maritum fratrum filii, & filia: ut fororum duarum, aut plurium filii inter se sobolini, & filia soboline dicuntur, ut *Cajus Dig. lib. 38. tit. 10. leg. 1. & 10. docet. Cic. 5. Fin. c. 1.* Et L. Cicero, frater noster cognatione patruelis, & more germanus. ¶ Item filii fororum patris. Hinc Q. Metellus Cæsar dicitur a *Cic. pro Cæl. c. 24.* frater patruelis Clodii, quia mater Clodii foror fuerat patris Metelli.*

Patruelis, le, o. 3. ἀδελφός, quod est ex parte patris. *Ovid. ep. 14. v. 61.* Quid meruer necem patruelia Regna tenendo?

Patrus, i, m. πατήρ, בן, Ger. *ein vater, Gal. uncle, Hisp. tio, טאָן, פאָטער פאָטער, πατρίδης, frater patris, quod sit quali patris loco. Cic. 3. Verr. Patro testimonium dicente. ¶ Patrus magnus, frater avi, patruus major, frater proavi, & patruus avi, qui & propatrus dicitur, patruus maximus, frater abavi, qui & abpatrus appellatur. V. l. 3. 1. Dig. de gradib. Patrum sapere, apud *Pers. sat. 1. v. 10.* est ad ætatem gravem accedere, cum patris mores induimus, h. e. severos. Hinc & *Cic. pro Cæl.* Qui in reliqua vita mitis esset, fuit in hac causa pertritis quidam patruus, censor, magister.*

Patrius, a, um, adject. a patruo, usurpatur pro severo, & aspero; quia patri nepotes castigare acris, quam patres soleat. *Horat. l. 1. 3. od. 12.* metuentes patræ verbera linguæ. *Manil. l. 5. v. 455.* Tutoris supercilium, patruumque rigorem. ¶ Joculariter *Plaut. Pen. 5. 4. 24.* Patre mi patruissime.

Patulcius, m. V. Clusius.

Patulico, V. Pastillico.

Patulus, a, um, patens, aperto, ἀνεκκλυτός, quod semper patet, apertum, extensum, latum. *Cic. 2. Fin. At illa, que in concha patula penna dicitur. Id. de Or. Patulis ramis diffusa platanus. Ovid. 3. Met. Patulum os. Col. l. 6. c. 1. Nares relinæ, & patulæ. Hor. l. 1. ep. 18. v. 70.* Nec retinet patulæ commissia fideliter aures. ¶ *Patuli boves qui sint, V. in Camurus.*

Pava, æ, f. paonessa, fœmina in genere pavonum. *Auson. epigr. 69.* Pavæque de pavo conficit ante oculos.

Paucis, adv. raro. *Tissin. apud Non. c. 2. n. 681.* Uxorem meam paucis videbo. Legitur & *paucienter*.

Pauciloquium, ii, n. Βραχυλογία, paucitas sermonis. *Plaut. Merc. 1. 3. 31.* Contumelia, & dispensium, multiloquium, pauciloquium.

Paucitas, atis, f. poco numero, ποχέτης, ἀργύτης, exiguus numerus. *Cic. 1. de Orat. c. 2.* Quanta Oratorum sit, semperque fuerit paucitas. *Id. 1. de Inv. Paucitas in partitione servatur. Curt. l. 3. c. 3.* Ad paucitatem red. 31.

Pauculus, dimin. a paucus. *Cic. Ast. l. 5.* Ut ibi pauculos dies esset. *Terent. Reaut. 4. 6. 24.* Loquitur paucula. ¶ In singulari numero exempla non vidimus.

Paucus, a, um, poco, פחות, Ger. *wenig, Gal. peu, Hisp. poco, פחות, quod est exigui numeri, cui nullus opponitur, a græca voce allata. Cic. 5. Tusc. Quam paucus, quam parvis rebus egeat, quam vilibus. Plaut. Pæn. 5. 4. 54.* Rem in pauca conferre. *Plin. l. 10. c. 59.* Anseres plurima ova sexdecim, paucissima septem. *Tacit. 1. Ann. c. 17.* Cum paucis Centurionibus, paucioribus Tribunis. ¶ *Paucus*, ablat. absolute, pro paucis verbis. *Virg. 6. Æn. Responsum paucis reddere. Id. 4. Æn. Paucis docebo. Sic Ter. Andr. 5. 3.* Pater, licet ne pauca? S. Quid dies mihi? ¶ In singulari numero tere obsoletum est. *Hy-*

gia. fab. 194. Post paucum tempus nuntiatur. ¶ In dativo plur. *paucibus* pro paucis dicit *Gell. historicus apud Charif. lib. 1. pag. 39. Putsch. V. dicta in Asina.*

Pavefactus, a, um, particip. a pavefo. *Ovid. 13. Metam. v. 878.* Ad ego vicino pavefacta sub æquore mergor.

Pavendus, a, um, timendus, partic. a paveo. *Plin. l. 8. c. 23.* Nec pedibus pavendus tantum serpentes, sed & missili volare tormento.

Pavens, entis, o *pauroso, περιφθόρος*, qui timet, partic. a paveo. *Ovid. 2. Met. Colligit amentes, & adhuc terret paventes Phæbus equos.*

Paventia, æ, f. Dea pavoris, quæ terret infantes. *August. de Civ. Dei, l. 4. c. 11.*

Pavéo, es, pavi, sine sup. n. 2. *aver paura, temere, פחד, Ger. sich fürchten, Gal. avoir grand peur, Hisp. tener miedo, περιφθόρου, timere, o, trepido, tremo. Cic. 5. Phil. c. 5.* Pavet animus apud concilium illud pro reo dicere. *Hor. Epod. 12.* Pavet acres agna lupos. *Terent. Andr. 2. 2. 12.* Id pavet, ne tu ducas illam. *Ovid. 9. Met. Pectora pavent metu. ¶ Videtur autem discrimen esse inter timeo, & paveo, quod timere occultum metus affectum denotat; qui autem pavet, cum pallore, & tremore se prodit. Tac. Ann. 4. c. 70.* Idipsum paventes, quod timuissent. Neque tamen hoc perpetuum est apud Auctores.

Pavefo, is, n. 3. *temere, περιφθόρου, timidus fo, vel idem ac timeo. Colum. l. 6. c. 2.* Ne ad hujusmodi tactum postmodum pavefcant. *Tac. Ann. 1. c. 4.* Bellum plures pavefere. *Gel. l. 19. c. 1.* Pavefere sentim, & quasi abefcere.

Pavēra, frumenta dicebant antiqui, quæ de vagina non bene exibant. *Festus.*

Paveratus, a, um, adject. densus, calcatus, ut paverata vestis. Vide *Papaveratus*.

Pavibundus, a, um, adject. pavens. *Arnob. l. 7.* Pavibundæ trepidationes.

Pavicula, æ, f. instrumentum, quo area densatur, æquaturque, a pavio. *Gloss. Pavicula, ὁμαλοποιος. Cat. c. 139. R. R. Conminatio terram, & cylindro, aut pavicula cœquato. Adde Col. l. 11. c. 3.*

Pavide, adv. timidissime, περιφθόρου, timide, intuculoſe. *Liv. l. 5. c. 39.* Quæ ad Alliam tam pavide lugerat.

Pavidus, a, um, timido, פחד, Ger. *erschrecken, Gall. crainisif, Hisp. medroso, περιφθός*, qui natura timidior est, qui temper timet. *Virg. 8. Æn. Stant pavida in muris matres. Sil. l. 10. v. 65.* Talin' pavidissime dignum me vita, pulchraque indignum morte putasti? *Plin. l. 11. c. 37.* Quos pavidiore accepimus. ¶ *Pavidus* etiam dicitur, qui pavidos facit. *Ovid. 1. Fast. v. 16.* pavidos excute metus. *Lucret. l. 2. v. 44.* Pavida religiones. *Stat. l. 5. Theb. v. 567.* pavidi ferus incolæ luci. ¶ *Pavidum* adverbialiter pro pavide. *Ovid. 9. Metam. v. 568.* Deque suis unum famulus pudibunda vocavit, Et pavidum blandita, &c.

Pavimentatus, a, um, in quo pavimentum stratum est, partic. a pavimentor. *Cic. pro Dom.* In palatio pulcherrimo prospectu porticum cum conclavibus pavimentatam trecentum pedum concupierat. Adde *ad Q. Fr. l. 3. ep. 1. c. 1.*

Pavimento, as, avi, atum, a. 1. *faro pavimento, Ger. ein esrich schlagen, Gal. paver, Hisp. echar suelo, παρῆξ, pavementum facio, pavimento sterno. Plin. l. 27. c. 4.* Ergo pavimentandum, ubi sata sit, centent.

Pavimentum, ti, n. pavimento, terraccio, קרקע, Ger. *ein Herlich, Gal. paver, Hisp. suelo de casa, ἔδαφος, domus solidamentum, sive incrustatio, quam gradiendo calcamus, a pavio. Caro c. 18. R. R. Ibi de testa arida pavementum struito, ubi structum erit, pavito, fricatioque, oleoque perungito, uti pavementum bonum fiet. *Juvén. sat. 14. v. 60.* Verre pavementum, & nitidas offende columnas. *Cic. Q. Frat. l. 3. epist. 1. c. 1.* Pavimentum facere. ¶ Pavimentorum plura apud veteres genera recenset *Plin. l. 36. c. 25.**

Pavio, is, ivi, itum, a. 1. *percuter, פתח, Ger. schlagen, gleich machen, Gal. paver, battre la terre, Hisp. pisonar la tierra, τῆσι, percutio, cædo, tundo, apud vet. a verbo Græco allato, inserto v. consono, quomodo ab αἰώ, est ævum. Cat. c. 18.* Ubi structum erit, pavito. *Cic. 2. de Div. c. 34.* Necessè est aliquid ex ore cadere, & terram pavire.

Pavissans, antis, o. timens, partic. a pavito. *Virg. 6. Æn. Vix adeo agnovit pavitantem.*

Pavitatio, onis, f. trepidatio. *Apul. de Mundo.* Quorum pavitatione quæ trepidant, sine inclinationis periculo nutant.

Pavito, as, avi, atum, a. 1. *temere molio, περιφθόρου, valde timeo, freq. a paveo. Hisp. l. 2. v. 57.* Quæ pueri in tenebris pavitant. *Ter. Heec. 3. 1. 40.* Uxorem Philumenam pavitare nefcio quid dixerunt.

Pavitus, a, um, percussus, calcatus. *Colum. l. 1. c. 6.* Pavitumque solum habeat. *Plin. l. 9. c. 10.* Terra pavita, & complanata.

Paulatim, adv. a poco a poco, פחות פחות, Ger. *hieblich, allgemach, Gal. peu a peu, Hisp. poco a poco, κατά μικρόν, sensim, leniter. Cal. Cic. l. 8. Fam. ep. 17.* Cujus amicitia me paulatim in hanc perditam causam impouit. ¶ Reperitur cum genit. pro paululum. *Cat. c. 47.* Aquæ paulatim addito. ¶ Scribitur & *paulissim*.

Paulianus, a, um, adject. a Paulo, nom. proprio, ut Pauliana responsa, h. e. Pauli Jcti, in *presar. in Pandect. ad Antecess. §. 5.* Sic Pauliana victoria, *Valer. Max. l. 8. c. 11. num. 1.* h. e. a L. Paulo parva.

Paulinus, i, & Paulina, æ, nomen Romanum, ut Suetonius Paulinus, Lollia Paulina, &c. apud *Tac. & Plin.* ¶ Paulinus Epitropus Nolanus scriptis epistolæ, & carmina, floruit circa seculi IV. finem, & initium V. Ausonii discipulus fuit, & amicus. *V. Auson. epigr. 14.* ¶ Paulinus alter, Petrocorius (vel Petrocardius) dicitur a Petrocorio Aquitanæ oppido, scriptis metro vitam S. Martini, vixitque Sæc. V. annis circiter 40. post Nolanum.

Paulisper, adv. poco tempo, per poco tempo, פחות פחות, Ger. *ein kleine zeit, Gal. un peu de temps, Hisp. un rato, ὀλίγον χρόνον, valde panlum temporis. Cic. 1. de Leg. Paulisper facessant, rogamus. Ter. Heaut. 1. 2. in fin. Paulisper mane. Plaut. Bacch. 3. 3. 12.* Paulisper est libido homini suo animo obsequi. ¶ Scribitur & *paulisper*.

Paulo, & Paullo, adv. un poco, idem ac paulum, nisi quod paulum positivis, paulo comparativis, & præpos. ante, & post jungitur. *Cic. 2. Ver. Ego autem Ædilis, hoc est paulo ante amplius, quam prævatus. Id. 6. Ver. Imo vero modo, ac plane paulo ante vidimus. Suet. in Tib. quasi neque rediturus unquam, & cito mortem etiam obiturus, quod paulo minus utrunque evenit. h. e. propemodum, pene. Rufius Cic. de Orat. De quibus paulo post dicemus. *Ces. l. 1. B. C. r. 20.* Post paulo tamen cognoscunt. ¶ Paulo magis interdum ponitur pro nimium. *Cic. in Brut. c. 21.* Et lubenter verbis etiam uti paulo magis præcis. ¶ Paulo mox, est statim, cum parvo intervallo. *Plin. l. 18. c. 28.* Sic ut paulo mox docebimus.*

Paululatum, adv. dim. a paulatim. *Apul. l. 1. Metam. Paululatum labelis minuens. Alii aliter legunt.*

Paulullum, seu paululum, adv. aliquanto, un pochetto, ἰδι μικρόν, paulisper, dim. a paulum. *Ter. Eun. Paululum operierit si vis. Cic. 4. Acad. Et paululum ante dicendum est.*

Paululus, seu paulullus, a, um, *pochetto, μικρός, parvus, exiguus, dimin.*

dimin. a paulus, quod a parvus. Ter. Adel. Agelli hic sub urbe est paululum. Liv. l. 8. c. 11. Pro paulula via magnam mercedem Romanis esse solvendam. Liv. l. 35. c. 11. Equi, homineque paululi, & graciles. Cic. Tusc. 5. c. 8. Habeo paululum, quod requiram.

Paulum, seu paululum, adv. poco, ἐπι μικρῶν, dim. a parum. Teren. Eun. Quasi vero paulum interit. Cic. 1. Acad. Paulumque cum ejus villa abedemus. Quint. l. 12. c. 3. ad fin. Paulum aliquid in scholis sederunt. Paulus, vel Paululus, m. 2. πῦλλος, cognomen gentis Æmiliz, Latine pulillus exponitur. Hoc cognomine celeberrimus est L. ille Æmilius, qui in prælio Cannensi pro patria occubuit. Cic. 2. de Div. Item Africani minoris pater. Cic. in Brut. Item ille, qui Persen vicit. Cic. 1. Agr. 4. Catil. pro Mar. &c. ¶ Jul. Paulus Jurisconsultus Patavinus fuit, auditor Papiniani, tempore Alexandri Severi.

Paulus, seu paululus, a, um, idem ac parvus, vel paucus. Plaut. Cure. l. 2. 31. Venus de paullo hoc paululum dabo tibi. Ter. Andr. l. 5. 31. Paulo momento huc, illuc impellitur. Id. And. 5. 3. in fi. Pro peccato magno paulum supplicii satis est patri. ¶ Post paulum, est paulo post. Quint. l. 9. c. 4. Sed de propolitorum diversitate post paulum.

Pavo, onis, m. pavone, פָּוֹן, Germ. paven, Gal. paon, Hisp. pavon, παῶν; avis vario pennarum fulgore conspicua, quam Poetæ Junonis tutelæ assignarunt, a græca voce allata. Junoni sacra esse dicitur, cujus illa caudam ornasse fingitur oculis Argi a Mercurio intercepti. V. Ovid. 1. Met. fab. 13. ¶ Tradunt, hanc avem gloriosam esse. Laudata enim expandit colores adverte maxime Sole. Malevola etiam est, quippe quæ simum suum reborbet invidens hominum utilitati. Ovid. l. 1. de ar. am. v. 627. Caro ejus diutissime incorrupta servatur. V. Plin. l. 10. c. 20. Juven. sat. 1. v. 143. Et crudum pavonem in balnea portas. ¶ Fœmina dicitur pava. Sed tamen uterque sexus pavo appellari potest cum appositione horum nominum masculus, & fœmina. Colum. l. 8. c. 11. Masculus pavo gallinaceam salacitatem habet. Et paulo post: Nam pavones fœminæ, & quod non incubant.

Pavonaceus, a, um, quod pavoni simile est. Plin. l. 36. c. 22. At quæ vocant pavonacea tegendi genera. Alii legunt pavimentata. h. e. pavimentorum more contructa.

Pavoninus, a, um, quod ex pavone est, ut Muscarium pavoninum, ex pavonum caudis confectum. Col. l. 8. c. 5. Pavoninum ovum. Var. l. 3. R. R. c. 9. Si ova gallinis pavonina subijcias. Quidam leg. pavonia.

Pavonius, V. Pavoninus.

Pavor, oris, m. 3. paura, פֶּוֹר, Germ. forcht, Gal. peur, Hisp. miedo, δῆμα, timor. Cic. 4. Tusc. c. 8. Pavorem, in metum mentem loco moventem, ex quo illud Ennii, Tum pavor sapientiam mihi omnem ex animo expectorât. Virg. 3. Georg. haurit corda pavor pulsans. Liv. l. 24. Pavorque circa eam ceperat milites. ¶ Pavorem, & Pallorem Tullius Hostilius Deos consecravit. Liv. l. 1. c. 27. Augusti. de Civ. D. l. 6. c. 10. Laſſan. l. 1. c. 20.

Pauper, eris, o. povero, פֶּוֹר, Germ. arm, Gall. pauvre, Hisp. pobre, πῆνος, inops, indigens, tenuis, cui parva, & angusta res familiaris est, a παυρος, paucus. Cic. in Parad. Sed etiam inopes, ac pauperes exilimandi sunt. Stat. l. 1. Theb. Lis est de paupere Regno. Hor. l. 2. sat. 3. v. 132. Pauper Optimus argenti positi intus, & auri. Cic. in Pætin. c. 12. Sis ne ex pauperissimo dives factus in illo ipso anno. Ovid. 4. de Pont. eleg. 2. Et carmen vena pauperiore fluit. h. e. ferilliore. Quint. l. 10. c. 5. Pauper, & jejuna eloquentia. Plaut. Rud. 5. l. 17. Pauperes res. Ter. Andr. 4. 5. Quæ sese inhoneste optavit parare hic divitias potius, quam in patria honeste pauper vivere. Sunt qui legunt paupera. Invenitur enim & pauper, r3, rum. Plaut. in fragm. Paupera hæc est mulier. Cæ. Aurel. Tard. l. 1. c. 1. Caput carnibus pauperum. Varro tamen l. 7. de L. L. improbat hujusmodi terminationem.

Pauperstus, a, um, adject. impoverito. Sidon. l. 6. ep. 12. Defectio civium pauperatorum.

Pauperculus, a, um, poveretto. Ter. Heaut. 1. 1. 44. Est e Corintho hic advena anus paupercula. Var. l. 1. de R. R. c. 17. Ut plerique pauperculi cum sua progenie.

Pauperies, ei, f. 5. idem ac paupertas. Hor. l. 3. od. 24. Magnum pauperies opprobrium jubet quidvis & facere, & pati. ¶ Pauperiem facere, danneggiare, est damnum inferre, propter quod quis pauperior fiat. Hinc tit. in Pandect. l. 9. sit. 1. Si quadrupes pauperiem fecisse dicitur.

Pauperius, adv. comparativ. più poveramente. Terent. de cult. fam. c. 11. Ex quo facta est Christiana, pauperius incedit.

Paupero, as, avi, atum, a. 1. impoverire, πένητα ποιῶ, pauperem facio. Plaut. Pseud. 4. 7. 27. Boni viri me pauperant, improbi alunt. ¶ Usurpatur etiam cum accus. & ablat. pro privare. Hor. l. 2. sat. 5. v. 33. Quam te contemptum casta nuce pauperet.

Paupertas, atis, f. poverità, פֶּוֹר, Germ. armuth, Gal. poverreté, Hisp. probieta, pauperis conditio, egestas, inopia, angustia rei familiaris. Var. l. 1. L. L. Pecunia, quæ erat parva, ab ea paupertas dicta est. Cic. 2. Offic. Vita, mors, divitiæ, paupertas omnes homines vehementissime permovet. ¶ Paupertatem quidam ab egestate ita distinguunt, ut egestas sit, quando ad victum necessaria defunt, paupertas, quando licet non sint opes, tamen necessaria suppetunt. Maye. l. 21. epigr. 33. Non est paupertas, Nestor, habere nihil. Cic. in Parad. Itaque istam paupertatem, vel potius egestatem, ac mendicitatem tuam nunquam obscure tulisti. ¶ In plur. num. Var. apud Non. c. 2. n. 714. Horum temporum divitias, & illorum paupertates. ¶ Paupertas a poetis Dea fingitur, filia Herebi, & Noctis. Boccac. l. 1. Gen.

Paupertatula, æ, f. Hieronym. in epistaph. Marcellæ ad Princip. virg. in. in fi. Et te paupertatule fux reliquit hæredem.

Paupertinus, a, um, idem ac pauper. Var. apud Non. c. 2. n. 715. Quod si paupertina sit elegantia. Gel. l. 20. c. 1. In jus vocato paupertino homini.

Paula, æ, f. pausa, פְּאֻזָּה, Germ. ruhe, stillhaltung, Gall. pause, Hisp. pausa, πῶσις, παύρα, πῶσις, cessatio, requies alicujus rei, a prima voce græca allata, quæ a πῶσις, cessio. In veteri quadam inscriptione pausa gemino ff legitur. Plaut. Rud. 4. 6. 1. Aliquando osculando melius est, uxor, paulam fieri. Lucrer. l. 3. v. 934. mortem vocat frigidam vitæ paulam. ¶ Usus fuit hujus vocis in sacris lisdid, in quibus, qui Anubis simulacrum circumferebant, subinde subsistere solebant, ut commodius hymnos in ejus laudem canerent. Spartian. in Carac. c. 9. Cum Antoninus Commodus ita ea (sacra lisdid) celebraverit, ut & Anubia portaret, & paulas eaderet.

Paulabilis, le, adject. subinde cessans, ut paulabilior inspiratio. Cæ. Aurel. Act. 2. c. 13.

Paularius, m. 2. κληδῆς, portifculus, ille, qui modos dat remigibus, a pausa, quia pro ejus imperio remiges vel remigare incipiunt, vel paulam faciunt. Sen. epist. 56. Ut audire vel paularium possim voce acerbitissima remigibus modos dantem. ¶ Paularii item dicti sunt lisdid Sacerdotes, qui in ejus Deæ sacris paulas explebant. V. Paula. Vet. Inscript. apud Salmas. in Spartiani Carac. c. 9. Corpora Paulario- rum, & argentarium lisdid, & Oñri mansionem ædificavimus. Ita explicat ibi Salmas.

Paulatio, onis, f. cessatio, paula. Plin. Valer. l. 1. c. 41. Post paulationem cœnæ.

Paulatus, a, um, Arnob. l. 5. Et fauciat pectus paulatæ circa arboris robur. Ubi alii leg. paulare, h. e. per paulas, certo modo, ταχῶς. Nam quid sit paulata arbor, non conflat apud Interpretes.

Pausia, f. r. genus olivæ, a pavendo, quia non emittit oleum, nisi, antequam molâ subijciatur, paviat, seu tundatur, ut Serv. tradit in 2. Georg. & lisd. l. 17. c. 7. Colum. l. 5. c. 8. & l. 12. c. 48. Virg. 2. Geor. v. 86. Et amara paulia bacca. Legitur & paulæa.

Pausillus, a, um, adject. ad Pauliam piciformem pertitens. Horat. l. 2. fist. 7. v. 95. Vel cum Pausiaca torpes infane tabella.

Pausias, æ, pictor Sicyonijs, cujus tabulam Lucullus duobus talentis emiz. V. Plin. l. 35. c. 11.

Pausilippum, i, n. villa Campaniæ prope Neapolim, ita dicta ab æmœnitate; scilicet ἀπὸ παύσεως τῆς λύπης, a curæ, marorisque cessatione. Plin. l. 9. c. 53.

Pauso, as, avi, atum, n. 1. cessare, ἀπαύωμαι, quiesco, a paula. Plaut. Trin. l. 2. 150. Pausa, vicisti castigatorem tuum.

Pausulani, m. 2. pop. Piceni, quorum ager Pausulensis, & pag. Pausi, in agro Firmano. Plin. l. 3. c. 13.

Pausus, i, Deus paulam, & quietem afferens. Arnob. l. 1. V. Turneb. l. 15. c. 21.

Pavus, i, m. idem ac pavo. Gel. l. 7. c. 16. Pavus e Samo præstantior est. Pauxillatium, adv. a poco a poco. κατά μικρά, paululum, tenim, pedetentim. Plaut. Epid. 2. 2. 63. Cæpi sursum vorium ad illas pauxillatim accedere.

Pauxilliper, adv. paulisper. Plaut. Truc. a. 5. v. 21. Plus decem pondo amoris pauxilliper perdidii.

Pauxillo, adv. dimin. a paulo, ut pœhestino. Cels. l. 5. c. 28. Medium habet pauxillo levius.

Pauxillidum, adverb. ut pœhestino. Plaut. Rud. 3. 4. 24. Occipito modo illis afferre vim jocolo pauxillidum.

Pauxillulus, a, um, dimin. a pauxillus. Terent. Phorm. 1. 1. 3. Jam pridem apud me reliquum pauxillulum nummorum. Plaut. Stich. 1. 3. 9. Pauxillulam famem. Gel. in præfat. Pauxillulas admonitiones.

Pauxillum, adverb. parum admodum, a paululum. Plaut. Capt. 1. 2. 73. Sed si pauxillum potes contentus esse.

Pauxillus, a, um, pœbino, ὀλίγος, dim. a paulus. Lucr. l. 1. v. 835. Offa pauxilla, atque minuta. Plaut. Pen. 3. 1. 62. Res est pauxilla.

Pax, acis, f. pace, שָׁלוֹם, Ger. fried, Gall. paix, Hisp. paz, εἰρήνη, publica tranquillitas, a pacis, per contractionem, quomodo vox est e vocis, Rex e Regis, dux e Ducis, &c. Pacis autem est a pacere, sive pargere. Sic enim veteres, Fabio telle, dicebant pro pangere. Cic. 3. Phil. Pactio pacis. Id. 3. Offic. c. 30. Pacem cum Samnitibus fecerant. Id. 10. Fam. ep. 27. Pacem inter aliquos conciliare. Liv. l. 30. c. 35. Pacem impetrare. Id. l. 2. c. 13. Pacem componere. Rursum Cic. Phil. 7. c. 8. Pacem cum aliquo habere. Id. de Senect. Ad pacem inclinare. ¶ Usurpatur & in plur. numero. Var. apud Non. c. 2. n. 621. Quibus de causis, & quemadmodum constituerint paces. Horat. l. 2. epist. 1. Hoc paces habuere bonæ, ventique secundi. ¶ Interdum sumitur pro quacunque quiete. Cic. in Somn. Quaslo, ne me e somno excitetis, & pax sit rebus. ¶ Item pro venia. Virg. 3. Æn. Sed votis, precibusque jubent exposcere pacem. ¶ Item pro propitiatione. Virg. 4. Æn. Pacemque per aras exposcunt. ¶ Pace tua, vel pace alicujus, honestus est reprehendendi modus, prius capta venia. idest tua venia, te non irascente, te non læso. Ter. Eun. Pace quod fiat tua. Cic. in Tusc. Pace tua dixerim. Id. 1. de Orat. Pace horum dixerim. Vellei. l. 2. c. 129. Pace majestatis ejus dixerim. ¶ Pax etiam adverbium Comeum est, & significat tantummodo vel silentium, aut quietem, imperantis vim habet. Ter. Heaut. 4. 3. Unus est dies, dum argentum eripio, pax, nihil amplius. Plaut. Mil. 3. 1. 212. Quam nomen? Pa. Glyceram. Pl. Nempæ eandem, quam dudum constituta est. Pa. Pax, abi. ¶ Flor. l. 4. c. 2. Ubi pax humanis reddit. h. e. ubi exundatio desit, & flumen non amplius infestum suit. ¶ Pax ab Romanis pro Dea habita, & culta est. Ovid. Fast. 1. ad fin. Ejus templum magnificentissimum Romæ fuit prope forum. Suet. in Vespas.

Paxæ, arum, insulæ duæ in Jonio mari. Plin. l. 4. c. 12.

Paxillus, m. 2. palo, פֶּוֹר, Ger. ein klein pfahl, Gal. pieu, Hisp. palo, πῶσις, παύσις, palus. Aliqui censent esse dimin. a palus. Alii contra palum a paxillo derivant, ut Cic. in Orat. c. 45. Colum. l. 8. c. 8. Paxillis adactis tabulæ superponantur. Var. apud Non. c. 2. n. 649. Ubi dicitur prius Zenon novam hæresim novo paxillo suspendisse.

P A N T E E.

Peccamen, inis, n. peccatum. Prudent. Apothef. v. 915. tincta malo peccamine principis Adæ.

Peccanter, adverb. male, prave. Cæ. Aurel. Act. 3. c. 1. Hoc peccanter definiunt.

Peccantia, æ, &

Peccantia, æ, f. voces sunt barbaricè sonantes, quas usurpat Tert. de Anim. c. 40. & adv. Jud. c. 10.

Peccatio, nis, f. peccatum. Gel. l. 13. c. 20. Peccatus, quasi peccatio, recte latineque dicitur.

Peccator, oris, m. qui peccat. Laſſan. l. 3. c. 26. Da injustum, insipientem peccatorem. Adde Tert. Apol. c. 7.

Peccatorius, a, um, adject. Tertul. l. 2. adv. Marcion. c. 24. Mala non peccatoria, sed ulteria.

Peccatrix, icis, f. quæ peccat. Tertul. de Spectac. c. 3. Gens peccatrix. Adde Hieronym. ep. 61. ad Pammach. c. 2.

Peccatum, ti, n. peccato, פֶּוֹר, Germ. sund, feht, Gall. peche, Hisp. pecado, ἀμαρτία, quicquid fit contra officium, culpa, crimen, scelus, delictum. Cic. de Amic. Nulla est excusatio peccati, si amici causa peccaveris. Id. Art. l. 3. ep. 14. Scio, nos nostris multis peccatis in hanc ærumnam incidisse.

Peccatus, us, m. idem ac peccatum. Cic. 4. Ver. c. ult. Nemo ita in manifeste peccato tenebatur. Sic legendum putat Gel. l. 13. c. 20. ita enim scriptum f. invenisse in uno atque altero antiqui mæ fidei libro Tironiano. Nihilominus alii peccato.

Pecco, as, avi, atum, n. 1. peccare, פֶּוֹר, Germ. schlen, sundigen, Gal. pecher, Hisp. pecar, ἀμαρτάνω, delinquo, labor, offendo, culpam committo. Ter. Adalph. 2. 1. Verum in istam partem potius peccato tamen. Cic. 4. Ver. Si denique uno aliquo in genere peccasset. ¶ Usurpatur etiam cum accus. præsertim communi. Plaut. Bacch. 3. 3. 30. Si unam peccavisses syllabam. Cic. 1. de nar. Deor. Atque etiam Xenophon paucioribus verbis eadem lere peccat. ¶ Item passive. Teren. in prol. Eun. Si id est peccatum, peccatum imprudentia est. Cic. 1. Off. c. 10. Quo in genere etiam in Kempub. multa peccantur. ¶ Interdum pecc-

pecore stricte sumitur pro cortari. *Hor. l. 1. sat. 2. v. 69.* interest, in matrona, ancilla, peccetne togata. *Martial. l. 1. ep. 35.* Incultoditis, & apertis, Lesbia, semper liminibus peccas. ¶ Peccare erga aliquem, pro in aliquem, *Plaut. eist. Aulul. 4. 10. 62.*

Pecorarius, in 2. *pecoratio, πορκατάριος*, qui pecora publica redimit, ut inquit *Africanus*. Romani enim veteriores nihil in bonis aliud præter pecudes habebant. Optimi Codices habent *pecuarius*.

Pecorinus, a, um, *περκαίνος*, quod pecudis est, ut caro pecorina. *Var. apud Diomed. l. 1.* Pecorine deletæ litteræ.

Pecorofus, a, um, *εβε ἀβονδία δε πεκορε, περκατάριος*, quod pecore abundat. *Propert. l. 4. eleg. 9.* Venit ad invictos pecorofa Palatia montes. *Jat. 4. Theb. v. 45.* pecorofaque Phyllos.

Pecten, inis, m. *pectine*, Germ. *strahl*, Gall. *peigne*, Hisp. *peyne*, *κτείν*, instrumentum textorum, quo subtegmen flammam immittitur, seu quo fila in telis figuntur, a *pecto*. *Virg. l. 1. Georg. v. 294.* Arguto conmix percurrit pectine telas. ¶ Item instrumentum, quod capillos explicat, a similitudine pectinis textorum. *Ovid. 4. Metam.* Sæpe Cytoriaco deducit pectine crines. ¶ Est quoque rusticum instrumentum, *castello. Colum. l. 2. c. 21.* Alii pectinibus spicam ipsam legunt. *Ovid. de remed. amor. v. 92.* Et tonsam raro pectine verrit humum. ¶ Item pubes, id est locus, ubi pili ad verenda nascuntur, *pettignone. Juvenal. sat. 6. v. 370.* Inguina traduntur medicis, jam pectine nigro. ¶ Est et instrumentum, quo citharam pulsamus, *κλάκτηρ. Virg. 6. Æn. v. 647.* Jam pectine pulsat eburno. ¶ Item pectines sunt pisces, qui se ex aqua jaculantur sagittæ modo. *Horat. 2. ser. sat. 4. v. 34.* Pectinibus pulvis jaclet se molle Tarentum. ¶ Pectines item in arboribus, & earum materia dicuntur rectæ per longitudinem pectinum modo lineæ, & intervalla, id est discursus ille venarum rectus, in longitudinem porrectus, cuiusmodi in pectine conspiciuntur dentes. Ita a *Plinio* appellatur *l. 16. c. 38.* & aibi. Pecten Veneris, herba est, a pectinis similitudine. *Plin. l. 24. c. 19.* ¶ Digniti pectine juncti, *V. Pectinistum*.

Pectinarius, re, adject. a pectine. *Ved. Inscrip. apud Fabric. p. 701.* Accipio Chiaz servo pectinari lanari fodales posuere.

Pectinatim, adv. *aguis di pectine, κτείνωδης*, ad pectinis similitudinem, & quasi denticulatum. *Plin. l. 9. c. 33.* Cuniculatum, pectinatim, imbricatim undata. *Id. l. 8. c. 25.* Pectinatim stipante se dentium ferie. *Id. l. 28. c. 6.* Digniti pectinatim inter se implexis, quod *Ovid. 9. Met.* dixit dignitos inter se pectine junctos. h. e. ita complicatis manibus, ut digniti utrinque eminentes pectinis figuram referant. *Vitruv. l. 1. c. 5.* Fundamenta pectinatim disposita, quomodo modum serræ dentes folent esse, collocentur.

Pectinatitas, a, um, adject. in modum pectinis factus, ut pectinatæ manus, apud *Apul. l. 6. Metam. V.* Pectinatim. ¶ Pectinatim tectum dicitur a multitudine pectinis, in duas partes devexum, ut testudinitatum in quatuor, *Fest.*

Pectino, as, avi, atum, a. 1. *κτείνω*, est rusticum instrumentum, quod pectinem vocant, spicas legere, vel segetem metere. *Plin. l. 18. c. 21.* Quorum mbertas pectinari segetem in herba cogat.

Pectitus, a, a, um, *πεκτιτω, εκτείνωδης*, pexus. *Colum. l. 12. c. 3.* Præparatae sint, & pectitis lana. ¶ Translate accipitur pro culto, polito. *Colum. l. 10. v. 94.* Verum ubi jam puro discrimine pectita telus deposito lqualore nitet.

Pecto, is, pexui, vel pexi, pexum, & pectitum, a. 3. *peccinare*, Ger. *strahlen, kernen*, Gal. *peigner*, Hisp. *peinar*, *κτείνω*, explico, & pando capitulum, a *πικω*, inferto r. *Hor. l. 1. Carm. od. 15.* Nequicquam Veneris prædidit ferox pectus cæzariem. ¶ Jumenta quoque, aliæ animalia pecti dicitur, cum sordes eorum, & pili decidui strigili distinguuntur. *Virg. 7. Æn. de cervo.* Pectebatque ferum, puroque in fonte lavabat. ¶ Dicitur etiam de lana, lino, & hujusmodi. *Plin. l. 9. c. 1.* Et ipsa suppa pectitur ferreis hamis. ¶ Terram pectere, est subigere, purgare, & parare factioni. *Colum. l. 10. v. 147.* terroque bicorni Pectat, & algentem sulcis exterminet herbam. ¶ Translate *Plaut. Rud. 3. 2. 52.* Opinor, leno pugnis pectitur. *Id. Captiv. 4. 2. 116.* Fusti pectito.

Pectorale, is, n. 3. *πεκταστήριον*, genus armorum, quo pectus munitur. *Plin. l. 37. c. 7.* Fecit & Sp. Carvilius Jovem, qui est in Capitolio, visis Samnitibus, & pectoralis eorum, ocreque, & gælis.

Pectoralis, le, o. 3. *πεκταστήριος*, quod ad pectus pertinet. *Cels. l. 8. c. 1.* In exiguo sinu pectoralis ovis.

Pectoratus, a, um, *πεκτορωτο*, *επεκτατής*, quod est magni, & validi pectoris. *Colum. l. 8. c. 2.* Sint ergo matricis probi coloris, robusti corporis, quadratæ, pectorofæ, magnis capitibus. *Casul. in Priap.* Nemo est feroci pectorofior Marte.

Pectus, oris, n. *pecto*, *פהת*, Ger. *brust*, Gal. *poitrine*, Hisp. *pecho*, *שפופ*, anterior pars animalis a gula u'que ad ventrem. Pectus homini tantum latum est, reliquis animalibus carinatum, ut ait *Plin. l. 11. c. 31. C. de Amic. c. 25.* In amicitia, nū, ut dicitur, apertum pectus videas, tamque ostendas. ¶ Metonymice accipitur pro corde, quod sub pectore atet, vel pro ipso animo, quem in corde residere nonnulli antiquorum putaverunt. Hinc fit, ut, cum aliquem pertectæ, & syncere a nobis amari velimus significare, dicamus, nos illum amare ex toto pectore. *Cic. 1. de Leg. c. 18.* Amicus per se amatur toto pectore, ut dicitur. *Liv. l. 5. c. 59.* Unde novum in Bruti pectore ingenium. *Horat. lib. 1. epist. 4.* Non tu corpus eras sine pectore. h. e. sine animo, aut prudentia. *Virg. Ecl. 1.* Quam nostro illius labatur pectore vultus. *Martial. l. 9. epigr. 15.* hinc pectus amicitia.

Pectusculum, i, n. diminut. parvum pectus. Habet quidem hanc vocem *Hieron. epist. 22. c. 13.* at in *Plauto*, quem asserit *Danetius*, invenire non potuimus.

Pecu, u, n. 4. idem ac pecus. *Priscian. l. 6. Charif. l. 1. Fest. Nom. c. 2. n. 691.* Serv. in 3. *Georg. Plaut. Rud. 2. 3.* Non vides me referre avidum rete, sine squamoso pecu? *Plin. l. 8. c. 43.* Nec æquinoclio verno, ut cætera pecua, admittitur, sed solitudo. *Liv. l. 35. c. 21.* In agris pecua oblati. *Lucret. l. 6. v. 1131.* Pecubus balantibus. ¶ *Pecuda*, etiam pro pecua dixerit, teste *Non. loc. cit.* ubi exempla asserit ex *Nevio*, *Sifenna*, & *Cic. l. 4. de Republ.*

Pecualis, le, adject. pecuarius. *Sedul. l. 1.* Edidit humanas animal pecuale loquelas.

Pecuaría, æ, f. *ars pastoralis, πορκατάριος*, scientia parandi, ac pascendi pecoris, ut fructus ex eo capiat, & quæ res pecuaria dicitur. *Var. l. 3. de R. R. c. 1.* Tres libros instituit, e quibus duos scripsi, primum ad Fundaniam uxorem de agricultura, secundum de pecuaria ad Turanum Nigrum. ¶ Sumitur etiam pro grege pecudum. *Var. de R. R. l. 3. c. 2.* Duo cum sint genera pationum, unum agreste, in quo sunt pecuarie, alterum villaticum, in quo sunt gallinæ, ac columbæ. ¶ Item pro loco, in quo pecorum grege consistunt. *Var. l. 2. c. 1.* Cujus nobilis pecuarie in Brutiis habentur. Sed hoc exemplum, & similia etiam de gregibus peculum intelligi possunt.

Pecuaría, orum, n. *greges di pecore*, pecorum grex, *βλατμαχ.* *Virg. 3. Georg. v. 64.* mitte in Venerem pecuaría primus. *Ascl. ad Herenn. l.*

4. c. 24. Cuiam præsidio pecuaria credemus?

Pecuarius, a, um, *πορκατάριος*, quod ad pecus pertinet, ut Res pecuaria, id est grege pecudum. Canis pecuarius, qui pecudes custodit a luporum voracitate, & injuria, apud *Col. l. 7. c. 12. Cic. pro Quirtil. c. 3.* Erat ei pecuaria res ampla, & rustica sane bene culta, & tractuosa. ¶ Pecuarium rem facere, *πορκατάριω εργαζομαι*, est armenta, gregeque alere. *Suet. in Cæsar. c. 42.* Neve hi qui pecuarium tacerent, ininus tertia parte puberum ingenuorum inter pastores haberent.

Pecuarius, ii, m. *pastore, ποιμας*, qui pecorum curam habet, vel qui pecuarias habet, alitque. *Cic. pro Deiot. c. 9.* Ut non solum Tetrarcha nobilis, sed optimus pater familias, & diligentissimus agricola, & pecuarius haberetur. *Liv. l. 10. cap. ult.* Damnatiss alitque pecuarius.

Pecüda, um, V. Pecu.

Pecudälis, le, adject. pecualis. *Marcian. Capell. l. 7.* Non minus sensus, quod nominis pecudälis.

Pecuinus, a, a, um, quod pecoris est, ut Pecunia ossa, *Apul. l. 8. Metam. sub fin.*

Peculator, oris, m. *κλέκτης τῶ δημοσίου*, qui pecuniam publicam, & quæ ad Rempub. seu Principem pertinet, furatur. *Cic. 3. Offic. Neque etiam de sicariis, veneficis, testamentariis, turibus, peculatoribus hoc loco differendum est.*

Peculatorius, a, um, adject. a peculio, ut peculatorie oves, quæ servis, aut filisfamilias sunt in peculio. *Var. l. 4. de L. L.*

Peculatus, us, *furro del danaro publico*, Germ. *diebstahl gemeins guts*, Gal. *larcin dubien public*, Hisp. *hurto de las rentas publicas, κλεμμα τῶ δημοσίου*, furtum pecuniam publicæ, aut Principis. *Cic. 5. Verr. Hæc ad aliam quæstionem, atque ad peculatus iudicium pertinere. Id. pro Flacc. c. 18.* Peculatus damnari. ¶ Læge peculatus tenebatur, si quis pecuniam publicam furripuisset, vel, ut furripere, curasset: si quis in aurum, argentumve, aut æs publicum quid indidisset, vel immiscuisset, tenebatur dolo malo, quod id pejus furetur. Hæc præterea sunt in crimine peculatus: si quis Imperator pecuniam ex præda captam penes se privatim retinuisse, eamque nec in triumpho tulisset, nec in æarium retulisset. ¶ Pena peculatus vel pecuniam fuit, vel capitalis. Nam qui prædam ab hostibus captam furripuerat, in quadruplum damnabatur, cæteris autem aqua, & igni interdicebatur. Postea irrogata est alia lege deportatio, abrogata interdictionis pœna. Et quoniam, ut repetundæ, ita peculatus publicum furtum fuit, propterea, ut in repetundis, sic in peculatu æstimationes sebant litium, contraque hæredes, ut scripsit *Papinianus* ad legem *Julianam* peculatus, actio dabatur. *P. Manut. l. de legib. Rom.*

Peculiaris, re, o. 3. quod ex peculio est, seu ad peculium pertinet. *Plaut. Ayn. 3. 1. 37.* Etiam opilio, qui pascit alienas oves, aliquam habet peculiararem, qui spem soletur suam. ¶ Quoniam vero etiam peculium dicebatur, quod a filiusfamilias seponebatur, usu receptum est, ut peculiaris usurparet pro proprio, speciali, præcipuo, nec cum aliis communi, *pastoralis*, Ger. *das eigen ist*, Gal. *propre, particulier, itus. Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 12.* Hoc vero mihi peculiare fuerit hic etiam isto itui. *Id. pro Flacc.* Venio ad Lysaniam ejusdem civitatis, peculiarem tuam Deciane teilem. ¶ Peculiare edictum dicitur, quod peculiariter ad certam rem est propositum. *Cic. 5. Verr.* Exoritur peculiare edictum repentinum, ne quis, &c.

Peculiariter, adv. ex peculio, in peculio. *Paul. l. 3. §. saltus, ff. de acquir. vel amit. possi.* Quod quædam etiam ignorant possideamus, id est quæ servi peculiariter paraverunt. ¶ Fere sumitur pro specialiter, præcipue, specialmente, *particolarmente*, Ger. *sonderlich*, Gal. *particulièrement*, Hisp. *especialmente, itus. Quintil. l. 8. c. 10.* Commune nomen alicui rei peculiariter tribuitur, ut urbem, Romam accipimus. *Plin. l. 22. c. 7.* Medicina peculiariter efficax. *Id. l. 36. c. 20.* Hæmatites peculiaris splendet. Alii *leg. claris.*

Peculiatus, a, um, *denovo*, peculio instructus, nummatus, pecunia abundans. *Ajin. Pollio Cic. l. 10. Fam. ep. 32.* Plane bene peculiat. ¶ Obsecro sensu in *Priap. carn. 52.* Penhilibus puicre peculiat. ¶ Peculio, as, a. 1. peculio dono, locupitio. *Plaut. Pers. 2. 2. 10.* Scelus tu pueri est: atque ob istam rem ego te aliquid peculio. ubi ambigue ludit *Plaut.* alludens ad verbum peculium, quod obsecrum etiam sensum habet. Sunt qui exponunt: aliquid a te auferam; q. d. peculio te multabo.

Peculidum, li, n. parvum peculium. *Quintil. l. 1. c. 5.* Vitium, quod fit per quantitatem, ut magnum peculidum, erunt qui solacissimum putent.

Peculidus, a, um, *αγαπητός*, qui peculi multum habet. *Plaut. Rud. 1. 2. 24.* Peculiosum eum esse decet servum, & probum.

Peculium, ii, n. *peculia*, *כספים*, Ger. *eigentumb*, Gall. *bien propre*, Hisp. *pegujal, αγαπητός*, quidquid alicujus labore, & industria partum est, a *pecus*, quia veterum bona, teste *Plaut. in Poplicola*, in pecudibus consistebant, illi circa pecudes negotiabantur, & ex pecudibus opes parabant. Quare apud veteres nomen generale fuit ad quodcumque patrimonium, seu ad quascunque opes, quorumcumque essent; postea consuetudine loquendi factum est, ut peculium de servis diceretur, pecunia de patre familias; peculii, inquam, nomine id comprehenditur, quod servus, dum adhuc in potestate domini esset, industria sua, & labore lucrificasset. *Serv. ad Virg. Ecl. 1. v. 33. Florentin. l. peculium, ff. de peculio: & Tubero apud Cels. l. 6. Dig. & Cic. in Parad. Qui cupiditate peculii nullam conditionem recusant durissime servituti.* ¶ Non tamen peculium solum servorum luit, sed & illud ita dicitur, quod filius familias sibi parentis permisso servabat. *Plaut. prol. Merc. v. 95.* Lucrum ingens facio, præterquam mihi meo pater dedit æstimate merces. Ita peculium consocio grande. ¶ Etiam peculium dicebatur, quod a patribus familias seponebatur. *Cels. Dig. l. 32. leg. 77.* Pecuniam sine peculio fragilem esse. Cujus dicti mentem pluribus declarat *Revardus l. 5. Var. c. 17. Pecuniam castrense*, quod legitur in quodam titulo in *Pandect. V. Castrensis*. ¶ Translate *Jen. ep. 12.* Sed jam debeo epistolam claudere. Sic, inquis, sine ullo ad me peculio veniet? Noli timere: aliquid secum feret, &c. ¶ Apud *Petron.* & alios hæc vox habet obsecrum sensum, & τῶ ἀδικῶ significat.

Pecullor, aris, depon. 1. publicam pecuniam, & ea, quæ ad rempub. pertinet, aufero, intercipio, male administro. *Flor. l. 3. c. 17.* Interceptis vedigalibus, peculabantur suo jure Republicam.

Pecunia, æ, f. 1. *denaro*, *כסף*, Ger. *geld*, Gal. *argent*, Hisp. *dinero*, *αγαπητός*, copia nummorum, a *pecu*, quia pecudis primum nota signaria solita fuit, id est bovis, aut ovis, aut fuis. *Varo l. 2. de R. R. c. 1. Plin. l. 18. c. 3. & l. 33. c. 3.* vel quia ex pecudum corio primum confecta. *Col. pref. l. 6.* In rusticatione vel antiquissima est ratio pascendi, eademque quætuosissima, propter quod nomina quoque pecuniar, & peculii tracta videntur a pecore. Primus Servius Rex ovium, boumque effigie æs signavit, ut scribit *Plin. l. 18. c. 3. & l. 33. c. 3.* Alii Numam auctorem faciunt. *Macrob. l. 1. Sat. c. 7. & Lact. l. 1. c. 13.* Jano id tribuunt. *Cic. pro Cluent. C. Aelio Staleno* iudici pecuniam grandem Statium Albium ad corruptendum iudicium dedidit. ¶ Pecunia nonni-

ne, ut inquit *Hermogenianus* *l. pecunie*, ff. *de verb. sign. & Ulp. l. 1-8. Dig. de Verb. sign.* non modo nummi, h. e. numerata pecunia, sed omnes res tam solidæ, quam mobiles, & tam corpora, quam jura continentur. *Cic. 2. Fin.* Magni æstimabat pecuniam non modo non contra legem, fed etiam legitibus partam. *Id. Q. Pr. l. 1. ep. 1. c. 5.* Omnes vias pecuniarum norunt Græci, & omnia pecuniarum causa faciunt. *Nepos in Cim. c. 1.* Magnas pecunias ex metallis fecerat. *Tacit. 3. Hist. c. 76.* Pecunias acerbe conquirere. *Quintil. l. 6. c. 3.* Signum magnæ pecuniarum, *di gran prezzo. Cic. pro leg. Man. c. 7.* Pecunias collocare, *dar' ad usura. Suet. in Aug. c. 39.* Notavit quosdam, quod pecunias levioribus usuris mutuati, graviore fœnore collocassent. Eodem sensu dicitur, pecuniam occupare. *V. Occupo. Cic. 3. Verr. c. 10.* Pecunias mutuas sumere. *Id. 2. de Or. Venire ad maximas pecunias. Nepos in Timoth. c. 1.* Pecunia numerata, *danaro in constanti.* Sic pecunia præsens, *Cic. pro Cluent. & Plaut. sæpissime.* ¶ Pecunia vacua dicitur, quæ nullas usuras confert, *leg. Q. Cæcilius. Dig. depositi.* ¶ Pecuniam erogare, effundere, dissipare, conferre, concurre de vectigalibus, imperare, numerare, & similia *Ciceronis* sunt.

Pecuniarius, le, adject. pecuniarius, ut pecuniarius quæstus. *Cel. Aurel. Tard. 1. c. 5.*

Pecuniarie, adv. modo in pecuniaria causa usitato. *Ulpian. l. 10. Dig. de compensat.* Si in ea (causa) pecuniarie agitur.

Pecuniarius, re, adject. pecuniarius, ut pecuniarius damnatio, *l. 10. Dig. De Penit.*

Pecuniariter, adverb. pecuniarie, ut pecuniariter agere, *l. ult. Dig. de priv. delict.*

Pecuniarius, a, um, & *χρηματικός*, quod ad pecuniam spectat. *Cic. l. 16. Fam. ep. 6.* Nodus est inopia rei pecuniariæ. *Quintil. l. 6. c. 1.* Lis pecuniaria. *L. 9. Dig. de Off. Procons. pecuniaria causa.*

Pecuniobus, a, um, *denarofio*, Ger. *gelteich*, Gal. *pecunieux, riche*, Hisp. *dinerofo*, & *χρηματικός*, qui abundat pecunia. *Cic. 2. Verr. Pecuniofum hominem*, quamvis sit nocens, neminem posse damari. *Id. Verr. ult. c. 9.* Hominem pecuniosissimum & carcere emittere. *Suet. in August. c. 25.* Viris, taminiisque pecuniosioribus indictum. *Mart. l. 5. epigr. 57.* Artes dicere vult pecuniosas, h. e. quæstuosas.

Pecus, oris, n. *bestiæ*, כֶּבֶד, כֶּבֶד, Germ. *vieh*, Gal. *betail*, Hisp. *manada, ganado, שרמא*, multitudo pecudum, a *peco*, quod Helychio teste notat *πεῖκος τῶν προβάτων*. Proprie dicitur de ovibus. *Plin. l. 8. c. 47.* Magna & pecori gratia vel in placamentis Deorum, vel in usu vellerum. *Adde l. 49. ¶ A Scriptoribus generatim usurpatur pro omnibus bestiis. Virg. 3. Æn. Caprigenumque pecus nullo custode per herbas. Virg. 4. Georg. v. 168.* Ignavam fucos pecus a præsepibus arcent. *Colum. l. 8. c. 3.* Volatile pecus facile custodiam decipit. *Virg. 3. Georg. v. 72.* pecori est idem delectus equino. ¶ In hac generali significatione pecus aliud est *majus*, aliud *minus*. Majus sunt equi, muli, boves, asini, cameli &c. minus oves, capræ, porci, &c. *Varr. l. 2. R. R. c. 1.* Nomina multa habemus ab utroque pecore, a majore, & minore: a minore Porcius, Ovinus, Caprinus; sic a majore Equitus.

Pecus, udis, f. *πρόβατος*, ovis, *pecora. Tacit. Ann. 13. c. 1.* Segnis, & dominationibus aliis fastidiosus, adeo ut C. Cæsar pecudem auream eum appellare solitus sit. *Cic. 2. Fin. Ut tardam aliquam & languidam pecudem. Adde Plin. l. 8. c. 1.* ¶ In recato casu exempla non vidimus, præter illud quod ex *Cæsare in Anticar. affert Priscian. l. 6.* Si sincera pecus erat. ¶ Sæpissime accipitur, quemadmodum & *pecus*, oris, pro omni bestia, quæ sub imperio hominis est, ut sunt boves, capræ, asini, equi, cameli, & similia. *Varr. l. 2. R. R. c. 5. de armenis, seu bestis majoribus loquens.* Ut sint hæc pecudes præte potius ad fructus ferendos integræ. *Cic. de Fin. Quæ quidem mihi vox pecudum videtur esse, non hominum. Lucrer. l. 2. v. 342.* mutæque natantes Squamigeræ pecudes. ¶ Item de hominibus per concivium, *pecorosis. Cic. in Pis. c. 9.* Ego istius pecudis consilio scilicet, aut præsidio niti volebam. *Hor. l. 1. ep. 19. c. 19.* O imitatores, servum pecus. ¶ Pecuda in plur. numero. *V. Pecus.*

Pecusculum, i, n. diminut. parvum pecus. *Juvenus l. 2. v. 593.* foveam si forte pecuscula vestra incidit.

Peda, æ, f. i. vestigium pedis, *pedata. Fest.*

Pedale, lis, n. 3. foculus, qui pedis inducitur. *Petron. in Satyr. Ubi al. leg. pedu.* ¶ Pro mensura pedis, asserit a *Cornel. Front. Grammat.* sed sine exemplis.

Pedalion, ii, herba, alio nomine proserpinaca. *Apul. de Herb. c. 18.*

Pedalis, le, o. 3. *d'un piede*, Germ. *schuchrig*, Gall. *d'un pied*, Hisp. *de un pie*, & *παιδιον*, quod est mensura unus pedis. *Cic. 4. Acad. de Sole. Quantulus nobis videtur? mihi quidem quali pedalis. Colum. l. 8. c. 3.* Pedalis longitudo.

Pedamen, inis, n. idem, ac pedamentum. *Col. l. 4. e. 30.* Pedaminum, jugorumque, & viminum prospicientiorum tradenda ratio est.

Pedamentum, ti, n. *sostentacolo, sostegno*, כֶּבֶד, Ger. ein *psaham vveinstock*, Gal. *echalat*, ou *autre appuy*, Hisp. *rodrgion, estaca, xymaz*, & *χρῆμα*, statumen, adminiculum, sustentaculum vitium, a *pedo*, qua notat suffulcire. *Varr. l. 1. de R. R. c. 8.* Quibus stat rectis vinea, dicuntur pedamenta: quæ transversa junguntur, juga. *Plin. l. 17. c. 20.* Castanea pedamentis omnibus præfertur.

Pedanus, a, um, idem ac pedalis. *Col. l. 5. c. 6.* Nemo minorem pedanea scrobem vitibus comparat. ¶ Pedaneus Judices *χαιμαδικος* dicuntur, qui de levioribus tantummodo causis solent cognoscere. Quidam sic dictos putant, quod humiliori loco considerent, hoc est ubi Magistratus subfellia pedum habebant: atque adeo non uterentur tribunalis, sed in plano judicarent: alii quod non, ut Magistratus, curru veherentur, sed pedibus incederent. *Ulpian. l. 1. Dig. de postul. Apud Judices pedaneos postulare prohibetur. ¶ Senator pedaneus. V. Pedarii.*

Pedanus, a, um, adject. ad Pedum, vel Pedon pertinens, quod est opidum Italiæ, Prænesti finitimum, nec procul a Roma distans. *Hor. l. 1. ep. 4.* Quid nunc te dicam facere in regione Pedana?

Pedarii Senatores, vocati sunt, ut Gabius Bassus, *Gellio teste l. 1. c. 18.* scriptum reliquit, qui nondum gesserant Magistratum Curulem, idque, quia pedibus irent in Curiam, cum, qui Magistratu Curuli functi erant, soliti essent curru vehi. *Festus*, & alii sic dictos putant, qui non haberent jus novæ dicendæ sententiæ, sed pedibus irent in alienam sententiam: Senatorum enim alios fuisse principes, qui in solo eburneo sederent, ibique sententiam dicerent, alios fuisse minores, qui non haberent in Senatu sententiæ dictionem, sed ab aliis dictam approbarent, inoventes se loco, & in partem ejus ambulantes, cujus sententiæ assentiebantur. Propter quod qui sententiam aliorum sequuntur, ire in sententiam pedibus dicuntur. *Gellius* censet, equites eos, qui necdum a Censoribus in Senatum lecti erant, eoque nec Senatores dici poterant, si populi honoribus usi essent, habuisse jus veniendi in Curiam, dicendæque sententiæ, sed quia in postremis scripti erant, non rogatos fuisse sententias, sed quas principes dixerant, in eas discessisse. *Pro pedarii* dixere etiam *pedaneus*: Sed *Gellius* ut minus Latinum rejicit. Horum

Senatorum sententia *pedaria* appellata est. *Cic. Att. l. 1. ep. 17. (al. 19.)* Est illud S. C. summa Pedariorum voluntate, nullius nostrum auctoritate factum. *Et ep. ult.* Et raptim in eam sententiam Pedarii concurrerunt. *Laberius apud Gell. loc. cit.* Caput sine lingua, *pedaria* sententia est.

Pedatum, adv. *πρὸς πῶμα*, motu successivo pedum, a *pedo*, qua notat ire. *Plin. l. 11. c. 45.* Leo tantum, & camelus pedatum, hoc est ut finister pes non transeat dextrum, sed subsequatur.

Pedato, onis, f. *χαρῆσαορις*, actus, quod pedamentis vitis fulcitur, vel ipsum pedamentum, aut fulcimentum per pedamenta. *Col. l. 4. c. 12.* Dum se vinea corroboret in pedationem.

Pedatura, æ, f. spatium certo pedum numero definitum, & ipsa mensuratio per pedes. *Veget. de re milit. l. 3. c. 8.* Singulæ centuriæ, dividuntur campidoctoribus, accipiunt pedaturas, & fossam aperiant. *Frontin. de Colon. p. 333. Gæf. Numero pedaturæ sunt limites constituti.*

Pedatus, us, vel i, m. accessus pedis, vel pedis ictus. *Plaut. Cistell. 2. v. 54.* Nisi tertio pedatu omnes afflixero. *Caso apud Non.* Igitur tertio pedato nobis, bellum tecere, per la *terz. volta. Petus Glossographus*, tertio pedatu, *τρίτην πεδατόν. V. Turneb. l. 24. c. 38.*

Pedatus, a, um, *ὄδους*, cui sunt pedes. *Suet. de Orbone, c. 12.* Fuisse traditur & modicæ staturæ, & male pedatus, calvusque. ¶ Item sustentaculo firmatus, *παρασκευασμένος*, partic. a *pedo*, qua notat suffulcire. *Plin. l. 17. c. 21.* Aut pedatæ vineæ simplici jugo.

Pedema, V. Pytisma.

Pedepressim, adverb. *βῆδω*, tarde, paulatim, lenta, & tarda itione. *Non. c. 1. n. 119.*

Pedes, dicitis, m. *pedone*, פֶּדוֹן, Ger. *zu fuff gehend, ein fufeknecht*, Gal. *pieton, qui va a pied*, Hisp. *peon, hombre de pie, πεζός*, qui pedibus incedit. *Curt. l. 8. c. 1.* Scivere, ne pedes veniretur. ¶ Item miles, qui pedibus meretur, sicut equus qui equo, *pedone fante, la fanteria. Liv. l. 30. c. 34.* Equite nudata erat Punico acies, cum pedes concurreret, nec spe, nec viribus par. *Cic. Att. lib. 8.* Quantas brevi tempore equitum, & pedatum copias contracturus sis.

Pedestris, stris, stræ, vel pedestris, stræ, o. 3. *παιδικός, πεζός*, qui pedibus iter facit. *Martial. de Spectac. ep. 28.* Abnuat in liquidis ire pedestris aquis. ¶ Pedestre iter, *viaggio per terra*, dicitur, quod terra sit, live pedibus eatur, sive equo. *Cæf. l. 2. B. C. c. 32.* Eoque illos compulerim, ut neque pedestri itinere, neque navibus commeatu juvari possent. ¶ Pedestres copiæ a Nepote in *Conon. c. 1.* opponuntur navalibus. Interdum tamen pedestris exercitus, pedestres copiæ, pedestre agmen est, quod pedibus tantum constat, *fanteria. Cic. 2. Fin. Xerxes cum tantis classibus, tantisque equestribus, & pedestribus copiis. Liv. l. 7. c. 10.* Scutum pedestre. *da fante.* ¶ Pedestris oratio, vel sermo *Horatius*, atque aliis vocatur, quam alii vocant orationem *profram*, sive *profrim*. Nomen ex eo est, non quod in ea pedes quoque spectentur, qui rhythmum gignant, ut poetica pedum observatio metrum efficit, verum potius quia quasi pedes est, hoc est, quia humi graditur, neque habet carminum sublimitatem. *Hor. l. 2. carm. Tuque pedestribus dices historis prælia Cæsaris. Quintil. l. 10. c. 1. de Platone.* Multum supra *profram* orationem, & quam pedestrem vocant Græci, exurgit. ¶ Musa pedestris dicitur ab *Horat. l. 2. sat. 6. v. 17.* h. e. humilis, vulgaris, & valde accedens ad *profram* orationem. ¶ Pedestria auspicia, *Festus* teste, nominabantur, quæ dabantur a vulpe, lupo, serpente, equo, cæterisque animalibus quadrupedibus.

Pedetentum, adv. a *poco*, a *poco*, פֶּדוֹן, Ger. *suff fur fuff*, Gal. *tout d'uccement, bellemente, pas a pas*, Hisp. *pié ante pié*, & *χρῆμα πῶδας*, *βῆδω*, lento gradu, sensim, paulatim. *Don. in Phorm. a. 3. fc. 3. & Prisc. l. 15.* deducunt a *pede*, & *tentando*. Ita de iis proprie dicitur, qui, priusquam pedem ponant, solum tentant, ut in tenebris, aut molli solo *f. cere* solemus. Videturque pro hoc etymo tacere illud *Catonis apud Sostiparum l. 2.* Eam ego viam pedetentum tentabam. *Cic. 1. Off. c. 33.* Sensim erit, pedetentimque faciendum. ¶ Metaleptice accipitur pro caute. *Ter. Phorm. a. 3. fc. 3. v. 19.* Di bene vertant, quod agas, pedetentim tamen. *Cic. pro Cluent. c. 42.* Cautè, pedetentimque omnia dicere.

Pedianus, V. Alconius.

Pedica, æ, f. *laccio*, פֶּדִיקָה, Ger. *ein fuffstricken*, Gal. *piege*, Hisp. *piegula, laco, πῆδη*, laqueus, quo pedes illigantur. *Virg. 1. Georg. v. 307.* Tunc gruibus pedicas, & retia ponere cervis. *Adde Liv. l. 1. c. 36.*

Pedicellus, i, m. parvus pediculus. *Petron. in fragm. Tragur.* In alio pedicellum vides, in te ricinum non vides?

Pedicinus, i, m. pes torcularis, ut quidam putant, vel, ut alii, parva mensura unus pedis. Nonnulli etiam dicunt, huius vocis significationem profrus hodie ignorari. *Cato R. R. c. 18.* Foramen pedicinis duobus facito, ibique arbores pedicino in lapide statuito. *V. Turneb. Advers. l. 7. c. 25.*

Pediculosus, a, um, adject. idem ac pediculofus. *Titin. apud Festum.* Rus detrudetur pediculofus, squalidus. Quod vero hic addunt Lexicographi quidam ex *Plauto*: *Pediculosus, squalidus*, ubi me videt: caput scabit, pedes legit, hæc verba leguntur apud *eund. Festum.* At *Joseph. Scalig.* ubique *pediculosus* legendum contendit.

Pedicularis, re, adject. ad pediculos pertinens, ut pedicularis herba, apud *Colum. l. 6. c. 30.* quæ pediculos necat, alio nomine pituitaria, & staphisagria. ¶ Pedicularis morbus is est, quem Græci *Φθῆλασιον* appellant, qua lue mortuus est *L. Sylla*. ut *Plin. lib. 11. c. 33.* narrat. *Serv. ad illud 3. Georg. v. penult. Immundus sudor.* Morbus pedicularis, qui & *Φθῆλασιον*.

Pediculus, m. 2. Pediculi, pop. Apuliæ, inter Peucetios, & Salentinos, circa Brundisium, ubi Ostium. *Plin. l. 3. c. 5. & 11.*

Pediculosus, a, um, *pidocchioso*, Ger. *lanffig*, Gal. *pouilleux*, Hisp. *pioioso*, *Φθῆλασιον*, qui pediculus plenus est. *Martial. l. 12. epigr. 59.* Hinc menti dominus pediculofus.

Pergula, α , f. *sperto, loggetta, poggiauolo, ringhiera, περιβολή*, pars domus exposita, & propendens, seu locus apertus, a multis lateribus aere excipiens, extra parietem porrectus, & modo lectus, modo sub dio expositus, a *pergo*, ut *regula a rego, tegula a tegeo*, quia extra murum porrigitur. *Plin. l. 21. c. 3.* Cum corona rōfacea interdiu & pergula sua in forum prolapse dicitur. ¶ In pergulis res venales proponebant. *Ulp. l. heres, ff. de iudiciis.* At si quo in loco constituit, non dico iure domicilii, sed tabernaculum, pergulam, horreum, armarium, seu officinam conducens. ¶ Pictiores quoque in pergulis suas picturas collocabant. *Plin. l. 35. c. 10. de Apelle.* Perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus. ¶ Item in pergulis præceptores discipulos suos erudebant. *Suet. de Crassio Grammatico.* Deinde in pergula docuit. ¶ Metonymice ponitur pro iis, qui in pergula versantur. *Juven. sat. 2.* Sed nec structor erit, cui decere debeat omnis pergula. Ubi aliqui interpretantur locum, ubi æstivo tempore cœnate mos est, alii intelligunt ordinem, ac cœtum ministrorum structori obedientium. ¶ In vineis topiarium opus significat. *Colum. l. 11. c. 2.* Siquæ pergula vitium generosarum a putatoribus relictae sunt. Adde *l. 4. c. 21.*

Pergulanus, a, um, quod ad pergulam spectat, ut Pergulana vitis, quæ pergulis adiungitur, & fustinetur. *Colum. l. 3. c. 2.* Nam has nuper mihi cognitas, pergulanam dico, & irtioliā, &c.

Pergus, *lago di Goridan*, lacus Siciliæ, apud Ennam urb. ubi Proserpina raptā traditur. *Ovid. 4. Metam. v. 386.*

Perhaurio, is, us, sum, a, 4. exhaurio. *Tertul. l. 1. ad Nation. c. 15.* Infantem totum præcoquum perhauritis. *Apul. l. 10. A. A.* Calicem uno haultu perhauri. *Sever. in Ætina, v. 420.* mille perhauritis Ignibus instaurant vires.

Perhibeo, es, hui, bitum, a, 2. *dire, affirmare, κερτάζωμι*, dico, affirmo, ex *per*, & *habeo*. *Plaut. Stich.* Perharum montes, qui esse aurei perhibentur. *Cic. 2. de Div. c. 5.* Bene qui conjicit, vatem hunc perhibere optimum. *Id. in Arat. Cum quibus, ut perhibent, ausa est contendere forma. Id. Fam. 5. ep. 12.* Nec minus est Spartiates Agelilaus ille perhibendus, h. e. prædicandus. ¶ Interdum sumitur pro exhibere, dare. *Plaut. Merc. 3. 1. 46.* Diem unum oravit, ut apud me perhiberem sibi locum. ¶ Hinc perhibere testimonium, pro ferre. *Varr. l. 2. R. R. cap. 5.* Ut testimonium perhibere possis. ¶ Perhibere honorem. *Plin. lib. 19. c. 4.* Virgilio quoque confesso, quam sit difficile, verborum honorem tam parvis perhibere. h. e. tam parvas res verbis amplificare.

Perhiemo, as, n. 1. hiemo, hiemem totam tranfigo. *Colum. l. 11. c. 3.* Sub initium sulcos vacuos perhiemare letimur.

Perhulum, adv. *assai poco*, perpulum. *Lucret. l. 6. v. 574.* vacillant omnia tecta, summa magis mediis, media imis, ima perhulum.

Perhonestus, a, um, adject. valde honestus. *Arnob. lib. 2.* Sint licet perhonesti, fuerintque laudabiles.

Perhonorifice, adv. *πλοῦσιμος*, valde honorifice. *Cic. Att. l. 14. ep. 12.* Hic perhonorifice, & amice Octavium, quem quidem sui Cæsarem salutabant.

Perhonorificus, a, um, *πλοῦσιμος*, valde honorificus. *Cic. Attic. l. 2. epist. 18.* Consulatio forensis perhonorifica.

Perhorresco, is, perhorruī, n. 3. *καταδραμβέωμι*, valde horresco. *Cic. Att. l. 13.* Sed quid est, quod perhorrescas? *Id. ibid. l. 9. ep. 10.* Genus belli crudelissimum, & maximi perhorruī. *Id. 5. de Fin. c. 11.* Dissolutionem naturæ tam valde perhorrescere. Ubi nota, aut *per*, aut *valde* otiosum esse.

Perhorridus, a, um, valde horridus. *Liv. l. 22. c. 16.* Pœnus contra intra Formiana faxa, ac Linterni arenas, stagnaque perhorrida situ hybernaturus esset.

Perhospitālis, le, o. 3. valde hospitalis. *Cic. 6. Verr. cap. 2.* Hujus domus est vel optima Messanæ, notissima quidem certe, & nostris hominibus apertissima, maximeque perhospitālis. Pleraque optimæ Edition. habent *hospitālis*.

Perhospitūs, a, um, adject. perhospitālis. *Tibul. l. 4. el. 1. v. 142.* Ardet Arecleis aut unda perhospita campis. Sed varia hic apud Criticos & lectio, & interpretatio est.

Perhumaniter, adv. valde humaniter. *Cic. Fam. 7. ep. 8.* Scripsit ad me Cæsar perhumaniter.

Perhumanus, a, um, admodum humanus. *Cic. ad Q. Frat. l. 2.* Multumque is mecum sermonem habuit, & perhumanum. Adde *lib. 16. Attic. epist. 12.*

Perhyēmo, V. Perhiemo.

Periacti, orum, m. *περιεχτοι*, machinæ quædam versatiles ad scenarum mutationes. *Vitruv. l. 5. c. 7.* græcis literis scribit.

Periambus, i, pes constans duabus syllabis brevis, ut *Deus. Quintil. l. 9. c. 4.*

Periander, m. 2. *περιανδρος*, Gypseli filius, Corinthiorum Rex, unus e septem Græciæ sapientibus. Crudeliter, & in magna suspitione agebat, stipatus semper militibus, otiosos in foro, & oscitantes usque formidans. Quapropter assidue erat in bellis navalibus præsertim. Dicitur & isthmum voluisse perferdere. Aliquando interrogatus, quare, cum sapiens esset, in tyrannide perseveraret; quia, inquit, & sponte, & invitum cedere est periculololum. Uxorem adeo dilexit, ut etiam cum mortua concuberit. Scripsit *πυθαγόρας*, idest humanæ vitæ præcepta. Hujus illud est, *χολώ κέρτα*, Iram compece. Regnavit annos quadraginta. *Diog. Suid. Laert. & Auson. de septem Sapiens.*

Periboetos, vox Græca, quæ significat celebrem, & nominatissimum, *περιβοητος*. Legitur apud *Plin. l. 34. c. 8.*

Pericaricum, i, n. bulbi genus. *Plin. l. 25. c. 10.*

Perichristarium, ii, n. genus medicamentum, apud *Marsell. Empir. c. 8.*

Pericles, is, summus Atheniensium Orator, qui tonare, ac tulmeniere ejuo dicendo videbatur. Fuit temporibus Thucydidis, & Alcibiadis. Ejus meminere *Quintil. l. 12. c. 9. Gell. l. 1. c. 3.* Cicero etiam multis in locis, ut *l. 1. Offic. c. 40.* O puerum pulcrum, Pericle!

Periclitabundus, a, um, adject. periclitans, experiens. *Apul. l. 5. Merim.* Punto pollicis extremam sagittæ aciem periclitabunda.

Periclitans, antis, partic. *Tacit. Ann. 1. c. 39.* Neque aliud periclitanti subsidium.

Periclitatio, onis, f. *esperienza, κινδύνωσις*, experimentum, usus. *Cic. de nat. Deor. l. 2. c. 64.* Quarum utilitatem longinqui temporis usu, & periclitatio percipimus.

Periclitātus, a, um, partic. a periclitor, quod etiam passivè reperitur. *Cic. de Am. c. 17.* Aliqua parte periclitatis moribus amiorum.

Periclitor, aris, atus sum, d. 1. *andare a periculo, Ger. in gefahr stehen*, Gal. *etre in danger*, Hisp. *ponerse, o estar en peligro, κινδυνώω*, periculum subeo, periculo me expono. Constituitur vel absolute. *Cic. 2. de Inv. Periclitari omnium iura debent, si similitudines accipiantur.* ¶ Vel cum ablat. ut *Periclitor capite*, vel *fama*, idest periculum est, ne caput, aut famam amittam. *Marsial. l. 6. epigr. 26.* Periclitatur capite Sotades nostrus. ¶ Interdum cum ablat. communi causæ. *Plin. l. 17.*

Perverti, adv. admodum graviter. *Cic. Att. l. 1. ep. 10.* Pervertiter illum esse offensum.

Pergula, α , f. *sperto, loggetta, poggiauolo, ringhiera, περιβολή*, pars domus exposita, & propendens, seu locus apertus, a multis lateribus aere excipiens, extra parietem porrectus, & modo lectus, modo sub dio expositus, a *pergo*, ut *regula a rego, tegula a tegeo*, quia extra murum porrigitur. *Plin. l. 21. c. 3.* Cum corona rōfacea interdiu & pergula sua in forum prolapse dicitur. ¶ In pergulis res venales proponebant. *Ulp. l. heres, ff. de iudiciis.* At si quo in loco constituit, non dico iure domicilii, sed tabernaculum, pergulam, horreum, armarium, seu officinam conducens. ¶ Pictiores quoque in pergulis suas picturas collocabant. *Plin. l. 35. c. 10. de Apelle.* Perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus. ¶ Item in pergulis præceptores discipulos suos erudebant. *Suet. de Crassio Grammatico.* Deinde in pergula docuit. ¶ Metonymice ponitur pro iis, qui in pergula versantur. *Juven. sat. 2.* Sed nec structor erit, cui decere debeat omnis pergula. Ubi aliqui interpretantur locum, ubi æstivo tempore cœnate mos est, alii intelligunt ordinem, ac cœtum ministrorum structori obedientium. ¶ In vineis topiarium opus significat. *Colum. l. 11. c. 2.* Siquæ pergula vitium generosarum a putatoribus relictae sunt. Adde *l. 4. c. 21.*

Pergulanus, a, um, quod ad pergulam spectat, ut Pergulana vitis, quæ pergulis adiungitur, & fustinetur. *Colum. l. 3. c. 2.* Nam has nuper mihi cognitas, pergulanam dico, & irtioliā, &c.

Pergus, *lago di Goridan*, lacus Siciliæ, apud Ennam urb. ubi Proserpina raptā traditur. *Ovid. 4. Metam. v. 386.*

Perhaurio, is, us, sum, a, 4. exhaurio. *Tertul. l. 1. ad Nation. c. 15.* Infantem totum præcoquum perhauritis. *Apul. l. 10. A. A.* Calicem uno haultu perhauri. *Sever. in Ætina, v. 420.* mille perhauritis Ignibus instaurant vires.

Perhibeo, es, hui, bitum, a, 2. *dire, affirmare, κερτάζωμι*, dico, affirmo, ex *per*, & *habeo*. *Plaut. Stich.* Perharum montes, qui esse aurei perhibentur. *Cic. 2. de Div. c. 5.* Bene qui conjicit, vatem hunc perhibere optimum. *Id. in Arat. Cum quibus, ut perhibent, ausa est contendere forma. Id. Fam. 5. ep. 12.* Nec minus est Spartiates Agelilaus ille perhibendus, h. e. prædicandus. ¶ Interdum sumitur pro exhibere, dare. *Plaut. Merc. 3. 1. 46.* Diem unum oravit, ut apud me perhiberem sibi locum. ¶ Hinc perhibere testimonium, pro ferre. *Varr. l. 2. R. R. cap. 5.* Ut testimonium perhibere possis. ¶ Perhibere honorem. *Plin. lib. 19. c. 4.* Virgilio quoque confesso, quam sit difficile, verborum honorem tam parvis perhibere. h. e. tam parvas res verbis amplificare.

Perhiemo, as, n. 1. hiemo, hiemem totam tranfigo. *Colum. l. 11. c. 3.* Sub initium sulcos vacuos perhiemare letimur.

Perhulum, adv. *assai poco*, perpulum. *Lucret. l. 6. v. 574.* vacillant omnia tecta, summa magis mediis, media imis, ima perhulum.

Perhonestus, a, um, adject. valde honestus. *Arnob. lib. 2.* Sint licet perhonesti, fuerintque laudabiles.

Perhonorifice, adv. *πλοῦσιμος*, valde honorifice. *Cic. Att. l. 14. ep. 12.* Hic perhonorifice, & amice Octavium, quem quidem sui Cæsarem salutabant.

Perhonorificus, a, um, *πλοῦσιμος*, valde honorificus. *Cic. Attic. l. 2. epist. 18.* Consulatio forensis perhonorifica.

Perhorresco, is, perhorruī, n. 3. *καταδραμβέωμι*, valde horresco. *Cic. Att. l. 13.* Sed quid est, quod perhorrescas? *Id. ibid. l. 9. ep. 10.* Genus belli crudelissimum, & maximi perhorruī. *Id. 5. de Fin. c. 11.* Dissolutionem naturæ tam valde perhorrescere. Ubi nota, aut *per*, aut *valde* otiosum esse.

Perhorridus, a, um, valde horridus. *Liv. l. 22. c. 16.* Pœnus contra intra Formiana faxa, ac Linterni arenas, stagnaque perhorrida situ hybernaturus esset.

Perhospitālis, le, o. 3. valde hospitalis. *Cic. 6. Verr. cap. 2.* Hujus domus est vel optima Messanæ, notissima quidem certe, & nostris hominibus apertissima, maximeque perhospitālis. Pleraque optimæ Edition. habent *hospitālis*.

Perhospitūs, a, um, adject. perhospitālis. *Tibul. l. 4. el. 1. v. 142.* Ardet Arecleis aut unda perhospita campis. Sed varia hic apud Criticos & lectio, & interpretatio est.

Perhumaniter, adv. valde humaniter. *Cic. Fam. 7. ep. 8.* Scripsit ad me Cæsar perhumaniter.

Perhumanus, a, um, admodum humanus. *Cic. ad Q. Frat. l. 2.* Multumque is mecum sermonem habuit, & perhumanum. Adde *lib. 16. Attic. epist. 12.*

Perhyēmo, V. Perhiemo.

Periacti, orum, m. *περιεχτοι*, machinæ quædam versatiles ad scenarum mutationes. *Vitruv. l. 5. c. 7.* græcis literis scribit.

Periambus, i, pes constans duabus syllabis brevis, ut *Deus. Quintil. l. 9. c. 4.*

Periander, m. 2. *περιανδρος*, Gypseli filius, Corinthiorum Rex, unus e septem Græciæ sapientibus. Crudeliter, & in magna suspitione agebat, stipatus semper militibus, otiosos in foro, & oscitantes usque formidans. Quapropter assidue erat in bellis navalibus præsertim. Dicitur & isthmum voluisse perferdere. Aliquando interrogatus, quare, cum sapiens esset, in tyrannide perseveraret; quia, inquit, & sponte, & invitum cedere est periculololum. Uxorem adeo dilexit, ut etiam cum mortua concuberit. Scripsit *πυθαγόρας*, idest humanæ vitæ præcepta. Hujus illud est, *χολώ κέρτα*, Iram compece. Regnavit annos quadraginta. *Diog. Suid. Laert. & Auson. de septem Sapiens.*

Periboetos, vox Græca, quæ significat celebrem, & nominatissimum, *περιβοητος*. Legitur apud *Plin. l. 34. c. 8.*

Pericaricum, i, n. bulbi genus. *Plin. l. 25. c. 10.*

Perichristarium, ii, n. genus medicamentum, apud *Marsell. Empir. c. 8.*

Pericles, is, summus Atheniensium Orator, qui tonare, ac tulmeniere ejuo dicendo videbatur. Fuit temporibus Thucydidis, & Alcibiadis. Ejus meminere *Quintil. l. 12. c. 9. Gell. l. 1. c. 3.* Cicero etiam multis in locis, ut *l. 1. Offic. c. 40.* O puerum pulcrum, Pericle!

Periclitabundus, a, um, adject. periclitans, experiens. *Apul. l. 5. Merim.* Punto pollicis extremam sagittæ aciem periclitabunda.

Periclitans, antis, partic. *Tacit. Ann. 1. c. 39.* Neque aliud periclitanti subsidium.

Periclitatio, onis, f. *esperienza, κινδύνωσις*, experimentum, usus. *Cic. de nat. Deor. l. 2. c. 64.* Quarum utilitatem longinqui temporis usu, & periclitatio percipimus.

Periclitātus, a, um, partic. a periclitor, quod etiam passivè reperitur. *Cic. de Am. c. 17.* Aliqua parte periclitatis moribus amiorum.

Periclitor, aris, atus sum, d. 1. *andare a periculo, Ger. in gefahr stehen*, Gal. *etre in danger*, Hisp. *ponerse, o estar en peligro, κινδυνώω*, periculum subeo, periculo me expono. Constituitur vel absolute. *Cic. 2. de Inv. Periclitari omnium iura debent, si similitudines accipiantur.* ¶ Vel cum ablat. ut *Periclitor capite*, vel *fama*, idest periculum est, ne caput, aut famam amittam. *Marsial. l. 6. epigr. 26.* Periclitatur capite Sotades nostrus. ¶ Interdum cum ablat. communi causæ. *Plin. l. 17.*

I. 17. c. 24. Arborese gelu periclitabantur. ¶ Reperitur etiam cum gerundio gerundivo. *Cic. in Cassil. 1. c. 5.* Non est sœpius in uno homine salus periclitanda Republicæ. ¶ Periclitator etiam notat experiri, & conlruitur cum acc. *Cic. pro Quinft. Omnia circumfpexit Quinftius, omnia periclitatus est. Id. 1. de Orat. c. 34.* Subeundus est ufus omnium, periclitandæ vires ingenii. *Planc. Cic. l. 10. Fam. Potius periclitari volui, fi poffet me præfentia & Lepidum tueri, &c.* ¶ Cum infinito *Plin. l. 26. c. 11.* Omnia, quæ periclitantur fecari, *che vanno a pericolo di dover' effe tagliate. Plin. alter in Paneg. c. 84.* Nunquam periclitabantur effe privatæ. ¶ Paffive *Liv. 1. 1. c. 42.* Tullius haud dubius rex, feu patrum, feu plebis periclitaretur animus. *b. e. tentaretur.* Ita Edit. princip. A. 1470. & 1480. & Aldina 1528. Al. hab. animos.

Periclymênos, i, madrefclva, περικλυμένος, herba, quam vulgo matrifylivam dicunt. *Plin. l. 27. c. 12.* ¶ Periclymenus Nelei filius fuit, cui ab avo Neptuno concessum, ut in omnes se, quas vellet, transformaret figuras. *Ovid. 12. Metam. v. 556.*

Periculor, aris, d. 1. periclor. *Cato apud Fift. Periculatus sum.*

Periculose, adv. periculofamente, Ger. gefarlich, Gal. perilleusement, Hifp. peligrosamente, &c. cum periculo. *Cic. l. 16. Fam. ep. 10.* Et periculose hyeme naviges. *Id. Att. l. 8. ep. 2.* Periculose ægrotare. *Hirt. de Bell. Alex. c. 64.* Periculofus navigare. *Senec. 3. de Ira, c. 22.* Periculofissime, & libentiffime faciunt.

Periculofus, a, um, periculofus, Ger. gefarlich, Gal. parilleux, Hifp. peligroso, &c. quod est cum periculo, non procul a periculo, præceptis, lubricum, anceps. *Cic. 1. Offic. Gravioribus autem morbis periculofas curationes, & accipites adhibere coguntur. Cef. l. 7. B. G. Intrare intra præfidia periculofum putabat. Ruffus Cic. Attic. l. 13.* Fulfifemus in nofmetipfos, fi illum offensus fuimus, pene periculofus. *Liv. 1. 27. c. 35.* Periculofiffimus annus. *Senec. 3. de Ira, c. 5.* Eo periculofior ira est, &c.

Periculum, i, n. experientia, ἀπειρία, experimentum, ab antiquo perior, quod fuit conari, tentare, dicere. Pro eo veteres periculum fcribebant per i, teste *Valio Longo. Ter. Heaut. a. 1. st. 2.* Scitum est, periculum ex aliis facere, tibi quod ex usu fiet. *Cic. 2. Ver. Eos velle meæ fidei, diligentizque periculum facere.* ¶ Sumitur etiam pro falutis discrimine, periculo, Germ. ein gefahr, Gall. peril, danger, Hifp. peligro, &c. *Cic. 1. Offic. Si ei tractanti, contemplanti res cognitione digniffimas subito fit allatum periculum, discrimenque patriæ. Ter. Andr. 4. 1. 53.* Pericula adire. *Liv. 1. 1. c. 54.* Obire pericula. *Id. l. 28.* In periculo effe. *Nepos in Dione c. 2.* Major periculo effe. *Tacit. 3. hijf. c. 76.* Periculum audere. *Sueton. Aug. c. 84.* Adire periculum memorizæ. *Cic. pro Mur. c. 27.* In periculum venire. *Id. Verr. 3. c. 6.* Nihil est jam, quod in hac caufa peccare quifquam nifi veftro periculo poffit, a voffro d'anno. *Id. Verr. 1.* Facere periculum innocenti. *Terent. Heaut. 5. 1. 9.* Nihil tibi periculi est a me mulier. *Plaut. Pseud. 1. 3. 55.* Non periculum est, ne quid recte monfres. ¶ Sumitur interdum pro judiciali condemnationis libello, processo di condanna. *Nepos in Epamin. c. 8.* Num ab his petivit, ut in periculo fuo conferberent: Epaminondas a Thebanis morte multatus est &c. Simile videtur illud, quod legitur in titulo *Codicis l. 7. tit. 44.* De fententiis ex periculo recitandis. Sed alii leg. breviculo. ¶ Poetæ metri gratia pericula usurpant. *Virg. Æn. 2.* Quo res cumque cadent, unum, & commune periculum.

Peridromis, idis, περιδρομῆς, pars ædificii ambulationi idonea, xyftus. Vox græca est, & græcis literis fcribitur a *Vitr. l. 5. c. 11. & l. 6. c. 10.*

Peridoneus, a, um, valde idoneus. Cef. 2. B. C. c. 24. Quod is locus peridoneus castris habebatur. *Adde Tacit. Ann. 4. c. 12.*

Periegeſis, is, vel eos, f. περιηγησις, hoc est circumductio: Item expositio, & commemoratio rei alicuius, quæ fit fingillatim, & quasi per singula ducendo: a περι, circum, & ηγησις, duco. Periegeſis fcribitur poema *Dionysii Alexandrini,* ex Græco Latina metaphraſi translatum a *Ruffo Feſto Avieno,* in quo Orbis terræ deſcriptio habetur. *Prifcianus* quoque eam Periegeſim Latine vertit, fed adſtrictius Dionysii verbis inhæſit, cum *Avienus* sæpe liberius vegetur, & ſeipſum potius, quam auctorem fuum, ſequi videatur.

Periergia, f. i. περιεργία, curioſitas, ſedulitas, nimia anxietas, & veluti redundans diligentia. *Quinſtil. l. 8. c. 3.* ſcribit græcis literis.

Periero, as, n. 1. idem quod pejero: Plaut. Trucull. 1. 1. 9. Quid perierandum est etiam præter munera! *Lipſ. l. 5. Antiq. lectio. c. 3.* ceniet, hanc veram effe hujus verbi ſcripturam, quando & perjurium, dicimus, non pejurium.

Perileucus, i, περιλευκός, gemma ſilum tranſmittens candidum. *Plin. l. 37. c. 10.*

Perillæus, a, um, adject. ad Perillum pertinens. Ovid. in Ibin, verſ. 437. Ære Perilleo veros imitare juvencos.

Perillus, m. 2. περιλλῶς, faber Athenienſis, ingenio præſtans, qui Phalaridi Tyranno Agrigentino taurum ex ære fabricavit, in quo reus clauderetur, ac ſubjecto igne mugitum bovis ederet, cuius muneris nomine cum ampliffimum a Tyranno, qui novis ſemper tormentis delectabatur, ſperaret manus, incluſus taurum, ſuſpofitifque ignibus, primus ſuz artis experimentum præbuit. *Plin. l. 34. c. 8.*

Perilluſtris, ſtre, o. 3. admodum illuſtris. Cic. Att. l. 4. ep. 20. Ibi morati biduum perilluſtres fuimus.

Perimbecillus, a, um, valde imbecillus. Cic. Att. l. 10. ep. ult. Quod quidem est natum, perimbecillum est.

Perimède, es, περιμῆδης, inſignis venæcha apud *Theocrit. Idyll. 2.* Hinc *Perimèdeus, a, um, adject. Propert. l. 2. el. 1. v. 74.* Non Perimèdeæ gramina coſta manu. Alii aliter leg.

Perimèle, es, Nympha Hippodamantis filia, in inſulam fui nominis mutata. Ovid. Metam. 8. v. 591.

Perimétros, i, f. circonferentia, perimetro, περιμετρος, circuitus, ambitus. *Vitruv. l. 5. c. 6.* Theatri conformatio ſic est faciendæ, uti, quam magna futura eſt perimetros imi, circumagatur linea rotundationis, centro medio collocato.

Perimo, is, emi, emptum, a. 3. diſtruggere, ἀνομιῶ, tollo, proſus tollo, admo, a per, & emo, quod antiquæ etiam tollere ſignabat. *Cic. 1. Tuſc.* Sin autem permit, ac delet omnino. *Id. 3. Off. c. 7.* Nifi aliquis caſus, aut occupatio conſilium ejus peremiſſet. h. e. impediſſet. *Id. pro Plan. c. 42.* Sin autem vitam mihi ſons ademifſet, aut vis aliena major reditum peremiſſet. h. e. intercluſiſſet. ¶ Speciatim fumitur pro occidere, interficere. *Plaut. Men. Virum hunc ego perimam impuriſſimum. Cic. de Div. Ubi tam teneras volucres, matremque premit.*

Perimpeditus, a, um, adject. valde impeditus. Hirt. de B. Afric. c. 58. Locus perimpeditus ante aciem Scipionis.

Perincertus, a, um, adject. valde incertus. Salluſt. apud Cell. l. 18. c. 4.

Perincertum, ſolidior, an vanior.

Perincommodè, adv. valde incommode. Cic. Att. l. 1. ep. 17. Accidit perincommodè, quod eum nuſquam vidifſi.

Perincommodus, a, um, valde incommodus. Liv. l. 37. c. 41. Quæ nihil admodum Romanis, ac perincommoda Regiis erant.

Perinconſequens, entis, o. valde inconſequens, valde abſurdum. Gell. l. 14. c. 1. Per autem, inquit, inconſeque, ipſum quidem corpus, & habitum tam protundi aeris ſub alio, atque alio cœli curvamine non eundem manere.

Perinde, adv. quaſi, & ſimiliter, a per & inde. Sueton. in Galb. c. 13. Adventus ejus non perinde gratus fuit. ¶ Fere poſt ſe habet particulam quaſi. *Cic. 3. Tuſc.* Perinde ſtultiffimum Regem in luſtu capillum ſibi evellere, quaſi calvitio mætor levaretur. ¶ Vel ut. *Cic. 3. de Or.* Sed hæc ipſa omnia perinde ſunt, ut aguntur. ¶ Vel prout. *Plin. in Pan.* Meminerint, perinde conjecturam de moribus ſuis homines effe facturos, prout hoc, vel illud elegerint. ¶ Vel accicer. *5. Tuſc.* Ac philoſophia quidem, tantum abeſt, ut perinde, ac de hominum eſt vita merita, laudetur. ¶ Vel ac ſi. *Cic. Att. l. 13. ep. 49.* Quod ego perinde tuebar, ac ſi uſus eſſem. ¶ Vel atque. *Cic. pro Marc. c. 4.* Vereor, ut hoc, quod dicam, non perinde intelligi dicito poſſit, atque ego ipſe cogitans ſentio. ¶ Vel tanquam. *Gell. l. 15. c. 29.* Hoc perinde eſt tanquam ſi ego dicam. Eſt mihi nomen Julium. ¶ Vel adeo ut. *Plaut. Amph. Fac ſi perinde adeo, ut me velle intelligis. Ubi perinde adeo pro ita ponuntur.* ¶ Uſurpat etiam pro tam. *Sueton. in Dom. c. 16.* Nulla tamen re perinde commotus eſt, quam reſponſo, caſuque Aſcletarionis Mathematici. ¶ Item pro priver, æque, ſimiliter, ſine particula ſequenti, *Cic. 1. Fin. Vivendi artem tantam, tamque operoſam, & perinde fruſtuofam reliquerunt.* ¶ Item pro ad hunc modum. *Ter. Phorm. Sextantem perinde potius ſcribito mihi jam dicas.*

Perindigè, es, n. 2. valde indigeo. Tertull. Scorpiac. c. 13. Indigeamus, ſed non perindigeamus.

Perindigne, adverb. valde moleſte, indigne, graviter. Sueton. in Tiber. c. 50. Tulit perindigne actum a Senatu, ut &c.

Perindignus, a, um, adject. valde indignus. Sidon. l. 4. ep. 4. Quæ vos non perindignum eſt deliberare.

Perindulgens, tis, o. valde indulgens. Cic. 3. Off. c. 31. Et qui perindulgens in patrem, idem acerbe feverus in fratrem.

Perinfamis, me, o. 3. valde infamis. Suet. in Vitel. c. 2. Vir innocens, & induſtrius, ſed amore libertinz perinfamis. *Apul. l. 3. Metam.* Alioquin publicitus maleficæ diſciplinæ perinfames ſumus.

Perinfirmus, a, um, valde infirmus. Cic. 2. Fin. c. 16. Sunt enim levia, perinfirmia, quæ dicebantur a te.

Peringenioſus, a, um, valde ingenioſus. Cic. in Bruto. c. 23. Quod peringenioſus hominibus, neque fatis doctis plerumque contingit.

Peringratus, a, um, adject. valde ingratus. Senec. ep. 98. (al. 99.) Peringratus eſt, qui cum amiferit, pro accepto nihil debet.

Periniquus, a, um, valde iniquus. Cic. pro L. Man. Quare videant, ne ſit periniquum, & non ferendum. Adde 12. Fam. ep. 18.

Perinjurius, a, um, valde injurius. Cato apud Prifcian. l. 6. pag. 694. & 717. Puſſeb. Nam perinjurius fiet, cum mihi, &c. Adde *Minc. Fel. in Offic. c. 15.*

Perinignus, gne, o. 3. valde inignus. Cic. 1. de Leg. c. 10. An corporis pravitates, ſi erunt perinignes, habebunt aliquid offenſionis?

Perintæger, gra, um, valde integer, omnino inviolatus. Gell. l. 3. c. 5. Caſtitiatis perintægræ dicebatur.

Perinthia, æ, f. 1. comœdia Meandri, a Perintho urbe. Ter. prol. Andr. Menander fecit Andriam, & Perinthiam.

Perinthus, f. 2. Heraclea, Paſtor, Heracles, Heraclea, Περινθος, urbs Traciæ, in Corpalia prov. in ora Propontidis. Ibi olim fuit celeberrimum amphitheatrum marmoreum, ex uno lapide exciſum, quod inter orbis miracula nunerabatur.

Perinviſus, a, um, adject. molto odiato. Cic. pro Cornel. apud Aſcon. Homo Diis, ac nobilitati perinviſus.

Perinvitus, a, um, adject. valde invitus. Cic. Fam. 7. ep. ult. Ne perinvitus legerem tuas literas. Adde *Liv. l. 40. c. 57.*

Perinundo, as, a. 1. valde inundo. Alcim. Avic. l. 1. v. 267. Et nigris campis perinundat arenis.

Perinungo, is, a. 3. idem quod perungo. Varro l. 2. R. R. c. ult. Intraſcencus perinungere.

Periocha, æ, f. περιχῆ, argumentum, complexio, certæ cujuſpiam rei, vel negotii perfectæ complexio, quæ per ſe conſiſtere, atque a cæteris diſjungi poteſt, a περιχῶ, continere, quod ab ἔχω, habeo. Hujusmodi ſunt partes majores orationis, idelt exordium, narratio, confirmatio, confutatio, peroratio, item ſingulæ partes cauſæ, & ſingula argumenta, quæ in confirmatione tractantur. *Cic. Att. l. 13. ep. 25.* Ego Tyroni quidem dictavi, qui totas περιχῶς persequi ſolet. Ita legitur in quibusque optimis Edition. quamquam alibi periochas latinis literis ſit exaratum. ¶ Periocha etiam dicuntur argumenta fabularum Terentii, quæ ſcriptiſ Sulpitius Apollinaris præceptor Pertinacis Imperatoris.

Periodicus, a, um, quod ſtatis temporibus ad id, unde diſceſſit, quaſi facta periodo, revertitur, ut Febres periodicz, quæ certis temporibus abeunt, & quodam quaſi circuitu facta rursus redeunt, ut ſunt tertianæ, & quartanæ. *Plin. l. 20. c. 3.* Semina ejus ſi fuerint pari numero adalligata febribus, fanare dicuntur, quas Græci periodicas vocant.

Periódus, f. f. periado, περιόδος. Apud Rhetores periódus eſt compositum quoddam ex pluribus membris, vel incifis, quorum unum ab alio, conjunctionibus, & aliis orationis partibus quaſi vinculis quibusdam ligatum, dependet. *Cic. in Or.* In toto circuitu illo orationis, quem Græci περιόδος, nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehensionem, aut continuationem, aut circumscriptionem dicimus. *Quinſtil. l. 9. c. 4.* Periódus plura nomina dat Cicero, ambitum, circuitum, comprehensionem, continuationem, circumscriptionem. ¶ Periódus item apud Græcos accipitur pro complexione quatuor ſacrorum Græciæ certaminum, Iſthmiorum, Nemæorum, Pythiorum, Olympiorum, quod hæc ſpectacula unum poſt aliud celebrarentur, & per circuitum, ſive orbem renovarentur. Hinc apud Feſtum periódus viciffie is dicitur, qui quatuor illa certamina obivit, & in omnibus vicit.

Peripatetici, orum, m. Peripatetici, περιπατητικοί, Philoſophi illi, qui ab Ariſtotele originem habuere, a περιπατιῶ, obambulo, quod Ariſtoteles Philoſophiam ſolitus fuerit docere inambulando in Lyceo. *Cic. 1. Acad. c. 43. de Or. & alibi.* ¶ Ex Peripateticis celeberrimi fuere Ariſtoteles princeps, ejus diſcipulus Theophrastus, Strato Theophrasti auditor, deinde Hieronymus, Diodorus, Critolaus, & alii. *Cic. 1. & 2. c. Acad.*

Peripateticus, a, um, Peripateticus, ad Peripateticos pertinens. Colum. l. 9. c. 3. Scilicet Peripatetica. *Gell. l. 1. c. 3.* Peripatetica Philoſophia.

Peripetasma, um, n. 3. ἀραξῆ, ἄραξ, Germ. sippich, Gall. eſpiffier, Hifp. mantas de parid, περιπετασμά, cortinz, & tapetia, quibus parietes aularum ornatus gratia teguntur, & pavimenta inſteruntur, a περιπατιῶ, circumſpectaque obſtendo. *Cic. 4. Verr. c. 12.* Quid? illa Attalica, tota Sicilia nominata ab eodem Hero, peripetasmata emere oblitus es?

Periphraſis, f. 3. circonlocuzione, περιφρασις. Circumlocutio, Circuitio, Tro-

Tropus, cum id, quod uno, aut certe paucioribus verbis dici poterat, pluribus explicatur, a περιφρασις, circumloquor. *Quintil. l. 8. c. 6. & Aul. ad Her. l. 4.*

Periplus, us, m. περιπλους, græci significat circumnavigationem. Hinc quidam Scriptores, qui orbem maritimum aliquam descriperint, huiusmodi libros Periplus inscribere, ut Xenophon. *Plin. l. 7. c. 48.* Xenophon in Periplo, &c.

Peripneumonia, f. i. περιπνευμνία, inflammatio pulmonis cum febris acuta ex difficultate spirandi, a περιπνευμνία, pulmo. *Celsus l. 4. c. 7.* ait a Græcis peripneumonicon appellari. Hinc

Peripneumonici, m. 2. qui peripneumoniam patiuntur. *Plin. l. 22. c. 14.* Jam vero peripneumonici, pneuriticique decoctum.

Peripterus, i, περιπτερος, genus ædificii, quod ex omni parte columnarum ordine cingitur, quali circum alatus. *Vitr. l. 3. c. 1. & l. 4. c. 7. V. Bald. in Lex.*

Peritatus, a, um, adject. molto adirato. *Cic. Fam. 9. ep. 6.* Erant nobis peritati.

Periscelis, idis, f. consigia, περισκελις, ornamentum muliebri pedes, & crura ambiens, a περι, circum, & σκίλη, crus. *Horst. l. 1. epist. 17. v. 56.* sæpe catellam, sæpe periscelidem raptam sibi hentes.

Periscelium, ii, n. idem quod periscelis. *Tertull. l. 2. de cultu famin. cap. ult.*

Perillochoregia, æ, annonæ curatio, περιλοχρηγία, *Cod. Theodof. l. 14. tit. 25. & Cod. Justin. l. 21. tit. 27. § leg. 2.*

Periffologia, æ, f. περιφολογία, superflua locutio, vitiosa quædam periphrasis, vitium Grammaticale, cum oratio inani verborum turba, & copiosa loquacitate obruitur, a περιφολογία, redundans, & λόγος, sermo. *Virg. l. 1. Æn. Faciem mutatus, & ora Cupido.* Ubi Serv. & ora, Periffologia est. *V. Quintil. l. 8. c. 9.*

Peristerion, onis, m. colymbæ, περιστεριον, idem, quod peristerotrophium, hoc est locus, ubi colymbæ educantur, a περιστερά, colymbæ. *Varro l. 3. de R. R. c. 7.* Græcis literis scribitur.

Peristerion, m. 2. περιστεριον, περιστεριον, herba, al. verberna, & verberna, a περιστερά, colymbæ, quod colymbæ unice hac herba delectentur. *Plin. l. 25. c. 10.*

Peristerotrophion, n. 2. colymbæ, περιστεροτροφιον, locus, in quo colymbæ habentur, a περιστερά, colymbæ, & τροφή, alo. Latine dicitur columbarium. Sed aliqui volunt, columbarium proprie esse loculamentum in peristerotrophionibus columbarum paribus præparatum. Græcis literis scribitur hæc vox a *Varro l. 3. de R. R. c. 7.*

Peristroma, atis, n. 3. περιστρωμα idem est, ac peripetasma, siue autium, vel affine illi est, περιστρωμα, circumstratum. *Plaut. Pseud. a. 1. sc. 2. v. 13.* Ut ne peristromata æque pista sint Campanica. *Cic. 2. Phil. c. 27.* Conchyliatis Cn. Pompeji peristromatis fervorim in cellis lectos stratos videres.

Peristylum, n. 2. περιστυλιον, locus columnis clausus, circumquaque porticum habens, vel saltem a tribus lateribus, a περι, circum, & στυλιον, columna, quasi circumcolumnium. *Vitr. l. 5. c. 11.* In palæstris peristylia quadrata, siue oblonga ita sunt facienda, uti duorum stadiorum habeant ambulationis circuitiorem.

Peristylum, i, n. idem, ac peristylum. *Cic. pro Domo c. 44.* In Palatio pulcherrimo prospectu porticum cum conclavius pavimentatam trecentum pedum concupierat, amplissimum peristylum. *Varro l. 3. de R. R. c. 5.* Peristylum tectum tegulis. *Auson. de Urbib. Cunctaque marmoreis ornata peristyla lignis.*

Perite, adv. dotissime, εραπιδως, docte, sapienter, cum peritia. *Cic. 2. de Leg. Quod institutum perite a Naima, posteriorum Pontificum negligentia dissolutum est. Senec. epist. 90. (al. 89.) Multa tacit aut peritius, aut exercitatus. Cic. Verr. 4. c. 54.* Literas peritissime, & callidissime venditabat.

Peritia, æ, f. περιτις, peritia, εμαρτια, cognitio, scientia. *Quintil. l. 2. c. 15.* Grætiæ, ac voluptatis peritia. *Tacit. 1. Ann. c. 69.* Peritia morum Tiberii. *Sallust. Jug. c. 46.* Peritia locorum.

Perito, as, n. 1. freq. a pereo. *Plaut. Cap. 3. 5. 32.* Qui per virtutem peritat, non interit.

Peritonæum, i, n. περιτοναιον, membrana tenuissima, sed firmissima, omnibus tum visceribus, tum intestinis, reliquisque partibus interioris ventris circumtexta, a περιτοναιον, circumquaque extendor. Ipsa vox Græca est, & græcis literis scribitur a *Celsol. 4. c. 1. & l. 7. c. 4.*

Peritæum, m. 2. περιτηιον, h. e. peritorum. Ita vocatur a *Vitruo.* ipsum ballistæ foramen, *l. 1. c. 2. & l. 10. c. 7.*

Peritus, a, um, perito, pratico, docto, σοφω, Germ. vovulberichte, Gall. experte, & savant, Hisp. docto, experimentado, εμαρτιος, intelligens in aliqua re, sciens, gnarus, ab antiquo peritor, h. e. tento, discio, *Non. c. 5. n. 26.* Doctum, & peritum cum simile videantur, a Tullio discretum est, ut sit peritum plus, quam doctum. *Cic. 3. Off.* Itaque cum sint docti a peritis, deficiunt facile sententia. ¶ Construitur vel absolute. *Cic. 1. de Or. Ut inter homines peritos constare video.* ¶ Vel cum gen. *Id. pro Cluent. c. 38.* Quis iudiciorum, atque eius dignitatis peritor? *Id. pro Leg. Manil. c. 23.* Bellorum omnium peritissimus. ¶ Vel cum acc. & præp. ad. *Cic. pro Font. c. 15.* Ad usum, ac disciplinam peritum, ad consilia prudentem. ¶ Vel cum abl. *Cic. pro Cluent. c. 38.* Quis P. Oclavio Balbo ingenio prudentior, iure peritor commemorari potest? ¶ Vel cum abl. & præp. de, vel in. *Varro l. 1. de R. R. c. 2.* Qui de agricultura Romanus peritissimus fuit. *Cic. l. 1. de Or. c. 15.* Peritissimus in iis ipsis rebus, quas, &c. ¶ Sæpe coniungitur cum usu, qui est abli. causæ. *Cic. 1. Off. c. 41.* Adhibere doctos homines, vel etiam usu peritos. ¶ Interdum & cum infinito, præsertim apud Poetas. *Virg. Ecl. 10.* cantare periti Arcades. *Tacit. in Agric. c. 8.* Peritus obsequi, eruditusque utilia honestis miscere.

Periucunde, adv. valde iucunde. *Cic. Att. l. 13.* O hospitem mihi tam gravem æmulo maliorum. Fuit enim periucunde. Adde *pro Cel. c. 11.*

Periucundus, a, um, ἀσπι γυατο, valde iucundus. *Cic. 1. Fam. ep. 7.* Cui quidem litteræ tuæ periucundæ fuerunt. Adde *2. de Orat. c. 7.* ¶ Dividitur etiam, interjecto verbo. *Id. 3. ad Q. Fr. ep. 1. c. 4.* Id mihi pergratum, perque iucundum erit.

Periurancilla, æ, f. parvum perjurium. *Plaut. Stich. 3. 1. 76.* Ao periurancillas parasiticas.

Periuratus, a, um, nom. partic. passivæ significationis, perjurio violatus. *Quid. 3. Amor. eleg. 11. v. 22.* Et perjuratus in mea damnata Deos.

Periuriosus, a, um, idem ac perjurus. *Plaut. Truc. l. 2. 52.* Prociacores estis vos, sed illi perjuriosi.

Periurium, ii, n. giuramentum falso, פריע, Ger. ein meynid, Gall. parjurement, Hisp. perjurio, επιορκια, iururandum violatum, iuramentum falsum, a perjurio. *Cic. Of. 3. c. 29.* Quod ex animi tui sententia iuraris, id non tacere, perjurium est. *Id. 2. de Leg. c. 9.* Periurii poena divina exitum, humana defectus.

Periuro, as, n. 1. idem quod perjuror. *Hor. l. 2. sat. 3. v. 127.* Quare, si quidvis satis est, perjuras, iurpatis, aufers undique?

Periurus, a, um, spergiuro, פריע, Ger. meynidig, Gal. parjure, Hisp. perjurado, επιορκος, qui iururandum violat, qui iurando jus pervertit. *Cic. pro R. Com.* At quid inter perjurum, & mendacem? *Plaut. Mil. l. 1. 21.* Perjurior hoc homine non est. *Cic. pro R. Com. c. 7.* Nam Balionem illum improbitissimum, & perjurissimum lenonem cum agit.

Perlabor, eris, j. 3. idem ac labor. *Virg. 1. Æn. v. 151.* Atque rotis summas levibus perlabitur undas. *Cic. Att. l. 9.* Et iam de supero mari perlabor.

Perlætus, a, um, vehementer lætus. *Liv. l. 10. c. 21.* Supplicatioque perlæta fuit.

Perlate, adv. valde late. *Cic. 2. de Or. c. 4.* Idque in fermonis nostri consuetudine perlate patet.

Perlatæo, es, ui, n. 2. omnino lateo. *Ovid. 3. de ar. am. v. 416.* Inque sua turri perlatusset anus.

Perlatio, onis, f. tollerantia, verbale a perfero. *Lactant. l. 5. c. 22.* Patientia est malorum cum æquanimitate perlatio.

Perlato, oris, m. qui adest, ripostatore, *Ammon. l. 21. c. 32.* Perlatores capto. *Symmach. l. 5. ep. 30.* Perlatores harum literarum.

Perlatus, a, um, o. 1. 2. allatus, portato, particip. a perfero. *Virg. 11. Æn. v. 803.* hausta perlata hæsit. *Curr. l. 5. c. 12.* Ad illos clamore perlato. Perlavo, as, avi, atum, a. 1. perfecte lavo. *Tertull. de Panis. c. 4.* Te peccatorum fluctibus merum perlavabit. Adde *Apic. l. 8. c. 7.*

Perlecebra, æ, f. idem, ac illecebra. *Plaut. Aïn. l. 2. 7.* Te perdam ego, & filiam, perlecebræ, pernicies, adolescentum exitium.

Perlecto, as, a. 1. freq. a perlectio. *Cic. pro Flacco c. 8.* Egentes, & levibus spe legationis, & viatico publico, privata etiam benignitate perlectat. Aliqui legunt prolectas.

Perlego, is, egi, ectum, a. 3. legger tutto, επιλεγυμαι, a principio ad finem usque lego. *Cic. 1. de Div. c. 5.* Perlegi, ille inquit, tuum paulo ante tertium de natura Deorum. ¶ Translate sumitur pro diligenter intueri, contemplari. *Virg. 6. Æn. v. 34.* Quin protinus omnia perlegerent oculus. *Ovid. 1. Fast. v. 591.* Perlege dispositas generosa per atria ceras.

Perlepidæ, adv. valde lepide. *Plaut. Cas. 5. 2. 47.* Perlepidæ narrat.

Perlepidus, a, um, valde lepidus. *Plaut. Pseud. 2. 4. 53.* Euge perlepidæ Charine, me meo ludo jam beas.

Perlevis, ve, o. 3. valde levis. *Cic. de Leg. Agr. 2. c. 29.* An ignoratis, cætera illa magnifica P. R. vectigalia perlevis sæpe momento fortunæ inclinatione temporis pendere?

Perleviter, adv. valde leviter. *Cic. Q. Fr. l. 2. ep. 6.* Perleviter commotus. Adde *3. Tus. c. 25.*

Perlibenter, adv. valde libenter. *Cic. de Univers. c. 1.* Perlibenter & Nigidium vidi, & cognovi Cratippum. Adde *lib. 8. Attic. epist. 14.* ¶ Dicitur & perlibenter.

Perliberalis, le, o. 3. valde liberalis. *Ter. Heec. 5. 4. 24.* Perliberalis visa est. Perliberaliter, adv. valde liberaliter. *Cic. Att. l. 10. ep. 4.* Hoc loco multa perliberaliter.

Perlibratio, onis, f. actus perlibrandi. *Vitruv. l. 8. c. 6.* Perductionis (aquarum) prima ratio est perlibratio. *V. Libratio, & Libramentum.*

Perlibratus, a, um, æquilibratus, æquatus. *Col. l. 3. c. 13.* Sic permentum, & perlibratum opus in similitudinem verachi semper procedit.

Perlibro, as, avi, atum, a. 1. διαπραγματίζω, e diligenter, ac perfecte mensurare, & ad libram æquare, siue æqualem tacere. *Col. l. 3. c. 13.* Nam stella pariter imæ toffe solum metitur, itque perlibrat. ¶ Interdum pro librando torquere sumitur, *Silius l. 2. v. 189.* (æquamque bipennem perlibrat in dædæ fronti. *Et l. 5. v. 321.* tervidus haustum perlibrat.

Perlicio, V. Pellicio.

Perligatus, a, um, valde ligatus, constructus. *Plaut. 1. 2. 28.* O perligatum pectus. Rectius tamen legitur præligatus.

Perlimo, as, a. 1. *Vitruv. l. 5. c. 9.* Ex viridibus subtilis & extenuatus aer oculorum perlimat speciem. h. e. extergit, acutam reddit, & puriorem, quasi lima expoliens.

Perlinio, is, ivi, itum, a. 4. valde linio, multum, perfecte, unlique, totum oblinio. *Col. l. 9. c. 12.* Protinus cultos novum loculamentum in hoc præparatum perliniat intus prædictis herbis.

Perlino, is, lini, vel livi, vel levi, litum, a. 3. idem, ac perlinio. *Col. l. 7. c. 5.* Et tunc picæ liquida cum adipe suilla perlinuntur.

Perliquidus, a, um, adject. valde liquidus. *Cels. l. 2. c. 4.* Si quod defendit, est perliquidum.

Perlitteratus, a, um, adject. valde literatus. *Fragment. Cic. pro Q. Gall. apud Hieron. ep. 2.* Homo perlitteratus.

Perlito, as, n. 1. perfecte lito, sacrificio factio, Deos placo, votumque impetro. *Liv. l. 41. c. 15.* Saluti Petilium perlitaiffe negant. *Valer. Antias,* apud *Gell. l. 1. c. 7.* Si hæc res divinæ factæ, riteque perlitata essent. ¶ Et imperf. *Liv. l. 6. B. Mac.* Ea omnia sacrificia læta fuere, primique hostiis perlitatum est.

Perlitus, a, um, περιλιτος, partic. a perlinor. *Plaut. Cas. 2. 3. 23.* Seneca etate unguentis perlitus ignave incedis. Alii leg. unguentus per viss.

Perlonge, adv. valde longe. *Ter. Eun. 3. 5. 61.* Perlonge est, sed tanto ocyus properemus.

Perlonginquus, a, um, valde longinquus. *Plaut. Bacch. 5. 2. 77.* Jam pol id quidem esse haud perlonginquum.

Perlongus, a, um, valde longus. *Plaut. Trin. 3. 3. 17.* Nunc si operiri vis adventum Charmidis, perlongum est. *Cic. Att. l. 5. ep. 20.* Perlonga, & non fatis tuta via.

Perlubens, entis, o. valde lubens, seu gaudens. *Cic. ad Q. Fr. l. 2. ep. 8.* In quibus me perlubente Servius allusit est.

Perlubenter. V. Perlibenter.

Perlubet, ebat, buit, vel bitum est, imp. 2. vehementer lubet, valde cupio, *Plaut. Cap. 4. 3. 53.* Perlubet hunc hominem colloqui.

Perlucæo,) V. Pelluceo &c.
Perlucidus,)

Perluctuosus, a, um, valde luctuosus. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 8.* Serrani domestici filii unum perluctuosum.

Perludo, is, n. 3. idem, ac ludo. *Prop. l. 4. el. 4.* Vidit arenosis Tatum perludere campis. Alii leg. proludere. *Mansl. l. 5. v. 81.* Totum perludere circum.

Perlumino, as, a. 1. valde illumino. *Tertull. de carne Christi c. 4.* Carnem cæcam perluminat.

Perludo, is, ui, utum, a. 3. idem ac lavo, vel multum lavo. *Ovid. 5. Fast. v. 435.* Cumque manus pure fontana perluit utum. *Al. leg. proluce. Colum. l. 6. c. 8.* Tuum vino perluitur os. *Id. l. 9. c. 16.* Postquam diligenter aqua dulci perlutæ sunt.

Perluforius. V. Proluforius.

Perlufro, as, avi, atum, a. 1. idem, ac lufro, vel diligenter, & attentè lufro. *Liv. l. 7.* Perluftravitque hostium agros. *Id. l. 25. c. 9.* Perluftrantque omnia oculis. *Cic. in Part. c. 11.* Huius igitur materis ad argumentum subiectæ perluftrandæ animo partes erunt omnes.

Permscer, cra, crum, valde macer. *Plin. l. 18. c. 6.* Omnis creta coquit, nisi permacra. Adde *Cels. l. 2. c. 21.*

Permacro, as, n. 1. valde, seu perfecte macero, subigo. *Vieru. l. 7. c. 2.* Calculi in opere cum permacerantur, dissolvunt tectorii exploitationes.

Permadetatio, is, eci, actum, a. 3. valde maderatio. *Plaut. Mostell. l. 2. 63.* Pro imbre amor advenit, permadefecit cor meum.

Permadefectio, is, dui, n. 3. valde maderatio, διαβιβήματα. Translate *Senece. de Provid. c. 4.* Fugite enervatam felicitatem, qua animi permadefecit. hoc est debilitantur. *Id. ep. 25.* Delicium permaduimus. Proprie *Colum. l. 2. c. 4.* Quasi hibernis pluvius terra permaduerit.

Permagnum, a, um, παραμύγιος, valde magnus. *Cic. l. 1. Fin.* Fieri tamen permagnum accessio potest. *Id. l. 1. Tusc.* Permagnum existimans, tres Olympionicas una ex domo prodire. *Id. in Partit.* Permagnum interest. *Id. 5. Ver.* Permagno decumas vendidisti.

Permale, adv. *affai mala nente. Cic. l. 1. Att. ep. 19.* Sequani permale pugnantur. Al. leg. male.

Permananter, adv. παρασπύριον, transitorie, penetrabiliter, a permano. *Lucr. l. 6. v. 916.* Usque adeo permananter vis pervaleat ejus.

Permanasco, is, n. 3. idem, ac permano, vel incipio permanare. *Plaut. Trin. l. 2. 118.* Unde ad eum id possit permanascere.

Permaneo, es, si, sum, n. 2. stare, perseverare, durare, μένω, συμμνω, est manere in aliquo loco, usque ad finem perseverare, durare. *Cic. 2. Fis.* Nam cum semel est suscepta beata vita, tam permanet, quam ipsa efficitrix beata vitæ sapientia. *Id. de Am.* Aliter amicitie stabiles permanent non possunt. *Cels. l. 5. B. G. c. 4.* Ut in officio permaneret. *Senece. ep. 77.* Virtus sola permanet tenoris sui. Rursum *Cic. 5. de Fin.* Permanere in sententia. *Lucius ad Cic. l. 5. Fam.* Permanere incepto.

Permano, as, avi, atum, n. 1. scovrere, penetrare, נכר, נכר, Ger. dur chfiessen, Gal. couler paroir, Hil. manar, παραμύγιον, penitus manere, manando penetrare, descendendo. Constituitur cum acc. tere cum præp. in, vel ad. *Cic. pro Cluena.* Celerius potuit comsum, quam epotum in venas, atque in omnes partes corporis permanare? *Id. 2. de nat. Deor.* Succus is, quo alimur, permanat ad jecur per vias quasdam &c. ¶ Interdum cum præp. per. *Lucr. l. 3. v. 700.* Permanare animam nobis per membra solere. ¶ Translate sumitur pro vulgari. *Plaut. Capt. 2. l. 25.* Neve permanet palam hæc nostra fallacia. ¶ Item pro pervenire. *Cic. pro Domo, c. 46.* Quæ etiam ad nostras aures sæpe permanant.

Permansio, onis, f. διαμνη, perseverantia. *Cic. l. 1. Fam. ep. 9.* Nunquam præstantibus in Repub. gubernanda viris laudata est in una sententia perpetua mansio. Adde *2. Invent. c. 54.*

Permarinus, a, um, adject. Permarinos Lares, de quibus mentio fit apud *Liv. l. 45. c. 52.* quidam putant fuisse, quos veteres in navibus colerent, quemadmodum Lares familiares, quos domi. In vetere quodam Lexico Lares permarini exponuntur διαμνησθαι θεοί, teste *Turnebo.*

Permaturoscus, is, rui, n. 3. prolixus maturus fidi. *Ovid. 4. Met. v. 165.* Nam color in pomo est, ubi permaturoscus, ater. Adde *Cels. l. 2. c. 24.*

Permaturo, as, a. 1. ad perfectum maturitatem perduco. *Hygin. fab. 136.* Morum, cum permaturoscum nigrum. Al. leg. permaturoscum.

Permaturo, a, um, adject. ben maturo. *Colum. l. 12. c. 48.* Cum jam nigruerint, nec adhuc tamen permaturoscæ fuerint. *Cels. l. 6. c. 13.* Non permaturoscæ mandere.

Permaxime, idem quod maxime. *Cato R. R. c. 38.* Austrum permaxime caveto. Adde *Apulei. l. 10. Metam.*

Permediocris, cre, o. 3. παραμειροσ, admodum mediocris. *Cic. l. 1. de Or. c. 51.* Permediocris, ac potius levis motus debere esse dicunt.

Permeditate, adv. cum diligenti meditatione. *Plauti exemplum V. in Meditate, ubi per Tmesim per quem meditate legiunt.*

Permeditatus, a, um, adject. *Plaut. Eptid. 3. 2. 29.* Eam (fidicinam) permeditatum meis dolis mittam. h. e. probe instructam. Alii legunt permeditatum.

Permeabilis, le, adject. qui transit potest. *Solin. c. 47. (al. 60.)* Latitudo vix est plaustro permeabilis.

Permeator, oris, m. qui permeat. *Tertull. Apolog. c. 21.* Permeator universalitatis spiritus.

Permeatus, a, um, passivo, particip. passivæ significationis. *Ammian. l. 21. c. 25.* Permeato flumine. Et *l. 24. c. 8.* Navigiis parvis permeato amne.

Permenfus, a, um, particip. passivæ significationis, ben misurato. *Colum. l. 3. c. 13.* Permenfum, & perlibratum opus. *Tibull. l. 3. cl. 3.* Permenio defunctus tempore lucis. h. e. transacto.

Permeno, as, avi, atum, a. 2. passivo, penetrare, διαδύνα, meo per aliquam rem, prætergredior, penetrare. *Cic. 4. Acad. c. 37.* Quod quædam animalis intelligentia per omnia ea permeat, & transeat. *Plin. l. 31. c. 5.* Quoniam Alpheus in ea insula sub ima maria permeat.

Permeredo, es, ui, ritum, a. 2. multum & legitime mereo, de militanti-bus dictum. *Stat. l. 1. Silv. 4. v. 73.* Sole sub omni Permeruit jurata manus.

Permessis, idis, adject. patronym. fœmininum a Permessio. *Martial. l. 1. epigr. 77.* Quid tibi cum Permedide lympha? Al. Permessidos unda, quo pacto accipitur pro Permessio.

Permessius, a, um, adject. ad Permessum pertinens. *Claudian. de laudib. Severi, v. 8.* Fons Aganippea Permessius educat unda.

Permessus, m. 2. Permessio, Περμαστος, fl. Bœotizæ, Phœbo & Musis sacer, qui ex Helicone M. nascitur, & in Copaidem lac. apud Haliartum opp. influit. *Virg. Ecl. 6.* errantem Permessi ad flumina Gallum.

Permessor, iris, enfus sum, d. 4. idem, ac metior. *Cic. 4. Acad. c. 41.* Vos folis magnitudinem quasi decem-peda permenfi. ¶ Item peragro. *Virg. 3. Æn. v. 157.* Nos tumidum sub te permenfi classibus æquor.

Permetio, is, ui, a. 3. valde metuo. *Virg. 2. Æn. v. 572.* Et pœnas Danaum, & deserti conjugis iras permetuens.

Permitto, as, avi, atum, n. 1. idem ac milito, seu justum militiæ tempus milito. *Ulpian. l. 9. Dig. de excusatione.* Si tribunus in cohortibus Prætoris permittaverit.

Permingo, is, xi, ctum, n. 3. scompisciare, mingendo conspurco. *Horat. l. 1. sat. 2. v. 44.* Hunc permixerunt calones.

Perminutus, a, um, valde minutus. *Cic. 2. Tusc. c. 13.* Ut omnia præ terea, quæ bona corporis, & fortunæ putantur, perexigua, & perminuta videantur. Al. leg. minuta.

Permirandus, a, um, valde mirandus. Per tmesim divisum legitur apud *Gell. l. 3. c. 6.* Per hercle valde mirandum.

Permirus, a, um, valde mirus, magnopere admirandus. *Cic. 2. de Divin. ut mihi permirum videatur, quenquam extare, &c. Id. l. 3. Fam. ep. 10.* Illud vero permirum mihi accidit. *Id. l. 1. Orat. c. 49.* Per mihi mirum vitium est.

Permiscio, es, isui, a. 2. μεταμύγειν, valde misceo, admodum miscendo confundo. *Cic. 4. Ver.* Non modo illa, quæ erant ætatis, ordinis, quæstusque permiscuit. *Id. in Vatin. c. 5.* Suas fordes cum clarissimorum virorum virtute permiscere. *Plin. l. 12. c. 19.* Permisceri conubio. *Silius l. 15.* Cœlum peragro permiscuit Euris.

Permissio, onis, f. permiffione, concessione, רישון, Germ. zullassung, Gall. permission, Hsp. permission, αναχώρησις, actus permittendi, concessio. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 17.* Quod tibi mea permissio mansionis tuæ

grata est. ¶ Apud Rhetores *Permissio*, Græce ἐπιτροπή, est Fighra tententiarum, per quam Orator alicui rei vehementer confidit, & ostendit, se eam audientium voluntati tradere, atque concedere. *Auf. ad Her. l. 4. c. 29.*

Permissor, oris, m. qui permittit. *Tertull. l. 1. advers. Marcion. c. 22.* Mali permissor.

Permissum, i, n. res concessa, & permissa. *Horat. l. 2. ep. 1. v. 45.* Utor permissio. Adde *Ulpian. l. 8. l. 1. Dig. ut. 7.*

Permissus, us, m. idem ac permissio. *Cic. 1. Off.* Cum Annibalis permissus existit e castris. Adde *Arusp. Resp. c. 12.*

Permissus, a, um, nom. particip. permissio, commisso. *Liv. l. 4. c. 39.* Cognitio ejus rei L. Sergio permissa. *Lucan. l. 1. v. 595.* Quibus sacri permissa potestas.

Permixte, vel Permixte, adv. mescolatamense, valde confuse. *Cic. 1. de Invent. c. 30.* Neque permixte cum partibus implicatur.

Permixtum, vel Permixtum, adv. permixte. *Prudent. in Hippolyto, v. 129.*

Permixtio, vel Permixtio, onis, f. 3. δάμμις, idem ac mixtio. *Cic. de Un. c. 12.* Superiorisque permixtionis reliquias fundens æquabat.

Permixtus, vel Permixtus, a, um, valde mistus. *Cic. 1. de Div. Quæ permixti cum corpore animi videre non possunt. Id. pro Planc. c. 38.* Fructus magna acerbitate permixtus tuli. *Horat. l. 1. od. 1.* Lituo tubæ permixtus sonitus.

Permittis, te, o. 3. valde mitis, perfecte maturus. *Colum. l. 12. c. 41.* Et forba non permittia divisa, exemptis feminibus.

Pervula, æ, f. *taschetta*, parva pera, sacculus. *Senec. epist. 90.* Fregit exemptum et perula calicem. *Apul. l. 5. A. A.* Quantum boni geris in ista perula?

Perunctio, onis, f. idem ac unctio. *Plin. l. 28. c. 16.* Perunctioe prodesse dicitur.

Perunctus, a, um, nom. ex particip. unctus. *Horat. epod. 5.* Nardo perunctus. *Id. de ar. poet. v. 277.* Incibus ora peruncti.

Perungo, is, nxi, unctum, a. 3. valde ungo, circumquaque ungo. *Cic. 1. Tuscul. c. 47.* Corpora oleo perunxeruat.

Pervolatus, a, um, adiect. qui pervolat. *Tertull. de anim. c. 46.* Vis vaga, & pervolativa.

Pervolgo, as, n. 1. pervagor, apud vet. *Lucr. l. 2. v. 163.* Tempore, quo Solis pervolant fulgura cælum. *Adde v. 346.*

Pervolitantia, æ, f. circumvolatio. *Vitruv. l. 9. c. 7.* Mundi circa terram pervolitantia.

Pervolito, as, n. 1. freq. a volo. *Virg. Æn. v. 24.* Omnia pervolitant late loca.

Pervolo, as, avi, atum, n. 1. *διπρωτος*, idem ac volo, vel valde volo, celeriter volo. *Ovid. 2. Fast.* Et æriuin pervolat altus iter. ¶ Translate *Cic. in Somn. c. 1.* Quibus agitur, & exercitatus animus velocius in hanc sedem, & domum suam pervolabit. *Juven. sat. 6.* pervolare urbem totam.

Pervolo, vis, lui, anom. 3. valde volo, *περοδύωμαι*. *Plaut. Pseud. 1. 2. 23.* Faciant adversus eos, qui pervolunt. Alii rectius leg. *quod volunt.* Itaque ex hoc verbo in usu sunt *pervolium*, *pervellem*, & *pervelle*. *Cic. l. 1. Att. ep. 1.* Quod abs te mihi ignosci pervellim. *Liv. l. 39. c. 43.* Illum negasse unquam vidisse quemquam, & pervelle id videre. *Cic. Attic. l. 11. ep. 14. extr.* Quem videre pervellem. ¶ In aliis personis, & temporibus exempla nondum vidimus.

Pervolve, is, olvi, utum, a. 3. *volgere da ogni parte*, διακινιδω, magna vi volvo, valde verso. *Plin. l. 33. c. 4.* Erumpit torrens tanta vi, ut saxa pervolvat. ¶ Translate fumiur pro valde exercere. *Cic. 2. de Or. Deinde ut in iis locis pervolvatur animus. ¶ Item pro diligenter legere. Catull. de Smyrna. corm. 96.* Smyrnam incana diu sæcula pervolvunt. ubi dixeris usus est metri causa.

Pervolvito, as, a. 1. *avivivo*, freq. a *pervolve*, & usurpatur pro omnī adhibita diligentia legere. *Cic. Att. l. 5.* Quoniam meos cum Thallumeto nostro pervolutas libros. *Id. 1. de Or. c. 34.* Omnium bonarum artium scriptores, ac doctores & legendi, & pervolutandi.

Perurbane, adverb. *molto civilmente*. *Sidon. l. 5. ep. 17.* Respondit ille perurbane.

Perurbanus, a, um, valde urbanus. *Cic. in Brut.* Etiam L. Torquatus elegans in dicendo, in existimando admodum prudens, toto genere perurbanus.

Perurgo, es, rsi, a. 2. valde urgeo. *Spartian. in Severo, c. 23.* Cum videret se perurgeri hora mortis. *Trebell. Poll. in Gallien. c. 5.* Cum Aureolus perurgeret Illyricum.

Perurio, is, usi, usum, a. 3. *dracuius*, valde urdo, urendo confumo. *Plin. l. 34. c. 17.* Eadem in aqua calidus æreus quadrans si addatur vas perurio. *Plin. alter l. 7. ep. 1.* Ardentissima febre peruri. *Adde Ovid. 3. de ar. am. v. 543.* *Sueton. in Tiber. c. 25.*

Perusia, æ, f. *Perugia*, *Perpola*, urbs Italiæ, una ex 12. primis Tuscorum Colonis, condita ab Achæis, ampla, & culta, cum ære munita, in monte, apud Tyberim in confinio Umbriz, media tere inter urbem Romam, & Florentiam. A quibusdam dicitur *Perusum*, n. sed *Plin.* tamen l. 3. c. 5. & *Vellei. l. 2. c. 74.* in fœminino genere usurpat.

Perusinus, a, um, quod ad Perusiam urb. spectat, ut *Perusina fames*, quæ in proverbio est, postquam M. Antonius ab Augusto obessus, fame coactus est dediticem facere. *Lucan. l. 1. v. 41.* His Cæsar, Perulina fames, Mutinæque labores Accendant satis. ¶ *Perusini*, orum, Perusiz incolæ. *Vellei. l. 2. c. 74.* In Perusinos ira militum ævum.

Perustus, a, um, partic. a peruror. *Prop. l. 4. el. 10.* Coma sole perusta. ¶ Sumitur etiam translate pro vehementer cupido. *Cic. l. 13. Fam. ep. 16.* Etiam hominem perustum etiamnum gloria volunt incendere. ¶ Item pro peritro, *logorato*. *Horat. epod. 4.* Ibericus peruste funibus latus, & crura dura comede. Et translate *Senec. in Med. v. 547.* perustum pectus curis. ¶ Terra perusta gelu, apud *Ovid. 3. Trist. el. 4. v. 49.* dicitur, quæ ita frigore constringitur, ut herbas non pariat, velut si igne perusta esset.

Perutilus, le, o. 3. *perutilis*, valde utilis. *Cic. Att. l. 9. ep. 17.* In hac enim fortuna perutilus ejus & opera, & fidelitas effert.

Pervulgare, adverb. valde usitato more. *Gell. l. 16. c. 7.* Cocionem pervulgare dicit, quem veteres *avulatore* dixerunt.

Pervulgatus, a, um, adiect. valde usitatus, notus, consuetus. *Cic. 2. Verr. c. 34.* Pervulgatum apud omnes. *Id. ib. c. 42.* Res clara, testata, & pervulgata. *Gell. l. 7. c. 17.* Quod videtur notius, pervulgatiusque esse. *Auct. ad Heren. l. 4. c. 8.* Ex infima, & pervulgatissima verborum dignitate.

Pervulgo, as, avi, atum, a. 1. *divulgare*, *divulgaris*, divulgo, in vulgus semino. *Cic. pro Syll.* Illas tabulas describi ab omnibus statim libaribus, dividi passim, & pervulgari, atque edi populo imperavi. ¶ Interdum est

est corpus suum prostituere. *Cic. pro Cal. c. 16.* Mulier, quæ se omnibus pervulget.

Pes, pedis, m. *pedes*, פֶּדֶס, Ger. *der fuß*, Gal. *ped*, Hisp. *pié*, πῆξ, extrema, & infima pars in corpore animalis, quæ incedit, sive graditur, a = π, quod Æolice πῆξ, unde *pes* o in e converso. *Cic. 2. Tusc.* Si pes condoluit, si dens, terre non possumus. *Id. 1. de Or. de calceis Sicyoniis*: Quamvis essent habiles, & apti ad pedem. *Ovid. 5. Metam.* iūs pedis, un calceio. *Id. 12. Metam.* certamine pedum vincere, nel corso. ¶ *Pede presso, a pié fermo. Liv. 1. 8.* Si hastati profligare hostem non possent, pede presso eos retrocedentes in intervalla ordinum principes recipiebant. ¶ *Pes* inditgre in aliquem locum, est ingredi, accedere. *Cic. Liv. Plaut.* ¶ *Ferre pedem*, est ire, venire. *Virg. 3. Æn.* Ferte simul Fauniquæ pedem, Dryadefque puellæ. *Senec. in Med.* Huc fert pedes, & illuc. Sic *Horas. Epod. 11.* incerto pede ferri. h. e. titubare eundo, vel quo eundem sit, dubitare. ¶ *Relerere pedem*, *torner' indierere, visirari. Quintil. 1. 6. c. 15.* Ab iis, quæ non adjuvant, quam mollissime pedem oportet referre. Sic, revocare pedem, apud *Virg. 9. Æn.* ¶ *Pedibus stipendia facere*, & pedibus merere, *militare in qualid di pedone. Liv. 23. c. 18. & alibi.* ¶ *Conficere iter pedibus, andar per terra. Cic. in Vatim. c. 5.* Cum iter illud Hispaniensis pedibus fere confici soleat, aut, si quis navigare velit, certa sit ratio navigandi. Adde *Ces. l. 2. B. Civ. c. 21.* ¶ *Item andar a piedi. Cic. 5. Att. ep. 9.* ¶ *Pedem porta esse, uscire, Cic. Att. l. 7. ep. 2.* ¶ *Conferre pedem cum aliquo, est congregari, accurrari, associari, contrastare. Cic. pro Plane.* Non possum magis pedem conferre, ut ajunt, & propius accedere. *Liv. 1. 26.* Collato pede præliari. *Quintil. 1. 5. c. 13.* Tam molesta sunt (adversariorum objecta, vel argumenta) ut pedem conferre cum singulari non expedit. Sic, congregi pede, *Virg. 12. Æn.* ¶ *Descendere ad pedes dicuntur equites*, cum ex equis descendunt, *smontare. Liv. 1. 9. c. 22.* ¶ *Pedem trahere, est claudicare, zoppicare. Ovid. de remed. Amor. Iuven. de poematis alterno versu brevioribus constantibus.* Liber in adversos hostes stringatur iambus; Seu celer, extremum seu trahat ille pedem. ¶ *Trahi pedibus aliquid dicitur*, cum contemnunt, & nihil pensi habetur: ex eo ductum, quod victi hostes solebant pedibus trahi, quemadmodum de Hectore ab Achille, & de Caco ab Hercule raptatis legitur apud *Virgil. & Ovid.* Hinc *Cic. Att. l. 4. ep. 16.* Fratrem mecum, & te si habeo, per me ita pedibus trahantur. Alii leg. *trahuntur.* h. e. non laboro, etiam si ista pessime administrantur. *Id. 7. Fam. ep. 32.* De iudicis multo laboro minus; trahantur per me pedibus omnes rei. ¶ *Ante pedes esse dicuntur*, quæ præsentia sunt, & omnibus obvia. *Terent. Adolph. 3. 4. 23.* Istiuc est sapere, non quod ante pedes modo est, videre, sed etiam illa quæ futura sunt. *Cic. 3. de Or. c. 40.* Posita ante pedes trahantur, & alia longe repetita sumere, specimen est ingenii. ¶ *Suo pede fluere, est sponte, di suo pede. Serv. in Ætina, v. 13. auream etatem describens.* Ipse fluo fuerit Bacchus pede. h. e. vinum proveniret sine laboribus agriculturalum. ¶ *Accidere ad pedes alicuius, est supplicare, Cic. 1. Attic. epist. 14.* Sic sternere se ad pedes. *Id. Attic. l. 10.* Abjicere, seu projicere se ad pedes, eodem sensu, *Id. l. 8. Attic. ep. 9. & pro Sext. c. 11.* ¶ *Ponere pedem in aliquo loco. Cic. 13. ad Attic. Pedem ubi ponat in suo, non habet, non ha palmo di terreno.* ¶ *Pulsare terram pede libero, ballare. Horat. l. 1. od. 37.* Sic alterno pede terram quatere, *Id. l. 1. od. 4.* ¶ *Servus a pedibus, vallesio, lachè. Cic. Attic. l. 8.* ¶ *Pedem, vel pedes tollere, est in obsequio apud Marcial. l. 10. epigr. 81. & l. 11. epigr. 72.* Hinc *Jo. Cic. Attic. l. 2. epist. 1. civ. med.* Noli de pede fororis quere: licet etiam alterum tollas. ¶ *Suo se pede metiri, regulari secundo le sue foræ. Horat. l. 1. ep. 7. in fine.* ¶ *Stans pede in uno aliquid facere dicitur is, qui nullo labore, imo multa facilitate aliquid facit. Id. sat. 4. l. 1. v. 9.* in hora sæpe ducentos, Ut magnum, versus dictabat, stans pede in uno. ¶ *Nec caput, nec pedes, proverbium est*, quod dicitur de re aliqua incondita, & confusa. *Plaut. Afin. 3. 3. v. 139. & Captiv. 3. 4. 28.* ¶ *Conjicere se in pedes, dari a fugge. Terent. Phorm. 1. 4. 13.* Aliquid convassassem, atque hinc me conjicerem protinus in pedes. *Id. Eun. 5. 2. 5.* omisso πo conjicere! Ubi vidi, ego me in pedes, quantum quo, in angipotum quoddam desertum. ¶ *In pedes significat stando, in piedi. Plin. 1. 10. c. 53.* Aves omnes in pedes nascuntur, contra quam reliqua animalia. ¶ *Pedibus pecuniam compensari, proverbium est Catois, apud Cic. pro Flacc. c. 29. & significat, agros ab urbe remotos minore pretio emi, sed iterum labore pretium compensari.* ¶ *Translate de multis rebus dicitur, nam de tuleris mentiarum, & lectorum sæpe usurpatur. Ovid. 8. Metam. v. 660.* mensæ sed erat pes tertius impar. *Senec. 2. de Benef. c. 34.* Pedem & nostrum dicimus, & lecti, & veli, & carminis. ¶ *Itaque pes veli est imus veli angulus, vel potius funiculus ad imum veli angulum, quo ad latera navis religato, velum expanditur; quem Græci quoque πῆξ appellat. Is duplex est, dexter, & sinister. Catull. Carm. 4.* Læva sive dextera vocatæ aura, sive utrumque Jupiter simul secundus incidit in pedem. ¶ *Hinc pedem facere, est dimidio vento navigare, cum scilicet altero veli angulo adducto, altero remisso, recto cursu navis fertur, licet ventus oblique spirat, andare a poggia, o ad orza, Gall. aller a la bouline. Virg. Æn. 5. v. 830.* Una omnes tecere pedem, pariterque sinistros, Nunc dextros solvere sinus. *Sic Lucan. l. 5. v. 427.* Et flexo navita cornu Obliquat lævo pede carbacæ. *Plin. 1. 2. c. 47.* In eadem autem ventis in contrarium navigatur, prolatis pedibus, ut noctu plerumque adversa vela concurrant, hoc est laxatis funiculis veli, & longius productis. *Virg. l. 5. Æn. v. 16.* obliquare sinus, dixit eodem sensu. *V. Obliquo.* ¶ *In carminibus pes est pars versus duabus, aut tribus, aut etiam pluribus syllabis constans, qua de re V. Grammaticos. Cic. 3. de Orat. c. 47.* Heroici pedes dactylus, anapestus, & spondeus. Hinc *Horat. l. 2. sat. 1.* claudere verba pedibus, hoc est versus facere. *Ovid. 1. Amor. eleg. 1. in fine.* Musa per undenos emodulanda pedes, hoc est hexametro versus, qui sex, & pentametro simul, qui quinque pedibus constat. ¶ *Præterea cursus aquarum interdum a Poetis pedis nomine designatur. Horat. epod. 16.* Levis crepante lympha desilit pede. ¶ *Item quidquid fundamenti rationem habet, pes vocatur; hinc qui fundamentum influit, pedem ponere dicitur, teste Var. l. 4. de L. Senec. de Tranquill. animi, c. 10.* Exiguæ sæpe aræ in multos usus describitur arte patere, & quamvis angulum pedem dispositio fecit habitabilem. *Auson. in Mosell. v. 327.* irriguis humili pede condita pratis, hoc est humili solo, vel situ. ¶ *Imæ quoque montium partes, pedes dicuntur. Ammian. 1. 14. c. 26.* Imoque pedes Cassii montis prætermeans, funditur in mare. ¶ *Est item pes mensuræ genus, quam Frontinus palmis quatuor, & uncis duodecim definit, alii palmis quatuor, uncis duodecim, & digitis sex. V. Hygin. de Limitib. constit. pag. 219. Plin. l. 6. c. 26.* Muris ducentos pedes altis, quinquagenos latis. *Cic. Attic. l. 7.* Pedem in Italia video nullum esse, qui non in istius sit potestate, non v' d' pié di terra, &c. ¶ *Huc pertinet & illud Cic. pro Deiot. Nunquam a te pedem discessit. Er 13. ad Att. Pedem e villa egressi non sumus. Quamquam in bis, & similibus exemplis non*

accipitur pes pro ea mensura, quæ modo explicata est, sed pro ipsa humani pedis magnitudine, nam *pedem non discedere*, est ne tantillum quidem discedere. ¶ *Pes* quandoque pro pediculo fructuum, & pro culculo herbarum ponitur, ut *pes uvæ* apud *Colum.* *pes betæ* apud *Varr.* ¶ *Pedes navales. Plaut. Menach. 2. v. ult.* Reservato hoc, sultis, navales pedes. h. e. remiges. Alii ipsos remos interpretantur, inter quos est *Non.* Alii denique intelligunt pueros, seu servos qui in navi sunt, h. e. πῆξες. ¶ *Pedes* pro pediculis, seu vermicibus, *pidocæbi. Plaut. Curc. 4. 2. 13.* Muscæ, culicisque, pedesque, pulicisque. Adde *Varr. l. 3. R. R. c. 9.* ¶ *Pes gallinaceus, herbæ genus, alio nomine fumarica. Plin. l. 25. c. 13.* ¶ *Pes milvi, & pes milvini, alia herba, apud Colum. l. 12. c. 7.* ¶ *Omni pede standum est, proverb. agriculturalum, apud Quintil. l. 12. c. 9. ad fin.* quod significat omni contentione, totisque viribus.

Pefcia, orum, n. 2. in Saliari carmine Ælius Stilo dicitur ait, capitia ex pellibus agnitis facta, quod Græci vocent pelles πῆξαι, neutro genere pluraliter. *Festus.*

Pefestas, atis, f. pestilentia, apud vet. *Festus.*

Peffarium, ii, n. *peffario*, πεφάρια, genus medicamenti, idem quod *peffum*, vel ei simile, apud *Theod. Priscian. l. 3. c. 5.*

Peflime, *peffimamente*, πῆξις, adv. superlat. anom. a male. *Cic. 5. Verr.* Intelliget, secum actum esse peflime. *Id. Phil. 14. c. 6.* Peflime de Republica sentire. *Ter. Heaut. 3. 1. 28.* Peflime istud in te consulis.

Peflimus, a, um, *peffimo*, πῆξις, superlat. anom. nominis bonus. *Plin. l. 11. c. 37.* Est autem jecur nihil aliud, quam purgamentum peflimi sanquinis. *Ovid. 14. Met. v. 489.* fors peflima rerum. *Catull. Carm. 50.* Peflimus omnium poeta. ¶ *Peflimum absolute, more substantivi. Varr. l. 1. R. R. c. 13.* Villis peflimo publico ædificatis certant. *Liv. l. 2. c. 1.* Neque ambigitur, quam Brutus peflimo publico id facturus fuerit. ¶ *Apud Plaut. & Terent.* sæpissime legitur *peffimus*, & *peffumo*.

Peflinuntius, & **Peflinuntius**, a, um, adject. a Peflinunte. *Cic. pro Sext. c. 26.* Peflinuntius sacerdos magnæ Matris. ¶ *Ipsa Cybele Peflinuntica dicitur ab Apul. l. 11. Metam.*

Pefstinus, untis, l. 3. *Poffene*, πῆστινός, urbs Galatiæ, in Phrygiæ Magnæ confinio, sub Azzulii monte, in quo Atys tumulatus creditur: ita dicta a conditore, teste *Stephano.* Ibi Cybele magnificentissimum templum habuit, quæ idcirco Dea Peflinuntia, vel Peflinuntia vocata est. *Liv. l. 29. c. 10. Plin. l. 5. c. ult.*

Pefstulus, li, m. 2. *catenaccio, chivavistello*, כריר, Ger. *ein rigel*, Gal. *verrouil*, Hisp. *heverojo*, πῆξαι, obex, live id, quo obducto fores clauduntur. Duos tere obdebat, qui securiores esse vellent, unus erat superior, alter inferior. *Ter. Heaut. 2. 3. 37.* Anus foribus obdit pefstulum. *Plaut. Aulul. 1. 2. 26.* Ostium intus ambobus occlude pefstulis. *Apul. l. 3. Metam.* Et cum dicto pefstulis injectis, & uncino firmiter immisso sit ad me reverfa.

Pefsum, in profundo, a *basfo*, adverb. idem significat quod in profundum, vel deorsum, quasi sub pedes, fortasse a *basos*, Jonice pro *βυθός*, profunditas. *Colum. l. 12. c. 6.* Est aliud muricæ naturæ experimentum, nam ubi dulcem casum demiseris in eam, si pefsum ibit, scies esse adhuc crudum; si innatabit, maturam. *Lucret. l. 6. v. 588.* multæ per mare pefsum sublevere suis pariter cum civibus urbes. *Lucan. l. 3. v. 674.* sidentia pefsum Corpora cæla tenent. Sic, abire pefsum, a *ffondarsi*, dictum de navi, & recte, a *Plaut. Trucul. 1. 1. 15. Aul. 4. 1. 12. & Rud. 2. 3. 64.* ¶ *Translate pefsum ire, est ruere, perdi, andar in rovina, o in malora. Plaut. Cistell. 2. 1. 12.* Neque, nisi quia miser non eo pefsum, mihi ulla abest perditio pernicis. ¶ *Pefsum deicere. Apul. l. 5. Metam.* Nec sum mulier, nisi eam pefsum de tantis opibus deiecer. *he. exturbavero.* ¶ *Pefsum premere, pro peffundare, perdere. Plaut. Mosell. sc. ult. v. 49.* Quidvis impetrari a me facilius perteram, quam ut non ego istum pro suis tactis pefsimis pefsum premam. *Ætas pefsum alta est tranfacta, ad finem perducta.* Ita locutus est *Ennius*, si credimus *Laclansio l. 1. c. 11.* Alii leg. *peffume alta.*

Pefsum, i, n. *peffario*, πῆξαι, medicamentum molli lana compositum, quod foeminis inter naturalia inditur, si doleant. Describit illud *Celsus l. 5. c. 21.* sed græca voce utitur, quam attulimus. *Apul. de herb. c. 121.* Herba anethi medicamine pefsum factum iniaciatur ab obstetrice.

Pefsumdo, as, dedi, atum, a. t. proprie videtur significare deorsum mitto, in profundum mitto, vel, ut alii interpretantur, proculco, pedibus protero, quasi sub pedes do. Sed usurpatur translate pro perdere, *rovinare, mandar' a male. Ter. Andr. 1. 3. 3.* Quæ si non actu providentur, me, aut herum pefsumdabunt. *Ovid. 3. Trist. el. 5. v. 45.* Pefsumdare cuncta. ¶ *Item pro extinguere, reprimere, tollere. Plaut. Merc. 5. 2. 8.* Pefsumdedi iram, inimicitiam, stultitiam, mœrorem, lacrymas.

Pefstibilia, le, adject. pestilens. *Edictum Dioeletiani, & Maxim. velatum l. 4. Cod. de Ædilit. ædific.* Pefstibilia fundus, h. e. pestibiles herbas, vel lethiferas habens. *Alii legunt:* Pefstibilia fundus, h. e. pestibiles, vel herbam lethiferam habens. *Pefstibularis* autem interpretatur *Cujac. l. 6. Observat. c. 24.* naticum, & aliam noxiarum serpentum pestes.

Pefstibilla, æ, f. V. in dictione præced.

Pefstifer, (& interdum Pefstiferus) a, um, adject. *peffifero*, pestem affeferens, perniciosus, exitiosus. *Cic. pro Domo, c. 32.* Tu unus pefstifer civis. *Cels. l. 2. c. 6.* Sudor frigidus in acuta febre pefstiferus est. ¶ *Pefstifera* aupticia esse dicebant, teste *Festo*, cum cor in extis, aut caput in jecinore non fuisset.

Pefstiferæ, adv. *Acrysius*, pestilenter, pernicioso. *Cic. 2. de Leg. c. 5.* Quid, quod multa perniciose, multa pefstifere sciscuntur in populis?

Pefstifens, entis, o. *peffilente*, Ger. *peffilenzisch*, Gal. *peffilenteux*, Hisp. *peffilencial*, λοιμώδης, quod pestem affert. *Cic. de Fato, c. 4.* Inter locorum naturas quantum interfit, videmus: alios esse salubres, alios pestilentes. *Id. 3. Off. c. 13.* Ædes pestilentes, infeste. *Liv. l. 4. c. 21.* Pefstifentior annus. ¶ *Translate Cic. 5. Fam. ep. 16.* Gravissimus, & pestilentissimus annus. *Senec. in Hippolyto.* Pefstifens invidia.

Pefstifentia, iæ, f. *peffilente*, lues contagiosa, pestis. *Liv. l. 27. c. 13.* Incidit pestilentia gravis per urbem. *Cic. Agrar. 2.* Desertus propter pestilentiam ager. ¶ *Colum. l. 7. c. 7.* pestilentia vexari. ¶ *Translate Catull. Carm. 44.* orationem plenam veneni, & pestilentæ legit. *Gell. l. 1. c. 3.* Animorum labes, & pestilentia.

Pefstifentiarus, a, um, adject. pestilens. Est *Tertul. de Spectac. c. 27.* Pefstifentiosus, a, um, idem ac pestilens. *Ulp. l. 3. ff. ne quid in loco publ. fiat.* Si odore foli locus pestilentiosus fiat.

Pefstifentus, a, um, adject. pestilens. *Neivius* apud *Gell. l. 19. c. 7.* Loca pulverulenta, & pestilentia.

Pefstifilis, le, adject. pestilentiosus. *Arnob. l. 1.* Possunt nos auris pestilifilis encare.

Pefstifitas, tis, f. idem ac pestis. *Lucret. l. 6. v. 1096.* Hæc igitur subitio clades nova, pestilitalæque. **Pefstis**, is, f. *peffe*, פֶּסֶט, Ger. *die pestilenz*, Gal. *peste*, Hisp. *peffilencia*, λοιμώδης, morbus contagiosus, ab aeris plerunque infectione initium capiens, qui noxam, qua afficitur, in omnium animantium perniciose effundit.

effundit, quamquam etiam ex aliis caulibus pestis nonnunquam gignatur. *Liv. l. 25. c. 26.* Major vis pestis Pœnorum castra, quam Romana affecerat. *Et ibid.* Absumi peste. *Id. l. 4. c. 25.* Avertere a populo pestem. ¶ Latus sumpta pestis dicitur de omni noxa, morbo, pernicie. *Senec. Med. v. 681.* pestes vocat, quæcumque serpentes cœcat Arena Lybiæ. *Sic Cic. l. 2. Tusc. c. 8.* pestem textilem, appellat vestem Nesti sanguine imbutam, qua Hercules confectus est. *Virg. Æn. 5. de incendio.* restin- guntur donec vapor omnis, & omnes. Quatuor amissis, servatæ a peste carinæ. *Id. 10. Æn. belli pestem evadere.* *Plaut. Capt. 4. 3. 3.* Quanta pernis pestis veniet, quanta labes larido! *Cic. 2. Off. c. 5.* Tam detestabilis pestis nulla est, quæ non homini ab homine nascatur. *Id. 3. de nar.* Machinari pestem alicui, machinar la rovina. Sic pestem importare, afferre, munitari, &c. *Liv. Cic. Virg.* ¶ Per metonymiam pestis dicitur, qui alius perniciosus est. Hinc *Cic. Casilinam* sæpe pestem appellat. ¶ In plurali numero usurpatur hæc vox a *Cic. de Arusp. resp. Col. l. 7. c. 5.* *Virg. 1. Georg. v. 150.* & alius.

Peta, æ, f. Dea, quæ rebus petendis præerat. *Arnob. l. 4. pag. 131.* Putationibus arborum Peta præito est, rebus petendis Peta.

Petalium, ii, n. *πετάλιον*, genus unguenti, Latine foliatum, & nardium, a *πέταλον*, folium. *Plaut. Curc. 1. 2. 7.* Tu stacte, tu cinnamum, tu rosa, tu crocum, & casta es, tu petalium. Alii leg. *Bdellium*.

Petaminarius, vel petamenarius, m. 2. qui strenua corporis agilitate saltans volare videtur, a *πεταμένω*, volans. *Firmic. l. 8. c. 15.* Cum Martem vero, & Mercurio petaminarius, ephelmator, orchistopalaris, petauristarius.

Petascus, a, um, *πετασκούσιον*, qui petaso tectus est. *Cic. l. 15. Fam. epist. 17. de tabellariis.* Sed petasati veniant, comites ad portam expectare dicunt. *Suet. in Aug. c. 8a.* Domi quoque non nisi petasatus sub dio spatariabatur.

Petasio, onis, m. idem quod petaso, *prosciutto.* *Varr. l. 2. R. R. c. 4.* Petæ, & petasiones e Gallia apportantur Romam.

Petatio, onis, m. *prosciutto*, Germ. *ein rib*, Gall. *sambon*, Hisp. *socino*, *pernil*, *πετασόν*, coxa porcina salita, etiam comas comprehendens, a Græcæ voce allata. *Martial. l. 13. epigr. 55.* Nam mihi cum vetulo sit petasione nihil.

Petasculus, i, m. dim. a petaso, *Juven. sat. 7. v. 119.* Siccus petasculus, & vas pelamidum. ¶ Est etiam diminut. a *petasus.* *Arnob. l. 6.* Mercurium rursus arripit, atque in Solis faciat demigrare delubrum, detque huic radios, Solis capiti petasculum superponat.

Petastus, i, m. 2. *cappello*, Ger. *ein breiter hut*, Gal. *chapeau bonnet*, Hisp. *sombro*, *πεταστόν*, capitis tegmen, galeri genus, a *πεταστύμι*, extendo, quod latus haberet margines, quemadmodum videre est in imaginibus Mercurii, qui petastatus fingitur, & pingitur. Utebantur petaso longum iter facientes, quo adversus Solis, & imbrum injurias faciem tuerentur. *Plaut. Pseud. 2. 2. sc. 4.* Etiam opus sit chlamyde, & machæra, & petaso. Sermo est impostoris ea poscentis, ut peresere adventisse videretur. Quam rem pluribus illustrat *P. Viatorius Var. Læti. l. 1. c. ult. c. 277.* Petastus definitur, qui saltibus, vel sechenis levioribus movetur. *Varr. l. 2. de vita P. R.* Nec minus aliquo in genere sunt ludi velitis Galli, Germani petasturæ.

Petasturarius, ii, m. petasturita. Exemplum V. in Petaminarius.

Petaurum, i, n. 2. *πέταυρον*, machina in sublimi suspensa, ex qua se in aerem excutiebant, atque in terram devolabant, ab *αὔρα*, aura, & *πέταρον*, pando, quia in auris expanditur. Aliqui hoc nomine comprehendunt & machinam ligneam, & genus ludi, quo homines per aerem rotarum pulsu jactantur, & omne id, supra quod homines agilitate corporum ignes ludunt, ut sunt hæstæ, circa quas se volunt, & funes, supra quos etiam reciproci ambulat, circuli, per quos se more piscium transmittunt, tabulæ, e quibus in aere pendunt, uno brachio se sustententes. *Juven. sat. 14. v. 265.* An magis oblectant animum jactata petauo Corpora, quique solet rectum descendere tunem? *Mart. l. 11. ep. 22.* Quam rota transmisso toties impacta petauo.

Petelia, vel Petellia, æ, urbs Brutorum, Lucanæ metropolis, cujus fidem in Romana societate servanda commendat *Valer. Max. l. 6. c. 6. n. 2. extern.* & *Liv. l. 23. c. 30.*

Petellinus, a, um, adject. a Petellia, ut Petellinus lucus, *Liv. l. 6. c. 20.* Petellina fides, *Valer. Max. l. 6. c. 6. in fine.* ¶ Petellini, Petellie incolæ. *Id. ibid.*

Petëon, onis, urbs Bœotie. *Stat. Theb. 7. v. 333.*

Petëo, is, a. 3. idem ac peto, apud vet. a peto, ut *laceffo*, a *lacio*. *Cic. 2. Tusc. c. 26.* Qui hanc petesunt, nullum fugiunt dolorem. *Lucr. l. 3. v. 649.* pugnam cædæque petesunt. Alii pro *petesso*, leg. *petisso*, vel *petisso*.

Petiginosus, a, um, petigine laborans. *Theodor. Priscian. l. 1. c. 12.*

Petigo, ginis, f. scabies, prurigo, impetigo. *Cato de R. R. c. 157.* Petigini brassicam opponito, sanam faciet.

Petilia, æ, f. Petilia, *Policastra*, al. *Belicastra*, *πετρία*, olim urbs ampla Brutorum, in Magna Græcia. Condita fuit a Philoctete, & sic dicta a *πέτρα*, volo, quod ex volatu avium sumpto augurio ibi futuræ urbi locum delegisset. *Virg. 3. Æn. v. 402.* Parva Philoctetæ subnixâ Petilia maro.

Petilia lex de peculatu lata est a Q. Petilio Trib. pl. anno Urbis 566. *Liv. l. 38. Hotomann. in Lex. jur.*

Petilianus, a, um, adject. ad Petilian oppidum pertinens. *Martial. l. 12. ep. 57.* Petilianus delicatus in regnis.

Petillum, n. *πετίλιον*, flos colore albo, vel rosæ sylvestris, a *petilus*, exilis, ob parvitatem foliorum. *Plin. l. 21. c. 8.*

Petilus, a, um, tenuis, exilis. *Festus* petilam suram exponit siccam, & subfructam, fed addit, Scævolaum putasse, petilam dici unguam equi albam. *Lucil. apud Non. c. 2. n. 620.* Insignis varis & cruribus, atque petilis.

Petimen, onis, n. *guidalefco*, ulcus in humeris jumentorum, *Lucil. a. pud Festum.* Ut petimen naso, aut lumbos cervicibus tangant.

Petiolus, i, m. *πόδιον*, *πέδιον*, pediculus, parvus pes. *Celsus, l. 2. c. 18.* Petioli agni, vel hædi leviores sunt, quam cætera membra. ¶ Translate accipitur pro pediculo, ex quo fructus pendet. *Col. l. de Arborib. c. 23.* quibus pendunt, inquit.

Petisco, vel Petisso, V. Peteflo.

Petisita mala, n. genus malorum minorum, sed sapore gratissimo. *Plin. l. 15. c. 14.*

Petitio, onis, f. *domanda*, *αἴτησις*, actus petendi, postulatio. *Gell. l. 1. c. 16.* Cogitatio, & petitio rerum plurimarum. ¶ Speciatim sumitur pro ambitu, seu studio adipiscendi honoris, *braglio*, *Cic. Att. l. 1. Fuite & mihi*, & Quinto fratri magno usui in nostris petitionibus. *Id. 3. Fam.* Petitiois se dare. ¶ Item pro intentione actoris. *Quint. l. 4. c. 4.* Reclusio quoque plures interim propositiones habet, ut contra petitionem pecuniæ: Male petis; procurator enim tibi esse non licuit. ¶ Significat etiam impetitionem, seu aggressionem gladiatorum, & translate scicrariorum, aut infidiariorum. *Cic. 1. Cassil. c. 6.* Quot ego tuas petitiones ita coniectas, ut vitari posse non viderentur, parva quodam declinatione, & ut ajunt, corpore effugi? *Id. in Orat. c. 68.* Sic oratio nec plagam gravem faciet, nisi petitio fuerit apta.

Petitor, oris, m. *αἰτητής*, qui petit. Speciatim sumitur pro eo, qui bona petit, & litem intendit. *Cic. pro R. Com.* Quis erat petitor? Fannius, quis reus? Flavius, quis judex? Cluvius. Adde pro Quintio, c. 13. ¶ Item pro candidato, qui honores ambit. *Horat. l. 3. od. 1.* Hic generosior descendat in campum petitor. *Lucan. l. 1. v. 131.* famæque petitor. *ambizioso di gloria.*

Petitorius, a, um, adject. ad petendum intersvens, ut petitorum judicium, *Cajus J. Crus. l. Qui petitorio judicio utitur, Dig. de rei vindicat.*

Petitrix, icis, f. quæ petit judicio aliquid. *Paul. l. 74. Dig. ad SC. Trebell.* Contra petitricem pronunciarit. *Quintil. Declam. 252.* Quid pœnæ adjicitur, quod adversus petitricem?

Petium, i, n. petitio. *Catull. carm. 69. ad Mall.* utriusque petiti copia facta est.

Petiturio, is, a. 4. honores petere cupio. *Cic. l. 1. Att. ep. 14. in fine.* Video, hominem valde petiturere; navabo operam.

Petitus, us, m. idem, ac petitio. *Gell. l. 18. c. 3.* Juslitque cum consensu, petituque omnium, &c. *Lucretius l. 3. vers. 73.* Attamen insequitur languor, terræque petitus. h. e. cupido humi decumbendi.

Petitus, a, um, nom. partic. a peto. *Horat. epod. 11. lazere petitus imo spiritus, tirato.* *Id. epod. 5.* Petita ferro bellua, *feriva.* *Valley. l. 2. c. 60.* Petitus infidiis, *infidiatu.* *Ovid. 3. Amor. el. 7.* puella votis sæpe petita meis.

Peto, is, ivi, & tui, itum, a. 3. *domandare*, *αἴτω*, Ger. *bitten*, Gal. *demande*, Hisp. *pedir*, *αἴτω*, posulo, posco, flagito, oro, obsecro. Est ab *αἴτω*, præmissio p, vel potius a *πείθω*, desiderium, vel quod Scalihero vitum, ab obsoleto *πείθω*, unde sit *πείθω*, desiderium. Construitur cum acc. rei, & abl. personæ cum præp. a, vel ab. *Cic. 5. Tusc.* Ad te confugi-mus, a te opem petimus. *Id. 1. Verr. Auxilium sibi per me a vobis, atque a P. R. legibus petunt.* ¶ Vel cum conjunctivo, & particula us. *Cic. l. 13. Fam. ep. 73.* A te autem pro veteri nostra necessitudine etiam atque etiam peto, ut ejus filios mihi potissimum condones. ¶ Cum duobus accusativis non invenitur. Nam illud *Plin. l. 3. c. 1.* Jura Cordubam petunt. non sufficit; quia *petunt* eo loco significat ire, & per figuram Synecdochen tacetur ad accipiendam. Sententia enim perfecta est, *Petunt Cordubam ad accipiendam jura.* ¶ Admittit etiam dat. commodi, ut vocant. *Virg. 9. Æn.* O genitrix quo fata vocas? aut quid petis istis? ¶ Aliquando notat exigere. *Cic. in Brur.* Hæc dixi brevius, quam res petebat. ¶ Aliquando appetere, cupere, desiderare. *Virg. 3. Georg.* Pulchramque petunt per vulnera mortem. Huc reduntur ite-la, petere præturam, magistratus, honores, h. e. cum ambitione petere, *far braglio*; & petere absolute. Utrouque modo sæpissime usurpat *Cic.* ¶ Aliquando querere, inquirere. *Cic. pro Arch. c. 8.* Et, si ex his studiis delectatio sola peteretur. ¶ Aliquando accipere, sumere. *Cic. 1. Acad.* Quæ docti a Græcis petere mallent. ¶ Aliquando eligere, vel capere. *Virg. 4. Georg.* Principio sedes apibus, statioque petenda. ¶ Aliquando adipisci. *Plin. l. 12. c. 24.* Cajus etiam Cæsar Augusti filius inde gloriam petit. ¶ Aliquando commemorare, teste *Nonio*, seu re-petere. *Virg. 8. Æn.* Quid causas petis ex alto? ¶ Aliquando manere, expectare. *Virg. 9. Æn.* Trojanos hæc monstra petunt. ¶ Aliquando ire, proficisci, cum accus. semper sine præp. *Cic. pro Planc.* Dyrrhachium, quod erat in fide mea, petere contendit. *Id. 2. de nat. Deor.* Cum loca calidiora petentes maria transmittunt. *Plin. l. 12. c. 7.* Et hanc in Indos peti. h. e. navigatione in Indos, seu ab Indis. *Virg. Æn. 10.* Italiam petiit fatis auctoribus. ¶ Aliquando influere. *Virg. 3. Georg.* Non qui per saxa volutus purior electro campum petit amnis. ¶ Aliquando tenere. *Virg. 3. Æn.* Summissis petimus terram. *Cic. Attic. l. 3.* Fortasse alium cursum petivit. ¶ Est etiam pugnantium proprium, & ponitur pro invadere, ictum inferre, seu delignare. *Cic. in Orat. circa fin.* Ut athletas, nec multo secus gladiatores videmus nihil nec vitando facere caute, nec petendo vehementer, ita &c. *Id. pro Liga.* Cujus latus ille mucro petebat? *Liv. l. 22. c. 46.* Hispano punctum magis, quam cæsum assuetu petere hostem. ¶ Hinc petere aliquem bello, h. e. aggredi. *Virg. 3. Æn.* petere aliquem fraude, *machinar frodi.* *Id. 4. Æn.* petere infidiis, veneficis, latrocinio vitam alicujus. *Plin. Cic. Aucl. ad Herenn.* & alii. Sic dicimus petere aliquem gladio, lapide, telis, pro percutere. *Virg. Liv. Ovid.* petere unguibus ora, *Horat. Epod. 5.* petere criminibus. h. e. accusare. *Tacit. 4. Ann. c. 31.* ¶ Absolute petere aliquem, eodem invadendi, aut percutiendi sensu. *Planc. ad Cic. l. 13. ep. 23.* Quo magis me petiverunt, tanto majorem his frustratio dolorem attulit. ¶ Petere aliquem literis, pro laceffere, pungere. *Cic. Attic. l. 2.* ¶ Petere lugam, est tugæ se dare. *Liv. l. 28. Et,* petere salutem fuga, *Salvasti colla suga*, Nepos in *Annib. c. 11.* ¶ Atque ut reliqua omittamus, innumeros habet hoc verbum, varioque usus pro varia nomini-um, quæ illi adjunguntur, significatione.

Petorum, vel petorritum, ii, n. *φορτίον*, genus vehiculi, quo Belgæ peculiariter utebantur. Est a Græcis, non quidem a *πέτρα*, volo, sed ab *ἠολικό* *πέτρος* pro *πίοτρος*, quatuor, quia ex quatuor rotis constat. Vel est a *πέτρομα*, volo, & Latino *rota*, ob volucres rotas, quod quendam censuisse scribit *Gell. l. 15. c. 30.* *Hor. l. 2. ep. 1. v. 192.* Effeda festinat, pilenta, petorita, naves.

Petosiris, idis, m. *πετοσίρης*, Ægyptius Mathematicus insignis. *Plin. l. 2. c. 23. & l. 7. c. 49.* Hinc pro quolibet Mathematico ponitur a *Juven. sat. 6. v. 580.*

Petra, f. i. *pietra*, *rupes*, *πέτρα*, Germ. *ein stein*, Gall. *pietre*, Hisp. *pedra*, *πέτρα*, proprie rupes est. *Plin. l. 10. c. 32.* Gaviæ in petris nascuntur. ¶ Pro lapide, aut saxo usurpatur videtur ab *cod. l. 37. c. 10.* ubi de gemmis loquens inquit: Cytis circa Copton nascitur candida, & videtur intus habere petram, quæ sentiatu etiam strepitus. Ita legi in omnibus MSS. testatur *Harduin*, ad editi libri fere omnes habent *partum*, *qui*. ¶ Cæterum petrarum, inquit *Festus*, genera sunt duo, quorum alterum naturale, saxum prominens in mare, alterum manufactum, petra est, quæ Jovis dextra, ac sinistra fornitem expletura est ad libramentum summi fornitem. ¶ Præterea nomen est quarundam urbium in petris conditarum, ut Petra, quæ metropolis est Arabie Petrææ; apud *Plin. l. 5. c. 34.* Item Petra Oxi, quam describit *Curs. l. 7. c. 11.*

Petræus, a, um, adject. in petris nascens, ut petræa brassica, apud *Plin. l. 20. c. 9. & l. 27. c. 6.* ¶ Arabia Petræa dicta est, propter ruptum in ea frequentiam. *V. Arabia.*

Petræa, f. i. mulier diebatur, quæ pompam præcedens, in coloniis, ac municipiis imitabat animum ebriam, quod pedes in petras frequenter impingeret. Aliqui volunt, ab agri vitio, s. petris, appellatam esse. *Fest.*
Petrensis, se, adject. petrus, ut petrenses pisces, *Cal. Aurel. Tard. 2. c. 1.*
 ¶ Petrente stagnum, h. e. ad Petram urbem spectans, *Solin. c. 11.*
Petricus, a, um, adjectiv. petrosus, difficilis, *scabroso, difficile. Martial. l. 3. epigr. 63.* Res petricola est, Coule, bellus homo. Alii legunt *petricola*. h. e. tricus plena.
Petrinum, n. 2. *Rocca de Monte Dragone*, opp. & Duc. Campaniæ, cum arce, apud Sinuessam urb. exc. in monte dictæ urbi imminente. *Horat. l. 1. ep. 5.* Inter Minturnas, Sinuessanumque Petrinum. ¶ Petrinus, incolæ ejus oppidi. *Cic. Verr. 3. c. 39.*
Petrinus, a, um, adject. qui est ex petra, ut petrina acies, apud *Tertul. l. 3. advers. Marcion. c. 16. & advers. Judæos, c. 9.*
Petrites, æ, m. genus vini, ita dictum, ut videtur, quia circa Arabiæ Petram nascitur. *Plin. l. 14. c. 7.*
Petro, onis, m. ruficus, a petrarum asperitate, duritiaque. *Fest.* ¶ A petra quoque arietes vocantur *petrones*, idest a duritie, & asperitate, qua ralerunt petram. *Plaut. Capt. 4. 2. 40.* Qui petronei nomen induunt verveci sectario. Sententia est, qui petronum, sive arietum carnem vendunt pro vervecina, quæ sapore magis commendatur.
Petrocorii, m. 2. *les Perigourdiens*, pop. Aquitanicæ, quorum regio Petrocoricensis provincia, *se Perigord.* Eorum caput fuit Petrocorii, seu Vesunna, recentioribus Petrocorium, *Perigueux*, ad illam fl.
Petronia, æ, m. fl. Latii, apud Romam fluens in Tiberim, quem Magistratus in Campo aliquid ædificabant. *Festus.*
Petronius Arbitr Maffiliensis, Equestri genere natus, Vir Consularis, & inter familiares Neronis Imp. a cuius familiaritate, & favore cum artibus Tigellini æmuli excididit, factis venis vitam finivit. A. C. 67. Scripsit Satyricon, quo corruptissimos suorum temporum mores insensatur, eleganti quidem, & polito loquendi genere, verum tunc obscenitatibus asperso, ut non sine pudoris detrimento perlegi possit.
Petroselinum, i, n. *petroselinum, πετροσέλινον*, herba semine nigro, gustu amaro, sativo apio multo major, quasi petrarum apium, ita dicta, quod optime in petris, hoc est in rupibus proveniat, præsertim in Macedonia, ubi in crepidine rupium peculiariter nascitur, unde etiam Macedonicum a quibusdam cognominatur. *Plin. l. 20. c. 22.*
Petrosus, a, um, adject. *πετροσός*, petris pænis, asper, incultus. *Plin. l. 9. c. 31.* Vivunt petrosus in locis.
Petteuma. V. Pytina.
Petulantis, antis, o. *petulante*, *πρωτ*, Germ. *mutwillig*, Gall. *petulant*, Hisp. *desvergoadante, úβρις*, proci, improbus, inmodicus. *Festus.* Petulantis, & petulci etiam appellantur, qui protervo impetu, & crebro petunt lædendi alterius gratia. *Cic. 2. de Or. Illud assequor, ut si quis mihi forte maledicat, petulans, aut plane intanus mihi esse videatur. Id. pro Mur.* Dictum petulans proferre. *Id. in Sallust.* Bonos petulantissima lingua convectari. *Arnob. l. 4. sub fin.* Aures alicujus petulantiore convicio pulsare. ¶ Quandoque accipitur pro lascivo. *Cic. in Parad.* Lapsa est libido in muliere ignota, dolor ad pauciores pertinet, quam si petulans fuisset in aliqua nobili virgine.
Petulant, adv. *sfrénatante*, Germ. *mutwillig*, Gall. *effrontement*, Hisp. *desvergoadante, úβρις*, proci, improbe. *Cic. Ast. l. 2.* Diphilus tragedus in nostrum Pompejum petulantiter invehctus est. *Id. pro Cal. c. 3.* Quæ si petulantius jactatur. *Id. Ast. l. 9. ep. 19.* Cum a perditis in civili nefario bello petulantissime fiunt. ¶ Item lascive. *Id. pro Cæli.* Si vidua libere, proterva petulant, dives effuse, libidinosa meretricio more vivet.
Petulantia, æ, f. *immodestia, πρῶτ*, Ger. *mutwill*, Gall. *petulance*, Hisp. *desvergoadante, úβρις*, immodestia, improbitas illa, qua alios per contumeliam petimus, & generatim effrenatio immodica ad quodlibet vitium. *Cic. 4. de Rep. apud Non. c. 1. n. 89.* Itaque a petendo petulantia, a petendo, i. e. petendo, prociatis nominata est. *Id. de Sen.* Petulantia, & libido magis est adolescentium, quam senum, nec tamen omnium adolescentium, sed non proborum. *Gell. l. 3. c. 3.* Cum delicta sua, & petulantias dictorum diluisset. ¶ Translate dicitur etiam de peccudibus. *Col. l. 7. c. 6.* Quoniam cornuti feræ perniciosi sunt, propter petulantiam. ¶ Et de arborum ramis. *Plin. l. 16. c. 30.* Præcipueque domibus expetitur ramorum petulantia. ¶ Et de morbis. *Gell. l. 12. c. 3.* Itaque vidisti Philosophum ratione decreti sui nixum petulantia morbi, dolorique exultantia colluctantem.
Petulus, a, um, idem ac petulan, idest qui in alios contumeliosus est, vel qui lascivus est, a petendo. *Charis. lib. 1. & Fest. V. petulans.* *Virg. 4. Georg.* Hædicque petulci. Ubi Serv. Id est lascivi, & exultantes. Unde & meretrices petulas vocamus. *Col. l. 7. c. 3.* Itaque capri, vel arietis petulci sævitiam pastores hac astutia repellunt. ¶ Petulcam vaccam, quæ cornu petit, apud *Sulpis. Sever. dial. 2. c. 9.*
Petulum Palatii, dicta est ea regio Urbis, quam Romulus obversam posuit ei parti, in qua plurimum erat agri Romani, mare versus, quia mollissime inde adibat Urbis, cum Hetruscorum agrum a Romano Tyberis discluderet, cæteræ vicinæ civitates colles aliquos haberent oppositos. *Festus.*
Peuce, es, *πέυκη*, species arboris. *Plin. l. 11. c. 35. & l. 14. c. 7.* ¶ Græce pinum significat.
Peucedanum, i, n. & peucedanos, i, m. *peucedano, finocchio porcino, πωδανός*, herbæ genus, a *πέυκη*, pinus, quia ejus folia imitatur, ut *myrtidatum a myrtus*: unde & pinastellum nonnulli ex recentioribus appellaverunt. *Plin. l. 25. c. 9.* Sed inter primas celebratur peucedanum, laudatissimum in Arcadia, mox Samothrace. *Apul. de herb. c. 94.* A Græcis peucedanos dicitur, &c.
Peuce, æ, f. *Terra di Bari*, regio Italiæ, in Regno Neapolitano, ad oram maritimam, una ex Apuliis inter Apuliam Dauniam, a qua Ausido fl. separatur, & Japygiam.
Peumène, es, *πέμνη*, spinæ argenteæ genus. *Plin. l. 36. c. 6.*
Pexatus, a, um, qui pexa veste est indutus, hoc est cujus flocci nondum sunt detriti. *Martial. l. 2. epigr. 58.* Pexatus pulchre ridea mea, Zoile, trita.
Pexitas veloz, est lanugo illa, quæ pectitur. *Plin. l. 11. c. 24.* Quam non ad hoc videtur pertinere cribratæ pexitas telæ.
Pexus, a, um, *pettinato*, partic. a pector. *Quintil. l. 1. c. 5.* Doctor pexus, & pinguis. ¶ Vestis pexa dicitur, quæ nova est, cui trita opponitur. Dicta est a *pecto*, quia in texendo pectinis moribus vestes feruntur. Quidam pexam vestem arbitrantur esse, quam Græci dicunt *μυλλοτόπ*, hoc est villosa, quæ ob eminentes villos pecti solet. *Horat. l. 1. ep. 1. v. 95.* Si forte subucula pexæ Trita subest tunicæ. *Plin. l. 8. c. 48.* Iltrix, Liburnicæque pilo propior, quam lanæ, pexis aliena vestibus. ¶ Translate pexa folia dicuntur, quæ crassa sunt, & in medio extuberantias quasdam habent in modum panni pexi. *Col. l. 11. cap. 3.* At Cappadocia, quæ pallida, & pexo, densoque folio viit menfe Februario. ¶ Pexa munera, crassa, & opima, ac spissa, non lævia.

Martial. l. 7. epigr. 45. Divitibus poteris musas, elegosque sonantes mittere, pauperibus munera pexa dato. Alii aliter legunt.
Pezicæ, vel Pezitzæ, f. i. *πέζικα*, fungi sine radice, aut pediculo, a *πέζα*, pedes, quasi pedestres, quod non tollant se se altius a terra. *Plin. l. 19. c. 3.*
 P A N T E H.
Phæaces, m. 3. *Φαίακες*, pop. Phæaciæ inf. h. e. Corcyræ. In singulari num. est Phæax, cis. *Horat. l. 1. ep. 15.* Pinguis ut inde domum possis Phæaxque reverti. b. e. obesus, bene nutritus. Phæaces enim luxu infames fuere.
Phæacia, æ, f. inf. maris Jonii, eadem ac Corcyra. *Plin. l. 4. c. 12.* Phæaciis, idis, f. quæ est ex Phæacia. *Ovid. 4. de Pons. epist. 12. v. 27.* Dignam Mæoniis Phæacida condere chartis.
Phæacius, a, um, *Φαίαιος*, quod ad Phæaciam inf. spectat. *Tibull. l. 4. ad Messalam, Tellus Phæacia.*
Phæcius, a, um, *Φαίκιος*, idem ac Phæcius. *Prop. l. 3. el. 2.* Nec mea Phæcias æquat pomicaria sylvas.
Phæax. V. Phæaces.
Phæaciâni Dii, Græci Dii dicebantur, quod simulacra Deorum in Græcia cum phæaciis fingerentur. *Juven. Sat. 3. v. 219.* Phæacianorum vetera ornamenta Deorum. Al. leg. *phæciatorum*. al. *hæc Asianorum.*
Phæciarius, a, um, Phæaciis indutus. *Senec. epist. 113.* Quæ decent phæciatum, palliatumque. *Petron. in Satyr.* Phæciati milites.
Phæcastum, ii, n. *Φαίκασιον*, calcamenti genus. *Poll. l. 7. c. 22.* Hujusmodi phæcastia alba erant, saltem illa, quibus Sacerdotes utebantur, ut ex Appiano, & Herodiano cognoscimus. Sacerdotes Alexandrinos, atque etiam Atheniensium candidis ufos esse, scimus ex *l. 5. Appiani de B. Civ.* Cæterum Philosophorum phæcastia colore nigro erant. *Sen. l. 7. de Ben. c. 21.* Pythagoricus quidam emerat a futuro phæcastia.
Phædra, f. i. *Φαίdra*, Minois Cretenium Regis filia ex Pasiphæ, soror Ariadnæ, uxor Thesei filii Ægei Regis Athenarum, qui eam se fecerat relicta Ariadne uxorem sibi copulavit, atque ex ea Demophoontem, & Antigonum suscepit. Hæc amore Hippolyti privigni capta, cum ipsum adducere non potuisset, ut paternum thalamum conspurcavit, apud patrem eum detulit, tanquam stuprum sibi per vim inferre voluisset. Tandem Hippolyti morte audita, qui patris iram fugiens ab equis disceptus fuerat, scelus suum Theseo narravit, & Hippolyti ente, vel laqueo, ut *Servius* ait, ipsa sibi mortem conficivit. *Bocc. l. 11. Gen.*
Phædrus, m. 2. *Φαίδρος*, adolescens Myrrhinusius, seu Myrtenisus, insigni pulchritudine, inter Platonis discipulos numeratur, qui ejus ingenio adeo delectatus est, ut illi primitias studiorum suorum diceverit. Ad hunc epigrammata scripsit, ad hunc elogia, ad hunc primum sum de pulchritudine librum, qui Phædrus inticribitur. *Ficin. in Conv. l. 1. c. 2. & Orat. 7. c. 4.* ¶ Phædrus alter, Philosophus Epicureus, qui valde elegans fuit. *Cic. 2. de nat. Deor.* Auditus est a Cicerone. *Cic. l. 1. Fin.* Item a Pomponio Attico. *Cic. l. 1. de Leg.* ¶ Denique Phædrus, Thrax, Augusti libertus fuit, & sub Tiberio Imperatore libros sex conscripti Latino elegantissime carmine, senariis versibus, ex Æsopi fabulis græcis materiæ desumpta.
Phænomena, orum, n. *Φαινόμενα*, a *φαίνω*, ostendo, ab Astronomis dicitur, quæ in aere, & cœlis digna observatione apparent. *Lactant. l. 2. c. 5.* Eum librum, quo phenomena breviter comprehendit, &c. Quædam Lactantii editiones hanc vocem habent græcis literis exaratum.
Phæthion, ontis, m. *Φαίθων*, filius Solis Ægyptii, & Clymenes, a *φαίθω*, quod idem, ac *φαῖς*, splendeo. Hic cum a patre impetrasset, ut uno die cursum sui habenas sibi permitteret, aurigandique impuritus cœlum, & terram combureret, a Jove fulmine e curru excussus, in Padum fluvium decidit. *Cic. 3. Offic. c. 25. & 3. de nat. Deor. Ovid. 2. Met.* ¶ Græci Poetæ interdum Phæthionem vocant ipsum solem. Hos itaque imitatus videtur *Virg. 5. Æn. v. 105.* Auroram Phæthontis equi jam luce vhebant.
Phæthontius, a, um, adject. ad Phæthionem pertinens. *Ovid. 4. Metam. v. 246.* Post Phæthontes vidisse dolentis ignes.
Phæthontides, f. 3. tres Heiades virgines, Phæthusa, Lampetie, & Lampetusa, filie Solis, & Clymenes, sorores Phæthontis, quæ dum extinctum fratrem flerent, conversæ sunt in alnos arbores, seu in populos, ex quibus perpetuo guttæ, tanquam lacrymæ, flunt, quæ deinde in electrum rigescunt, & durantur. *Ovid. 2. Met. Virg. 6. Ecl. & 10. Æn.*
Phæthontis, idis, patronymicum femin. *Avien. in Phenom. Arak. v. 793.* Illum prolixis duræ Phæthontides ulnis planxerunt. hoc est sorores Phæthontis.
Phæthontius, a, um, adject. Phæthontes, ut Phæthontius amnis, h. e. Padus, in quem Phæthion decidisse dicitur. *Silius l. 7. v. 149.*
Phæthusa, æ, f. *Φαίθουσα*, filia Solis, & Clymenes, soror Phæthontis, Lampetis, & Lampetuse. *Ovid. 2. Met. v. 346.* ¶ Phæthusa altera, filia Solis ex Neæra Nympha, & soror Lampetis, al. Salempetis, quæ in Sicilia patris sui armenta cum sorore custodivit, de quibus foci Ulyssis contra Circes præcepta degustantes naufragium tecerunt. *Hom. l. 12. Odys. Bocc. l. 4. Gen.*
Phageiana, æ, f. i. *Φαγέαινα*, idem ac bulimus, seu bulimia, idest immodicus cibi appetitus, edacitas præter consuetudinem, a *φαγω*, edo, & *αἶμα*, assatum, quod in ea assatum edatur. Translate sic dicitur exulceratio utque ad ossa, celeriter depascens, cum inflammatione, sanime male olentem emittens, & ad mortem perducens. *Plin. l. 26. c. 11.* Phagedænis, quod nomen sine modo exedentium est, & alias ulcerum, tithymali medentur cum semasi sumpti. ¶ Item de morbo apum, cum ceræ partes vacuæ putrefcunt, & serpente latius vitio ipsæ quoque apes intereunt. *Col. l. 9. c. 12.* Sæpe etiam vitio, quod Græci *φαγέλαινα* vocant, intereunt.
Phagedænicus, a, um, adject. ad phagedænam pertinens, ut phagedænicæ ulcera. *Plin. l. 24. c. 4.*
Phager, vel phagrus, i, m. *Φάγρος*, genus piscis, qui lapidem in capite habere existimatur. *Plin. l. 32. c. ult. qui l. 9. cap. 16. pagrum vocat.* nam Græce etiam *φάγρος* dicitur.
Phago, onis, m. edax, vorax, heluo. Edones, & phagones, inquit *Non. c. 1. n. 237.* ab edacitate (scilicet a *φαγω*, edo) unum Latinum, alterum Græcum. *Vopisc. in Aureliano, c. ult.* Vehementissime delectatus est phagone, qui eo utque multum comedit, ut uno die aprum integrum, centum panes, vervecem, & porcellum comederet. V. *Lips. Centur. miscellan. ep. 51.*
Phagerus. V. Phager.
Phalacrodrax, acis, m. *Φαλακροδράξ*, corvus aquaticus, ita dictus a naturali calvitie. *Plin. l. 19. c. 48.*
Phalæx, (vel talæ, ut scribunt *Non. & Fest.*) arum, f. lignæ turres, seu machinæ, ex quibus ludi spectabantur. *Enn. apud Non. c. 2. n. 351.* Mores diffundunt, sunt tabulata, phalæque. *Juven. Sat. 6. v. 589.* Consulit ante phalæ, Delphinarumque columnas. ¶ Erant etiam phalæ militares, ex quibus militis in obidionibus tela in hostilem urbem jacebant.

bant. De his intelligendum videtur illud *Plaut. Mostell. 2. 1. 10.* Iſti, qui trium nummorum cauſa ſubeunt phalas. h. e. paruo ſtipendio, ſeu mercede pericula grauiadeunt. ¶ Translate, ut machina, ſic & phala ponitur pro dolo, & fallacia. *Neuius apud Non.* Me non vocavit; ob eam rem hanc feci phalam.

Phalæcium, v. Phaleucium.

Phalæcius, i, m. nomen Poetæ cuiuſdam, a quo Phalæcium carmen nomen habet, teſte *Terentiano Mauro*, c. 71.

Phalanga, ſeu palanga, æ, f. *cuuro, ſtanga*, Germ. *uualer*, Gal. *rouleax*, Hiſp. *palancas*, Φάλαγγες, vel Φάλαγγα. *Non. e. 2. n. 725.* Phalangæ, inquit, dicuntur iuſtes teretes, qui nauibus ſubiiciuntur, cum attrahuntur ad pelagus, vel cum ad litora ſubducuntur; unde etiam nunc palangarios dicimus, qui aliquid oneris ſuſtibus tranſuehant. *Varro de viſa P. R. l. 4.* Cum Pænus in fretum obuiam veniſſet noſtris, quodam cepiſſet, crudeliſſime pro palangis carinis ſubjacebat, quo metu debilitaret noſtros. *Cæſ. l. 2. B. C.* Palangis ſubjectis ad turrim hoſtium admovent. ¶ Sumitur etiam pro ſulte generatim. *Plin. l. 1. c. 56.* Prælium Afri contra Ægyptios primum fecere ſuſtibus, quos vocant phalangas.

Phalangarii, ſeu Palangarii, m. 2. qui aliquid oneris ſuſtibus tranſuehant. v. *Phalanga*. *Vitr. l. 10. c. 8.* Onerum vero maxima pondera, cum feruntur a palangariis. ¶ Phalangarii dicuntur etiam milites phalangis. *Lamprius in Alexand. Sev. c. 50.* Fecerat & phalangem triginta milium hominum, quos phalangarios vocari iuſſerat.

Phalangite, m. 1. milites ex phalange. *Liv. l. 37. c. 40.* Deceim, & ſex millia peditem more Macedonum armati tuere, qui phalangite appellabantur.

Phalangites, æ, m. 1. Φάλαγγις, genus herbæ. *Plin. l. 27. c. 12.* Phalangites a quibuſdam phalangion vocatur, ab aliis leucantheomon, (ut in quibuſdam exemplaribus inuenio) leucacantha.

Phalangium, ii, n. Φάλαγγιον, genus aranei, a Φάλαγγε, quod idem notat. *Plin. l. 18. c. 17.* Naſcitur & phalangion in eruo, beſtiola aranei generis, ſi hys aquoſa ſit. ¶ Eit & herbæ nomen. v. *Phalangites*.

Phalango, ſeu palango, as, a. 1. onus aliquid tuſte tranſueho, a *Phalanga*. *Aſianus*. Et capream unam ſemeliceram quaterni ſimul phalangabant.

Phalantius, a, um, adject. &

Phormio, onis, m. α , f. parastis apud *Tæens*. a $\varphi\omega\rho\mu\iota\sigma$, *spora*. *Donat. in Phorm. a. 1. st. 2. v. 72.* Phormio non a formula, sed a phormio dicitur sparco, quem nos æronem dicimus trivialiter, & pro consuetudine. *Id. in prol. ejusd. Comædiæ* scribit, phormium dici tegeticum, quo pavimentum insternitur. ¶ Fuit etiam Phormio Philosophus Peripateticus, qui Ephesi coram Antiocho, & Annibale disertissime locutus est de Imperatoris officio, & de omni re militari, de quo Annibal interrogatus, quid sentiret, dixit, multos se deliros senes vidisse, sed qui magis quam Phormio deliraret, vidisse neminem. *Cic. 2. de Orat.*

Phormium, ii, n. α , f. *Phormium*, herba, sive æro, cophous. V. Phormio.

Phoroneus, m. α , f. per tres syllabas $\varphi\omega\rho\rho\upsilon\sigma$, filius Inachi fl. frater Ius, sive Ionis, Rex Argivorum. *Euseb. l. de Temp.* Aliqui dicunt, Phoroneum Argivorum Regem filium habuisse Inachum, qui a se fluvium Inachum denominavit, hinc esse, quod Poetæ fluvium pro filio Phoronei accipiant. Hic initio dispersos populos in urbem coegit, quam appellavit Phoronicon. Filium genuit Ægialeum, & filiam Niobem. *Bocc. l. 7. Gen. Stat. 4. Theb. v. 589. Plin. l. 7. c. 56.*

Phoroneus, α , um, per quatuor syllabas, $\varphi\omega\rho\rho\upsilon\sigma$, quod ad Phoroneum spectat. *Stat. 3. Jyl. 2. v. 101.* Ipsi Phoroneus quondam itabulata sub antris.

Phorônis, idis, f. $\varphi\omega\rho\rho\upsilon\sigma$, Io filia Inachi, soror Phoronis. *Ovid. 1. Metam. v. 668.* Nec superum Rector mala tanta Phoronides ultra Ferre potest. *Sen. in Thyest. v. 114.* Phoronides latuere venæ. h. e. undè Inachi fluvii, filii Phoronei.

Phosphoræus, α , um, adject. *Prudent. Cathem. 5. v. 147.* Et qua Phosphoreum temo regit jugum. Al. leg. *Bolpshorem*.

Phosphorus, i, m. *Lucifero*, $\varphi\omega\sigma\phi\omega\rho\sigma$, Lucifer, Stella Veneris matutina tempore. Nam vespere eadem *Hesperus* vocatur. Est a $\varphi\omega\sigma$, *lumen*, & $\varphi\omega\rho\sigma$, *portus*. *Cic. 2. de Nat. Deor.* Infima est quinque errantium, terræque proxima stella Veneris, quæ Phosphorus Græcæ, Lucifer Latine dicitur, cum antegreditur Solem, cum subsequitur autem, Hesperos.

Phradmon, onis, m. statuarius insignis, qui paucis annis post Phidiam floruit: de quo *Plin. l. 34. c. 8. & Colum. l. 10. v. 30.*

Phragmitis, is, $\varphi\rho\rho\gamma\mu\iota\tau\eta\sigma$, genus calami, seu arundinis tenuis, & gracilis. *Plin. l. 32. c. 10.*

Phraisis, is, f. *frase*, $\varphi\rho\rho\sigma\iota\sigma$, dictio, stylus, elocutio, genus elegans, & ornatu loquendi. A *Quintil. l. 10. c. 1.* definitur Eloquentiæ corpus, & dicendi modus, est a $\varphi\rho\rho\sigma\iota\sigma$, *edissero*. *Quintil. l. 10. c. 1.* Macer, & Lucretius legendi quidem, sed non ut phraim, id est corpus eloquentiæ, faciant.

Phrenes, um, $\varphi\rho\rho\sigma\epsilon\tau$, *Plin. l. 11. c. 37.* Exta homini ab inferiore viscerum parte separantur membranis, quas præcordia appellant, Græci appellaverunt phrenas.

Phrenësis, is, f. *frēnesia*, $\varphi\rho\rho\sigma\epsilon\tau\iota\sigma$, idem ac phrenitis, hoc est insania, furor. *Senec. l. 1. de Ira, cap. 13.* Die & phrenelim, & insaniam viribus necessariam, quia sæpe validiores reddit. *Juvon. sat. 14. v. 126.* Cum furor haud dubius, cum sit manifesta phrenësis. *Seren. Sammon. c. 8. & Prudent. Hamartig. v. 125.* secundam hujus vocis corripuere, licet Græcæ scribatur per η : quia in re imitandi non sunt.

Phreneticus, α , um, o. α , f. $\varphi\rho\rho\sigma\epsilon\tau\iota\sigma$, $\varphi\rho\rho\sigma\epsilon\tau\iota\sigma$, qui phrenësi laborat. *Cic. 1. de Div. cap. 38.* Ego autem haud scio, an nec cardiacis hoc tribuendum sit, nec phreneticis.

Phrenetico, as, n. α , f. phrenësi laboro. *Cal. Aurel. in prefat. Acut.* Phrenetizandi causas dicere.

Phrenitis, itidis, f. *frēnesia*, Ger. *unfennigkeit*, Gal. *phrenesie*, Hisp. *frēnesia*, $\varphi\rho\rho\sigma\epsilon\tau\iota\sigma$, deliratio, insania, cum febris acuta, proveniens est immoderata sanguinis ebullientia. Plura de illa leges apud *Cels. l. 3. c. 18.*

Phronesium, f. α , f. $\varphi\rho\rho\sigma\epsilon\tau\iota\sigma$, a prudentia, meretricis nomen, apud *Plaut.*

Phrygionum, ii, n. nomen animalis, quod adalligatum quartanas sanare creditum fuit, teste *Plin. l. 30. c. 11.*

Phryges, gum, m. pop. Phrygiæ. Barbari, ac servili ingenio esse seruntur, solique verberibus in officio contineri. Hinc adag. *Phryx plagis melior fieri solet*, apud *Cic. in eos*, qui non monitis, nec pudore, sed verberibus tantum emendantur. *Cic. pro Flacc.* Utrum igitur nostrum est, an vestrum hoc proverbium, Phrygem plagis fieri solere meliorem?

Paftores erant. Cic. 1. de Div. Avibus, & earum fignificationibus obtemperabant. Id. ibid. Populi Phrygiæ minoris, idest Trojanæ, innumeris acceptis calamitatibus ob Helenæ raptum, vix decimo demum anno de ea refitituta confultare cœperunt, quam fit statim repoſcenti Menelao reddidit, iis ærumnis ſe ſe ſubduxiffent. Hinc prov. Sero ſapiunt Phryges, quod eſt in Tragedia Livii Andronici, quæ inſcribitur Equus Trojanus, in eos, quos ſero pœnitent male, vel ſulte factorem. Cic. 1. 7. Fam. ep. 16. In Equo Trojano ſcis eſt in extremo, Sero ſapiunt. In ſingul. num. Claud. 1. 2. in Eutrop. v. 153. Oſtrogothis colitur, mixtiſque Gruthungis Phryx ager. Pbedr. 1. 3. in præſat. Si Phryx Ælopus potuit, &c.

Phrygia, f. 1. Frigia, Φρυγία, regio Aſiæ minoris, ita dicta a Phryge ſi. qui eam a Caria dividit, vel a Phrygia filia Cecropis, vel a Phrygio, ſive Brygio oppid. Macedoniæ, unde colonos protectos ajunt in Phrygiam. Duplex eſt, magna, ſive major, & parva, ſeu minor. Phrygia magna, eſt regio ampla in mediterraneis, Galatiæ, Pamphyliæ, Lydiæ, Carizque confinis. Regio eſt verſus Helleſpontum, & oram maris Ægei, ad Occaf. Ante Troas dicebatur, a Phrygiis occupata Phrygia minor dici cœpit. V. Plin. l. 5. c. ult. & Curt. l. 3. c. 1.

Phrygiæ, a, um, Phrygiæ opera confectus, ut Phrygiæ veſtes, idest aut picæ, & ſilis aureis decora. Plin. l. 8. c. 48. Togas rafas, Phrygiæque D. Auguſti noviffimis temporibus cœpiſſe, ſcribit Penefſtella. Harduin. legit ex quibusdam MSS. Phrygiæ, & exponit veſtes villoſas, & criſpas ad ſimilitudinem Phryxæi velleris.

Phrygiæ, m. 3. viciniori, Φρύγιος, qui acu pingunt, vel qui veſtes auro intextunt, a Phrygiis, qui artificio veſtes acu pingendi nobiles erant, atque adeo artem hanc inveniffent exiſtimantur, ut auctor eſt Serv. ad 3. c. 9. Æn. & Plin. l. 8. c. 48. his verbis: Acu facere Idæi Phryges invenerunt, ideoque Phrygiæ appellati ſunt. Harduin. ex MSS. omnibus legit: ideoque Phrygiæ appellatæ ſunt, ſubaudi veſtes. Plaut. Aulul. 3. 34. Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius. Id. Men. 2. 3. 72. Pallam illam ad phrygionem ut deferat, ut reconcinnetur. Adde ibid. 3. 2. 4. & Titin. apud Non. c. 1. num. 10.

Phrygiæ, a, um, adject. V. in dictione præcedenti.

Phrygius, a, um, Φρύγιος, quod eſt e Phrygia. Cic. pro Roſt. Amer. Quis ibi non eſt vulneratus ferro Phrygio? Ovid. 13. Met. Phrygiæ arces, h. e. Troja. Phrygius lapis, gleba pumicoſa, tingendis veſtibus utilis, a Phrygia, ubi naſcitur. Plin. l. 36. c. 19. Phrygii modi, h. e. cantus, & choreæ adhibita a Sacerdotibus Cybeles, quæ in Phrygia maxime colebatur. Ovid. in Ibin. Attonitufque feces, ut quos Cybeleia mater Incitat, ad Phrygios vilia membra modos. Adde Tibul. l. 1. eleg. 4. Phrygiæ, mulieres e Phrygia, Virgil. Æn. 9. O vere Phrygiæ; neque enim Phryges. Idem Virgil. ſæpiſſime Phrygium pro Trojano uſurpat. Phrygia nox apud Sen. 12. Theb. v. 224. eſt, qua ſacra magnæ deum matris a Phrygiis in Dindymo Phrygiæ monte fiebant. Phrygium canere apud Quintil. l. 1. c. 10. (al. c. 17.) eſt Phrygium modum canere.

Phryne, es, f. 1. Φρύνη, nobilis Athenis meretrix, Theſpienfis genere. Cum in iudicium capitis adducta eſſet, plurimique, & graviffimis criminibus premeretur, nulla ei res alia ad abſolutionem ſuffragata eſt, quam formæ præſtantia. Nam Hyperides Orator, qui eam deindebat, cum opinio eſſet, condemnatum iri, illam conſtituit in eorum conſpectu, tunicaſque a pectore abſcidit, ut nudum ejus pectus aſpicerent, tantamque oratione, & hoc factu iudicium miſericordiam commovit, cum eam tanquam Veneris Sacerdotem oleo perſunderet, ut iudices, religione quadam animis eorum occupatis, ac deterritis, non ſint auſi eam condemnare. Phryne abſoluta, Euthias accuſator iratus, quod e iudicio victus in re tam aperta diſceſſiſſet, nullam poſtea cauſam dixit. Quintil. l. 2. c. 15. Tantam vin pecuniam conteciſſe quaſtu corporis dicitur, ut exciſas ab Alexandro Thebas reficere proprio ære potuerit. Propert. l. 2. eleg. 5. (al. 6.) v. 5. Apud Horat. epod. 14. Phryne pro quovis ſcorto ponitur.

Phrynon, ii, Φρύνον, herba efficaci remedium præbens contra tubetas, quas Græci Φρύνος vocant. Plin. l. 25. c. 10.

Phryx, gis, m. fl. Phrygiæ minoris, unde univerſa Phrygia nomen accepit, qui Phrygiam a Caria diſterminat, & in Hermum Smyrnæ fl. influit. Plin. l. 5. c. 29.

Phryxæus, a, um, Φρύξιος, quod ad Phryxum ſpectat. Ovid. 7. Met. Phryxæque velleræ poſcunt.

Phryxus, m. 2. Athamantis ex Nephele filius, qui cum Novercales inſidias ferre non poſſet, una cum Helle ſore proſtigit, accepto a patre arietem, cui vellus aere aureum. Eo conſenſo cum in Aſiam trajicere vellent, Helle puellari timore exterrita, decidit in mare, quod ex ejus nomine Helleſpontus appellatur, Phryxus vero incolumis in Colchidem pervenit, ad Regem Æeten, ubi arietem Jovi, vel, ut aliis placet, Marti immolavit, velluſque illud aureum in templo ſuſpendit, quod poſtea Jaſon Medææ opè adjuſtus, abſtulit. Arietis vero inter ſidera locatus, priſtinam efigiem tenuit. Phryxus Cithorum genuit. Juſtin. l. 42. Tac. 6. Annal. c. 34. & Boccat. l. 13. Gen.

Phthia, æ, f. Φθία, opp. Phthiotidis reg. in Theſſalia, patria Achillis, apud fin. Maliaicum, & Apidanum fl. Plin. l. 4. c. 7.

Phthiôtis, idis, f. Φθιώτις, regio Helladis, pars Theſſaliæ auſtralis. Plin. l. 4. c. 8.

Phthiôtis, arum, m. Phthiæ incolæ. Plin. l. 4. c. 7.

Phthiôticus, a, um, adject. a Phthia, ut Phthiôtica Tempe, apud Cæſul. carn. 65. (al. 63.) v. 35.

Phthiriâlis, is, f. 3. Φθειρία, morbus pediculatis, a Φθειρ, pediculus, quod a Φθειρα, corrupto, quia naſcitur ex corporis corruptione. Plin. l. 20. v. 1. Sic contra Phthiriâtin bibit, & hydroſites.

Phthiropâgii, m. 2. pop. Sarmatiæ Aſianæ, in Gorocondama peninſ. ad Euxinum mare, a Φθειρ, pediculus, & Φάγω, edo, propter tenuitatem victus, quaſi pediculis veſcantur. Plin. l. 6. c. 4.

Phthiſicus, a, um, adject. iſtico, Φθειτικός, phthiſi laborans. Plin. l. 20. c. 6. Sanguinem vero excreantibus, & phthiſis ſuccus prodeſt.

Phthiſis, is, f. 3. φθίσις, Φθεισις, tabes, morbus, qui totum corpus extenuat, & conſumit, conjunctus cum tuſſi, ſputo purulento, aliſiſque ſymptomatibus. Provenit ex ulcere pulmonum, vel etiam alterius viſceris nobilioris ſanguinei, a Φθειρα, ſive Φθειρα, corrupto. Colum. l. 6. c. 4. Cum pulmones exulcerantur, inde tuſſis, & macies, & ad ultimum phthiſis invadunt. Juven. ſat. 13. v. 95. Et phthiſis, & vomicæ putres.

Phthiſico, is, n. 3. phthiſi laboro, Sidon. l. 5. ep. 14. Jecorois, & phthiſcentibus medicabilis.

Phthitarus, i, m. nomen picis noſtris temporibus incogniti. Plin. l. 32. c. ult.

Phthius, a, um, Φθειός, quod eſt ex Phthia urbe Theſſaliæ. Ovid. in epif. Brifcid. Quam ſine me Phthiis canefcant æquora remis. Horat. l. 4. od. 6. Phthius Achilles.

Phthongus, m. 2. Φθόνγος, ſonus, tonus. Plin. l. 2. c. 22. In ea Saturnum Dorio moveri phthongo, Jovem Phrygio. Adde Vir. l. 5. c. 2.

Phthorius, a, um, adject. Φθειρός, corruptipendi, ſe extinguenti vim

habens, a Φθειός, pernicioſus. Plin. l. 14. cap. 16. Hoc vinum phthorium vocant, quoniam facit abortus.

Phu, fu, valeriana, Φῦ, herba Valeriana. Plin. l. 12. c. 12.

Phy, interjectio mirantis, teſte Donato. Terent. Adelph. 3. 3. 59. Phy, domum habuit, unde diſiceret.

Phycis, idis, Φυκίς, picis verno tempore varii coloris, reliquis anni partibus candidus. Plin. l. 9. c. 26.

Phycites, æ, Φυκίτης, gemma algæ colore habens. Plin. l. 37. c. 10.

Phycos, i, Φυκος, trutex marinus. Plin. l. 13. c. 25. ubi ait, a Latinis appellari algam, ſed minus proprie, cum alga herba ſit, phycos autem trutex.

Phygêthlon, n. 2. Φυγέθλον, tuberculum inflammatorium, vel potius eryſipelaceum abſque ſuppuratione, ad glandulas plerumque ſubcutaneas abortum, cum dolore inſigni urente, & mordicante, proveniens ab ichore ſanguineo acriore, ibidem itagante. Celf. l. 5. c. 18.

Phylæa, f. 1. prigione, locus cutodiæ, idest carcer, a φυλάσσω, vel τρω, cuſtodio. Plaut. Capt. 3. 5. 39. Illinc eſt abductus reſta in phylacem.

Phylæce, es, f. 1. opp. Theſſaliæ, al. magnæſiæ, in Epiri, ſive Moloffiis, quæ Epiri regio eſt, confinio, conditum a Phylaco Dejonis filio, ubi Proteſilaus regnavit. Plin. l. 4. c. 9.

Phylacæus, a, um, quod ad Phylacem urbem ſpectat. Ovid. Triſt. l. 5. eleg. ult. Ut vivat tama conjux Phylacæia, idest Laodamia uxor Proteſilæi.

Phylacides, æ, m. Proteſilaus, a Phylacæ urbe Theſſaliæ, in qua regnavit. Ovid. l. 2. de Art. v. 356. Phylacides aberat, Laodamia, tuus. Ubi Poeta primam produxit contra primitivi naturam. Alii ſcribunt Phyllacides.

Phylacita, æ, m. 1. φυλακίτης, carceris cuſtos, a φυλάττω, cuſtodio. Plaut. Aul. 3. 5. 44. Trecenti conſtant phylacitæ in atriis. Ubi translate intelligit importunos creditores, qui non minus cuſtodiant debitorum ſuos, quam cuſtos carceris detentos.

Phylactærum, ii, n. φυλακτήριον, amuletum, remedium quod geſtatur ad avertendos morbos, & incantamenta: a φυλάσσω, cuſtodio. Marcell. Empir. c. 8. Lapiſſos pertundes, & lino inſerto pro phylactærio uteris. Apud Hebræos phylactæria erant putacia, ſeu membranæ decalogi legem perſcriptam habentes, quas geſtabant in capite ſupra frontem: de quibus V. Hieronym. in Maſſib. c. 23.

Phylarchus, i, Φυλάρχος, tribunus, vel tribuum princeps: a φύλαξ, tribus, & αρχή, princeps. Cic. Fam. 15. ep. 1. Phylarchus Arabum. Ammian. l. 24. Phylarchus Saracenoium.

Phyllis, idis, f. Φυλλίς, filia Lycurgi Regis Thracum, quæ Demophoonem Theſei filium Regem Athenienſium ex Trojano bello redeuntem hoſpicio, lectoſque excepit, accepta prius ab eo ſide, ut domi compoſitis rebuſ, illam uxorem duceret. Profectus itaque Demophoon cum ultra ſtatutum tempus variis diſtrictis negotiis in patria detineretur, Phyllis & amoris impatientia, & doloris impulſu, quod ſe prætam eſſe crederet, laqueo vitam ſuavit, & converſa eſt in arborem amygdalum ſine foliis. Poſtea reverſus Demophoon, cognita re ejus amplecti eſt truncum, qui velut ipſoni ſentiret adventum, folia emiſit. Unde etiam phylla ſunt dicta a Phyllide, quæ ante peſala dicebantur. Aliqui dicunt, Phyllidem, cum ſe vellet in mare deicere, Deorum miſeratione in amygdalum eſſe converſam. Serv. in 5. Ecl. Crementius auctor eſt, nuſquam vivere arborem, ex qua Phyllis ſe ſuſpenderit. Plin. l. 16. c. 26.

Phyllon, n. 2. Φύλλον, ſpina, al. polygonatum, iſchias, & leucacantha, ſine caule, ſine flore, ſine echino, foliis longis, aculeatis, & lactuſæ ſimilibus. Plin. l. 22. c. 16.

Phyma, atis, Φύμα, tuberculum furunculo ſimile, ſed rotundius, & planius, sæpe etiam majus. Celf. l. 5. c. 28.

Phynon, onis, m. Φύων, nomen eſt collyrii, cujuſ conſciendi rationem tradit Celf. l. 6. c. 6.

Phyſma, atis, n. Φυſμα, lacrymæ genus, ex metopio arbore ſillans, pingue, & reſinoſum. Plin. l. 12. c. 23.

Phyſiter, eris, m. 3. Φυſίτηρ, belua ex balzarum genere, in mari Gallico & Indico. Nomen habet a φυſάω, flo, quod non ore, ſed ſiſtulis quibuſdam in vertice prope oculos poſitis ingentem aquarum vim eructet. Plin. l. 9. c. 4. Maximum animal in Indico mari priſtis, & balzarum eſt, in Gallico Oceano phyſiter, ingentis columnæ modo ſe attollens, altiorque navium velis diluviem quandam eructans.

Phyſica, æ, vel Phyſice, es, f. Germ. natuſliche ſachen, Gal. phyſique, Hiſp. fiſica, φυſική, ſcientia naturalis, idest quæ circa res naturales verſatur. Cic. 1. Acad. c. 7. Sed enitar, ut Latine loquar, niſi in hujuſcemodi verbis, ut Philoſophiam, aut Rhetoricam, aut Phyſicam, aut Dialecticam appellem, quibus, ut aliis multis, conſuetudo jam utitur pro Latinis.

Phyſica, orum, n. φυſικὰ, res naturales, ſcientia naturalis, libri, in quibus de rebuſ naturalibus diſſeritur. Cic. in Orat. Quem etiam, quo grandior ſit, & quodammodo excellior, ne phyſicorum quidem eſſe ingnarum volo. Adde 1. Fin. c. 6.

Phyſice, adv. phyſicemate, more phyſicorum. Cic. 3. de nat. Deor. c. 7. Quæ a te phyſice dicta ſunt de vi ignea.

Phyſicillo, as, φυſικίλλομα, res naturales inveſtigo, phyſicum ago. Marcell. Capel. l. 1.

Phyſicæ, ci, ſubſt. m. fiſico, Ger. natuſkundinger, Gal. phyſicien, Hiſ. fiſico, φυſικίς, Philoſophus naturalis, ſeu qui Phyſicæ dat operam, qui rerum naturam rimatur, vel, ut Cic. definit in Timæo, acer iſveſtigator, & diligens earum rerum, quæ a natura involutæ videntur. Id. 1. de nat. Deor. c. 30. Non pudet igitur Phyſicum, idest ſpeculatore, venatoreque naturæ, ab animis conſuetudine imbutis petere teſtimonium veritatis?

Phyſicum, a, um, naturale, φυſικὸς, naturalis, ſive ad rerum naturam pertinens. Cic. 2. de Div. Aut geometricum quiddam, aut phyſicum, aut dialecticum explicare. Id. 2. de nat. Deor. c. 21. Phyſica ratio.

Phyſiognomon, onis, m. fiſionomo, φυſιογνώμων, qui hominum mores ex vultu, & corpore cognofcit. Cic. de Fato, c. 5. Quid? Socratem, nonne legimus, quemadmodum notarit Zopyrus phyſiognomon, qui ſe probebatur hominum mores, naturaſque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoſcere?

Phyſiologia, æ, f. φυſιολογία, ſcientia, quæ de naturaſ rerum diſſerit, eadem ac Phyſica. Cic. 1. de nat. Deor. Hunc cenſes primis, ut dicitur, labris guſtaſſe Phyſiologiam? Id. 1. de Div. c. 41. Qui & naturaſ rationem, quam Phyſiologiam Græci appellant.

Phyſis, is, φύσις, Græce naturam ſignificat. Hinc Phyſes appellari ait Plin. l. 37. c. 12. quaſdam gemmas proprio nomine carentes, quia ipſius naturaſ admirationem in ſe continent.

Phyteuma, atis, Φύτουμα, herba amatoria. Plin. l. 27. c. 12.

Piabilis, le, o. 3. che ſi può purgare, κηθαρίσις, quod purgari, ſeu placari poſeſt. Ovid. 3. Faſt. v. 289. Piabile fulmen.

Piacularis, & re, o. 3. *espatorio*, *επισπαστικός*, *επισπαστός*, quod vim habet expiandi, quod ad satisfactionem peccati pertinet, vel datur, a *piaculo*. *Plaut. Epid. 1.2.35*. Me ne piacularum oportet fieri ob stultitiam tuam, Ut meum tergum stultitiae tuae subdas fucidaeum? Idem, oportet ne, tuam stultitiam meis scapulis expiari. *Liv. 1.1.1.26*. Is quibusdam piacularibus sacrificiis factis, &c. ¶ *Piacularia* auspicia dicebantur, teste *Fest*, quae sacrificantibus tristitia portendebant, cum aut hostia ab ara profugisset, aut percussa mugitum edidisset, aut in aliam partem corporis, quam oporteret, cecidisset. ¶ *Piacularis* porta, quaedam porta urbis Romae, ita appellata ob quaedam piacula, quae ibi fieri solebant. *Idem Fest*.

Piaculariter, adv. ita ut piaculo opus sit, impie. *Tertul. de pudic. c. ult.* Piaculariter negare. Al. leg. *peculiariter*.

Piaculo, as, avi, atum, a. 1. expio, piaculis piaco. *Cat. R. R. c. 141*. Mars Pater, te hinc fovevetauribus piaculo.

Piaculum, i, n. scelus, delictum, a *pio*. *Virg. 6. Aen. v. 596*. Distulit in feram commissa piacula mortem. Ubi *Serv.* Piacula, commissa propter quae expiatio deberetur. ¶ Metonymice sumitur pro quolibet sacrificio piaculari, seu expiatorio, *sacrificio*, *purgatione*, *קַיִר*, Germ. *offer*, Gall. *sacrifice*, *offre* pour le peché, Hisp. *sacrificio por el peccado*, *purgacion*, *ευσπία*, *επισπαστός*. *Hor. 1.1. ad. 28*. Teque piacula nulla resolvunt. *Cic. 2. de Leg. c. 22*. Contra caeset, habendis triduum ferias, & porco foemina piaculum pati. Aliqui pro *patis* corrigunt *dandum*. *Liv. 1.2. c. 38*. Piaculum mereri.

Piaculus, a, um, adject. piacularis, ut porco piaculo facere, apud *Cat. de R. R. c. 139*.

Piam, syllabica adjectio, quae extra compositionem nihil significat, in compositione aliquid addit significationis dictionis, cum qua componitur, ut *Quispiam*.

Piamea, unis, n. idem ac piamentum. *Ovid. 2. Fast. v. 19*. Februa Romani dixerunt piamea patres.

Piamentum, ti, n. *purgatione*, *εξορισ*, expiatio, actus expiandi, vel id ipsum, quo in expiando utebantur. *Plin. 1.25. c. 4*. Hac evulsa, ferobem repleri vario genere frugum, religio est, ac terrae piamentum.

Piatio, onis, f. piamentum, expiatio. *Plin. 1.28. c. 2*. In mensa id reponi, adolerique ad Larem, piatio est.

Piatrix, icis, f. *ἀγίαστρα*, Sacerdos, quae expiare erat solita, quam quidam *Smulatricem*, alii *fagam*, alii *expiatricem* vocant. *Fest. Plaut. Mil. 3.1.101*. Tum piatricem non potest quin munerem.

Pica, ae, f. *pica*, *gazza*, Ger. *ein arzel*, Gal. *pie*, Hisp. *pega*, *pica*, *xitta*, avis magnitudine palumbae, aliis vario colore, & praesertim caeruleo depictis, humana imitans verba. In has aves fabulantur *Poetae* mutatas esse *Pierides*, idem, novem filias *Pieri*, & *Evippes*, quod cum *Museis* certare ausae essent, indeque illis pristinum loquacitatem, humanaque linguæ studium remanere. *Perf. in prol.* Quod si dolosi spes retulerit nummi, corvos poetas, & poetrías picas cantare credas *Pegaseum* melos. *V. Plin. 1.10. c. 33*. & *Ovid. 5. Metam. 11*. ¶ Est & alia pica, sub ventre alba, superius nigra, cauda longa, quae varia appellatur, quae ab *Apennino* Romam versus *Plinii* aetate cerni coepit. *Plin. 1.20. c. 29*.

Picaria, ae, f. locus ubi *pix* effoditur (est enim *pix* quaedam fossilis, teste *Plin. 1.16. c. 12*) vel ubi coquitur. *Cic. de clar. Orat. c. 22*. Liberi societatis ejus, quae *picarias* redemisset. Al. leg. *picarias*, al. *pecuarias*. *Ulp. 1.17. de V. S.* Vestigialinarum, metallorum, & *picariarum*. Sed alii leg. *picariarum*.

Picatus, a, um, *impeccato*, *πικρὸς*, pice illitus. *Colum. 1.11. c. 2*. *Dolia* partim *picata*, partim *detricata*. ¶ Vinum *picatum* dicitur, quod *pice* conditum est. Solebat enim musto in primo fervore (qui fere novem diebus peragitur) *pix* aspergi, ut odor vino conciliaretur, & quoddam saporis acumen. *Plin. 1.14. c. 19*. & *20*. ¶ Fuit & vinum *picatum* naturale, ex *uva* *picata*, quae natura *piceis* odorem, & saporem habebat, in agro *Viennensi*. *Plin. 1.14. c. 1*. & *2*. *Id. 1.23. c. 1*. Ad omnia hæc utilis id, quod sponte naturæ suæ *pice* resipit, *picatumque* appellatur.

Picea, ae, f. *picea*, *πικρα*, *πίκρος*, *πίκρος*, arbor ejusdem generis, ac *pinus*, teste *Dioscoride*, nisi quod minus alta, minusque recta assurgit, pinguiore, ac tenuiore folio est, conum minore, ac magis algentem, nucleos quoque resina perfusus gerit. Aliquibus definitur arbor *larici* similissima, folio brevi, tædæ proximo, immortalis virore. Est a *πικρα*, mutato *κ* in *ι* breve, vel a *pice*, quam fundit. De ea *Plin. 1.16. c. 9*. *10*. *24*. *25*. *26*. *1.17. c. 12*. *18*. *1.24. c. 6*. *Virg. Aeneid. 1.9. v. 87*. *Nigranti* *picea*, trabibusque obscurus acernis.

Picearia, V. *Picaria*.

Piceaster, stri, m. *picea* sylvestris. *Plin. 1.14. c. 20*. Fit e *picea* resina, in *Hispania* autem e *piceaster* minime laudata.

Piceatus, a, um, *πικρὸς*, pice illitus. *Martial. 1.8. epigr. 59*. Non fuit *Autolyti* tam *piceata* manus. Ubi *piceatam* manum dicit pro *ruci*, quasi quæ *piceis* instar, quod tangit, auferat.

Picentes, tium, & tum, *Picentini*. *Cic. pro Syll. & Silius 1.10*. ¶ In singulari numero *Prudent. in Hippolyto, v. 206*.

Picentia, f. 1. *Bicentia*, olim opp. *Picentinorum*, nunc tenuis vicus, quem allabant fl. *il Bicentino*, inter *Salernum*, & *Ebolas*. *Sil. 1.8. v. 579*.

Picentinus, a, um, adject. ad *Picenum* pertinens. *Martial. 1.13. ep. 47*. *Picentina* *Ceres* niveo sic necare crevit. ¶ *Picentini*, pop. *Italiae*, in secunda regione, in ora maris *Tyrrheni*, a *Surrento*, sive *Minervæ* promontorio ad *Silarum* usque fl. teste *Plin. 1.3. c. 5*. inter *Campanos* ad *Occ. Lucanos* ad *Or. Silaro* fl. dividente, & *Hirpinos* ad *Bor.* in Regno *Neapolitano*, ubi nunc pars *Borealis* *Principatus* citerioris, juxta sinum *Salernitanum*, quorum ager *Picentinus*, & ora *Picentinum* litus *Plinio* dicitur, vulgo *Costa d'Analfi*, & *Principato citra*. *Plin. 1.3. c. 5*, & *13*.

Picenum, n. *Marca d'Ancona*, regio *Italiae*, juxta mare *Hadriaticum*. Habet ab *Or. Aternum* fl. quo ab *Aprutio* dividitur, est alii qui ab hac parte terminum *Piceni* constituunt *Truentum* fl. ab *Occ. Ælim* fl. quo separatur ab *Umbria*, a *Sept. mare* *Hadriaticum*, a *Mer. Apenninum* M. quo ab *Umbria*, & *Sabinis* sejungitur. Nomen accepit a *pice*, vel a *pico* *Martio*, qui, cum populi *Piceni* a *Sabinis*, a quibus originem traxerunt, *Aiculum* commigrarent, in eorum vexillo insedisse dicitur, teste *Strabone* 1.5. *V. Plin. 1.3. c. 13*.

Picenus, a, um, quod ad *Picenum* reg. spectat, ut *Picena* tellus, *Sil. 1.8. v. 425*. *Picena* oliva, *Martial. 1.9. ep. 15*.

Picetus, a, um, *πίκρος*, quod est ex *pice*, vel quod est viscosum, ac tenax instar *piceis*: item quod nigrum est. *Mart. 1.2. ep. 41*. Et tres sunt tibi *Maxima* dentes, sed plane *piceique*, *buxequae*. *Virg. 2. Georg. v. 309*. *picea* caligo. *Ovid. 11. Met. v. 549*. *piceæ* nubes. *Valer. Flacc. 1.1. v. 617*. *Picenum* caelum.

Picinum oleum. *V. Pistinum*.

Pico, as, a. 1. *impegolare*, *impeccare*, *πικρὸς*, *pico* linio. *Colum. 1.1. c. 18*. Et *serventissima* *pice* infusa novo alio *rutabulo*, & *scopula*. *Tom. 11.*

picatur. *Sueton. in Claud. c. 16*. *Picare* dolia.

Picris, f. 3. *πικρίς*, lactuca, vel *cichorei* agrestis genus, a *πικρὸς*, *amarus*. *Plin. 1.19. c. 8*. *1.21. c. 17*. *1.22. c. 22*.

Pictacium. *V. Pittacium*.

Pictavi, m. 2. *Poitivens*, pop. Galliae *Aquitanicæ*, quorum regio *Pictaviensis* Provincia. *1.2. Poitovu*.

Pictavicus, a, um, adject. ad *Pictavos* pertinens. *Auson. epigr. 51*. *Imago* *Rufi* *Rethoris* *Pictavici*.

Pictōnes, um, iidem ac *Pictavi*. *Plin. 1.4. c. 19*.

Pictōnicus, a, um, adject. ad *pictones* pertinens, ut *Pictōnicum* litus. *Auson. ep. 9. v. 36*.

Pictilis, le, adject. *pictus*, ut *pictilis* balneus, *Apul. 1.10. Metam.*

Pictor, oris, m. *pistore*, *γυμναστής*, qui pingit, seu *picturam* exercet. *Cic. 4. Acad. c. 7*. Multa vident *pictores* in umbris, & in eminentia, quæ nos non videmus. *Hor. de Arte*. *Pictoribus*, atque *poetis* *Quidlibet* *audendi* *semper* *fuit* *æqua* *potestas*.

Pictorius, a, um, adject. ad *pictores* pertinens. *Tertul. 1.1. adv. Martion. c. 3*. *Poetica*, & *pictoria* licentia.

Pictura, ae, f. *γυμναστική*, ars pingendi. *Cic. 3. de Or.* Una est ars, ratioque *picturæ*, dissimiliumque tamen inter se *Zeuxis*, *Aglaophon*, *Apelles*. ¶ Metonymice accipitur pro *tabula*, vel *tela*, vel *alia* re, quæ *picta* est. *Cic. 6. Ver. c. 1*. *Nego*, ullam *picturam* neque in *tabulis*, neque *textilem* fuisse, quin *quæsit*, *inspexerit*. *Id. in Or.* In *picturis* alios *horrida*, *inculta*, *abditæ*, & *opacæ*, contra alios *nitida*, *læta*, *collustrata* *delectant*.

Picturatus, a, um, *πικρὸς*, *pictura* exornatus. *Claudian. in epist. ad Seren. v. 3*. *picturata* volucres. *Stat. Theb. 6. v. 58*. *picturatus* floribus agger. ¶ Vestes *picturatae* dicuntur, quæ *acu* *pictæ* sunt. *Virg. 3. Aen. v. 483*. Fert *picturatas* auri *subtegmine* vestes.

Pictus, a, um, *dipinto*, *γυμναστής*. *Cic. 5. Fin.* Quæ quidem dicunt, qui nunquam *Philosophum*, ut dicitur, *pictum* viderunt. *Id. 5. Tusc.* *Stragulum* *textile* *magnificis* operibus *pictum*. *Id. de cl. Orat. c. 85*. *Lydia* *nihil* potest esse *pictius*. h. e. in dicendo ornatus. *Virg. in Culo. v. 69*. *Florida* cum *tellus* *gemmant* *picta* per *herbas*. *Martial. 1.10. epigr. 72*. *Picti* *reges*. h. est *pictis* vestibus *induti*. ¶ *Picta toga*, quæ *triumphantium* fuit, itemque *Consulum*, sub *Imperatoribus*, & *Prætorum*, quoties ludos ederent, ita dicta est, quod *acu* elaborata esset, & opere *phrygio* distincta. Eadem & *palmarum* dicta est, quoniam *sepius* apud *Latinos* *Scriptores* invenies *palmarum tunicum*, quam *palmarum togam*. *V. Palmatus*. Item *Capitolinus* aliquando dicitur, tum quod ea *Jupiter Capitolinus* indutus esset, tum quod vestes *triumphantium* in templo *Jovis Capitolini* servarentur, & inde, cum opus foret, deponerentur. *Lamprid. in Alexand.* *Prætextam*, & *pictam* nunquam nisi *consul* accepit, & eandem quidem, quam de *Jovis* templo *sumptam* alii *quoque* accipiebant aut *Prætores*, aut *Consules*. *V. Ferr. de re Vestiari. l. 2. c. 7*.

Pictla, læ, diminut. a *pix*. *Apul. de herb. c. 36*. Ipsam cum *nitro*, & *axungia*, *picula* ex *aceto* foveto.

Picumnus, m. 2. *πικρὸς*, genus *avis*, al. *picus* *Martius*. *Non. c. 12. n. 36*. ¶ Item *Picumnus*, *Deus*, qui in *sacris* *Romanis* adhibebatur. *V. Pictunus*.

Picula, i, m. *pico*, *picchio*, Ger. *ein specht*, Gall. *pie*, Hisp. *pico*, *δρυοκαλάττης*, *δεδρυοκαλάττης*, avis parva unciis unguibus, quæ cavat arbores, in quibus pullos educat, & scandit in subreptum felium modo, quæ ab *Aristophane* *πελεκύς*, *pelecanus* vocatur, a *πέκος*, hoc est, *ξύλον*, *καλάττης*, quia arbores tundit, atque excavat. *Fest. & Isid. 1.12. Orig. c. 7*. dicunt, sic vocari a *Pico* *Aboriginum* Rege, quod ille hac ave in auspiciis uteretur. *Cognomen* dicitur *Martius*, quod *Marti* sacer esset. De hac ave *Plin.* differit *1.10. c. 18*. *29*. & *33*. *1.11. c. 37*. *1.25. c. 4*. *1.27. c. 10*. *1.29. c. 4*. *1.31. c. 16*. ¶ *Picos* etiam *Romani* veteres vocabant, qui *Græcis* *gryphes* dicuntur. *Plaut. Aul. 4.8*. *Pici* *divitiis*, qui *aureos* *montes* *exlunt*, ego *solus* *supero*.

Picus, m. 2. *filii* *Saturni*, pater *Fauni*, avus *Latini*, *Rex* *Aboriginum*, *peritissimus* *auguriorum*. Hunc *Pomona* *Dea* *pomorum* *amavit*, & e-*jus* *volentis* *est* *fortita* *conjungium*. Postea a *Circe* etiam *amatus* est, quam cum *sperneret*, ab illa *irata* in *avem* *picum* *Martium* *conversus* est. Hoc ideo *figitur*, quia *augur* *fuit*, & *domi* *habuit* *picum*, per quem *future* *noctabat*: quod *Pontificales* *inducant* *libri*. *Uxorem* *habuit* *Canentem* *filiam* *Jani*, & *Veniliæ*, ex qua *genuit* *Faunum*. *Ovid. 14. Metam. Serv. in 7. Aen.*

Pie, adv. *piamente*, Germ. *gottesforchtiglich*, Gall. *religieusement*, Hisp. *piamente*, *θεσεβῆς*, religiose, cum magna in Deum fiducia. *Cic. de nat. Deor. Pie*, sancteque *Deum* *colunt*. ¶ Aliquando ponitur pro *benigne*, *clementer*. *Cic. 1.11. Fam. ep. 27*. *Alia*, quæ *defendam* a *te* *pie* *heri*, & *humane*. *Senec. de consol. ad Polyb. c. 34*. *Utrumque* *piissimè* *idem*, & *fortissime* *tulit*.

Pieres, rum, *πικρὸς*, populi *Macedoniz*. *Plin. 1.4. c. 10*.

Pieria, f. 1. *Veria*, al. *Lacofebia*, *πικρα*, regio *Macedoniz*, in confinio *Dardaniæ*, inter *Axiium*, *Aliaemonem*, & *Peneum* fl. in qua urbes *Pieria*, *Phylacæ*, & *Vallæ*. *Picem* *habet* *Indicæ*, *Naricæ*, *Idææ*, & *Illyricæ* *comparandam*. *Plin. 1.4. c. 10*. ¶ *Pieria* altera, regio *Syriæ*, in ora, in *Cañotide*, inter *Ciliciam*, & *Phœnicem*, ubi *mons* *ejusdem* *nominis*, qui *vulgo* dicitur *Monte Nero*, al. *Moutana nigra*, & *Amani* *pars* *est*, ubi etiam *Seleucia* *urbis* *præcipua* *cognomento* *Pieria*. *Plin. 1.5. c. 12*. & *21*.

Pierides, f. 3. *novem* *filiz* *Pieri* *Macedonis*, vel *Thessali* *ex* *Evippe*, al. *Enippe*, quæ *Mufas* *ad* *carninum*, & *cantus* *certainen* *provocare* *ausæ*, ab *his* *victæ* *sunt*, *judicio* *Nympharum*, cumque *convicia* *facere*, ab *illis* *in* *picas* *versæ* *fuert*. *Ovid. 5. Met.* ¶ *Vulgo* *hoc* *nominè* *Musæ* *appellatur*, dictæque *creduntur* a *Pieria* *reg. Macedoniz*, vel a *Pierio* *monte* *Thessaliæ* *in* *Macedonia* *confinio*, ubi *ex* *Jove*, & *Mnemosyne* *natz* *sint*. *Virg. Ecl. 8*. *Dicite* *Pierides*. ¶ In singulari numero. *Ovid. 4. Fast. v. 220*. *Pieris* *orsa* *loqui*. *Horat. 1.4. od. 3*. o *testudinis* *aureæ* *Dulcem* *quæ* *strepitum*, *Pieri*, *temperat*.

Pierius, a, um, *πίκρος*, quod ad *Pieriam* *reg.* *vel* *ad* *pierium* *mont.* *aut* *fl.* *vel* *ad* *Pierides*, *vel*, ut *vulgus* *uturpat*, *ad* *Mufas* *spectat*. *Ovid. 1.2. de Pont.* *Lucida* *Pieria* *tendis* *ad* *atra* *via*. *Horat. 1.3. od. 4*. *Pierium* *antrum*. ¶ *Dies* *Pierii* *sunt*, quos *impedimus* *literarum* *studiis*. *Stat. 1.1. Sylv. 3*.

Pierus, m. 2. *Macedo* *quidam*, vel *Thessalus*, qui *ex* *Evippe*, al. *Enippe*, *genuit* *novem* *filias*, quæ *Pierides* *appellatæ* *sunt*. *Ovid. 5. Met.* *Idem* *Linum* *filium* *ex* *Evippe* *suscepit*. *Condidit* *urb.* *Pieriam* *in* *Macedonia*, al. in *Bœotia*.

Pierus, m. 2. al. *Pierius*, *mons* *Thessaliæ*, al. *Bœotiz*, in confinio *Macedoniz*, apud *Olympum* *M. ubi* *opp.* *ejusdem* *nominis*, *Pheris* *proximum*, *cum* *lacu* *cogn.* *Plin. 1.3. c. 8*. *Vulgo* *dicitur* *Musis* *sacer* *eilic*. Sed *filiz* *Pieri* *cum* *Musis* *confunduntur*. *V. Pierides*.

Pietas, atis, f. *pietas*, *הכר*, Ger. *gottesgurch*, Gal. *pietè*, Hisp. *pietas*, *εὐσεβεία*, amor, & cultus erga parentes, vel alios majores, item *er-*

ga patriam, quemadmodum religio est cultus erga Deum, a *pius*. Cic. 2. de Inv. Pietas, per quam sanguine conjunctis, patriaque beneficiis officium, & diligens tribuitur cultus. Id. pro Planc. Quid est pietas, nisi voluntas grata in parentes? Id. in Somn. Cole pietatem, quæ cum sit magna in parentibus, & propinquis, tum in patria maxima. ¶ Dicitur etiam de Deo. Cic. 2. de nat. Deor. Est enim pietas iustitia adversum Deos. Id. pro Dom. Nec est ulla erga Deos pietas, nisi honesta de numine eorum, ac mente opinio, cum expeti nihil ab iis, quod sit iniustum, ac inhonestum, arbitrare. ¶ Interdum ponitur pro benignitate, & clementia. Claudian. de Ill. Conf. Honor. v. 513. Quæ pietas, quantisque rigor, tranquillaque magni Vis animi. ¶ Pietas a Romanis Dea putata est, ædemque habuit Romæ eo in loco, ubi postea Marcelli theatrum ædificatum est. Cic. 2. de Leg. Plin. l. 7. c. 36.

Pietatitrix, icis, quæ pietatem colit. Petron. in Satyr. Ciconia etiam grata, peregrina, hospita, Pietatitrix.

Pigendus, a, un, particip. a *Piget, cosa da rinversere*. Propert. l. 4. el. 1. v. 74. Pofcis ab invita verba pigenda lyra. Ovid. ep. 7. v. 110. causas habet error honestas: Adde fidem, nulla parte pigendus erit.

Pigēō, es, qui, n. 2. idem, ac *piget*, apud vet. Plaut. Men. 5. g. 7. Adolefcens, quæro, loquere tuum mihi nomen, nisi *piges*. Plerique al. leg. *piget*. ¶ Particip. *pigens, nis*. Apulej. l. 4. Metam. Pigens tristique retro domum pergit.

Piger, gra, grum, *pigro*, גרם, Ger. *faul*, Gal. *pareffus*, Hisp. *perico*, *perico*, segnis, iners, tardus. Horat. l. 1. sat. 4. *piger* scribendi terre laborem. Id. ibid. Dicedet pigior ultro. Id. l. 2. ep. 1. *piger* militiæ. Cic. Fam. 8. ep. 1. Ad literas scribendas pigerrimus. Id. ib. ep. 17. *Piger* in re militari. ¶ Interdum ponitur pro lento, seu viscido, & minime fluido. Catull. l. 2. cap. 2. Qui modo pigrum teneat humorem. Sil. l. 15. v. 504. Arar pigerrimus undæ. Ovid. 4. de Pont. el. 10. *Pigra* palus. ¶ Item pro longo, & diuturno. Horat. l. 1. ep. 1. *Piger* annus. Ovid. 2. Fast. pigrum bellum. ¶ Præterea *piger* dicitur, qui pigros facit, ut frigus pigrum. Auf. ad Heren. l. 4. *pigra* hyems, Ovid. 3. Amor. el. 5. ¶ *Martial.* l. 2. epigr. 11. Lugubre quiddam quod tacet *piger* vultus. h. e. tristis. ¶ *Pigerrimus* pro pigerrimus, est *Tertulliani* in Exortat. ad castit. c. 13.

Piget, 1. abt, quit, vel piguitem est, imp. 2. *rinversere*, *effere molesto*, גר, Ger. *es verdrußt*, Gal. *être marry*, Hisp. *aver dolor o vengueno*, κατωλιν, μεταμίλη, dolce, molestum est, a *piger*. Quibusdam contra placet, *piger* esse a *piger*. Differt a *puet*, quod *puet* de iis dicitur, quæ turpiter fiunt, *piger* de iis, quæ cum damno, & malo, *puet*re ad deducit refertur, *pigere* ad dolorem. Don. & vetus Interpres Terentii. Construitur cum gen. rei, vel cum infinitivo loco genitivi, & cum acc. personæ. Cic. pro Dom. c. 11. Ut me non solum *pigret* multitudine meæ, sed etiam *puet*. Id. in Brut. c. 50. Ad misericordiam inducitur, ad *puendum*, ad *puendum*. Id. in Sallust. Quæret non *puet*. Silius l. 7. v. 173. Nec pigium parveque lares, humilefque subire. ¶ Reperitur etiam cum nom. seu accusat. Ter. Phor. 3. 3. Ne quid plus, minusve faxit, quod nos postea *piget*. Id. in prol. Heaut. Neque te id *pigere*. Plaut. Pseud. Id, quod *puet*, facilius tertur, quam id, quod *piget*. ¶ Interdum ponitur pro tardare. Fest.

Pigmentarius, ii, m. *μυρωδότης*, qui dividit pigmenta, item thus, aliqua aromata, ac unguenta. Jul. Firmic. Thurarios faciet, vel pigmentarios, seu pharmacopolas. l. 3. ff. de scar. Pigmentarii si cui temere cucutam dederint. Cic. 15. Fam. ep. 17. Accius pigmentarius valde gaudebat, se adversarium perdidisse.

Pigmentatus, a, um, *μυρωδότης*, pigmentis ornatus. Tertul. de cultu fam. c. 13. l. 2. Taliter pigmentatæ Deum habebitis amatorem. Prudent. Hamartig. v. 315. Pigmentato meretricis crino.

Pigmentum, ti, n. *χρωμα*, colores pictorum, a sup. pictum verbi *pigo*, e in g convelo. Plaut. Epid. 5. l. 20. Quem Apelles, Zeuxifque duo pingent pigmentis ulmeis. idest virgis ulmeis utentur ad corpus meum sanguine pingendum. Cic. 1. de Div. c. 13. Alperfa temere pigmenta in tabula, oris lineamenta effere possunt. ¶ Speciatim funitur pro unguento, quo mulieres utuntur ad venustandam faciem, qualis est cerussa, alique id genus fuci, quibus cuti candorem, & ruborem inducunt, *bellesto*, *lisco*, פך, Germ. *farbe*, Gall. *lard*, Hisp. *alfice*, *φικας*. Plin. l. 26. cap. 43. Nuper portentosis ingenio principatu Neronis inventum, ut pigmentis perderet se. ¶ Quandoque accipitur pro succo herbarum, unde pigmenta fiunt. Firmic. l. 8. c. 17. Marfi eunt, vel qui venenis ex herbarum pigmentis confectis salutaria soleant hominibus remedia comparare. ¶ Translate dicitur de coloribus Rhetoricis, idest de exornationibus. Cic. Att. l. 2. ep. 1. Meus autem liber totum hoccratis *μυρωδότης*, atque omnes ejus discipulorum arculas, & nonnihil etiam Aristotelica pigmenta consumpsit. ¶ Item de ornamentis inanibus, de mendaciis, de fraudibus. Nam ejus, qui pingitur, non est naturalis color, sed artificialis. Cic. 2. de Or. cap. 45. Tam integræ sententiæ, tam veræ, tam novæ, tam sine pigmentis, tuoque puerili.

Pigneratio, onis, f. actus pignerandi, pignus. Cajus l. 9. Dig. de pign. C. hyp. Quod emptioem, venditionemque recipit, etiam pignerationem potest recipere. ¶ Quidam scribunt *pignoratio*.

Pigneratitius, a, um, *μυρωδότης*, qui pignori datur, ut fundus pigneratitius, l. *Quamvis*, Dig. de pign. act. Pigneratitius creditor dicitur, cui pignus capere licet. Ulp. l. 1. ff. de pign. act. Queritur in pigneratitio creditore, an pignoris persequo denegetur. ¶ Pigneratitia actio a Jctis dicitur, quæ instituitur ad pignus persequendum. Vide Digest. l. 13. 11. 7. ¶ Eadem dicitur & pigneratitia, absolute, ut l. 3. Dig. de transaction. Si agat pigneratitia debitor. ¶ Scribitur & pigneratitius.

Pignerator, oris, m. *επιπυραγος*, qui pignus accipit. Cic. 4. Ver. cap. 11. Cum in his quidem rebus omnibus publicanus petitor, ac pignerator, non ereptor, neque possessor solet esse.

Pigneratus, a, um, nom. ex particip. passiva signif. *impegnato*. Liv. l. 24. c. 1. Velut obfidibus datis pigneratos habere animos.

Pignēō, as, a. 1. *dare in pigno*, גרם, Germ. *zum pfand nehmen*, Gal. *engager*, Hisp. *empñar*, *επιπυραγος*, *επιπυραγος*, est rem pignori dare, ab antiquo *pignera* pro *pignora*. Suet. de Vitell. c. 7. Utque ex aure matris detractum unionem pigneraverit ad itineris impensas. Javen. sat. 7. v. 73. Cujus & alveolos, & lænam pignerat Atreus. h. e. Rubrenus Poeta (de quo fermo est) dum tragediam de Atreo scribit, cogitur ob paupertatem lænam pignori dare. Itaque perperam quidam Lexicographus hoc loco *pignerare* accipit pro pignus capere.

Pignēō, aris, atusum, dep. 1. pignus capio, obnoxium me reddo. Translate Sueton. in Claud. c. 10. Primus Cæsarum fidem militum præmio pigneratus. Cic. Phil. 14. c. 12. Mars ipse ex acie fortissimum quemque pignerari solet. h. e. sibi afferere, veluti in pignus accipere: itaque sentus est, fortissimum quemque primum in prælio occumbere solet.

Pignorificatio, onis, f. *sequēō*, quasi captio pignoris. Cato apud Gell. l. 7. cap. 10. Pignorificatio ob æs militare, quod æs a Tribuno ærario miles accipere debebat, vocabulum scorum sit.

Pignus, oris, n. *pigno*, גרם, Ger. *pfand*, Gal. *gage*, Hisp. *prenda*, *prenda*, id, quod creditori datur, ut sit securus, & dicitur de mobili æque, ac de immobili. Ulpian. l. si rem alienam, Dig. de pign. act. Cavere sibi pignoribus. Scævola l. ult. Dig. eod. tit. Sub pignoribus pecunias accipere. Sic pignori obligare aliquid, pignus liberare, solvere, suscipere, & c. apud Jctos Dig. loc. cit. Ter. Phorm. 3. 56. Pignori opponere. V. Oppono. Plaut. Most. 4. 2. 62. Quadranginta dedit huic, quæ essent pignori. ¶ Auterter pignora dicitur Magistratus, cum bona alienius capi jubet, & sub custodia publica retineri, *metter in sequēō*. Cic. 3. de Orat. c. 1. Philippus Consul pignoribus ablati Cralium instituit coercere. ¶ Sæpe pignus accipitur pro eo quod deponitur ab iis, qui simul de re aliqua decertant, ut sit victorius. Virg. Ecl. 3. Dic, mecum quo pignore certes. Catull. carm. 45. Pignore contendere. ¶ Translate pignus dicitur argumentum, indicium, ratio, quo aliquid evincitur. Sever. in Ætas, v. 418. Certa que venturæ præmittit pignora Hammæ. Curt. l. 6. c. 7. Dextram reconciliatæ gratiæ pignus obtulit. Cic. pro Sext. pignus Republicæ videbatur, la *scurezza della Repubblica*. ¶ Filii quoque sæpissime pignora dicuntur. Ovid. 3. Fast. Julia sollicita gestabant pignora matres. Stat. l. 2. silv. 1. Adficta pignora. h. e. filii adoptivi. ¶ Item parentes, nepotes, & quicumque aliqua necessitudine cariores. Ovid. 3. Metam. v. 134. Pignora cara nepotes. Quintil. l. 6. c. 1. Quare & obsecratio illa iudicium, per carissimam pignora, utique, si reo sint liberi, conjux, parentes, utilis erit.

Pigre, adv. pigramente, Ger. *fauligkei*, Gal. *pareffusement*, Hisp. *parecosemente*, *αργως*, segnitèr, tarde. Plin. l. 10. c. 34. Pignus intrante scæmine ad pullos. Senec. l. 3. de Ira, c. 17. Pigre in servitutum transiens.

Pigro, es, n. *piger* sum. Enn. apud Non. c. 3. n. 170. Pigret fuffere laborem. Accius ibid. Omnes gaudent cære recte, mali pigrent.

Pigrefco, is, n. 3. *divenir pigro*, פגר, Ger. *langsam werden*, Gal. *divenir pareffus*, Hisp. *emperearse*, κατωλιν, *hig piger*, vel lentus. Plin. l. 18. c. 2. de Nilo: Mox pigrescit, in Virginem transgresso Sole.

Pigritia, æ, f. *pigrizia*, *פגרות*, Ger. *fauligkeit*, Gal. *pareffe*, Hisp. *peveca*, *oxvia*, ignavia, tarditas. Cic. sic definit 4. Tusc. Pigritiam, metum consequentis laboris. Id. 1. Off. Nec propter pigritiam, aut ignaviam deferant. Martial. l. 12. ep. 4. Tu das ingenux munera pigritiæ. h. e. honesti oculi.

Pigro, as, n. 1. *piger* sum, tardo, idem ac *pignor*. Accius apud Non. c. 2. n. 655. Melius pigrasse, quam properasse est netas. Id. ibid. Sed cur propter te pigrem hæc, aut huic dubitem parcere capiti?

Pignor, aris, d. 1. *tardare*, *αργω*, per pigritiam cunctor, moror, tardo, differo. Cic. Attic. l. 14. ep. 1. Tu, quæro, quicquid erit novi, scribere ne pigriere. Adde Lucret. l. 1. v. 409.

Pignor, oris, m. *pigritia*. Lucil. apud Non. c. 3. n. 169. Languor enim oppreffit, pignor, torporque quietem.

Pila, æ, f. *moistaro*, *כדור*, Ger. *ein morfel*, Gal. *mortier*, Hisp. *mortero*, *כדור*, mortarium, seu vasis genus, in quo aliquid tunditur, ut vas illud concavum, quo antiqui siccata frumenta pindebant, ac contundebant; item vas illud, in quo pharmacopolæ res ad medicinam pinfunt. Plin. l. 18. c. 11. Tundatur granum ejus in pila lignea. ¶ Sumitur etiam pro structura erecta ad aliquid sustinendum in modum columnæ, sed differunt *pila*, & *columna*, quod columna uno consistit scapo, hoc est lapide oblongo perpetuo, pila vero extruat ex lapidibus, cæmentis, aut lateribus, unde & columna structilis vocatur ab Ulpiano. Apul. lib. 3. Met. Pila media, quæ stabuli trabes sustinebat. Plin. l. 11. Ruentes ceras fulcitur pilam infiar. ¶ *Pilæ* etiam dicuntur faxa illa, quæ præstruunt muro littoralis ad frangendam undarum vim, murumque ab iis detendendum. Virg. 9. Æn. Qualis in Euboico Bajarum litore quondam faxæ pila cadit, magnis quam mobilibus ante constructam jacuit ponto. V. Vir. l. 5. Col. l. 9.

Pila, æ, f. 1. *palla*, *כדור*, Germ. *ballen*, Gal. *peumo*, Hisp. *pildora*, *כדור*, *כדור*, rotunda illa sphaerula, qua luditur. Cic. 1. de Or. Ut qui pila ludunt, non utuntur in ipsa lusione artificio proprio palæstræ, & c. Id. l. 3. c. 15. Ad pilam se, aut ad talos, aut ad tesseras contulerunt. ¶ Pilarum genera quatuor fuere, trigonalis, pæganica, tollis, & harpastum. V. suis locis. ¶ *Pilæ* primus inventor fuit Pythos. Plin. l. 7. cap. 56. ¶ *Pila* etiam dicitur, quicquid est rotundum infiar pilæ. Plin. l. 22. c. 10. Cucurbitam maturitate ruptæ ostendunt lanuginis pilas, ex quibus vestes pretiosæ linteæ fiunt. Ovid. 10. Met. v. 262. Munera tert illi lilia, pictasque pilas. h. e. succini globulos. ¶ Præterea *pilæ* dicuntur vestes in globi modum contextæ, & interdum in effigiem hominum ex panno purpureo stramine tartæo, quibus utebantur in publicis ludis ad irritandos tauros, aliaque feras. Martial. de spectat. ep. 19. Suffulerat raptas taurus in astra pilas. ¶ Claudii more tenere pilam. V. Claudius. ¶ *Mea pila est*, proverb. h. e. res est in mea potestate. Plaut. Truc. 5. 1. 8.

Pilani, m. 2. idem, ac *trarii*, a *pilam*, telum, sive hastile proprium Romanorum. Fast. Ovid. 3. Fast. v. 129. Et totidem princeps, totidem pilarum habebat Corpora.

Pilarii, m. 2. præstigiatores, qui levi agitatione parvas pilas videntur emittere, aut in vas injicere, cum secus faciant. Quintil. l. 10. c. 7. Quo constant miracula illa in scenis pilariozum, ac ventilatorum, ut ea, quæ emiserint, ultro venire in manus credas, & qua jubentur decurrere.

Pilâris, e, ad pilam lusorium pertinens. Stat. in prefat. l. 4. silvar. Pilâris lusio admittitur.

Pilâtes, m. 1. genus lapidis candidissimi. Cato l. 5. Orig. apud Fest. Lapis candidior, quam pilates.

Pilatini, adv. per pilas, seu columnam, vel in pilarium modum. Vitruv. l. 6. c. 11. Quæ pilatim struuntur ædificia. ¶ Item strictum, seu dense, preffe. Acellius apud Serv. in 12. Æn. Quartum signum accedebat, sive pilatim, sive passim iter facere volebat. Scævola ibid. In agrum hostium veni: pilatim exercitum duxi.

Pilatitrix, icis, f. quæ pilat, hoc est turatur. Titinn. apud Non. c. 2. n. 259. Pilatitrix pallii.

Pilatulus, a, um, adject. densus, spissus, pressus. Ennius apud Serv. Contemplor inde loci liquidas, pilatasque ætheris oras. Varro ibid. Quadratum agmen, quod immixtis etiam iumentis incedit; pilatum, quod sine iumentis incedit, sed inter se densum est. ¶ Item pilis, & hastis armatus. Virg. 12. Æn. v. 121. pilataque plenis Agmina se fundunt portis. Quidam hic quoque *pilata* exponunt densa. Alii intelligunt in longitudinem directæ, qualia esse solent cum portis exeunt, quasi in modum pilæ disposita. ¶ *Martial.* l. 10. ep. 48. Nuntiat octavam Phænice sua turba juvenæ, Atque pilata redit jamque, subitque cohors. h. e. cui pili e capite cadere, calva. Sacerdotes Isidis intelligit. A. lili legunt, & *pilata* redit. h. e. pilis armata, & de cohorte prætorianorum militum sermonem esse putant.

Pileatus, a, um, *πυλαδρος*, pileo tectus. Liv. l. 24. Pileati, aut lana alba velatis capibus Volones epulati sunt. Mart. lib. 11. ep. 7. Versu ludere non laborioso Permittit, puto, pileata Roma. Ubi Turneb. Roma.

Romani Saturnalibus pileum gerebant, aliis diebus nudo capite erant, aut caput veste velabant. Pileati servi, qui pileo imposito vendebantur. *Gel. l. 7. c. 4.* Pileatos servos venum ire solitos, quorum nomine venditor nihil prætaret, Caelius Sabinus Jurisperitum scriptum reliquit.

Pilentum, ti, n. *πυλίντιον*, vehiculi genus, quo matronæ ferebantur, ita libratum duabus rotis, ut confidentes in pulvinis, in aere suspensæ agitari videntur. Differabat a petorito, nam pileum duabus, petoritum quatuor rotis constabat: pileum fuit inventum Hispanorum, petoritum Gallorum. *Fest. Pilentis*, & carpentis per urbem vehi matronis concessum est, quod, cum aurum non reperiretur, ad voto, quod Camillus voverat Apollini Delphico, contulerunt. *Virg. 8. Æn.* Castæ ducebant sacra per urbem Pilentis matres in molliibus. *Hor. l. 2. Epist.* Effeda festinant, pilenta, petorita, naves.

Pileolus, i, m. *πυλίντιον*, exiguus pileus. *Ovid. i. de Arte.* Nec turpe putaris, pileolum nitidis imposuisse comis. *Col. de Arb. c. 25.* Pileolos induere. Pileolum in neut. genere usurpatur a *Hieronymo epist. 153. ad Paulinum.*

Pileus, i, m. & pileum, i, n. *cappello, berrett, כובע, Germ. ein huet,* Gal. *cappeau,* Hisp. *sembrero, καπέ, καπέ, tegmen capitis. Plaut. in fragm.* Pileum, quom habuit, deripuit. ¶ Velgaris forma pilei Romani erat non abfimilis pileolis nostris dormitoris, aut nauticis. Diversi ab iis erant pilei Thefalici, qui latos habebant margines ad faciendam umbram, videnturque ideim fuisse, ac pitasi. Qua de re eruditè *H. Junius l. 2. Animadv. c. 6.* Quando vero Romani, qui nudo alioqui capite prodibant, pileis uti tolerant, vide *Juss. Lip. l. de Amphib. c. 19. & 20. Plaut. Amph. a. 1. sc. 1. in fine.* Ut ego hodie raso capite calvus capiam pileum. *Perf. sat. 5. v. 82.* Hoc nobis pilea donant. ¶ Pileus fuit signum libertatis apud Romanos. Nam libertatem impositione pilei servis conferebant, quam pilei impositionem antecesserat rasura, quæ fiebat in templo Deæ Feroniæ. *Serv. in 8. Æn.* Causam affert *Nonius c. 12. n. 38.* Qui, inquit, liberi fiebant, ea causa calvi erant, quod tempestatem servitutis videbantur effugere, ut naufragio libertati solent. *Liv. l. 24.* Postero die servi ad pileum vocati, & carcere vincili emissi. Adde huc *Plauti*, & *Pocili* loca in §. superiori allata. ¶ Pileus etiam, vel pileum, est membrana, seu pellicula, qua satus contesti nascuntur, quæ unum erat ex amuletorum generibus. *Lamprid. in Antonino Didumo. c. 4.* Solent pueri pileo insigniri naturali, quod obstetrices rapiunt, & advocatis credulis vendunt, siquidem caudicibus hoc juvari dicuntur, &c.

Pilicrepus, i, m. *Pilicrepi*, ut censet *Turnebus l. 7. c. 4.* vocantur, qui datam pila ludunt, idque, vel quod pilas crepent, vel quod, crepente pila, ludant, quod paulo ante balnea facere solent, vel dum hypocaustra, & sudationes calefunt. Aliter tamen *Cal. Rhod. l. 3. c. 2. l. 11. Sidoris*, qui pilicrepos dictos putant, qui in balneis pilas epice illitas in vaporarium conjecerunt, ut incallescere. *V. Vir. l. 5. c. 10.* Hanc vocem legere est apud *Senecam ep. 56. & in vet. inscriptionse, p. 637. edit. Grut. n. 1. V. etiam Lips. ad Senec. loc. cit.*

Pilulidius, m. 2. idem ac pilarius, vel pilicrepus. *Jul. Firmic.*

Pilo, as, avi, atum, n. 1. *πυλόν*, pilos accipio, vel emitto, *apulus. Fest.* Pilo, pilos habere dicitur: alias pro detrahiti pilos, a quo depilati. *Non. c. 1. n. 184.* Pilare dictum est, ut plumare plumis vestiri. *Afranius Compitalibus.* Præterea corpus meum nunc pilare primum cepit. *Accius ibid.* Tunc primum pilabat genæ. ¶ Et etiam activum, pro pilos evellere, seu detrahere. *Martial. l. 6. ep. 57.* Teque pilare tuas terrificare nares. *Id. l. 12. ep. 32.* Summenianæ qua pilantur uxores.

Pilo, as, a. 1. *πυλόν*, vel *πυλόν*, premio, a verbo Græco allato. Aliter *Non.* cum ait, Supplicare est involare, vel rapere, a pilorum raptu, unde & surtum pili compilari dicuntur. Etymon satis aptum est, sed modulus syllabæ refragat. *Amian. l. 33.* Castra inimica pilantes. *Hofstius de bello hisvico, apud Serv. in 12. Æn. v. 12.* Percutit, atque hastam pilans præ pondere transit. *h. e. frigus, ut serv. exponit. V. Pilarius.* ¶ Est etiam expilo, furor, spolio. *Amian. l. 31. c. 14.* Pilando vilas, & incendiando. *Petrus in fragm. Tragicur.* Singulas pilabat.

Pilosus, a, um, *peloso, πυλώδης*, pilis plenus. *Cic. in Pison.* Non color iste fervilis, non pilosæ genæ, non dentes putridi deceperunt. *Plin. l. 20. c. 16.* E contrario quæ mollis vocatur, pilosioribus foliis, ac ramis, & aculeatis.

Pillula, æ, t. *palletta, pillola, σφαλετήριον*, parva pila, globulus, sphaericum quiddam, & rotundum. *Plin. l. 16. c. 7.* Nascuntur in eo pillulae nucibus non abfimiles. ¶ Speciatim usurpatur de venenis, sive phar-macis, quæ hac forma fumimus, quæ Græcis dicuntur *καταπύλα αχταρπύλα deglutio.* Non enim comminuendæ dentibus, aut gustandæ sunt pillulæ, sed integræ devorandæ. *Plin. l. 28. c. 9.* Vetus axungia phtihum in pilulis sumpta sanat.

Pilum, i, n. *πυλόν*, pitillium, instrumentum, quo quippiam in mortario teritur. *Plin. l. 18. c. 10.* Infente pilo præterrato. ¶ Pilum Græcum est, teste *Turnebo*, quod in pinfendo tritico una deprimitur parte, altera attollitur. *Plaut. in fragm.* Quasi tollenonem, aut pilum Græcum reciprocos plana via. ¶ Pilum item, *πυλόν*, fuit telum Romanum, cuius hastæ, teste *Vegetio l. 2. c. 15.* erat quinquæ pedum, & semis, & ferrum trigonali figura novem unciarum. Generaliter tamen pila, *Varrone auctore l. 4. de L. L. tela Romana* sunt, sicut gesta Gallorum, & sarissæ Macedonum. *Cic. 11. Phil.* Cervicibus caput abscidit, idque fixum gestari iussit in pilo. ¶ Pilum alicui injicere, apud *Plaut. Mofel. 3. 1. 43.* est impedimentum afferre, & quasi in eoto pilo morari. ¶ Ex hoc pilo tecere primum pilum, quo nomine significatur prima centuria pilanorum, seu triariorum. *Caf. l. 5. B. G. c. 35.* Superiore anno primum pilum duxerat. *Id. ib. l. 3. P. Sextius Baculus* primi pili centurio. ¶ Hoc sensu Lexicographi neutrius generis fecerunt, ita nimirum postulante analogia: sed nullo exemplo genus confirmant. Certo masculini generis est apud *Sueton. in Calig. c. 44.* Plerisque Centurionum maturis jam primos pilos ademerunt. ¶ Poetæ carminis causa pilum simpliciter dicunt pro primum pilum. *Martial. l. 1. ep. 32.* Grata Pudens meriti tulerit cum præmia pili. Adde *l. 6. epigr. 58.* ¶ Sunt, qui putant, pilum significare etiam pilam, hoc est columnam struibilem, ducti illo *Livii* loco *l. 1. c. 26.* Spolia Curatorum fixa eo loco, qui nunc Pila Horatia appellatur. *Et paulo post:* Verbera vel intra pomerium, nodo inter illa pila, & spolia hostium. *Dionys. enim Halicarnaf. l. 3.* de eadem re verba faciens, columellam erectam fuisse narrat, eique inposita spolia Curatorum: quæ tamen suo tempore vetustate perisse, columellam adhuc existitisse.

Pilumini, m. 2. Romani, *Fest.* Pilumnæ poplæ, in Carmine Saliari, Romani, velut pilis uti adfecti, vel quia præcipue pellant hostes.

Pilumnus, m. 2. filius Jovis, Deus piscorum, itemque infantium, alio nomine Stercutus, trater Picumini, seu Pitumini. Dicitur est a pilo piscario, quia pilum invenit, quo trumentum, & aliz fruges pinfiebantur. Sed Pilo Pilumnus dictum voluit, quia pelletet mala infantiz. *Serv. in 10. Æn.* Ad hunc Danae Acrisii filia, quæ forte ad Apulum litus acta

fuerat, a pastore una cum Perseo parvulo ducta est, quam ipse cognito genere uxorem duxit, ex qua Daunum filium suscepit. *Virg. 10. Æn. Pilus, i, m. pelo, πύλος, Ger. haar, Gal. poil, Hisp. pelo, πελ, excrementum in pelle animalis.* Differt a capillo, quia pilus dicitur de omnibus corporis partibus, capillus proprie est pilus ille, qui caput vestit. Sed hæc diderentia nonnunquam confunditur. *Cic. 2. de nat. Deor.* Munitæque sunt palpebræ tanquam vallo pilorum. ¶ Proverbialiter ponitur pro re nullius momenti. *Cic. Att. l. 5. epist. 20. a med.* Interea e Cappadocia ne pilum quidem. *Caull. epig. 17.* Ludere hanc finit, nec pili facit uni. Ubi uni gen. antiquus est.

Pimpla, æ, f. *πυμπλη, mons* Macedoniæ, fortasse idem, ac Pierus, in confinio Thefaliz, al. Thraciæ, Olympo jactis, & Musis sacer, cum fonte cogn. ubi etiam antrum Pimplæum. ¶ Item locus Phocidis apud Parnassum, qui similiter Musis sacer erat. *Str. ab. l. 1. 10.*

Pimplæus, vel Pimplæus, a, um, adject. ad Pimplam pertinens. *Caull. c. m. 103.* Pimplæum scandere montem. *Mart. l. 12. ep. 11.* Pimplæum antrum. ¶ Pimplea, absolute pro una ex Musis. *Horat. l. 1. od. 26.* Nece coronam Pimplea dulcis. ¶ Videtur etiam usurpari pro fonte Musis sacro. *Str. l. 1. Silv. 4. v. 26.* Excludat Pimplea sitim.

Pimplæus, idis, adject. sœmim. *Musa. Martial. l. 11. ep. 4.* Non urbana mea tantum Pimpleide gaudet Otia.

Pinacotheca, æ, & Pinacothecæ, es, t. *πινακοθήκη, galleria,* locus, in quo tabule pictæ, argentum cælatum, stragula vestis, signa, & ornamenta reponuntur, a *πινάξ, ac, τσάβula, & γήρα, repositoryum,* quia tabulæ in hoc loco præcipue asserbantur. *Varr. l. 1. R. R. c. 59.* Ut in pinacothecæ faciunt, quod, &c. *Plin. l. 35. c. 2.* Et inter hæc pinacothecæ veteribus tabulis confuunt.

Pinariæ gens, una ex gentibus Patriciis Romæ, sic dicta a Pinariis, qui Herculi faciabant sacra anniversaria, vel a Pino Nume Regis filio, ut auctor est *Plut. in Numæ.*

Pinariî, m. 2. familia nobilissima in Latio, quæ una cum familia Potitiorum sacris Herculis operabatur, a *πινάριον, esurio.* Cum enim Evander Herculi adhuc viventi, qui ex Hispania victo Geryone cum armento boum in Italiam venerat, rem divinam facere vellet, adhibuit ad ministerium, dapemque duas familias, ex quibus una ad tempus præsto fuit, altera extis jam adesis venit. Igitur Hercules instituit, ut ii, qui ad tempus præsto fuerent, eorumque posteris extis solemnibus vescerentur, qui tarde, & negligenter accesserent, ii cum omni posteritate extis excluderentur, & interea ministrarent, his verbis, *ὅμους δὲ πινάριον, Vos vero esuriatis.* Hinc primi Potitii appellari cœpti sunt, quod extis potiti essent, ceteri Pinariî, quod iis fames extorum indicia fuisset. *Liv. l. 1. & Serv. ad 8. Æn. v. 269.*

Pinastellus, i, herba caule fœniculi, radice magna, & nigra, flore nigro, alio nomine peucedano. *Apul. de herb. c. 97.*

Pinaster, stri, m. *πινύς ἄγρια, pinus sylvestris. Plin. l. 16. c. 20.* Pinaster nihil aliud est, quam pinus sylvestris, mira altitudine, & a medio ramosa, sicut pinus in vertice.

Pinax, acis, f. *πινάξ, græce* tabulam significat. A *Vitruv. l. 10. c. 3.* pinax dicitur tabula illa in organo hydraulico, quæ foramina habet, in quibus fistulæ immittuntur. Scribit tamen & ipse græcis literis. Itali artifices vocant *sommiero.*

Pincerna, æ, m. *coppiero, Πινέρη, Ger. einschenck, Gal. sommeiller,* Hisp. *escanciano, copero, οἰζυχέριον,* pocillator, poculorum ministrator, vini minister. *Afcon. in Cic. orat. Varrin. de Prætura urb.* Provocant se invicem: majoribus autem poculis poscunt a pincerna. Adde *Lamprid. in Alexandro, c. 41.*

Pindaricus, a, um, adject. a Pindaro. *Ovid. 4. de Pont. ep. 16.* Pindarice fidicen tu quoque, Rute, lyræ.

Pindarus, m. 2. *πινδαρος, Poeta* Thebanus, Lyricorum apud Græcos princeps, temporibus Æschyli Poetæ, & Pesarum expeditionis in Greciam. Primum a patre tibiam, mox ab Hermione lyram edoctus est. Scripsit lingua Dorica Olympia, Pythia Nemæa, Isthmia, quæ extant. Altissimus fertur & vrborum, & sententiarum copia, ut ait Quinct. gravitate arduus, constructioneque, ac ordine immensus, ac prolixus. *Eum Hor. l. 4. Carm. od. 2.* dicit inimitabilem. Ejus gratia Lacedæmonii in reliquam Bœotiam sevientes Thebis pepercerunt. Alexander etiam cum Thebas everteret, & in omnes sæviret sine discrimine, Pindari vatis penatibus, familiarique parci iussit. Duas suscepit filias. Expirasse fertur in gremio pueri adamati, *Valerio Max. teste l. 9. c. 12. extern. 7. V. Quintil. l. 10. c. 1.*

Pindus, m. 2. *Μεξονο, mons* ingens Macedoniæ, inter illam, & Ætoliæ, ac inter Epirum, & Thefaliam. Ab Acrocerauniis jugis ad Thermopylas excurrit, & ex medio sui brachium emittit, quod Parnassum facit, & definit in Heliconem. Hæc causa est, cur apud Poetas tria hæc nomina, *Pindus, Parnassus, Helicon,* confundantur, & in omnibus promiscue Musæ collocentur. Ætolos ab Acarnanibus dividit. Ex Pindo Inachus, & Æas teste Strabone, & Peneus teste Ovidio, flumina effluunt. In eo invenitur lapis galactites. *Plin. l. 4. c. 8.*

Pinea, æ, f. idem ac pinus. *Col. l. 5. c. 10.* Eodem tempore juglandem, & pineam, & castaneam ferere oportet.

Pinetum, i, n. *pineto, πινέτιον,* locus pinis constitus. *Plin. l. 27. c. 8.* Chryfolachanon in pineto lactuce simile nascitur. ¶ Hujusmodi est *l. Pineda,* sylvæ pinorum in Æmilia, apud Ravennam urb.

Pinus, a, um, *πινύς,* quod est ex pinu. *Plin. l. 15. c. 10.* Pinea corona apud Isthmum victores coronabantur.

Pingo, is, pinxi, pictum, a. 3. *dipingere, πινειν, Ger. malen, Gall. peindre, Hisp. pintar, γράφω,* fornam alicujus rei ductis lineis representent. *Cic. 2. de Or.* Qui hominis speciem pingere perdidicerit. *Id. l. 5. Fam. ep. 12.* Neque Alexander ille graue causa ab Apelle potissimum pingi, & a Lyfippo fingi volebat. ¶ Pingere humum variis floribus, est versicoloreum horum varietatem humi spargere. *Plaut. Stich. 2. 3. 28.* Age tu ocys pinge humum, confpere ante ædes. ¶ Aliquando pro describere, & formare ponitur. *Cic. Q. Fr. l. 2. ep. 14.* Pingam coloribus tuis, penicillo meo. *Id. de Clar. Orat. c. 37.* Σχίζματα quæ vocant Græci, (h. e. figuræ) habent pondus in verbis pingendis. ¶ Pingere acu, est pulchre variegare vestem, ut picta videatur. *Ovid. 6. Metam. v. 23.* Scu pingebat acu; cires a Pallade doctam.

Pingue, guis, subst. n. 3. *πυμαλή, εἶμα, quod* inter carnem, & cutem est, succo liquidum. Quomodo ab adipè differat, *V. Adeps. Virg. 3. Georg. v. 124.* Et omnes impendunt curas densò distendere pingui.

Pinguedo, inis, f. *grassezza, πινύ, Ger. seisse, Gal. graisse, Hisp. grosura, λιπαριζα,* substantia oleosa in animalibus, & aliis rebus. *Plin. l. 12. c. 15.* Unguentarii digerunt haud difficulter odoratis atque pinguedinis argumentis. Hoc uno in loco ita legit *Harduin.* nam in cæteris quæ a Lexicographis afferri solent, *pinguitudo* reponit. Quin, nunquam *Piniuum pinguedinis* voce usum, sed *pinguitudinis,* adest *Gronov. Siden. l. 2. ep. 2.* Limi bibuli pinguedo coalescit.

Pinguetudinis, a, um, adject. pinguis, oleosus. *Plin. l. 35. c. 5.* Gignit

tur & pinguedine liquoris. Ita *Salmas.* Alii *et pingue liquorisque*, &c. Pinguetio, is, eci, actum, a. 3. *ingrassare*, גרשן, Germ. *feist machen*, Gal. *engrasser*, Hisp. *engordar*, *απαρσι πικύ*, pinguem efficio. *Plin. l. 16. cap. 44.* Dein ea pinguetia.

Pingueo, is, n. 3. *ingrassari*, גרשן, Germ. *feist werden*, Gal. *s' engrasser*, Hisp. *engordarse*, *απαρσι πικύ*, pinguis fio, a. pingueo. *Col. l. 2. c. 11.* Omne emaciatum armentum medica pinguetia.

Pinguiarius, ii, m. qui pinguia amat. *Mart. l. 11. ep. 101.* Carnarius sum, pinguiarius non sum.

Pinguis, & que, o. 3. *grasso*, גרשן, Germ. *feist*, Gal. *gras*, Hisp. *gordo*, *απαρσι*, opimus, a. *πικύ*, quod idem significat. Juxta *Scalig. in Conject.* est a *πικύ*, pinguis, infero n. *Plin. l. 10. c. 50.* Nec nisi in cervecie pingui cute. *Virg. l. Georg. v. 331.* Tunc agni pingues, & tunc mollissima vina. *Juven. sat. 11. v. 65.* Pinguissimus hædulus. ¶ Dicitur & de aliis rebus. *Virg. idid. v. 64.* pingue solum tortes invertent tauri. h. e. fœcundum. *Hor. l. 2. od. 1.* Latino sanguine pinguior campus. *Caull. in carn. nupr.* pingues mentæ. h. e. oppare instructæ. ¶ Ponitur etiam pro denso, crasso. *Sueton. in Ner. c. 20.* Insignes pinguislima coma, & excellentissima cultu pueri. *Id. in Aug. c. 82.* Pinguis toga. *Juven. sat. 9. v. 28.* Pingues lacernæ. ¶ In illo *Mansl. l. 2. epigr. 29.* Cujus olet toto pinguis coma Marceliano: pinguis non tam densam, quam madidam unguentis comam significat. ¶ Translate accipitur pro crasso, & impeditio. *Cic. l. de Div. Si obscurior quasi caliginosa stella extiterit, pingue, & concretum esse cælum.* ¶ Item pro hebeti, rudi. *Cic. pro Arch. Ut etiam Cordubæ natis Poetis pingue quiddam sonantibus, atque peregrinum, tamen aures suas dederet.* *Ovid. 11. Metam. Pingue ingenium Colum. l. 9. c. 14.* Pinguiore rusticorum literæ. ¶ Pingui Minerva aliquid facere. *V. Minerva.*

Pingulter, adv. *graffante*, *απαρσι*, cum pinguedine. *Col. l. 2. c. 2.* Proximum deinde huic pingulter densum. ¶ Comparativum pinguis legitur in *l. 14. Dig. de except. rei judic.*

Pinguitia, æ, &

Pinguities, ei, f. pinguitudo. *Arnob. l. 7.* Non videtis albas esse hostiarum carnes, ossa, dentes, pinguitias? *Apul. l. 10. Metam. Corpus obesa pinguitie compleveram.*

Pinguitudo, inis, f. idem, ac pinguedo. *Col. l. 2. c. 15.* Inesse tali materie naturalem pinguitudinem, & succum. *Quint. l. 1. c. 11.* Quarundam enim (litarum) vel exilitate, vel pinguitudine nimia laboramus. *Adde Var. l. 2. R. R. c. 4.*

Pinifer, ra, rum, in quo pini crescunt. *Virg. 10. Æn. Multos Vesulus quem pinifer annos Defendit.*

Piniger, a, um, adject. pinifer, ut pinigerum Fauni caput, *Ovid. 3. Fast. v. 84.*

Pinna, æ, f. a. *πenna*, *φνξ*, Germ. *feder*, Gal. *plume*, Hisp. *pluma*, *πτερυξ*, *πτερυγιον*, ala, & plumi crassior avium. *Sueton. in Claud. c. 33.* Pinnam in os indere al exonerandum stomachum. *Col. l. 8. c. 4.* Nam his rebus plumam, pinnamque emundant. ¶ Dicitur etiam de alicuius piscium. *Plin. l. 9. c. 13.* Pinnis, quibus in mari utuntur, humi quoque vice pedum serpunt. ¶ Sunt & turrium pinnæ, hoc est proznanacula quædam in summitate murorum, turrium, & valli, in acutum desinentia, *Merli. Cef. l. 7. B. G.* Vallum extruxit: huic lorica, pinnamque aliecit grandibus cervis. *Curr. l. 9. cap. 41.* Augusta muri corona erat: non pinnæ, sicut alibi, fastigium ejus distinxerant. *Liv. l. 30.* Muri pinnas decutere. ¶ Pinnæ quoque dictæ summitates, quæ suere in galeis militum, item gladiatorum eorum, qui *Sannites* vocabantur. Hinc qui cum Sannitibus depugnaret, *pinnirapi* vocati, quod pinnam appeterent, raperentque. *V. Pinnirapus.* ¶ Denique pinna genus conchæ est, quod & Græcis *πιννα*. *Plin. l. 9. c. 42.* Concharum generis & pinna est. Nascitur in limosis subrepta semper, nec unquam sine comite, quem pinnoterem vocant, alii pinnophylacem. *Adde Cic. 2. de nat. Deor. c. 48.* ¶ Apud *Virruv. l. 10. c. 10.* pinnæ dicuntur afferculi infixi rotis molendinorum, in quos aqua incurrens, eas verfat. ¶ Præterea *Id. l. eod. c. 13.* pinnas appellat in organo hydraulico regulas, quibus digitis impulsis, fit sonus, *i. taffi*.

Pinnaculum, i, n. fastigium ædificii in acumen desinens. *Tersul. contra Jud. c. 8.* Destru pinnaculum usque ad iteritum.

Pinnæ Vestinæ, *Pinna*, oppidum Italicæ in Vestinis. *Virruv. l. 8. c. 3.*

Pinnalis, le, adiect. ad modum pinnæ factus, ut pinnalis rigor, apud *Frontin. de coloniis apud Coelsum pag. 340. V. Rigor.*

Pinnatus, a, um, *pennatus*, *πτερωτός*, quod pinnas habet, quod est acutum, alatum. *Cic. 3. de nat. Deor. Quæ pinnatum Cupidinem genuisse dicitur.* *Plin. l. 37. c. 7.* Pinnato fulgore radiantes. ¶ Pinnata folia, quæ pinnarum modo concisa, & aculeata sunt. *Plin. l. 16. c. 10.* Folio pinnato densa.

Pinnicillum, li, n. idem quod pennisillum. *Pallad. l. 4. c. 1.* Ligaturæ ipsi tenuis debet frequenter humor affluere.

Pinniger, a, um, adject. pinnas terens. *Ovid. 13. Metam. v. 836.* Cru-raque pinnigero curvata novissima pisce.

Pinnipotens, tis, adject. pinnis, seu volatu valens. *Donat. Grammat.* Componuntur autem voces, ut pinnipotens, nugigerolus.

Pinnirapus, pi, m. *πιννιραπός*, qui cum Sannite gladiatore depugnabat, quod pinnam, id est summitatem in illius galea appeteret, & raperet. *Juven. sat. 3. v. 158.* Hic plaudat nitidi præconis filius inter Pinnirapi cultos juvenes.

Pinnotēs, is, m. parva squilla, comes pinnæ conchæ, *πιννοτήρας*. *Cic. 3. de Fin. c. 19.* Illa quæ in concha patula pinna dicitur, isque qui erat e concha, qui quod eam custodiat, Pinnoteres vocatur, in eamque cum se recipit, includitur, ut videatur admonuisse, ut caveret.

Pinnothères, is, m. *πιννοθήρας*, genus caneri minimi, qui inanium ostrearum testis se condit, & cum accreverit, migrat in capiores. *Plin. l. 9. c. 31.*

Pinnūta, æ, f. *πιννοτύρα*, parva pinna. *Col. l. 8. c. 5.* Inhibeturque cupiditas incubandi, pinnula per nares trajecta. *Plin. l. 9. c. 57.* Quosdam inde exire a pabula pinnulis gradientes crebro caudæ motu.

Pinfatio, onis, f. actus pinfendi. *Virruv. l. 7. c. 1.* Rudus crebiter pinfatione solidetur.

Pinfatio, as, a. i. *δυνατύρα*, freq. a. *pinfo*. *Plaut. Aſin. l. 1. 18.* Qui polentam pinfant. Alii legunt, *pinfantas*.

Pinfatus, a, um, *peſtato*, partic. a. pinfor, eris. *Col. l. 2. c. 9.* Panicum pinfatum, & evolutum *ſature*, &c.

Pinfus, is, fi, & sui, pifum, pinfium, pinfitum, a. 3. *peſtare*, גר, Ger. *peſtoſſen*, Gal. *piler*, *hæzer*, Hisp. *majar* en un almirez *moler*, *αγτρο*, tundendo, contundendo, frango, a. *peſto*, quod idem notat. *Var. l. 3. R. R. c. 16. a. u. d.* Alii utam *paſſan*, & ſicum cum pinferunt, affundunt ſapam. *Auſtor. Paneg. ad Piſon. v. 17.* Humida calloſa cum pinferet hordeæ dextra. *Pompon. apud Diomed. l. 1. pag. 370. Pufch.* Cum neque molis molui, neque pennis pinſi. ¶ Aves pinſere dicuntur cum roſtrum rei alicui crebro impingunt. *S. 2. l. 1. O Jane, a tergo quem nulla ciconia pinſit.* Loquitur translate. *Ciconiam* enim intelligit digitos in for-

mam nostri ciconiæ contractos, quod genus olim erat irrisionis apud Italos: pinſie vero uſurpat pro irridet, vel illudit. ¶ Pinſi flagris apud *Plaut. Merc. 2. 3. 81.* eſt cædi. ¶ Reperitur & pinſo, is, ire, in 4. conjugat. *Enn. apud Varr. l. 4. de L. L.* In terram cadentes humeris pinſabant humum. *Turneb. l. 20. c. 29.* ex MSS. legit *pinſabant*. ¶ Particip. *pinſitus*, *piſtus*, & *pinſus* V. ſuis locis.

Pinfor, oris, m. 3. idem ac piſtor. Quisdam legunt in *Varr. apud Non. c. 2. n. 643.* ſed alii perique *piſtor*.

Pinſus, a, um, nom. eſt particip. a. *piſto*, *peſtaſo*, *calcaſo*. *Virruv. l. 7. c. 1.* Rudus pinſum.

Pinus, i, f. *pinno*, Ger. *ein ſteffenbaum*, Gall. *pin*, Hisp. *pino*, *Πίνος*, genus arboris, quod nuceſ tert omnium maximas, quas Græci *κύνος* vocant, a Græca voce allata. In quibuſdam calibus eſt 2. declinat. in quibuſdam 4. *Plin. l. 23. c. 2.* Pinorum eruçæ. *Virg. Ecl. 7.* hic arguta ſacra pendebit ſiſtula pinu. *Id. Ecl. 1.* Ipſæ te, Tityre, pinus. *Id. Æn. 11.* Actas ad ſidera pinus. *Id. Ecl. 8.* argutumque nemus, pinofque loquentes. *Rurſus Plin. l. 23. c. 8.* Decoctum corticis e pinu. *Id. l. 37. c. 3.* Gummi in ceraſis, reſina pinis. *Plin. Valerian. l. 2. c. 28.* Pinus arboris corticem. ¶ A Poetis pinus accipitur pro navi, quia pinus ad naves fabricandas aptiſſimæ ſunt. *Virg. 3. Æn.* Conſequitur melior remis, ſed pondere pinus Tarda tenet. ¶ Eſt etiam pinus floris genus, alio nomine chamæpitys. *Virg. 4. Georg. v. 112.* Ipſe thymum pinofque ferens e montibus altis. ¶ Fuit pinus arbor Cybele ſacra, quia ut ait *Ovid. 10. Metam. v. 109.* Cybeleius Atys Exiit hac hominem, truncoque induruit illo.

Pio, as, avi, atum, a. i. *πιόμυ*, propitium reddo; ſive, ut *Nonius c. 2. n. 636.* explicat, colo, terte a *Πία*, ſacrifico. *Plaut. Aſin. 3. 1. 3.* Ubi pium pietatem, ſi iſto more moratam tibi poſſum placere? ¶ Quandoque eſt pie amare. *Nævius apud Non. Nemo eſt, qui magis ſuos piet liberos.* ¶ Aliquando purgare, expiare. *Cic. 2. de Leg. l. idemque ſulgura, atque olenta pianto.* *Id. pro Dom. c. 51.* Siquid tibi aut piamdum, aut inſtituendum fuiſſet religione domeſtica. *Virg. 2. Æn.* Et culpam miſerorum morte piabant.

Pipatio, onis, f. clamor plorantis, lingua Ofcorum. *Pefſus.*

Pipatus, us, m. vox pullorum. *Varr. l. 6. de L. L.* Pipulum declinatum a pipatu pullorum.

Piper, eris, n. *pepe*, Ger. *peffer*, Gal. *poivre*, Hisp. *pimienta*, *Πίπερις*, fructus cujuſdam arboris in India, condimentis aptus, & calidus, a voce Græca allata per Apocopen, ut mel a *μέλι*. *Plin. l. 12. c. 7.* Paſſim vero, quæ piper ſignunt, juniperis noſtris ſimiles. *Perſ. Sat. 5. v. 55.* Ruſoſum piper. *Horat. l. 2. Sat. 4.* Piper album.

Piperatum, i, n. condimentum ex pipere. *Ceſſ. l. 4. c. 19.* *Apic. l. 4. c. 3.*

Piperatus, a, um, quod pipere conditum eſt. *Colum. l. 12. c. 47.* Piperatum acetum. ¶ Translate *Sſdon. l. 5. ep. 8.* piperata ſacundia. h. e. ſale, & dictis aſperſa.

Piperitius, is, vel idis, f. *gengioſe*, *Πεπερίτις*, genus herbæ. *Plin. l. 20. c. 17.* Piperitis, quam & ſiliquaſtrum appellavimus, contra morbos comitiales bibitur. Caſtor & aliter demonſtrabat, caule rubro, & longo, denſis geniculis, toliis lauri, ſemine albo, tenui, guſtu piperis, utilem gingivis, dentibus, oris ſuavitati, & ructibus.

Pipilo, as, n. i. *Πιπίλο*, eſt canere proprium paſſeris. *Catull. epigr. 3.* Ad ſolam dominaum uſque pipilabat.

Pipinna, V. Pifinnus.

Pipio, as, n. ploro, clamo. *Tersul. de monagam. cap. 16.* Et uteros nauſeantes, & infantes pipiantes. *Id. adverſ. Valentin. c. 1.* Cæleſtes imbres pipiavit Achamothe. h. e. plorando effudit.

Piplo, is, n. 4. *pipere*, *pipolare*, *Πιπίλω*, proprium eſt vocis pullorum gallinacorum, item paſſerum, & aliarum avium minutarum, a Græco verbo allato. *Caluſa. l. 8. c. 5.* Et auſcultet, ſi pipiant. *Auſtor Philom.* Peſſimus at paſſer triſtita ſlendo pipit. ¶ Per Metaphoram Ofcis notabat cum ejulatu conqueri, *Fefſo teſte.*

Pipio, onis, m. *piccione*, *pipione*, pullus avium, & præcipue columbarum, *πικεραειδιον*. *Lamprid. in Alex. c. 41.* Et Nervos ex pipionibus alerent.

Pipo, as, n. i. idem ac pipio. *Varro apud Non. c. 2. n. 676.* Mugit bos, balat ovis, equi hinniunt, gallina pipat. ¶ Apud *Varrorem carn. de philom. v. 14.* tribuitur & accipitri.

Pipulum, i, n. vel Pipulus, i, m. ploratus inconditus, convicium, irridio. *beſſa.* *Varro l. 6. de L. L.* Pipulum declinatum a pipatu pullorum. ¶ Pipulo diſſere aliequem, eſt conviciari, *olſtraggiare*. *Plaut. Aulul. 3. 2. 32.* Pipulo hic diſſeram te ante ædes.

Piræus, vel Piræeus, *Porto di Setine*, & *Porto Leone*, *Πειραιός*, *Περαίων*, Portus Athenienſium, capax quadraginta navium, ab Athenis 40. ſtad. in Auſtr. Opera Themiftoclis urbi conjunctus fuit. *Cic. Att. l. 7. ep. 3.* Venio ad Pirææ; in quo magis reprehendus fuit, quod honio Romanus Pirææ ſcriperim, non Piræum (ſic enim noſtri homines locuti ſunt) quam quod in addiderim. Non enim hoc, ut oppido propoſui, ſed ut loco, ſecutusque ſum non dico Cæcilium: *mane ut ex poſui in Piræum*: ſed Terentium: *beri aliquos adoleſcentulis cornus in Piræum*, &c. Hactenus Cic. ¶ Uſurpat & num. pl. & n. gen. *Ovid. 4. Faſt. v. 563.* Piræaque tuta receſſu linquit. *V. Plin. l. 4. c. 12.*

Piræus, a, um, adject. ad Piræum portum pertinens. *Propert. l. 3. el. 19. v. 23.* Piræi capient me litora portus. *Ovid. Met. 6. v. 446.* Pirææque litora tangit.

Pirata, æ, m. *corſaro*, *Πειρατής*, prædo maritimus, a nomine græco allato. *Cic. 3. Off.* Nam pirata non eſt ex perduellium numero deſinitus, ſed communis hoſtis omnium. *Vellej. l. 2. c. 31.* Piratæ orbem clauſibus terrebant.

Piraticus, a, um, *corſareſco*, *Πειρατικός*, quod ad piratas ſpectat. *Cic. 7. Ver.* Myoparone piratico capto, dux liberatus, ſymphoniaci Romam miſi. ¶ Piraticam facere (ſubaudi, artem) *coſſeggiare*. *Cic. poſtred. in Sen. cap. 5.* Egeſtate, & improbitate coactus piraticam ipſe teſtiferet.

Piræne. V. Pyrene.

Pirithōus, m. 2. *Πιριθόου*, Ixionis filius, non ex Nube, quemadmodum Centauri, ſed ex legitima uxore, Rex Lapitharum. Archiſtimo amicitiaſe tædere Theſeo Athenienſi conjunctus fuit. Duxit in uxorem Hippodamem Atthæciæ filiam, quam cum ei Centauri eripere in nuptiis vellent, a Pirithoo ope Theſei, & Lapitharum ſuperati ſunt. Mortua autem Hippodame, cum Theſeo, qui tunc torte cæleſtis erat, convenit, ut uxorem, niſi ex Jove natam, nullam ducerent. Et cum jam Theſeus Helenam Jovis, & Letæ filiam rapuiſſet, nec alia eo tempore noſceteret, quæ Jovis eſſet, præter Proſerpina, Plutonis conjugem, ad rapendam illam ſimul profecti ſunt ad Interos. Verum Pirithoos primo impetu a Cerbero interreclus eſt, quem Theſeus adjuvare volens, ipſe quoque in vitæ diſcrimine fuit, atque ad extremum captus, a Dite detentus eſt, ſed poſtea ab Hercule liberatus, ſuperique reſtitutus. Filium Polyphemum ex Hippodame ſuſcepit. *Boc. l. 9. Gen.*

Pirum, i, n. *pero*, *αίρω*, tructus piri arboris, a *Πίρις*, *ignis*, quia flammæ inſtar e lato in oblongum ſaſtigiatur, ac protenditur, & in i tranſeunte,

mazas appellabant. *Plin. l. 18. c. 11.* Ad operis pistorii genera transeunte cura. Adde *Cels. l. 2. c. 18.*

Pistriger, vel Pistriger, a, um, adject. a Pistris. *Sidon. l. 4. ep. 8. in carm.* Pistrigero quæ concha veht Tritone Citheren.

Pistrilla, æ, f. mola trufatilis, quæ manibus versatur. *Ter. Adolph. 4. 2. 43.* Apud ipsum lacum esse pistrilla, & ex advorfum est fabrica.

Pistrina, æ, f. idem ac pistrinum. *Plin. l. 18. c. 9.* E siligine laudatiffimus panis, pistrinarumque opera laudatiffima.

Pistrinalis, le, adject. ad pistrinum pertinens, pistrinensis. Pistrinales fues dicuntur, quæ in pistrino aluntur fursuribus, & farina. *Col. l. 7. c. 9. R. R. de fuisus.* Si regio temperata, est glabrum pecus, vel etiam pistrinale album potest pasci. Huc facit illud *Plauti Capt. 4. 2. 27.* Pistorios scrophipafci, qui alunt fursure fues, quarum odore præterire nemo pistrinum potest. Quidam in verbis *Colum.* legunt *pistrinale*, sed non facile confirmant.

Pistrinarius, ii, m. qui pistrinum exercet. *Ulpian. l. 1. Dig. Depositi.* Actionem esse adversus pistrinarium.

Pistrinensis, se, o. 3. *μυλων*, quod ad pistrinum pertinet. *Suet. in Calig. c. 39.* Comprehensit ad deportandum meritorius quoque vehiculis, & pistrinensibus jumentis.

Pistrinum, ni, n. *pistrino, molino, μύλων*, locus, in quo frumentum, & alie truges ante molarum trufatiliam inventionem in pilis conterebantur, item post molas inventas omnis locus, in quo fruges molis circumactis, opera jumentorum, vel fervorum, vel impulsu aquæ, aut venti, comminuantur, a *pinfendo.* *Ter. Andr. Verberibus cælum te in pistrinum, Dave, dedam usque ad necem. Cic. 1. de Or. c. 11.* Oratorem in judicium, tanquam in aliquod pistrinum, detrudi, & compingi videbam. *Sucton. in Aug.* Exercere pistrinum, h. e. artem pistoriam. ¶ Translate pro quovis operoso loco, vel labore accipitur. *Cic. 2. de Or. Tibi mecum erit, Crasse, in eodem pistrino vivendum.*

Pistris V. in dictione seq.

Pistris, icis, f. *forajna*, mulier, quæ grana in pila pinfit, vel quæ panem conficit. Nam panis confectio apud Romanos tuit opus præcipue mulierum, teste *Plin. l. 18. c. 11. Lucil. apud Var. l. 4. de L. L.* ¶ Est etiam pistris, icis, vel pistris, is, *φύρακος*, marina belua longi corporis, & angusti. *Flor. l. 3. c. 7. de quadam nuncio natante:* Videntibus procul quasi marina pistris evaserat. *V. Plin. l. 9. c. 3. & 4.* ¶ Item idus cæleste, quod & Cetus dicitur. *Cic. in Arat. v. 154.* Pistris spinæ valida cum luce refulgens. *Germanicus in Arat. c. de pife Notio.* E quibus una magis sub cauda flamma relictæ Squammigeræ Pistris. *Id. ibid. v. 357. Auster Pistrin. agit.* ¶ Est etiam Pistris nomen navis in formam marinæ pistris efformatæ, quæ & Pistris dicitur per Metathesim. *Virg. 5. Æn. v. 116.* Velocem Mæstheus agit acri remige pistrim. *Liv. l. 35. c. 26.* Tres tectas naves, & lembos, pistrisque.

Pistura, æ, f. *σπορτια, σπορτια*, ars pinfendi, idest hordea, & frumenta conterendi. *Plin. l. 18. c. 10.* Pistura non omnium facit. Et c. 8. Variam pistoriarum rationem habent.

Pistus, a, um, *pestato, pesto*, particip. a pinfor. *Plin. l. 17. c. 10.* Si pitæ ferantur. ¶ *Festus:* Pistum pro positum antiqui frequentius usurpabant.

Pisum, i, n. *pisello, πιδόν*, genus leguminis, cujus caules sparguntur in terram, nisi habeant adminicula. *Plin. l. 18. c. 12.* Pisum in apricis seri debet frigorum impatientissimum.

Pithaulæ, is, *πιθαυλαί*, qui pulfat quodlam tibiz genus in modum doilii factum, a *πιθός, dolium*, & *αυλή, tibia.* *Senec. epist. 76.* Hoc ingenit studio quis sit pithaulæ bonus, judicatur. *Vopisc. in Carino, c. 19.* Centum choraulas, etiam pithaulas centum. Alii legunt *pythaulas.* *V. Pythaula.*

Pithecum, n. 2. *πιθηκος*, dim. a *πιθήκη, smia.* *Plaut. Mil. 4. 1. 42.* Pithecium hæc est præ illa, & spinthurnicium. ¶ Est etiam nomen herbæ, apud *Apules. de herb. c. 85.*

Pithecula, æ, f. *Iscbia, Ischia, πιθηκουσα*, inf. prædives maris Tyrthei, in Campania, in sinu Putealano, ante Misenum prom. cum urbe cogn. probe munita cum arce, & scopulo ab insula pene sejuncto. Sed aliquibus duæ insulæ, Inarime, & Prochyte vocantur. *Ovid. l. 14. Met. deducit a πιθηκος, smia*, his versibus: Inarimen, Prochytenque lenit, sterilique locatas Colle Pithecufas habitantur nomine dictas. Sententia est, urbem Pithecufas dici a simiarum in illa, vel in insula degentium multitudine. Aliis tamen placet, id nomen accepisse a copia doliariorum, qui ibi dolia ex creta faciebant. Nam Pithecufam dici volunt, non a *πιθηκος, smia*, sed a *πιθός, dolium.* *Plin. l. 3. c. 6. Ænaria a statione navium Ænez, Homero Inarime dicta, Græcis Pithecufa, non a simiarum multitudine, ut aliqui existimavere, sed a siglinis doliariorum.*

Pitheüs, vel Pittheüs, idis, patronym. fæmin. *Ov. epist. 10. v. 131.* nec tu Pittheidos Æthrae filius. h. e. Æthrae filiz Pithei. De Thefeo loquitur.

Pitheüs, vel Pittheüs, a, um, quod ad Pitheum spectat. *Ovid. in epist. 4. v. 107.* Hic tecum Træzæna colam, Pitheia Regna.

Pithetæ, æ, *πιθηται*, genus cometæ doilii figuram reterens. *Plin. l. 2. c. 25.* ¶ Eundem hunc *Apules. de mundo Pithen* vocat.

Pithëus, vel Pitthëus, a, um, adject. ad Pitheum pertinens. Fuit autem Pitheus avus maternus Thefei, Træzenarum rex, *Ovid. Met. 15. v. 295.* Est prope Pitheam tumulus Træzæna sine ullis, &c.

Pithizæ, arum, *πιθηζα*, meteora, globi igniti in cælo apparentes doilii figura. *Senec. Quest. nat. l. 1. c. 14.*

Pitho, us, f. contract. *πιθώ*, Suada, Suadela, Dea persuadendi, Dea præfes Eloquentiz, a *πιθός, persuado.* *Cic. in Brut. c. 15.* Πιθώ quam vocat Græci, cujus effector est Orator, hanc Suadam appellavit Ennius. ¶ Pitho alia, Dea quædam tuit, quæ colebatur Corinthi, quam Hermefianus, & Proclus unam ex Grætiis esse dixerunt. Sappho, ut legitur in *Scholiiis in Hesiodum*, ait filiam esse Veneris, quo in loco in *Ægypto* scribit, Pandoram a Grætiis, & Pitho ornari: *Pausanias l. 2.* ait eandem esse, ac Dianam: alii unam ex Atlantibus, idest ex filiabus Atlantæ, & Æthrae. Huic templum Hypermetra, seu Hypermetra filia Danaï dedicavit, cum in judicio rea a parente ob Linum, seu Linceum servatum facta, evasisset. *Pausan. l. 2. Plin. l. 34. c. 8. & ibi Hermof.*

Pituffo, a. 1. *assaggiare il vino*, Ger. *Jurpfien*, Gall. *bevoiter, essayer*, Hisp. *bever poco a poco, απορρωμα*, idest rorantibus, ut loquitur *Tullius*, & minutis poculis pergræzari, idest parvum vini paulatim, & quasi tentandi gratia gustare, a *πιτίζω*, quod a *πιω, bibo.* *Ter. Heaut. 3. 1. 48.* Pitiffando modo mihi quid vini absumpsit? Alii scribunt *pitiffa*, quod significat, inquit *Donat.* vinum cum aliqua probatione expere. nam *πιω*, spere est, a quo fit *πιτίζω*.

Pittacium, vel Pittacium, *πιττακιον*, n. a. modicus pannus, qui aliquo medicamento illitus modo præcordiis, modo capiti dolenti imponi solet ad mitigandum cruciatum. *Cels. l. 3. c. 10. de capitis dolore:* Habere duo pittacia, quæ latitudinem frontis æquent. In quibusdam codicib. legitur *pitacia* unico t. *Laberius apud Gell. l. 16. cap. 7.* pittacium posuisse dicitur pro tegmine capitis. *capuccio.* ¶ Præterea pittacia, seu pittacia dicuntur schedulæ breves, seu libelli, in quibus memoriz cau-

sa aliquid adscribitur, *viglietti. Petron. in satyr.* Allatæ sunt amphoræ vitreæ diligenter gypfatæ, quarum in cervicibus pittacia erant affixa cum hoc titulo: Falernum annorum centum. *Lampriid. in Severo, c. 21.* De promovendis etiam sibi adnotabat, & perlegebat cuncta pittacia. Alii scribunt *pitaccia.* *V. ibi Casaub.*

Pittæus, m. 2. *πυθαγόρας*, Philosophus Mitylenæus, unus ex septem Græciæ Sapientibus, qui ex Lesbo tyrannum Melanchrum depulit, & Crætantibus Atheniensibus, atque Mitylenis dux in bello factus, Phrynonem Atheniensium ducem singulari certamine interfecit. Hujus illud est: *Providere, ne casus veniant; si forte venerint, æquo animo tolerare.* *Auson. de 7. Sapientib.*

Pittheus. V. Pitheus.

Pituita, æ, f. *Stemms, castarro*, Ger. *die feuchter*, Gal. *castarre, flegme*, Hisp. *stema, humor, φλέγμα*, sanguis imperfecte coctus, humor crudus, aqueus, excrementitius, vel naturaliter, vel præternaturaliter in corpore genitus, quo pertinent mucus narium, qui ex capite redundat, saliva, phlegma ventriculi, & intestinorum. *Cic. 4. Tusc. Quemadmodum cum sanguis corruptus est, aut pituita redundat, aut bilis in corpore, morbi ægrotationesque nascuntur.* In plurali num. *Plin. l. 25. c. 11.* Hujus radix pituitas capitis purgat. ¶ Interdum sumitur pro morbo ex pituitæ fluxu nato, quo etiam gallinæ infestantur. *Col. l. 8. c. 5.* Sæpe etiam jam validioribus remediis factis, atque ipis matribus etiam vitanda pituitæ perniciis erit. *Pallad. l. 1. sit. 27.* Pituita his nasci solet, quæ alba pellicula linguam vestit extremam. Adde *Plin. l. 10. c. 57.* ubi & remedia affert. Hoc genus morbi Itali vocant *Jappisia.* ¶ Dicitur etiam de humore lento ex arboribus effluente. *Plin. l. 17. c. 27.* Amygdalæ ex amaris dulces fiunt, si stipite ab ima parte circumforato, deflensu pituita abstergeatur. ¶ Varia est ratio quantitatis in hac voce. *Horat. l. 1. ep. 1.* Præcipue sanus, nisi cum pituita molesta est. *Perf. sat. 2. v. 57.* Somnia pituita qui purgatissima mittunt. ubi videtur trifyllaba esse. *Casul. epigr. 20.* Mucicæ, & mala pituita nasi.

Pituitaria, f. herbæ species, al. *astaphisagra*, seu uva agreffis, ita dicta, quod pituitam oris siccat. *Plin. l. 23. c. 1.*

Pituitosus, a, um, *pituitoso*, Ger. *vol roze*, Gal. *flegmatique*, Hisp. *stomatia, φλεγματώδης*, qui pituita abundat. *Cic. de Fat. c. 4.* In aliis esse pituitosus, & quasi redundans, in aliis exsiccatus, atque aridos.

Pityñus, a, um, adject. qui est ex pinu, quæ græce *πίτυς* dicitur, ut pitynia resina, apud *Marcel. Empyr.* pitynia cera, apud *Theodor. Priscian. l. 2.*

Pityis, idos, f. nux pinea e pinastris. *Plin. l. 15. c. 10.*

Pityocampa, æ, f. *πυροκαμπί*, eruca e pinu nascens, a, *πυρός, pinus*, & *καμπί, eruca.* Venenatum est animal, & legibus prohibitum. *Plin. l. 23. c. 2. & l. 28. c. 9.*

Pityuizæ, f. 2. *las islas de Yucia*, duæ insulæ Hispaniæ, in mari Medit. inter Balearem majorem inf. ad Or. & prom. Dianium, sinumque Sucronensem ad Occ. quarum major, quæ ad Bor. Ebusus vocatur, vulgè *Yucia*; minor extensa est ad Austr. parvi admodum circuitus, & dicitur Ophiuzæ, *la Formentera*, sed deserta est propter serpentes. *Plin. l. 3. c. 5.*

Pius, a, um, *pio*, *πῖος*, Ger. *gottesforchig*, Gall. *religieux*, Hisp. *pio, εὐσεβής*, qui parentes, & eos, qui parentum loco sunt, item patriam iusto cultu prosequitur. *Cic. 3. Off.* Ipsi patriæ conducti pio habere civis in parentes. ¶ Dicitur etiam de religioso, sive de eo, qui recte in Deum affectus est. *Cic. de Leg. Dii piorum, & impiorum habent rationem.* ¶ Accipitur pro benigno, & misericorde. *Ter. Heccyr. 1. 2. 72.*

Pium, ac pudicum ingenium narras Pamphili. ¶ Caret comparativo: De superlativo sic *Cic. 13. Phil. c. 19.* Tu porro ne pios quidem, sed piissimos quæris, & quod verbum omnino nullum in Lingua Latina est, id propter tuam divinam pietatem novum inducis. ¶ Sed tamen a posterioribus auctoribus piissimus invenitur usurpatum. *Curr. l. 9. c. 6.* Vobis quidem, o filii, piissimique civium, atque amicorum, gratæ ago, habeoque. Adde *Senec. de consol. ad Polyph. c. 26. Tacit. in Agric. c. 43. Florum l. 4. c. 7.* & alios: ut omitamus antiquas Inscriptiones, in quibus sæpissime legitur: *Quin & piensissimus* in isdem Inscriptionib. non semel reperitur, ut apud *Gruter. pag. 369. n. 5.* Patri piensissimo, & pag. 636. n. 7. Fratri optimo piensissimo.

Pix, icis, f. *pece, πηξ*, Ger. *pech*, Gall. *poix*, Hisp. *peç, πῖρα*, fluxus combustæ in teda sua resinæ, ut definit *Ruellius*. Distert a resina. Nam est liquor crassus ex arboribus fluens, & sæpe sua sponte siccatus ad Solem, *pix* est, quæ fit ex arborum resinis ad ignem decoctis, idque ad navium, & aliarum multarum rerum usum. *Plin. l. 23. c. 1.* Sed & picem meminisse debemus non aliud esse, quam combustæ resinæ fluxum. *Id. l. 14. c. 20.* Crassiorum vero, & ad pices faciendas cedrus. *Ov. epist. 18. v. 7.* Cælum pice nigrius. ¶ Est etiam pix inter tormenta servorum. *Lucres. l. 3. v. 1030.* Verbera, carnicifex, robur, pix, lamina, tædæ. Adde *Plaut. Capt. 3. 4. 65.*

Pixacanthum, seu, pissacanthum, n. 2. *πυρακάνθος*, spinæ species, al. chironium. *Plin. l. 24. c. 13.* Pixacanthi baccæ contra serpentium ictus bibuntur.

P A N T E L.

Placabilis, le, o. 3. *placabilis, εὐλαβος*, qui facile placatur, propitiabilis. *Cic. At. l. 1.* Et irrevocabiles animos esse optimorum sæpe hominum, & eosdem placabiles. *Id. Verr. 2. c. 38.* Omnia placabiliora, quam animum Prætoris. ¶ Item qui facile placat, *Laßans. epitom. Instit. c. 6.* Sacerificium placabile. & l. 4. c. 28. Placabiliores hostiæ. Videtur etiam *Terentius* hoc sensu usurpasse, cum inquit *Adolph. 4. 3. 17.* Quapropter te ipsum purgare ipsi coram, placabilibus est. h. e. magis infervat ad placandum.

Placabilitas, atis, f. *τὸ εὐλαβεῖν*, lenitas, mansuetudo. *Cic. 1. Off. c. 25.* Nihil enim laudabilius, nihil magno, & præclaro viro dignius placabilitate, atque clementia.

Placabiliter, adverb. placate. *Gell. l. 7. c. 3.* Judices conciliandos esse laudabiliter, ac placabiliter.

Placamen, inis, n. idem ac placamentum. *Liv. l. 7. c. 2.* Ludi quoque scenici, nova res bellicoso populo, inter alia cælestis iræ placamina instituti dicuntur.

Placamentum, ti, n. *placamento, pace*, id, quo quis placatur. *Plin. l. 21. c. 7.* Hoc veluti placamento terræ blandiuntur. *Tac. l. 15.* Non largitionibus Principis, non Deum placamentis decedebat infamia.

Placate, adv. *pacifice, pacifice, ἀπαλάτως*, quiete, interbate. *Cic. l. 6. Fam. ep. 1.* Omnia humana placate, & humane seramus. *Id. l. 6. Fam. ep. 13.* Sed hoc ipsum intelligamus cum quotidie remissius, & placatus terre.

Placatio, onis, f. *εὐλαβησις*, mitigatio, pacificatio. *Cic. 4. Tusc.* Sed omnis ejusmodi perturbatio animi placatione abluatur. Adde *3. nat. Deor. c. 2.* Placatorius, a, um, ad placandum pertinens. *Tertull. de patient. c. 13.* Hostia placatoria.

Placatus, a, um, *placato, quieto*, *mitis*, *εὐλαβησις, εὐλαβος*, lenitus. *Cic. 3. Catil.* Nisi Dii immortales omni ratione placati suo numine prope fata ipsa flexissent. *Plin. l. 12. c. 18.* Imo vero, ut palam est, plac-

placitiores. Cic. 1. Tusc. c. 41. Qui nonnunquam etiam sine visis fo-
mularum placatissimum quietem asserit.

Placendus, a, um, che deve piacere, particip. a plaeo. Plaut. Trin. 5.
2. 25. Si illa tibi placet, placenda dos quoque est, quam dat tibi.

Placenta, æ, f. focaccia, *πλάτη*, Ger. *kuche*, Gal. *gatesu, torteau*, Hisp.
torra, πακας, panis, sive cibi genus, quod citra fermentum in furno
coqui consuevit, ex farina fere confans fliginea, cafeo, & melle ad-
jecto. Hor. l. 1. ep. 10. v. 11. Pane ego, jam mellitis potiore placentis.

Placentia, æ, f. *placenteria, ἀράκων*, studium nimium ubique & omnibus
placendi. Apul. de Philosph. Ad placentiam refecti.

Placentia, æ, f. *Placenza, πλακεντία*, urbs Galliz Togatz, & Cispadan-
æ, colonia Romanorum, ampla, cum arce probe munita, circa fi-
nem Æmiliz, apud Padum fl. *Silius* l. 8. v. 594. Certavit Mutinæ
quassata Placentia bello.

Placentinus, a, um, *πλακεντινός*, quod ad Placentiam spectat. Cic. in
Brut. Ego memini, T. Tincam Placentinum, hominem facitissimum.
Adde *Verr.* 5. c. 13. ¶ Placentini milites ambigue dicuntur a *Plauto*,
vel Placentiz incolz, vel placentiarum studio. V. *Pistoriensis*, ubi
verba *Plauti* retulimus.

Placēo, es, cui, citum, n. 2. *placere, πλάττω*, Ger. *gesallen*, Gal. *plaire*,
His. *plazer, ἀρέσκω*, gratus sum, ardeco. Cic. 2. de Or. Ego enim nun-
quam mihi minus, quam hesterni die, placui. *Id. ad Q. Fr.* Suspicabar
placiturum tibi esse librum meum. *Ovid.* ep. 6. facie placere. ¶ Plac-
cere sibi, *compareris*, efferri, gloriari, confidere. *Quintil.* Placeas, li-
cet, tibi opum tuarum fiducia dives. Particip. *placendus* V. suo lo-
co. ¶ Sæpe usurpatur imperforaliter.

Placet, ebat, cuit, vel placitum est, *placere, parere, ἀρέσκει, δοκῶ*.
Cic. pro Dom. Ut populo de Cyprio Rege placeret, de exulibus Byzan-
tiis displiceret? ¶ Sæpe ponitur pro videri, esse alicujus opinionis.
Cic. 1. de Div. Ut doctissimus, sapientissimique placuit. *Id. l. 1. Fam.* ep. 2.
Itaque postredie placuit, ut breviter sententias diceremus. *D. Bru-
tus* l. 11. *Fam.* ep. 1. Placitum est mihi, ut postulerem legationem libe-
ram mihi, reliquique nostris. ¶ Hinc in placitis, & statutis publi-
cis senatus, vel aliorum Magistratum, fere semper hoc verbo uteban-
tur, ut apud *Cic.* *Verr.* 4. c. 39. Cum Sthenius abiens res factus esset,
de absente nullum fieri iudicium placere; si quod esset factum, id ra-
tum esse non placere. ¶ Placitum est, placuit. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 7. Placi-
tum, eandem poenam irrogari. ¶ *Res meæ mihi placens*, succedunt,
prosperè fiunt, *mi van bene.* *Liv.* l. 33. c. 31. Antiochum transgressurum
in Europam, cum primum ei res suz placuissent, non dubitabant.

Placida, æ, V. Mareplacida.

Placide, adv. *placidamente, ἡσυχῶς, εὐρηκῶς*, quiete, sine tumultu. Cic.
4. *Verr.* Prætoris injurias tacite, hospitis placide ferendas arbitrabatur.
Id. in Orat. c. 27. Placide, sedateque loqui. *Plaut. Pseud.* l. 3. 14. Placi-
de ire. *Sallust.* in *Catil.* c. 39. Plebem placidius tractare. *Plaut. Bacch.*
4. 7. 35. Placide ostium aperire. *pian piano*.

Placidianus, vel Placideianus, i, præstantissimus sui temporis gladiator,
cujus meminerit *Cic.* *Tusc.* 4. c. 21. *Horat.* l. 2. *sat.* 7. & *Lucil.* apud *Non.*
c. 4. n. 62.

Placiditas, atis, f. *ἡσυχία, lenitas.* *Varro* l. 2. de R. R. c. 1. Et propter
utilitatem, & propter placiditatem. *Gell.* l. 13. c. 21. ex *comment. Servilii*
Claudii. Nerio dictum quasi Neirio, hoc est sine ira, cum placiditate.

Placidulus, a, um, adject. diminutivum a placidus. *Auson.* in *Parental.*
27. Cinis placidula.

Placidus, a, um, *placivole, ἡσυχός, Ger. freidlich, Gal. paisible, His. blando,*
placentero, πρῶτος, εὐμενής, sedatus, placatus, tranquillus, lenis,
quietus, mitis. Differt a clemente, quia, teste Donato, clemens est
circa recte agentes, placidus etiam circa delinquentes, clemens animo,
placidus vultu. *Ter. Adelph.* 5. 4. Ille semper egit suam vitam in
otio, in conviviis, clemens, placidus, nulli lædere os, ardeat omnibus.
Cic. pro Cæc. Ita eum placidum, mollemque reddidi. *Id. l. de Or.*
Non semper tortis oratio quæritur, sed sæpe placida, summissa, lenis.
Id. 5. Tusc. Semper in ejus animo placidissimam pacem esse. ¶ Arbor
placida est, cui sylvestris opponitur, *Plin.* l. 16. c. 5. Præterea sunt ali-
que sylvestres, aliz placidiores, quæ culta obtinent. ¶ Cælum placi-
dum, serenum notat. *Sil.* l. 12. Nec placido commota tonitrua cælo.
¶ Dies placidus, tranquillus, & serenus dicitur. *Plin.* ep. 101. Accipit
ab hoc auras quam libet sereno, & placido die.

Placitis, idis, f. *cadmiz species.* *Plin.* l. 33. c. 9.

Placito, as, n. i. freq. a *plaeo.* *Plaut. Bacch.* 4. 10. 10. Neque placitant mores.
Placitum, ti, subst. n. decreto, *ἀριστόν, ἀρεσκόμενον*, decretum, a *placis*,
ebat, qua notat censere, opinari. *Plin.* l. 29. c. 1. Delentem cunctorum
majorum placita. *Id. l. 14. c. 23.* Medicorum placitis novitate aliqua se
se commendantium.

Placitus, a, um, *placitudo, ἡσυχία, quod placuit, part. a plaeo.* *Ter.*
in prol. Hee. Ubi sunt cognitz, placitæ sunt. *Id. ibid.* Quæ vobis placita
conditio est, datur. *Ovid.* ep. 16. Est virtus placitis abstinuisse bonis.

Placo, as, avi, atum, a. 1. *placare, pacificare, πρῶτον, ἀριστοῦμαι*, sedo,
mitigo, placidum facio. *Cic. 2. Catil.* c. 8. Quos quidem ego, si ullo
modo fieri posset, non tam ulcisci studeo, quam sanare, & ipsos plac-
care Reipublicæ. *Id. de Arusp. Resp. c. ult.* Nostræ nobis sunt inter nos
iræ, discordizque placanda. *Id. Fam.* 13. ep. 1. Placare sibi aliquem.
¶ Translate *Horat.* l. 2. *sat.* 8. Eica placat iratum ventrem.

Plaga, æ, f. *piaga, percussio, πληγή, ictus, percussio, vulnus.* *Cels.* l. 8.
c. 4. Plagam, si ex vulnere est, talem necesse est habeamus, qualem
acceperimus. *piaga, che viene da ferita.* *Cic. pro Flacco* c. 27. Utrum no-
strum est, an vestrum hoc proverbium: Phrygem plagis fieri solere meli-
orem? ¶ Ponitur & pro incisione arboris. *Plin.* l. 12. c. 25. Succus a
plaga manat. ¶ Translate accipitur pro damno, calamitate, exitio.
Cic. pro Sext. c. 19. An non accipienda plaga mihi infanabilis illa mortifi-
ca, quam Reip. imposuisset. *Id. pro Mur.* c. 23. Atque ex omnibus il-
la plaga est injecta petitioni tuæ non tacentæ me maxima. *Id. in Orat.*
c. 68. Sic oratio nec plagam gravem facit, nisi petitio fuerit apta.

Plaga, æ, f. *clima, κλίμα, χόρα*, spatium amplum cæli, vel terræ
quod etiam dicitur tractus, a *πλάγῃ, equor, planities.* *Virg.* *Æn.* v.
227. plaga solis iniqui. *Cic. 2. de Div.* c. 13. Quod est ante pedes, nemo
spectat, cæli scrutantur plagas. ¶ Interdum etiam significat retis ge-
nus, ideo rete rarum ad capiendas feres, vel funem, quo retia ten-
duntur, & usurpatur fere in num. plurali. *Virg.* *Æn.* Retia rara pla-
gæ, lato venabula ferro. Ubi *Servius* scribit, plagas proprie illos lu-
nes dici, quibus retia tenduntur circa imam, & summam partem.
¶ Hinc incider in plagas, translate pro incidere in periculum. *Cic.*
7. Verr. c. 58. Si mercurius ex his laqueis te exueris, ac te aliqua vi,
ac ratione explicaris, in illas tibi majores plagas incidendum est.
¶ Præterea plaga, *Nonio* teste c. 4. n. 361. accipitur pro torali, seu le-
tuaria, seu lecticaria sindone, ideo pro grandi lecti tegmine linteo
& candido. *Varro* *ibid.* Eburneis lectis, & plagis sigillatis. ¶ Item
pro parte vestis, quæ aliter clavus vocatur. *Petrus*, *Atalanta.* Et
limitu pictæ plagæ pallam. Ita enim legendum apud *Nonium*, ut in

Notis ad fragmenta veterum *Voffius* observavit.

Plagiarius, ii, m. *ἀρπακτοδότης*, qui plagii crimine tenetur. *Cic. ad Q.*
Fr. l. 1. ep. 2. Licinium plagiarium cum suo pullo Milvino tributa exi-
gere. ¶ Per *Synecdochen* hinc vox etiam ad librorum fures extendit-
tur. *Marsial.* l. 1. ep. 53. Impones plagiarium pudorem.

Plagiator, oris, m. idem qui plagiarium. *Ter.* l. 1. *adv. Marc.* c. 23.

Plagiator, ra, rum, *πληροφόρος*, qui plagas gerit, qui genitus est ad
plagas ferendas. *Plaut. Pseud.* l. 2. 20. Plagigera genera hominum.

Plagigerulus, a, um, idem ac plagiator. *Plaut. Mostell.* 4. 1. 19. Peculii
sui prodigi, plagigeruli.

Plagiolippus, i, m. vox ficta ad significandum eum qui plagas infert:
vel (si malis ducere a *plagium*) eum qui furtis delectatur. *Aust.* *ad*
Herenn. l. 4. c. 31. Pronominato est, quæ cognomine quoddam extraneo
demonstrat id, quod suo nomine appellari non potest, ut si quis de
adversario dicat: Videte, iudices, quemadmodum me plagiolippus ille
tractavit. *Turneb.* l. 20. c. 25. ex conjectura lectionem mutare conatur.

Plagipatida, æ, com. qui plagas patitur. *Plaut. Capt.* 3. 1. 12. Nihil mo-
rantur jam Lacones imi subfellii viros plagipatidas.

Plagium, ii, n. *ἀρπακτοδότης*, crimen illud, quod quis hominem, quem
scit liberum esse, emit, & pro fero tenet, vel vendit, item quo alie-
no mancipio persuadet, ut a domino fugiat, vel ipsum invito, vel in-
sciente domino celat, vincitum habet, emit, vendit, donat. Est a *πλά-
γισ*, quod proprie notat obliquum, metaphorice autem pro dolo so-
mitur. *Callistiv.* l. non *flavit*, ff. ad l. *Fabiam, de Plagiariis*. Servos
alienos qui sollicitaverit, aut interceperit, crimine plagii, quod illi
intenditur, teneatur, nec ne, facit quæstionem. ¶ Est etiam retis
genus, *Grattus* in *Cyneg.* v. 24. Armorum casses, plagique exordiar affus.

Plagiosus, a, um, *impragato, πληρωδής*, plenus plagis. *Apul.* l. 9. *Me-
tam.* Plagiosum dorsum. ¶ Sumitur etiam active pro eo, qui frequen-
tes, & multas plagas infert. *Hor.* l. 2. ep. 1. v. 70. Memini quæ plago-
sum mihi parvo Orbilium dicatæ.

Plagula, æ, f. breve pallium, vestimentum, aut velum textile, linteum.
Sueton. in *Tito* c. 10. Lecticæ dimotis plagulis. *Liv.* l. 39. c. 6. Inde pri-
mum lectos æratos, vestem stragulam pretiosam, plagulas, & alia tex-
tilia, &c. ¶ Item byblus, seu papyri philyra. *Plin.* l. 13. c. 12. Pre-
mitur deinde prælis, & siccatur Sole plagule, atque inter se junguntur.

Plagusia, f. i. genus piscis, a *πλάγος, obliquus*, quia oblique incidit,
ideo, non versus caput, sed in latera. *Plaut.* in *Rud.* 2. 1. 9. Muscu-
los, plagusias, striatas. Al. aliter leg.

Planarstrum, i, n. aratum cum duabus rotis, a Gallis primo inventum.
Plin. l. 18. c. 18. ubi *Harduinus* mavult legere *plausstratum*, composita
voce ex *plausro*, & *aro*, as.

Planaria, f. i. *Planaria*, inf. parva maris Ligustici, inter Caprariam, &
Corficam. *Plin.* l. 3. c. 6. dictam scribit a *planicie*, quod æqualis freto
sit, ideoque navigiis fallax. ¶ *Planaria* item, una ex insulis Fortu-
natis. *Plin.* l. 6. c. 32.

Planarius, a, um, adject. qui in plano fit, ut planarius confictus, ap-
ud *Ammian.* l. 19. c. 5. *Planaria* interpellatio, l. 4. *Cod. de dilation.* h.
e. compellatio Magistratus, quæ fit de plano, h. e. antequam in tribu-
nali ascendat.

Planca, æ, f. *πλατῆ*, tabula plana, vel complanata. *Fest.* *Plin.* l. 8. c. 43.
Nec pontes a fini transeant per caritatem planearum translucentibus
fluviis. Aliqui legunt, *per raritatem eorum.* *Pallad.* l. 1. *tit.* 21. Planæ
robore supponantur stationibus equorum cum stramine.

Planicianus, a, um, adject. a Planco nom. proprio, ut Planicianum Sen-
atufconsultum, l. 1. *Dig. de l. agnost.*

Planctus, us, m. *percussio, κοπιότης*, percussio, a *plango*, quod proprie
notat verberare. *Lucan.* l. 2. v. 24. Exigit ad lævos famularum brachijs
planctus. ¶ Speciatim sumitur pro fletu, & lamentatione cum pecto-
ris percussione, *pianito, ἔπρητο.* *Senec.* in *Her.* *Oet.* v. 1545. Planctus im-
mentas resonet per urbes.

Planus, a, um, *πλάγος*, qui supra modum planis pedibus est, ideo,
qui pedes imos graciles, planoque æqualiter habet, qui aliter *plorus*,
& *plavus* dicitur. *Plin.* l. 11. c. 45. Volta homini tantum, exceptis
quibusdam. Nanque & hinc cognomina inventa *Plauti*, *Planci*, &c.
¶ Est præterea planus, i, aquilæ genus, *Id.* l. 10. c. 3.

Planus, m. 2. Romanus quidam, cujus extant epistolæ luculenter scri-
ptæ inter *Cic. Familiares*. Hic, teste *Eusebio*, cum Galliam Comatam
regeret, Lugdunum condidit, quæ urbs Senecæ temporibus deflagavit
incendio.

Plane, adverb. *apertamente, pianamente, cbiaramente, φανεῶς, προδῆλος*,
aperte, manifeste. *Cic. 2. Fin.* c. 5. Plane, & aperte loqui. *Id. 1. de Or-*
at. c. 61. Nemo planius eo locutus. *Id. 2. Div.* c. 46. Deinsothenem scri-
bit Phalerus, cum *tho* diceret nequiret, exercitatione fecisse, ut pla-
nissime diceret. ¶ Significat etiam omnino, penitus, *totalmente, of-*
fatto. *Id. 14. Fam.* ep. 4. Non videbor mihi plane periisse. *Id. de clar. Or-*
at. c. 81. Perfecite planeque eruditus. ¶ Item certo, *certamente, sicu-*
vamente. *Ter. Heaut.* 5. 1. Qui alia tam plane facias.

Planeta, æ, m. *planeta, Ger. planeten, Gal. planete, His. planeta, πλά-*
νητες, sidus errans, a *πλανῶμαι, erro, vagor*. Ita autem planetæ
vocantur, non quia errent re vera, sed quia errare videantur, idque
ideocirco, quia nunc alio, atque alio ab octavi cæli stellis distent inter-
vallo, cum idem semper spatium servant sidera firmamenti, utpote
orbis ejusdem stellæ, atque partes. *Cic.* l. 2. de *nat. Deor.* ¶ Planetæ
septem sunt. Saturnus summum locum obtinet, proximum Jupiter, ter-
tium Mars, quem deinde Sol subsequitur, Solem Venus, sub Venere
Mercurius situs est, Luna ultimum, terrique proximum, eundemque
minimum orbem possidet. *Cic. 2. de nat. Deor. & in Somn. Scip.* ¶ In
plurali num. *planetes*, pro *planetæ.* *Gell.* l. 14. c. 1. Ut alii planetes pa-
ri potestate essent. ¶ De genere hujus nominis V. dicta in *Cometes*.

Planeticus, a, um, adject. ad planetam pertinens. *Sidon.* l. 8. ep. 11. Pla-
neticorum siderum globus.

Plango, is, xi, flum, a. 3. *percussio, κόπωμα*, proprie est verberare,
ab antiquo *plago*. Plago autem fuit a *πλάγῃ*, quod *Doricum* pro
πληγή, percussio. *Lucr.* l. 2. v. 1153. Nec mare, nec fluvios plangentem
flaxa creatur. *Ovid.* 2. *Met.* v. 584. Plangere nuda meis conabar pecto-
ra palmis. ¶ Significat etiam lugere cum clamore, & peccus, aut
caput præ dolore percussere. *Stat.* 11. *Theb. vers.* 117. Plangunt sua da-
mna coloni. ¶ *Virg.* l. *Georg.* v. 334. Nunc nemora ingenti vento,
nunc litora plangunt. h. e. resonant.

Plangor, oris, m. *κοπιότης*, ictus, percussio. *Catul.* *Arg.* 59. Leviterque
sonant plangere cachiini. ¶ Ponitur quandoque pro fletu cum pec-
toris percussione, aut alio doloris signo. *Cic. in Orat.* Plangere, & la-
mentatione completerem forum.

Planguncula, æ, f. puilla pupa, a *πλῆγών*, quod pupam notat. Unde
Scholastes *Callinachi* exponit *κλήρον ἡμύμην*, certam nympham. *Cic.*
Att. l. 1. ep. 8. Tulliola, deliciz nostræ, tuam plangunculam flagitat.
Alii leg. *tuam munusculum.* *Id.* *ib.* l. 6. *epist.* 1. Inventæ sunt quinque
planguncule matronarum. Al. leg. *laguncule.*

Planilobus, a, um, qui plane, & libere dicit, quod sentit. *Plaut. Truc. 4. 4. 11.* Planiloqua est, paucis ut rem ipsam attingit!

Planipedes mimi dicti sunt, qui nudis pedibus in scenam introibant, ad differentiam comœdorum, qui focis, & tragœdorum, qui cothurnis induti pedes agebant. *Festus.* Vel quia non in suggestu scenæ, sed in plano orchestræ actabant. *Diomed. l. 3. Quintius Atta apud eund. ibid.* Daturin' estis aurum? exultat planipes.

Planipedus, a, um, adject. humilis, ut planipedia Comœdia apud *Dion. & Diomed. V. Planipes.*

Plantas, atis, f. *χθιρεσσα*, fermonis perspicuitas, simplicitasve. *Auctor dial. de caus. corrupt. eloq. c. 23.* Sententiarum plantas.

Plantilla, æ, f. &

Plantiffes, ei, f. *πλανητα*, *πλῆθος*, Ger. *ein ebne*, Gal. *plaine*, Hisp. *el llano*, *Hanura*, *δυσλότης*, *πέδιον*, æqualitas loci, locus planus. *Cic. 1. de Div. c. 1.* Principio Assyrii propter planitiem, magnitudinemque regionum, quæ incolabant, &c. *Vitruv. l. 7. c. 3.* Plantillæ coronarum sunt periculose.

Plantitudo, inis, f. idem ac plantities. *Colum. l. 4. c. 30.* Perticæ cacuminum modicæ plantitudinis.

Plantus, adv. idem ac plane. *Tertul. l. de Pall. c. 4.* Quo plantus adeantur.

Planta, æ, f. *πλαντα*, *πλῆθος*, Ger. *zweygg*, Gal. *plante*, Hisp. *planta*, *φυτόν*, *φύλλον*, stirps, surculus, vel germem tum herbæ, tum arboris. *Cic. de Sen. Malleoli*, plantæ, sarmenta, vites, traduces, propagines nonne ea efficiunt? &c. Hinc planta ponere, *strapsiastare*, contrarium est τῷ femine ponere. *Colum. l. 11. c. 3.* de ruta. Mense Februarii vel planta, vel femine recte ponitur. Planta item est tota pars inferioris pedis, *la planta del piede.* *Virg. l. 1. Æn. v. 718.* Pernices plantæ. *Ovid. 2. Metam.* Ut teris niteant talaria plantis. *Plaut. Caf. 4. 4. 20.* Inlittit plantam, h. e. pedem pede pressit.

Plantago, inis, f. *πλανταγίνη*, *ἀπρόλοπος*, genus herbæ, a planta, quia plantæ pedum similis est. *Plin. l. 25. c. 8.* Celebravit & Themison medicus vulgarem herbam plantaginem, tanquam inventor.

Plantaris, & re, o, 3. *πλάγιστος*, quod ad plantam pedis spectat. *Strab. l. 1. Theb. v. 304.* Summa pedum prope plantaribus alligat alis. *Juven. Sat. 13. v. 123.* substantivum facit. Non Epirum suspicit exigui lætum plantaribus horti, h. e. oleribus.

Plantarium, ii, n. *πυλῶν*, locus plantarum, seminarium. *Plin. l. 13. c. 4. de palmis.* Ergo plantaria infittuunt, anniculaque transferunt, & iterum bimas. Sumitur etiam pro ipsa planta in terra nata, teste *Servio*, quæ cum radice transfertur de uno loco in alium. *Virg. 2. Georg. v. 27.* Et viva fuit plantaria terra. Translate *Perf. Sat. 4. v. 39.* Quinque palæstræ, licet hæc plantaria vellant, h. e. pilos in corpore. Plantaria *Perfei* sunt alæ, quæ *Perfei* pedibus affixæ a Poetis finguntur. *Valer. Flacc. l. 1. v. 67.*

Plantarius, a, um, *πυλῶν*, quod plantari debet, seu quod est aptum, ut plantetur. *Colum. l. 5. c. 9.* Antequam plantarias arbusculas effodias solo.

Plantatio, onis, f. *πλαντασιον*, *πλαντασιον*, *φύτλιον*, actus plantandi. *Plin. l. 21. c. 4.* Ipsaque plantatione proficiunt.

Plantator, oris, m. *πλαντασιον*, qui plantat. Est *Augustini epist. 89. (al. 157.) c. 20.*

Plantiger, ra, rum, *φυτεργη*, plantas gerens, vel ex se pullulando emittens. *Plin. l. 13. c. 8.* Siliqua plantigera est in imis partibus.

Planto, as, avi, atum, n. *πλανταρε*, *φύτλιον*, est herbas terræ mandare, vel arboris, aut partem arborum in terra figere, vel alteri arbori inferere. *Plin. l. 17. c. 20.* Hoc modo plantantur punice. Differt a *fero*. Scruntur enim seinina, plantantur germina ex feminibus nata. *Pallad. l. 4. ris. 9.* Nunc sinapis, & caules opium feruntur, vel plantantur.

Planus, subit. m. *γαννασιον*, *Πλῆθος*, cycophanta, seductor, impostor, a græca voce allata. *Cic. pro Cluent. c. 26.* Hic ille planus improbitus, quæstu iudiciario passus, &c. *Horat. l. 1. epist. 17. v. 59.* Nec femel irrifus trivis attollere curat fracto crure planum. Quo in loco *Acon* annotavit, Planum nomen esse notissimum sui temporis impostoris, qui, ut in vehicula tolleretur, fingebat, se crus tregisse, sed cum postea vere crus tregisset, rogaretque, ut vehiculo in Urbem reveheretur, non est ei creditum. *Petron. in Satyr.* Notavit me mules, sive ille planus fuit, sive nocturnus grassator. *Arnob. l. 2.* Alii que infittoribus, atque planis.

Planus, a, um, *πλῆθος*, *eguale*, *ἴσιον*, Ger. *eben*, Gal. *egal*, Hisp. *llane*, *δυσλότης*, æqualis, in quo nihil eminet. *Cic. de Univ.* Quod si universitatis corpus planum, & æquabile explicaretur. *Ovid. 10. Met.* Planissimi campi area. *Id. 3. Trist. el. 4.* Cadere in plano. *Liv. l. 34.* Aditus planior erat. Plani pedes ædificia dicuntur a *Vitruv. l. 6. c. 11.* quæ hypogæa, & concamerationes non habent. Plani pisces dicuntur, qui superficiem planam, non rotundam habent. *Plin. l. 9. c. 24.* Planorum piscium alterum est genus, quod pro spina cartilaginem habet. De plano, vel a plano aliquid facere, est e solo, seu e loco humili, nihil a terra assurgente, in quo populus stat, & speciatim Principe, vel Judice non sedente. Solent enim Reges, Judices, & hujusmodi in thronis, vel tribunalibus editoribus sedere. *Paul. ff. de Quest. l. unus, in fine.* Custodiz non solum pro tribunali, sed & de plano audiri possunt, atque damnari. *Suet. in Tib.* Judicetque aut e plano, aut e Quæstoris tribunali admovebat. De plano promittere, est facile promittere, & sine ulla dubitatione, ducta translatione a Prætoribus, qui lites difficiles, atque implicatas et tribunali, faciles de plano djudicabant. *Lucres. l. 1. v. 411.* Hoc tibi de plano possum promittere Memmi. Translate ponitur pro aperto, & manifesto, quod quæ plana sunt, nullum impedimentum habent, quin undique videri possint. *Plaut. Perf. 2. 2.* Satin' hæc tibi sunt plana, & certa? Planum facere, est declarare, & rem difficilem, aut dubiam solvere, & ante oculos verbis explanando ponere, & patetacere. Translatio sumpta est a loco inæquali, qui cultu adhibito, aut opera planus fit. *Cic. 2. Ver. c. 14.* Cum planum facere multis testibus possum. Alii interpretantur bovis caudam.

Plasma, atis, n. *πλάσμα*, figmentum, opus figlinum, id, quod ex luto formatum est, a *πλάσσω*, seu *πλάττω*, *formo*, *fingo*. *Auson. epigr. 10.* Si qua fides unquam talis adhibenda figuris, Nec plasma semper allinunt. Hinc *Prudent.* sæpe usurpat pro homine, qui e luto factus est, ut *Casimer. 7. v. 184.* Emancipator servientis plasmatiss. Est item dulcis quedam potio, qua colluebat os, & fauces, nec raucedine læderentur, qui voci fludebant. *Quintil. l. 1. c. 8.* Sit lectio virilis, & gravis, non in canticum dissoluta, nec plasmate, ut nunc a plerisque fit, effæminatâ. *Perf. Sat. 1. v. 17.* Sede leges celsa, liquido cum plasmate guttur collucris.

Plasmator, oris, m. qui plasmat. *Tertul. adv. Jud. c. 2.* Deus hominis plasmatior.

Plasmo, as, a. i. *πλασμα*, efformo, a *πλάσσω*, figmentum. *Ter. adv. Jud. c. 13.* Terra, ex qua homo primum plasmatiss est. *Prudent. Apotheos. v. 869.* Plasmasse corporis effigiem.

Plasto, as, a. i. *πλάσσω*, *formo*, *fingo*. Est *Apicii* auctoris culinarii, *l. 2. c. 1.*

Plastes, m. *πλάστης*, fictor, figulus, qui figulinam artem exercet, qui vasa, vel statuas ex argilla conficit. *Plin. l. 35. c. 12.* Plastes laudatissimi fuere *Damophilus*, & *Go-galus*. *Tertul. de Idololat. c. 3.* Plastes effingit idolum. Adde *Vellej. l. 1. c. 17.*

Plasticator, oris, m. plastes. *Firmic. l. c. 16.* Inauratores, plasticatores.

Plastice, es, f. *πλαστική*, ars figlina, qua finguntur imagines ex argilla, a *πλάσσω*, seu *πλάττω*, *fingo*, *formo*. *Plin. l. 37. c. 7.* In ea, quam plasticen Græci vocant.

Plasticus, a, um, adject. vni fingendi habens, ut plastica manus, *Tertul. l. 1. ad Nation. c. 12.* Plastica ratio, *Vitruv. l. 1. c. 1. b. e.* plastice. Plastici absolute iidem qui plastes. *Jul. Firmic. l. 7. c. 25.* Faciet pictores, plasticos, aurifices.

Platæa, f. *πλάταια*, urbs exc. Bœotiz, apud Cithæronem M. Theopis proxima, inter Cithæronem, & Thebas. Apud hanc urbem Themistocles dux Atheniensium, & Pausanias dux Spartanorum vicerunt Mardonium ducem Xerxis cæcis trecentis millibus pedum, & viginti millibus equitum, idest universis fere copiis Perfarum, quos illi Xerxes in regnum revertens reliquerat. *Cic. 1. Off. c. 18. Nepos 3. c. 2.*

Platænsis, fe, adject. a Platæis, ut Platænses, Platæarum incolæ. *Nep. l. c. 5.* Platæense prælium. *Id. c. 2.*

Platalea, æ, f. *πλαταια*, avis al. Platea, & Pellicanus. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 49.* Legi etiam scriptum, esse avem quandam, quæ Plateale nominetur, eam sibi cibum querere advolentem ad eas aves, quæ se in mare mergerent, quæ cum emerissent, piscemque cepissent, usque eo premere earum capita mordicus, dum illæ captum amitterent, id, quod ipsa invaderet. Eademque hæc avis scribitur conchis se solere comphere, eaque cum stomachi calore concoxerit, evomere, atque ita eligere ex iis, quæ sunt esculenta. Hæc *Cicero*.

Platanus, a, uni, *πλατανός*, quod ex Platano est. *Col. l. 12. c. 16.* Alii tollis vigintis, nonnulli platanis femivietas uvas contegunt.

Platanista, æ, piscis in Gange fluvio, delphino major. *Plin. l. 9. c. 15.*

Platō, onis, m. *πλατωνός*, locus platanis confitus. *Marshall. 3. epigr. 19.* Exornant scitz, qua platanona feræ. *Vitruv. l. 5. c. 11.* Silvæ, aut platanones.

Platānus, f. *2. platano*, *πλατανός*, arboris scitz, quod umbræ tantum gratia expetitur, a *πλάτος* *latus*. Hinc ab *Horat. l. 2. od. 15.* cœlebs dicitur, quia non solet adhiberi ad vites fulcendas, ut ulmus. *Cic. 1. de Orat.* Nam me hæc tua platanus admonuit, quæ non minus ad opæcandum hunc locum patulis est diffusa ramis, quam illa, cujus umbram secutus est Socrates, quæ mihi videtur non tam ipsa æquila, quæ describitur, quam Platonis oratione crevisse. Legitur aliquando in quarta declinatione. *Virg. in Cal.* Nam primum prona surgebant valle patentes aeriz platanus.

Platæa, æ, f. *πλαταια*, *strada larga*, *borgo*, *πλαταια*, via lata, quæ fere militaris, Consularis, Prætoria dicitur, a græca voce allata, in qua supplendum est *δὲς*, *via*. Est enim adjectivum fem. nominis *πλαταια*, *latus*. *Ter. Andr. 4. 5.* In hac habitasse Platea dictum est *Chrysidem*. A Poetis secunda etiam corripitur. *Horat. in ep. 2. l. 2. v. 69.* Puræ sunt plateæ, nihil ut properantibus obstant. Quandoque etiam capitur pro area in mediis ædibus, *corrite*. *Lamprid. in Heliog. c. 24.* Plateæ in palatio stravit Lacedæmonis, & porphyreticis faxis. Platea, item, *Πελαγον*, est nomen avis, quæ etiam dicitur plateale, & pellicanus, a *πλάτος*, *latus*, propter rostri latitudinem, *platonice*. *Plin. l. 10. c. 50.* Platea nominatur advolans ad eas, quæ se in mari mergunt, & capita illarum morsu corripens, donec capturam extorquet.

Platefa, æ, f. genus piscis plani, & jacentis. *Auson. ep. 4. v. 58.* mollesque platefæ.

Platice, es, *πλαταια*, rudis alicujus rei dispositio, *abbozzo*. *Jul. Firmic. l. 2. c. 11.* Nunc ad platice revertamur.

Platice, adv. *ροζαταια*. *Jul. Firm. l. 2. c. 16.* Primum platice institui.

Platicus, a, um, adject. *πλαταια*, *latus*, *laxus*, ut *platicus dispositio*, *un abbozzo*. *Jul. Firmic. l. 3. c. 2.*

Plato, onis, *πλάτων*, philosophus Atheniensis, sic dictus ab humerorum latitudine; nam primis annis Aristocles est appellatus, testibus *Laertio*, & *Apulejo*. Filius fuit Aristonis, & Perictionis. Audivit Athenis Socratem: deinde in Italiam protectus Pythagoræ discipulus fuit. In Ægyptum quoque navigavit, ubi Moysis libros legisse dicitur. Aristotelem habuit discipulum, quem postea, quod contra fe ipsum doceret, mulum appeilare solitus fuit. Vixit annos 81. teste *Seneca*, & *Cicerone*, decebatque placidissime inter feribendum: alii scribunt in convivio quodam nuptialis diem obiisse. Tanta fuit sapientiz fama, ut divinus dictus, & habitus sit. Errare mehercule inquit *Cic. 1. Tusc. c. 17.* malo cum Platone, quam cum aliis vera sentire. In recto casu invenitur etiam *Platon*. *Macrob. l. 1. Saturn. c. 11.* Nescis, qua ætate Hecuba servire cepit, qua Cræsus, qua Diogenes, qua Platon ipse?

Platonifcus, a, um, adject. ad Platonem pertinens, ut *Patonica sublimitas*. *Plin. l. 1. ep. 10.* Platonicus philosophi. *Gell. l. 15. c. 2.*

Platycæros, otis, *πλατυκίρως*, animal quoddam latis cornibus. *Plin. l. 11. c. 37.*

Platycorialis, is, t. pupillæ dilatatio, morbus equorum oculos infestans. *Theodor. Priscian. l. 2. c. 29. Veget. l. 2. c. 16.*

Platyophthalmus, i, *πλατυφθαλμος*, lapis spumæ candidæ, nitentisquæ, oculos dilatans. *Plin. l. 33. c. 6.*

Platyphyllon, i, *πλατυφυλλον*, genus tithymali latis foliis. *Plin. l. 26. c. 8. Apul. de herb. c. 7. & 108.*

Plaudo, is, si, sum, n. 3. *applaudere*, *ῥιππῶ*, Germ. *fröhliche*, Gall. *frapper les mains*, *applaudir*, Hisp. *bazer pa-mar*, *bazer applauso*, *κροτῶ*, est manus inter se pulsando strepitum facere, quod fieri solet, cum pro re bene gesta gratulamur, & lætitiæ volumus ostendere. Contrarietur vel absolute. *Cic. Att. l. 16.* Populum Rom. manus suas non in defendenda Repub. sed in plaudendo consumere. *Idem Q. Fr. l. 2. ep. 4.* Diis plaudentibus. Vel cum dat. *Cic. Att. l. 2.* Qui Curioni flantes plauferant. Item passivè. *Cic. Att. l. 13. ep. 44.* Quod propter malum vicinum ne victoria quidem plauditur, idest, plausu excipitur. Al. leg. *visitorie quidem plauditur*. Nam etiam *plodo*, idest, plaudis, dicitur. *Varr. apud Non. c. 7. n. 35.* In balneis plodere cœpimus, & murmurari. Item impersonaliter. *Cic. Att. l. 2.* Huic ita plaudum est, ut salva Repub. Pompeio plaudi solebat. *Plaudere sibi*, idest sibi blandiri, & placere, sua nimium amare. *Plin. epist. 91.* Nec ipse tibi plaudis, & ego nihil magis ex hie, quam de te scribo. *Plaudis*, verbum est adhi soium in fine comœdiarum. *Quintil. l. 6. c. 2.* Tunc est commovendum theatrum, cum ventum est ad ipsum illud, quo veteres comœdiæ, & cœdizque clauduntur, plaudite. *Hor. in Ar. v. 155.* Et utique festivi, donec cantor, Vos plaudite, dicat. Ponitur etiam pro percussu, calcare. *Virg. in Ciri:* Non Libyco molles plauduntur pectine *te*. *Id. Æn. v. 644.* Pars pedibus plaudunt choreas, h. e. terram pedibus terendo claudunt. *Strab. l. 1. fluv. 3. v. 74.* vitreacæ natatu Plaudis aquas.

Plaußibile, & le, o, 3. *plausibile*, *favorabile*, *κατακταίνεις*, *εὐπαιστὸς*, quod

quod placet, & plausum meretur, populare, jucundum. *Cic. 1. pro Verr. Id nunc poicitur, id jam populare, atque plausibile factum est. Quintil. l. 4. c. 31. de oratione.* In aliquem lætum, atque plausibilem locum, quam maxime possint, favorabiliter excurrere.

Plausibiliter, adv. *plausibiliter. Sison. l. 8. ep. 10.* Amplius plausibilis manifestat ingenium.

Plausilis, le, adject. plausibilis. *Sison. l. 9. epist. 14.* Plausilibus aliquem fovere ulnis.

Plausio, as, n. t. freq. a plaudo. *Auct. Philom. v. 21.* Plausiat arborea clamans de fronde palumbes.

Plausor, oris, m. *applausore*, qui plaudit. *Horat. l. 2. ep. 2.* In vacuo lætus fessor, plausorque theatro.

Plaustrarius, ii, m. opifex plaustrorum. *Lamprid. in Alex. Sever. c. 24.* Linteonium, vitreariorum, plaustrariorum, & ceterarum artium veltigal pulcherrimum instituit. ¶ Item qui plaustrum regit. *Ulp. l. si servus, §. sic cum, ff. ad leg. Aquilianam.* Si ex plaustrum lapis ceciderit, & quid ruperit, vel frerit, Aquilæ actione plaustrarium teneri placet.

Plaustrum, i, n. *carro*, פלטר, Ger. *wagen*, Gal. *chariot*, Hisp. *carro*, *אמצע*, *דרכא*, currus, quo moles, atque onera feruntur, & convectantur. *Cic. 1. de Div. Se interlectum in plaustrum a caupone esse coniectum.* ¶ Veteres Comici in plaustris fabulas agebant, & matronæ Athenienses Eleusina sacra in plaustris celebrabant. *Horat. in Art. Dicitur in plaustris vexillæ poemata Thepisi. Virg. 1. Georg. Tarda que Eleusina Matris volentia plaustra.* ¶ *De plaustrum loqui, ex ἀμαξίας λαλήσθαι, Græcum prov. est pro libere quemlibet taxare.* Natum est a Poetis Comicis, qui de plaustrum personati Comædias agebant, & non solum in alios Comicos, sed etiam in potentiores cives, atque in Deos ipsos, pro libito dicebant, quæ vellent. *Erasm. in Chelid.* ¶ *Plaustrum percellere*, aliud proverb. significat res suas evertere, perturbare, tractum ab his qui onustum plaustrum evertunt. *Plaut. Epid. 4. 2. 22.* Perii, plaustrum perculi. ¶ Plaustrum item accipitur pro duobus signis ad Septentrionem, quas & *Ursas* appellamus. Constat enim utrumque ex quatuor stellis in quadrangulum dispositis, quæ totidem rotarum speciem referunt & aliis tribus, quæ tribus equis currum trahentibus assimulantur. *Ovid. 10. Met. Flexerat obliquo plaustrum temone Bootes.*

Plausus, us, m. *plausus*, Germ. *foelockung*, Gal. *applaudissement*, Hisp. *aplaufo*, *κρίτος*, *κρίτακα*, actus plaudendi. *Cic. de Sen. Quibus cum a cuncto consensu plausus esset multiplex datus. Id. Attic. l. 2.* Plausus impertire. *Id. 2. Tusc. c. 26.* Captare plausus. ¶ Ponitur aliquando pro sonora percussione. *Plin. de gallinaceis l. 10. c. 21.* Diem venientem nuntiant cantu, ipsum vero cantum plausu laterum. idest alarum concussu.

Plausus, a, um, percussus, motus, partic. a plaudor. *Virg. 3. Georg. Et plausus sonitum cervicis amare. Ovid. 14. Met. Et remos plausis circumvolat alis.*

Plautinus, a, um, adject. ad Plautum pertinens. *Horat. de ar. poet. v. 270.* Plautinos & numeros, & laudavere fatens. *Gell. l. 3. c. 3.* Plautinissimi versus. h. e. absque dubio auctorem Plautum habentes, non suppositi. ¶ *Plautina profapia*, proverbium de iis qui adeo obscuro genere nati sunt, ut eorum parentes qui sint, ignoretur. Nam Plautus fervili genere fuit, & in pistrino vitam egit. *Minuc. Felix in Octav.*

Plautus, a, um, cui aures lætæ, ac flaccidæ. *Fest. Plauti* appellantur canes, quorum aures languidæ sunt, ac flaccidæ, ut latius videantur patere. ¶ Alteram quoque hæc vox significationem habet. Notat enim etiam eum, qui planis est pedibus. *Fest. Ploti* appellati sunt Umbri, pedibus planis quod essent. Unde soleas dimidiatas, quibus utuntur in venando, quo planius pedes ponent, vocant femiploia. Et ab eadem causa M. Accius Poeta, quia Umber Sarfinas erat, a pedum planitie, initio Plotus, postea Plautus coepit esse dici.

Plautus, en. 2. olim Plotus, cognomen M. Accii Poetæ Umbri Sarfianis, ita dicti a Πλατός, *latus*, propter pedum planitiem. Sed Ploti, & Plauti communiter omnes Umbri propter eam causam cognominati sunt. *Fest. V. plautus, a, um.* Cum propter paupertatem molam in pistrino versaret, horis subsecivis, quibus ab labore otium erat, fabulas componebat, quas vendideret. *Gell. l. 1. c. 24.* Atque hæc fabulæ illæ sunt, quæ etiam hodie omnium inanibus teruntur. Excullit linguæ Latinæ puritate. *Cic. in Brut. Cæteris Comici præfertur sententia multorum, præsertim Varronis, qui ait: Si Musæ Latine loquerentur, Plautino sermone loquerentur. Et plenus faciens, & Latinorum omnium festivissimus. Cic. 1. Off. Mirificè gaudebat Comædia illa sua, quæ Truculentus inscribitur. Cic. de Sen. Mortuus est P. Claudio, L. Porcio Consul. Cic. in Brut.*

Plebecilla, æ, f. *δρακιδιον*, dimin. a plebs. *Cic. Att. l. 1. ep. 11.* Quod illa concionalis hirudo ærarij, misera, & jejuna plebecilla, me ab hoc Magno unice diligi putat.

Plebejus, a, um, a plebeo, Ger. *des gemeinen volcks*, Gal. *vulgaire*, du menu peuple, Hisp. *menudo*, *plebejo*, *δρακιδιον*, quod esse ex plebe, vel ad plebem spectat. *Liv. l. 6. c. 40.* Duos plebejos fieri consules licebat, duos patricios non liceat. *Id. l. 29. c. 11.* Ludi Romani ter, plebeji septies intaurati. *Aston. in prom. in Verr. docet*, plebejos ludos fuisse, quos exactis regibus pro recuperata libertate fecerunt Romani, vel pro reconciliatione plebis post secessionem in moentem Aventinum. ¶ Translate, vel metaleptice sumitur pro vulgari, humili, abjecto. *Cic. 1. Tusc. Licet concurrant plebeji omnes Philolopi (sic enim ii, qui a Platone, & Socrate, & ab illa familia disident, appellandi videntur) non modo &c. Id. l. 9. Fam. Nonne plebejo sermone agere tecum? Id. pro Sext. Purpura illa plebeja, ac pene tusca.* ¶ Item pro paupere, tenui. *Martial. l. 13. epigr. 8.* Imbue plebejas Clusinis pultribus ollas. ¶ *Plebeji, orum*, tertius Romani populi, infimique ordo. *Cic. Fam. 9. ep. 21.* Ad patres censæ revertare: plebeji quam fuerint importuni, vides. *V. Plebs.*

Plebes, is, f. pro Plebs, is, fortasse a Πλῆθος. *Lucan. l. 7. v. 760.* Capit impia plebes Cæspite Patricio somnos. *Tacit. Ann. 3. c. 2.* Atrata plebes, trabati equites. Adde *Cic. 3. de Legib. & Sull.*

Plebicola, æ, com. *δρακιδιον*, qui plebem colit, & plebi servit. *Cic. pro Sext. Qui, credo, non libidinis causa, sed ut plebicola videretur, libertinam duxit uxorem. Adde Cic. 2. Agrar. c. 31.*

Plebicolum, n. *ἡδίσταμα*, *χαριστικόν*, statutum plebis, idest id, quod Plebs suo iussu, sine Patriciis, & Senatoribus, Plebejo Magistratu interrogante, e. g. Tribuno, iussit, a Plebs, & sciso, quod significat decernere. Senatus enim censere, & auctor esse, Populus scilicet, & jubere solet. *Signon. de ant. iure C. R. l. 1. c. 5. Cic. pro Domino.* Hoc Plebicolum est? hæc lex? hæc rogatio est? *Id. 2. Fin. Quo Plebifitio decreta a Senatu est Consuli questio Cn. Scipionis.*

Plebitas, atis, f. conditio plebeja, ignobilitas. *Cato apud Non. c. 2. n. 619.* Propter tenuitatem, & plebitatem.

Plebs, ebis, f. Plebs, πλῆθος, Germ. *volck*, Gall. *peuple*, Hisp. *pueblo*, Πλῆθος, vulgus, vilior pars populi. Romæ plebs ea civitatis pars erat, quæ a Patribus distinguebatur, & differt a populo, quia populi nomine cives omnes veniebant, sive patricii essent, sive plebeji. *Capit. apud Tom. 11.*

Gell. l. 10. c. 20. Fallust. orat. 2. ad Cæf. de rep. ordin. In duas partes civitatem divisam arbitror, patres, & plebem. *Liv. l. 2. c. 56.* Huic actioni gratiissime plebi cum summa vi resisterent patres. ¶ Aliquando populus patricios tantum notat, plebs vero ceteros cives. *Cic. pro Mur. c. 1.* Ut ea res populo, plebeque Romanæ bene cætu felicitate eveniret. ¶ Interdum plebs significat infimos homines, pauperiores, & viliores. *Cic. Tusc. l. 1. c. 45.* In Hircania plebs publicos atque canes, optimate, domesticos. *Id. pro Mil. c. 35.* Plebs, & inania multitudo. ¶ Plebs interdum figurate de quocunque infimo cætu dicitur. *Ovid. in Ibrn. v. 79.* Vos quoque plebs superum, Fauni, Satyrique, Læretique. ¶ De uno tantum, *Horat. l. 1. ep. 1. v. 59.* Si quadringentis sex septem milia desint, Plebs eris. Ludit autem Poeta in celebri illa Populi Romani divisione secundum sensum, de qua *Ausonius*: Martia Roma triplex, equitatu, plebe, senatu, Quo sensu etiam populus pro plebe usurpatur a *Marr. l. 8. epigr. 15.* Dat populus, dat gratus eques, dat thura Senatus. De hac porro civitatis Romanæ divisione *V. Signon. de ant. Jur. Civ. Rom.* ¶ In Plurali numero. *Colum. l. 9. c. 11.* Duas, vel tres plebes. *Augustin. ep. 166.* Recedite a plebibus nostris. ¶ Legitur & plebei apud *Plin.* in genit. & dativo, pro plebis, & plebi, veteri scribendi more. *Plin. l. 10. c. 43.* Tanta plebei conternatione, ut &c. *Id. lib. 11. c. 11. de apibus.* Domos primum plebei exadificavit, deinde regibus. **Plectibilis**, le, adject. plecti dignus. *Sidon. l. 4. ep. 6.* Plectibilis invidia, *Id. ibid. ep. 12.* Et quoniam nemo ferme est, qui plectibilibus carat occultis. h. e. criminibus. Alii leg. *prolectibilibus*. h. e. malis illecebrosis, a prolecto, as.

Plectilis, & le, o. 3. Πλεκτός, quod plectum est. *Plaut. Bacch. 1. 2. 37.* Pro insigni liti corolla plectilis. *Prudent. Apotheos. prefas. 2. v. 23.* Sylogismi plectiles.

Plecto, is, sine præf. & sup. a. 3. *percutere*, Πλῆρω, ferio, percutio, a Πλῆκτος, *percursor*. *Horat. l. 2. sat. 7.* Tergo plecto enim. *Ter. Phorm. 1. 4. 42.* Tu jam lites audies, ego plectar pendens. ¶ Per Synecdochem ponitur pro punire, supplicio afficere. *Cic. de Off. Mulinus in rebus negligentia plectimur. Id. 3. Leg. c. 20.* Plecti capite. *Nepos 25. c. 17.* Cavet, ne qua in re jure plecteretur.

Plecto, is, a. 3. *unire*, *conjugere*, *πλέω*, necō, implico, texo, a verbo Græco allato. *Auctor. Paneg. ad Pisonem. v. 169.* Mobilitate pedum celeres super orbibus orbes plectis. Al. leg. *plectis*. *Hieronym. ad Rustic. Monachum.* Vel scissalam texe junco, vel canistrum lentis plecte viminibus. ¶ Particip. *Plectus* V. suo loco.

Plectripotens, tis, adject. poetice, & musicæ peritus. *Sidon. in micro epist. 13. l. 9.* Flaccus lyricen Pindaricum ad melos Franis flexit equos plectripotentibus.

Plectrum, i, n. *pletra*, Ger. *fieldeboge*, Gal. *arches*, Hisp. *pletra*, *πλῆκτρον*, instrumentum citharædi, quo ab illo fides, sive chordæ percussuntur, a nomine Græco allato, quod a πλῆρω, *ferio*. *Cic. 2. de nat. Deor. Itaque plectri similem linguam nostri solent dicere.* ¶ A Poetis fere usurpatur pro lyra ipsa; item pro ipsi carminibus. *Tibull. l. 3. el. 4.* Plectro modulatus eburno. *Horat. l. 2. od. 13.* Et te sonantem plenus aureo, Alcæe, plectro. ¶ *Plectra* linguæ tibubantia, afferunt quidam Lexicographi ex *Sueton. in Claud. c. 30.* sed ibi pro *plectra* legendum esse præterea. ¶ Est etiam plectrum navis gubernaculum, vel ipsius gubernaculi summa pars. *Sil. l. 14. v. 549.* Non plectro ratis, aut frangendæ in vulnere proræ Parcurit, & v. 403. Deduxit telum, & reidentis puppe magistri Affixit plectro dextram.

Plejades, dum, f. *le Plejades*, *le Gallinelle*, *πλειάδες*, septem filie Atlantidis, ex Pleione Nympha, nempe Electra, Halcyone, Celæno, Maja, Asterope, Taygete, Merope, quæ in cælum translatae, & ante genas Tauri collocatae finguntur. *Ovid. 3. Fast. v. 105.* Quis tunc aut Hyadas, aut Plejades Atlantæ Senserat? ¶ Dicitur tunc *πλειάδων*, idest a navigando, quia exortu suo indicant tempus navigationi idoneum. Alii dictas putant, quasi *πλειάδες*, quod nunquam singulae apparent, sed fere omnes simul, præter Merope, quæ vix cernitur. Causa hujus rei affertur, quod, cum reliquæ sorores Diis nupsissent, Maja, Electra, & Taygeta Jovi, Halcyone, & Celæno Neptuno, Asterope Marti, sola Merope mortali viro Sisypho nupsit: quam ob causam veluti pudibunda latitat. Sed aliorum opinio est, hanc esse Electram matrem Dardani, & idcirco obscuriorem videri, quod exidium Trojæ spectare non potuerit, sed oculis manum opposuerit. *Ovid. 4. Fast. A Latini appellantur Vergiliæ, a verni temporis significatione, quod indicant, dum in nostro hemisphærio oriuntur. Nam vere exoriuntur, & circa æquinoctium earum ortus matutinus est. Hygin. in Astron. Post. Inter hujus Tauri finitionem, & caudam Arietis stellæ sunt, quas nostri Vergilias, Græci πλειάδας, dixerunt. ¶ Hæc dictio aliquando fit transfasyllaba. *Propert. l. 3. el. 5. v. 35.* Pleiadum denso cor coit igne chorus? ¶ Aliquando ex diphthongo n. Poetæ abijciunt e, & dicunt *Pliades*. *Stat. l. 1. Sylv. 3. v. 95.* Nec per Ægæas Hyadas, Pliadumque nivolum Sidus. ¶ In singulari numero. *Id. l. 1. Sylv. 6. v. 22.* Terras obruit aut soluta Plias. *Virg. 4. Georg. v. 233.* Plejas, & Oceani spretos pede reppulit annes. ¶ *Ovid. trifyllabum facit, 1. Metam. v. 670.* Pleias enixa est, letho que det imperat Argani.*

Pleione, es, f. 2. Τληϊόνη, Nympha, filia Oceani, & Tethyos, uxor Atlantis, ex quo Plejades suscepit. *Ovid. 5. Fast. v. 83.* Hinc fata Plejone cum cæli tero Atlante.

Plemmyrium, n. 2. *Massa Olivieri*, Πλημμύριον, promontorium Siciliæ, in Ora Orientali, apud Anapi fl. ostium, cum fl. cognom. Fortasse dictum est quasi undosum, ut vocatur a *Virg. 3. Æn. v. 873.* a πλεμμύριον, *exundo*, vel a πλεμμύριον, *maris æstuantis accessus*, quod maris fluctibus alluatur. Sed aliqui putant, undosum esse epithetum fluvij.

Plene, adv. *pienamente*, *εμπλῆς*, perfecte, cumulate, abundanter. *Cic. 1. Offic. Quoniam vivitur non cum perfectis hominibus, pleneque sapientibus. Horat. lib. 2. epist. 2.* Ubi plenus æquo laudat venales, qui vult extrudere, merces. *Cic. 4. Fin. c. 6.* E quibus plenissime Polemo secundum naturam vivere summum bonum esse dixisset.

Plenilunium, ii, n. *plenilunio*, *πρωσιόλιον*, oppositio Lunæ, & Solis, cum Luna Soli ex diametro opposita tota ab illo illuminatur, tempus illud, cum Luna quintadecima, & rotunda est. *Plin. l. 18. c. 32.* Cum vero occidente Sole orientur ex adverso, ita ut pariter aspiciantur, tunc erit plenilunium. *Col. l. 11. c. 2.* Ut pridie, quam plenilunium sit, fabam ipargas. **Plenitas**, atis, f. *pienezza*, plenitudo. *Vitruv. l. 8. c. 2.* Propter plenitatem, & gravitatem. Adde *l. 5. c. 9.* ubi in plurali numero usurpat.

Plenitudo, inis, f. *pienezza*, plenitudo, perfectio. *Auct. ad Her. l. 4. c. 20.* Ut longitudo, aut plenitudo harum multitudinem alterius æsequatur, & exæquet. ¶ Sumitur etiam pro corpulentia, sive crassitudine. *Plin. l. 11. c. 37.* Homo crevit in longitudinem ad annos usque ter septenos, tum deinde ad plenitudinem.

Plenus, a, um, *pieno*, *πλην*, Ger. *voll*, Gal. *plein*, Hisp. *lleno*, *πληρης*, *μεγέθς*, integer, perfectus, repletus, in quo nihil vacui est, a πλῆος, vel a πλῆρης, quæ idem notant. Constituitur vel absolute. *Plaut. Stich. Proprio tibi salutem plenis faucibus. Cic. pro Mil. c. 9.* Sed ut haberet ad

Prætorum gerendam, hoc est ad eventum Rem. plenum annum, atque integrum. ¶ Vel cum gen. *Cic. pro leg. Man.* Portus Cajetæ plenissimus navium. ¶ Vel cum abl. *Cic. l. 16. Fam. 14.* Habui noctem plenam timoribus, ac miseriis. Alii tamen leg. *rimoris, ac miseria. Id. Att. l. 3. ep. 14.* Ex tuis literis plenus fum expectatione. *Liv. l. 26. c. 42.* Urbeim omni bellico apparatu plenam. ¶ Ponorit aliquando pro divitiis onulio. *Cic. 4. Verr.* Verrem ipsum, qui plenus decesserat, &c. ¶ Plena manu facere, vel dare, est ample, copiose. *Cic. Att. l. 2. ep. ult.* At hercule alter tuus familiaris Hortensius quom plena manu, quam ingenue, quam ornate nostras laudes in altra sustulit! ¶ Pleno gradu ingredi dicuntur, qui magno studio rem aliquam aggrediuntur, cui opponitur, Summo pede ingredi, hoc est leviter rem aliquam attingere. *Trebon. Cic. l. 12. ep. 16.* Illum paratum, ut video, & ingressum pleno gradu cohortari non intermitterem. ¶ Plenus in dicendo est, qui copiose dicit, cui opponitur jejunos. *Cic. 2. de Or.* Qui ductus opinione vulgi aut Antonium jejuniorem, aut Craffum fuisse pleniorum putet. ¶ Plena pro gravis. *Plaut. Amph. 2. 2. 49.* Et cum te gravidam, & cum pulcre plenam aspicio. *Ovid. 10. Met. v. 469.* Plena patris thalamus excedit. *Festus:* Plena sue Telluri sacrificare. ¶ Pleno ore laudare, est valde laudare, a piena bocca. *Cic. 1. Offi.* Quæ magno animo gesta sunt, ea nescio quomodo, quasi pleniore ore laudamus. ¶ Pleni a medicis dicuntur qui pingues sunt. *Cic. l. 2. de Div. c. 60.* Medici ex quibusdam causis intelligunt nonnullas valetudinis significationes, pleni, enective simus, &c. ¶ Plenus aer, h. e. crassus. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 6.* Quibusdam regionibus contingere videmus, hebetiora aut sunt hominum ingenia propter coeli pleniorum naturam. ¶ Ad plenum, plenamente, plene, penitus. *Hor. l. 1. od. 17.* Manabit ad plenum benigno ruris honorum opulenta cornu. *Virg. Georg. 2. v. 244.* dulcesque a fontibus undæ Ad plenum calcentur. ¶ In plenum, univertim, omnino. *Plin. l. 16. c. 40.* In plenum dici potest. Pleonasmus, m. 2. πλεονασμός, abundantia, redundantia, vitium Grammaticale, cum supervacaneis verbis oratio operatur, ut Ego oculis meis vidi, Sic ore locuta est. Nam oculis meis, & ore, superflua sunt. *Quintil. l. 1. c. 5.* ¶ Sed vox græca est, & græcis literis scribenda. Plerimus. V. Plerus. Plerique, pleræque, pleræque, num. pl. *molti, la maggior parte, οι πολλοι, πάμπολοι,* multi, major, vel maxima pars. *Cic. 1. de Or.* Est magni laboris, quem plerique fugimus. *Id. 1. Acad.* Ut dies plerisque deduceret. *Id. 1. de Invent.* Pleraque viribus corporis administrabat. *Id. in Tuscul.* Pleræque quæstiones. ¶ Interdum additur adject. *omnes. Terent. Andr. l. 1. 28.* Quod plerique omnesfacienti adolescentuli, quasi tutti. *Nepos in Eumen. c. 12.* Cum plerique omnes admirarentur. *V. Donat. ad loc. cit. Terent. & Scalig. lib. 7. Poet. cap. ult.* ¶ Interdum etiam usurpatur in sing. num. *Sallust. in Jug. c. 79.* Qua tempestate Carthaginiensis pleræque Africæ imperabant. *Gell. l. 4. c. 8.* Ita in pleræque historia scriptum est. ¶ Videtur etiam quibusdam, interdum usurpari pro nonnullis. *Quintil. l. 6. c. 5.* Videas plerisque ira percitis exclamantes, ut iudex audiat contrarium esse, quod admoneatur. Plerona, atis, n. πλεοναμία, plenitudo, complementum: vox græca, quam usurpat *Tertul. de Praescriptionib. c. 49.* Pleropicus, a, um, supposito, aggiunto per compo qualche cosa, supplementus; a πλεοναμία, impleo. *Frontin. de Colon. apud Goef. pag. 131.* Plebe deficiente, alius paucioribus ager est assignatus terminis pleropicis. Plerumque, adverb. il più delle volte, επὶ πολλοῖς, sere. *Cic. in Bruto.* Cadit etiam plerumque numerose. *Id. 2. Drivin.* Plerumque, non semper quæ eveniunt, sortuita sunt. ¶ Usurpatur interdum cum genitivo, more substantivi. *Liv. l. 45. c. 9.* Per Europæ plerumque, atque Asiæ omnino, per la maggior parte dell' Europa. *Sallust. in Jug. c. 21.* Ubi plerumque noctis processit. ¶ Videtur etiam poni pro nonnuncum, interdum. *alle volte. Quintil. Declam. 15.* Excussa sunt plerumque languentium verberibus, redemptaque debilitate vitia. Adde *Ulpian. l. Falsus, Dig. de furt.* Plerus, a, um, adject. antiquum. *Pacuv. apud Festum.* Petiere Danaï, plera pars pessundata est. h. e. major pars, plerique. *Cic. 3. Leg. c. 4. leges veteres referens.* Minores magistratus, partiti juris, plures in pletra sunt. *Al. leg. prælia.* ¶ Superl. *plerimus. Gell. lib. 4. c. 19.* Plerimo cibo uti. *Al. leg. plurimo.* ¶ Plerus græce πλεῖστος, plenum significat, quo sensu *Cato in Originib.* apud *Priscian. l. 1.* Agrum, quem Volsci habuerunt, campetris pleris Aboriginum fuit. *V. Plerus.* Plerisque. V. Plerique. Pletus, a, um, nom. ex particip. a pleo inusit. idem quod plenus, pieno. *Lucret. l. 2. v. 631.* Sanguine pletis. *Al. leg. Hæti. h. e. resperit. Id. l. 6. v. 1201.* Corruptus sanguis pletis ex naribus ibat. *Al. leg. plevis.* Plevitas, atis, f. ignobilitas, apud vet. quasi plebitas, a plebs, h in u transeunte. *Cato apud Non. c. 2. n. 619.* Propter tenuitatem, & plevitatem. *Hemina ibid.* Quicunque propter plevitatem agro publico eiekti sunt. Pleuricus, a, um, adject. πλεῦρικός, laterale, ut pleurici termini, a puid *Frontin. de Colonis.* Pleuriticus, a, um, πλεῦριτικός, ut pleuriticum patitur. *Plin. l. 20. c. 17.* Datur & pleuriticis, & perneumoniacis. Pleuritis, is, f. morbus, idem quod pleuritis. *Prudent. in Romano, v. 484.* Mucrone quanto dira pulsata pleuritis. Pleuritis, f. *mal di punta, πλεῦριτις,* lateris dolor acutus, ac pungens cum febre assidua, spirandi difficultate tuffis, sputo citius, vel tardius subsequente, orta ab inflammatione pleuræ, seu membranz costas succingentis, ob fanguinis biliosi effervescentis impedimentum per venas ibidem refluxum. Tunc enim inter membranam, & costas sanies colligitur, & apoitæa generatur. Est a πλεῦρῶν, vel πλεῦρῶν, lateris. *Cal. Aurel. l. 2. c. 13.* Serenus Sammonicus auctor est, vulgo quoque telum appellari, quia telis instar membranam pungat. *Vitruv. l. 1. c. 6.* Gravitudo, tuffis, pleuritis, phthisis. ¶ Sunt etiam pleuritis i registri dell' organo, che non entrano nel sommiro, e surano, ed aprono le diverse classi delle canne per mustar la voce. *Vitruv. l. 10. c. 13.* Pleuron, n. 2. βορξισφίραν, opp. medit. Ætolizæ, ad Evenum tl. proximum Calydoni, patria Meleagris. *Plin. l. 4. c. 2.* Pleuronius, a, um, adject. a Pleurone oppido, ut Agmon Pleuronius. *Ovid. 14. Met. v. 494.* ¶ Pleuronis, æ, ipsa Ætolizæ regio. *Auson. Epithap. 10.* Plexus, us, m. colligatio, implexus. *Manil. l. 5. v. 145.* tortor in plexum ponere crines. Plexus, a, um, nom. ex particip. a plecto. *Intortigliata, implexus,* colligatus, εμπλεκόμενος. *Lucret. l. 5. v. 1398.* caput plexis redimere corollis. *Id. l. 4. v. 623.* plexæ foramina linguæ. Plias, adis, f. una ex Pleiadibus, Πλειάς. *Strat. l. 1. silv. ult. v. 21.* Non tantis Hyas inferna nimis Terras obruit, aut soluta Plias. Plicatilis, & le, o. 3. pieghevole, πλεκτός, quod plicatur, aut plicari potest. *Plin. l. 10. c. 29.* Uppura crista vifenda plicatili, contrahens eam, subrigenteque per longitudinem capitis. ¶ Navis plicatilis, est navis tacta ex corio, quæ complicata circumteritur ad trajiciendos amnes. *Plin.*

l. 5. c. 9. Ubi Æthiopiæ conveniunt naves. Namque eas plicatiles humeris transferunt, quoties ad cataractas ventum est. Plicatilis, æ, f. piegatura, actus plicandi. *Plin. l. 7. c. 51.* de signis moris. Stragule vestis plicatura. Plico, as, a. 1. piegare, כָּסַף, Germ. falten, Gal. plier, Hisp. doblar, Πλάω, plecto, veluti rugas facio, a verbo Græco allato. *Lucret. l. 6. v. 826.* Ideo fastigia posse furarum, ac ferimo pedibus fundata plicari. *Martial. l. 4. ep. 83.* Plicare chartam. *Virg. 5. Æn. v. 289.* sequæ in sua membra plicantem. ¶ In compositis quibusdam habet præteritum cui, icium, in quibusdam cavi, atum. Simplicis vero plico exempla in præteritis nondum vidimus. C. Plinius Secundus, Civis Veronenfis, Philosophiæ Naturalis scientia, & omni genere doctrinarum insignis, vixit temporibus Vespasiani Imp. cujus etiam negotia administravit. Noctibus, & subsecivis horis scriptis 37. libros de Rerum natura, qui adhuc extant, unus omnium parcissimus temporis. Perit in Vespesi M. incendio, dum ejus causam indagare cupit. Ejus vitam diligentius narrat C. Plinius Cæcilius ejus fororis Filius, l. 3. ep. 5. & l. 6. ep. 16. ¶ C. Plinius Cæcilius ex Novo Como, natus ex sorore C. Plinii Secundi, ut diximus, scriptis Epistolas, & Panegyricum in laudem Trajani Imp. quem eo præsentè dixit, in quo gratias egit, quod ab illo Consul factus esset. Hæc etiam opera usque in hodiernam diem servata sunt. ¶ Plinius Valerianus medicus Empiricus scriptis libros quinque de re medica, quos quidam olim Plinio Secundo perperam tribuerunt. Floruit paulo ante Constantini M. tempora. Ex quibusdam Inscriptionibus viri docti colligunt, ipsum quoque patria Comensem fuisse. Plinthigonatos, ad latera habens angulos. *Vitruv. l. 10. c. 17.* Plinthis, idis, f. plinti basis, ut exponit *Philander apud Vitruv. l. 3. c. 2. v. Bald. in Lex. Vitruv.* ¶ Apud Grammaticos est spatium agri constans ex jugeribus quingentis, & quinquaginta, al. quinque mille, & quinquaginta, per fess millia pedum quinquaginta limitibus includunt. *Hygin. de limitib.* Plinthium, ii, n. lacunar. ita usurpat & exponit *Vitruv. l. 9. c. 9.* Plinthium, inquit, sive lacunar, quod in Circo Flaminio est positum. Plinthus, i, f. Πλινθος, laterem significat, apud *Vitruv. l. 3. c. 3.* Plinthenes, is, m. πλινθῆνης, filius Pelopis, & Hippodames, nepos Tantalii primi, frater Atrei, Thyestis, & Lyfidices. Filios duos habuit, Agamemnonem, & Menelaum, quos moriens Atreo fratri commendavit, qui ab illo instar filiorum educati fuere. Quare progressu temporis, memoria Plinthenis sublatæ, filii Atrei habiti sunt, & appellati Atridæ. *Bocc. l. 12. Gen.* ¶ Plinthenes alter, filius Thyestis ex uxore Atrei, qui una cum fratribus Tantalos, & Harpogye, ab Atreo interfectus, & patri epulandus appositus est. *Sen. in Thies. a. 4. st. 1. Bocc. l. 12. Gen.* Plinthenius, a, um, adject. ad Plinthem pertinens, ut Plinthenius vir, h. e. Agamemnon, *Ovid. de remed. v. 778.* Plitofolochia, æ, πλιτοφολοχία, herba ex malvarum genere. *Plin. l. 20. c. 4.* Plodo, idem ac plaudo. *V. Plaudo.* Piorabilis, le, adject. actu dignus, lugubris. *Perf. sat. 1. v. 34.* Vatum & piorabile si quid. *Claud. in Europ. l. 1. v. 261.* Verbisque sonat piorabile quiddam. Plorandus, a, um, ploranti similis, vel qui multum plorat. *Plaut. Aut. 2. 4. 38.* Homo ad Prætorum plorandus devenit. *Al. leg. deplorandus.* Plorator, oris, m. εὐμοχῆς, qui plorat. *Martial. lib. 14. ep. 54.* Siquis plorator collo tibi vernula pendet. Ploratus, us, m. grido, pianto, κλωδμός, actus plorandi, clamor cum actu. *Cic. 2. Tusc. c. 8. ex Poeta:* Heu virginealem me ore ploratum edere. *Liv. l. 29. c. 17.* Omnia mulierum ploratus sonant. Ploratus, a, um, partic. a ploro. *Stat. l. 5. Syl. 3. v. 164.* Quos Veneri plorata domus, neglectaque tellus, &c. *Ovid. l. 1. de ar. am. v. 75.* Veneri ploratus Adonis. Ploro, as, avi, atum, n. 1. gridare piangendo, כָּרַח, Ger. weinen, Gall. pleurer, Hisp. llorar, κλάω, proprie significat plane inclamare, cum questu vociferari, teste *Festus*, qui assert in hanc rem illud fragmentum ex legibus Ser. Tullii: *Sei parentem puer verberis, est olæ plorantis,* &c. Hinc dicitur a lacrimari: addit enim præter lacrimas clamorem flebilem. *Senec. ep. 63.* Nec sicci sint oculi, amisso amico, nec fluent: lacrimandum est, non plorandum. *Cic. pro Dom. c. 21. in fi.* Senaturn pro me plorare, & supplicari prohibuerunt. *Horat. lib. 1. ep. 17. v. 54.* Aut cistam effractam, & subducta viatica plorat. *h. e. queritur. Id. l. 2. ep. 1. v. 9.* Ploravere, suis non responderè favorem Speratum meritis. Plofor, oris, m. idem quod plausor, quemadmodum ploforum pro plausurum dicitur. *Sidon. epist. 25. l. 4.* Ploforibus suis prædæ esse. *Id. carm. 9. v. 300.* Plofores cum fulgidam Quirites statuam locurant. Plostellum, i, n. 2. ἀμάλξις, dim. a plostrum. *Varr. l. 1. R. R. c. 53.* Plostellum Pænicum. *Horat. l. 2. sat. 3. v. 247.* Plostellis adjungere mures. Plostrarius, a, um, ad plostrum pertinens. *Cato R. R. c. 11.* Afinos plostrarios duos. Plostrum, i, n. 2. idem ac plausurum, apud vet. *Au in o* abit, quomodo a clausurum, est clostrum. *Col. l. 6. c. 2.* Post ejusmodi experimenta vacuo plostro subjungendi. Adde *Caton. R. R. c. 2.* Plotæ, arum, f. duæ insulæ maris Jonii, quæ & Strophades dicitur. *Plin. l. 4. c. 12.* Plotia lex, qua peregrinis prohibebatur accessus ad Romanam civitatem, commemoratur a *Cic. 8. Fam. ep. 8.* & alibi. Plotianus, a, um, adject. ad Plotium pertinens, ut Plotiana bona, *Cic. 13. Fam. ep. 8.* Plotinus, m. 2. πλωτῖνος, insignis Academicæ sectæ Philosophus, Ægyptius natione, ex urbe Lyco, vel Lycopoli, discipulus Ammonii, præceptor Porphyrii, temporibus Calieni, Taciti, & Probi. Fuit corpore gracili, tenuique valetudine, morboque sacro obnoxius. *Suid.* Plotius, m. 2. vir Gallus, patria Lugdunensis, Rhetor insignis. Fioruit Romæ tempore Ciceronis, a quo & ipse, & Quinctius ejus frater Latinas literas edoctus fuit. *Cic. de Or. Quintil. l. 2. c. 4.* Plotus. V. Plautus. Ploxiomus, i, n. capsa in cistio. *Festus.* Est vox Gallica. *Quintil. l. 1. c. 10.* dicit, a Catullo circa Padum inventam esse. *Catull. epigr. 96.* (al. 92.) Gingivas vero ploxiemi habet veteris. Aliqui putant, hoc loco esse nomen proprium viri. ¶ Scribitur etiam Plaximum. Pluit, ebat, pluit, vel pluvit, imp. 3. piovere, כָּבַשׁ, Germ. es regnen, Gal. il pleut, Hisp. lloue, βρέχει, est imbrem decidere, a πλώω, lavo, vel potius est a βλώω, vel βλώω, scaturio. Construitur vel absolute. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 43.* Has Græci stellas Hyadas vocitare fuerunt a pliendo. *Var. enim est plueri. Plaut. Men. prol. v. 63.* Nam rur ut ibat torte, ut multum pluverat. ¶ Vel cum nominativo rei, quæ pliendo decidit. *Virg. 4. Georg.* Nec de concussa tantum pluit illic glandis. *Stat. l. 8. Theb.* Saxa pluvit. ¶ Vel cum ablat. *Liv. l. 36.* Tarracinzæ, & Amiterini nuntiatum est aliquoties lapidibus pluisse. ¶ Aliqui etiam existimant, construi cum accusativo. *Liv. l. 40. cap. 19.* In area Vulcani, & Concordiæ sanguinem pluit. Sed aliqui codices

ces habent sanguine. ¶ Translate *Ser. l. 1. s. v. ult.* Jam bellaria adorea pluebant. ¶ Passive *Apul. in Floridis.* Totum istud spatium, qua pluitur, & ningitur.

Pluma, *z*, f. *pluma*, *ῥῶν*, Ger. *feder*, Gall. *plume*, Hisp. *pluma*, *πτελορ*, penna exigua, & mollis. *Cic. 2. de nat. Deor.* Pluma alias, alias squama videmus obductas. *Plaut. Men. 3. a. 22.* Homo levior, quam pluma. ¶ *Juven. sat. 1.* Penfibilibus plumis vehi. h. e. lectica plumis facta. ¶ Translate *Horat. l. 4. od. 10.* Insuperata tuæ cum veniet pluma superbiæ. h. e. cum senior factus fueris.

Plumaris, *ii*, subst. *ὑπάρτης*, qui acu pingit, a *pluma*, quia clavos, patagia, segmenta, scutulas, testellas vestibus superaffundendo plumas avium refert. *Turneb. l. 11. c. 25. Sed Nicol. Fullerus in Miscellaneis sacris* plumaris dictos arbitratur eos, qui ex plumis avium verticolaribus opera mira elaborant. Vide, quæ de plumaris *Scaliger in Eusebianis Animadversionibus* annotavit. *Varro apud Non. c. 2. n. 716.* Etenim nulla, quæ non didicit pingere, potest bene judicare, quid sit bene pictum a plumario, aut textore in pulvinariis plagis. *Vitruv. l. 6. c. 7.* Plumatorium textrinx, pictorumque officinx. *V. Bald. in Lex. Vitruv.*

Plumatilis, & *le*, o. 3. *πτεροειδής*, quod est ex pluma, seu quod instar plumæ avium acu pictum, vel textum est. *Plaut. Epid. 2. 2. 49.* Cumatile, aut plumatilæ, cerinum, aut melinum. *Ubi Nonius c. 14. n. 22.* plumatilæ exponit clavatum, aut ex plumis factum.

Plumatus, a, um, *plumatus*, *πτερωτός*, plumis tectus. *Cicer. 2. de nat. Deor. c. 44. ex poeta.* Extremam nitens plumato corpore Corvus rostro tundit. ¶ Sumitur etiam pro eo, quod acu pictum, item pro eo, quod aliis rebus, ac præsertim variis figuris intertextum est. *Lucan. l. 10. v. 125.* Pars auro plumata nitet.

Plumbago, *inis*, f. *piombagine*, *μολύβδαινα*, genus metalli, plumbi, & argenti simul naturam retens. *Plin. l. 34. c. 18.* ¶ Item talis metalli color. *Plin. l. 37. c. 5. de gemmis.* Frequens & iis plumbago, hoc est, ut in Sole plumbi videantur. ¶ Item genus herbæ. *Plin. l. 25. c. ult.* Nascitur vulgo molybdæna, idest plumbago, etiam in arvo, folio lapathi, crassa radice, hispida. Hac commundata si oculus subinde liniatur, plumbum, quod est genus vitii, ex oculo tollitur.

Plumbaris, a, um, *μολύβδινός*, quod ad plumbum pertinet. *Plin. l. 34. c. 18.* Pimmiythium quoque, hoc est cerussam plumbariz dant officinx. ¶ Plumbarius, subst. qui opera ex plumbo facit. *l. ult. Dig. de far. immunit.* Plumbarii, ferrarii, lapidarii.

Plumbatæ, arum, f. *piombate*, *μολύβδαται*, pilæ plumbæ, quas veteres peregrino vocabulo martio-barbulos vocabant, a quo & milites, qui his utebantur, martio-barbuli appellati sunt. *Veget. de re milit. l. 1. cap. 17.* Plumbatarum quoque exercitatio, quas martio-barbulas vocant, est tradenda junioribus.

Plumbatura, *z*, f. *impiombatura*, Ger. *loebzig*, Gal. *soudure de plomb*, Hisp. *emplomadura*, *μολύβδωσις*, ferrunatio, & quæcunque junctura plumbata facta. *Cassius apud Paul. l. in rem actio, & de rei vindic.* Ferrunatio pro eadem materiam facti confusione, plumbatura non efficit.

Plumbatus, a, um, adject. qui est ex plumbo, ut plumbata jacula, apud *Solin. c. 46.* plumbatæ sagittæ. *Plin. l. 10. c. 33.*

Plumbæus, a, um, *di piombo*, Ger. *bleyern*, Gal. *de plomb*, Hisp. *de plomo*, *μολύβδινός*, quod ex plumbo est. ¶ Nummus plumbæus ponitur pro minima pecunia, & villi. *Plaut. Trin. 4. 2. 120.* Cui, si capitis reus fiet, nummum numquam credam plumbæum. ¶ Plumbæa vina dicuntur infipida, nullius pretii. *Martial. l. 10. ep. 48.* Quisquam plumbæa vina vult in auro? ¶ Plumbæum Aultrum vocat *Horat. l. 2. sat. 6. v. 18.* quia humido flatu gravidinem corporibus inducit. ¶ Plumbæus pugio, translate est frigidum argumentum. *Cic. 4. Fin. c. 18.* O plumbæum pugionem. ¶ Plumbæo jugulare gladio, est futilli, leveque argumento convincere. *Cic. Att. l. 1. ep. 2.* Cum illum plumbæo gladio jugulatum iri tamen diceret. ¶ Plumbæus color, est color plumbum referens, qualis apparet in iis, qui ictero nigro laborant. *Plin. l. 11. cap. 52.* Igitur vitæ brevis signa, raras dentes, plumbæum colorem. ¶ Plumbæus homo dicitur de obtuso, & Rupido. *Ter. Heaut. 5. 1. 5.* In me quidvis harum rerum convenit, quæ sunt dicta in stultum, caudex, stipes, a sinus, plumbæus. *Cic. l. Tus. c. 29.* Nisi plane in physicis plumbæi simus. ¶ Plumbææ iræ, sunt gravissimæ, & quæ diu insident peccatoribus. *Plaut. Pæn. 3. 6. 18.* Siquid peccatum est, plumbæas iras gerunt. ¶ Plumbæa Nicerotiana, h. e. vasa plumbæa plena odoramentis a Nicerote unguentario contentis, apud *Martial. l. 6. ep. 55.* ¶ Plumbæa, *z*, pro plumbæa pila. *Spartian. in Severo, c. 21.* Mortuus icu plumbææ.

Plumbo, *as*, a. 1. *impiombare*, Ger. *mit bley losen*, Gal. *plomber*, Hisp. *plombar*, *μολύβδω*, ferrumino, vel plumbo conglutino. *Plin. l. 34. c. 17.* Neque argentum ex stanno plumbatur. Adde *Cason. de R. R. c. 21.*

Plumbosus, a, um, quod plurimum plumbi habet admixtum. *Plin. l. 34. c. 18.* Quantoque minus plumbosa, friabilis, & modice gravis. *Id. lib. 33. c. 6.* Fex ejus intelligitur plumbosissima.

Plumbum, *i*, *piombo*, *ῥῶν*, Ger. *bley*, Gal. *plomb*, Hisp. *plomo*, *μολύβδος*, *μολύβδος*, genus metalli. Duplex est secundum *Plin. l. 34. c. 16.* album, & nigrum. Sed album speciali nomine dicitur stannum. *Hor. lib. 1. carm. od. 35.* Nec feverus uncus abest, liquidumque plumbum. ¶ Est & plumbum genus vitii in oculis. *Plin. l. 15. cap. 13.* Hac commundata si oculus subinde liniatur, plumbum, quod est genus vitii, ex oculis tollitur. ¶ Sumitur interdum plumbum pro globulis plumbæis. *Ovid. 2. Met. v. 727.* Balearica plumbum funda jacit.

Plumescio, *is*, n. 3. *πτερομεύω*, plumas emitto, pennatus fio. *Plin. l. 10. c. 53.* Pullus ab eodem tempore plumescit.

Plumæus, a, um, *πτελέων*, quod plumam habet, quod pluma referunt est. *Cic. 3. Tus. Colloceus in culcita plumea.* ¶ Accipitur etiam pro textili, & pro variis figuris, vel coloribus distincto. *Pvudent. in Hamarrigenia v. 294.* Avium quoque verticolarum indumenta novis textentem plumea telis.

Plumiger, a, um, adject. qui plumas gerit, ut plumigeri anseres. *Plin. l. 10. c. 22.*

Plumipes, *edis*, o. *πτεροπύς*, qui pedes pennatos habet. *Catul. ep. 51. ad Camer.* Adde huc plumipedas, volatilesque, &c.

Plumo, *as*, avi, tum, n. 1. *fare la piuma*, Germ. *federn bekermen*, Gall. *prendre plume*, *commencer a sester plume*, Hisp. *echar plumas*, *πτελορ*, plumas emitto. *Gel. l. 2. c. 29.* Pullis jam jam plumantibus. ¶ Sumitur etiam pro acu pingere, & generatim pro texere, propter varias figuras in ejusmodi operibus, quibus avium plumæ referuntur. *Vopisc. in Carino cap. 20.* Laneas tunicas purpura micantes, & plumandi difficultate pernobiles.

Plumbosus, a, um, plumis tectus, plumis abundans. *Propert. l. 4. el. 2.* Sed arundine sumpta Faunus plumosus sum Deus aucupio.

Plumula, *z*, f. *πτελορ*, parva pluma. *Colum. l. 8. c. 5.* Plumulæ sub cauda clunibus detrahendæ.

Pluo. V. *Pluit.*

Pluor, *oris*, m. idem ac pluvia. *Laber. apud Non. c. 3. n. 131.* Qui pedem ex taberna tulimus, tantus cum staret pluor.

Pluralis, *le*, adject. ut pluralis numerus in noninibus, qui plura significat. *Quintil. l. 8. c. 6.* Cum dico vultus hominis pro vultu, dico pluraliter quod singulariter est, quod plurale est, singulariter.

Pluralitas, *atis*, f. pro plurali numero. *Cbarif. Grammat. l. 1.* In pluralitate tantum declinari.

Pluraliter, adverb. in plurali numero. V. *Pluralis.*

Plurativus, a, um, adject. pluralis ut plurativus numerus, apud *Gell. l. 1. c. 16. & l. 5. c. 21. & l. 19. c. 8.*

Pluries, adv. *plū volte*, sæpius. *Ces. l. 1. B. C. c. 79.*

Plurifarum, adv. *in plū modi*, *πολλὰ πλοῖς*, pluribus modis, vel locis. *Suet. in Trib. c. 43.* Cubicula plurifarum disposita tabellis, ac sigillis lacivissimarum picturarum adornavit.

Plurifarum, a, um, *πολλοπλοῖς*, varius, multiplex. *Suet. in Claud. c. 21.* Gladiatoria munera plurifaria, ac multiplicia exhibuit. Quædam exemplaria habent plurifarum.

Pluriformis, e, adject. *di molte maniere*, ut pluriformi modo, *Apul. l. 1. Florid.*

Plurimum, adv. *grandissimamente*, *πλεῖστον*, permultum, maxime, sup. a plus. *Cic. ad Brut. l. 11. ep. 16.* Hoc ego utor uno omnium plurimum. *Id. 2. de Invent. Præstare plurimum alio.* ¶ Ponitur etiam pro frequenter. *Ter. Phorm. l. 4. 17.* Domum ire pergam, ibi plurimum est. ¶ *Ut plurimum*, est sæpius, frequenter. *Plin. l. 15. c. 3.* Tribus ut plurimum bonitatibus distat.

Plurimus, a, um, *affatissimo*, *ῥῶν*, Germ. *sehr viel*, Gall. *en tres grandnombre*, Hisp. *muchissimo*, *πλεῖστος*, (sup. a plus. *Plaut. Aulul. l. 1. 27.* Quod me sollicitat plurimis miserum modis. *Ter. Eun. 2. 2.* Plurima salute Parmenonem suum impertit Gnatho. *Cic. 4. Verum plurimum ætatis meæ versor in causis. Id. 3. de Fin.* Est illud quidem plurimi æstimandum. *Horat. l. 1. od. 7.* Plurimus in Junonis honorem Aptum dicit equis Argos. *b. e.* plurimi dicunt. *Martial. l. 8. epigr. 51.* Plurima cum tota lampade luna nitet. *b. e.* luæ plena. *Verg. 1. Æn.* Jamque ascendebat collem, qui plurimus urbi Imminet. *b. e.* altissimus est, & totus imminet, &c.

Plus, pluris, n. *plū*, *ῥῶν*, Ger. *mehr*, Gal. *plus*, Hisp. *mas*, *πλεῖον*, *πλεῖον*. Construitur cum ablat. *Cic. de Amic.* Ne plus æquo quid in amicitia congeratur. *Id. pro Quint. c. 12.* Plus anno tecum vixit. ¶ Vel cum conjunctione, quam. *Cic. de Amic.* Et hercle ita fecit, vel plus etiam, quam dixit. ¶ Interdum conjunctio quam supprimitur. *Ter. Adelp. a. 2. sc. 1.* Plus quingentos colaphos intregit mihi. ¶ Admittit etiam genitivum, ut omnia adjectiva, cum substantiva usurpantur. *Cic. de Leg. Ex iis alius alio plus habet virium.* ¶ Interdum geminatur. *Cic. Att. l. 6. ep. 2.* Pompejum plus plusque in dies diligo. ¶ Conjunction etiam sæpe cum minus. *Plin. l. 16. c. 6.* Continentur hispido calyce, per genera plus minus complectente, *poco plū, poco meno*, in *circu.* *Martial. l. 8. epigr. 72.* Venerunt plusve, minusque duæ. ¶ Item cum adverbis in o, ut nihilo plus, paulo plus, nimio plus, &c. *Cic. sæpe, & ad Heven. l. 4. Terent. & alii.* ¶ *Plus satis*, est plus, quam satis. *Plaut. Epid. 3. 2. 10.* Quantum sat est, & plus satis. ¶ In numero plurali est generis omnis, & masculinum quidem, ac fœmininum est plures, neutrum plura. *Cic. pro Leg. Man.* Ut non plures secum in eandem calamitatem trahant. *Plin. l. 9. c. 12.* Aquatium tegumenta plura sunt. *Tac. l. 12. c. 47.* Simulque concursu plurimum injunctum catenæ, ac compedes. ¶ *Plura* reperitur pro amplius. *Lucr. l. 1. v. 92.* Ne te in promissis plura morem. ¶ *Pluris* facere, æstimare, esse, *stimare plū, edessere stimato plū.* *Cic. Fam. 3. ep. 4. in Topic. & Att. l. 8. & l. 10.* ¶ *Pluris* ædificare. h. e. majore impensa. *Col. l. 1. c. 4.* ¶ *Pluri* in dat. & abl. singulari non est in usu. Sunt sane, qui scriptoris alicujus latini exemplum conatur afferre, sed non ejusmodi, ut varia lectio careat. *V. Goelen. Problem. Grammat. 3. 30.* ¶ *Pluria* pro plura dixere Veteres. *Lucret. l. 1. v. 876.* Apparere unum, cujus sint plura mixta. Adde *Gel. l. 5. c. ult.* apud quem *Labeo* asserit *pluria* latinum esse, *plura* barbarum. Verum consuetudo nullam reddit Labeonis auctoritatem.

Plus, adv. *plū*, *πλεῖον*, *πλεῖον*, com. adv. *multum*. Construitur vel absolute. *Cic. in Top.* Verba ne plus, an sententia valere debent. ¶ Vel cum abl. *Cic. 1. de nat. Deor.* Alterum profecto fieri potest, ut earum nulla, alterum certe non potest, ut plus una veritas. ¶ Vel cum conjunctione quam. *Cic. de Arusp. resp.* Eum nunquam plus a me esse accusandum putavi, quam stiptem illum, &c. ¶ Interdum conjunctio quam supprimitur. *Cic. Attic. l. 6. ep. 6.* Num est hoc plus annum obtinere provinciam? ¶ Interdum jungitur cum ac pro quam. *Horat. l. 2. sat. 3. v. 170.* nihilo plus explicit, ac si insanire paret certa ratione modoque.

Pluscūlum, *i*, subst. n. *un poco plū*, aliquanto plus, dim. a plus. *Cic. 2. de Or.* Et eas quidem, in quibus pluscūlum negotii est. *Id. l. 5. Fam. ep. 12.* Pluscūlum etiam, quam concedit veritas, amori nostro largiatur.

Pluscūlum, adv. *un poco plū*, aliquanto plus. *Plaut. Amph. l. 1. 127.* Nisi invitavit se se in cœna pluscūlum.

Pluscūlus, a, um, *un poco plū*, *ὀλίγον*, aliquanto plus, paulo plus, dimin. a plus. *Ter. Phorm. 4. 3. 60.* Tum pluscūla supellectile opus est.

Plusimus, a, um, idem ac plurimus apud vet. a plus. *Varr. l. 6. de L. L. & Fest.*

Plutealis, & *le*, o. 3. quod ad pluteum spectat, ut Sigilla plutealia, idest imagunculæ pluteis, seu tabulis inclusæ. *Cic. Attic. l. 1. epist. 10.* Præterea typos tibi mando, quos in tectorio atrio possim includere, & plutealia sigilla duo. *Al. leg. pusealia.*

Pluteus, *i*, m. machina ad expugnandos muros urbium, ad similitudinem cassidis, contexta e vimine, coris testæ, insistentibus tribus rotis, quarum una in medio, duæ in capitibus apponuntur, quibus in quancumque partem volueris, admoveat, quam obidentes muris admovent, applicantque, & ejus munitione sagittis, aut aliis missilibus detensores de propugnaculis exturbant, ut scalis ascendendi præstetur occasio. *Fest. Plutei*, crates, corio crudo intextæ, quæ solebant opponi militibus opus facientibus, & appellabantur militares. Nunc etiam tabulæ, quibus quid præcipitur, eodem nomine dicuntur. *Plaut. Mil. 2. 2. 111.* Ad eum vineas, pluteosque agam. *Ces. l. 2. B. G. c. 30.* Eo magis, quod deutos pluteos turrium videbant. ¶ *Plutei* etiam, tabulæ vocantur, quibus aliquid præcipitur. *Martial. l. 3. epigr. 91.* Exciditque senem spondæ qui parte cubabat; namque puer pluteo vindice tutus erat. h. e. interiore lecti sponda. ¶ Item pluteus accipitur pro fulcro tori discubitorii. *Suet. in Calig. c. 26.* Quosdam stans honoribus functos cœnare modo ad pluteum, modo ad pedes stare succinctos linteos passus est. ¶ Item pro repositoio librorum, picturarum, statuarum, & aliarum rerum. *Juven. sat. 2. v. 7.* Er jubet archetypos pluteum fervare Cleanthas. ¶ Item pro tabula, qua utimur, dum literis damus operam, & scribimus. *Perf. sat. 1. v. 105.* Nec pluteum cædit, nec demorlos sapit unguens. ¶ Pluteum, *i*, neut. gen. *Vitruv. l. 10. c. 20.* Supra caput collocatur erat pluteum, turriculæ similitudine ornatum. Quæ verba ex *Athenæo* sumptis, apud quem pro pluteo est *θραύκιον*, h. e. lorica, *parapetto*. ¶ Apud eund. *Vitruv. lib. 4. cap. 4.* plutei dicuntur septa ex marmore, aut lateribus, aut alia materie, quibus intercolumnia sepiri, intercludi-

que solent. ¶ Præterea apud *Ulpian. l. Furti, ff. de action. plutei* dicuntur spondee scamorum parietibus affixæ, quibus sedentes tergo adhaeremus. Reticuli, inquit, circa columnas, plutei circa parietes, item civilia, vela, ædium non funt. Plura de his vide apud *Bald. in Lex. Virruv.*
Pluto, vel **Pluton**, onis, m. *Plutone*, Πλούτων, ἄϊός, filius Saturni, & **Opius**, **Deus Inferorum**, a Πάϊος, divitiae, quia opes omnes ab inferis, idest ex intimis terræ visceribus effodiuntur. *Cic. 2. de nat. Deor.* ¶ Fratres habuit **Jovem** & **Neptunum**, forem **Glaucen**, quæ cum ipso eodem partu nata est. *Cic. 3. de nat. Deor.* ¶ Fabulantur, cum ad Regni divisionem venissent, **Jovi** imperium cæli, **Neptuno** maris, **Plutoni**, qui natu minor erat, inferorum obtigisse, quia **Jupiter** plagam Orientalem Regni paterni, idest **Cretam**, sortitus est, **Neptunus** insulas, idest **Peloponnesum**, & alias, **Pluto** partem **Occid.** & inferiorem, idest **Epirum**. Eius currus a quatuor equis trahitur, de quibus *V. in Alastor.* ¶ Raptum **Proserpinam** filiam **Cereris**. Hunc raptum *Claudius Poeta* tribus libris describit. *Juven. sat. 3. v. 50.* Sicula torvus cum coniuge **Pluton.** *Horat. l. 2. od. 14.* Illucrymabilem **Plutona** placare.
Plutonia, orum, n. 2. specus fuit in **Asia**, quæ tetrum, & pestiferum halitum evomunt, omniaque accidentia animalia statim enecant, sed **Plutonium** dicitur ad **Hierapolis** in **Phrygia Magna**, & **Charonium** ad **Thymbriam** vicum **Carie.** *Cic. 1. de Div. c. 36.*
Plutonius, a, um, quod ad **Plutonen** spectat. *Horat. l. 1. od. 4.* Jam te premet nox, fabulæque **Manes**, Et domus exilis **Plutonia**.
Plutus, i, m. Πλούτος, **Dis**, **Deus divitiarum**. Hujus domicilium constituit **Pofidonius** in subterraneis **Hispaniæ** locis, eo quod regio ea metallorum fecunditate reliquis antecellat. ¶ **Plutus** item, filius **Philomeli**, nepos **Jalonis**, pater **Parentis**. *Bocc. l. 13. Gen.* ¶ Est item hoc nomine comædia **Aristophanis**.
Pluvia, æ, f. pioggia, Πύξις, **Ger. regen**, **Gal. pluye**, **Hisp. lluvia**, ὑέτις, βροχή, aqua ex aere decedens. *Cic. Attic. lib. 15.* Equidem etiam pluvias metuo, si prognostica nostra vera sunt. *Virg. 1. Georg. v. 92.* tenuis pluvia.
Pluvialis, & **le**, o. 3. ὑέτιος, quod ad pluviam spectat, ut **Aqua pluvialis**. *Virg. 3. Georg.* Vere madent udo terræ, ac pluvialibus **Austris**. *Colum. l. 2. c. 13.* Pluviales dies. ¶ **Hædi** pluviales, stellæ duæ sunt, quas **Auriga** (quod signum caeleste est super cornua **Tauri**) in manu tenet, ita dictæ, quod earum ortus, & occasus tempestates gravissimas facit. *Virg. 9. Æn.* Quantum ab occasu veniens pluvialibus hædis verberat imber humum.
Pluviaticus, a, um, adject. pluvialilis, ut **pluviatica aqua**. *Marcell. Empir. c. 8.*
Pluviatilis, & **le**, o. 3. idem ac pluvialis. *Colum. l. 9. c. 1.* Qui receptam pluviatilem continent. *Celf. l. 7. c. 3.* **Aqua pluvialilis**.
Pluviosus, a, um, piovofo, **Ger. voliregen**, **Gal. pluviosus**, **Hisp. lluvioso** ἰβροδύς, pluvius abundans. *Plin. l. 18. c. 25.* Nubilo occasu pluviosam hyemem denuntiat.
Pluvius, a, um, idem ac pluvialis, vel pluviosus. *Cic. pro Mur. c. 9.* Tu scis, ut aquæ pluvie arceantur. *Hor. l. 1. carm. od. 17.* Et igneam descendit æstatem capellis usque meis, pluviosque ventos. h. e. pluviam inducentes. *Virg. 3. Georg.* Nascitur, & pluvio contriâat frigore cælum.

P A N T E N.

Pneumaticus, a, um, πνευματικός, spiritualis, ut **Pneumatica organa**, spiritualia, hoc est, quæ vi flatu, vel spiritus aliquid hauriunt, vel attrahunt, item quæ inflatis fistulis musicum sonum edunt. *Plin. l. 9. c. 4.* E puteo pectica, pneumaticivæ organis, vel tollenonum haustu rigandis. *Id. l. 7. c. 37.* Cretibus laudatus, pneumatica ratione, & hydraulicus organis repertis.
Pinexis, ei, m. πινυδός, a πινυός, suffoco, machina quædam, seu vas ad instar infundibilis inversi, quæ in organo hydraulico aerem ascendentem coerct, & veluti suffocat, ne extra exhalet. *Vitruv. l. 10. c. 13. V. Bald. in Lex. Virruv.*
Pinigitis, f. πινυίτις, terra quædam **Eretriz** simillima, grandioribus tantum glebis, & glutinosa. *Plin. l. 35. c. 16. & 17.*

P A N T E O.

Pobilla Tribus, vel **Pobilia**, vel **Popillia**, una ex **Rusticis**, in **Volscis** constituta, anno **Urbis 395.** **Manutius** **Pobiliam** a **Popillia** distinguit, & duas facit.
Pocillator, oris, m. coppiere, Πωξίτης, **Ger. einschenk**, **Gal. cuyer a coupe**, **Hisp. escanciador**, copero, οινωχός, qui est a poculis, pincerna, qualis fuit **Ganymedes** in mensa **Jovis**, a pocillum. *Apul. lib. 6. A. A.* Quo ductu **Cupidinis**, **Jovi** pocillatorem **Phrygium** sustulerat. *Id. ib.* Tunc poculum nectaris, quod vinum **Deorum** est, **Jovi** quidem suus pocillator ille rusticus puer, cæteris vero **Liber** ministrabat.
Pocillum, i, n. ποκίλλιον, parvum poculum. *Liv. l. 10. c. 42. in fi.* Voverat **Jovi** **Victori**, si legiones hostium fudisset, pocillum multum.
Poculum, i, per syncopen dictum pro poculum, legitur in quodam carne apud *Arnob. l. 5. pag. 175.* Inde manu poculum sumit, &c.
Poculentus, a, um, che si può bere, ποκίλλιος, quicquid potari potest. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 56.* Qua esculentis, & poculentis iter natura patefecit. Alii leg. potulentibus, tanquam a recto potulens. *Gell. l. 4. c. 1.* Penus est, quod esculentum, aut poculentum est.
Poculum, li, n. bicchiere, Πωξίς, **Ger. ein tranck**, **Gal. vaisseau a boire**, **Hisp. vaso**, copa, ἐπιπυδός ποκίλλιον, vas, quo bibitur, a potione, vel a potu, quasi potaculum. *Cic. 6. Verr.* In his pocula duo quædam, quæ **Heracilia** nominantur, **Mentoris** manu summo artificio facta. ¶ Potere majoribus poculis, est copiosius, & liberius potationi indulgere, & convivas ad potandum invitare. *Cic. 3. Verr.* Potent majoribus poculis, celebratur omnium fermone, lætitiæque convivium. ¶ Quandoque sumitur pro potu, sive potione. *Virg. 3. Georg. v. 529.* Pocula sunt fontes liquidi. *Flor. l. 2. c. 20.* Ubi essent, præ poculis nescientes. h. e. præ ebrietate. *Horat. epod. 5.* Amoris poculum. h. e. philtrum. ¶ Translate *Plaut. Cas. 5. 2. 44.* Ut senex hoc eodem poculo, quo ego bibi, biberet. h. e. in eandem calamitatem incideret.
Podægr, gra, grum, idem ac **podagricus**. *Enn. apud Priscian. l. 7.* Nunquam poetor, nisi podager. *Claud. epigr. 30.* Atque nihil prorsus stare putat podager.
Podagra, æ, f. ποδάγρα, pedum dolor, seu morbus articularis, qui pedes præcipue infestat, podagra, gorta, **Ger. zipperlein**, **podagra**, **Gal. goutte aux pieds**, **Hisp. gorta**. Vox Græca est, quali ἄγρα τῶν ποδῶν. Si manus infestet, **chiragra** dicitur. Morbus peregrinus est. Nam si in Italia fuisset antiquus, Latinum nomen invenisset. Non enim **Roma**, cum fundando, & laborando vivebat, hoc malum cognovit, teste *Plin. l. 26. c. 10. Martial. l. 1. ep. 99.* Litigat, & podagra **Diodorus**, **Flace**, laborat, sed nil patrono porrigit, hæc chiragra est. *Cic. 2. Tusc. c. 19.* Doloribus podagris cruciari. *Id. 5. Fin. c. 31.* Ardere doloribus podagræ. ¶ In

plur. numero *Celf. l. 4. c. 24.* Vitia longiora sunt, quæ in podagris chiragrivæ esse confueverunt.
Podagricus, a, um, gortoso, **Ger. podagramisch**, **Gal. gouteux**, **Hisp. gortoso**, ποδάγρας, qui podagra laborat. *Plin. l. 10. c. 8.* Omnes hæ & podagricis utiles, & sanguinem rejicientibus.
Podagricus, a, um, idem ac **podagricus**. *Plaut. Merc. 3. 4. 8.* Sed tandem si podagricus pedibus esset **Eutyclus**.
Podalirius, m. 2. Ἄκυλλοπιος, qui ex **Creta** ob insignem medicæ artis peritiam una cum fratre **Machaone** ad bellum **Trojanum** evocatus fertur, ita dictus, ut aliqui aiunt, ob pedum magnitudinem. *Ovid. 5. Trist. el. 6.* Quem semel excepit, nunquid **Podalirius** agro **Promissam** medicæ non tulit artis opem? ¶ **Podalirius** alter, vir **Trojanus**, qui **Æneam** in **Italia** navigantem secutus est. *Virgil. Æn. 12.*
Poderes, vel **poderis**, is, m. ποδῆρας, vestis species, quæ usque ad pedes, vel ad crura descendit, ita adhaerens corpori, & ita arcta, & ita strictis manicis, ut nulla omnino in ea sit ruga, camiciostio, a ποδός, pes, & ἄρα, apert. *Tertull. advers. Judæos, c. 11.*
Podex, icis, m. ποδός, nōdos, idem ac **caulus**, idest posterior pars corporis pudenda, a pedo. *Juven. sat. 2. v. 12.* Sed podice lævi cæduntur tumidæ, medico ridente, maritæ.
Podismatus, a, um, pedibus mēsuratus, ut **Ager podismatus**. *Frontin. de Colon. pag. 132. edit. Goeff.*
Podismus, i, m. ποδισμός, idem ac **pedatura**, idest **mensura jugeri**, a **pede**, aut alterius rei pedibus definita, a ποδῆμα, pedibus dimisor. **Pedibus** enim, vel passibus, vel fure, aut pectica certam pedum mensuram habente colligebatur **magnitudo loci**. *Veget. l. 2. c. 7.* Mensores sunt, qui ad podismum dimetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant, &c. Usus est etiam **Frontinus de Colon. pag. 130. edit. Goeff. ¶ **Podisma**, atis, n. eodem sensu legitur apud eund. *ibid. pag. 132.*
Podium, ii, n. poggio, poggiolo, ποδῆμα, projectura in summo muro arenam circi, vel amphitheatri proxime ingente. Quia vero podium arenæ proximum erat, ideo dignissimus is orchestrae gradus (nam plurius orchestra graduum erat) qui proximus podio: sitque is latior, cum in eo suggestus fuerit **Imperatoris**, & **Consules**, **Prætores**, alique, quibus id jus, sederint in eo sellis curulibus, cum licitoribus, apparitoribus, & **Magistratus** viri pompa. Sed & in eodem tuit tribunal editoris, & **Virginum Vestalium** sedes. Plura de podio *Lips. lib. de Amphib. c. 11. Juven. sat. 2. v. 174.* Generosior & **Marcellis**, & **Caullis**, **Paullique** minoribus, & **Fabiis**, & omnibus ad podium spectantibus. ¶ Dicitur etiam de quolibet loco porrecto extra domus parietem instar pulpiti, qui aliter dicitur **Menianum**. *Plin. l. 5. epist. 101.* Est & aliud cubiculum a proxima platano viride, & umbroso, marmore excultum podium tenus. Adde *Vitruv. l. 3. c. 3.*
Pœcile, es, f. ποικίλη, porticus **Athenis**, in qua **Stoici** philosophabantur, a **Polygono** **Thaño** gratis picta, a Ποικίλος, varius, maculosus, quia varia, live variegata propter multiplicem picturam. *Plin. l. 35. c. 9.* ¶ Fuit & in **Helide** porticus **Pœcile**, quæ a **Plinio Heptaphonos** appellatur, quoniam septies eadem vox in ea reddebatur.
Pœma, atis, n. poema, **Ger. ein gedicht in versen gestellet**, **Gal. poeme**, **Hisp. poema**, ποίημα, sgmentum, fictio, & præcipue opus **Pœtarum**, a Græca voce allata, quæ a Ποίω facio, quod **Pœtæ** proprium est. **Nonius** distinguit **poema** a **poesi**, quod **poesis** sit totum opus **Pœtæ**, ut **Ilias**, & **Odyssæa**, **poema** sit quædam pars operis, ut **singuli libri Iliadis**, vel **Odyssææ**, vel aliqua descriptio, ut **armorum Achillis**. Sed hæc differentia non observatur. Alii dicunt, **poema** illud esse, quod poesis naturam exprimit. *Cic. 1. Acad. c. 3.* Atque ipse **varium**, & elegans omni fere numero **poema** fecisti. *Id. in Or. Platonis, & Democriti* locutionem, etsi absit verbum, tamen, quod incitatus feratur, & clarissimis verborum luminibus utatur, potius **poema** putandam, quam **Comitorum Pœtarum**. ¶ In dat. & abl. pl. habet **poematis**, læpius, quam **poematibus**. *Cic. 3. Offic. c. 3. ad fin.* Quod item in **poematibus**, & picturis invenit. *Auct. ad Heren. l. 4. c. 4.* Cum ex orationibus, aut poematis elegeris exempla. *Plaut. quoque Afsin. l. 3. 22. & Var. lib. 6. L. l. pag. 78.* **poematis** dixere. ¶ In genitivo fere **poematum** usurpamus, quamquam & **poematorum** dixere, ut ex *Acc. Lelio*, & *Cic. ostendit Charif. l. 1.*
Pœmatium, ii, n. poemæta, parvum **poema**. *Auson. Idyll. 7. in prefat. ad Pal. Poemata*, quæ in alumnam meam luseram.
Pœmenis, idis, f. nomen canis, a Ποίμην, grex, quod oves ferveret. *Ovid. 3. Metam. v. 215.*
Pœna, æ, f. pena, gaffigo, Πωξίς, **Ger. ein straff**, **Gal. peine**, **amende**, **Hisp. pena**, τιμωρία, animadversio, supplicium, quo quis ob delictum afficitur, a Ποινή, quod idem notat. *Cic. pro Flacc.* **Pœna** est, ut opinor, **Doryla** gravior, quam apud alios, falsarum, & corruptarum litterarum. *Id. in Fragm. de Leg. apud S. August. de Civ. l. 21. c. 2.* Octo pœnarum genera in legibus continentur, damnum, vincula, verbera, talio, ignominia, exilium, mors, servitus. ¶ Interdum sumitur pro **Furia**. *Virg. in Cul. v. 217.* Et flammæ, & sæva quatit mihi verbera **Pœna**. *Valer. Flacc. l. 1. v. 795.* Ultricique **Dææ**, **Fas**, & **grandæva** fororum **Pœna** parens. ¶ Item pro quacunque calamitate. *Lucan. l. 7. v. 105.* Mors ultima pœna est. *Cic. in Pison. c. 37.* O pœna, o **Furia** sociorum! ¶ Item pro labore, pena, travaglio. *Ovid. in epigr. Amoribus prefixo.* Ut jam nulla tibi nos sit legisse voluptas, At levior demptis pœna duobus erit. ¶ Ad primam notionem quod attinet: dicimus pœna aliquem afficere, pœnam alicui irrogare, in aliquem constituere, statuere, excogitare, *Cic. læpe. Liv. Terent. & alii.* ¶ **Pœnas** exigere, pœcere, petere, repetere ab aliquo, *Plin. Sallust. Cic. Virg.* ¶ Dare pœnas *pagar' illo.* *Cic. 9. Attic. ep. 10.* Et, eodem sensu, pœnas pendere, dependere, perolvere, *Id. pro Sert. ad Brut. ep. 5. & al.* ¶ **Pœnam** subire, sufferre, sustinere, *foggiacer' al castigo, Id. 2. Catil. pro Dom. & pro Flac.* ¶ Capere pœnas pro aliquo h. e. subire, *Sallust. in Jug.* ¶ Capere pœnam in hostem, h. e. hostem pœna afficere, *Curt. l. 4. c. 6.* Sic capere pœnam de aliquo, *Liv. l. 2.*
Pœnalis, & **le**, o. 3. pœnale, quod ad pœnam spectat. *Plin. l. 18. c. 11.* Pilo vincitorum pœnali opera. *Id. l. 4. c. 8.* Pœnales aquas, dirisique genitas. **Pœnaliter**, adv. per pœnam, ut pœnaliter interire, *Ammian. l. 16. c. 12.*
Pœnarus, a, um, idem ac **pœnalis**. *Quint. l. 4. c. 3.* Aut pœnaris actiones inferemus.
Pœni, v. **Pœnus**.
Pœnice, adverb. **Punicæ**. *Varr. l. 1. R. R. c. 2.* De agricultura scripserunt & **Pœnice**, & **Græcæ**, & **Latine**.
Pœnicus, v. **Phœnicus**.
Pœnicus, a, um, idem ac **Punicus**, ut **Pœnicæ** sœminæ, *Val. Max. l. 2. c. 6. n. 15.* **Plostellum Pœnicum**, *Varr. l. 1. R. R. c. 52.* ¶ **Pœnica** pavimenta dicuntur marmore Numidico confrata. *Cato apud Fest.* ¶ **Pœnicum**, absolute, genus vestimenti a **Pœnis** primo allatum, *Varr. l. 4. de L. L.*
Pœniz Alpes, vel **Penniz**, **Monte maggiore di S. Bernardo**, vel etiam **Monte di Giove**, **Ger. Groff. S. Bernartsberg**, pars **Alpium**, mons, qui**

qui Allobroges, & Centrones a Salaffis, hoc est Galliam Narbonensem, in qua Sabaudia, ab Italia separat. Hæ Alpes extenduntur inter summum Pœnium, & Adulam. M. ex quo Rhodanus, Rhenus, Ticinus, & Arela fl. existunt, inter Lepontios, & Sedunos pop. *Plin. l. 3. c. 17.*
Pœnio, is, a. 4. pro punio, legitur in quibusdam Editionib. & MSS. apud *Gell. l. 20. c. 1. & l. 11. c. 18.* item apud *Cic. pro Mil. c. 31. & 1. Tufr. c. 44.* ut testatur *Pareus in Lex. Crit.* ubique tamen alii *punio* reponunt.
Pœnitendus, a, um, d. *penitenti*, μετάνοια, cuius nos pœnitet, parvi æstimandus, vilis, partic. a pœnitet. *Col. l. 2. c. 2.* Itaque hic ager, sive exercetur, sive cessat, colonæ est pœnitendus. *Liv. l. 1. c. 35.* Sub haud pœnitendo magistro.
Pœnitens, tis, nom. particip. *cbisi pœnte. Sueton. in Vitell. c. 15.* Pœnitens facti. *Id. in Claud. c. 43.* Pœnitens de matrimonio. *Cic. Phil. 12. c. 2.* Portus optimus pœnitenti mutatio consilii.
Pœnitenter, adverb. cum pœnitentia. *Minuc. Fel. in Octav. Auspicia, & auguria pœnitenter omnia, observata feliciter.*
Pœnitentia, æ, f. *penitencia*, תשובה, Germ. *reue*, Gal. *penitence*, Hisp. *penitencia*, μετάνοια, actus ipse pœnitendi, quo aliquem facti pœnitet, dolor ob factum aliquod noxium, occasioneque prætermissionem. *Plin. l. 17. c. 12.* Nihil est tædus agricolis, quam gestæ rei pœnitentia. *Plin. ep. 10. l. 7.* Atque pœnitentiam pœnitentis sive. *Curt. l. 3. c. 2.* Sera pœnitentia subit regem. *¶ Plin. l. 5. c. 17.* de Elessis populis sine æternis vitam agentibus: Ita, inquit, per sæculorum millia gens æterna est, in qua nemo nascitur: tam secunda illis aliorum vitæ pœnitentia est. n. e. tædium, vel contemptus.
Pœnitet, ebat, tuit, inip. 2. *penitenti*, Πῆν, Germ. *es reuuet*, Gal. *se repentir*, Hisp. *arrepentirse*, μετανοήσας, tædet, piget, doleo, moleste tero. Construitur cum gen. rei, & acc. personæ. *Cic. 1. Fam. ut* eos partim scelerum suorum, partim etiam inceptiarum pœniteter. *¶* Vel cum infinitivo loco genitivi. *Cic. pro Cal.* Ut eum pœniteat non detorem esse natum. *¶* Usurpatur etiam præter acc. personæ, cum nominativo. *Plaut. Stich. 1. 1. 50.* Me quidem hæc conditio nunc non pœnitet. *¶* Item cum accus. communi. *Cic. 5. Tufr. c. 28.* Sapientis est proprium nihil, quod Pœnitere possit, facere. *¶* Dicitur etiam de iis, in quibus nullus facti dolor inest, & usurpatur pro dolere generatim, pigere, & interdum pro pudere. *Cic. de Sen.* Num igitur, si ad centesimum vixisset annum, senectutis eum sive pœnitere? *Id. 6. Fam. ep. 1.* Ut sive quæque fortunæ maxime pœniteat. *Ter. Eun. 5. 7. 12.* An pœnitebat flagitii, te auctore quod fecisset adolescentis? *¶* Item pro non satisfacere, non magis facere. *Cic. 4. Acad.* Quid eum Mnesarchi pœnitebat? quid Dardani? qui erant tunc principes Stoicorum. *Id. pro Plane.* Vide, quam me verbi tui pœniteat. *¶* Pœnitendum est, è *da penitenti*. *Cic. Fam. 9. ep. 5.* Conlilii nostri nobis pœnitendum putarem. *¶* Pœnitendi, gerund. *Id. 4. Tufr. c. 37.* Alexander cum interiret Clytium familiare suum, vix a se manus abstinuit. tanta tuit vis pœnitendi. *¶* Particip. Pœniturus, & Pœnitendus V. ius locis.
Pœnitio, onis, f. pro punitio, apud *Gell. l. 11. c. 1. & l. 6. c. 14.* ex MSS. Idem tandem dicendum de hac, atque de Pœnio dictum est, quod V.
Pœnitudo, inis, f. pœnitentia. *Pacuv. apud Non. c. 2. a. 769.* Dciderio, pœnitudine. *Auson. in Sapiens. de Thal. v. 22.* Prædes, vadefque pœnitudinis rei. *Adde Sidor. l. 6. ep. 9.*
Pœniturus, a, um, partic. temporis futuri verbi pœnitet. *Quintil. l. 9. e. 3.* Eo usque processum est, ut non pœniturum pro non acturum Pœnitentiam, & visuros ad videndum missos Sallustius dixerit. *Accius apud Non. c. 2. n. 685.* Neque quemquam arbitror tui pœniturum laudis.
Pœnulus, m. 2. d. m. a Pœnus, unde Plautina fabula nomen sumpfit, in qua Pœnus Hanno punice loquens introducitur.
Pœnus, m. 2. *δῆμος*, Carthaginiensis, a *φœνιξ*, *Phoenix*. Pœni enim e Phœnicia erant, quæ Græcæ *φœνικία*. *Virg. 1. Æn. v. 302.* Ponuntque ferocia Pœni Corda volente Deo. *Cic. 2. de Or.* Hic Pœnus non optime Græcæ, sed tamen libere respondisse fertur. *¶* Usurpatur etiam adjectivo pro Punicus. *Virg. Ecl. 5.* Pœnus ingenuisse leones. *Plaut. Pœn. 5. 2. 31.* Nullus me hodie Pœnus Punicus. *h. e. callidior.* Pœnienium veterissimi habiti sunt. *¶* In genit. plur. *Pœnum* pro *Pœnorum* dixit *Silius l. 7. v. 714.*
Pœnis, is, f. *poësis*, Ger. *poeterey*, Gal. *poësis*, Hisp. *poësis*, ποιησις, ars vel opus Poetarum, a *ποιέω*, *facio*, V. vocma. *Cic. 4. Tufr. c. 33.* Anacreontis tota poësis amatoriam est. *Horat. de ar. poet. v. 361.* Ut pictura poësis erit.
Pœta, æ, m. *Pœta*, Ger. *ein Poet*, Gal. *Pœte*, Hisp. *Pœta*, ποιητής, carminum scriptor, a *ποιέω*, *facio*, *tingo*. *Hor. in Arte.* Pictoribus atque Poëtis quidlibet audendi semper tui æqua potestas. *Cic. 2. de Or. c. 47.* Bonæ Poeta nemo sine inflammatione animorum exiliter potest, & sine quodam afflatu quasi furiosus. *¶* Pro artifice *Plaut. Afin. 4. 1. 3.* Nam tu poeta proflus ad eam rem unicus.
Pœtica, æ, vel Poëtice, es, f. *Pœtica*, ποιητική, ars scribendorum versuum. *Cic. 1. Tufr.* Serius Poeticam nos accepimus. *Idem 1. Tufr.* O præclarum emendatricem vitæ poeticam.
Pœtice, adv. *poeticamente*, ποιετικῶς, more Poetarum. *Cic. 5. Fin. c. 4.* Ut poëtice loquar.
Pœticus, a, um, d. *Pœta*, ποιητικός, quod ad Poetam pertinet. *Cic. 3. de Or.* Sed tamen raro habet etiam in oratione poeticam aliquod verbum dignitatem. *Quintil. l. 2. c. 4.* Poëtica licentia.
Pœtificus, a, um, qui quod Poetas facit. Usus *Ennius in fragm.* qui Caballinum fontem poëtificum nominavit.
Pœtilla, æ, m. *poëtuzza*, diminutivum a *poeta*, per ludibrium effectum a *Plauto Trucul. 2. 6. 4.*
Pœtor, aris, d. *postare*, ποιητικῶ, in Poëtica me exerceo, sive Poetam ago, a *Pœta*. *Enn. apud Prisc. l. 8.* Nunquam poëtor, nisi podager.
Pœtricia, f. *Pœtricia*, Ger. *Pœtrin*, Gal. *Pœtrisse*, Hisp. *Pœtriamyer*, ποιητρια, mulier Poëtice perita. *Cic. pro Cal. c. 27.* Verum hæc tota fabella veteris, & plurimarum fabularum Poëtice, quam est sine argumento, quam nullum invenire exitum potest.
Pœtrius, idis, f. idem ac poëtica. *Perf. in prolog.* Corvos poetas, & poëtridas picas cantare credas Pœtriam melos.
Pogonias, æ, f. *πυγώνας*, genus cometæ, stellæ barbatae similitudinem reterens. *Plin. l. 2. c. 35.*
Pol, per Pollucem, adv. jurandi, quod juramenti genus tam viris, quam mulieribus erat commune. *Ilor. l. 1. ep. 7. v. 92.* Pol, me miserum patrone vocares. *Ter. Eun. 4. 5.* Certe tu quidem pol multo hilarior. Verba sunt ancillæ. *Plaut. Amph. 1. 1. 215.* Pol protecto.
Pœlæ, æ, f. *πέλας*, simus pulli alinini, quem mater ante factum estundit. *Plin. l. 28. c. 13.*
Pœlæmon, & Polemo, onis, m. *πέλαμων*, Philosophus Atheniensis, filius Philolatri, discipulus Xenocratis, magister Zenonis. *Cic. 1. Acad. 4. & 5. Fin. & 3. de Or.* Cum in juventute petulans esset, & aliquando ebrius, & coronatus Xenocratis scholam ingressus fuisset, ejus oratione, quæ tunc de pudicitia erat, adeo mores immutavit, tantumque in Philosophia profecit, ut Xenocrati in schola succedere potuerit. *Horat. l. 2. Sat. 3. v. 254.* Quæro, faciamne quod olim Mutatus Polemon? *Tom. II.*

Cic. 4. de Fin. c. 6. Polemo, secundum naturam vivere, summum bonum esse dixit.
Polemonius, a, um, adject. ad Polemonem pertinens. *Cic. 4. Acad. c. 43.* Si Polemonius peccat Stoicus, rei falsæ alientians.
Polemonia, æ, f. *πολεμώνια*, herba. V. Chilitidynamia.
Polenta, æ, *polenta*, ἀρτοποιία, cibus ex farina hordeacea tota, proprius tenuiter vivendum. Fiebat autem a Græcis hac ratione. Pertusum aqua hordeum ficcabant nocte una, postero die frigebant, deinde moitis trangebant, servabantque in multos dies, cum vero uti vellent, partem illius farinae aqua aspergebant, & torrebant in fartagine. Ita narrat *Plin. l. 18. c. 7.* additque alius conficiendæ polentæ rationes ab iisdem usurpatas: alii enim adiciebant hordeo semina lini, & coriandri, sal, &c. Italia vero, subdit *Id. ibid.* sine pertusione totum hordeum in subtilem formam molit, iisdem additis, atque etiam milio. V. eund. & l. 25. ubi medicinas ex polenta recenset. *Perf. Sat. 3. v. 55.* de Troicis. detonsa juvenus fovigilat filiquis, & grandis pasta polenta. *¶* Macedonibus mos tuit, ubi quam condere parent, muros polenta designare, teste *Curt. l. 4. c. 8.*
Polemtarius, a, um, ἀρτοποιός, quod pertinet ad polentam, vel est ex polenta. *Plaut. Cure. 2. 3. 16.* Ejiciam polemtarium crepitum.
Polentia, vel Pollentia, *Polentia*, urbs exc. Liguriz, apud Tanarum fl. *¶* Item *Polencia*, seu *Pugienza*, opp. Hipanizæ, in Baleari majore, seu in Majorica, in parte Or. intulzæ, versus Minoricam. *Pomp. M. l. 1. 2. c. 7.* *¶* Item *Monte Meione*, oppidum in Piceno. *Liv. l. 30. c. 43.*
Polentini, vel Pollentini, orum, m. Polentiæ incolæ. *Plin. l. 3. c. 23.* Pollentinus campus. *Claudian. de VI. Conf. Honor. v. 127.*
Polimen, inis, n. politura, politio. *Apul. de Deo Socrat.* Balthei polimina infpicimus. *¶* Polimina dicuntur ab *Arnob. l. 7.* testiculi porcorum, quos *Plaut.* polimenta vocat.
Polimenta, orum, n. testiculi porcorum, postquam ex folliculo extracti sunt in calcratione. *Plaut. Mon. 1. 3. 28.* Pernam itidem, aut sinciput, aut polimenta porcina. Adde *Fest.*
Polindrum, i, n. nomen aromaticis, vel condimentis, fictum joculariter a coquo apud *Plaut. Pseud. 3. 2. 43.*
Polio, is, ivi, itum, a. 4. *pulvis*, *forbire*, *nettare*, שטף, Ger. *gletzen*, Gall. *polir*, orner, Hisp. *polir*, ornar, ξίω, λαιώω, nitidum, & splendendum reddo. *Vitruv. l. 7. c. 4.* Opere tectorio polire. *Cic. in Arat. v. 160.* Nam quas sideribus claris natura polivit, Et varie pinxit distinguens lumine formas, &c. h. e. ornavit. *Plin. l. 19. c. 1.* Polire linum. *Lucres. l. 5.* Polire signa Dædala. *Virg. 8. Æn.* Ægidaque horrificam, turbatæ Palladis arma, certatim squamis serpentum, auroque polibant. Ubi *polibant* pro *poliebant*, more veterum. *Cic. 2. de Leg. c. 23.* Rogum Africa ne polito. *¶* Transfertur etiam ad agros, & significat excolere. *Enn. apud Non. c. 1. n. 339.* Rastro dentitabres capiti agri poliendi. *¶* Translate item dicitur de oratione pro ornare. *Cic. 1. de Or. c. 14.* Ignorare sit faciundæ, ac poliendæ orationis. *Ovid. l. de Pont. el. 6.* Carmina polire follicita cura.
Polio, onis, m. qui arma polit, a poliendo. *Aurel. Arcad. l. 50.* Dig. de iure immun. l. 6. Et flatores, & poliones, & cultodes armorum. Alii leg. *poliones*, alii *politores*. *Jul. Firmic. l. 2.* Mars & Mercurius poliones faciunt.
Polion, i, n. *polio*, πέλιον, herba grati odoris, quam Mufæus, & Hesiodus tanquam ad omnia utilem laudant. *Plin. l. 12. c. 7.*
Polorcetes, is, m. *πολιόρητης*, urbium obfessor. *Vitruv. l. 10. c. 22.* Demetrius, qui propter animi pertinaciam polorcetes est appellatus.
Polite, adv. *politemente*, γλαυπῶς, ornate, eleganter. *Cic. 1. Tufr.* Fieri autem potest, ut recte quis sentiat, & id, quod sentit, polite eloqui non possit. *Idem 1. Acad. c. 1.* Quæ & sunt magna sane, & lumanita a me politius. *Id. de clar. Orat. c. 19.* Scribere polite.
Polites, æ, m. 1. *πολιτης*, filius Priami ex Hecuba, quem Pyrrhus, capto Ilio, in conspectu patris interfecit. Filium reliquit nomine Priamum. *Virg. 2. Æn.*
Politia, æ, f. *πολιτία*, respublica, status civitatis, & ut *Aristoteles* definit in *Rhet.* principatus, & consuetudo rerum, secundum quam vivere unumquemque, & conversari decet. Hoc nomine inscriptum est opus Platonis de Republica, quod in decem dialogos distinguitur. *Cic. 1. de Div.* Vide, quid Socrates in Platonis Politia loquatur. Adde *l. 2. c. 27.*
Politica, æ, f. *πολιτική*, ars civilis, reipublicæ gerendæ ratio, atque prudentia. *Cicero* quotiescumque usurpat, Græcis literis scribit.
Politicus, a, um, *politico*, *civile*, Ger. *Stetslich*, Gal. *politique*, Hisp. *politico*, πολιτικός, civilis, ad civem pertinens. *Cic. l. 7. Fam. ep. 1.* Sed quæ potest esse homini politico delectatio, cum &c. ? Aliqui legitur *politio*. *Id. Att. l. 9. ep. 3.* Quoddam tanquam *Polites*, quæ & politice sunt, & temporum horum. *Cal. ad Cic. l. 8. Fam. ep. 1.* Tui libri politici omnibus vigent.
Politio, onis, f. *politura*, actus poliendi, cultus, nitor. *Vitruv. l. 7. c. 3.* Recipiens in se politionem, fulgentes in aspectu, certaque considerantibus imagines reddit. *¶* Speciatim politio dicitur illa cultura agri, quæ pactione certæ frugis pro mercede fit, atque adeo ipsa merces. *Cato de R. R. c. 136.* Politionem quo pacto dari oporteat.
Politor, oris, m. qui polit. *Firmic. l. 4. c. 7.* Politores gemmarum. *¶* Translate politores dicebantur, qui agros excolere confueverunt. *Ulp. l. 52. §. venit, ff. pro socio.* Aut agrum politori damus in commune, querendus fructibus. Adde *Caton. R. R. c. 5.*
Politulus, a, um, dim. a *politus*. *Cic. l. 7. Fam. ep. 33.* Opus est huc limatulo, & politulo tuo iudicio.
Politura, æ, f. *politura*, εξοργασία, ornatus, politio. *Plin. l. 36. c. 6.* Thebaica polituris accommodatur. Adde *l. 11. c. 24.* & *Vitruv. l. 7. c. 1.*
Politus, a, um, *polito*, ονιστο, ξειός, γλαυπῶς, ornatus, cultus, nitidus. *Cic. Att. l. 2.* Sic hunc omnibus a me pictum, & politum artis coloribus, &c. *Id. in Pison.* Ut es homo facetus, ad persuadendum concinnus, pertectus, politus et schola. *Id. in Brut.* Oratio accurata, & polita. *Id. 3. Fin.* Quæ abhorret ab omni politiore elegantia. *Id. l. 1. Fam. ep. 9.* Nunc, ut Apelles Veneris caput, & summa pectoris politissima arte perfecit.
Polla, pro Paula, nomen Romanæ fœminæ, legitur in veteribus quibusdam inscriptionibus. quas collegit *Manut. in Orthograph.*
Pollen, inis, n. idem ac pollis. *Cæsar in Analogia, Probus in Carboliceis, Priscian. l. 6.*
Pollens, is, s. *potente*, potens, opulentus, a *polleo*, δυναίμηναι. *Plaut. Capt.* Genus pollens, & honoratissimum. *Id. C. ur. l. 2. 21. de Bæccho.* Vini pollens. *Lucret. l. 1. v. 60.* Pollens opibus. *Tertull. adv. Pfyeb. c. 6.* Multo pollentioris mentis. *Alcim. Avit. l. 5. v. 63.* pollentissimæ, cursus Tessor, Nile, tuos. *Solin. c. 2.* Ingenia pollentissima.
Pollenter, adverb. potenter. *Claudian. de VI. Conf. Honor. v. 234.* Cæsarque redit pollentius hydra.
Pollentia, æ, f. *potenza*, δύραμις, potentia. *Plaut. Rud. 3. 2. 4.* Ne impio: una potior ut polentia. Adde *Cæsa. 4. 4. 3.*
Pollentia urbs, V. Polentia.

Pollis, es, n. 2. sine pret. & sup. *potere, valere*, יכול, Ger. *vermogen*, Gal. *puvoir*, Hisp. *poter*, *εξω*, pollum, potentia valeo. Antiqui dixerunt *polleo*, quia consonantes non geminabant. *Fest. Cic. in Parad.* Nec est ulla res, quæ plus apud eum polleat. *Id. 4. Tusc.* Qui moderatio- ne, & constantia polleat. *Id. 2. Offic. c. 9.* Pollere ad fidem faciendam. ¶ Interdum accipitur pro præfate, melius esse, vel utilius. *Plin. l. 36.* Ex oleo, & aqua Ciliciz cotes pollent. *Id. l. 19. c. 3.* Cum quæstus nullo polleant.

Pollex, icis, m. *pollice, dito grosso*, כַּדָּח, Ger. *Daum*, Gal. *pouce*, Hisp. *pulgar*, *αρχή*, *μύρας* *δάκτυλος*, digitus primus in manu, & in pede, a *pollendo*, quod inter cæteros polleat vi, & potestate. Dicitur autem vel simpliciter pollex, vel cum adiectione digitus pollex. *Cic. 3. Off. Ut Æginetes*, qui classe valebant, pollices præcederentur. *Cesl. B. G.* Dignitas pollicis crassitudine. ¶ Antiquitus in pollice erat favoris, studique significatio. Igitur qui favent, pollicem premebant; qui male alicui vellent, cuperent, pollicem vertebant. Hinc *Premere pollicem* proverbialiter pro favere, vel suffragari usurpatur, *Vertere pollicem* pro refragari, male alicui velle. *Plin. l. 28. c. 2.* Pollices, cum favemus, premere etiam proverbio iubemur. *Juven. sat. 3. v. 36.* Et verfo pollice vulgi quælibet occidunt. ¶ *Utroque pollice*, est utraque manu, per Synecdochen, idest summo favore. *Horat. l. 1. ep. 18. v. 66.* Fautor utroque tuum laudabit pollice ludum. ¶ Pollex etiam in vite dicitur de farmento crassiore, & breviori duarum, vel trium gemmarum. *Col. l. 4. c. 21.* In pollicem tondeatur, quem quidam custodem, alii refectem, alii prædidiarium appellunt, idest farmentum gemmarum duarum, vel trium. ¶ Item de nodis, vel partibus prominentibus in corticibus arborum. *Plin. l. 13. c. 4. de palmis.* Reliquæ teretes, atque proceræ densis, gradatissque corticum pollicibus, facile se ad scandendum Orientis populis præbent.

Pollia, æ, f. Tribus Romana, dicta a Pollio oppido in Maris. *Inscript. apud Gruter. pag. 400. n. 1.* C. Curtio C. F. Pollia Rufino, &c. Adde *pag. 386. n. 5. & alibi.*

Pollicaris, & re, o. 3. *ἀρχιμετρίων*, quod pollicis latitudinem, sive crassitudinem habet. *Plin. l. 15. c. 24.* Et interdum falcata pollicari latitudine.

Pollitor, eris, citus sum, d. 2. *promettere*, יָצַח, Ger. *verbeissen*, Gal. *promettere*, Hisp. *prometer*, *επαγγέλλομαι*, proprie est pro merce pretium offerre, ac promittere, a *pollitor*, e in o, abente, quod a *licitor*, ut *polluceo* a *polluceo*. Nam licitantium verbum proprium est. Sed generatim postea accipi cepit pro promittere, hoc solum discrimine, quod, ut *Servius* distinguit, pollicemur sponte, promittimus rogati, sive, quod, ut *Donatus* censet, pollicitatio majoris est asseverationis. *Priscianus* ait, esse verbum commune. *Cic. pro Planc.* Nihil tibi ego tum de meis opibus pollicear. *Id. l. 5. Fam. ep. 5.* De Alexandria re, causaque Regia tantum habeo polliceri. *Id. Fam. 16. ep. 21.* Te buccinatorum fore existimationis meæ, polliceris. ¶ Cum infinitivo presentis temporis. *Cesl. l. 6. B. G. c. 9.* Si amplius obidum velit, dare pollicentur. ¶ Ponitur aliquando pro affirmare. *Cic. 2. Fam. ep. 5.* De ipso T. Annio tantum tibi pollicor, te, &c. ¶ Legitur etiam pollice, es, *Varr. apud Non. c. 7. n. 25.* Ne dares, ne polliceres. ¶ Hinc passivè *Mescl. Numid.* apud *Priscian. l. 8. pag. 792. Pusteb.* Ut aliis ob metum statuz pollicentur, *επαγγέλλονται.*

Pollitatio, onis, f. *promissa*, *επαγγελμα*, promissio. *Asin. Cic. l. 10. Fam. ep. 32.* Reliquas quoque legiones non defisit literis, atque infinitis pollicitationibus incitare. Adde *Juven. in Ner. c. 13.*

Pollitator, oris, m. qui pollicetur. *Tertul. advers. Jud. c. 1.* Habemus Deum idoneum pollitatoreum.

Pollitatrix, icis, f. quæ pollicetur. *Tertul. in Apolog. c. 23.* Virgo pluarium pollitatrix.

Pollitor, aris, d. 1. freq. a polliceor. *Plaut. Mil. 3. 3. 6.* Aut tibi meam operam pollicitari. *Fer. Andr. 5. 4. 9.* Pollitandorum eorum animum lacus.

Pollitum, ti, n. promissio. *Ovid. l. de art. v. 444.* Pollitatus dives quilibet esse potest. *Colum. l. 11. c. 3.* Memores polliciti nostri.

Pollitatus, a, um, nom. passivum ex particip. *promisso.* *Ovid. in epist. 21. v. 140.* Exige polliciti debita jura tui. *Vellej. l. 2. c. 111.* Ad id bellum operæ pollicite.

Pollinari, a, um, *επαγγαδης*, quod ad pollinem spectat, ut Cribrum pollinari, quod de lino, non de setis equorum fit, ad pollinem purgandum, quemadmodum cribrum, quod ad excutiendam farinam fit, excussorium dicitur. *Plin. l. 18. c. 11.* Cribrorum genera, Galliz setis equorum invenere, Hispaniz lino excussoria, ac pollinaria. Adde *Plaut. Pan. 3. 1. 10.*

Pollinator, oris, m. vel pollictor, ut alii scribunt, *pixzicamorti*, Ger. *sodensaber*, Gall. *corbeau*, Hisp. *el que cuver el entiero*, *ταφός κτεριστής*, qui funera procurat, & cadavera ungit, a *pollingo*. *Plaut. Asin. 5. 2. 61.* Equis currit pollinatore accerere? *Id. in pol. Pan. v. 63.* Nam mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat. ¶ Dicitur etiam de vespillonibus, quorum proprie munus erat cum rogi accessio, tum sepultura. *Sidon. l. 3. ep. 13.* Moxque sidente strue torrem devotulum reddere pyzæ fastidiosus pollinctor exhorret.

Pollinctorius, a, um, adject. ad pollinstorem pertinens. *Plaut. in supposit. Aulul. scena.* Quid hic, v. 4. Libitinarius, sive pollinctorius esserat.

Pollinctura, unctio, & curatio cadaveris. V. *Pollinctura.*

Pollinctus, a, um, adject. curatus, unctus. Translate *Senec. de vita beata*, c. 7. Voluptas medicamentis pollincta. Alii leg. *polluta.*

Pollingo, is, inxi, inctum, a. 3. *governare i corpi morti*, *περιεσθλω, κερδρσσσρπληθω, ενταφιαζω, ταρχεω*, ut in vett. Gloss. exponitur, est corpus mortuum curare, lavare, ungere, & cætera præstare, quæ cadaveri super pyram locando opus fuit. *Plaut. prol. Pan. v. 63.* Nam mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat. ¶ Diglantur inter se Etymologi in assignanda hujus verbi radice. V. *Voss. in Etym.* ¶ Quidam *pollincio* putant esse in presenti tempore.

Pollintio, onis, f. actus pollinem cribro cernendi, apud *Caton. R. R. c. 136.* ubi alii *pollitio* legunt.

Pollintor, oris, m. qui pollinem cribro purgat. *Cato de R. R. c. 136.* sed dubia est lectio.

Pollis, is, n. 4. pila ludo. *Festus.*

Pollio, onis, m. Afnius Pollio Orator celebris fuit Romæ, Augusti amicus, & Virgillii patronus. *Horatius*, tragædiarum etiam, & historiarum scriptorem fuisse testatur, l. 1. *Jar. 10.* ¶ De Trebellio Pollione V. *Capitolinus*, i.

Popa, æ, m. *Πόπας,* victimarius, ideit, ut aliqui explicant, qui victimas venales habebat, & qui ligabat eas ad altare, teriabatque. *Prop. 1. 4. el. 3. v. 66.* Succinctique calent ad nova lucra popæ. *Suet. in Calig. c. 32.* Admota altaribus victimæ, succinctis poparum habitu, elato alte malleo, culterarium mastravit. ¶ Sumitur etiam pro gulo, & infatiabili. *Perf. sat. 6. v. 74.* Ast illi tremat omento popa venter. Ubi signat heluonem se popæ instar delicatissimis Sacerdotum cibis expletem.

Popånium, i, γέφυρα, placenta lata, tenuis, orbicularis teste *Suida,* a πόντος, coquo, utpote genus rerum, quæ coquantur. Harum placentarum usus in sacrificiis fuit, quemadmodum indicat Aristophanes in Plauto, & Lucianus de sacrificiis. *Juven. sat. 6. v. 540.* Scilicet & tenui popano corruptus Osiris.

Popellus, i, m. *popoletto, δρυμίδιον,* parvulus populus, plebecula, dim. a populus. *Perf. sat. 4. v. 15.* Ante diem blando caudam jactare popello.

Popilla Tribus, vel Popillia. V. Popilia.

Popili, m. 2. familia plebeia Romæ. Ex hac fuit Marcus Popilius, M. F. qui cum Consul esset cum C. Manlio anno Urb. Cond. 394. eodemque tempore sacrificium publicum cum læna faceret, quod erat Flamen Carmentalis, Plebs contra Patres concitatione, & seditione nuntiata, ut erat læna amictus, ita venit in concionem, seditionemque cum auctoritate, tum oratione sedavit. *Cic. in Bruto. Hinc Lænas cognominatus est*

tus est. ¶ Fuere præterea alii in oratoria facultate insignes, quos enumerat *Id. in Bruto*.

Popina, α , f. i. $\delta\epsilon\pi\alpha\iota\omega\delta$, locus, ubi publice caro cocta, ac delicate confecta, & alia obsonia venduntur, & comeduntur. *Cic. 2. Phil.* Hujus in sedibus pro cubilibus stabula, pro tricliniis popinæ sunt. ¶ Accipitur etiam pro delicatioribus cibis, qui in ganea vendi consueverunt. *Cic. 3. Phil.* Si epulæ potius, quam popinæ dicendæ sunt. *Id. in Pison.* Et cum isto ore factio teterimam nobis popinam inhalasset.

Popinalis, & le, o. 3. $\chi\epsilon\pi\alpha\lambda\iota\delta$, quod ad popinam spectat. *Col. l. 8. c. 16.* Tunc celebres erant deliciae popinales.

Popinari, ii, m. popinæ minister, vel dominus. *Lamprid. in Alexandr. c. 49.* Contra popinari dicerent, sibi eum deberi. *Adde Jul. Firmic. l. 4. c. 15.*

Popinato, onis, *crapula*, $\alpha\tau\omega\pi\alpha$, heluatio, a popinor. *Gell. l. 10. c. 17.* Dives $\alpha\omega\sigma\iota\alpha\tau$, & popinationem illi deplorans. In plerisque editionibus legitur $\alpha\omega\sigma\iota\alpha\tau\epsilon$ filii, &c. & $\pi\iota$ popinationem glossa putatur.

Popinator, oris, m. qui popinæ indulget. *Macrob. l. 7. Sat. c. 14.* Apud popinatores proponi.

Popino, onis, m. *leccardo*, *Ger. schlemmer*, *Gal. yurogne*, *banteur de cabarets*, *Hisp. golofo*, *barracabaco*, $\alpha\pi\omega\tau\theta$, heluo, gulo, qui se popinis dedit. *Hor. l. 2. Sat. 7. v. 39.* Imbecillus, iners, sim quidvis, adde popino. *Suet. de Cl. Gramm. c. 15.* Lurconem, & nebulonem, popinonemque appellans.

Popinor, aris, d. i. *darfi alla gola*, $\lambda\iota\chi\iota\omega$, heluor, indulgeo popinis. *Trebell. Poll. in XXX. Tyrannus, c. 29. de Celfo.* Cum Gallienus popinatur, & balneis ac lenonibus deputat vitam.

Poples, itis, m. *piegatura interiore del ginocchio*, $\iota\gamma\upsilon\alpha$, $\iota\gamma\upsilon\delta$, pars ea, quæ genu opposita est, ex *post*, & *plico*, quia post genu plicetur, ac curvetur. *Col. l. 6. c. 12.* Oleo, & sale genua, popliteque, & crura confricanda sunt. *Liv. l. 2.* Quoddam & jacentes vivos succis femoribus, poplitibusque invenerunt.

Poplicola, α , m. idem quod *publica*. *Silius l. 2. v. 8.* fed dubia est lectio. **Poplicitus**, adv. publice. *Plaut. Stich. 3. 2. 35.* Ambracia veniunt leg legati poplicitus. Alii aliter legunt.

Poplicus, a, um, adject. publicus. *Plaut. Trinum. 1. 1. 16.* Remoram faciunt rei privatæ, & poplicæ. *Al. leg. publice.*

Poplifugium, poplifugium. *In vet. Calendar. apud Bruter. pag. 133. in Julio.*

Poplus, i, m. idem quod populus per sycopen. *Plaut. Amph. 1. 1. 103.* Thebano populo. *Id. Caf. 3. 2. 6.* Senati columen, præsidium popli.

Poppea, vel **Poppeæ**, α , f. Sabina cognomine, Neronis uxor, de qua *Suet. in Ner. c. 35.*

Poppeanus, vel **Poppeanus**, a, um, quod ad Poppeam spectat, vel quo Poppea uti solet, ut *Unguenta Poppeana*. *Juven. Sat. 6.* Aut pinguis *Poppeana* spirat.

Poppyma, atis, n. $\pi\alpha\pi\upsilon\sigma\alpha$, palpus, sive sonus lingua, manibus, ac similibus modis excitatus ad favorem ostendendum. *Scholiasse Juven. in Sat. 6.* Poppyma est oris pressus sonus, & labiorum ius se collisurum strepitus. est a $\pi\alpha\pi\upsilon\sigma\omega$, *fibulare*. Quidam $\pi\alpha\pi\upsilon\sigma\omega$ etiam exponunt *appiudere*, idest illis manibus inter se, & palma cum palma collata plausum edere. *Juven. Sat. 6. v. 583.* Præbebit vati crebrum poppyma roganti. idest crebram manuum tractationem cum quadam vocis adulatione. ¶ Quandoque pro sibilo ponitur, qui in re obsecra fieri consuevit. *Mars. l. 7. ep. 17.* Quis ridere potest latui poppymata cunni? ¶ Scribitur & *poppyma*.

Poppymus, i, m. idem ac *poppyma*. *Plin. l. 28. c. 2.* Fulgetra poppymus adorare consensus gentium est.

Poppyzonta, accus. singularis Græcus, $\pi\alpha\pi\upsilon\lambda\omega\tau\alpha$, a $\pi\alpha\pi\upsilon\lambda\omega$, quod significat blande contrectare, palpare, tenui sibilo ore emisso, quod facere si solent, qui equos feroces demulcere, & mites reddere volunt. *Plin. l. 35. c. 10.* Cum pingeret poppyzonta retinentem equum.

Populabilis, & le, quod populari potest. *Ovid. 9. Met. v. 263.* Interea quodcumque fuit populabile, flamma Mulciber abstulerat.

Populabundus, a, um, $\mu\epsilon\lambda\lambda\alpha\tau\alpha\lambda\omega$, qui populatur, prædabundus. *Liv. l. 1. c. 15.* In fines Romanos excurrerunt, populabundi magis, quam iusti more belli.

Populacta. V. **Popularis**.

Popularia, ium, n. 3. locus in theatro, ubi populus, idest plebs fedebat, videlicet media, & summa cavea, ut equestris, locus, unde equites spectabant. *Suet. in Domit. c. 4.* Et quia pars major intra popularia deciderat.

Populares, ium, m. $\delta\eta\mu\alpha\tau\alpha$, $\delta\eta\mu\alpha\tau\iota\kappa\alpha\iota$, erant Cives Romani humiles, & nullorum majorum, vel nobiles quidem, sed egentes, atque ære alieno obstricti, vel & nobiles, & divites, sed improbi, & furiosi, quibus in Republica propositum erat nihil aliud, quam vis, & seditio, a quibus tandem Reipublicæ perturbatio, & conversio in Monarchiam exorta est. His *Optimates* opponebantur. Ex *Sigon. l. 2. de ant. jur. C. R. c. ult. Cic. pro Sext. c. 45.* Duo genera in hac civitate semper fuerunt eorum, qui versari in Republica, atque in ea se excellentius gerere studuerunt, quibus ex generibus alteri Populares, alteri Optimates & haberi, & esse voluerunt. Qui ea, quæ faciiebant, quæque dicebant, multitudini jucunda esse volebant, Populares, qui autem ita se gerebant, ut sua consilia optimo cuique proberantur, Optimates habebantur. Hæc *Cicero. Liv. l. 2. c. 10.* Nec quisquam malis artibus posse tam popularis esset, quam &c. Sed aliter aliis in locis hæc vox ab ipso *Cicerone* accipitur, idest pro iis, qui Reipublicæ tranquillitatem volunt, & tumentur, libertatem P. R. defendunt, saluti Populi consulunt, quia nihil tam est populare, quam pax, concordia, otium; illa vero popularia non sunt, largitio exhaustio ærario, judiciorum perturbatio, rerum judicatarum infirmitas, restitutio damnatorum. *Cic. l. 1. c. 2. Agr. pro Rab. & 4. Casil.*

Popularis, & re, o. 3. *popolare*, $\delta\eta\mu\alpha\tau\iota\kappa\alpha\delta$, quod est populi, vel ad populum spectat. *Cic. de Arusp. Resp. Sulpitium* ab optima causa profectum popularis aura provexit. *Plin. l. 13. c. 4.* Populari etiam nomine a nobis appellatur balani. h. e. nomine vulgo a populo usurpato. ¶ Interdum popularis dicitur charus, & gratus populo, vel qui populi studia, & favorem aut largitione, aut quavis alia ratione captat. *Cic. 3. Agr. Qui speravit vos contra Consulem veritate, non ostentatione popularem posse in everteunda Republica populares exifimari. Id. ibid.* Nihil tam populare, quam pacem, quam concordiam, quam otium reperiemus. *Liv. l. 7. c. 33.* Quo nihil popularius est. ¶ Interdum sumitur pro plebejo, vili, & ignobili. *Plaut. apud Donatum.* Præstat divitem esse, ac popularem, quam nobilem, & mendicum. ¶ Interdum pro cruce, municipie, oppidano, qui est ejusdem patriæ, & gentis. *Plaut. Pæn. 5. 2. 79.* O mihi popularis salve. idest ex eadem urbe Carthagine. *Ter. Adelp. 2. 1.* Obsecro, populares, tertè misero, atque innocenti auxilium. *Cic. 4. Acad.* At hoc Anaximandro populari, & fodali fuo non persuasit. *Adde Sallust. & Liv. Plin. l. 8. c. 57. de glirisbus.* Qua in re notatum, non congregari, nisi populares ejusdem sive. ¶ Item de eo, qui est ejusdem generis, conditionis, fortunæ. *Ter. Phorm. 1. 1.*

Amicus summus meus, & popularis Geta. Erat enim & ipse servus. ¶ Item de eo, qui est ejusdem factionis & sociatus. *Senec. de vita beat. c. 13.* Mea quidem ista sententia est (in vitis hoc nostris popularibus dicam) sancta Epicurum & recta præcipere. Sic populares sceleris, populares conjurationis, h. e. complites, apud *Sallust. in Catil. c. 22. & 24.* ¶ Popularia sacra, ut *Labeo* inquit apud *Fest.* sunt, quæ omnes cives faciunt, nec certis familiis propria sunt, ut Fornacalia, Palilia, Laralia, &c. ¶ Popularia agere, h. e. nugatoria, vulgaria. *Laber. apud Non. c. 2. n. 630.* Popularia agimus per ludum. Alii legunt *Populicia* eodem sensu. ¶ Popularium nomine interdum intelligitur multitudo urbana, quibus milites opponuntur. *Capitolin. in M. Antonin. cap. 17.* Peffilitiana multa millia & popularium, & militum interemerat.

Popularitas, atis, *grazia*, e favore *popolare*, $\delta\eta\mu\alpha\tau\iota\kappa\omega\lambda\iota\alpha$, studium populari, humanitas, blanditiæ, quibus populi favorem aucupamur. *Plin. ep. 117.* Homo munificus, & innoxius popularitatis. *Suet. in Tit. c. 8.* ne quid popularitatis prætermittet. ¶ Aliquando ponitur pro conjunctione, quæ debet esse inter populares, seu pro amicitia, quæ ex ejusdem patriæ habitatione contrahitur. *Plaut. Pæn. 5. 2. 81.* Atque impera popularitatis caufa.

Populariter, adv. *popularmente*, $\delta\eta\mu\alpha\tau\iota\kappa\omega\delta$, more populi, vulgo, pro populari inficitia, ut *Populariter* agere, loqui, scribere, &c. *Cic. in Somn.* Homines enim populariter amicum tantummodo Solis, idest unius astri, reditu metiuntur. *Id. 2. de Fin. c. 6.* Loqui populariter. *Id. l. 5. de Fin. c. 5.* Duo genera librorum sunt, unum populariter scriptum, quod $\delta\eta\mu\alpha\tau\iota\kappa\omega\delta$ appellabant; alterum limatius, quod in commentariis reliquerunt. ¶ Interdum ponitur pro seditiose, cum gratia populi. *Cic. 2. Offic. c. 21.* Sed cum in agendo multa populariter, tum illud male, non esse in civitate duo millia hominum, qui rem haberent. *Juven. Sat. 3. v. 37.* Quemlibet occidunt populariter.

Populatum, adv. caterativum, in univerfum, per populos. *Pompon. apud Non. c. 2. n. 628.* Poeta placuit populatum omnibus.

Populatio, onis, *facco*, *ruberia*, $\pi\epsilon\phi\theta\eta\sigma\iota\varsigma$, actus populandi. *Liv. l. 1. Præda*, ac populationibus magis, quam otio, aut requie gaudentibus. ¶ Dicitur etiam de bestis. *Colum. l. 2. c. 20.* A populatione murium, formicarumque frumenta defendit. ¶ Translate *Plin. l. 9. c. 34.* Populatio morum, h. e. corruptio, corruptela. ¶ Pro populi multitudine. *Sedul. in c. Joan. 11.* Flebant germanæ, flebat populatio prærens.

Populator, oris, *rubatore*, $\epsilon\kappa\pi\alpha\theta\eta\tau\omega\delta$, qui populatur. *Ovid. 13. Met. v. 655.* Hoc ubi cognovit Trojæ populator Atrides. *Adde Liv. l. 3. c. 68.*

Populatrix, icis, $\pi\alpha\phi\theta\eta\tau\iota\varsigma$, quæ populatur. *Mars. l. 13. ep. 104.* Hæc tibi Thefei populatrix inquit Hymetti Pallados a sylvis nobile nectar apis. *Adde Stat. l. 3. Silv. 2. v. 86.*

Populatus, a, um, *chi ha rubato*, $\pi\alpha\phi\theta\eta\sigma\iota\varsigma$, qui populatus est, vel diripuit, deprædatus. *Virg. 12. Æn. v. 524.* amnes in quora currunt Quique suum populatus iter. ¶ Usurpatur etiam passive. *Cic. divin. in Ver. c. 1.* Qui nunc populati, atque vexati cuncti ad me publice sæpe venerunt. *Virg. Æn. 6. v. 496.* populataque tempora raptis auribus.

Populatus, us, m. idem ac populatio. *Lucan. l. 2. v. 544.* Ardent Hesperii (ævis populatibus agri. *Adde Claudian. l. 2. in Eutrop. v. 244.*

Populatum, ti, $\alpha\lambda\mu\mu\alpha\tau\omega\delta$, locus populis confitus. *Plin. l. 14. c. 6.* Antea Cæcubo erat generositas celeberrima palustribus populietis.

Populeus, a, um, *di poppo*, $\alpha\lambda\mu\mu\alpha\tau\omega\delta$, quod est ex populo arbore, aut quod ad eam arborem pertinet. *Virg. 2. Georg. Quails populea mœrens Philomela sub umbra. Hor. l. 1. od. 7.* Populea corona.

Populifer, a, um, adject. populorum arborum ferax. *Ovid. 2. Amor. eleg. 17. v. 32.* Frigidus Eurotas, populiferque Padus.

Populifugia, orum, n. dies festi Romæ celebrati mense Junio (al. Julio) quo die populus a Thufcis in fugam versus fuit. *Macrob. l. 3. Saturn. c. 2. V. & Var. l. 5. de L. L. ubi aliter narrare videtur.*

Populifitium, i, populi decretum, plebifitium. *Nep. in Alcib. c. 5.* Populifitio restituitur. *Id. in Epamin. c. 7.* Populifitio non paruit. Ita MSS. sed editi codices utroque loco habent *Plebifitium*.

Populitor, aris, dep. i. frequentat. a populo. *l. 21. ff. de appellat. & restat.* Cum populiarentur ab adversario. Alii leg. *depopularentur.*

Populnæus, a, um, idem ac populnus, seu populeus. *Col. l. 6. c. 3.* Probatior maxime ulmæ, post traxinea, & ab hac populea frons.

Populæus, a, um, idem ac populeus. *Plaut. Caf. 2. 6. 32.* Non isthæc aut populæa fors aut abiegna est tua?

Populo, as, a. i. idem ac populus. *Virg. 1. Georg. v. 185.* Populatque ingentem faris acervum. ¶ Aliam quoque, ac priori plane contrariam hujus verbi notionem docet nos *Non. Marcel. c. 1. n. 185.* cui populare interdum est populi amorem concitare, seu conciliare. Sic usum ait *Pacuv. in Chryse*: Atque ut promeruit pater, mihi patriam populavit meam. Sed *Vossius* putat, *Nonium* valde laali. Nam cum locus sit ex *Chryse*: *Chryseidis* verba esse arbitratur de *Agamemnone*, qui *Chryseidis* patriam Thebas Cilicias vastarat, indeque *Alynonem*, sive *Chryseida* abduxerat.

Populonia, α , f. dicta est Juno, quod populum tueatur. *Macrob. 3. Saturn. c. 11. Arnob. l. 3.*

Populonia, α , Porto *Bayatto*, $\pi\alpha\pi\lambda\omega\sigma\iota\omega$, urbs Hetruriz, in ora maris Tyrrenhi, contra luam inf. Dicta creditur a populorum arborum multitudine, quæ in ejus agro est, vel a populando, quod frequentibus piratarum populationibus pateret. *Plin. l. 3. c. 6.*

Populonium, n. 2. *Capo Campana*, prom. prope Populoniæ urb. rudera, in ora maris Tyrrenhi, contra luam inf. *Plin. l. 3. c. 5.*

Populor, aris, atus sum, com. i. *faccheggiare*, *ed esser faccheggiato*, $\pi\alpha\phi\theta\eta\tau\omega$, *Ger. uveruiffen*, *Gal. piller*, *ruvager*, *Hisp. robar*, *v. destruir*, $\pi\alpha\phi\theta\eta\tau\omega$, deprædator, diripio. *Cic. 1. Offic. c. 10.* Ut ille, qui cum triginta dierum essent cum hoie pactæ induciæ, noctu populabatur agros. *Ov. 1. Met. Trudere terras populandas. Lucan. l. 2. v. 445.* terro populatur, & igni. ¶ Translate *Ov. de medicam. fasciæ, v. 45.* formam populabitur ætas. *Sen. Hippol. Cura populatur artus.*

Populositas, atis, f. multitudo, ut *populositas summa* Deorum, apud *Arnob. l. 3.*

Populosus, a, um, $\pi\epsilon\lambda\lambda\omega\delta\alpha\pi\omega\sigma\iota\omega\delta$, plenus populo, *popolato*. *Apul. l. 8. A. A.* Civitas populosa. *Veget. l. 3. de re milit. c. 19.* Populolior militum globus. *Solin. c. 52.* In Gange insula est populolissima.

Populus, i, *popolo*, $\pi\upsilon$, *Ger. vellek*, *Gal. peuple*, *Hisp. pueblo*, $\delta\eta\mu\alpha\tau\omega\delta$, multitudo unus civitatis. *Cic. 3. de Rep. apud S. Aug. de Civ. l. 2. c. 21.* Populus autem non omnis cæcus multitudinis, sed cæcus juris consensu, & utilitatis communiõne sociatus. *Cic. 4. Tusc. Id si propter aientiam, & offensam populi voluntatem malum est.* ¶ Sæpe sumitur pro parte humilioris civitatis, quæ proprie plebs dicitur. *Cic. 2. de Lag. Reipublicæ consilio, & auctoritate optimatum semper populum indigere. V. plura in voce Plebs.* ¶ Interdum pro hominibus unus vici, sive pagi. *Apul. in Apol. Quincemque liberi homines populus est, totidem servi familia, totidem vincii ergastulum.* ¶ Interdum pro quacumque hominum multitudine. *Justin. l. 10. c. 1. de 50. filijs.* In tanto populo. ¶ Translate, vel per Catachresin usurpatur etiam de bestis, ut de apibus. *Colum. l. 9. c. 13.* Duo populi conjungi debent, qui pœfint adhuc integras

integras ceras explere. *Sidon. l. 6. ep. 2. scelerum populum, dixit.*
Pōpūlus, i, f. *pioppo*, ἀίγυπτος, arbor cerro similis, caudice procerō, & erecto, cortice lævi. Duo eius sunt genera, alba, & nigra. *Virg. 9. Ecl. Hic candida populus antro imminet.* *Plin. l. 16. c. 23.* tertium genus addit: Populi, inquit, tria genera, alba, nigra & quæ Libyca appellatur.
Por, i, m. 2. puer servus, apud vet. reperitur in vet. inscriptione Aufidienis in Samnitibus, pag. 952. n. 2. P. Rubrio Latino Sicinius P. por patrono suo B.M. ¶ A por sunt *Caipor*, *Lucipor*, *Marcipor*, *Quindipor*, quæ nihil aliud fuit quam Caji, Lucii, Marci, Quincti puer. h. e. servus.
Porca, æ, ūs, sus fœmina. *Car. c. 134.* Priusquam fœminam porcā immolabis. ¶ Porca item dicitur, quod in arando extat, seu terra elata inter duos sulcos, quæ alio nomine lira vocatur. *Var. l. 4. de L. L. & l. 1. de R. R. c. 29. Colum. l. 2. c. 4.* Sed *Fest.* & *Non.* porcum sulcum esse volunt. *Var. l. 4. de L. L. Ab eo, quod aratri vomer sustulit, sulcus: quod ea terra jacta, idest projecta, porca. Idem l. 1. de R. R. c. 29.* Quæ aratrum vomere lacunam fecit, sulcus vocatur. Quod est inter duos sulcos elata terra, dicitur porca, quod ea seges trumentum porricit. *Fest.* Porcæ appellantur rari sulci, qui ducuntur a quæ derivandæ gratia, dicti, quod porcent, idest prohibent aquam frumentis nocere. *Non. c. 1. n. 305.* Porcæ sunt signa sulcorum, quæ ultra se jaci femina prohibeant. Porcere enim prohibere sæpius legimus. *Cic. 2. de Leg. c. 22.* Quæque in porca contracta jura sint. ¶ Porca item apud Bœticos erat spatium agri constans ex triginta pedibus in latitudinem, centum & octoginta in longitudinem, auctore *Col. l. 5. c. 1.*
Porcarius, ii, χερσβαρκεις, porcorum custos. *Jul. Firmic. l. 3. c. 6.* Faciunt armentarios, porcarios, & his similes.
Porcarius, a, um, χερσβαρς, idem ac porcinius. Vulva porcaria dicebatur illa, qua, edito partu, vesebantur. *Plin. l. 11. c. 37.* Vulva ejecto partu melior, quam edito. Ejecititia vocatur illa, hæc porcaria, primiparæ suis optima.
Porcellinus, a, um, adiect. qui est ex porcello, ut porcellina caro, *Apic. l. 4. c. 3.* & *Theod. Priscian. de dieta, c. 6.*
Porcellio, onis, m. *porcellino terrestre*, genus vermiculi. *Cal. Avel. Tard. r. c. 4.* Porcelliones, idest onisci (oniscus, græce ονίσκος, parvum asinum significat) animalia, quæ humectis locis nascuntur.
Porcellus, i, porcelletto, dimin. a porculus. *Var. l. 2. de R. R. c. 4.* Ne quis porcellus a matre opprimatur.
Porcō, es, xi, sine sup. impedit, ἀνίργω, prohibeo, ex porro, & arceo, quasi procul arceo, *Fest. in Porca:* Dicti, quod porcent, idest prohibent aquam frumentis nocere. *Non. c. 1. n. 305.* Porcere enim pro prohibere sæpius legimus. *Lucil. l. 6.* Non te porro procedere porcent.
Porcetra, æ, f. χερσβαρς, al. δελφας, porca, quæ semel tantum peperit, ut scrofa, quæ sæpius. *Gel. l. 18. c. 6.*
Porci, m. 2. familia plebeja Romæ, a Tusculo Municipio ortum habens, cujus principis fuit M. Porcius Cato ille Censorius, qui fuit Consul cum L. Valerio anno U. C. 558. *Cic. 2. de Leg. Plur. in Censor. Tac. l. 11.* ¶ Cognomen hoc Cato a porco traxit. Nam multa cognomina Romanorum, teste *Varrone*, a bestiiis erant, vel majoribus, ut Equitius, Taurus, vel minoribus, ut Porcius, Caprillus.
Porcinarius, ii, m. qui carnes porcinas vendit. *Plaut. Capt. 4. 3. 5.* Quanta lanis lassitudo! quanta porcinaris!
Porcinus, a, um, porcino, di porco, χερσβαρς, quod ex porco est. *Plaut. Capt. 4. 2. 69.* Alium pisces prælinatum abire, alium porcina, atque agnina.
Porculā, V. Porculēna.
Porculāta, æ, f. χερσβαρς, ἀνδράχη, genus herbæ. Vide Portulaca.
Porculatio, onis, f. χερσβαρς, porcorum nutritio, apud vet. *Varr. l. 2. de R. R. c. 4.* In nutritiati, quam porculatiōnem appellabant, &c.
Porculator, oris, m. qui porcos nutrit, ut pinguefaciat. *Col. l. 7. c. 9.* Itaque porculatoris maximum officium est, ut unamquamque cum prole claudat.
Porculēna, æ, fœm. idem ac porcula. *Plaut. Mil. Gl. 4. 2. 68.* Non hic suo seminio quæque porculenam imperituros est. Al. leg. *porculam*.
Porculētum, i, n. idem ac porca, idest terra elata inter duos sulcos, vel area in hortis. *Plin. l. 17. c. 22.* Umbri, & Marfi ad vicenos pedes intermittunt arationis gratia, in his, quæ vocant porculeta.
Porculus, i, masc. χερσβαρς, dimin. a porcus. *Plaut. Men. 2. 2. 38.* ¶ Porculus marinus, genus piscis. *Plin. lib. 9. c. 15.* ¶ Porculus in torculari vinario vocabatur batillus, aut uncus in media circiter fucula, qui figebatur, ut teneret funem, & dum versabatur fucula, circumplicabatur. *Car. c. 19.* Porculus in media fucula facito, &c.
Porcus, ci, m. porco, χερσβαρς, Ger. *schwein*, Gal. *porc*, *porcezu*, Hisp. *porco*, χερσβαρς, proprie dicitur sus domesticus, quemadmodum aper fetus. Suis autem appellatio utriusque generi est communis. *Cic. 2. de Leg. c. 22.* Porco fœmina piaculum pati. *Id. de Senect. Villa abundat porco, agno, hædo, gallina, &c.* ¶ Porcus Trojanus vocabatur, qui aliis animalibus inclusis fartus coquebatur, ducta metaphora ab equo Trojano armatis militibus pleno. *Macrob. l. 3. Saturn. c. 13.* Cincius objicit sculo suo, quod porcum Trojanum mensis inferat. ¶ Porcus etiam dicitur homo obesus, & pinguis. *Catull. carm. 39. v. 11.* Aut porcus Umber, aut obesus Hetruscus. ¶ Denique in fœminis pars genitalis a Latinis porcus appellatur; ex quo natus est mos, ut sponsi nuptiarum die porcum immolarent. *Var. l. 2. R. R. c. 4.* ubi alii leg. *porcam*.
Pordaca, æ, f. videtur esse vasis genus. *Ammian. l. 28.* Lucanian com pordaca, & falfula. Πορδακας græce, significat madidum, seu uliginosum.
Poreastrum, i, n. portulaca, herba. *Apul. de herb. c. 103.*
Porgo, is, a, 3. idem ac porrigo, per lyncop. *Virg. Æn. 8. v. 274.* & pocula porgit dextris. *Corippus in præf. pro munere carmina porgo.*
Porphyreticus, a, um, adiect. profferito, ad porphyriten pertinens, ut porphyreticum marmor, *Sueton. in Ner. c. 50.* Porphyretica faxa, *Lamprid. in Heliogab. c. 24.*
Porphyriticus, a, um, purpureus, a porphyræ, purpura. *Ovid.* Et porphyriaci figere labra genus. Ita reterunt quidam Lexicographi: nos Ovidii locum non invenimus.
Porphyrio, onis, m. Πορφυριος, genus avis, quæ a nonnullis *Pelecanus* dicitur. *Plin. l. 10. c. 46.* Porphyrio solus morfu bibit. Idem est proprio genere, omnem cibum aquam subinde tingens, deinde pede ad rostrum veluti manu afferens. Laudatissimi in Comagene. Rostra iis, & prælonga crura rubent. *Id. l. 11. c. 37.* Quædam neutro modo, sed ventrem proximum habent, quibus prælonga colla, & angusta, ut porphyriōni.
Porphyriton, onis, unus ex Gigantibus. *Horat. l. 3. od. 4. Claudian. in Grægonom. Eustath. ad Iliad. & Martial. l. 13. epigr. 78.* ¶ Item auriga Neronis, factionis Præfixæ. *Martial. ibid.* ¶ Item Interpret Horatii, fenior Chariō Grammatico: ab eo enim citatur.
Porphyrites, æ, m. Πορφυριτης, genus marmoris rubei, in Ægypto, a Πορφυρα, purpura. *Plin. l. 35. c. 7.* Ruber porphyrites in eadem Ægypto: ex eo candidis intervenientibus punctis leucocithides vocatur.
Porphyriticus, fucus, genus fucus purpuræ colorem referens. *Plin. l. 15. c. 18.* Primo autem provenit porphyritis, longissimo pediculo.
Porracæus, a, um, χερσβαρς, quod ad porrum spectat, quod porrum re-

fert. *Plin. l. 37. c. 10.* Heliotropium nascitur in Æthiopia, Africa, Cypro, porracæi coloris, sanguineis venis distincta.
Porreche, adv. in lungo, extense. *Ammian. l. 29. c. 32.* Sago puniceo porrecheus panis.
Porrectio, onis, estensio, ἐκτετακτος, actus porrigendi, extensio. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 60.* Digtorum enim contractio facilis, facillique porrectio propter molles commissuras, & artus nullo in motu laborat.
Porrectus, a, um, flecto, πρὸς τετακτις, extensus. *Cic. 1. Fin. At etiam Athenis statua est in Ceramico Chrysiippi sedentis porrecta manu.* *Virg. 9. Æn. v. 589.* multa porrectum extendit arena. *Plin. l. 4. c. 9.* Thefialie in porrectum longitudo, per drivo. *Minut. Fel. Porrecta camporum. Quinfil. l. 1. c. 6. (al. 10.)* Porrecta syllaba. h. e. producta. ¶ Porrecti dicuntur interdum, qui mortui jacent. *Catull. carm. 66. O dulci, v. 6.* Postquam est porrecto facta marita fene. ¶ Porrecta loca dicuntur, quæ neque montibus intersepta sunt, neque sylvis impedita. *Cæf. l. 2. B. G. c. 19.* Quem ad finem porrecta, atque aperta loca pertinebant. ¶ Porrecta frons dicitur, quæ læta est, hilaris, alacris. In rebus enim lætus cutem frontis extendere solemus, & contra in tristibus contrahere, & corrugare. *Plaut. Cæf. 2. 4. 3.* Primum ego te porrectiore fronte volo mecum loqui. ¶ Porrecta coma, *lungæ, & disseffa. Plin. l. 31. c. 2.* ¶ Est etiam partic. a porricio, pro porro jacto, dato, oblato, ut *Extæ porrecta*, idest aris imposita, ut comburantur, vel etiam jacta in mare ad Deos marinos placandos. *Var. l. 5. de L. L.* Inter cuius extæcæta, & porrecta Flamen proflus vinum legit. *V. Cæfus.*
Porriciæ, arum, f. V. Proficiæ.
Porricio, is, a, 3. jactio, do, offero. Est verbum solemnè sacrificantibus ex disciplina Haruspicum, & præcepto Pontificum, ut *Macrob. ait l. 3. c. 2.* & significat Diis porrigere, in aræ loco imponere, in fluctus exta projicere expiationis causa, offerre, sacrificare. *Neuvius apud Non. c. 2. n. 62.* Simul atrocita porricerent exta ministratores. *Plaut. Pseud. 1. 3. 32.* Si sacrificum fumino Jovi, atque in manibus exta teneam, ut porriciam. *Virg. 5. Æn.* Extaque falsos Porriciam in fluctus. Ita *Macrob.* legit. *Alii proficiam. Liv. l. 29. c. 27.* Secundum eas preces cruda exta cæca victima, uti mos est, in mare porricit, tubaque signum dedit proficiendi. *Fenestel. apud Non. c. 2. n. 660.* Et quadam exta prætere suis, quadam absente porricissem. Al. leg. *prociissem*.
Porriginofus, a, um, qui porrigine infestatur, *Plin. Valer. l. 1. c. 4.* Caput porriginofum.
Porrigo, inis, læpis, capitis vitium furfuribus velut farina oblit. *Cæf. l. 6. c. 2.* Porrigo est, ubi inter pilos quædam quasi squamulæ surgunt, æque a cute resolvuntur, & interdum madent, multo sæpius sicæ sunt, idque evenit modo sine ulcere, modo exulcerato loco. *Plin. l. 28. c. 6.* Urina porrigines sanat. *Hor. l. 2. ferm. sat. 3. v. 126.* Ungere si caules oleo meliore, caputque Cæperis impexa sædum porrigine? ¶ Dicitur etiam de aliis partibus, quæ pilis vestitæ sunt, nec solum de hominibus, sed etiam de bestiiis. *Juvenal. sat. 2. v. 79.* sicut grex totus in agris Unius scabie cadit, & porrigine porci.
Porrigio, is, exi, estum, a, 3. porgere, fenderè, πῶν, Ger. *darreichen*, Gal. *vender, bailler*, Hisp. *dar, extar*, extendo, dilato. *Plin. l. 5. ep. 16.* Vineæ per latus omne porriguntur. *Cic. pro Cæl.* Licinium autem, cum jam manum ad tradendum pyxidem porrexisset, retraxisset. ¶ Interdum est exta manu offerre. Unde Augustus, ut est apud *Macrob. l. 2. Satur. c. 4.* cum ei quidam libellum trepidus offerret, & modo porferret manum, modo retraheret, Putas te, inquit, si stem elephantum porrigere? *Cic. 3. de nat. Deor.* Esse stultitiam, a quibus bona precaremur, ab iis porrigentibus, & dantibus nolle sumere. ¶ Et quia quæ interficiuntur, in terra extenduntur, factum est, ut porrigere sit proferre, & interficere. *Martial. de spect. epigr. 15.* Et volucrum longo porrexit vulnere pardum. ¶ Manum porrigere, est ope ferre. *Cic. pro Flac. c. 7.* Sed porrigenda manu, profundendoque clamore multitudinis concitate. ¶ Manum porrigere adversus aliquem dicuntur iudices, cum lata sententia ulterius procedunt, ut ea adimpleret. *Ulp. l. a Divo Pio, §. si emptor, ff. de re judic.* Utrum adversus emptorem porrigere manus debeant iudem iudices, qui sententiam exequuntur. ¶ Herbam porrigere est victum se fateri. *Plin. l. 22. c. 4.* Summum apud antiquos signum victoriæ erat, herbam porrigere victos. h. e. terra, & altrice ipsa humo, & humatione etiam cedere. ¶ Porrigere dexteram, est datæ fidei signum. *Plin. l. 11. c. 45.* ¶ Porrigere in tempus aliquod, est protrahere, *portar innanzi, differre. Cæf. l. 2. c. 5.*
Porrima, æ, f. Nympha comes Carmentis matris Evandri, de qua V. in Postvorta. *Ovid. 1. Fast. v. 633.*
Porrima, æ, f. locus, ubi porcus crescit, vel porrorum uno in loco constitorum multitudo. *Scæv. l. defuncta, ff. de usufr.* Sempronio do, lego ex redivo, fructum oleris, & porrinæ. Adde *Car. R. R. c. 47.*
Porro, adv. *dalungi, πῶν*, procul, longe, in anteriorem partem, ultra, ulterius, a græca voce allata. *Virg. 6. Æn.* Quæ sunt ea lumina porro. *Liv. l. 1.* Ex loco infesto agere porro armentum concepit. *Id. l. 8.* Si ire porro pergas. ¶ Quandoque temporis adverbium est, & significat longè post. *Virg. 5. Æn.* Hinc maxima porro accepit Roma, & patrium servavit honorem. Ubi *Serv.* Porro, per longum intervallum: & est adverbium temporis. Sic dicimus, Lycurgus non porro ab Homeri temporibus fuit. ¶ Interdum ponitur pro deinde, postea. *Terent. Hec. Quid restat, nisi porro ut miser fiam?* ¶ Aliquando est adverb. ordinis, pro deinde, præterea. *Terent. And. 4. 4. 10.* Move ocyus te, ut, quid agam, porro intelligas. *Id. Phorm. 1. 1.* Porro autem Geta ferietur alio munere. idest præterea vero. Aliqui exponunt & vero. *Cic. l. 4. Fam. epist. 9.* Non est porro tuum, uno sensu solum oculorum moveri. *Id. 3. Ver.* Hominibus & natura, & disciplina levissimis, porro autem Pop. Rom. conditione sociis, fortuna servis. *Jallust. in Catil.* Porro autem anxius erit. Aliqui explicant, sed, verum. ¶ Est item adverb. confirmandi, pro certe, sane, profecto. *Cic. pro Planc.* Nihil porro tam inhumanum, tam immane, tam ferum. ¶ Nonnunquam adverb. hortantis, pro age, agetur, aja. *Virg. 9. Æn.* Percipe porro, quid dubitem. *Cic. 4. Fin. c. 27.* Perge porro: nam de isto magna dissensio est. ¶ Nonnunquam adverb. intendendi, pro valde. *Cic. de Sen. Qui se porro pueros a senibus audivisse dicebant.* ¶ Est etiam conjunctio, & sumitur pro vero, autem. *Cic. pro Mil. c. 9.* Eum porro summo consensu Pop. Rom. Consulē fieri videbat. *Id. pro Rosc. Amer.* Jam porro videte cætera Judices. *Id. 7. Ver.* Age porro tu, qui te tam religiosum existimari voluisti interpretem fœderum. ¶ Vel pro etiam. *Cic. 5. Fin. Ea nos mala dicimus, sed exigua, & porro minima.* Aliqui explicant, longe minima. *Id. 3. Ver.* Neque enim perfacite dicta, neque porro hac severitate digna sunt. ¶ Sæpe est conjunctio plectiva, ornatus tantum gratia addi solita. *Terent. Andr. 1. 5.* Adeon me ignavam putas, adeon porro ingratum, & inhumanum? ¶ Porro Quiritis, vox est exclamantis, & Quiritium opem implorantis. *Liber. apud Macrob.* Porro Quiritis! libertatem perdidimus. *Auct. Priapeor. carm. 25.* Porro Quiritis, aut præcidite, &c. Adde *Terul. adv. Valentin. c. 14.*
Porrum, i, n. porro, Ger. *lauch*, Gall. *porreau*, Hisp. *puerro*, γράσων, 8c-

genus oletis. *Plin. l. 19. c. 6.* Porrum feritur femine ab æquinoctio Autumnino. ¶ Porrum est duplex, capitatum, & fectile. De utroque agit *Plin. l. 20. c. 6. Martial. l. 3. epigr. 47.* Et utrumque porrum, fectileque lactucas. *Juven. sat. 3. v. 293.* Quis fectile porrum, quis tecum elixi vervecis labra comedit?

Porrus, i, m. idem ac porrum. *Cit. l. 4. c. 6.* Aut jus, in quo porrus cum pullo gallinaceo decoctus est. *Martial. l. 13. epist. 19.* Mittit præcipuos nemoralis Aricia porros.

Lars Porfena, Rex Clusinarum, qui erant populi Hetruriz. Hic precibus L. Tarquinii Superbi bellum Romanis intulit, ut eum in Regnum restitueret, Romamque obedit. Sed post multa virtutum exempla, quæ in Romanis admiratus est, præsertim in P. Horatio Cocle, & in C. Mucio Scaevola pacem ultro petit, & Tarquiniorum defensionem deseruit. *Liv. l. 2.* ¶ Penultima in *Porfena* brevis est. *Martial. l. 1. epigr. 22.* Hanc spectare manum Porfena non potuit. *Virgilius* produxit positione duplicis *nn*, B. *Æn. v. 647.* Nec non Tarquinium eiecitum Porfena jubebat Accipere.

Porta, æ, f. *porta*, פֶּתַח, Ger. *shor*, Gal. *porte*, Hisp. *puerta*, פֶּתַח, a ditus urbis, vel alterius loci vallo, fossate muniti, & generatim aditus domus, & cuiuscunque rei. Est a *porto*, quia per portam res importantur, & exportantur. Altera quoque nominis ratio afferitur. Nam olim, cum urbem novam conderent, aratro urbis futuræ spatium designabant, ubi vero introitus, & exitus futurus erat, aratrum a designatore portabantur: unde portas nominatas volunt. Quomodo differat a *janua*, V. in *Janua. Cic. 4. Fin. Si Annibal ad portas venisset. Id. Att. l. 8.* Effere pedem porta. *Manil. l. 4. v. 604.* Hac ubi se primum porta mare fudit ab alta. *Virg. 1. Æn. v. 85.* Qua data porta, ruunt. ¶ Portæ item per similitudinem quandam montium fauces dicuntur in maximas angustias coarctatæ, cuiusmodi pleræque in diversis Tauri montis partibus a Cosmographis commemorantur, ut Capizæ Portæ. *Plin. l. 6. c. 11.* ¶ Porta cæli est hemisphærium, sive semiglobus cæli. *Virg. 3. Georg. Quem super ingens porta tonat cæli.* ¶ Portæ jecoris dicuntur de hepatis parte sima, ubi duæ parvæ sunt protuberantiæ, quas idcirco veteres portas dixerunt, quod crederent, per eas omnem chylum in hepar deferri. Vena quoque ibidem exorta, & per viscera abdominis dispersa vena portæ propterea vocatur. *Cic. 2. de nat. Deor. Per vias quædam a medio intestino usque ad portas jecoris.* ¶ *Portæ* in dat. plur. dixit *Gell. historic. teste Charif. l. 1. pag. 40. V. dicta in Ætina.* ¶ *Porta istineri longissima est*, proverbium apud *Par. l. 1. R. R. c. 2.* quo significatur, in apparatu negotii plus infumi aliquando temporis, quam in ipso negotio.

Portabilis, le, adject. *portabile*, qui portari potest. *Sidon. l. 8. ep. 11.* Portandus quidem, sed portabilis. *Augustin. ep. 34.* Onus tolerabilius, & portabilius.

Portatio, onis, f. *il portare*, gestatio, transvectio. *Vitruv. l. 10. c. 1.* Portationes eorum non essent, nisi plaurstrum inventæ essent machinationes.

Portatus, us, m. *portatus*, χερσενος, actus portandi. *Plin. l. 9. c. 35.* Tædia exquisita portatio portatu. Rectius tamen alii *meportatus. Sil. c. 12. v. 443.* Perque aversa tulit portatus in arva carinas. Alii legunt *portatas*.

Portendo, is, di, tum, a. 3. *significare, monstrare da lungi*, פֶּתַח, Ger. *vordeuten*, Gal. *predire, signifier*, Hisp. *significar, εἰσαγγαλίσσει*, a longe ostendo, præmonstro, a *porro*, & *tendo. Cic. 1. de Div. Populo commutationem rerum portendit fore. Id. 2. de nat. Deor. Quæ tum dormientibus, tum vigilantibus portenduntur. Plaut. Pæn. 5. 4. 24.* Nimis voluptatis est, quod in extis nostris portentum est, foror.

Portentifer, a, um, adject. portenta ferens, portentosus. *Ovid. 14. Metam. v. 55.* Hunc Dea prævitiat, portentiferisque venenis inquinat. Al. leg. *portentificusque.*

Portentificus, a, um, adject. portentosus. *Lactant. l. 2. c. 13.* Portentificas animalium figuras commenti sunt. V. *Portentifer.*

Portentiosus, a, um, *mostruoso, prodigioso*, Ger. *wundergestaltig*, Gall. *merveilleux, monstrueux*, Hisp. *prodigioso, repugnante*, quod portentum facit, portento simile. *Cic. 2. de Div. c. 28.* Si quando aliqua portentosa aut ex pecude, aut ex homine nata dicuntur. *Sueton. in Domit. c. 4.* Puerulus portentosus, parvoque capite. *Plin. l. 36. c. 13.* Dicamus & labyrinthos, portentosissimum humani ingenii opus. *Senec. epist. 87.* Quo quid fieri portentosius potest.

Portentum, i, m. *mostru, prodigio*, פֶּתַח, Ger. *ein zeichen*, Gall. *prodige, prodigio, milagro, tejos*, monstrum, ostentum, prodigium, a *portendo*, quia præmonstrat, aliquid futurum esse, ut cum insolita corpora in aere apparent, ut cometæ, turbines, & sereno cælo tonitrua. *Cic. 2. de nat. Deor. Prædictiones vero & præsentiones rerum futurarum quid aliud declarant, nisi hominibus ea, quæ sint, ostendi, monstrari, portendi, prædici? ex quo illa ostenta, monstra, portenta, prodigia dicuntur. Id. 2. de Div. Nec, si id factum est, quod fieri potuit, portentum debet videri. Id. de Prov. Conf. Gabinius, & Pisonem duo Reip. portenta, ac pene funera. ¶ Dicitur etiam de bono omine. Virg. 8. Æn. Ne quare profecto, quem casum portenta ferant. Ubi Serv. Modo bona omnia, quæ victoriam portendunt. ¶ Aliquando etiam portenta dicuntur fitiones, & mendacia rerum naturæ repugnantia. Cic. 1. Tusc. Aut quid negotii est hæc Poetarum, & fisionum portenta convincere?*

Porthmæus, m. 2. per duas syllabas, πορθημῆς, portitor, transfretator, qui homines trans fretum navigio vehit, a *πορθημῆς, fretum. Juven. sat. 3. v. 265.* Jam sedet in tipa, tetrumque novitus horret Porthmæus.

Porticatio, onis, f. porticum complexus, porticus, *Martian. l. Funeris. Dig. de relig. & sumpt. fun.* In circuitu porticationes.

Porticula, æ, f. parva porticus. *Cic. l. 7. Fam. ep. 23.* Exhedria quædam mihi nova sunt instituta in porticula Tusculani.

Porticus, us, i. *portico*, פֶּתַח, Ger. *gang*, Gal. *porche*, Hisp. *portal*, פֶּתַח, locus amplus, & spatiosus, umbrarum, & deambulationis gratia ædificatus, recto inclutus propter repentinis imbres. *Cic. Att. l. 4.* Eaque cingemus excelsa porticu. ¶ Multæ Romæ insignes furre porticus, omnium tamen magnificentissima fuit, quæ a Pompejo ædificata, *Pompeja*, vel *Pompejana* dicebatur. *Cic. pro Dom. Vix pars ædium mearum decima ad Catuli porticum accessit. Ovid. 1. de Arte. Tu modo Pompeja lentus spatiare sub umbra. ¶ Metonymice ponitur pro secta Stoicorum, quia Stoici in porticu Athenis philosophabantur. Cic. 4. Acad. Qui fulcire putatur porticum Stoicorum? ¶ Interdum sumitur pro tabernaculo, sive teatorio. Cic. 2. Tusc. c. 16. Namque Æsculapii liberorum faucis opplent porticus. Loquitur de Podalirio, & Machaone, qui ad Trojam tabernacula habebant. Col. l. 9. c. 7. Convenit alvearia porticibus supermuniri.*

Portio, onis, *porzione, parte*, פֶּתַח, Germ. *ein theil*, Gal. *portion*, Hisp. *parte, μέρος*, pars, quasi partio, a *parvi. Cic. 7. Ver. cap. 21.* Quin Mæmerthinus pro portione imperaretur. *Plin. lib. 8. cap. 28.* Circa quod portio magna mortalium hæret. *Id. l. 11. c. 37.* Cerebrum omnia habent animalia, quæ sanguinem, sed homo portione maximum, a *proportione*.

Portionalis, le, adject. particularis. *Tersul. de virg. veland. c. 4.* Subiectum est portionale universali.

Portifculus, i, m. *comio, agucetio, κελάρης*, qui remigibus dat signum.

Non. l. 2. n. 637. Portifculus proprie est hortator remigum, hoc est, qui eandem perticam tenet, quæ portifculus dicitur, quæ excutitur, & rehortamenta moderatur. Afferit autem exempla ex *Ennio*, & *Labrio*. Nictus est, quod in portu modos det remigibus, ut ex *Ælio Stilone* tradit *Festus*. ¶ Sumitur etiam pro signo, seu instrumento, quo remigibus datur requies, ac modus, idest pro pertica, vel malleo. *Fest.* Portifculus est, qui in portu modum dat classi. Id autem est malleus. V. *Idem*. Ad loquendum, atque ad tacendum tute habes portifculum.

Portito, as, a. 1. freq. a *porro. Gel. l. 20. c. 1.* Crumenam plenam affium portitans.

Portitor, oris, m. qui aliquid portat, a *porro. Sidon. l. 6. epist. 3.* Portitor apicum. h. e. tabellarius. *Sen. l. 1. Theb. v. 693.* Languet Hyperboreæ glacialis portitor urfæ. ¶ Portitor item, πορθημῆς, dicitur, qui homines in ulteriorem fluvii ripam, vel de litore maris ad navem, aut de navi ad litus trajicit. *Virg. 6. Æn.* Portitor has horrendus aquas, & flumina servat Terribili squalore Charon. ¶ Urupatur etiam de publicano, idest de eo, qui portorium, scilicet fructus pecuniariorum ex portu conducit, quique nomine portorii ripem a venientibus exigit. *Don. in Ter. Phorm. 1. 2. Cic. 1. Off. c. 42.* Improbantur ii quæstus, qui in odia hominum incurunt, ut portitorum, ut feneratorum. Alia exempla ex *cod. Cic. & Plauto* afferit *Nonius c. 1. n. 65.*

Portiuncula, læ, f. *picciola portione, μέρος, Ulpian. Dig. l. 39. tit. 2. leg. 15.* Si modica portiuncula ædium amplissimum vitium faceret.

Porto, as, avi, atum, a. 1. *portare*, נושא, Ger. *tragen*, Gal. *porter*, Hisp. *llevar*, φέρω, fero, gero, gesso, a *φέρω, onus. Cic. ad Q. Fr.* Cum hominem portare ad Bajas Neapoli octophoro. *Id. 2. Off.* Ad exemplum amissi imperii portari in triumpho Maffilium vidimus. ¶ Est etiam navibus, aut jumentis aliquid vehere. *Virg. 2. Æn.* Portantur avari Pymalionis opes pelago. ¶ Dicitur item de rebus incorporatis. *Virg. 9. Æn.* Multa patri portanda dabat mandata. *Sallust. in Catil. Sociis, atque amicis auxilia portabant. Ter. Andr. 2. 2.* Dii boni, boni quid porto? *Id. ibid. sc. 6.* Portare fallaciam alicui. *Id. Heaut. 4. 1. 12.* Nescio quid peccati portet hæc purgatio. hoc est, hæc excusatio arguit peccatum aliquid.

Portorium, ii, n. 2. *nolo*, Ger. *zoll, fuchr lochn*, Gal. *peage, port*, Hisp. *stere*, πορθημῆς, naulum, & mercès, quæ datur portitoribus, idest iis qui nos cymba, vel ponte trans fluvium, vel fretum trajiciunt, a *portando. Plaut. Trinum. 4. 4. 15.* Solutum est portorii jam portorium. ¶ Portorium etiam fuit vectigal, quod capiebatur ex rerum importatione, & exportatione, per maria, flumina, lacus, stagna, quod qui redimerent, portitores sunt appellati. *Cic. 1. de Inv.* Nam si Rhodius turpe non est portorium locare. *Id. pro Font.* Nomen portorii in singulas amphoras vini quatuor denarios exigere. *Id. in Pison.* Imponere portorium singulis rebus. *Id. Ver. 4.* Portorium dare pro re aliqua.

Portuensis, se, Menfores Portuenses in *Cod. Theod. lib. 14. tit. 4. leg. 9. & Inscript. apud Gruter. pag. 471. n. 1.* erant, qui annonam Tiberi a Caudicariis advectam metiebantur, & in horrea publica deferabant. Dicitur sunt a Portu Romano, quod fuit oppidum Hetruriz cum portu prope Ostiam, & fauces Tiberis.

Portulla, æ, *porticella*, פֶּתַח, parva porta. *Liv. l. 25. c. 9.* Philomenes portulla affueta venationem inferens.

Portullana, æ, *portcellana, ἀνδράχνα*, genus herbæ. *Turnebo l. 8. c. 1. 23.* rectius dici videtur *portulaca*, nempe quia foliis portulas imitatur, & portulas habere videtur. Vel cum Salmasio potius scribendum *portulaca*, ut a portula sit nomen. Unde & Græcis χυροδόντων dicitur; & Latinis olim dicebatur porticella, & porcacia. De portulaca scribit *Plin. l. 20. c. 20. & l. 25. c. 13.*

Portulaca. V. *Portulaca*.

Portunalia, ium, n. 2. *παλæμονεια*, sacra in honorem Portuni, seu Palæmonis. Differabant ab Isthmiis. Nam Isthmia erant certamina in honorem Neptuni. Deinde Portunalia nostru agebantur, & initiandi magis, quam spectaculi speciem præ se ferebant. *Varr. l. 5. de L. L.*

Portunus, m. 2. seu Portumnus, παλαιμων, Deus marinus, qui portubus præest, idem ac Melicerta, & Palæmon. Sed *Grotius* docet ad l. 1. Capellæ hoc nomine nunc Palæmonem, nunc Neptunum signari. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 26.* Nomenque productum, ut Portunus a portu, sic Neptunus a nando, paullum primis literis immuratis. Adde *Virg. 5. v. Æn. v. 241.*

Portuobus, a, um, λιμενικός, quod multos portus habet. *Cic. 3. de Or. c. 19.* Ut Philosophi tanquam in superum mare Jonium defluerent Græcum quiddam, & portuosum. *Sallust. in Jug. c. 16.* Pars Numidiz portuosior. *Plin. l. 4. c. 12.* Insularum portuosissima.

Portus, us, m. *porro*, ΠΟΡΤΟΣ, Ger. *ein schiff port*, Gal. *port*, Hisp. *puerto*, λιμῆς, locus in litore conclusus, ubi naves consistunt ab hyemis, tempestatumque injuria liberæ. *Cic. pro L. Man.* An vero ignoratis, portum Cajetæ celeberrimum, atque plenissimum navium, inspestante Prætoris, a prædonibus esse direptum? *Id. 6. Ver.* Quæ duobus portubus cincta in utriusque portus ostium, aditumque projecta est. *Id. 1. Fam. ep. 9.* Portum tenere. *Hor. l. 1. od. 14.* Portum occupare. Sic dicimus, e portu solvere, prodire, portum ingredi, capere, in portum deferri, invehi, pervenire, se recipere, in portum naves cogere, conjicere, &c. *Cic. Cæf. Virg.* & alii. ¶ Translate usurpatur pro loco tuto, & quoddam adverbium rerum perlugio. *Cic. pro Syll.* Quo facilius vento aliquo in optimum quemque excitato possit in malis Reip. portum malorum suorum aliquem invenire. ¶ Res in portu esse dicitur, h. e. in tuto, & extra omne periculum. *Plaut. Merc. 4. 7. 49.* In portu res est. ¶ In portu navigare, prov. est securum esse, & omni periculo defunctum. *Ter. in Andr. 3. 1. 22.* Nunc hujus periculo sit, ego in portu navigo. ¶ Impingere in portu, est in ipso statim operis initio peccare. *Quintil. l. 4. c. 1.* ¶ Portum pro domo usurpasset veteres, testis est *Festus*, afferens exemplum ex *Leg. XII. Tab.* Inquit enim *Ulpian. l. 59. de Verb. sign.* Portus est locus conclusus, quo importantur mercès, & inde exportantur, eaque nihilominus statio est conclusa atque munita: inde angiportus dicitur est. V. *Angiportus*.

Porus, i, m. *poro*, ΠΟΡΟΣ, transitus, meatus, via a *πείρω, transire*. Speciatim dicitur de meatu, per quem urina a vesica exit. *Plin. l. 20. c. 21.* Succus decoctæ pori meatus suaves facit. In quibusdam MSS. legitur *permeatus* pro pori meatu. ¶ Est etiam genus lapidis candore, & duritia Partii marmoris cadaveribus afferendum idoneum. *Plin. l. 36. c. 17.* Parioque similis candore, & duritia, minus tamen ponderosus, qui porus vocatur.

Posca, æ, f. i. *οἶνον ποσειν*, potiois genus, quod ex aquæ, acetique mixtura conficitur. Alii vinum secundarium, sive lora interpretantur. Est a *πῶς, bibo*, ut etica ab *ἴδω, edo*. Apud Celsum *pusca* per u legitur. *Plin. l. 30. c. 7.* Tormina fedat palumbus ferus ex posca decoctus.

Poscinummius, a, um, adject. qui nummos poscit, ut poscinummiæ metreticum basia, apud *Apul. l. 10. A. A.*

Posco, is, poposci, sine sup. *domandare*, פֶּתַח, Germ. *fordern*, Gall. *demander*, Hisp. *demandar*, αίτω, peto. Donatus *posco* a *postulo* distinguit,

quit, his verbis: Poscimus imperiose, postulamus jure. *Cic. Per.* Nemo tam auidax, qui posceret, nemo tam impudens, qui postulare, ut venderet. Sed hæc differentie non observantur. Coniunctum cum acc. *Cic. 2. Fin.* Quorum e numero primum est aufus Leontinus Gorgias in conventu poscere quaestione. ¶ Vel cum duobus accusativis. *Cic. 3. Ver. c. 3.* Et parentes pretium pro sepultura liberum posceret. Adde *Liv. 1. 27. c. 24.* ¶ Vel cum acc. & abl. cum præp. a, vel ab. *Cic. 4. Ver.* Si hoc a me numeris non universa provincia poposcisset. ¶ Vel cum conjunctivo, & particula ut. *Juv. Sat. 5. v. 112.* Poscimus, ut cænes civileret. ¶ Aliquando est provocare. *Virg. 8. Æn.* Haud acrem dubites in prælia poscere Turnum. *Cic. 3. Ver.* Poscunt majoribus poculis. idest provocant se mutuo ad largius potandum. ¶ Aliquando indicare rem venalem, & pretium ejus taxare. *Plaut. Merc. 2. 4. 22.* Tanti, quanti poscit, vin? tanti emam illam? ¶ Aliquando require-re, exigere. *Cæf. 4. B. G.* Ad quos se celeriter, cum usus poscit, recipiunt. ¶ Aliquando vocare. *Plaut. Cure. 5. 3. 5.* Clamore hominem posco. *Virg. 8. Æn. v. 573.* Ego poscor Olympo. Poscere aliquid reum, est accusare. *Liv. 1. 1.* ¶ Poscere sibi, pretendere, arrogari. *Cic. pro Rosc. Amer. c. 13.* Audacia partes Roscii sibi poposcerunt. ¶ Poscere aliquid, pro polliceri. *Ter. Heaut. 3. 3. 44.* Cliniam orat, sibi ut id nunc det, illam illi tamen post daturam mille nummum poscit. *Plaut. Merc. 2. 3. 102. de auctiorantibus loquens.* Nequicquam poscit; ego habeo. Ch. At illic pollicitus est prior. De nihili facio. ¶ *Peposci* pro poposci, dixerunt antiqui, teste *Gell. 1. 7. c. 9.* ex *Valerio Anstiate.*

Posca, vel Posia, ὄσκα, f. olivae, seu oleæ genus, de qua *Cato de R. R. c. 6. Varr. 1. 1. R. R. c. 24. & Colum. 1. 12. c. 47.*

Posidiansus, a, um, adject. ut Posidiansæ aquæ apud Bajas, quæ a Posidio Claudio Cæsaris liberto nomen acceperunt. *Plin. 1. 31. c. 2.*

Posidium, vel Posideum, i, n. promontorium & oppidum Joniæ, oraculum Branchidarum appellatum, nunc *Capo di Melaxo.* *Plin. 1. 5. c. 29.* ¶ Item promontorium in finibus Macedoniæ, *Id. 1. 4. c. 10.* ¶ Item aliud in Syria. *Id. 1. 5. c. 20.*

Posidonia, ὄσιδωνία, eadem ac Jonia, regio Asiæ minoris, a ὄσιδωνίᾳ, Neprunus. ¶ Item urbs Lucania, al. Pæstum, *Plin. 1. 3. c. 5.*

Positio, onis, sitio, positura, הַשְׁתָּרָה, Ger. gelegenheit, Gal. afficte, Hisp. postura, ὑποτάξις, constitutio, situs. *Cic. pro Flac. c. 26.* De quorum urbis positio, propter pulchritudinem, etiam inter Deos certamen fuisse proditum est. *Cal. 1. 1. c. 6.* Naturalis calor contingit positione cæli, & declinatione. Ubi positio calis ponitur pro situ, vel situ ad aliquam partem, vel Solis partem. Alii aspectum vocant. *Quint. 1. 3. c. 7.* Illa propria, quæ ex loci positione, aut munitione sunt. ¶ Syllabam didicimus esse longam positione, vel positura, cum vocale duæ consonantes immediate sequuntur, ut *Terra, astra, Diomed. Grammat. 1. 2. & Quint. 1. 9. c. 4.* ¶ A Dialecticis, & Rhetoricis positiones appellantur *ῥίσις*, ipsa veluti fundamenta, quibus argumenta inniuntur. *Quint. 1. 2. c. 10.* Quin aliquando etiam argumenta ex ipsis positionum vitis ducimus. Adde *1. 1. c. 3.* ¶ Constituitur cum infinitivo est vocis terminatio, desinentiæ. *Quint. 1. 1. c. 4.* Aut quæ feminina positione mares, aut neutra terminas significant. ¶ Positio in pronunciando dicitur syllabæ depressio, & sublationi, seu elevationi opponitur; illa a Græcis *ῥίσις* dicitur, hæc *ἀπόσις*, *Quint. 1. 9. c. 4. Diomed. Grammatic. 1. 3.* ¶ Apud Philosophos positio dicitur, cum aliquid dicendo ponitur, seu, ut barbari loquuntur, cum essentia rei positiva exponitur: huic contraria est detractio, seu privatio, quæ rem privative explicamus. *Sen. epist. 87.* Paupertas non per positionem, sed per detractorem dicitur, vel, ut antiqui dixerunt, per orbationem: Græci dicunt *σίνισις*.

Prædicativus, a, um, adject. vox philosophorum, ut prædicativa propo- sitio, apud *Apul. de Syllogismo,* quæ rem aliquam absolute explicat, & cui conditionalis opponitur.

Præfector, oris, m. idem ac Præfectus. Vetus lapis Romæ, quem refert. *Ferret. in Mus. lapid. pag. 276.* Sextilius Agestilius Præfector per Hispanias.

Præfectorius, a, um, qui præfectura perfunctus est. *Ulp. de Senat. l. 1.* Sed vir Præfectorius an feminæ Consulari præteratur, videndum.

Præfectura, æ, *Præfectura*, ἐπιτροπή, πρῶτον, officium, vel dignitas Præfecti. *Cicer. Att. l. 5.* Præfecturam petivit: negavi, me cuiquam negotiis dare. *Cæs. l. 8. B. G. c. 12.* Præfectura equitum. ¶ Sumitur item pro administratione alicujus urbis, vel provincie, & pro ipsa urbe, vel provincia, in quam Præfectus mittitur. Persæ vocant Satrapiam, Ægyptii Nomon, Græci Eparchiam, Prostatiam, Strategiam. *Plin. l. 5. c. 9.* Ægyptus dividitur in Præfecturas oppidorum, quas Nomos vocant, Ombiten, Phathuiten, &c. ¶ Apud Romanos Præfecturæ erant urbes Italice cum suis agris, quarum populi, cum iniqui, ingratiue erga Pop. Rom. fuissent, ac fidem datam semel, atque iterum sefellissent, tandem, ubi in potestatem, ditionemque sunt adducti, propriis legibus,isque Magistratibus, qui imperium, & jurisdictionem exercebant, spoliati fuere, & Magistratum Romanorum arbitrio regi ceperunt, qui in eas urbes singulis annis nomine Præfectorum mittebantur. Formula enim Præfecturæ non longe a provincie formula videtur abuisse. Ut enim quotannis in Provinciis Praetores Roma mitti soliti, sic in Præfecturas Præfecti, qui eas administrarent, ac jus dicerent. Deinde Praetores, & Præfecti non legibus perpetuis, quæ a Pop. Rom. date essent, Provincias, & Præfecturas regebant, sed arbitrariis, id est edictis, quæ ipsi promulgabant. Itaque inter omnes Italicas civitates Præfecturarum conditio infima erat, & incommodissima. *Sigon. de ant. jur. Ital. l. 2. c. 10.* *Cæs. Feß.* Præfecturæ eæ appellatur in Italia, in quibus & jus dicebatur, & nundinæ agebantur, quarumque quedam erat Respublica, neque tamen Magistratus suos habebant, sed quotannis ad eas Præfecti mittebantur, qui eis jus dicerent. *Cic. de nat. Deor. Cum e Præfectura Reatina Romam venienti noctu duo juvenes cum equis albis dixissent, &c.*

Præfectus, i, m. *Præfetto*, ἐπίτροπος, qui rei alicui agendæ præpositus est, a *præficiendo*, ut præfectus moribus, qui ad componendos mores est constitutus, al. Censor. *Cic. pro Cluent. Tu es Præfectus moribus? tu Magister veteris disciplinae, & severitatis? Idem post Redit.* His utitur quasi Præfectis libidinum suarum. ¶ Præfectus Urbis, vel Urbis, Magistratus Romæ, qui urbanis negotiis præerat. *Gell. l. 13. c. 16.* Qui Præfectus Urbis, & abse Consul fuit. A principio creabatur, quotiescunque Regem ab urbe abesse oporteret. Reipublicæ tempore creabatur, quoties Consules, & alii Magistratus in Monte Albano Feriis Latinis operam darent. Sub Imperatoribus magistratus hic cepit esse perpetuus; multaque Reipubl. partes ejus procuracioni tributa sunt, quas enumerat *Ulpian.* variis locis. ¶ Præfectus Prætorio, fuit Magistratus Romæ, temporibus Cæsarum, talis apud Cæsares, quales apud Reges fuerant Tribuni Celerum, & apud Dictatores Magistrum equitum, qui disciplinae militari præerat, & secundas post Cæsarem partes gerebat. *Sueton. in Claud. & Cod. Justin. de Præf. Prætor.* ¶ Præfectus Vigilium, fuit Magistratus Romæ, qui cum septem cohortibus invigilabat, ne Urbis incendiis flagraret, neve scelera noctu in Urbe admitterentur. Creatus fuit ab Octaviano Augusto. Nam etiam apud veteres Romanos incendiis arcendis Triumvirum nocturni præerant, nonnunquam etiam Aediles, & Tribuni Plebis intervenient, familia publica circa portas, & muros disposita, quæ inde si opus esset, vocabatur; estis essent & privatæ familiarum, quæ incendia vel mercede, vel gratia extinguerent, ut ait *Paul. l. 1. ff. tit. 15. n. 1.* tamen pluribus uno die incendiis exortis, teste *Ulp. ibid. n. 2.* quibus occurrere, suisque facere non posse eos apparet. D. Augustus salutem Reipublicæ tueri nulli magis credens convenire, quam suis diligentiæ, nec alium sufficere ei rei, quam Cæsarem, coercendum incendiolorum causa septem cohortes opportunis Urbis locis disposuit, ita ut binas regiones (tunc enim quatuordecim erant) unaquæque cohors tueretur, præpositis eis Tribunis, & super omnes spectabili viro, qui Præfectus Vigilium appellaretur. ¶ Apud Præfectum Vigilium erat cognitio omnium scelerum, quæ nocturno tempore fieri solerent, præsertim de incendio & latrocinio. Cognoscebat laudem de incendiariis, effractoribus, furibus, raptoribus, & receptoribus, nisi siqua tam atrox, tamque famosa esset persona, ut ad Præfectum Urbis remittenda videretur. *Ulpian. & Paul. J. c. i.* ¶ Præfectus annonæ, Magistratus Romæ fuit, extraordinarius, qui rei frumentariæ curam gerebat. *Liv. l. 4.* ¶ Præfectus Ærarij, qui publicæ pecuniæ custodia & cura demandata erat. *Tejoriere. Id.* ¶ Præfecti Provinciarum erant, qui Provinciis præerant. Sed potius appellabantur Praetores, vel Proconsoles, vel Præsides, vel Corretores. Ex *Sigon. de ant. jur. Ital. l. 1. c. 26.* *Cic. Att. l. 5. epist. 4.* De quinque Præfectis quid Pompejus facturus sit, faciam, ut scias. ¶ Præfectus Augustalis, fuit Præfectus Ægypti, cui imperium ad similitudinem Proconfulis lege sub Augusto datum est. *Ulp. l. 1. ad edict. l. 1. ff. tit. 16.* ¶ Præfectus in militia dicebatur, qui alicui ordini præerat. Singulorum enim ordinum aliquando Præfecti creati sunt. Hoc est, quod sæpe de Præfectis alarum, & cohortium, &c. legitur apud *Tac. Cæs. & Sueton.* Sic Præfectus castrorum, *Marescallio di Campo, Tac. Sueton.* ¶ Præfectus fabrum, fuit Magistratus militaris, cui artifices, qui castra sequebantur, ut fabri lignarii, carpentarii, ferrarii, & cæteri, qui ad fabricia aedificia deputati erant, obtemperabant. *Cæs. ad Oppium post epist. B. l. 8. Cic. ad Att. Jam duo Præfecti fabrum Pompeji in meam potestatem venerunt.*

Præfericulum, vas æneum, sine ansa, patens veluti pelvis, quod prætere in sacrificiis solebant. *Fest.*

Præfero, fers, tuli, latum, a. anom. *portare innanzi*, הפקיר, Germ. *fürsetzen*, Gall. *preferer*, Hisp. *preferir*, *προφέρειν*, ante fero. *Cic. 6. Ver.* Dextra ardentem faciem præfererat. *Id. l. 1. Car. c. 6.* Præferre faciem ad libidinem. ¶ Translate sumitur pro ostendere, prænuuntiare, signo illustri indicare. *Cic. pro Rojc. Amer.* Avaritiam præfers, qui societatem coeris de municipiis, cognatitiam fortunis cum alienissimo. *Curt. l. 4. c. 10.* Vultus tuus nescio quod ingens malum præferet. ¶ Præferre etiam est præponere, antepone. *Cic. 6. Phil.* Quem vos hominem a se ortum hominibus nobilissimis omnibus honoribus prætulistis. *Id. 2. de Orat. c. 84.* Præferre se aliis. *Colum. l. 2. c. 3.* Adeo ut multi prætulissent carere penatibus: hoc est maluerint. *Plin. l. 12. c. 21.* Præfertur illa bonitate olei. ¶ Item anticipare. *Liv. l. 39. c. 5.* Ne plus in triumpho certaminum, quam in bello haberet, prætulit triumphum diem. *Cæs. l. 1. B. C.* Præfertur opinio. h. e. jaclatur. ¶ Præferre opem, pro afferre. *Jtas. 6. Theb.*

Præferox, ocis, o. *πρωτόγυρις*, valde ferox. *Liv. l. 5. c. 36.* Præferoces legatos, Gallisque magis, quam Romanis, similes habuisset.

Præferratus, a, um, *ferrato in cima*, *προσπερρημένος*, cuius anterior pars ferro munita est. Pilum præferratum est, quod ferrum habet in summitate, quo Hetruscis olim utebantur ad pinsenda grana, diversumque est a pilo ruideo, quod sine ferro est, ad usum molarum, quas aqua versat, ut *Plin. l. 18. c. 10.* ¶ Sumitur etiam pro eo, quod ferro vinctum est. *Plaut. Pers. l. 1. 22.* Pluficulum annum fuit præferratus apud

molas Tribunus vapularis.

Præservidus, a, um, *πρωξυτος*, valde servidus. *Col. l. 3. c. 1.* Nisi tamen glaciali, vel præservida. Translate *Liv. l. 9. c. 18.* trux, ac præservida irata.

Præfestinatim, adverb. idem ac præfestine. *Sifen. apud Non. c. 2. n. 708.* Judices, quos vellet, instituerent præfestinatim, & cupide.

Præfestinatus, a, um, *accelerato. Colum. l. 11. c. 2.* Quia neque præfestinatum opus nimium immature videri possit ante quindecim dies factum.

Præfestine, adv. *πρωξινεως*, valde celeriter. *Plaut. Rud. 2. 5. 4.* Ut sine labore extraxi hanc præfestine fatis. Ita quidam Lexicographi sed rectius alii *præfestine*, vel *præfestini*.

Præfestino, as, n. 1. *πρωξινω*, ante tempus festino. *Liv. l. 23. c. 14.* Ne deficiere præfestinarent. *Plaut. Rud. l. 2. 31.* Qui præfestinuit, ubi heres addit, præloqui. ¶ Significat etiam festinando præcurrere, præterire. *Tac. Ann. 5. c. 10.* Toronæum, Thermæumque sinum præfestinans, mox Eubæam, angustias Isthmi evadit.

Præficia, æ, f. *ἡ Ἐπιτροπή*, mulier in exsequiis ad plorandum pretio conducta, ut familiaribus, & cæteris flere cupientibus suo ejaculato, suisque lacrymis præret. Unde dicta sit, docet *Festus*. Præficia, inquit, dicuntur mulieres ad lamentandum mortuum conductæ, quæ dant cæteris modum plangendi, quasi in hoc præfeste. ¶ Nænia quasdam in laudem mortuorum canere solebant, quæ tamem ineptæ erant, & nugacæ, mutatoque nomine in omnes conveniebant. *Plaut. Truc. 2. 6. 14.* Præficia, quæ alios collaudare absentes, se se vero non poteit. *Gel. l. 18. c. 7.* Vos, Philosophi, mera estis, ut Cato ait, mortuaria glossaria: namque colligit leixidia, res tetras, & inanes, & frivolas, tamquam mulierum voces præficiarum. ¶ Quomodo præficia differat a Funera, V. Funera. V. etiam *Hieron. Barufidii Differat. de Præficia*.

Præficio, is, eci, ctum, a. 3. *proporre*, הפקיר, Germ. *fürsetzen*, Gall. *charger*, *commettere*, Hisp. *poner en algun oficio*, *ἀφίστημι*, præpono, ex præ, & facio. *Cic. 4. Ver.* An aliquem curatore præficere, qui status faciendis præfesset. *Liv. l. 4.* Quos & pro Centurionibus sibi præferebant Tempanio auctore Equites. *Rursus Cic. pro Leg. Man. c. 16.* Imperatorem bello præficere. *Id. pro Dom. c. 33.* populo duces præficere.

Præfidens, tis, nom. partic. valde fidens. *Cic. 1. Off. c. 26.* Homines secundis rebus effrenatos, sibi præfidentes.

Præfigo, is, a. 3. *ficare innanzi*, *προξινωμι*, ante figo. *Plin. l. 33. c. 4.* Lineas itineri præfigunt. *Virg. 3. Æn.* Capita in hastis præfigere. ¶ Sumitur etiam pro præcludere. *Virg. 3. Georg.* Primaque terratis præfigunt ora capitis.

Præfiguro, a. 1. *προξινω*, represento, præmonstro. *Lactant. l. 6. c. 20.* Ac se quicquid in illis imaginibus præfiguratur.

Præfinitio, is, a. 4. *præfinire*, *determinare*, τῆς, Ger. *verschreiben*, Gall. *prévoir*, *limiter*, Hisp. *determinar*, *προξινω*, limites præfingo, determino, præscribo. *Cic. de Prov. Conf.* Præfinit enim successorum diem. *Id. l. 7. ep. 2.* Quod præfinitum, quo ne plurius emerem. *Id. 7. Ver.* Neque de illo quicquam tibi præfinito, quo minus, &c. *Id. 2. de leg. A quo iterum funerum sumptus præfinitur ex censibus a minis quicque usque ad minam.*

Præfinitio, onis, f. determinatio. *Julian. l. cum sine, ff. quando dies leg. vel fideicom. ced.* Cum sine præfinitione temporis legatum ita datum fuerit.

Præfinitus, a, um, adject. *determinato*, definitus, præscriptus. *Sæv. 47. ff. de Pæcl.* Intra præfinitum tempus. ¶ Præfinito, ablt. absolute positus, pro præfinito tempore, vel ex præscripto. *Ter. Heeyr. 1. 2. 19.* Nam illic haud licebat, nisi præfinito loqui.

Præfiscine, adv. vel præfiscini, *ἀβασκίτων*, h. e. præter facinum, citra invidiam, idem ac locutio illa, *Abste verberis invidia*, a præ, & fisco. Sane præpos. præ hic accipi pro sine, dicitur apud *Charis. l. 2. pag. 210.* *Putsch.* legitur. Laudatur, præfiscini, vel præfiscine dicebant, quod putarent, homines effacinari, si impensus laudarentur. *Plaut. Afin. 2. 4. 83.* Præfiscine hoc dixerimus, nemo etiam me accusavit merito meo, neque me Athenis alter hodie st quisquam, cui credi recte equo putent. Usus etiam *Titinnus*, apud quem, Paulla laudante immodice, persona altera metu facini interruptens ait: Paulla mea, a mabo, pol tu ad laudem addito, præfiscini: ne puella facinetur. Citat *Charis. ibid. pag. 189.* Sed postrema verba ipsius *Charisii* videntur esse, non *Titinnii*. Adde *Afran. ibid.*

Præfixus, a, um, ante fixus. *Liv. l. 26.* Et septena jacula quaternos longa pedes data præfixo ferro. *Virg. Æn. 10. v. 479.* Robur præfixum ferro. h. e. acumine ferrato. *Suct. in Cæs. c. 24.* Caput alta præfixum.

Præfloratus, a, um, adject. libatus, degulatus, corruptus, ut præflorata virgo, apud *Apul. in Apolog.* cui flos pudicitie est imminutus. *Plin. in Paneg. c. 58.* Summumque illud purpure decus, non nisi præceptum, præfloratamque transmittere. Adde *Liv. l. 37. c. 58.* ubi tamen al. *leg. desforatus*.

Præfloro, as, a. 2. *προφθίω*, ante floreo. *Plin. l. 16. c. 29.* Ideoque præflorēt talia, & prægerminant.

Præfloro, as, a. 1. *προφρανίζω*, prælibo. *Gell. l. 14. c. 1.* Et futuri gaudii fructum spes tibi jam præfloraverit.

Præfido, n. 3. *πρωξινω*, ante fluo, præterfluo. *Plin. l. 5. c. 39.* Pergamum, quod intermeat Silenus, præfuit Cælius profusus Pindafo monte. Adde *Tac. Ann. 15. c. 15.* ¶ Cum accusativo *Plin. l. 3. c. 5.* Aulfidus ex Alpinis montibus Canufium præfluens.

Præfliudus, a, um, qui ante fluit. *Plin. l. 19. c. 4.* Hortos esse riguos habendos præfluos anne.

Præfocabilis, le, adject. præfocandi vim habens, ut præfocabilis difficultas, apud *Cal. Aurel. Acut. 2. c. 27.*

Præfocatio, onis, actus præfocandi. *Scribon. Larg. Composit. 100.* Subitæ præfocaciones.

Præfoco, as, a. 1. *affogare*, *הקט*, Germ. *erstechen*, Gall. *étouffer*, Hisp. *abogar*, *ἀσφύω*, spiritum obstruictis faucibus claudio. *Ovid. in Ibin, v. 58.* Præfocent animæ Gnosfia mella viam.

Præfodio, a. 3. *πρωξινω*, idem ac fodio, vel ante fodio, *Virg. 11. Æn. v. 473.* Præfodiunt alii portas. Ubi *Serv.* Præfodiunt, id est ante portas fossas faciunt. *Ovid. 13. Met. v. 6.* Et ostendit, quod jam præfoderat, aurum.

Præfocundus, a, um, *πρωξινω*, valde sæcundus. *Plin. l. 16. c. 27.* Omnia autem celeris sæcunctate præfocunda.

Præfomentare, præfovere. *Theodor. Præfician. l. 1. c. 19.* Præfomentare vulnera aqua gelida.

Præformator, oris, m. *Tertul. de Præscript. c. 30.* Marcion institutor, & præformator Apellis.

Præformatus, a, um, ante formatus. *Quintil. l. 2. c. 6.* Namque incipientibus danda erit vel præformata materia secundum cuiusque vires.

Præformido, as, a. 1. *πρωξινω*, valde formido. *Quintil. l. 4. c. 5.* Quem iudex si providet, non aliter præformidat, quam, &c. Alii legunt *reformidat*.

Præformo, as, a. 1. *πρωξινω*, ante, vel prius formo. *Sil. l. 7. v. 385.* Atque his præformat dictis, fugitque monendo.

Præfortis, te, adject. valde fortis. *Tertul. de car. Chr. c. 5.* Hinc infirmum, inde præfortem.

Præfoveo, es, ante foveo. *Cal. Aurel. Chronic. l. 4. c. 2.* Præfotis partibus aqua marina, vel aceto salso.

Præfractæ, adv. obstinate, ἀσθενῶς, obstinate. *Cic. 3. de Offic.* Nimis præfractæ videbuntur ærarium, vestigialique defendere.

Præfractus, a, um, *præfractus*, idem quod fractus, sive ante, vel prius fractus. *Cels. l. 5.* Surculus corpori infixus, si præfractus est, vel altius descendit. *Ovid. l. 2. Metam.* Pinus præfracta. ¶ Quoniam vero præfractum dicitur, quod flecti non potest, sed potius frangitur, hinc translate præfractus ponitur pro obstinato, contumacis, pervicacis, quasi duro & inflexibili, *obstinato. Val. Max. l. 6. c. 5. in fin.* Sed aliquando Charondæ Tyrii præfractor, & abscissor iustitia ad vim, & cruorem usque. *Cic. in Hortens. apud Non. c. 2. n. 664.* Huic contrarius Aristoteli Chius, præfractus, severus. ¶ Dicitur etiam de eo, qui concilie loquitur, vel scribit, ideoque durus, & asper est. *Cic. in Orat. c. 13.* Thucydides autem præfractor, nec satis, ut ita dicam, rotundus.

Præfrigidus, a, um, *præfrigidus*, valde frigidus. *Plin. l. 17. c. 20.* Quamlibet opaco, septentrionalique, & præfrigidum situ. *Cels. l. 4. c. 5.* Vinum præfrigidum. *Ovid. 4. de Pen. eleg. 12.* præfrigidus Ausler.

Præfringo, is, egi, actum, a. 3. *πρῆξω*, idem ac frango, vel prius frango, vel parte anteriore frango. *Liv. l. 8. c. 10.* Et hastas aut præfrægressit, aut hebentissimæ.

Præfugio, is, a. 3. ante fugio. *Tertul. de anim. c. 33.* Esti anima præfugerit.

Præfulcio, is, lsi, lsum, a. 4. *πρῆξω*, ante fulcio, præmunio, sustento. *Cic. Att. l. 5. epist. 13.* Per fortunam, quoniam Romæ manes, primum illud præfulci, atque præmuni, quæso, ut simus annui. ¶ Præfulcire aliquem negotiis, aut ministeriis, pro præficeri, dixit *Plaut. Pers. l. 1. 12. & Pseud. 3. 1. 6.*

Præfulgens, entis, o. partic. a præfulgeo. *Virg. 8. Æn. v. 553.* Quem fulva leonis pellis obit totum, præfulgens unguibus aureis.

Præfulgeo, es, lsi, n. 2. *πρῆξω*, valde fulgeo. *Tac. Ann. 13. c. 45.* Consulari decore præfulgere. *Aul. ad Hor. l. 3.* Nec nimis illustres, nec vehementer obscuros locos haberi oportet, ne aut obæcentur tenebris imagines, aut splendore præfulgeant.

Præfulgurat, abat, imp. 1. ante fulgurat. *Val. Flac. c. 3. Argon. v. 119.* Strictoque vias præfulgurat ense. h. e. fulgurare vias facit ensium vibrando.

Præfurnum, nii, *πρῆξω*, os patens furni, quo ligna in fornacem induntur, & deinde obstruuntur. *Car. c. 38. R. R.* Ventus ad præfurnum, caveo, ne accedat.

Præfuro, is, n. 3. ante, vel valde furo. *Stat. Theb. 2. v. 420.* torvus præfurus. *Id. l. 4. v. 821.* Iustumque in gurgite Martem præfureræ.

Præfulcus, a, um, valde fulcus. *Manil. l. 4. v. 715.* Æthiopes maculant orbem, terraque figurant Præfulcos. Al. aliter leg.

Prægelidus, a, um, *πρῆξω*, qui multum, aut nimis frigidus est. *Colum. l. 4. c. 8.* Prægelida frigora. Et *l. 5. c. 6.* Cæli status prægelidus. *Adde Sil. l. 4. v. 226.*

Prægermino, a. 1. *πρῆξω*, ante germino. *Plin. l. 16. c. 29.* Ideoque & præfero talia, & prægerminant.

Prægero, is, ssi, stum, a. 3. prægero, ante gero. *Apul. l. 4. Met.* Alius sub oculis doming speculum prægerit.

Prægestio, is, a. 4. *desiderar molto, υπερπροθυμωμαι*, valde gestio, percipio. *Cic. pro Cal. c. 28.* Prægestit animus jam videre primum lautos juvenes mulieris beatæ.

Prægestus, a, um, ante gestus. *Cal. Aurelian. Chronic. l. 1. c. 5.* Obliviosus prægestorum officii.

Prægigno, is, a. 1. *πρῆξω*, ante gigno. *Plaut. Pseud. 1. 5. 77.* Quia nolebam, ex me morem prægigni in alium. Al. leg. *progigni.*

Prægloriosus, a, um, adject. valde gloriosus. *Interp. apud Græc. pag. 391. n. 5.* Cl. Claudiano prægloriosissimo poetarum.

Prægnans, antis, f. *pregna, gravidæ, γρη, Ger. schwanger, Gall. enceinte, Hisp. prenada, γρη, γρημωδωσα*, ut veteres Glossæ interpretantur, gravida, plena, in utero gerens, facta, quæ occupata est in reformando, quod conceperit. Pro eo in antiquis codicibus legitur *pregnas* absque n; atque id, quantum ex *Charisio* colligere licet, *Plinio* quoque agnitionem videtur, & *Plaut. Cic. l. de Div.* Cum prægnans hunc ipsum Dionysium alio contineret. ¶ Dicitur etiam de brutis. *Var. l. 2. de R. R. c. 4. de porcæ.* Quatuor enim menses est prægnans. ¶ *Es de arboribus*, Prægnans autem arbor, quæ etiam facta dicitur, tunc est, cum humorem, & succum sibi familiarem exfuxit, necdum in folia, aut flores propagavit. *Plin. l. 12. c. 14.* Incidentibus, qua maxime videatur esse prægnans. ¶ Translate *Plaut. Afin. 2. 2. 10.* Etiam de tergo ducentas plagas prægnantes dabo. h. e. eminentes, ac protuberantes, prout uteri solent prægnantium. *Juven. Sat. 2. v. 55.* prægnantes flamine tuos.

Prægnans. V. Prægnans.

Prægnatio, onis, f. 3. *gravidanzæ, κύησις*, graviditas. *Var. de R. R. l. 2. c. 1.* Hi enim primi prægnationis, & extremi fines. *Adde Apulej. l. 1. A. A.*

Prægnatus, us, m. prægnatio. *Tertull. adv. Jud. c. 9.* Juvençulæ prægnatus & partus.

Prægnavit, adv. valde naviter. *Plaut. Pers. 4. 4. 39.* Indica prægnavit. Alii leg. *prognavit*. h. e. valde strenue.

Prægracilis, le, adject. valde gracilis. *Tac. 4. Ann. c. 57.* Prægracilis & incurva proceritas.

Prægrado, as, a. 1. prægredior, antevernio. *Pacuv. apud Non. c. 1. n. 328.* Ipsum prægradat Parthenorem.

Prægrandis, & de, o. 2. *molto grande, υπερμεγέθης*, valde grandis. *Plin. l. 4. c. 13.* Prægrandes aures. *Apul. l. 2. A. A.* Lucerna prægrandis.

Prægravatus, a, um, nom. ex partic. valde gravis factus. *Liv. l. 10. c. 13.* Prægravata inhærentibus telis scuta. *Col. l. 6. c. 7.* Prægravatum caput.

Prægravidus, a, um, adject. vale gravidus. *Stat. l. 6. Theb. v. 700.* Molis prægravidæ cauitat pulvere lapsus.

Prægravis, & ve, o. 3. *molto grave, υπερβαρής*, valde gravis. *Plin. l. 8. c. 21.* Caput tantum prægrave egre terereus, idest deiectionem semper in terram. *Cur. l. 4. c. 11.* Prægrave imperium.

Prægravo, as, avi, atum, a. 1. *gravare sopra modo, Ger. schuerver machen, Gal. peser fort, Hisp. mucho pesar, υπερβαρής*, supra modum gravo, opprimo, obruo. *Hor. l. 2. Sat. 2. v. 77.* corpus onustum Hæsternis vitis animum quoque prægravavit una. *Id. l. 2. ep. 1. v. 13.* Urit enim fulgore tuo, qui prægravat artes Intra se positas. h. e. gravis est inferioribus, & infra positis nocet, qui bonis artibus cæteros vincit: invidiam enim inferiorum in se concitat. ¶ Est etiam verbum neutrum, & significat graviorem esse, præponderare. *Plin. l. 17. c. 22.* Ne prægravet fractus parte aliqua. Quidam hæc locum active intelligunt. *Suet. in Caf. c. 76.* Prægravant tamen cætera facta, distaque ejus. *Col. l. 7. c. 6.* Flaccidis auribus, & prægravantibus, orechie pendenti.

Prægrediens, entis, o. præcedens. *Cic. 13. Phil.* Sequentes alios, alios prægredientes amicos.

Prægredior, eris, edus, sum, d. 3. *andar innanzi, DTP, Ger. vorgehen, Gal. aller devant, Hisp. yr adelante, προερχομαι*, ante venio. *Liv. l. 10. c. 35.* Qui liçtores prægredi viderunt. *Varr. l. 2. R. R. c. 7.* Equus græci prægreditur. ¶ Aliquando est prætergredi, *passare. Plin. l. 28. c. 8.* Ut prægredi hominis vestigium occupent. ¶ Translate sumitur pro antecellere. *Sallust. ad Caf. de Rep. ord.* Qui tantum alios prægrefus es, ut &c.

Prægrefio, onis, *προερχομαι*, antecessio. *Cic. 2. Fat. c. 19.* Ut nihil fieret sine prægrefione causæ.

Prægrefus, a, um, partic. a prægredior, *chi ha preceduto. Stat. l. 5. silv. 1. v. 105.* Fama prægrefa diem. *Plin. l. 28. c. 8.* Prægrefus hominis vestigia occupare.

Prægrefus, us, m. prægrefio. *Ammian. l. 21. c. 10.* Quid in rebus tumultuosis anteverbio valeat, & prægrefus. *Cic. 1. Offic. c. 4.* Causas rerum videt, earumque prægrefus, & quasi antecessiones non ignorat. Alii leg. *pregrefus*.

Præguberno, as, a. 1. ante guberno. *Sidon. l. 5. ep. 13.* Musculis balnearum corpulentiam prægubernantibus.

Præguftator, oris, m. *credenziero, προεχσταις*, qui cibos Principis præguftat. *Suet. in Claud. c. 44.* ¶ Transtertur ad alia. *Cic. pro Dom. cap. 10.* Scilicet tu heluoni spurcissimo, præguftatori libidinum tuarum, &c.

Præguftatus, a, um, partic. a prægufto. *Plin. l. 21. c. 3.* Nec nisi præguftatos cibos fumente.

Prægufto, as, avi, atum, a. 1. *gustare innanzi, far la credenza, Ger. vorkosten, Gal. faire l'essai, Hisp. hazer saliva, προεχσταις*, antegufto. *Juven. Sat. 6. v. 633.* Timidus præguftet popula papas.

Prægyppo, as, a. 1. *gyppo obduco. Cal. Aurel. l. 3. Chronic. c. 2.* Os vasculi prægyppare.

Præhendo. V. Prehendo.

Præhibeo, es, a. 2. idem ac præbeo, apud vet. *Plaut. Pseud. 1. 2. 49.* Cur ego vestem, aurum, atque ea, quibus est vobis usui, præhibeo? *Id. Men. 5. 2. 51.* Ancillas, penum recte præhibet. *Id. Rud. 1. 2. 50.* Ut verba præhibes, me peritæ prædicas, h. e. uti narras. *Petrone in Satyr. Præhibere mandocia fidem.* Alii leg. *præbere.*

Præhæcens, entis, o. ante jacens. *Plin. l. 3. c. 4.* Oppida de cætero raræ præhæcens stagnis.

Præhæcio, es, cui, n. 2. *πρῆξωμαι*, ante jacio. *Tac. l. 12. Ann. c. 36.* Campo, qui castra præhæc

Præhæcio, is, a. 3. *gettare innanzi, προβαλλω*, ante jacio. *Col. l. 8. c. ulto.* Mox præhæciuntur in gyrum moles.

Præiens, euntis, o. 3. partic. a præcio. *Albinovan. ad Liviam.* Et venit stellæ non præeunte, dies.

Præinfusus, a, um, ante infusus. *Cal. Aurel. Acut. l. 2. c. 24.* Mulfum in quo præcocta, vel præinfusa fuerit ruta.

Præiudicatio, onis, f. idem ac præiudicium. *Quintil. l. 4. c. 2.* Aut si jam præiudicatione Senatus damnatus esset Nilo. Al. leg. *præiudicio.*

Præiudicatus, a, um, ante iudicatus. *Cic. pro Cluent. c. 17.* Ut re semel, atque iterum præiudicata, condemnatus in iudicium venerit. *Id. l. 1. nat. Deor. c. 5.* Tantum opinio præiudicata poterat. *Id. pro Cluent. c. 2.* Antequam de ipsa causa dicere incipio, hoc postulo, ut ne quid præiudicatus afferatis.

Præiudicialis, le, adject. ut præiudicialis multa. *Cod. Theodos. leg. 50. c. 65. de Appellationib. & Symm. l. 10. epist. 58.*

Præiudicium, ii, n. 2. *pregiudicio, Ger. ein vorgehend urtheil, Gal. prejuicio, præiudicio, Hisp. prejuicio, προεχσταις*, id, quod iudicium præcedit, seu quod ante iudicium fit. *Afon.* Præiudicium dicitur res, quæ, cum facta fuerit, afferit iudicaturis exemplum, quod sequantur in eadem causa, vel paribus causis: iudicium autem res, quæ causam, itemque determinat. *Cic. l. Ver. De quo non præiudicium, sed plane iudicium jam factum putatur. Id. pro Cluent. c. 22.* Cum is duobus præiudiciis jam damnatus esset, h. e. uno in Scamandrum, altero in Fabritium, in eadem venetiæ causa factis. *Plin. l. 5. ep. 1.* Curianus orabat, ut sibi donarem portionem meam, seque præiudicio iuvarem. *Quintil. l. 4. c. 5.* Præiudicia fuerunt. ¶ Translate *Caf. l. 2. B. C. c. 32.* Vestri facti præiudicio demotus Italia excessit. *Tacit. de Germ. c. 10.* Victoria huius, vel illius pro præiudicio accipitur. ¶ Præiudicia triplex generis sunt, alia posita sunt in exemplis, idest in rebus, quæ aliquando ex paribus causis sunt iudicata; alia in iudiciis ad ipsam causam pertinentibus, qualia in Milonem a Senatu facta dicuntur, alia in pronuntiatione, seu in sententiis de eadem causa, qualia fuerunt iudicia de Scamandro, & de Fabritio in causa Oppianici, quale item est, cum duobus de officio aliquo contententibus, lite in longum procedente, Magistratus jubet interea, dum sententiam ferat, alterum officio fungi, quasi iudicans jam nunc, se pro ea parte sentire, penes quam vult esse rem, de qua litigatur, quod præiudicium Jurisconsultis dicitur, quia possidentem adjuvat, & obest excluso. *Quintil. l. 5. c. 2.* ¶ Interdum præiudicium usurpatur pro damno, sive iactura. *Ulp. l. 1. §. quemadmodum, ff. de agnosc. vel alien. lib.* Si maritus, uxore denuntiantem, custodes muerit, nullum præiudicium facit.

Præiudicio, as, avi, atum, a. 1. *iudicare innanzi, Ger. zu vor urtheilen, Gal. prejudicier, Hisp. prejudicar, προεχσταις*, ante iudico, præiudicium facio. *Cic. 3. de Leg. Edant, & exponant, quid in Magistratu gesserint, deque iis Censores præiudicent.* ¶ Translate sumitur pro ante tempus censere, arbitrari, opinari, statuere. *Brus. ad Cic. ep. 4.* Quod enim nondum Senatus sentiit, nec P. R. iussit, id arroganter non præiudico. ¶ Item pro nocere, *pregiudicare. Ulpian. l. 1. ff. de Magistr. conven. Pupillo præiudicare.*

Præiuratio, onis, f. *πορρωσις*, iuramentum illud, quod ii facere dicuntur, qui ante alios conceptis verbis jurant, post quo alii in eadem verba jurantes tantummodo dicebant, *Idem in me. Festus.*

Præiuvo, as, uvi, a. 1. *προεχσταις*, ante iuvo. *Tac. l. 3. hist. c. 65.* Et credebatur affectam ejus hædem præiuvisse.

Prælabens, entis, o. partic. a prælabor. *Colum. l. 11. c. 1.* Prælabentis vero temporis fuga quam sit irreparabilis, quis dubitet?

Prælabor, eris, plus sum, *trasferrere, προεχσταις*, ante labor, præterfluo. *Cic. 2. de nar. Deor. c. 43.* Pisces, quorum alter paulo prælabitur ante. *Lucan. l. 6.* Romæ prælatus mœnia Tibris.

Prælambos, is, a. 3. *πρῆξω*, ante lambos. *Horat. l. 2. Sat. 6. v. 109.* Prælambens omne, quod affert.

Prælargus, a, um, adject. valde largus, abundans. *Pers. Sat. 1. v. 14.* Pulmo largius prælargus anhelat.

Prælatio, onis, f. *prelazione*, actus præferendi, seu anteponendi. *Valer. Max. l. 7. c. 8. n. 4.* Sed etiam contumeliosa prælatio videri possit. *Adde Tertull. in Apolog. c. 13.*

Prælator, oris, m. qui præfert, & anteposit. *Tertul. de pudic. c. 2.* Mifericordie prælator, quam sacrificii.

Prælatus, a, um, nom. ex partic. anteposto. *Ovid. 4. Met. v. 56.* Altera, quas Oriens habuit, prælata puellis. *Virg. 5. Æn. v. 541.* prælato invidit honori. *Tertull. l. 1. cont. Marcion. c. 9.* In utroque prælator nostro

nostro creatore. Tacit. Ann. 6. c. 35. Vulnus per galeam adegit, nec iterare valuit, prælatu equo, trasportato dal cavallo.

Prælixo, is, a. 3. ante lavo. Apul. in Apolog. Ejus merito os, ut bono potui poculum, prælixitur.

Prælaustus, a, um, adject. valde lautus, splendidus. Suet. in Ner. c. 30. Prælaustus, vereque magnificus. Adde in Vitell. l. c. 2.

Prælixo, as, a. 1. ante, vel valde laxo. Cæl. Aurel. Chronic. l. 2. cap. 1. Motus beneficio prælixato ægotante.

Prælectio, onis, f. ἐξήγησις, explicatio, eruditio, instructio: & pertinet proprie ad magistrum: dicitur autem prælectio, quia in legendo præit discipulis, lectione maestrale. Quintil. l. 2. c. 5. Prælectio in hoc adhibetur, ut facile, atque distincte pueri scripta oculis sequantur. Adde l. 1. c. 3.

Prælector, oris, f. προαγωγὴς, qui prælegit. Gell. l. 18. c. 5. Si magistrum, prælectoremque habuisset.

Prælectus, a, um, adject. selectus. Apul. l. 7. Metam. Prælectum hircum victimare.

Prælegatus, a, um, nom. ex particip. ante legatus, h. e. relictuus testamento. Papinian. l. 77. ff. de legat. & fideicom. Partes cohæredibus prælegatas restituere.

Prælego, as, avi, atum, a. 1. ante lego, seu testamento relinquo. Plin. l. 33. c. 2. Eam coronam testamento ei prælegavit. Adde Scævol. Dig. lib. 33. tit. 8. leg. ult.

Prælego, is, egi, ctum, a. 3. leggere innanzi, προαγαγὴσθαι, ante lego, ut solent præceptores suis discipulis. Quintil. l. 1. c. 41. Sed pueris, quæ maxime ingenium alant, prælegenda. ¶ Est etiam præterire, seu præternavigare. Tac. l. 6. Ann. cap. 1. Campaniam prælegebat, ambigua, an urbem intraret.

Præliaris, & re, o. 3. cosa da guerra, μαχητικός, quod ad prælium pertinet. Plaut. Curc. 4. 4. 17. Mæque pugnæ præliaris obruitæ jacent. ¶ Præliaris dies sunt, quibus præliari licet. Fest. & Macrobi. l. 1. Saturn. c. 16. ubi al. leg. præliatis.

Præliator, oris, m. qui præliatur. Tacit. 2. Ann. c. 73. de Germanico. Nec minus præliatorem (Alexandro) etiam si temeritas abiecit.

Præliber, a, um, adject. valde liber. Prudent. Apostrof. v. 87. Liquido prælibera motu.

Prælibatio, onis, f. prægruatio. Tertull. de Anim. c. ult. Sine ulla prælibatione. Adde Fest. in voce Præmetium.

Prælibo, as, a. 1. προλαίβω, ante libo, & degusto. Stat. 3. Sylv. 4. v. 60. Chare puer, superis qui prælibare veredum nectar, &c. ¶ Prælibare visu, usurpatur pro aspicere. Stat. Achil. 2. v. 88. Vultum, & pectora alicujus prælibare visu.

Prælicenter, adv. nimis licenter. Gell. l. 16. c. 7. Quam verba finxit prælicenter!

Prælidio, is, a. 3. præstringo, currendo tango. Manil. l. 5. v. 80. Obstantemque mora totum prælidere Circum. Al. leg. percludere, hoc est ludere per Circum.

Præligamen, inis, n. amuletum. Marcel. Empir. c. 8.

Præligamentum vinum, dicitur, quod vel præmaturum est, vel præ omnibus legitur, quod & præcium Virgilio dicitur, a præligendo. Cato R. c. 23. Uvas miscellas ad vinum præliganem legito.

Præligatus, a, um, nom. ex particip. ante, vel circum ligatus. Cic. 2. de Inu. c. 50. Os obvolutum folliculo, & præligatum. ¶ Plaut. Bacch. l. 2. 28. O præligatum pectus! h. e. infantum, ducta metaphora ab iis, qui veneficiis & incantamentis ceu vinculis ligati de mentis statu decidunt.

Præligo, as, avi, atum, a. 1. προλάω, anteriori parte ligo. Liv. l. 22. c. 16. Fæcæque virgarum, atque arida fermenta præligantur cornibus boum.

Præliño, is, livi, litum, a. 3. idem quod lino, vel circum, vel ante lino. Gell. l. 13. c. 23. Villas inexcultas, & rudes ne tectorio quidem prælitas fuisse. ¶ Translate Id. l. 7. c. 14. Cum fucatur, atque prælitatur, fit præligosum.

Prælio, as, a. 1. idem quod prælior. Enn. apud Non. c. 7. n. 38. Ita mortales inter se præliant.

Prælior, aris, atus sum, d. 1. combastere, בָּרַח, Germ. streiten, Gal. combastre, Hisp. pelear, μάχεσθαι, dimico, pugno, congredior, prælium in eo, pugnam committo. Cæf. l. 4. B. G. c. 2. Equestribus præliis sæpe ex equis desiliunt, ac pedibus præliantur. Cic. l. Div. c. 25. Eudemus prælians ad Syracusas occidit. ¶ Translate sumitur pro contendere verbis. Cic. Att. l. 1. ep. 11. Ego enim sic acriter, & vehementer præliatus sum. ¶ Passive impersonaliter. Justin. l. 19. c. 1. Grave bellum, in quo & diu, & varia victoria præliatum fuit.

Prælium, ii, battaglia, confictio, fatto d'arme, בְּרִיחָה, Germ. streit, Gal. combas, bataille, Hisp. pelea, μάχη, confictus, dimicatio, certamen, pugna. In marmoribus antiquis scribitur per α, eodemque modo in Romano Maronis codice scribitur Pterius ad Ecl. 6. ac similiter in aliis plerisque manuscriptis. Cic. 2. de nat. Deor. r. 2. Cum A. Posthumius eum Octavio Manilio prælio dimicaret. Id. 2. de Orat. c. 67. Multaque ex ea prælia præclara fecisset. Liv. l. 21. cap. 12. Prælium inire. Nepos Militiad. c. 3. prælium committere. Virg. 3. Georg. miscere prælia. Id. ib. Imbelles dant prælia cervi. h. e. committunt. Liv. l. 2. Eliscere ad prælium, sivar' a battaglia. Cæf. l. 1. B. G. Prælium restituere, rimettere, rinnovare. Cic. pro Leg. Manil. Secundis præliis uti. ¶ Differunt prælium, & bellum, ut pars, & totum. Nam illo solum pugna, hoc est confictus, seu congressio significatur; hoc vero notat totum illud tempus, quo in militia sumus, quod & sine prælio esse potest. Virg. l. 11. Æn. Infantem fugiens media inter prælia belli. ¶ Invenitur tamen prælium pro bello. Petron. in Sat. c. 89. Decenne prælium. h. e. bellum Trojanum. Liv. l. 31. c. 2. Consultatio de Macedonico bello integra ad Consules, qui in prælio cum Boijs erant, rejecta est. ¶ Translate Virg. l. Georg. v. 318. Omnia ventorum concurrere prælia vidi.

Prælocutio, onis, f. prælatio, exordium. Senec. l. 3. controv. except. in præfer. Silo habere tur disertus, si a prælocutione dimitteret. Al. leg. prolocutione, ex MSS.

Prælongo, as, a. 1. longum facio. Plin. l. 11. c. 2. Qua subtilitate pedum cura prælongavit.

Prælongus, a, um, f. προμακρὸς, valde longus. Liv. l. 22. Disparis, ac dissimiles gladii: Gallis prælongi, ac sine mucronibus. Quintil. l. 6. c. 4. Homo prælongus.

Præloquor, eris, d. 3. προλαλοῦμαι, ante, seu prius loquor. Cæl. Cic. l. 8. Fam. ep. 12. Vix hoc erat prælocutus, cum ego Appium Censorem eadem lege postulavi. Plin. l. 8. ep. 21. Quod mihi causam præloquendi dedit, h. e. præstandi.

Præluco, es, uxi, n. 2. προλαύω, ante luco, vel valde luco. Martial. l. 12. ep. 42. Præluere faces, velarunt flamme vultus. ¶ Præluere alicui, est laces præferre. Suet. in Aug. c. 29. Servumque prælucentem exanimasset. ¶ Translate sumitur pro nobilitate. Cic. in Sall. Ego majoribus meis virtute mea præluxi. Id. de Amic. c. 7. Præluere bona spe. ¶ Interdum pro præpollere, amœniores esse. Horat. l. 1.

epist. 1. Nullus in orbe locus Bajas præluce amœnis.

Præluceus, a, um, valde lucidus. Plin. l. 37. c. 6. Arabiæ excellunt candore circuli præluceus, atque non gracili.

Præluidium, ii, ricercata, προλαίμιον, præcentio, illa modulatio vocum, quæ ante initium cantus fieri solet, & generatim quodvis initium, quod rei feræ præmittitur. Hinc translate, & in malam partem. Cic. Phil. 13. c. 3. Præluidium illud, & portentum L. Antonius. Alii legunt præluidium, alii proluvium, alii propudium.

Præluo, is, ulsi, ufum, a. 3. προλαίω, ante ludo, leve quiddam, ceu majoris rei initium, præmitto. Virg. l. 3. Georg. Et paria ad pugnam præluo arena. Sen. epist. 103. Illi meliori vitæ, longiorique præluo dicitur. Præluum, vel preluum, i, torchio, Ger. rothbaum, Gal. presse, Hisp. vi-za, πικτήρ, πικτήριον, trabs illa in torculari, qua uva, oliva, aliudve premitur. Virg. l. 6. c. 9. Plin. l. 13. c. 12. Serv. in 2. Georg. Est a præmo, contractum ex premulum. Aliqui centent esse a præluendo, quod humore profuente præluatur, id est madefat. Qui deducunt a premo, mittunt diphthongum, qui a præluo, diphthongo utuntur. Meliores libri absque diphthongo preluum habent. Virg. 2. Georg. v. 242. Colaque prelorum fumosis deripe testis. ¶ Dicitur & de aliis machinis, quibus aliquid comprimitur. Plin. l. 13. c. 12. de chærea. Premitur deinde prelis, & siccatur sole plagula, atque inter se junguntur. Martial. l. 2. ep. 42. Sic tua suppositis perlucent prela lacernis. Hypallage est pro lacernæ tuæ suppositæ prelis perluent.

Præluombo, as, a. 1. ἀποσφύζω, lumbos præstringo. Nev. apud Non. c. 2. n. 673. Cæpit ununquaque prælumbare tustibus.

Præluminatus, a, um, adject. ante illustratus, seu explicatus. Tertull. de resurr. carn. c. 33. Parabola a commentatore præluminata.

Prælusio, onis, f. idem ac præluidium. Plin. l. 6. ep. 13. Cujus quasi præluo, atque præcurio habet contentiones excitavit.

Prælustrius, e, adject. molto illuminato, o illustre, multo lumine illustratus, & translate valde illustris, nobilis, clarus, πολυλαμπρὸς, περιλάμπρο-κίμων. Utramque notionem complexus Ovid. l. 3. Trist. el. 4. v. 5. Vive tibi, quantumque potes, præluxia vita. Sævum prælustrii fulmen ab igne venit.

Prælustus, a, um, adject. bene lotus, nitidus, ut præluta habitacula. Sidor. l. 4.

Præmacero, as, a. 1. ante macero. Scribon. Larg. compos. 193. Præmacerrantur mala cydonia.

Præmaledico, is, xi, ctum, a. 3. ante maledico. Tertull. adv. Marcion. l. 5. c. 3. Quomodo præmaledixisset eum creator, quem ignorat?

Præmando, as, avi, atum, a. 1. προεπιτάττω, ante mando. Valerius Cic. l. 5. Fam. ep. 9. Ego tamen, terra, marique ut conquereretur, præmandavi.

Præmando, is, di, nsum, a. 3. ante mando. Gell. l. 4. c. 1. Si me id tibi præmandare, quod ajunt, postulas, h. e. minute explicare, ductum a nutricia, quæ tenellis infantibus cibum ante manum in os inferunt.

Præmatûre, adv. acerbamente, avanti tempo, πρώριος, immature, ante tempus. Plaut. Most. 2. 2. 69. Quia præmatûre vita careo. Gell. l. 10. c. 11. Coactius factum, & festinantius, præmatûre factum dicitur. Comparativè. præmatûrius est apud Papin. ff. l. 45. tit. 1. l. 118.

Præmatûrus, a, um, πρώριος, præcox, maturus ante alios, sive ante tempus. Colum. l. 11. c. 3. Sed qui præmatûrum fructum cucumeris habere volet. ¶ Translate accipitur pro omni eo, quod ante tempus fit, vel accidit, ut Senectus, vel mors præmatûra, id est immatura, præcipitata, legitimum tempus prævertens. Plaut. ad Cic. l. 10. Fam. ep. 8. Quod præmatûra denuntiatio boni civis imparati quom periculosa esset, ex casu Collegæ videbam. Plin. l. 7. c. 51. Senilem juvenum præmatûræ mortis esse signum. Tacit. l. 1. Ann. c. 30. Præmatûra hiems. Id. l. 4. c. 17. Præmatûri honores.

Præmedicatus, a, um, pharmacis, aut incantatione præmunitus. Ovid. ep. 12. Heroid. v. 15. listet anhelatos non præmedicatus in ignes.

Præmeditatio, onis, f. previsione, προμελέτησις, meditatio, & cogitatio rei futuræ. Cic. 3. Tusc. c. 14. Hæc igitur præmeditatio futurorum malorum lenit eorum adventum, quæ venientia longe ante videtur.

Præmeditatorium, ii, n. locus, ubi meditatio fit, & preparatio. Tertull. de jejun. c. 6. Totum illud domicilium interioris hominis ecclis stipatum, vinis inundatum, decoquendis jam stercoribus fistuans, præmeditatorium efficitur latinarum.

Præmeditatus, a, um, partic. a præmeditor. Cic. 2. Offic. Id se in foro optime jam præmeditatum facere. ¶ Reperitur etiam passive. Plaut. Epid. 3. 2. 39. Ut parate eam præmeditatum meis dolis, astutisque onustam mittam. Alii leg. permeditatum.

Præmeditor, aris, d. 1. ansuadere, considerare innanzi, Ger. verberachen, Gal. preméditer, Hisp. pensar antes, προμελετῶ, prius meditor, præcogito. Cic. 11. Phil. Eit enim sapientis, quicquid homini accidere possit, id præmeditatur. Adde Auf. ad Her. l. 2. c. 5.

Præmensus, a, um, ante mensus. Tibul. l. 3. el. 3. Tunc cum præmensæ defunctus tempora lucis, Nudus Lethæa cogeret ire rate. Alii reclus leg. permenso. Frontin. de ve agrar. pag. 283. Præmensi soli spatium.

Præmercor, aris, d. 1. προμήριος, prius emo. Plin. l. 32. c. 2. Pretio minus parcerent, eaque præmercorantur. Plaut. Epid. 3. 3. 26. Istanti gnato tuo fumus præmercati.

Præmessum, V. Præmetium.

Præmetium, ii, n. primitivæ frugum, quæ Cereri offerebantur. Fest. Præmetium, quod prælibationis causa ante præmetitur. Alii leg. præmessum, alii præmessum, eodem sensu.

Præmetor, aris, dep. 1. ante metor. Solin. c. 40. Dinocratem Alexandri iustu Alexandriam præmetatum, supra expositum.

Præmetuenter, adv. ante metuendo, caute, provide. Lucret. l. 4. v. 822. errorem vitæque præmetuenter. Ita legit Gronov. ex MSS. Alii aliter.

Præmetido, is, a. 3. ante metuo. Luer. l. 3. v. 1032. At mens ibi conscia facti præmetuens adhibet stimulos, torretque flagellis. Cæf. l. 7. B. G. c. 49. Cæfar præmetuens suis. Prudent. l. 2. advers. Symmach. v. 581. Præmetuit cultus inolefcere Christi.

Præmiator, oris, prædo, & speciatim prædo nocturnus, a præmium, qua notat prædam. Nev. apud Non. c. 2. n. 629. In scena vos nocturnos cæpit præmiatores tollere.

Præmiatrix, icis, f. quæ præmium dat. Ammian. l. 14. c. 39. Bonorum præmiatrix Adraflia, ultrix tacinorum impiorum.

Præmico, as, cui, n. 1. valde michi, replendo. Apul. l. 11. Met. Præmicantis lunæ candor. Prudent. in hymn. Calagurris. v. 84. Quæ viam patens cæli præmicando ostenderent.

Præmigro, as, n. 1. προμακρῶς, ante migro. Plin. l. 8. c. 28. Ruinis imminentibus musculi præmigrant.

Præminens, entis, prominens. Ulpian. Dig. lib. 21. tit. 1. leg. 12. Si quis natura gutturosus sit, aut oculos præminentes habeat, sanus videtur. Ita Holand. sed Torrensin. habet eminentes.

Præminio, V. Præmineo.

Præminister, i, m. minister, vel qui ante ministrat. Tertull. de Orat. c. 1. Opus præministrati. h. e. Joannis Baptistæ Præcursoris. Macrobi. l. 3. Saturn. c. 8.

c. 8. scribit *eamillum* apud Tuscos significare præministrum Deorum. Præministra, æ, f. quæ præministrat, tamula, ministra. *Macrobius* l. 3. *Satur.* c. 8. Camilla Dianæ præministra. *Apul. in Apolog.* Lingua mendaciorum præministra.

Præministro, as, a. 1. ante ministro, famulor. *Apul. l. 2. Mithras.* Assidue respiciens præministrante Fotidem. *Gell. l. 10. c. 3.* Magistratibus præministrare.

Præminor, aris, dep. 1. valde minor. *Apul. lib. 5. A. A.* Malum grande præminorat. *Tertul. Apolog. c. 21.* Cum illis præminorarentur.

Præmior, aris, atus sum, depon. 1. prædam, seu questum facio. *Sueton. in Tito, c. 7.* Suspecta & rapacitas, quod constabat, in cognitionibus patris nundinari, præmiarique folium.

Præmiōsus, a, um, o. 1. pecuniōsus. Nam antiqui commodum, utilitatemque omnem præmium vocabant. *Accius, Divitem, ac præmiōsum avum.* Adde *Festum*.

Præmissus, a, um, *προμισθεῖς*, mandato innanzi. *Virg. 9. Æn.* Interea præmissi equites ex urbe Latina.

Præmixtus, vel Præmixtus, a, um, adject. ante mixtus, ut præmixta olera, *Apic. l. 4. c. 5.*

Præmitis, c, adject. valde mitis. *Uenant. Fortun. l. 3. carm. 12. v. 37.* Horrea præmitis melius tua condita servans. Adde *Juven. l. 3. hist. Evangel.*

Præmitto, is, i, isum, a. 3. *mandare innanzi, προμιτω*, ante mitto. *Cic. 2. Off.* Præmittebatque de stipatoribus suis, qui scrutarentur arcu- las muliebres. *Virg. 1. Æn.* Rapidum ad naves præmittit Achatem. *Senec. ep. 5.* Cogitationes in longinqua præmittere. ¶ Dicitur interdum præmittere aliquem, qui ante se mori eum videt. *Tertul. ad uxor.* Quid gelianus liberos ferere, quos cum habemus, præmittere optamus? *Senec. in Apocalypth. ad fin.* Quos omnes Claudius, nec ubi imparatus esset, præmiserat.

Præmium, ii, n. apud Veteres usurpabatur pro pecunia, & quocunque commodo, & utilitate. *Nævius.* Sine præmio lum, marsupium reliqui comi. *Lucret. l. 3. v. 970.* Omnia præfructus vitæ præmia, marces. *Id. l. 5. v. 4.* qui talia nobis Pectore parsa suo, quæstiatque præmia liquit. ¶ Interdum etiam pro præda, & spoliis ponitur; quæ notio videtur esse propria: nam præmium a præda deducit *Varro l. 4. de L. L. Virg. 11. Æn. v. 78.* Multaque præterea Laurentis præmia pugne Aggerat, & longo prædam jubet ordine duci. *Tacit. 1. hist. c. 51.* Exercitus expeditionem & aciem, præmia, quam stipendia malebat. *Tibul. l. 1. eleg. 2. v. 25.* qui corpora ferro Vulneret, aut rapta præmia veste petat. ¶ Frequentius tamen usurpatur pro mercede, quæ pro recte factis datur, premio. *Cic. 1. de Or. c. 58.* Proposita virtutibus sunt præmia, & supplicia vitis. *Id. ibid. c. 4.* Commoveri amplius præmiis ad perdiscendum. *Id. Casil. 4. c. 3.* Amplissima præmia alicui dare. *Id. pro Arch. c. 3.* Præmiis alicquem donare. *Quintil. l. 3. c. 6.* Præmio afficere. ¶ In iudis quoque & certaminibus præmia dicuntur, quæ proponuntur victoribus. *Virg. 5. Æn. v. 483.* celeri certare sagitta Invitat qui forte velint, & præmia ponit. ¶ Accipitur etiam in malam partem pro mercede, quæ datur scelerati. *Tacit. l. 1. hist. c. 12.* Minore metu, & majore præmio peccabatur. *Cic. de provinci. Consf.* Quas provincias pestiferi illi Consul- les pro eversæ Reip. præmiis occupaverunt. ¶ Item pro mercede, seu pretio laboris. *Plin. lib. 3. ep. 17.* Data opera tabellario misso, ego viaticum, ego etiam præmium dabo.

Præmoderor, aris, d. 1. *προμοδερω*, ante moderor. *Gel. l. 1. c. 11.* Præ- cidente, ac præmoderante cithara gressibus.

Præmodulatus, a, um, particip. *Quintil. lib. 11. c. 3.* Præmodulati gestu cogitationem.

Præmodum, adv. *παρ ᾧ μὲν*, supra modum. *Gell. l. 7. c. 7. ex Livio poe- ta.* Parentes præmodum.

Præmonio, is, a. 4. pro præmonio. Ita scriptum invenitur in plerisque editionibus apud *Gell. l. 13. c. 17. & l. 14. c. 2.*

Præmolesta, æ, *προμολεστώ*, molestia ex malo, quod imminere putamus, anticipata, hoc est timor ipse malum futurum antecedens. *Cic. 4. Tusc. c. 20.* Alii metum præmolestiam appellabant, quod est quasi dux consequentis molestiæ.

Præmolitor, iris, d. 4. *preparare, προματω*, ante molior, vel præ- paro. *Liv. l. 28. c. 17.* Itaque præmolendas ibi ratus jam res, &c.

Præmollo, is, a. 4. *προμαλλω*, ante mollio. *Quintil. l. 4. c. 3.* Si quid erit asperum, præmolliemus, quod facilius aures iudicum admittant.

Præmolliis, & le, o. 3. *προμαλλωτός*, valde mollis. *Plin. l. 9. c. 51.* Intra se parit ova præmolliâ. Adde *l. 11. c. 37.*

Præmolliatus, a, um, *προμαλλωθῆς*, partic. a præmollior. *Quintil. l. 2. c. 9.* Nisi illa præmolliis toverit fulcus. *Id. l. 6. c. ult.* Præmolliæ mentes.

Præmonēo, es, a. 3. *ammonire innanzi, προμνησκω*, ante moneo. *Cic. 1. Verr. c. 8.* Animo sane benevolo, ut magnopere caverem, præmonē- bat. *Ovid. l. 5. Trist. ep. l. v. 16.* Præmonco, nunquam scripta quod ista legat.

Præmonitio, onis, f. præmonitus. *Tertull. l. 2. advers. Marcion. c. 4.* Agno- sce bonitatem Dei ex præmonitionibus.

Præmonitor, oris, m. qui præmonet. *Apul. de Deo Socrati.* Interctis pro- pector, dubiis præmonitor, periculosis tutor.

Præmonitorius, a, um, adject. ad præmonendum aptus, ut præmonito- rium edictum, *Tertul. de anim. c. 3.*

Præmonitum, i, n. præmonitus. *Gel. l. 14. c. 2.* Generalia quædam præ- monita, & præcepta.

Præmonitus, us, m. *προμαρτυρητός*, præcedens monitio, prædictio. *Valer. Max. l. 1. c. 6.* Deorum spreti præmonitus. *Ovid. 15. Met. v. 80.* Nec ta- men infidias, venturaque vincere fata Præmonitus potuere Deum.

Præmonitum, a, um, *προμαρτυρητικός, avvisato innanzi.* *Plin. l. 16. c. 39.* Fuitque arbor illa fatalis excidio urbis præmonitæ oraculo.

Præmonstratio, onis, f. actus præmonstrandi. *Laët. lib. 7. c. 14.* Sepe dixi- mus, minora & exigua magnorum figuræ, & præmonstrations esse.

Præmonstrator, oris, *προμαρτυρητής*, qui præmonstrat, & docet, quid faciendum sit ante rem gerendam, vel ante periculum. *Ter. Hæsus. 5. l. 2.* Sed hic auditor meus, & monitor, & præmonstrator Chremes hoc mihi præstat.

Præmonstro, as, avi, atum, a. 1. *dimostrare prima, προμαρτυρω*, ante mon- stro, ostendo, doceo. *Cic. 1. de Div. c. 7.* Atque etiam ventos præmon- strat sepe futuros inflatum mare.

Præmordeo, es, a. 2. *επιμαρτυρω*, idem, ac mordeo, vel ante mordeo. In præterito habet præmoridi, & apud vet. etiam præmoristi, ut *Gel. l. 7. c. 9.* docet. *Plaut. in Trigem. apud eund. ibid.* Ni iugissem, medium, credo, præmorisisset.

Præmorior, eris, d. 3. *προμαρτυρω*, ante morior. *Ovid. ep. 8. in fine.* Aut ego præmorior, primoque extinguar in ævo.

Præmortuus, a, um, iam mortuus. *Liv. l. 3. in fine.* Scaptium ipsum id quidem, etiam præmortui iam sit pudoris, non facturum. *Ovid. 3. Amor. eleg. 7. v. 65.* Nostra tamen jacuere velut præmortua membra.

Præmorvō, es, a. 2. ante moveo. *Cal. Aurel. Chronic. l. 1. c. 5.* Quoties longe remotæ præmoventur. Adde *l. 5. c. 7.*

Præmulsus, a, um, particip. a præ- & mulceo, permulsus, delinitus,

mollitus. *Apul. l. 1. Florid. pag. 342. de Apolline.* Crines ejus præmulsis antiis, & promulsis caproneis anteventuli, & propenduli.

Præmunio, is, a. 4. *fortificare innanzi, προμαρτυρω*, prius munio. *Cef. l. 3. B. C. c. 55.* Isthmum præmunire instituit. ¶ Translate *Cic. pro Cal. c. 8.* Quamobrem illa, quæ ex accusatorum oratione præmuniri jam, & fingi intelligebam.

Præmunio, onis, *προμαρτυρω*, actus præmunendi. *Cic. 2. de Orat. c. 75.* Quid? si homines charos, judicibusque jucundos sine ulla præmunitione orationis acerbis, & contumeliosius invehare?

Prænarro, as, a. 1. *προαγγω*, ante narro. *Ter. Eun. 5. 3. 12.* Oportuit, rem prænarraſſe me.

Prænascor, eris, dep. 3. ante nascor. *Commodian. Instrucl. 6.* Illum non aliquis prophetavit prænaſci.

Prænato, as, n. 1. *προνηχθῆς*, ante nato. *Plin. l. 9. c. 45.* Prænate pifciculo frontem suam spargit. ¶ Ponitur aliquando pro præterfluere. *Virg. 6. Æn. v. 705.* Domos placidas qui prænatat, amnem.

Prænavigatio, onis, navigatio præter aliquem locum. *Plin. l. 6. c. 31.* A Gorgonio infulis prænavigatione Atlantis dierum quadraginta.

Prænavigo, as, n. 1. *προναυω*, ante navigo, vel præter, seu ultra na- vigo. *Plin. l. 6. c. 23.* Ut viginti dierum spatio prænavigarint infulam, quæ Solis appellatur. Adde *cap. 28.*

Pseudodipteros, edis, ψευδοδιπτερος, dicitur a *Vierus.* quæ dipteros quidem videtur, sed vere non est, aliquo columnarum ordine sublato. *V. eund. in presat. l. 7. & l. 3. c. 1. & 2.*

Pseudographæ, adv. false scribendo. *Donat. in vit. Virgil. Multa pseudo-*

pro parte pudenda honeste ponitur. *Virg. 3. Æn. v. 427.* Prima hominis facies, & pulchro corpore virgo pube tenus. ¶ Item pro juventute, vel pro juvenum multitudine. *Cic. pro Mil. c. 23.* Cui Senatus totam Rempublicam, omnem Italiam pubem, cuncta P. R. arma commiserat. *Virg. 1. Georg. v. 399.* Pubes agrestis. ¶ Pube præsentem, inquit *Paulus Fests abbreviator*, est populo præsentem, *συνεχόμενος* ab iis, qui puberes sunt, omnem populum significans.

Pubes, eris, *giovine, ἰσχυρὸς*, qui ad pubertatem pervenit, a *pube*. Quia enim pubes maturitatis est signum, factum est, ut mas pubes vocetur, cum primum ad generandum aptus est, & sæmina similiter ad concipiendum. Igitur nomine puberum tam seniores, quam juniores comprehenduntur, ut patet ex *Censu. Sigon. l. 1. de ant. jure C. R. c. 14.* In gignendi casu *puberis* facit, ut *Ceres Ceresis. Cic. pro Rab.* Neminem esse dico ex iis omnibus, qui illo die Romæ fuerint, pubesque tum fuerit, quin arma ceperit. *Id. 1. Off. c. 35.* Nostro quidem more cum parentibus puberes filii, cum foceris generi non lavantur. *Liv. l. 1. c. 3.* Tamen id imperium ei ad puberem ætatem incolume mansit. ¶ Translate usurpatur etiam de vegetabilibus, pro adulto, maturo. *Virg. 12. Æn.* Puberibus caulem foliis. ¶ *Puber* in singulari recte recte dici, s in r abeunte, putant quidam Grammatici. *Quin & Casull. in Galliam. de Atq. carm. 62.* Ego puber, ego adolescens, ego ephebus, ego puer. Ita legit *Scalig.* Alii *mulier*.

Pubesco, is, n. 3. *ἰσχυρῶς*, lanuginem emitto. *Cic. 1. Off.* Namque Herculem Prodicus dicit, cum primum pubesceret. *Valer. Flac. l. 7. v. 340.* Pubescens malæ. ¶ Translate sumitur pro crescere, sine maturitatem assequi. *Cic. l. 1. de nat. Deor. c. 2.* Quibus omnia, quæ terra gignat, maturata pubescant. *Virg. 2. Georg.* Hinc omnis largo pubescit vinea tætu.

Publicana, æ, f. *gabelliera. Cic. Ver. 5. c. 34.* Mulieri publicanæ noluit ex decumis nimium lucrere dare.

Publicanus, i, m. *gabellier, Ger. zoll meister*, Gal. *fermier*, Hisp. *almojarife, τολῶν*, qui vectigalia, & alios Populi, Principumve redditus exigendis certo constituto pretio redimit. Erant autem Publicani equites Romani, qui tributa, & publica vectigalia P. R. quæstus sui causa conducebant. Ex *Plin. l. 33. Cic. pro Plancio, pro Rab. Posth. pro Domo*, & ex *Liv. l. 43.* ¶ De origine vocis ita *Ulpian. l. 39. ff. tit. 4. de Publican. & vectig. l. 1.* Publicani autem sunt, qui publico trunantur. Nam inde nomen habent, sive fisco vectigal pendant, vel tributum consequantur. Et omnes, qui quid a fisco conducunt, recte appellantur Publicani. *Cic. ad Q. Fr. l. 1.* Non esse autem leniores in exigendis vectigalibus Græcos, quam nostros Publicanos, hinc intelligi potest. *Id. pro Planc.* Græcos enim equitum R. ornamentum civitatis, firmamentum Reip. Publicanorum ordine continetur. ¶ Neque vero solum Publicani vectigalia publica redimebant, sed alia quoque præterea multa, quæ ultro tributa dicuntur. Nam bello Punico secundo redemerunt, quæ ad exercitum Hispaniensem opus essent. *Liv. l. 24.* Item Cethego, & Tuditano Censoribus redemerunt reficienda, quæ circum forum incendio consumpta erant, septem tabernas, macellum, atrium regium. *Liv. l. 27.* Item Catone, & Flacco Censoribus conduxerunt lacus sternendo lapide, & cloacas detegendas, qua opus esset, in Aventino, & faciendas in aliis partibus, qua nondum erant. *Liv. l. 39.* ¶ Ex Publicanis alii *Manceps* erant, alii *Prædes*, alii *Socii*. Manceps definit *Festus*, quisquis a Populo aliquid emit, conductive, quia sublata manu significat, se auctorem emptiois esse. *Pædianus* Manceps principes Publicanorum esse ait, qui quæstus sui causa exigenda a sociis suo periculo exigant, & Reip. repræsentent. Prædes, teste *Festo*, est, qui Populo se obligat, interrogatus a Magistratu, videlicet pro mancipio, qui conducit. Dicitur est a præstando, quia, si manceps non solvisset, debebat præstare, quod ab eo promissum fuerat. Manceps etiam prædes est, quia tam debet populo præstare, quod promittit, quam is, qui pro eo præstaturus est. Socii erant, qui in partem quæstus, & jacturæ a mancipibus, & prædibus vocabantur. *Sigon. de ant. jure C. R. c. 4.* ¶ Deinde Publicanorum alii erant *Decumani*, alii *Pecuarii*, seu *Scripturarii*, alii *Portitores*. *African. in Divin.* Decumani erant illi, qui decumas redimebant, id est vectigalia, quæ capiebantur ex agris. Pecuarii, sive Scripturarii erant, qui scripturam redimebant, id est vectigalia ex sylvis, sive e passionum pecorum. Portitores erant, qui portoria redimebant, id est vectigalia, quæ capiebantur ex rerum importatione, & exportatione. *Sigon. l. 1. tit. ex Cic. pro L. Manil. pro Flacco. & l. 2. ad Attic.*

Publicatio, onis, *publicazione, confisecazione, διαβασίς*, actus publicandi. *Cic. in Catil. 4. c. 5.* Adjungit etiam publicationem bonorum. *Id. pro Planc.* Proponere publicationem bonorum.

Publicatio, oris, m. *chi pubblica, e divulga. Sidon. l. 3. ep. 13.* Publicatio occulti.

Publicatrix, icis, f. quæ publicat. *Arnob. l. 1.* Venus publicatrix intestini dedecoris.

Publicatus, a, um, nom. ex partic. *confisecato*. *Nepos in Thrasib. c. 1.* Plurimorum bona publicata inter se dividere. *Id. in Alcibi. c. 4.* Postquam se capitis damnatum, bonis publicatis, audivit. *Tacit. de Germ. c. 19.* Publicatæ pudicitie nulla venia. h. e. prostitute, violatæ.

Publicæ, adv. *publicamente*, Ger. *öffentlich*, Gal. *publicement*, Hisp. *publicamente. κοινή, δημοσία*, vulgo, palam. *Cic. 5. Ver.* Itaque cum Philinus Herbitensis de calamitate aratorum, & de fuga, & de reliquorum paucitate publice diceret. *Id. 1. Ver.* Cuncti ad me publice sæpe venerunt. ¶ Sæpe ponitur pro ex Republica. *Terent. Adelph. 3. 3. 89.* Haud cito mali quid ortum ex hoc sit publice, id est obtuturum Republicæ. *Cic. 5. Fin.* Et iis, qui publice socii, atque amici sunt. *Id. 6. Ver. c. 8.* Navi ædificandæ publice præesse, *con auctoritate publica*. ¶ Item pro ex publico, ex ærario, sumptibus publicis. *Cic. pro Rosc. Am.* Locantur publice cibaria anferibus. *Id. 7. Ver.* Quem ab illis prædonibus Locrenses postea publice redemerunt. *Aur. Vict. de Vir. Illustr.* Dati ei sumptus publice.

Publicianus, a, um, adjectiv. ad Publicios pertinens, ut Publicianus locus. *Cic. 12. Attic. ep. 38.*

Publicii, m. 2. familia plebeja Romæ. *Ovid. 5. Fast.* Plebis ad Ædiles perducta licentia talis Publicis.

Publicitus, adv. idem ac publice. *Teren. Phorm. 5. 7. 85.* Nonne hoc publicitus scelus hinc deportari in solas terras? Ubi Don. *Publicitus*, publica cura, & consilio. *Plaut. Amph. 1. 1. 8.* Hospitio publicitus accipiar, id est carcere publico.

Publicus, a, um, quod ad Publicios pertinet. *Ovid. 5. Fast.* Utile nunc iter est, Publiciumque vocant.

Publico, ut, avi, atum, a. 1. *publicare, γοῦρε, Ger. öffentlich anstrufen*, Gal. *publier*, Hisp. *publicar, δημοσιάζω*, publicum factum, edo in publicum. *Plin. in epist. 27. l. 4.* Ad hunc gustum totum librum repromittit, quem tibi, ut primum publicaverit, exhibebo. ¶ Sæpe ponitur pro rem aliquam publicam facere, seu in Reip. potestatem redigere, & præconi publico subicere, *confiscare. Cæc. 2. Fin.* Non singulorum civium bona publicaret. *Id. pro Sex.* Ut Rex cum bonis omnibus publicaretur. ¶ Item pro copiam sui publice tacere. *Suet. in Ner. c. 21.*

Non cessavit identidem se publicare, id est publice cantare. ¶ Item pro se publice profiteri. *Plaut. Ruceb. 4. 8. 22.* Tum illam, quæ corpus publicavit vulgo suum. ¶ Item pro manifestare. *Justin. l. 1. c. 7.* Nisi etiam matrimonii reticenda publicaret.

Publicola, (rectius *Poplicola*, ut monet *Manut. in Orehogr. ex vet. monum.*) æ, m. *ποπλιόλας*, cognomen P. Valerii, qui in locum L. Tarquinii Collatini Consul a Populo Comitibus Centuriatis successit est, ita dictus, quasi cultor, & observator Populi. Nam sacres Populo ad concilium vocato summisit, legem tulit de provocatione adversus Magistratus ad Populum, &c. Fuit quater Consul. Mortuus est Agrippa Menenio, P. Posthumio Coss. anno 250. gloria ingenti, sed copius tamiliaribus adeo exiguis, ut funeri sumptus deesset. De publico est elatus. Singulari exemplo usque ad Dionysii ætatem, in Urbe prope forum sepultus est. *Dionys. l. 5. Liv. l. 2. & Plusarib.*

Publicus, a, um, *publico, comune, Ger. gemein, Gal. public*, Hisp. *publico, δημόσιος*, quod non est privatum alicujus, sed populo commune. *Cic. 1. de Inv.* Publicum est, quod civitas universa aliqua de causa frequentat. Est a *populus*, quasi *poplicus*, quod extat in veteri inscriptione, pag. 150. n. 6. *Collect. Gruteri*. Publicus, & communis differunt, quia *publicum* dicitur, quod est totius populi, ut Campus Martius: *commune* est, quod est duorum, aut plurium, ut Paries communis, domus communis; vel quod a nemine est occupatum, neque possessum, & potest fieri occupantis, ut aer, aqua profluens, litus maris, lapilli, seu gemmæ in litore maris. Deinde *publico* privatus, *communis* proprius opponitur. *Cic. pro Mur.* Odit Populus R. privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit. *Id. Ver. 5.* Non folum in publico, sed etiam de publico convivari, a *publiche spese. Senec. epist. 89. (al. 88.)* An Sappho publica fuerit, h. e. meretrix. *Plin. l. 9. epist. 13.* Confulere in publicum. ¶ Sæpe ponitur pro loco publico, hominum conspectu, luce publica. *Tacit. 4. hist. c. 49.* Egredi in publicum. *Id. Ann. 15. c. 59.* Verfari in publico. *Sueton. in Ner. c. 9.* Per publicum vehi. *Id. in Claud. c. 36.* Abstinere publico. *Cic. Ver. 7.* In publico esse. *Liv. l. 39. c. 18.* Animadvertere in aliquem in publico. ¶ Interdum dicitur publicum, quod ex communi tantum more sit, honoris, vel urbanitatis tantum causa. Ita verba publica sunt, quibus notos æque & ignotos compellamus, *partiale de cerimonia, o complimento. Senec. epist. 3.* Eadem epistola illum & dixisti amicum, & negasti: itaque sic illo verbo quasi publico usus est, & sic illum vocasti amicum, quomodo omnes candidatos, bono viros dicimus, quomodo obvios, si nomen non succurrit, dominos salutamus. *Ovid. 3. Amor. eleg. 7. v. 11.* Et mihi blanditias dixit, dominumque vocavit, Et quæ præterea publica verba juvant. ¶ Nonnunquam præterea publicum absolute ponitur pro vectigalibus, seu redditibus publicis. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1.* Ut publicanis satisfacias, præsertim publicis male redemptis. *Sueton. in Calig. c. 40.* Additumque ad caput legis, ut teneretur publico & qui meretricium, & qui lenocinium licissent. h. e. teneretur ad vectigal publicum solvendum. *Senec. de constant. sapiens. c. 14.* Salutationum publicum exercere. h. e. pecunias accipere pro admittance ad salutandum; quod factabant magnam domuum janitores, & cubicularii. *V. Juvenal. sat. 3. v. 184.* Alii leg. *salustiorum publicum*, quod idem sonat. ¶ Publicus item absolute pro fervo publico. *Juvenal. sat. 10. v. 41.* Quippe tenet sudans hæc publicus. *Inscript. apud Gruter. p. 1087. n. 7.* Publicus Augurum. ¶ Denique *publicus* sumitur pro vulgari, plebeio, communi, & parvi pretii. *Juvenal. sat. 7. v. 53.* vatem egregium, cui non sit publica vena. *Ovid. l. 4. ex Pont. ep. 13. v. 5.* publica structura carminis. *Petron. in Sat. c. 3.* Sermo non publici faporis.

Publius, prænomen Romanum, ut *Publius Cornelius Scipio*. ¶ Publius Mimographus poeta, Cæsari familiaris, Syrus origine, scripsit mimos quosdam, sententias acutis, gravibus, & dignis, quæ a pueis ediscantur. *V. Gell. l. 17. c. 14. & Senec. l. 3. Controv. 18.*

Pucinum, i, n. 2. *Prosecho, πύκινον*, opp. Carnorum, in colle, apud oram maris Hadriaticæ, inter Aquilejam, & Tergestum, vino generoso clarum. *Plin. l. 3. c. 18.*

Pucinus, a, um, o. 1. 2. quod ad Pucinum opp. spectat. *Plin. l. 14. c. 3. de uvæ.* Item Pucina omnium nigerrima. *Id. c. 6. de vino,* Julia Augusta 82. annos vitæ Pucino retulit acceptos, non alio usu. Gignitur in sinu Hadriatici maris, non procul a Timavo fonte, saxeo colle, maritimo afflatu paucas coequentes amphoras. Nec aliud aptius medicamentis judicatur. Hoc esse crediderunt, quod Græci celebrantis miris laudibus Pyctanon appellaverunt ex Hadriatico sinu. *Id. l. 17. c. 4.* Publica vina in saxo coquuntur.

Pudefactus, a, um, *vergognato. Gell. l. 15. c. 17.* Traditas sibi tibias cum ad os adhibuisset, inflassetque, pudefactus oris deformitate abiecit, infregitque.

Pudendus, a, um, *vergognoso, cosa da vergognarsi, Ger. schendlich*, Gal. *honteux*, Hisp. *vergosofo, αἰσχυντός*, quod pudore dignum est, quod ejusmodi est, ut illius nos pudere oporteat, partic. a pudet. *Virg. 11. Æn.* At non Evandre pudendus vulneribus puldum aspicias. *Quint. l. 1. c. 2.* Dista pudenda. *Ovid. 2. de Pont. ep. 2.* Pudenda vita. ¶ Pudenda, absolute pro membris genitalibus, *August. l. 15. de Civ. Dei.*

Pudens, entis, o. *modesto, verecondo, vergognoso, αἰσχύνω*, verecondus, abhorrens a flagitio, atque dedecore. *Cic. 5. Ver.* Metelli est filius in provincia, non puer, sed adolescens bonus, ac pudens. *Id. 3. Ver.* Nihil apparet in eo ingenium, nihil moderatum, nihil pudens, nihil pudicum. *Id. 3. Ver. c. 37.* Cur pudentissimas, lectissimaque feminas in tantum virorum conventum insolitas, invitæque prodire cogis? *Id. Ver. 5. c. 68.* Quo pudentior, & melior esses.

Pudenter, adv. *con verecondia, Ger. mit scham, Gal. aveconte*, Hisp. *con verguena, αἰσχυρῶς*, cum pudore, verecunde, cum verecundia. *Cic. pro Quint. c. 11.* Eum tum pudenter appellare nolebas? *Id. 2. de Orat. c. 89.* Quem ego paulo sciebam vel pudentius, vel invidius ad hoc genus sermonis accedere. *Id. 7. Fam. ep. 27.* Rogare aliquem parum pudenter. *Id. 16. Att. ep. 15.* Pudentissime hoc Cicero petierat.

Pudè, es, dui, ditum, n. 2. idem ac me pudet. *Plaut. Cas. 5. 2. 3.* Ita nunc pudet, atque ita nunc paveo, atque ita in ridiculo sumus ambo. *Terent. Adel. 4. 7. 36.* Non hæc te pudet? *Lucan. l. 8. v. 49.* Semper metuet, quem sæva pudebunt.

Pudescit, ebat, n. 3. idem quod pudet. *Prudent. echem. 2. v. 26.* Piget, pudescit, poenitet.

Pudet, pudebat, puduit, & pudirum est, imp. 2. *vergognarsi, ὄνειδος*, Ger. *sch schemen*, Gal. *avoir honte*, Hisp. *scner verguena, αἰσχυρῶμαι*, pudore afficior, verecundor. Differit a *piget*, quod pudere verecundæ est, *pigere* poenitentia, *pudere* est in his, quæ turpiter fiunt, *pigera* in his, quæ cum damno, ac malo; *pudere* ad dedecus, *pigere* ad dolorem referunt. *Cic. de clar. Orat. c. 50.* Ad misericordiam inducitur, ad pudendum, ad pigendum. ¶ Constitrui cum gen. rei loco nom. & cum acc. personæ. *Cic. 2. Ver.* Quos libidinis, inflamæque suæ neque pudeat, neque tædeat. *Id. pro Flac.* Nonne esset pudicum, non modo legatum, sed Tralianum omnino dici Meandrium? *Plin. l. 36. c. 15.*

Cum puleret vivos, tanquam puditorum esset extinctos. * Loco ge-
 scivum admittit infinitivum. Cic. in Fam. Pura me ad te de hac re
 scribere pudet. * Interdum usurpat cum solo acc. Cic. 1. de Or. c.
 26. Quem vero non pudet, hunc ego non reprehensione solum, sed et-
 iam poena dignum puto. * Repetitur etiam cum abl. loco gen. rei.
 Plaut. Bacch. 1. 1. 12. Neque mei, neque tui intus pudum est factis,
 quæ facis. * Particip. pudendum est. Cicero. 5. Phil. Ut jam pudendam
 sit, honestiora esse legionum decreta, quam Senatus.
 Pudibilis, le, adiect. vergognoso. Lamprid. in Heliogab. c. 12. Pudibilia
 enormitate membrorum.
 Pudibundus, a, um, verecondo, rispestoso, אָדוּמָה, qui pudore ducitur,
 pudens. Plin. 1. 10. c. 20. Pudibundus, ac mærens quærit latebram. O-
 vid. 3. Amor. el. 7. v. 69. Pars nostri pudibunda. h. e. cuius nos pudet.
 Horat. de ar. poet. 232. Matrona pudibunda. * Stat. 5. Theb. v. 296. Exor-
 titur pudibunda dies. h. e. aurora colore purpureo.
 Pudice, adv. pudicanente, castamente, Ger. schambastiglich, Gall. pu-
 diquement, Hisp. pudicamente, just' alic, cum pudore. Albinov. ad Liv.
 Quid tibi nunc mores profant, adumque pudice omne ævum? Plin. 1.
 4. ep. 13. Ubi enim jucundius morarentur, quam in patria, aut pudici-
 us continerentur, quam sub oculis parentum? Adde Ter. And. 1. 5. 39.
 Pudicitia, æ, pudicitæ, castitas, צְדִיקָה, Ger. keuschheit, Gal. pudicitæ,
 Hisp. pudicia, castidad, צְדִיקָה, castitas, a pudor. Cic. pro Cael. c. 18.
 Parcat juvenetis pudicitie suæ, ne spoliat alienam. Virg. 2. Georg.
 Casta pudicitiam servat domus. Liv. 1. 1. c. 8. pudicitiam amittere. Sal-
 lust. in Catil. c. 13. Pudicitiam in propatulo habere. Sueton. in Tiber. c. 35.
 Prostrare pudicitiam. Id. in Augusto. c. 68. Pudicitiam alicuius delibare.
 Sic pudicitiam imminuere, violare, eripere, Cic. & Plaut. * In lege
 Julia de adulteriis, caput etiam de pudicitia fuit, ut ex Sueton. in Aug.
 c. 34. liquet. * Eo punitbantur maxime maculam libidinem patrentes,
 ut declarat Justinian. l. 4. Institus. tit. 17. Hinc pudicitie quæstio apud
 Isler. Maxim. l. 6. c. 1. n. 7. * Pudicitia Deæ nomine a Romanis culta
 fuit, teste Plin. 1. 2. c. 7. Ejus signum erat in toro Boario, teste Festo.
 Pudicus, a, um, pudica, casto, צְדִיק, Ger. schambastig, Gal. pudique,
 Hisp. pudico, צְדִיק, castus, a pudor. Ter. Heec. 1. 2. 77. Pudicum inge-
 nium. Ovid. 7. Metam. fidem pudicam sollicitare donis. Id. in Ibin. v.
 349. Nec tibi intererat matrona pudicior illa. Plin. 1. 7. c. 35. Pudicissi-
 ma fœmina. * Interdum ponitur pro pudente, & verecondo. Plaut.
 Trin. 3. 2. 71. Is est honor homini pudico, meminisse officium suum.
 Ovid. 3. de Pont. l. 1. Æmula Penelope's heres, si fraudè pudica
 instantes velles tallere docta proes. * Pudicabus in dat. plurali dixit
 Gellius historicus apud Charis. l. 1. pag. 39. Putschii. V. dicta in Asina.
 Pudor, oris, m. ruffore, vergogna, כְּבוֹד, Ger. scham, Gal. pudeur, Hisp.
 verguensa, empacho, אִשְׁמוּת, אִשְׁמוּת, et metus intamæ, ut Stoici de-
 finiunt, qui animum reprimunt, ne procaciter, aut inordinate, aut tur-
 piter quid peragat. Differunt pudor, & pudicitia, ut impudens, & im-
 pudicus, quorum illud ad animum, hoc ad corpus pertinet. Ita mani-
 feste qui negat, impudens, qui libidinose agit, impudicus dicitur. Cic.
 pro Cluent. Ut eam non pudor, non pudicitia, non pietas revocaret. Id.
 in Catil. 2. ad fin. Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc perulantia,
 hinc pudicitia, illinc stuprum. * Nonnunquam tamen pro pudicitia
 usurpatur. Ovid. 14. Metam. Flos intererat virginæ pudoris. * In-
 terdum ponitur pro probro, dedecore, vel scelere ipso, quod pudorem
 affert. Ovid. Heroid. epist. 1. v. 79. Irruit, & nostrum vulgus clamore pu-
 dorem. Liv. 1. 35. c. 18. Amicitia, quæ impetrata gloriæ sibi, non pu-
 dori sit. * Item pro existimatione. Plin. 1. 2. ep. 4. Debes famam, pu-
 doremque defuncti suscipere. Id. 1. 5. ep. 1. Neque enim aderat alius,
 qui defunctæ pudorem tueretur. * Item pro reverentia, timore, quo
 veremur aliquem. Terent. Andr. 1. 5. 27. Tot me impediunt curæ, a-
 mor, hujus misericordia, nuptiarum sollicitatio, tum patris pudor.
 Pudoricolor, oris, adiect. colorem pudoris, hoc est purpureum, seu ru-
 bentem habens, ut pudoricolor aurora, Nevius apud Gell. l. 19. c. 7.
 Puella, æ, fanciulla, צְדִיקָה, Ger. maglein, Gal. fille, puclle, Hisp. mo-
 ças, nina, צְדִיקָה, fœmina in tenera ætate, dim. a puer. Estque id ma-
 gis viridioris ætatis nomen, quam virginitatis. Nam puellæ quoque
 dicuntur, quæ jam maritum habent, imo & gravidæ sunt, atque a-
 deo ex etiam, quæ pepererunt. Sane Horatius 1. 2. Carm. ode 22. dixit,
 Laborans utero puellas. Et Ovidius 2. Fasti. Viduæ cessat puellæ,
 hoc est ablinete maritorum complexibus. Apud eundem Heroid. ep. 1.
 v. 115. Penelope se puellam vocat, quæ jam Telemachus Ulyssi peper-
 erat. Scævola quoque puellam vocat, quæ vidua erat, & post alteri
 nupta. Et Gellius 1. 12. c. 1. bis puellam vocat puerperam. Cic. Att. 1.
 1. ep. 3. De tutela legitima, in qua dicitur esse puella, nihil ufucapit
 potest. * Puellabus in dativo plurali dixit Gellius historicus, teste
 Charis. l. 1. pag. 39. V. dicta in Asina.
 Puellaris, & re, o. 3. fanciullesco, Ger. kindlich, Gal. appartenant a fille,
 Hisp. perteneciente a moça, אִשְׁמוּת, quod ad puellam spectat. Ovid.
 4. Fasti. Præda puellares animos oblectat inanis.
 Puellariter, adv. da fanciulla, אִשְׁמוּת, more puellarum. Plin. ep. 10.
 1. 8. Dum se prægnantem puellariter necit.
 Puellaris, a, um, adiect. puellaris. Petron. in Satyr.
 Puellasco, is, n. 3. אִשְׁמוּת, effæminor. Varro apud Non. c. 2. n. 657.
 Verum etiam veteres puellascunt.
 Puellatoris, a, um, adjectiv. ad puellos, vel puellas pertinens, ut
 puellatoris tibis, quibus a sono clariore vocamen datur. Solin. c. 11.
 Puellitor, aris, d. 1. rem Venerem habeo. Laber. apud Non. c. 8. n. 56.
 Quænam vos dementia suppolitores tacit cum cano egugio puellitaries?
 Al. leg. velitari.
 Puellula, æ, dim. a puella. Catul. in epist. Julia, carm. 56. Floridam
 ipse puellulam M. tris et gremio suæ Dedis.
 Puellus, i, m. fanciullino, צְדִיק, Ger. knablein, Gal. petit enfant, Hisp.
 niño, pequeño moço, אִשְׁמוּת, parvus puer. Lucret. 1. 4. v. 1246. unde
 puellus suscipere, & partu possint discedere dulci.
 Puer, eri, m. 2. fanciullo, צְדִיק, Ger. kind, Gal. enfant, Hisp. moço, אִשְׁמוּת,
 qui est in ætate præteritæ, idest usque ad annum decimum septimum,
 vel 15, ut alii putant. V. Ætas. Cic. pro Arch. c. 3. Ut primum excessit
 & pueris. Varro pueros ita dictos ait, quod sint puri, h. e. impubes.
 Idemque traditum a Censorino de Die Natali c. 14. Secundum Priscia-
 num l. 6. est generis communis. Liv. in Odys. apud eund. Sancta puer Sa-
 turni filia. Cic. 1. Off. Et casu formosus puer præterit. * Esti vero
 puer proprie est in ætate præteritæ, tamen interdum etiam eo nomi-
 ne vocantur adolescentem. Sic Cæsar sæpe Octavianum vocat puerum,
 quem alibi adolescentem, & prope puerum appellat. Apulejus quoque
 in Apol. Pudentem privignum puerum vocat, qui jam curatorem habe-
 ret, non tutorem. Sed hæc per immunitatem dici videntur, more O-
 ratorum. * Interdum marem, sive masculinum notat, & puellæ oppo-
 nitur. Ovid. 6. Met. Cultus erat pueri, hæc. e. quæ sive puellæ, sive
 dares puero, feret formosus uterque. * Al. accipitur pro filio.
 Virg. 2. Æn. v. 597. Alcmanusque puer. Sic Natio, eleg. de morte Tibulli v.
 597. Cupidinem vocat Veneris puerum. * Metonymice accipitur pro

fero. Præf. de verb. sign. 1. puer. Sic Regii præterit apud Macedonas vocan-
 bantur principum liberi ad ministerium Regis electi, apud Liv. 1. 45.
 Cic. ad Qu. Fr. l. 1. Ne ego iracundia aliqua adductus pueros ad te si-
 literis miserim. * A puero cum nominibus singularis numeri, & a
 pueris cum nominibus pluralis significat a tempore pueritiæ, da fanci-
 ullum, sive da fanciullo. Cic. 4. Acad. c. 36. Diodorus, quem a puero
 audivi. Id. 1. Tuscul. c. 24. Ut a pueris tot notiones haberemus.
 Puera, æ, idem ac puella, apud vet. a puerus. Suet. in Calig. c. 8. Quod
 antiqui etiam puellas pueras, sicut & pueros puellos dicebantur. Var.
 apud Non. c. 2. n. 674. Propere vivere pueræ, quas sinit ætacula lude-
 re, & amare, & Veneris tenere leges.
 Puerasco, is, n. 3. אִשְׁמוּת, est exacta infantia pueritiam inchoare. Sueton.
 in Calig. c. 7. Novem liberis tulit; quorum duo infantem adhuc rap-
 ti, unus jam puerascens insigni festivitate.
 Puerculus, i, m. puerulus. Arnob. 1. 2. & 7.
 Puerilis, & le, o. 3. puerile, fanciullesco, Ger. kindlich, Gal. d'enfant,
 Hisp. de moço, אִשְׁמוּת, quod est pueri, vel quod puerozum
 proprium esse solet. Cic. pro Arch. Quibus artibus ætas puerilis ad humani-
 tatem informari solet. * Ponitur & pro vano, inconsulto. Ter. And.
 2. 6. 18. Quidnam est? Da. Puerile est. Horat. 1. 2. sat. 3. v. 250. Si puer-
 ilius his ratio esse vincit amare.
 Puerilitas, atis, f. puerilitas, אִשְׁמוּת, ætus aliqui puerilis. Se-
 nec. ep. 4. Adhuc non pueritia in nobis, sed, quod est gravius, pueri-
 litas remanet. * Ponitur aliquando pro ipsa pueritia, כְּבוֹד, Ger.
 kindheit, Gal. enfance, Hisp. mocedad. Varro apud Non. c. 8. n. 90. Velim
 hercules, inquit, ipse usu magno puerilitatis formam audire.
 Pueriliter, adv. puerilmente, da fanciullo, אִשְׁמוּת, more puerozum.
 Cic. 1. Fin. Quæ cum res tota facta sit pueriliter. Adde 4. Acad. c. 11.
 Pueritia, æ, pueritia, fanciullesco, צְדִיקָה, Ger. kindheit, Gal. enfance,
 Hisp. mocedad, אִשְׁמוּת, ætas puerilis. Cic. 1. 5. Fam. ep. 8. Qui me a
 pueritia sua semper observavit. V. Ætas. * Dicitur etiam de brutis anima-
 libus. Colum. 1. 7. c. 6. de capris: Primis pueritiæ temporibus exhaustus est.
 * Quandoque sumitur pro puritate, sive castitate. Varro apud Non. c. 2.
 n. 672. Ea erat matronæ simplicitas, & pueritia, & honestas. * Pueri-
 tia per syncop. Horat. 1. 1. od. 36. memor Actæ non alio rege pueritiæ.
 Puerities, atis, f. pueritia. Aufon. in Professor. Burdeg. 10.
 Puerpera, æ, donna di parto, הוֹלֵדָה, Ger. kindbeterin, Gall. accouchee,
 Hisp. parida, אִשְׁמוּת, mulier, quæ recens peperit. Plin. 1. 7. c. 4. Editis
 geminis raram esse aut puerperæ, aut puerperio, præterquam alteri,
 vitam. Adde Horat. Epod. 17.
 Puerperium, ii, n. אִשְׁמוּת, nifus, & dolor parientis, vel etiam tempus
 ipsum, quo parit mulier, vel quo post partum ex dolore cubat. Plin.
 1. 28. c. 8. Lingua adalligata pericula puerperii tolli. Gel. 1. 12. c. 11. Quam
 diutinum puerperium, & quam laboriosi nixus fuissent. Plaut. Truc. 2.
 5. 22. puerperio cubare. * Aliquando ponitur pro prole ipsa. Plin. 1.
 7. c. 11. Uno abortu duodecim puerperia egesta. Tac. 12. Ann. c. 6. Fe-
 mina puerperis insignis.
 Puerperus, a, um, quod ad puerperam spectat. Ovid. 10. Met. v. 511.
 Admovitque manus, & verba puerpera dixit.
 Puerulus, i, m. parvus puer. Cic. pro Rosc. Amer. c. 41. Ut inter suos
 omnium deliciarum, atque omnium artium pueros, ex tot elegantissimi-
 mus familiis lectos, velit hos versari homines pene operarios.
 Puerus, i, m. idem ac puer, apud vet. Plaut. Merc. 5. 2. 89. Tu puer
 abi hinc intro ocyus.
 Pugil, iis, com. 3. אִשְׁמוּת, qui pugnis decerant. Cic. 2. Tusc. Pugiles ex-
 sibus confusi ne incensum quidem. Hor. 1. 2. ep. 1. v. 185. Aut ver-
 suat, aut pugiles: his nam plebecula gaudet.
 Pugilatio, onis, f. אִשְׁמוּת, pugilum exercitatio. Cic. 1. de Leg. c. 15.
 Jam ludi publici sint corporum certationes cursu, & pugilatione, &
 ætatione, curricularisque eorum.
 Pugilator, oris, m. qui pugilatu certat. Arnob. 1. 1. Tyndaridæ Castores,
 equos unus domitare confuetus, alter pugilator bonus.
 Pugilatoris, a, um, adiect. ad pugilatorem, seu pugilem pertinens.
 Plaut. Rud. 3. 4. 16. Ego te follem pugilatorum faciam. Alii leg. pu-
 gillatorium. h. e. qui pugillis, seu pugnis feritur.
 Pugilatus, us, m. אִשְׁמוּת, pugilum certamen. Plin. 1. 8. c. 21. Eun-
 dem decimo anno restitutum athleticæ certasse in pugilatu. Plaut.
 Capt. 4. 2. 13. Hic homo pugilatum incipit.
 Pugilice, adv. אִשְׁמוּת, firmiter, valenter. Summam enim tam pugi-
 les, quam athletæ, corporis robori curam impendebant. Plaut. Epid.
 1. 1. 18. Quid herilis noster filius valet? T. Pugilice, atque athleticæ.
 Pugillar, aris, n. 3. idem ac pugillaris, subst. Aufon. epigr. 146. Bipatens
 pugillar expedi. Catul. de Acme, carm. 43. En negat mihi vestra reddi-
 tum pugillar pugillaria. Gel. 1. 17. c. 9. Pugillaria nova nondum certa illita.
 Pugillaris, is, subst. m. 3. אִשְׁמוּת, tabella cereæ, vel lignea, sive alterius ma-
 teriæ, in qua scribimus. Variis autem nominibus dicebantur pugillares
 apud veteres. Erant citrai dicti, qui ex citro erant confecti, eboris, qui
 ex ebore, membrani, qui ex membranis, &c. Alii item duplices nomina-
 bantur, alii triplices, alii quinquaplices, &c. Plin. 1. 13. c. 11. Pugillarum
 enim usum fuisse etiam ante Trojanæ tempora invenimus apud Homerum.
 Pugillaris, & re, o. 3. quod pugillum, sive pugnum implere potest, seu
 quantum pugnis potest continere. Juven. sat. 11. v. 156. Nec pugillares
 defert in balnea raucus Testiculos.
 Pugillatorius. V. Pugilatorius.
 Pugillo, vel pugilo, as, a. 1. pugilatu pugno, pugnis percutio. Trebel.
 Poll. in Gallien. c. 8. Pugiles sacculus, non veritate pugillantes. Apul. de
 Deo. Feer. Valide pugillare. * Et deponenti forma. Id. 1. 7. A. A. Pri-
 moribus in me pugillatur unguibus.
 Pugillus, i, m. pugnetto, pugnetto, parvus pugnis, dim. a pugnis,
 אִשְׁמוּת. Plin. 1. 20. c. 12. Marrubii semen cum farris pugillo decoctum.
 h. e. quantum pugno exiguo capi potest.
 Pugno, onis, m. pugnale, פִּיגְוָה, Ger. dolch, Gal. peignard, Hisp. punal,
 אִשְׁמוּת, brevioris gladii genus, ab antiquo pugo pro pugno, quia
 eo punctum pugnat. Nisi cum Festo malis, esse a pugno. Cic. 2. Phil.
 Qui stillantem præ se pugione tulit. * Pugno plumbeus, translate
 pro invalido argumento accipitur. Cic. 4. Fin. c. 18. O plumbeum pug-
 gionem! * Erat pugio apud Romanos summa potestatis insignis, eo-
 que accingebant Imperatores. Hinc Vitellius cesurus imperio pug-
 gionem deposuit, uti narrat Sueton. in ejus vita c. 15. Eandem rem
 narrans Tacit. 3. hist. c. 68. Postremo, inquit, fletu præpediente, assisten-
 ti confuli exsolutum a latere pugionem, velut jus necis vitæque civi-
 vium, reddebat. Lamprid. quoque de Commodio scribit in ejus vita c.
 6. creatas ab eo primum tres præfectos prætorios, inter quos unum
 fuisse libertinum, qui a pugione appellatus est, nempe quia, ut Salmas-
 ius adnotavit, ei Commodus pugionem, insignis imperii, traderat.
 Pugionculus, i, m. pugnatillo, parvus pugio. Cic. in Orat. c. 67. Nam
 in iis, quibus, ut pugionculis, uti oportet.
 Pugna, æ, f. pugna, battaglia, פְּגוּוֹה, Germ. ein streit, Gall. combat,
 Hisp. pelea, אִשְׁמוּת, dimicatio, prælium, certamen, a pugnis, quia
 prin-

principio homines pugni configere solebant, ut ait *Don. prol. Hec. Cic. pro Mur. cap. 22*. Quibus ex omnibus pugnis, quæ sunt innumerabiles, vel acerrima videtur illa, quæ cum Rege commissa est, & summa contentione pugnata. *Id. 3. Catil. c. 3*. Pugnam committere. *Cæs. lib. 3. B. G. Pugna decertare. Id. id. l. 5*. Evocare ad pugnam. *Rufus Cic. Ver. 7*. Res venit ad manus, & ad pugnam. *Nepos in Conone, c. 5*. Pugnam facere. ¶ Translate ponitur pro quacunque contentione. *Cic. 2. Divin. Quanta pugna est doctissimorum hominum. Quintil. l. 5. c. 12*. Pugna forensis.

Pugnacitas, atis, f. pugnandi vis. *Plin. l. 10. c. 33*. Perdices capiuntur quoque pugnacitate ejusdem libidinis. *Quintil. l. 4. c. 3*. Pugnacitas argumentorum. Pugnaciter, adv. *μυχιλως*, pertinaciter, constant. *Cic. 4. Acad. Ergo de omni statu, consilioque totius vitæ aut certare cum aliis pugnaciter, aut frustrari cum aliis, tum etiam me ipsum. Id. id. c. 3*. Eamque sententiam, quam adamaverunt, pugnacissime defendere. *Sen. de ira, c. 36*. In illa disputatione pugnacius locutus es. *Quintil. l. 9. c. ult.* Alia lenius, alia sublimius, alia pugnacius, alia gravius esse dicenda. Al. leg. *pugnantis*, ut sit a positivo *pugnans*.

Pugnaculum, i, n. forte, *φορτεζα, πορτεζα*, locus munitus, unde pugnatur, seu ex quo hostilis vis arceatur. *Plaut. Mil. 2. 3. 63*. Deturbabo ego jam illum de pugnaculis.

Pugnans, antis, o. partic. a pugno. *Ovid. 13. Met. Ego Telephon hasta pugnante domui*. ¶ Sæpe ponitur pro contrario, seu contradictorio. *Cic. 1. Fin. c. 18*. Atqui pugnantis, & contrariis studiis, consiliisque semper utens nihil quieti videre, nihil tranquilli potest. *Plin. l. 8. epist. 14*. Quæ distinctio pugnantis contentiarum? ¶ Abstr. *Cic. 1. Tusc. Pugnancia te loqui non videtis?*

Pugnans, V. Pugnaciter.

Pugnator, oris, m. qui pugnat, *combastente. Liv. l. 24. c. 15*. Fortissimus quique pugator esse desierat.

Pugnatorius, a, um, adject. ad pugnam pertinens, ut pugnatorius mucro, *Senec. in prefat. lib. 2. Controvers. Pugnatoria arma, Sueton. in Calig. c. 54*.

Pugnatrix, icis, f. quæ pugnat. *Prudent. in Psychom. v. 683*. Intulit hoc vulnus pugnatrix subdola. *Ammian. l. 23. c. 6*. Pugnatrix natio, & formidanda.

Pugnatus, a, um, *combastuto, μαχησάμενος*, partic. a pugno. *Hor. l. 3. od. 19*. Et pugnatu sacro beila sub illo. *Nep. in Annib. c. 5*. Hac pugna pugnata, Romam protectus est. *Adde Cic. pro Mur. c. 22*.

Pugnax, acis, o. *bellicoso, guerrero, Ger. eriegigch, Gal. apre au combat, Hisp. pelear, μαχημα*, bellicosus. *Cic. 8. Phil. Centurio pugnax, & laertolus. Tac. 4. Hist. c. 6*. Pugnacissimus quisque. ¶ Interdum sumitur pro pertinaci. *Cic. in P. F. Grævus facilis, & valde venustus, nimis pugnax contra Senatorem Pop. R. esse noluit*. ¶ Interdum pro vehementi, efficaci. *Cic. 2. de Orat. c. 78*. Quin exordium dicendi vehemens, & pugnax non sæpe esse debeat. *Id. in Brut. c. 31*. Sed & hujus oratio in Philotophiam translata pugnax, ut ita dicam, videtur, & illorum in judicia pacator. ¶ Interdum pro pugnanti, contrario. *Ovid. Met. l. 1. v. 432*. Cumque sit ignis aequæ pugnax, &c.

Pugnatus, a, um, adject. a pugnis, hoc est ictibus manus. Joculariter *Plaut. Rud. 3. 4. 57*. Si atterges osillum, jam hercle tibi messis in ore fiet mergis pugnis. V. *Merges*.

Pugnitus, adv. *co' pugni. Cæcil. apud Non. c. 11. n. 38*. Nisi quidam qui fe malit pugnitus pessumdar.

Pugno, as, avi, atum, n. i. *combastere, בריח, Ger. streiten, Gal. combastere, Hisp. pelear, μαχημα*, dimico, certo, contendo cum aliquo, confingo, congredior. Construitur vel absolute. *Plaut. Amph. 1. 1. 44*. Pugnabant illi maxime. ¶ Vel cum acc. & præp. in, contri, adversus. *Sallust. in Catil. Qui contra imperium in hostem pugnabant*. ¶ Vel cum accus. & præpos. inter. *Var. lib. 2. R. R. c. 3*. Inter se cornibus pugnant.

¶ Vel cum accus. *pugnans, prælium, bellum, & hujusmodi. Hor. lib. 4. arm. od. 6*. Non pugnavit ingens Idomeneus, Sthenelufve solus dicenda Nilis prælia. *Gel. l. 3. c. 8*. Dum Pyrrhus Rex in Italia esset, & unani, atque alteram pugnam profere pugnasset. *Adde Plaut. Pseud. 1. 5. 110*. ¶ Vel cum ablat. & præpos. *Cic. pro Balb. Qui cum hoste nostro comminus in acie sæpe pugnavit*. ¶ Vel cum ablat. & præp. e, vel ex. *Cic. 2. de nat. Deor. In nostra acie Castor, & Pollux ex equis pugnare vili sunt. Plin. l. 32. c. 1*. Pugnare e muris. ¶ Vel cum ablat. & præp. de. *Terent. prol. Hec. Tumultuantur, clamant, pugnans de loco*. ¶ Vel cum ablat. & præp. pro. *Cic. 2. de Invent. Ut non oppugnare commoda patriæ, sed pro his pugnare possit*. ¶ A Poetis etiam usurpatur cum dat. *Catul. Carm. 62. nuptialis, v. 64*. Noli pugnare duobus. ¶ Translate sumitur pro conari, eniti. *Cic. l. 3. Fam. ep. 9*. Illud pugna, & enitere. *Ovid. l. 1. de Remed. amor. Pugnans in adversis ire natorum aquas*. ¶ Et item pro contendere in disceptationibus de re aliqua. *Cic. l. de nat. Deor. Illud video pugnare te, species ut quædam sit Deorum*. ¶ Item pro curare, magni tacere. *Cic. de nat. Deor. Videtur Epicurus de Diis non magnopere pugnare*. ¶ Item pro contrario esse. *Cic. 2. Tusc. Cum eorum vita mirabiliter pugnat oratio. Quintil. l. 3. c. 10*. Hæc autem, quæ tantum inter se pugnant. ¶ Usurpatur etiam imperf. *Cic. 3. Off. Cum male pugnatum apud Claudium esset. Id. pro Rojic. Amer. c. 3*. Hoc solum hoc tempore pugnatur, ut &c. idest hoc contenditur. ¶ *Terent. Adelph. 5. 3. 56*. Istam plætriam alia illuc mecum hinc abraham. Mi. Pugnaveris, hoc est, magnam rem feceris, inquit *Donatus*.

Pugnus, i, m. *pugno, זרור, Ger. faust, Gal. poing, Hisp. puño, δραχιδόνου*, manus clausa, & contracta, a *πυγμα*, *Cic. in Orat.* Nam cum compreflerat digitos, pugnumque fecerat. *Car. c. 82*. Sphæras pugnum altas tacito. h. e. magnitudine pugni. *Plaut. Curc. 1. 3. 43*. Pugnus cædere. *Id. Curc. 2. 3. v. 9*. Pugnus rem solvere. *Rufus Cic. 5. Verr. c. 23*. Pugnus, & calcibus alicum confondere. *Id. de clar. Orat. c. 69*. Pugnus, & plagas ferre. Sic dicimus onerare, obtundere alicum pugnis, ingerere pugnos in ventrem, pugnum impingere, &c. *Plaut. Tæpe*.

Pulchellus, a, um, *υψηλλο*, dimin. a pulcher. *Cic. Att. l. 1. epist. 16. a med. Redeo ad altercationem: furtit pulchellus puer. h. e. Clodius, quem ita nominat etiam l. 2. ep. 1. & 22*. idque duplici de causa, tum, quia forma erat puellæ similis, tum quia pulcher cognomen erat Claudie familiaris *Patricie. Manius*.

Pulcher, chra, chrum, bello, זכר, *Ger. schon, Gal. beau, Hisp. hermoso, αριστος*, formosus, venustus, quasi *αριστος, a πλοσ, & χρως*, quia proprie pulchrum est, quod multum coloris, utriusque habet. Vel est ex *αριστος*, ut proprie pulcher sit, in quo multa gratia. Vela *αριστος*. Ita pulcher proprie erit tortis, quomodo *Servius* exponit hoc *Maronis 7. Æn. v. 656*. Status Hercule pulchro pulcher Aventinus. *Sic Flor. l. 4. c. 4*. Tum etiam manu pulcher apparuit. ¶ Scribit *Cic. in Orat. c. 48*. veteres ita locutus, ut pulchrum sine aspiratione proferret; eodemque pacto pulcherrimus absque b in aliquot antiquis codicibus fe reperisse testatur *Prætorius*. Nunc contra usus obtinuisse videtur. *Cic. 5. Tusc. Itaque nec pulchros illos administratores aspiciebat. Id. de Senect. Qua quid potest esse cum fructu lætius, tum aspectu pulchrius? Virg.*

1. Æn. Regina ad templum forma pulcherrima Dido incessit. ¶ Ponitur interdum pro bono. *Gel. l. 19. c. 8*. Ni quid contra ea dicis, Poetarum pulcherrime. *Horat. l. 1. epist. 2. v. 30*. Cui pulchrum fuit in medios dormire dies. h. e. summi instar boni. ¶ Item pro læto, lauto. *Id. l. 4. od. 4*. Pulcher fugatis ille dies Latio tenebris. ¶ Est etiam gloriosus, honestus. *Virg. 4. Georg. v. 218*. pulchramque petunt pro vulnere mortem. ¶ Cum genitivo, *Sil. lib. 11. v. 365*. pulcherrimus iræ, Et dignus fieri compos memorabilis auli.

Pulchra, ium, n. 3. bellaria. a Pulcher. *Ufus Cato in ea oratione, quam habuit de fundo oleario.*

Pulchralis, & le, o. 3. idem ac pulcher, apud vet. *Enn. apud Fest. Pulchralibus ludis.*

Pulchre, adv. *excellentemente, ὑψηλως*, præclare, decore. *Plaut. Mer. 5. 2. 61*. Si tu vera dicis, & pulchre ædificatas arbitror. *Cic. in Or. c. 68*. Nihil enim est aliud pulchre, & oratorie dicere. ¶ Sumitur etiam pro bene, probe. *Plaut. Amph. 1. 1. 122*. Optime optumo operam das, datam pulchre locas. *Cic. de nat. Deor. Mini pulchre est, ego beatus sum. Plane. Cic. l. 10. Fam. Lepidum pulchre noram. Serv. Sulpic. ad eund. l. 4. epist. 5*. Pulcherrime ferre secundam fortunam. ¶ Item pro vaide, nimis. *Ter. Eun. 4. 5*. Quam videbar mihi esse pulchre sobrius? *Cic. pro Cluent. Is pulchre afeverat fe ab Oppianico destitutum*. ¶ Item pro sapienter. *Ter. Eun. Dixit pulchre, Nunquam vidi melius consilium dari*. ¶ Item large, liberaliter. *Plaut. Aulul. 3. 1. 8*. Neque ligna ego usquam præberi vidi pulchrius. ¶ Est etiam vox approbantis. *Ter. Eun. 4. 2. 4*. Male multabo ipsum. Gn. Pulchre. *Id. Heaut. 2. 3. 91*. Assimulabimus tuam amicam hujus esse. Cl. Pulchre.

Pulchritas, is, n. pulcher fio. *Seren. Sammonic. c. de vulnerib. in fine. At succis hederæ pulchrefcit træda cicatrix.*

Pulchritas, antis, f. idem ac pulchritudo. *Cæcil. apud Non. c. 2. n. 665*. Dii boni, quid illud est pulchritas?

Pulchritudo, inis, f. *bellezza, بديهة, Ger. schenheit, Gal. beauté, Hisp. hermosura, αριστος*, species, venustus, decor, elegantia. *Cic. l. 4. Tusc. Ut corporis est quædam apta figura membrorum cum coloris quadam suavitate, eaque dicitur pulchritudo. Id. 1. Off. Ut enim pulchritudo corporis apta compositione membrorum movet oculos, & delectat hoc ipso, quod inter se omnes partes cum quodam lepore consentiunt. Id. 1. Off. Pulchritudinis duo genera sunt, quorum in altero venustus est, in altero dignitas; venustatem muliebrem dicere debemus, dignitatem virilem. Quintil. l. 3. c. 7*. Pulchritudo verborum.

Pulegium, ii, n. *pulleggio, γαλγανω*, herba hortensis odorifera, a *pulex. Plin. l. 20. c. 14*. Flos pulegii recentis incensus pulices necat odore. *Col. l. 8. c. 5*. Pulegii furculis fumigetur: ea res videtur prohibere pituita. ¶ Translate sumitur pro suavitate sermonis. *Cre. l. 16. Fam. epist. 23*. Ad eus ruitam pulegio mihi tui fermonis utendum est.

Pulejatum, i, n. vinum pulegio conditum. *Lamprid. in Heliog. c. 19*.

Pulejium, ii, n. idem ac pulegium. *Cic. de Div. 2. c. 14*. Et pulejium aridum florescere ipso brumali die.

Pulex, icis, m. *pulice, כריש, Ger. ein floche, Gal. puce, Hisp. pulga, פולגא*, genus vermis, qui non solum dicitur de infecto homine infestante, sed etiam de verme, qui oleribus, & præcipue brassicis infestans est. *Colum. lib. 10. v. 321*. Exurat fata ne resoluat pulveris ælas, parvulus aut pulcx irrepens dent lætæst Ocyra. *Marzial. l. 14. ep. 83*. Defendat manus hæc scapulas mordente molesto Pulice, vel si quid pulce fordidius.

Pulicosus, a, um, *פוללוסος*, pulicibus plenus. *Colum. l. 7. c. 13*. Pulicosæ cani remedia sunt.

Pullarius, ii, m. qui e pastu pullorum gallinaceorum captat auspicia. *Cic. l. 10. Famil. epist. 12*. Pullarium admonitu, non satis diligenter eum auspiciis operam dedisse. *Id. 2. Div. c. 34*. Attulit in cavea pullos is, qui ex eo nominatur pullarius.

Pullarius, a, um, adject. ad pullos eorum pertinens, ut pullaria collectio. *Veget. l. 2. c. 25*. ¶ Item ad pullum, quia puerum notat. Hinc pullaria felis dicitur ab *Ausonio epigr. 70*. quæ instar felis sorices venantis, pueros captat, & corrumpit. ¶ Pullarium dicitur *Plaut. apud Fest. manum dexteram; qua de re vide Turnab. l. 3. c. 1. Advers.*

Pullastra, æ, f. *pallastra*, gallina adolefens. Suae natura adjectivum est. Nam subintelligitur gallina. *Vir. lib. 3. de R. R. c. 9*. Et ea, quæ subjiciat potius vetulus, quam pullastra.

Pullatio, onis, f. *πυλλωσια*, tætura pullorum gallinaceorum. *Colum. l. 8. c. 5*. Plerique tamen etiam ab æstivo solitio non putant bonam pullationem.

Pullatus, a, um, *vestito di sero, μαλακισμος*, atratus, pulla veste indutus, lugubrem habitum ferens ex parentum morte, vel alia quavis ratione. *Juvenc. sat. 3. v. 212*. Si magna Asturici cecidit domus, horrida mater, pullati proceres, differunt vadimonia Prætor. *Sidon. l. 3. epist. 7*. de iis, qui omnia præpostere agunt. Albat ad exsequias, pullati ad nuptias. ¶ Pullati etiam dicebantur infimæ plebis homines, quod sive togati, sive tantum tunicati essent, non paupertate solum, sed ipso suæ artis usu impeditentur, ne album colorem usurparent. *Plin. l. 7. epist. 17*. Illos quoque fordidos pullatitque reverentur. *Quintil. l. 6. c. 4*. Imperitius, ac pullate turbæ relinquunt. *Id. l. 2. c. 13*. Mire ad pullatum circulum facit. V. *Pullus*.

Pullejæcius, a, um, idem ac pullus. Hoc vocabulo utebatur Cæsar Augustus, ut in ejus vita scribit *Tranquillus c. 87*. Nempe, ut recte *Caesabonus* monet, ad aliorum colorum exemplum, quædam ingenii læticia, id verbum formabat. Sic enim dicimus *violaceus, herbaceus, &c.*

Pullelco, V. Pullulasco.

Pullicænus, m. 2. *pollicino, polcino*, qui ex gallinæ ovo nascitur, pululus gallinaceus, dimin. a *pullus. Lamprid. de Alexan. Sever. c. 41*. Qui eos ex ovio, & pullicenis, & pipionibus aereat. h. ex pecunia, quæ iis venditis colligebatur. V. integrum *Lamprid. locum*.

Pulligo, inis, f. idem ac pullus color. *Plin. l. 8. c. 48*. Furtas lanas Tarentum habet, & alias suæ pulliginis.

Pullinus, a, um, *πυλλινος*, quod est pulli, ut Pullini dentes, quos primum equi jaciunt. *Plin. lib. 8. c. 44*. Pruiquam dentes, quos pullinos appellat, jaciunt.

Pullipreimo, onis, m. *pædicio*, puerorum corruptor. *Auson. epigr. 70. ¶ Lucil. apud Voff. in Erymol. verbo Pullus, videtur usurpassi pullipreimo, is, a. 3. pro puerum corruptum.*

Pullities, eis, f. pullatio, tætura ovium. *Colum. l. 8. c. 9. de turturibus*. Itaque circa messem, cum jam coarctata esset pullicities, eligitur. *Id. l. 9. c. 11. de apibus*. Cum primo vere in eo vase nata esset pullicities.

Pullo, as, n. 1. idem ac pullulo, gemino. *Calpurn. ecl. 5*. Tunc etenim toto venanti gramine silva Pullat, & æstivas reparabilis inchoat umbras.

Pullulatio, is, n. 3. *germogliare, βλαστηω*, pullulans fio, gemino, geminem emitto. *Colum. l. 4. c. 21*. Et ita ex novello palmitæ vitis pullulascit. Est qui legit *pullefcit* eodem sensu. *Prudent. in Romano, v. 882*. Utrum renatis pullulascat artubus.

Pullulo, as, avi, atum, n. 1. *pulluizare, germogliare, צרכ, Ger. aufproffen*,

proffen, Gal. *pulluler*, Hisp. *achar venueus*, *αχαρβενουος*, pullos emitto, idest foliones, sive germina, sœthico. Proprie enim de arboribus dicitur, cum a radicibus novæ plantæ surgunt. *Virg. 2. Georg.* Pullulat ab radice alius densissima sylva. ¶ Translate *Virg. 4. Georg.* Tam sævæ facies, tot pullulat atra colubris. *Nep. in Caton. c. 2.* Pullulæ incipiebat luxuria.

Pullulus, m. 2. *germoglio*, *βλαστει*, *αχρυσουρι*, stolo, ut quibusdam placet, seu germen, quod ex arboris radice nascitur, dimin. a *pullus*. *Plin. l. 17. c. 10.* Nullus vero tales pulluli proveniunt, &c. ¶ Item parvus pullus, animal. *Apul. l. 8. Met.* Tam bellum scilicet pullulum. h. e. abum.

Pullulus, a, um, adject. diminut. a *pullus*, a, um, aliquantum ater, subfuscus. *Colum. l. 2. c. 2.* Si sit pullula terra, quæ melius proventu frugum approbat.

Pullus, i, m. *polledro*, *πυλλος*, Ger. *das jung einer jeden thiers*, Gal. *poullain*, *pouffin*, Hisp. *pollo*, *pollino*, *πωλλινος*, proprie equuleus, sive equulus, idest tætus equæ, a græco nomine allato. *Virg. 3. Georg.* Continuo pecoris generosi pullus in arvis alius ingreditur. ¶ Transfertur etiam ad asinos, elephantos, aliaque animalia. *Plin. l. 8. c. 44. de onagris*. Pulis eorum ceu præstantibus sapore Africa gloriatur, quos laliones appellant. ¶ Latini avibus quoque hoc nomen accommodarunt. *Juven. sat. 13. v. 142.* Quis tu gallinæ filius albæ, nos viles pulli, nati infelicibus ovis. *Plin. l. 10. c. 33.* Pulli hirundinis. *Liv. l. 32. c. 1.* Pullus gallinaceus. *Cic. Q. Fr. l. 1. epist. 1.* translate rapacem hominem pullum milvium vocat. ¶ Item animalibus minutioribus, ut ranis, apibus, &c. *Hor. l. 2. sat. 3. v. 314.* Absentis ranæ pullis vituli pede pressis. ¶ Arboribus quoque tributum est, quarum germina, ac foliones pulli dicuntur. *Car. R. R. cap. 52.* Abs terra pulli qui nascuntur, eos in terram deprimito. ¶ Denique etiam hominibus tribuitur. Puerum enim, quem quis amat, pullum vocabat, teste *Fest.* Hinc Q. Fabius, cui Eburno cognomen fuit propter candorem, pullus Jovis appellatus est, quod ejus natis ista esset fulmine. ¶ Itaque pullus vox est blandientis. *Hor. l. 1. sat. 3. v. 44.* Strabonem Appellat pærum pater, & pullum, male parvus si cui filius est. *Sueton. in Calig. c. 13.* Lætissimum obviorum agmine incensit, super fausta nomina sidus, & pullum, & puppam, & alumnum appellantium.

Pullus, a, um, *folio*, *di color di terra*, *פוללו*, Ger. *schwarzzecht*, Gal. *noir*, Hisp. *nigro*, *φωλις*, fulcus, ater, in nigrum vergens, cuiusmodi est color terræ, qui & Hispanis, & Bæticis dicitur. Est autem *pullus*, quasi *pullus*, quia color pullus, natus est: quæ vox ita gignitur, quemadmodum *ullus* ab *unus*. *Plin. l. 17. c. 4.* Pulla terra. *Hor. l. 1. sat. 8.* Agna pulla. *Id. Epod. 16.* Pulla ficus. *Id. lib. 1. od. 25.* Pulla myrta. ¶ Toga pulla dicebatur, quæ nativo erat lanæ colore, & nulla arte dealbata, qualis in privato lectu adhiberi solebat. nam in publico vestem mutabant. In ipso tamen tuncis epulo togam pullam ponebant dignitatis causa. *Cic. in Vatin. c. 12.* Quis unquam, in lectu domestico, quis in funere familiari conavit cum toga pulla? ¶ Pulla velis erat hominum infimæ sortis. *Calpurn. ecl. 7.* Venimus ad fœdes, ubi pulla fordidæ veste Inter fœmicias spectabat turba cathedras. ¶ Translate *Idem ibid.* Pulla paupertas. Hinc *Cicero* jure reprehendit Verrem Prætozem, *Ver. 6. c. 24.* quod vilidius plebis more in officina totum diem sederet cum tunica pulla. V. *Pullatus*.

Pulmentaris, & re, o. 3. *πυλμνταρις*, quod spectat ad pulmentum. *Plin. l. 18. c. 12.* Prævalens pulmentari cibo.

Pulmentarium, ii, n. *πυλμνταριον*, cibus in modum pulvis factus. *Col. l. 11. c. 3.* Satureja viridis quis est jucunda, nec arida inutilis ad pulmentaria condienda. ¶ Per Synecdochen dicitur de quocunque cibo. Cauti est, quia primus in Latio cibus pulvis fuit, non panis, teste *Plin. l. 18. c. 8. Horat. l. 2. sat. 2.* Tu pulmentaria quære Sufando.

Pulmentum, i, n. idem ac pulvis, vel aliud cibarium ad modum pulvis factum. *Plaut. Aul. 4. 2. 37.* Pulmentum quin ei pridem eripuit milvius. *Hor. lib. 1. epist. 18. v. 48.* Cœnes ut pariter pulmenta laboribus empta. *Id. l. 2. sat. 2. v. 33.* Laudas infane trilibrem Mullum, in singula quem minus pulmenta necesse est.

Pulmo, onis, m. *polmone*, Germ. *die lungen*, Gal. *lo poulmom*, Hisp. *el pulmon*, *πνευμων*, viscus spongiosum, corporis totius secundum cor nobilissimum, ad unguis bubulæ similitudinem dissectum, totius modo spiritum attrahens, eundemque reddens, caloremque nativum leniter refrigerans. Usurpatur eleganter non solum in singulari num. sed etiam in plurali. *Cic. 2. de nat. Deor.* In pulmonibus autem inest raritas quædam, & assimilis spongias mollitudo, ad hauriendum spiritum aptissima, qui tum te contrahunt aspirantes, tum spiritu dilatant. *Id. 2. Tusc.* Lateri inhærens morfu lacerat viscera, urgentes graviter pulmonum haurit spiritus. *Perf. sat. 1.* Grande aliquid, quod pulmo anime prælargus anhelet. ¶ Ex pulmone nascitur tabes, quam Græci *phibisim* vocant. Tunc enim pulmo tabescit, atque adeo totum corpus. *Ovid. l. 1. de Pont. eleg. 3. v. 20.* Cernis, ut e molli sanguis pulmone remissus ad Stygias certo limite ducat aquas. ¶ Pulmo item, genus piscis, sensu carens, *polmone marino*. *Plin. l. 18. c. 35.* Pulmones marini in pelago, plurium dierum hyemem portendunt.

Pulmonacæus, a, um, adject. ut pulmonacæa radix, quæ pulmonis speciem retet. *Veget. l. 1. c. 12.*

Pulmonariûs, a, um, *πνευμονικος*, pulmonis inflammatione laborans, quam & tebris acuti, & difficultas anhelitus solent comitari. *Colum. l. 7. c. 5.* Quem, pulmonariûm similiter ut suum, curari oportet.

Pulmonæus, a, um, quod pulmones imitatur. Pulmonæa poma appellantur stolidæ tumentia, a tumore pulmonum. *Plin. l. 15. c. 14.* Stolidæ tument pulmonæa. ¶ Pedes pulmones, qui tumidi sunt. *Plaut. Epist. 5. l. 21.* Pulmoneum vomitum vomere. *Id. Rud. 2. 6. 27.*

Pulmoneolus, i, m. dimin. parvus pulmo. *Solin. c. 62. (al. 49.)*

Pulpa, æ, f. *polpa*, Ger. *die mauff*, Gal. *poulpe*, Hisp. *pulpa*, pars carnosa in corpore animalis, a *polpo*, sive *polpito*, quia caro sine ossibus mollis est, ac tremula. *Martial. l. 3. epigr. 77.* Et pulpam dubio de petulone voras. ¶ Translate *Perf. sat. 2. v. 63.* Quid juvat hoc, templis nostris immittere mores, Et bona Diis ex hac scelerata ducere pulpa? h. e. ex corpore, & carne nostra vitata libidinis, & cupiditatis. ¶ Etiam ad arbores transfertur. *Plin. l. 16. cap. 38.* In quarundam arborum carnibus pulpæ, venæque sunt. Discrimen earum facile: Venæ latiores, candidioresque, pulpæ fissilibus insunt. *Et infra.* Quibusdam Pulpa line venis mero itamine, & tenui constant. Hæc maxime fissilia. Alia trangi celeriora, quam findi, quibus pulpa non est, ut oleæ, vites.

Pulpamæn, inis, n. pulmentum, pulpa. *Epitome Liv. l. 48.* Malanisia sine pulpamie mandere, & gustare panem tantummodo solitus.

Pulpamentum, i, n. pulpa, pars carnosa animalis, qualis est v. gr. in lepro. is parte posteriori. Hinc illud proverbium apud *Terent. Eun. 3. l. 36.* Lepus tute es, & pulpamentum quæris. V. *Lepus*. ¶ Sumitur & pro quois cibo delicatior. *Plaut. Cure. l. 1. 90.* Vultis ne olivas, aut pulpamentum, aut capparum? Adde *Streb. 5. 4. 31.* ubi aliquid obsecrare latere videtur.

Pulpito, as, a. 1. asseribus, aut trabibus in modum pulpiti ædificio, sulcio. *Sidon. l. 8. ep. 12.* Hic pandi carinarum ventres abjeganum tra-

bium textu pulpitabantur.

Pulpitum, i, n. *pulpito*, Germ. *perdigstuel*, Gal. *pulpiere*, Hisp. *pulpi-so*, *βυλας*, fuggestus, locus editus, unde sermo habetur ad populum, vel unde spectatur in vias, & *Sueton. de clar. Gram. c. 4.* Post meridiem remoto pulpito declamare solitum. ¶ Item locus editus ante scenam, in quo nuni, & histriones agunt, *Thymian, Juræn. sat. 3.* Tandemque redit ad pulpita notum exodium. *Plin. l. 4. ep. 25.* Ludibria scena, & pulpito digna.

Pulpo, as, n. 1. vox exprimens cantum vulturis, carnem, & cadaver veluti poscentis. *Auct. carn. de Philom. v. 27.* Dum clangunt aquilæ, vultur pulpate probatur.

Pulposus, a, um, adject. *polposo*, pulpa abundans, carnosus. *Apul. l. 7. Metam.* Terga pulposus torulis obesa.

Puls, tis, f. *πυλλος*, cibi genus ex leguminibus in aqua coctis. A quibusdam definitur cibus ex aqua, & farina constans, adultis interdum ovum, melle, cafeo. Verum hoc pacto videtur contundi cum placenta. Itaque prima descriptio verior est: neque enim credibile est, pifcos illos homines tot condimenta in quotidianis cibis adhibuisse. Narrat autem *Plin. l. 18. c. 8.* pulte, non pane, vixisse longo tempore Romanos. *Juven. sat. 11. v. 58.* pultes Coram aliis dicem pueri, sed in aure placentas. *Id. sat. 14. v. 170.* de *vittu prisfor. Rom.* A scrobe, vel sulco redeuntibus altera cœna Amplior, & grandes tumabant pulpibus olæ. Adde *Perf. sat. 6. v. 40.* ¶ Hoc cibi genere pullos etiam nutriebant, ex quibus auspicia essent capturi; quibus si inter vescendum ore aliquid excidisset, tripodium esse dicebatur, omenque faustum. *Cic. 2. Div.* Nunc vero inclusa in cavea, & fame enecta si in offam pulvis invadit, hoc tu auspiciam, &c. Adde *Festum*.

Pulsabulum, i, n. instrumentum, quo fides pulsantur. *Apul. l. 2. Florid.* Dextera pulsabulum citharæ admoveat, ceu parata percutere.

Pulsatio, onis, f. *battimento*, *κωπις*, actus pulsandi. *Liv. l. 31. c. 39.* Et majore cum sonitu, quam vulnere ullo pulsatio scutorum parumper succedentes Romanos tenuit. Adde *Cic. pro Cel. c. 10.*

Pulsator, oris, m. *κωπις*, qui pulsat. *Flac. 2. Argon. ad fin.* Citharæ pulsator Apolio.

Pulsatus, a, um, *battuto*, *ακρωματιος*. *Plin. l. 12. c. 9.* Eadem mari adveniente fluctibus pulsata, resistunt immobiles. *Virg. 3. Æn. v. 555.* Pulsata saxa. *Id. 6. Æn.* Hic quibus invisit fratres, dum vita manebat, Pulsatusve parens.

Pulso, as, avi, atum, a. 1. *battere*, *percutere*, *רבה*, Ger. *heffrig schla-gen*, *treiben*, Gal. *pouffer*, *frapper*, Hisp. *berir*, *golpear*, *απυ*, *τυπτω*, sæpe percuto, verbero, ireq. a *pelio*. *Terent. Adel.* Sed quis hoc ostium pulsavit? *Cic. 1. de nat. Deor.* Cum sine intermissione pulsetur, agiturque atomorum incursum sempiterna. *Id. 7. Ver.* Sex lictores circumstant valentissimi, & ad pulsandos, verberandosque homines exercitatissimi. ¶ Speciatim dicitur de fœdibus, vel aliis instrumentis musicis, pro chordas digitis, vel plectro atterere, aut sonum reddant. *Virg. 5. Æn.* Jam pectine pulsat ebuo: n. ¶ Translate sumitur pro perturbare, vexare. *Plaut. Epid. 4. l. 1. 3.* Qui in unum multa confluunt, quæ meum pectus pulsant. *Virg. 12. Æn.* Pulsatos referens, inlecto tædere Divos. h. e. violatos. *Claudian. de B. Gildon. v. 169.* Quisquis vel locuples, vel pulchra conjuge notus, Crimine pulsatur talfo.

Pulsuatus, a, um, adject. pulsibus plenus, ut pulsuosus dolor. *Cel. Auct. Tard. l. 3. c. 10.*

Pulsus, us, m. *battimento*, *κωπις*, actus pellendi, ictus, impulsio. *Cic. 1. Tusc. c. 23.* Inanimum est omne, quod pulsu agitur externo. *Sil. l. 14. v. 488.* lenis ductor Rhæticius ibat Pulibus, & valido superabat remige ventos. ¶ A Medicis iteni pulsus vocatur, motus arteriarum ex spiritu reciprocatione, & ex systole, diastoleque cordis proficiens, *polso*, *σφυγις*. *Plin. l. 11. c. 37.* Arteriarum pulsus in cacumine maxime membrorum evidens, index ferè morborum. *Id. l. 2. c. 97.* Pulsus venarum.

Pulsus, a, um, partic. *battuto*. *Propert. l. 3. eleg. 13.* Arte pulsa fides. ¶ Item expulsi. impulsus. *Virg. 1. Æn. v. 382.* Pulsus corde dolor. *Valles. l. 2. c. 26.* Pulsus acie a Sylla.

Pulsarius, ii, m. *πυλλοειτης*, vas, in quo puls decoquitur. *Cels. l. 2. c. 11.* Caliculus quoque, aut pulsarius onis compressioris ei rei commode aptatur. *Plin. l. 7. c. 53.* Calidam potionem in pulsario poposcit.

Pulsatio, onis, f. idem ac pulsatio. *Plaut. Truc. 2. 2. 3.* Quid tibi ad hæc accessio est ædes, aut pulsatio?

Pulticula, æ, f. *πολλων*, dimin. a *puls*. *Colum. l. 8. c. 11.* Nec minus quolibet frumento cocta pulticula. Adde *Plin. l. 26. c. 8.*

Pultificus, a, um, adject. ut pultificus far. hoc est ex quo fit pulvis. *Auson. in Technopag. c. de cibus.*

Pultriphagones, m. 1. idem ac pultriphagus. *Plaut. in prol. Pan. v. 53.* Carthægonius vocatur hæc comœdia, Latine Plautus, Patrus pultriphagones.

Pultriphagus, a, um, qui pulte vescitur, vox hybrida, ex Latino *puls*, & Græco *φωγις*, vesci. *Plaut. Most. 3. 2. 143.* Pultriphagus opifex. ¶ Legitur & *pultrifagus*.

Pulto, as, a. 1. idem ac pulso. *Ter. Adel. 4. 4. 24.* Ubi pultare hæc occipite fores. *Plaut. Mil. 2. 2. 47.* Pultare pectus digitis.

Pulver, ris, idem ac pulvis. *Apul. de herb. c. 35.* Herbæ pulver vix inhabitus. Adde *Theodor. Priscian. l. 1. c. 30.*

Pulveratice, æ, f. & *Pulveraticum*, i, n. quod agrimenforibus pro labore, ac pulvere solvebatur, a *pulvere*. Uti *Theodosius*, & *Valentinianus in constitutione apud Jul. Frontinum de limit. agror. & Leg. 16. Cod. Theodof. de Titoniis*.

Pulveratio, onis, f. tossio vineæ, quæ fiebat sereno cœlo in sicca tellure ad excitandum pulverem, quo uvas facilius a Sole coqui putabant. *Virg. 2. Georg.* Sollicitanda tamen tellus, pulvisque movendus. Ubi *Servius*, Hoc genus culturæ pulverationem vocant proprie quo immittunt glebæ ad vites applicantur. *Col. l. 11. c. 2.* Sed frigidioribus regionibus pulverationem faciunt, quam vocant rusticæ occasionem, cum omnis gleba in vineis retingitur, & resolvitur in pulverem.

Pulveræus, a, um, *κωπιστατος*, quod est ex pulvere, ut Nubes pulveræa, idest ex pulvere moto excitata. *Virg. 8. Æn.* Oculifve sequuntur Pulveræam nubem. ¶ Nonnunquam idem est ac pulverulentus, idest pulvere plenus. *Ovid. 7. Metam. v. 113.* Pulveræum solium. ¶ Æquor pulveræum, circus, ubi pugnatur. *Stat. 11. Theb.* Jamque in pulveræum, Furis hortantibus, æquor fluunt.

Pulveræo, us, a. 1. *polverizzare*, *ridere in pulvere*, Germ. *zu pulver stossen*, Gall. *pouder*, *pulveriser*, Hisp. *empolvar*, *polvozar*, *κωπιζω*, in pulverem redigo, glebas comminuo, & in pulverem resolvo. *Col. l. 11. c. 2.* Priefquam vineæ pulverentur. V. *Pulveratio*. ¶ Sumitur etiam pro pulverem excitare, pulvere conspergere. *Plin. l. 17. c. 9.* Pubescen-tique uvæ pulverent. *Calpurn. ecl. 10.* Et fragiles nimis Sol pulverat herbas. ¶ Est etiam verbum neutrum, pro pulvere plenum esse, seu pulvere tædari. *Plaut. apud Gel. l. 18. c. 12.* Exi, Dave, age, sparge: mundum esse hoc vestibulum volo: Venus ventura est noctia, nolo hoc pulveret. Sed facile etiam subauditur potest: *illam*: quo modo activum erit.

Pulverulentus, a, um, *κωπιστατος*; pulvere plenus. *Cic. Att. l. 5. ep. 14.* Nunc

Nunc iter conficiebamur aethusa, & pulverulenta via. Quintil. l. 5. c. 10. Iter pulverulentum. Ovid. l. 1. Anar. eleg. 15. Præmia militiæ pulverulenta sequi. h. e. plena laboris, & pulveris.

Pulvillus, i, m. *piumaculo*, dimini. a *pulvinus*, ut Serici pulvilli, serico panno obducti. Horat. epod. od. 8. Quid, quod libelli Stoici inter sericos facere pulvillos amant?

Pulvinar, aris, n. *quanciale, piumaccio*, פּוּלְבִּינָר, Ger. *baupkuffen*, Gal. *oreiller*, Hisp. *almobada*, *πυρκαφάριον*, id, quo dormientium capita sufficiuntur. Perossus cenet pulvinar dici quali pulminar, a *plumis*, quibus farcitur. Utebantur autem pulvinaribus potissimum lautissimi quique, præsertim in lecto conjugali. Ovid. l. 2. de Pon. eleg. 2. Incolimus conjux læta pulvinaria servat. ¶ Differunt *pulvinar*, & *pulvinus*, quia *pulvinar* est, quod dormituri capiti supponimus, *pulvinus*, quo in sedendo utimur. Sed tamen pulvinar interdum pro pulvino reperitur. Ovid. l. 1. de Ar. Fuit utile multis pulvinar facili composuisse manu. Loquitur de iis officiis, quæ in circo spectantibus mulieribus ab amatoribus præstari consueverunt. ¶ Pulvinaria etiam dicebantur lectuli molli tomento facti, qui in templis sternebantur, decreta supplicatione, inquit timulacra imponebantur V. Lectisternium. Cic. pro Dom. Aram, & ædiculam, & pulvinar sub faxo sacro dedicavit. Liv. l. 22. c. 10. Curatum lectisternium, & per triduum habitum Decemviris sacrorum curantibus, & pulvinaria in conspectu fuere Jovi, & Junoni, alterum Neptuno, & Minervæ, tertium Marti, & Veneri, quartum Apollini, & Dianæ, quintum Vulcano, & Vestæ, sextum Mercurio, & Cereri. Cic. 3. Catil. Quoniam ad omnia pulvinaris supplicatio decreta est.

Pulvinaris, re, adject. ut pulvinaris pica, quæ in pulvinis arenæ sedet. Petron. in fragment. Tragar.

Pulvinarium, ii, n. idem ac pulvinar. Liv. l. 21. c. 62. Et corvum in ædæ Junonis devolvat, atque in ipso pulvinario confedisse. ¶ Ponitur etiam pro pulvino arenario, idest eminentia durioris arenæ, quæ fluctibus venientibus, & in salum redeuntibus in modum faxi densatur. Plaut. Caf. 3. 2. 27. Subducam navem rursus in pulvinarium.

Pulvinatus, a, um, *πυρκαφάριος*, quod est ad similitudinem pulvilli convexum, vel molle. Plin. l. 17. c. 12. Clivosa loca altiores poscunt scrobes, præterea pulvinata a devexitate labris. Id. l. 15. c. 22. Gemino pro tectis operimento, pulvinati primum calycis, mox lignei, putaminis. ¶ Pulvinatæ columnæ, dicuntur, quæ pulvinum habent, idest partem illam inter abacum, & echinum, unde voluta propendit. Vitruv. l. 1. c. 4. & l. 3. c. ult.

Pulvinillus, i, dim. a *pulvinus*. Col. de arbor. c. 10. Ab inferiori autem pulvinuli altiores excidentur.

Pulvinus, i, m. *cussino*, פּוּלְבִּינָר, Ger. *kuffin*, Gal. *couffin*, Hisp. *almobada de estrado*, *κυσφάριον*, lectulus exiguus, lana, vel tomento, vel pluma, aut alio genere hujusmodi plenus, quo utimur in sedendo. Cic. l. de Or. c. 7. Tum Crassum: Imo vero commodius etiam, pulvinoque poposcisse, & omnes in iis fedibus, quæ erant sub platano, confedisse dicebat. Id. 7. Ver. Nam lectica octophoro terebatur, in qua pulvinus erat perlucidus, Melitenis rosa farctus. ¶ A pulvini domestici similitudine pulvinus ab agricolis vocatur porca, sive areola, sive sulcorum eminentia, terra, inquam, eminens, & protuberans inter duos sulcos. Col. l. 5. c. 10. Omnium autem generum ramos circa Calendas Martias in hortis per pulvinos arcarum disponere convenit. ¶ A nautis quoque ita vocatur eminentia durioris arenæ, quæ fluctibus venientibus, & in salum redeuntibus densatur, vulgo *Banchi*. Serv. ad lo. Æn. v. 303. ¶ Hinc ita appellatur quælibet structura in aqua, ex arena, aut cæmentis. Vitruv. l. 5. c. 12. Tunc ab ipsa terra sine crepidine pulvinus firmissime struatur. ¶ Ab eodem Vitruv. l. 10. c. 15. pulvinus dicitur basis, & veluti cubile, in quo catapultæ sedet. V. Bsl. in Lex. Vitruv.

Pulvis, eris, m. & f. *polvere*, פּוּלְבִּינָר, Germ. *staub*, Gal. *poudre*, Hisp. *polvo*, *κόνις*, terra minuta, & arida. Propert. l. 1. cl. 11. Sit mihi perpetuo pulvis Hetrusca dolor. Hor. l. 1. od. 1. Sunt, quos curriculo pulverem Olympicum collegisse juvat. ¶ Per Synecdochen, vel Metonymiam ponitur pro loco certaminis. Cic. 3. de Leg. c. 6. Doctrinam ex umbraculis eruditorum, otioque non modo in Solem, atque pulverem, sed in ipsum discrimen, aciemque perduxit. ¶ Translate sumitur pro arte. Hinc in suo pulvere currere, est in sua materia scribere, seu in ea re versari, in qua quis plurimum valeat. Ovid. in Fast. Inque suo nosse pulvere currat equus. ¶ Per Metalepsin capitur pro labore, negotio, difficultate. Hinc *Citra pulverem* aliquid contingere dicitur, quo quis facile, citraque negotium potitur. Hor. l. 1. ep. 1. v. 51. Cui sit conditio dulcis sine pulvere palmæ. V. Aconiti. ¶ Poetæ interdum genitivo singulari *pulvis* utuntur. Catul. in Epith. Julia. Illa pulvis Erythræi, siderumque micantium subducat numerum prius. Alii tamen leg. *pulveris ætheri*, vel *ætheri*.

Pulvisculus, i, m. *κονισκίον*, dimi. a *pulvis*, ut auratilis pulvisculus, Solim. c. 25. (al. 15.) ¶ Speciatim dicitur de eo pulvere, quo mulieres utuntur, vel ut cutis colorem commentent, vel ut dentibus candorem inducant. Apul. in Apol. Tenuem, candidum, nobilem pulvisculum. ¶ Cum *pulvisculo* dicitur, quoties omnia sic tolluntur, ut nihil sit reliquum, ne pulvis quidem. Plaut. Rud. 3. 6. 7. Converret iam hic me totum cum pulvisculo. Id. Trucul. prol. v. 18. Quo citius rem ab eo auterat cum pulvisculo. ¶ In neutro gen. Hieronym. advers. Vigilant. c. 2. Pulvisculum nescio quod.

Pumex, icis, m. *pumice*, Ger. *bimsstein*, Gal. *pierre ponce*, Hisp. *esponja*, *κωνιας*, lapis cavernosus, in mari crescens, & aquis innatans, ad corpora læviganda laudatissimus. Plaut. Aul. 2. 4. 18. Pumex non æque est aridus, atque hic est fenex. Virg. 12. Æn. Inclusus ut cum latebroso in pumice paitor vestigavit apes. ¶ *Lævis pumice*, prov. pro molli, & effeminato ponitur. Juven. sat. 9. Nam res mortifera est inimici pumice lævis. ¶ *A pumice aquam postulare*, prov. pro frustra ab alio petere, cuius ipse, a quo petas, maxime sit indigus. Nihil enim pumice lapide succius. Itali dicunt eodem sensu, *voler cavare dalla rapa sangue*. Plaut. Pers. 1. 1. 42. Nam tu aquam a pumice nunc postulas. ¶ Reperitur etiam gen. toem. Catull. carm. 1. Cui dono lepidum novum libellum arida modo pumice expolitum Cornel?

Pumicatus, a, um, *pulvito*, *liscio*, qui corpus pumice lævigat. Plin. ep. 11. l. 2. Qui titulus a vita hominis compta semper, & pumicatis non abhorrebat.

Pumicatus, a, um, quod est ex pumice, vel quod ad similitudinem pumicis factum est. Plaut. Pseud. 1. 1. 73. Pumiceos oculos habeo, non quo lacrymas exorare. Stat. l. 3. sil. l. v. 144. Antra pumicea.

Pumico, as, a. l. *polire*, *κωνιας*, pumice polio, lævigo. Lucil. l. 7. Sar. Scabor, subvellor, defquamor, pumicor, ornor. Tibul. l. 3. cl. 1. Pumicet, & canas tondat ante comas. Alii rectius leg. *pumex* &, &c. Adde Apul. in Apolog.

Pumicosus, a, um, *simile a pumice*, Ger. *locherbeig*, Gal. *ressemblant a pierre*, *ponce*, Hisp. *esponjoso*, *κωνιασίδης*, quod pumicis naturæ, vel similitudinem habet, h. e. raram, & cavernosum. Plin. l. 17. c. 5. de ster. Tom. II.

92. Aris & fulosæ, scabre, canescens, exese, & pumicosæ. Id. l. 32. c. 8. Quantum pumicosus, spongiæque putri umile, pum. purpureum. Pumilio, onis, m. *nano*, פּוּמִילִיּוֹ, Ger. *zwerglein*, Gal. *nan*, Hisp. *enano*, *παρ*, homo parvæ, & humilis stature, a *πυγυγίαι*. Nam idem est ac Pygmæus. Gel. l. 19. c. 13. Quos pumiliones dicitur, Græci *παρ*, appellant. Marr. l. 14. ep. 213. Parma tibi scutum pumilionis erit. ¶ Transtertur etiam ad aves, aliæque ejusmodi generis animalia humilis stature. Col. l. 8. c. 2. Pumiliones aves, nisi quem humilitas earum delectat, nec propter tacunditatem, nec propter alium reditum nimium probat. Plin. l. 10. c. 56. de gallinis: Est & pumilionum genus non sterile in iis, &c. ¶ Dicitur & de plantis. Plin. l. 12. c. 2. de *chamæpitanis*: Hoc quoque ergo in genere pumilionum interlicitas dicta erit.

Pumilus, a, um, idem ac pumilus, ut aliqui usurpant. Suet. in Aug. c. 83. Pumilio, & distortos abhorrebat. Alii rectius leg. *pumios*.

Pumilo, onis, m. idem ac pumilo. Stat. 1. Sylv. 6. v. 57. Hic audax subit ordo pumilionum, Quos natura brevi statu peractò nodosum semel in globum ligavit.

Pumilio, i, m. idem ac pumilio. Stat. 1. Sylv. 6. v. 64. Casuræque vagis græves rapinis Mirantur pumilos ferociore. Suet. in Aug. cap. 83. Nam pumilos, & distortos, & omnes generis ejusdem, ut ludibria naturæ, malique omnis, abhorrebat.

Pumila, læ, f. genus vitis, in agro Amiternino præcipue nascens. Plin. l. 14. c. 3.

Puncta, æ, f. *colpo di punta*, ictus, qui punctim inferitur, quemadmodum *cesta* est ictus castim infictus. Veget. l. 1. c. 12. V. Cæsa. ¶ Alio sensu Frontin. de aquad. artie. 115. Etiam ille Aquariorum tollendus est reditus, quem vocant punctam. Ita quædam Edit. sed rectius alii *puncta*, hoc est exigua lumina, seu exiles modulos, per quos aqua ex aquæ ductibus erogabatur, quos Id. Ita appellat etiam artie. 25. Pergit vero a loco prius citi. docens servos a punctis appellatos tulle, qui hujusmodi exilibus modulis præerant: qui aliquando lucris causa fistulas latentes sub felice conculcabant, & pecuniam præbentibus aquam præbent: quo efficebatur, ut exiguus aquæ modus ad usus publicos perveniret.

Punctariola, æ, f. levis pugna. Fejl. Punctariolas, leves pugnas appellat Cato in ea, quam dixit de re Historiæ militari.

Punctatim, adv. per puncta, concise, breviter, ut punctatim sub mentis oculos redigere. Claud. Mamert. de statu anim. l. 3. c. 14.

Punctillum, ii, n. *puntolino*, punctulum. Solim. c. 15. (al. 25.) ad fin. de cyaneo lapillo: Mares punctillis ad gratiam interlucentibus auratilis pulvisculus variat.

Punctim, adv. *di punta*, *di staccato*, Ger. *mit stachen*, Gal. *de poinsse*, Hisp. *à escodas*, *σπυρδω*, per punctiones, infixionesque gladii, sive pungendo, ut *castris*, cædendo. Liv. l. 22. c. 46. Hispano punctim magis, quam cæsim, assueti petere hostem.

Punctio, onis, *punctura*, *σιγίς*, actus pungendi. Plin. l. 25. c. 13. Bibitur & contra serpentes, & ante sectiones, punctionesque, nec sentiantur.

Punctiuncula, æ, dim. a *punctio*. Sen. l. 3. de Ira. Magis ignosco ei, qui vulnus inimici, quam qui punctiunculam concupiscit. Adde ep. 53.

Punctulum, i, n. punctiuncula. Apul. l. 6. A. A. Plyphen innoxio punctulo suæ sagittæ fulcitat.

Punctum, i, n. *puncto*, פּוּנְקְטָר, Ger. *puncte*, Gal. *point*, Hisp. *punto*, *σπυρδω*, *σπυρδω*, est signum in magnitudine individuum, vel, quod idem est, minima, individuaque lineæ pars, nullam neque longitudinem habens, neque latitudinem, neque profunditatem. Cic. 2. Acad. Punctum esse, quod magnitudinem nullam habeat. Id. in Somn. Quo quasi punctum ejus attingimus. Manil. l. 3. ad fin. Sic adamas, punctum lapidis, pretiosum auro est. h. e. lapidis pars valde exigua. ¶ Dicitur etiam de tempore, & sumitur pro horæ momento. Cic. pro Cluent. Neque postea punctum est temporis commoratus. Horat. l. 2. ep. 2. punctum horæ. Lucret. l. 2. v. 263. patefactis tempore puncto carceribus. ¶ Accipitur quoque pro suffragio, & favore, quoniam veteres suffragia non scribebant, sed puncto notabant. Cic. pro Mur. Quantum hæc quæstiones in Senatu habitæ punctorum nobis detraxerint, idest suffragiorum in Comitibus. Id. pro Planc. Plures te testes habere, quam quot in ea Tribu puncta tuleris. Hor. in Arte v. 343. Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci, idest suffragia omnium tulit. ¶ In ludo talorum, seu tesserarum punctum significat numeri unitatem. Martial. l. 14. epigr. 17. Hic mihi bifeno numerat tessera punctum, h. e. tessera que habet duodecim puncta duodecim numeros significantia. Suet. in Ner. c. 30. de Neronis profusione. Quadrigenis in punctum HS. aleam lusit. h. e. in singula talorum puncta: vel etiam fortasse in singulis talorum jactus.

¶ Reperitur etiam pro punctione. Plin. l. 8. c. 50. Oculis suffusos capra junci puncto sanguine exonerat, caper rubi. ¶ De punctis in aqueductibus, & de servo a punctis V. Puncta, &.

Punctura, æ, idem ac punctio. Firmic. l. 8. c. 11. Viri punctura teli moriuntur.

Punctus, i, m. idem ac punctum. Plin. l. 2. c. 68. Non aliud est terra univèrsa, quam mundi punctus.

Punctus, ut, m. idem ac punctio. Plin. l. 29. c. 6. Mustelæ etiam, oculis punctu erutus, ajunt visum reverti.

Punctus, a, um, *puncto*, פּוּנְקְטָר, partic. a pungor. Cic. pro Mil. c. 24. Vulnus acu punctum. ¶ Lucret. l. 4. v. 214. Jamne vides igitur, quam puncto tempore imago Ætheris ex oris ad terrarum accidat oras? hoc est quam brevi tempore. Id. l. 2. v. 263. patefactis tempore punctu carceribus.

Pungens, entis, o. partic. a pungo, Plin. l. 16. c. 25. Pungentia folia pino.

Pungo, is, pupugi, punctum, a. 3. *pungere*, פּוּנְקְטָר, Ger. *stuppen*, Gal. *poindre*, Hisp. *panzar*, *פּוּנְקְטָר*, culpside, vel aculeo ictum in tero, ab antiquo *pugo*, quod a *פּוּגָר*, *figo*. Cic. pro Sext. c. 10. Gladius, qui per se pungeri non potest. ¶ Translate sumitur pro cruciare, ægritudine afficere, lædere, &c. Cic. pro R. Am. c. 2. Hunc sibi ex animo scrupulum, qui se dies, noctesque stimulat, ac pungit, ut evellatis, postulat. Id. l. 7. Fam. ep. 15. Pungit me rursus, quod scribis, esse te istic libenter. Id. 3. Tusc. c. 34. Si ignominia pupugit, siquid tenebrarum offudit exitium.

¶ Pupugi pro pupugi dixere veteres, teste Cell. l. 7. c. 9. ¶ *Punxi*, pro pupugi avert. Diomed. Grammat. l. 1. sed sine exemplis.

Punicans, antis, o. idem ac Punicus. Apul. l. 3. Meam subinit. Commodum punicantibus phaleris Aurora rosum quatuens læcutans, cœlum inquitabat.

Punicanus, a, um, quod est Pænorum, vel quod ex regione Punica afferitur, ut Puniciani lecti, idest qualibus uti Pœni, seu Carthaginienses solebant. Cic. pro Mur. c. 36. Stravit pelliculis hædinis lectos Punicanos.

Punice, adv. Pænorum more, vel lingua. Apul. in Apol. Loquitur unquam nisi Punice. Plane. Pan. 5. 2. 23. Punice pergam loqui.

Punicus, a, um, adject. *Carthaginense*, idem quod Punicus. Ovid. in Ibin, v. 381. de M. Regulo. Vel quæ, qui redimi Romano turpe putavit, A duce Punico pertulit, ipse teras. ¶ Punicus color est color flammeus, seu rubeus, & rutilans, qualis est sanguinis, & violarum flammantium, rosso, *risplendente*, rosso *cavico*. Virg. l. 2. Æn. v. 76. Punicis invecita rotis aurora rubebit. Ovid. 13. Met. Punicus cruor. Plaut. Rud. 4. 3. 61. Tu nisi caves, fiet tibi punicum corium, postea atrum denuo. h. e. primo tibi

tibi tergum flagris rubebit, deinde atrum fiet. V. *Phœniceus*.
Punicum, i, n. *Fest.* Punicum quod appellatur, genus libi, translatum a Pœnis.
Punicus, a, um, *Λιβυκός*, Libycus, Carthaginienſis, a *Pœnis*, quaſi Pœnicus. *Virg. l. 1. Æn. v. 338.* Punicæ Regnæ vides. ¶ *Punica fides*, proverbialiter pro fide levis & inconſtanti ponitur. Pœnorum enim perfidia in proverbium abiit, quod ea gens peculiariter vanitatis, & perjurii notata ſit. *Liv. l. 21. c. 4.* Haſ tantas viri virtutes ingentia vitia æquabant, inhumana crudelitas, perfidia pluſquam Punica, nihil veri, nihil ſancti. *Salluſt. in Jug. c. 108.* Comperio, Boecium magis Punica fide, quam ob ea, quæ prædicabat, ſimul Romanos, & Numidam ſpe pacis detinuiſſe. ¶ *Malum Punicum*, idem ac pomum granatum, quia in Africa circa Carthaginem hujus generis mala multa, & inſignia naſcuntur. *Martial. l. 1. epigr. 44.* Aut imitata breves Punica mala roſas. ¶ *Punicus* pro punice, *Horat. epod. 9. v. 27.* Terra marique victus hoſtis Punico Lugubre mutavit ſagum.
Punio, is, i, vi, & ii, itum, a. 4. *punire, caſtigare*, *רָבַח*, Ger. *Braſſen*, Gal. *punir, caſtiger*, Hiſp. *punir, caſtigar*, *καταλείω*, pœna affricto, plecto, caſtigō, multo, ab antiquo *pœnio*. *Cic. l. 1. Off. c. 25.* Prohibenda in puniendo maxime ira eſt. *Et c. 24.* Punire fontes. *Id. pro Dom. c. 29.* Punire ſupplicio. *Apul. l. 5. A. A.* Te vero tantum iuga mea punivero. ¶ Eſt etiam ulciſci, vindicare. *Id. l. 1. de Orat. c. 51.* Iracundia eſt cupiditas puniendi doloris. *Id. de Aruſp. reſp. c. 8.* Meam domum fenatus ex ærario ædificandam, a pontificibus liberandam, a magiſtratribus defendendam, a iudicibus puniendum putavit.
Punior, iris, paſſ. 4. *effere punito*, *καταλείω*, pœnas luo, pœnas do, pœnas nauſo perſolvo, vel dependo. *Ovid. 9. Met. v. 1070.* Quod videt hæc lucem, quod non ego punior ipſa, conſilium, monitumque tuum eſt. h. e. quod non privor vita. ¶ Eſt etiam verbum deponens, idem ac punio. *Cic. pro Mil. c. 13.* Cuius tu inimiciſſimum multo crudeliuſ etiam puniſtus eſ, quam erat humanitati meæ poſſulare. *Id. Phil. 8. c. 2.* Ut clariffimorum hominum crudeliſſimum puniretur necem. Adde *Quintil. l. 9. c. 3.*
Punio, onis, tœm. 3. *caſtigo*, *καταλείω*, actus puniendi. *Valer. Max. l. 8. c. 1.* Punitione liberari. Adde *Tertul. ad nation. l. 1. c. 16.* V. *Pœnitio*.
Punitor, oris, m. *καταλείω*, qui punit. *Cic. pro Mil. c. 13.* Fuit ultor injuriæ, punitor doloris ſui. *Valer. Max. l. 6. c. 1. n. 8.* Stuproſæ mentis punitor.
Punitus, a, um, nom. ex particip. *punito*, *caſtigato*. *Cic. 2. Invent. c. 27.* Levius reum punitum, quam ſit ille promeritus.
Pupa, æ, f. *fanciulla*, *παρθενίον*, puella. *Martial. l. 4. ep. 20.* Dicit ſe vetulum, cum ſit Cærelia pupa, Pupam ſe dicit Gellia, cum ſit anus. ¶ Translate dixere pupas imagunculæ quaſdam puellares, ex lino inſutas, tomento inlartatas, veſtibus amictas, quibus virgines in prima pueritia luſitare ſolebant, quaſ pubertati vicinæ tanquam virginutatis ſuæ inſignia Veneri offerbant, ut fauſte futurum matrimonium cederet. *Varro apud Non. c. 2. n. 675.* Magna pars in deſiderium puparum, & ſigillorum veniebat. *Perſ. ſat. 2. v. 70.* Nempe corripuit *Auſon. Idyll. 7.* Barbara, quæ Latias viciis alumna pupas, ¶ Legitur & puppa.
Pupilla, æ, f. *fanciulla*, *pupilla*, *κόρη*, diminut. a pupa. *Horat. l. 2. ſat. 3.* Pupam, aut pupillam appellet. Alii leg. *Rufam*, aut *pupillam*. ¶ Plerumque ſignificat ſuam orbam parentibus, & ſub tutore agentem. *Cic. Verr. 1. c. 50.* Pupillos, & pupillas certiffimam prædam eſſe prætoribus. *Id. Verr. 3.* Iſte intanti pupillæ fortunæ patrias ademir. ¶ Præterea pupilla dicitur foramen unius ex tuniſis, quæ in oculis, ſunt, per quod ſpecies rerum ad viſum tranſmittuntur, *la pupilla degli occhi*. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 57.* Acies ipſa, qua cernimus, quæ pupilla vocatur, ita parva eſt, ut &c.
Pupillaris, & re, o. 3. *οφθαλμικός*, quod ad pupillum ſpectat. *Liv. l. 24. c. 18.* Pecuniar pupillares primo, deinde viduarum ceptæ conſerri.
Pupillariter, adv. l. 6. *Cod. tit. 30. leg. 20.* Pupillariter aliquem ſubſtituere.
Pupillo, as, n. i. vocem pavonis exprimens verbum. *Auſon. carm. de Philom. v. 26.* Pupilla pavo, trinſat hirundo vaga.
Pupillus, i, m. *pupillo*, *οφθαλμικός*, parvus puer, & ſpecialiter impubes, qui deſiit eſſe in patris potestate vel morte, vel emancipatione. *Pompon. l. pupillus, ff. de verb. ſignif. Cic. 3. Verr. 1.* mortuus eſt, reliquit pupillum parvum filium.
Pupinia Tribus, dicta eſt ab agro Pupinio prope Tibur. Ipſe vero ager etiam Pupinia abſolute dicitur. *Cic. 2. Agrar. c. 35.* Agros Vaticanum, & Pupinianum cum ſuis uberibus campis conferendos non putabunt. *Colum. l. 1. c. 4.* Nata Pupiniæ, peſtilentis ſimul & exiliis agri, cultorem fuiſſe eum, loquuntur hiſtoriz.
Puppis, is, f. *poppa*, *πίπυρα*, poſterior pars navis. *Cic. Att. l. 13.* Inhibito autem remigum motum habet, & vehementiore quidem remigationis navem convertentis ad puppin. ¶ Per Synecdochen accipiuntur pro tota nave. *Ovid. 3. de Pont. eleg. 2.* Clamque per immanes puppe feruntur aquas. ¶ Translate *Cic. l. 9. Fam. ep. 15.* Sedebamus enim in puppi, clavumque tenebamus, nunc autem vix eſt in ſentina locus.
Puppiſ, ii, m. Poeta tragicus, qui ita ſpectantium affectus movit, ut eos flere compelleret. *Hor. l. 1. epigr. 1. & Acron. ibid.*
Pupula, læ, *pupilla degli occhi*, idem ac pupilla. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 57.* Lalpebræ aptiffime taclæ & ad claudendas pupulas, & ad aperendas. *Horat. epod. 5.* Intermittendum cum ſemel fixæ cibo Intabuiffent pupulæ.
Pupulus, i, m. dim. a pupus. *Catull. carm. 57. ad Cæſon.* Deprehendi inodo pupulum puellæ Trufantem.
Pupus, i, m. *fanciullo*, *παιδίον*, puer parvulus, & tenellus. *Varro apud Non. c. 2. n. 675.* Mammam lactis ſugentem palſcere pupum.
Pure, adv. *puramente*, *καθαρῶς*, munde, ſincere, ſine ſordibus. *Cic. de Sen. Eſt etiam quiete, & pure, & elegantier actæ ætatis placida, ac lenis ſenectus. Id. de opt. gen. Or. c. 2.* Perficiendum eſt, ut pure, & emendate loquentes, quod eſt Latine, verborum præterea & propriorum, & translatorum elegantiam perſequamur. *Horat. l. 1. od. 19.* Splendens Pario marmore purius. *Id. l. 1. ſat. 2.* Apparet tibi res pure. h. e. clare, aperte. *Ulp. l. 4. ff. de in diem addit.* Cum igitur tunc recedatur ab emptione, ubi pure contrahitur; vel tunc non impleatur, ubi ſub conditione ſit. h. e. ſimpliciter, abſolute, ſine conditione, aut exceptione. *Gell. l. 9. c. 13.* Puriffime, atque illuſtriſſime deſcribere. ¶ *Pura habere* dicebantur mulieres, quæ ſeorſim a viris nocti cubabant, & a concubitu abſtinebant, quod in pervigilio Iſidis fieri ſolebat: neque enim licebat cuiquam ſine piaculo rem divinam eius Deæ facere, niſi decem continuas noctes ante ſacrificium puras a virili contactu peregiſſet. *Plaut. Aſin. 4. 1. 61.* Si forte pure velle habere dixerit, tot noctes reddat ſpurcas, quot puras habuerit.
Purelacto, is, a. 3. *purigare, nettare*. *Non. c. 2. n. 355.* Februare poſſitum pro purgare, purelacere.
Purgabilis, & le, o. 3. quod facile purgatur. *Plin. l. 13. c. 23.* Rotundior, quæ halantibus vocatur, purgabilis maxime, & ſponte proſiliens.
Purgamentum, inis, n. purgamentum, ſordes. *Ovid. 6. Faſt. v. 714.* Hoc eſt illa dies, qua tu purgamina Veſtæ, Tibri, per Hetrufcas in mare mittis aquas. ¶ Item expiatio, purgatio. *Id. 2. Faſt. v. 35.* Omne nefas,

omnemque mali purgamina cauſam Credebant noſtri tollere poſſe feneæ.
Purgamentum, i, n. *lordura*, *mondiglia*, *καθάρματα*, *καθάρματα*, ſordes, quæ ex re aliqua immunda, & lurida tergitur, & repurgatur, immunditiæ, quaſ rem aliquam purgantes ejicimus. *Liv. l. 1.* Cloacainque maximum receptaculum omnium purgamentorum urbis ſub terram agendam. ¶ Translate dicitur de re inutili. *Sen. ep. 75.* Ac deinde purgamenta pro frugibus ciet. id eſt herbas inutiles, & quæ ſint projiciendæ, vel res nihili. ¶ Item de homine vili, vel ſceleſto. *Curr. l. 10. c. 2.* Quam purgamenta quondam urbis ſuæ, nunc etiam exili, admittent. *Id. l. 6. c. 11.* Purgamenta ſervorum. ¶ Item de purgationibus, ſeu expiationibus, quæ ſolebant per trivium projici, ut ſceleris culpa in eoſ transferretur; quæ prætereuntes eas calcarent, aut tangerent, *καθάρματα*. *Peiron. in Saiyr.* Quæ ſtriges emcederunt nervos tuos? aut quod purgamentum nocte calcaviſti in trivio, aut cadaver? V. *Turneb. l. 26. c. 7.*
Purgate, adv. *purgamente*, pure. *Non. c. 1. n. 269.* Enucleate dicitur, purgate, exquilitæ.
Purgatio, onis, f. *purgazione*, *purga*, *καθάρσις*, actus purgandi, curatio, quæ medicamentis ſit. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 22.* Esculapius primus alvi purgationem invenit. *Id. l. 16. Fam. ep. 12.* Inedia, & purgationibus, & vi ipſius morbi conſumptus eſ. ¶ Item pro menſtruo ſanguine. *Plin. l. 20. c. 4.* Purgationibus ſæminarum, & veſicæ, & urinz utile decoctum. ¶ Translate ſumitur pro excautione. *Cic. 4. Ver. Neque ſuam purgationem eripio, qua ille apud omnes utitur. Ter. Heaut. 4. 1. 12.* Neſcio quid peccati portet hæc purgatio. ¶ Apud Rhetores purgatio eſt ſtatus, ſive conſtitutio, in qua reus negat ſe conſulto ſeciſſe. *Auſt. ad Her. l. 1.* Purgatio eſt, cum conſulto ſe negat reus ſeciſſe. *Cic. l. 1. de Inv. Purgatio eſt, cum ſactum conceditur, culpa remouetur. Id. l. 2.* Purgatio eſt, per quam ejus, qui accuſatur, non factum ipſum, ſed voluntas defenditur.
Purgativus, a, um, adject. *Purgatorius*, ut purgativa medicamenta. *Cel. Aurel. Tard. l. 1. c. 1.*
Purgator, oris, m. qui purgat, ut purgator cloacarum. *Jul. Firmic. l. 8. c. 20.* Hercules purgator lerarum. *Apul. in Apol.*
Purgatorius, a, um, adject. *purgativo*, purgandi vim habens, *καθαρτικός*, ut purgatorium medicamentum. *Symmach. l. 6. ep. 64.*
Purgatrix, icis, f. quæ purgat. *Tertul. de baptiſmo. c. 5.* Purgatrice aqua ſe expiare.
Purgatus, a, um, nom. ex particip. *purgato*, *mondo*, *puro*. *Horat. l. 1. ep. 1.* Eſt mihi purgatum crebro qui perlonet aurem. *Id. l. 2. ſat. 3. v. 27.* Et morbi miror purgatum te illius. *Salluſt. apud Non. c. 4. v. 205.* Ita fiducia, quam argumentis purgatores dimitunt. h. e. a metu liberiores. *Perſ. ſat. 2. v. 57.* Somnia pituitæ qui purgiſſima mittunt.
Purgito, a, a. i. frequentat. a purgo. *Plaut. Aulul. 4. 10. 23.* Non mihi homines placent, qui quando malececerunt, purgant. h. e. excuſant ſe.
Purgo, as, avi, atum, a. 1. *purigare, nettare*, *רָבַח*, Germ. *reingien, ſouberen*, Gal. *purger, nettoyer*, Hiſp. *purgar, limpiar*, *καθαρίζω*, ſordibus libero, mundo. *Ter. Adel. 3. 22.* Piſces cæteros purga, *Dromo. Cic. de Div. Quid ſcamoneæ radix ad purgandum poſſit. Id. 5. Tuſc. Immiſi cum ſalcibus multo purgant, & aperuerunt locum. Id. 2. de nat. Deor. Cervæ pavio ante partum purgant ſe quadam herba, quæ ſeſelis dicitur. ¶ Purgati morbi, V. *Purgatio*. ¶ *Purgare alvum*, eſt alvi ſordes medicamento expellere. *Cic. 1. de nat. Deor. Vomitione canis purgare alvos ibes Ægyptiæ dicuntur. ¶ Purgare taſtidium*, eſt curare, & ei remedium adhibere. *Plin. l. 8. c. 27.* Palumbes, gracula, merulæ, perdicæ lauri folio annuum taſtidium purgant. ¶ Translate capitur pro excuſare. *Cic. pro R. Am. Servos ipſos neque arguo, neque purgo. Id. l. 12. Fam. ep. 25.* Quod te mihi de Sempronio purgas, accipio excuſationem. ¶ Item pro diluere. *Cic. pro Cluenn. Quam quantum deſenſor purgandis crimibus conſequi, & dicendo probare poterit. Tacit. 4. Ann. c. 42.* Purgare proba. ¶ Purgare rationes, eſt ſuperflua decidere, inutiles expenſas tollere, rationes componere. *Sueton. in Calig. c. 29.* Decimo quoque die numerum puniendorum ſubſcribens, rationem ſe purgare dicebat.
Purificatio, onis, f. *purificazione*, *καθάρσις*, actus purificandi. *Plin. l. 15. c. 30.* Eadem & purificationibus adhibetur.
Purifico, as, avi, atum, a. 1. *purificare, purgare, nettare*, *καθαρίζω*, mundo, purum facio. *Plin. l. 10. c. 41.* Excitantque ſe ſe, & circumactæ purificant. *Gell. l. 19. c. 12.* Purificare agrum. *Sueton. in Aug. c. 94.* Illamque expergeſactam quaſi a concubitu mariti purificaffe ſe.
Purifficus, a, um, adject. purus faciens. *Claudiam. de 6. Conf. Honor. v. 328.* Purifficamque Jovem, Triviamque precatus. Alii leg. *verrifficus. Laſtans. l. 4. c. 15.* Purifici roſis perſulio. Eſt qui legit *purificati*; ſed minus recte, & contra quamplurimum MSS. fidem.
Purifus, adv. idem ac puriffime, apud vet. *Fest.*
Puritas, atis, puritæ, *καθάρτης*, *αἰνία*, munditia, ſimplicitas. *Pallad. l. 11. c. 14. de vino.* Mox ſumere puritatem, colarique debere, & in uſum referri. *Capitolin. in Verob. c. 3.* Amavit ſimplicitatem ingenii, puritatemque vivendi. Adde *Arnob. l. 5. & Macroh. l. 1. in ſonn. Scip. c. 11. & 13.* ¶ Pro purulentia. *Cel. Aurel. Chronic. l. 5. c. 4.* Sanguinis puritas.
Puriter, adv. idem ac pure. *Cato c. 23.* Succum puriter omnium dierum pariter in dolia dividito. *Catull. carm. 40. de Egnatio.* Qui puriter lavit dentes. *Id. carm. 77. (al. 75.)* Si vitam puriter egi.
Puritates, ei, f. puritas, mundities. *Varr. in fragment. Saiyr. Menipp. A cælatura cælum*, ab ornatu græcæ *καθαρό*, latine a puritie mundus.
Puro, as, a. 1. *purificare*, *καθαρίζω*, purum lacio, purgo, luſtro, expio. *Plaut. Aul. 2. 3. 3.* Vaſcula iutus pura protere. Alii leg. *pura propera*, vel *pure propera*. Addunt quidam legi hanc vocem & apud *Varron. & Cæſar. in Adriano*, quæ nos loca non vidimus.
Purpura, æ, f. *porpora*, *πορφύρα*, Ger. *meerſchneck*, Gal. *pourpre*, Hiſp. *carmeſi*, *Πορφύρα*, conchæ genus, in mediis laucibus liquorem habens, quo olim veſtes tingebantur. Nam nunc quidem veterum purpura deſiit. *Plin. l. 9. c. 36.* Purpuræ ſtorem illum tingendis expetium veltibus in mediis habent laucibus, &c. ¶ *Vitraviv. l. 7. c. 13.* auctor eſt, purpuras pro Solis propinquitate alium, atque alium habere colorem, & apud Tyron quidem rubrum, circa Africam autem puniceum ſuccum emittere, quo & purpura tingitur, quam violaceam appellant. *Corn. Nep. in fragment. Me juvene violacæ purpura virebat. ¶ Metonymice ſumitur pro panno purpura imbuto. Cic. pro Cluenn. c. 40.* Purpura uſque ad talos demiffa. ¶ Item pro magiſtratu, aut nobilitate. Purpura cauſa eſt, quod prætexta purpura niſque ad Auguſti tempora Magiſtratus fuerit inſigne: qua, labente diſciplina, etiam multi ditiores, nobilioresque extra Magiſtratum utebantur. *Ovid. 1. Faſt. Jamque novi præeunt ſaſces, nova purpura fulget. Martial. l. 8. ep. 8.* Purpura te felix, te colat omnis honos.
Purpurarius, a, um, *Πορφύρατος*, quod ad purpuram ſpectat. *Plin. l. 35. c. 6.* Alterum genus eſt in purpurariis officinis. ¶ *Purpurarius abſolute* pro eo qui purpuram tingit, vel vendit, legitur in Narbonenſi lapide apud *Gruter. p. 649. n. 9.*
Purpurafco, is, n. 3. *Πορφύριζω*, purpureus ſio. *Cic. in Acad. apud Noa.**

Purpuratorius, a, um, adiect. ad purpuratos viros pertinens. *Sidon. l. 1. ep. 7.* Qui non affectat habitum purpuratorum. Alii leg. *purpuratorum*.
Purpuratus, a, um, *porporato*, *vestito di porpora*, Πορφυροειδής, purpura ornatus. Purpurati dicuntur, qui apud Reges dignitate, & gratia antecellunt. *Cic. 1. Tusc. c. 43.* litis, quoque, inquit, ista horribilia minitare purpuratis suis. *Flor. l. 1. c. 10.* de Mucio Scaevola. Sed ubi frustrato circa purpuratum ejus ictu tenetur. *Curt. l. 3. c. 6.* Parmenio fidelissimus purpuratorum.
Purpureus, a, um, *porporinus*, *di porpora*, Ger. *purpurfarb*, Gal. *de pourpe*, Hisp. *de carmisí*, πορφυροειδής, quod est ex purpura, seu purpure colore refert, qualis est in nigricantibus rose splendore. *Virg. 9. Æn.* Purpuream vomit ille animam. h. e. sanguinem. *Ovid. 3. Met.* Purpurea aurora. *Id. 1. Amor. eleg. 3.* Purpureus pudor. *Cic. 4. Acad. c. 33.* Et mare illud, quod nunc Favonio nascente, purpureum videtur ubi videtur pro cœruleo usurpari, qui color niger est rubore quodam admixto. Sic *Virg. 4. Georg.* In mare purpureum violentior inhiit amnis. Et *Præper. l. 2. eleg. 20. v. 5.* purpureis agitata fluctibus Hellen. *Hom. mer. quoque in Bætyachon. ἄσπαι πορφυροειδὲς* dicit. ¶ Item purpura amictus. *Horat. l. 3. od. 35.* Et purpurei metuunt Tyranni. *Clauian. l. 2. de rap. Prof.* Purpurei reges. ¶ Poetæ purpureum interdum usurpant pro pulchro, nitido, cuiuscumque coloris sit. *Horat. l. 4. od. 1.* purpureis ales oloribus. *Albinovan. ad Liv.* Purpurea nix. *Tibul. l. 1. el. 4.* Carmine purpurea est Nili coma. *Virg. l. 1. Georg.* Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo. *V. Voss. l. 4. de Inst. orat. c. 13.*
Purpurisatus, a, um, nom. ex particip. purpuris infectus, *bellentasio. Plaut. Trucul. 2. 2. 35.* Quia istas buccas tam belle purpurisatas habes. *Apul. in Apol. Genæ purpurisatæ.* ¶ Purpurisatos fastos vocat *Sidon. l. 8. ep. 8.* fastos consulares.
Purpurisum, i, n. ἀρδύρατος, πορφυροειδὲς χρώμα, spuma ferventis purpure, unde color efficitur, quo pictores utuntur, & fœminæ genas, & labra tingunt. Indicum purpurisum inter floridos colores refertur. *Plin. l. 35. c. 6.* Floridi sunt, quo dominus pingenti præstat, minium Armenium, cinnabaris, chrycololla, Indicum purpurisum. Et *infra.* Et reliquis coloribus, quos a dominis dari diximus propter magnitudinem pretii, ante omnes est purpurisum et creta argentaria, cum purpureis pariter tingitur, bibitque eum colorem celerius lanis. Præcipuum est primum, ferventi aheni rubidus medicamentis inebriatum. Proximum, egesto eo, addita creta in jus idem, &c. ¶ Invenitur etiam *purpurisus*, i, n. *Hieronym. ep. 10. ad Furiam.* (*si salus est lectio*) Quid facit in facie Christianæ purpurisus, & cerussa?
Purpuriticus, a, um, adiect. idem quod porphyreticus. *Vetus Inscrip. Romana apud Græter. pag. 128. n. 5.* Vetustate corruptam adamplavit columnis purpuriticis.
Purpureo, as, n. πορφυροειδὲς, purpurea colorem habeo, sive reddo. *Col. l. 10. c. 10.* Quæ irondens purpurat auro. *Apul. l. 10. A. A.* Labias ambrosio rore purpuratis. ¶ Est etiam verbum activum, pro purpureum facere. *Fuvius Antias apud Gell. l. 18. c. 11.* Spiritus Eurorum virides cum purpurat undas.
Purulentatio, onis, f. purulentiæ. *Cal. Avel. Tard. l. 5. c. 3.*
Purulente, adv. πυρῦδος, cum pure, sive sanie. *Plin. in præm. l. 23.* Citricibus marcidis, ossibus purulente limosis plurimum confert.
Purulentia, æ, f. πυρῦδος, puris tumiditas, aut copia, vel vulnus pure plenum. Translate *Tersul. de pall. sub fin.* Haud facile has purulentias civitatis quis eliciat, aut iuppurbat.
Purulentus, a, um, *marcio*, *pieno di marcia*, Ger. *osterechtig*, Gall. *plein d'ardure*, Hisp. *podrido*, πυρῦδος, quod pure, sive sanie plenum est. *Plin. l. 22. c. 11.* Stæbe decoctæ in vino præcipue auribus purulentis medetur. *Id. l. 25. c. 2.* Purulenta autem expuentibus auxiliantur cum cumino, pari pondere.
Purum, a, um, *puro*, *netto*, טהור, Ger. *rein*, Gal. *pur*, Hisp. *puro*, καθαρός, αἰσθός, mundus, sine sordē. *Cic. pro Cæc.* Quicquid inde haurias, purum, liquidumque te haurire sentias. *Id. pro R. Com. c. 6.* Est ne quiliquam, qui tibi purior videatur? *Virg. 4. Georg.* purissima mella. *Liv. l. 1.* Et extrinsecus puri aliquid ab humano poterit cultu. *Horr. l. 1. or. 22.* Integer vitæ, scelerique purus. *Id. l. 2. sat. 3.* Purum vitio cor. ¶ Aurum purum in sacris dicebatur, quod in usu profano non fuisset. *Festus.* ¶ Extra sacra purum aurum, aut argentum dicitur, quod nihil fœcis, aut interioris metalli habet immixtum. *Juvén. Sat. 9. v. 141.* argenti vascula puri. ¶ Præterea argentum purum vocat *Cic. Verr. 6. cap. 23.* argentum mrum, cui detracta emblemata, & crustæ sunt. *schietto.* Sic inquit, Haluntini, excussis deliciis, cum argento puro domum reverterunt. ¶ Sæpe purus ponitur pro simplici, non impedito, vacuo, sine conditione, sine exceptione. *Paul. l. 4. ff. de an. leg. & fideicom.* Et primi anni purum, sequentium conditionale. ¶ *Puri mensuro esse dicebantur*, qui facrorum causa toto mense in cæremoniis erant, idest puri erant, certis rebus carendo. *Fest.* ¶ *Judicium purum*, est simplex, & absolutum ab omni exceptione. *Cic. 2. de Inv. Hic is, qui agit, iudicium purum postulat.* ¶ *Locus purus*, qui nec sanctus, nec sacer, nec religiosus est. *Ulp. l. locum, de vii. & sump. fun.* ¶ *Pura plateæ*, non inædificatæ, sed patentes, late explicate, & vacuæ. *Hor. l. 2. ep. 2.* Puræ sunt plateæ, nihil ut meditantibus obster. Similiter pura loca dicuntur ætiam, in quibus nullum ædificium est. *Scævola. ult. ff. de pignor. act.* Creditori locum purum obligavit: & cum eum locum inædificare vellet, &c. *Varr. l. 4. l. L.* Loca Romæ pura dicuntur aræ. ¶ *Vestimenta pura*, quæ Sacerdotes ad sacrificia sumebant, non obita, non fulgurita, non tunesta, non maculam habentia. *Festus.* ¶ *Hæsta pura*, quæ est sine ferro, quæ præmium fuit apud antiquos eorum, qui prælio vicissent. *Virg. 6. Æn.* Ille, vides, pura juvenis qui nititur hæsta. ¶ *Vasa pura*, sine emblemata, cæclatura, aut incrustatione. *Paul. l. si in vens, de rei vindic.* Pura, an cæclata sint, dici oporteat. ¶ *Charta pura*, in qua nihil scriptum est. *Ulpian. l. 5. ff. de Legat. 3.* ¶ *Puræ noctes*, *V. Pure.* ¶ *Puræ genæ*, & h. e. imberbes, *Senec. Hippolyt.* ¶ *Pura oratio*, h. e. simplex, & quæ sine labore intelligi potest. *Ter. prolog. Heaur. v. 46.* ¶ *Purus putus*, *V. Putus.*
Pus, uris, n. 3. *puris*, Ger. *eyer*, Gal. *ordure*, Hisp. *podre*, visus, sanies, & quicunque humor in putredinem versus, sanies coacta, & ex maturitate crassa jam effecta, & albida. Differt a sanie. *Col. l. 5. c. 26.* Sanguis omnibus notus: sanies est tenuior hoc, varic crassa, & glutinosa, & colorata: pus crassissimum, albidissimumque, glutinosius & sanguine, & sanie: Exit autem sanguis ex vulnere recenti, aut jam fenescente: sanies est in utrunque tempus, pus ex ulcere jam ad sanitatem spectante. *Plin. l. 28. c. 11.* Si gravitas lit audiendi, fel hubulum cum urina capræ, vel hirci, vel si pus lit. *Idem l. 35. c. 6.* Præcipuum otitis ad deprehendenda pura.
Pusa, æ, f. 1. puella, apud vet. *Fest. & Pompon. apud Varr. l. 6. L. L.*
Puffillanimitas, & me, o. 3. *puffillanimo*, μακροθυμία, qui est puffilli animi. *Tersul. de fuga in persecut. c. 9.* Puffillanimes consolator. *Sidon. l. 7. ep. Tom. II.*

17. Spernere aliquem tanquam imperitum, vel puffillanimum.
Puffillanimitas, atis, f. *puffillanimitas*, μακροθυμία, vilitas animi. *V. Puffillitas.*
Puffillitas, atis, f. parvitas animi, a puffillus. *Voss. in Pupillus. Tersul. l. 4. v. Hermog. c. 14.* Quæcunque potestas ei, quam puffillitas, comperit. *Lactant. de Ira Dei, c. 5.* Non cadere in Deum hanc animi puffillitatem. Alii ex MSS. leg. hinc *puffillanimitatem.*
Puffillo, adv. *un pocchetto.* *Plin. l. 27. c. 5.* Puffillo altior: lenticula est.
Puffillum, adverb. *un pocchetto*, paululum. *Cato R. R. c. 90.* Primum puffillum, postea magis deples.
Puffillus, a, um, *piccolino*, קטן, Ger. *klein*, Gal. *petit*, Hisp. *pequeno*, *pequeno*, parvulus, exiguus, dim. a *pusus*, ut *pusillus* a *pupillus*. *Cic. 4. Verr.* Ut hi puffilli, & contempti libelli infamem. *Id. 2. Fam. ep. 17.* Illud vero puffilli animi, & jejuni. *Juven. sat. 15. v. 70.* Terra malos homines nunc educat, atque puffillos. *Trebon. ad Cic. l. 12. Fam. ep. 16.* Naclus puffillum laxamenti.
Pusio, onis, m. *fanciullo*, Ger. *kneblin*, Gal. *enfanton*, Hisp. *ninito*, Πυρῦδος, parvus puer, a *pusus*. *Cic. pro Cal. c. 15.* Qui propter neicio, quam, credo, timiditatem, & nocturnos quosdam inanes metus, tecum semper pusio cum maiore foreore cubita est. ¶ Sæpe capitur pro masculo scorto. *Juven. sat. 6. v. 34.* Nonne putas melius, quod tecum pusio dormit, pusio, qui noctu non litigat?
Pusilla, læ, f. parva puella. *Prudent. in pass. Eulæie, v. 19.* Ipsa crepundia reppulerat, Ludere neicia pusilla.
Pustilla, æ, f. *pustula*, ΠΥΣΤΙΛΛΑ, Germ. *propel*, Gal. *pustule*, *vestie*, Hisp. *postilla*, ΦΛΥΚΤΗΡΑ, tuberculum in fummitate cutis nascens, a *pus*, quia pus continet, quanquam etiam latius ad ea extendatur, quæ pure carent. *Plin. l. 20. c. 22.* Pustulas facere. ¶ Pustulatum tria sunt genera, exanthemata, quæ Plinius eruptiones pituitæ, aliquando papulas vocat, phydracia, paulo duriora, ac subalbida, & acuta: epinyctides, quæ sunt sublivide, modice tumescentes, & plene sanguinis in tibiis, & pedibus, & tere noctu maxime infestant. *Plin. l. 26. c. 8.* Ut per se extra corpori impositum pustulas ignium modo faciat. *V. Cels. l. 5. c. 28.* ¶ Speciatim pustulæ dicuntur id genus morbi, quod variolas, & rubeolas vocant, morbus in ætate puerili maxime eveniens, raro in medio corpore, sæpe in eminentibus partibus. *Cels. l. 5. c. 28. & l. 6. c. 6. & Plin. l. 25. c. 13.*
Pustulatio, onis, f. pustularum emissio, vel copia. *Cal. Avel. Acut. l. 3. c. 16.* Pustulatio partium. *Id. l. 5. c. 1.* Pustulationem facere.
Pustulatus, a, um, *φλυκτεριστός*, pustulis plenus. *V. pustulatus.*
Pustuloseo, cis, n. 3. pustulosus fio. *Cal. Avel. Tard. l. 5. c. 1.* Quo superficies cutis pustuloseo.
Pustulo, as, n. 1. pustulas facio. *Tersul. l. 1. de cultu fam. c. 6.* Si concha aliquid intrinsecus pustulat, vitium ejus magis debet esse, quam gloria: & licet margaritum vocetur, non aliud tamen intelligendum, quam conchæ illius aliqua dura, & rotunda verruca.
Pustulosus, a, um, idem ac pustulatus. *Cels. l. 5. c. 26.* Ulcus in locum pustulosum serpit.
Pustula, æ, f. idem ac pustula. Speciatim sic dicitur morbi genus, a flava bile, vel tenui sanguine, vel ab utroque proficiens, qui alio nomine dicitur ignis facer. *Col. l. 7. c. 5.* Est etiam insanabilis facer ignis, quam pustulam vocant pastores.
Pustulatus, a, um, pustulis plenus, idem ac pustulatus. Argentum pustulatum, quomodo legitur in *Pandectis Florentinis*, sive pustulatum, prout legitur apud *Suet. in Ner. c. 44.* est argentum purgatifimum, & excorticifimum, ita dictum a pustulis, seu pustulis, quas ex coctura argentum accipit, & asperius tractu fit. *Suet. in Ner. c. 44.* Exegitque ingenti fastidio, & acerbitate nummum alperum, argentum pustulatum, aurum ad obrusam, ut plerique omnem collationem palam recusarent. *Martial. l. 7. ep. 85.* Nulla venit a me Argenti tibi libra pustulati. In quibusdam Suetonii codicibus pro *pustulatum* legitur *postulatum*, per o, uti & apud Martialem. Itaque & nonnulli a postulando deducunt, eo advocantes illud *Juven. sat. 7.* Accipe, victori populus quod postulat aurum. Sed omnino est a *pustulis*. Eoque per u scribendum. Quamquam, etsi per o scribatur, eadem futura notio est. Nam veteres in multis o, & u promiscue usurpabant. *V. Turneb. l. 24. c. 2. Alfen. l. 31. ff. locati.* Veluti cum argenti pustulatum fabro daretur, ut vasa fierent, aut aurum, ut anuli.
Pustulosus, a, um, *φλυκτεριστός*, qui pustulis laborat, idem ac pustulosus. *Col. l. 7. c. 5.* Vivam pecudem, quæ fuerit pustulosa, resupinam obruam.
Pusus, i, m. parvus puer, pusio. *Pompon. apud Varr. l. 6. de L. L.* Nam vere pusus tu, tua amica fenex.
Putæ, æ, f. Dea, quæ putationi præerat, a *puto*. *Arnob. l. 4.* Putationibus arborum Putæ, inquit, præsto est.
Querquetulanus, a, um, quod iuxta se habet quercetum. Mons Querquetulanus, idem ac Cœlius, ita dictus, quod quercuum læcundus, & frequens erat. Tac. l. 4. Ann. c. 65. Porta Querquetulana, una ex portis urbis Romæ, sic vocata, quod quercetum iuxta se habuit inter muros. Fest. & Plin. l. 16. c. 10. apud quem alii leg. Querculana. Virz Querquetulanz, Nymphæ Hamadryades, quæ querceto virenti præstant. Fest. Quællum Querquetulanum, quod in honorem Hamadryadum dedicatum fuit. Varr. l. 4. de L. L.

Querulus, a, um, lamevole, querulus, queribundus, qui conqueritur, sive querelis plenus est. Ovid. l. 3. Trist. el. 8. Et nunquam queruli causa doloris adest. Martial. l. 4. epigr. 89. Misa nec a querulo mappa cliente fuit. Quandoque a Poetis pro canoro ponitur. Virg. 2. Georg. Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadz. Horat. l. 3. od. 7. Querulæ tibiz. Ovid. 5. Metam. Querulæ chordæ.

Questus, us, m. querela, lamento, querulus, actus querendi, querela, lamentatio. In dat. & abl. pl. habet questibus. Cic. pro Quint. c. 30. Qui denique questus, qui moror dignus inveniri in calamitate tanta potest? Virg. 4. Georg. Et mœstis late loca questibus implet.

Questus, a, um, questus, partic. a queror. Albinovan. ad Livium, v. 166. Oraque nequequam per modo quæta fluunt.

Qui, a, que, quod, il quale, e la quale, ארר, Germ. vœlcher, vœlche, vœlches, Gal. pro le quel, Hisp. que, el qual, de, z, ð, pron. relativum. Cic. l. 1. M. M. Qui postquam maximas ædificasset, ornassetque classes, &c. Cum duo diversi generis nomina in oratione ponuntur, relativum qui sæpius concordat cum sequente. Cic. de Fato, c. 1. Ratio enuntiationum, quæ æquivalet, Græci vocant. Id. 13. Fam. epist. 1. in fi. Decretum illud, quod vtopavovστομυ illi vocant. Adde Liv. l. 4. c. 5. & Plin. l. 2. c. 16. ad fin.

Interdum tamen etiam cum antecedente. Colum. l. 11. c. ult. sub fin. Semina omnia succo herbæ, quæ sedum appellatur, medicare. Plin. l. 12. c. 25. Succus manat, quem opobalsamum vocant. Adde l. 18. c. 28. Interdum qui usurpatur pro interrogativo quis. Ter. Phorm. 5. 7. 18. Nam qui erit rumor populi, inquit, si id feceris? Cic. pro Dom. Qui tantus fuit labor? quæ similitudo? Liv. l. 3. Qui finis discordiarum? Item pro qualis. Cic. 1. de Div. c. 25. Xenophon Socraticus qui vir, & quantus? Item pro usque qui. Cic. Att. l. 5. Actio malum iter facere pedibus, qui incommodistissime navigavistemus. Item pro quis. Ter. Eun. prol. v. 25. Peccatum imprudentia est Poetz, non qui turtum facere studuerit. Alii leg. quo. Quine idem ac qui, sed cum interrogativo. Plaut. Truc. 2. g. 54. Pœnitet ne te, quot ancillæ sunt iam? Quine etiam nunc insuper adducas, quæ mihi comedit cibum? In ablativo junctum cum præpositione cum fere eadem præponitur. Cic. 4. Att. ep. 9. Quocum video esse ambulandum. Id. 3. de Orat. c. 3. Quibuscum conjunctissime vixerat. Id. Offic. 1. c. 12. Eum, quicum bellum geras.

Interdum etiam postponitur. Liv. l. 4. c. 5. Cum quibus nec societates est. Id. l. 7. c. 33. Cum quo contulit gradum. In dativo singulari legitur & quos, pro cui. Catul. carm. 1. Quoi dono lepidum meum libellum? In ablat. singulari qui est omnis generis. Plaut. Pseud. 1. 2. 86. Restum volo mihi emere, qui me taciam pensilem. In dat. & ablat. plurali est etiam quis, & quis pro quibus. Plin. l. 12. c. 1. Arbore, sine queis, &c. Virg. 1. Æn. v. 95. Queis ante ora patrum. Sallust. in Jug. Legatos Romam mittit, quis præcipit. Quicum pro quibuscum dixit Plautus (cap. 5. 4. 6. Patricius pueris anates, aut coturnices dantur, quicum ludent. Apud eund. Afri. 3. 1. 2. legitur etiam qui pro que, in recto casu singulari. Sed non est imitandus. Quod neutrum V. suo loco.

Qui, adv. quem, quis, quomodo, quemadmodum. Cic. pro Cæc. Qui igitur convenit, quæ causa fuerit &c? Aliquando ponitur pro cur, quomobrem? Ter. Andr. Non potest. PAM. Qui? Cic. 1. Tusc. Qui enim beatorum Epicurus, quod in patria vivebat, quam Metrodorus, qui Athenis? Item pro us. Ter. in prol. Andr. Non qui argumentum narret, sed qui veteris Poetz maledictis respondeat. Item pro unde. Ter. Heec. 2. 3. Nam qui hoc mihi eveniat, scio. Id. Andr. 3. 2. Nam qui isthæc tibi incidit suspicio? Qui dum? h. e. cur igitur? Id. Eun. 2. 2. 32. Qui dum? Gn. quia tristis es. Qui pote? come esser pud? Perf. fat. 1. v. 56.

Quia, perbè, quia, Ger. die weil, Gal. parce hue, Hisp. porque, & quia, ob eam causam, ea de causa, conjunctio causalis. Cic. 1. de Am. c. 9. Sed quia natura mutari non potest. Plaut. Amph. 2. 2. 34. Quia enim sero adventimus. Quiane? interrogativum, pro an quia? Virg. 4. Æn. v. 538. Quia ne auxilio juvat ante levatos?

Quidnam? adverb. idem quod quare? interrogativum, perbè. Virg. 10. Æt. v. 6. Cœlicolæ magni, quanam sententia vobis versa retro? Plaut. Truc. 1. 2. 34. Quianam arbitrare?

Quiane, V. Quia. Quicquam, V. Quisquam. Quicque, V. Quisque. Quicquid, V. Quicquid. Quicum, V. Qui.

Quicunque, quæcumque, quodcumque, chiquique, Germ. geb vwer, Gall. quiconque, Hisp. qualquiera, &is ar, quisquis. Cic. 2. de Leg. Ut quibuscumque rebus possem, illius absentis dignitatem vobiscum a tuere. Sumitur etiam pro qualiscunque. Cic. pro Rab. Posth. Quæcumque mens illa fuit, Gabini fuit. Item pro quantuscunque. Pompeius ad Lemul. & Marcel. post epist. 12. Cic. Att. l. 8. Ut quodcumque militum contrahere poteritis, contrahatis. Usurpatur quoque interposita dictione. Horat. l. 1. od. 26. Quem criminosis cunque voles modum pone jambis. Cic. 4. Fin. c. 25. Quod erit cunque visum, ages. Id. 2. de Legib. c. 18. Quod ad cunque genus me disputatio deduxerit.

Quid, che cosa, quid, Ger. vvas, Gal. quoy, Hisp. quæ cosa, & nomen interrogativum substantivum gen. neut. Cic. 5. Ver. Quid facerent miseris? aut quid reculerent? Id. 5. Ver. Quid militum, aut nauarum per triennium dederunt? Quid queris? clausula est sermonem in compendium redigentis, eandem vim habens, quam quid plura? quid opus est verbis? Cic. Att. l. 1. Quid queris? num ad privata redeam? Hor. l. 2. epist. Quid queris? vivo, & regno, simul ista reliqui. Quid tum denique? quid tum postea? quid ergo? quid interea? quid demum? servitium transitionis, & familiaria sunt. Terent. Cic. Plaut. Interdum sumitur pro aliquo. Terent. Heec. 5. 4. Dic mihi, harum rerum num quid Tom. II.

dixi iam patri? Item pro quod. Plaut. Amph. 1. 1. 208. Quid tibi nomen est? Eleganter absolute usurpatur in transitionibus pro præterea, jam vero. Cic. 4. Acad. Quid? cum ipse Antiochus dixerit quibusdam in rebus ab his, quos amat, Stoicis, nonne indicat? &c. Id. ibid. Quid quod, si ista vera sunt, ratio omnis tollitur? Interdum ponitur pro cur. Cic. pro Rosc. Amer. Accusatis Sext. Roscium. Quid ita? quia de manibus vestris effugit. Cic. 2. Cæcil. c. 6. Quævisi, quid dubitare proficisci. Quid ni, est cur non. Veteres enim ni pro ne ponebant. Cic. Off. 2. c. 22. Laudat Africanum Panætius, quod fuerit abstinentis. Quid ni laudet? Sed in illo alia majora. Et interiecto altero verbo, Plaut. Mil. 4. 8. 1. Quid ego ni steam? Captur etiam infinite. Cæf. l. 1. B. G. Quid sui consilii sit, ostendit. In hac quoque usurpatione interdum pro quomobrem sumitur. Virg. 1. Æneid. Quid tantum Oceano properet in tingere Soles. Quid mulieris, vel quid hominis, est quæ mulier, quis homo, cuiusmodi, cuius forme, cuius naturæ. Ter. Heec. Sed quid mulieris uxorem habes? Cic. 4. Ver. Exponam vobis breviter, quid hominis sit.

Quidam, quædam, quoddam, & quiddam, unum certo, ð dæmz, & n, aliquis. Est tamen inter quidam, & aliquis discrimen. Nam quidam dicitur de re certa, seu determinata, aliquis de re indefinita, & incerta: ut si dicam est quidam, qui me amat, significo esse certum hominem, a quo amor: si dicam est aliquis qui me amat, id dico, non uno esse, qui me amant, non determinando, quinam sit. Interdum tamen promiscue adhibentur. Cic. pro Cluenc. c. 63. Quiddam ex advocatis, homo & honoribus populi ornatiss, & summa virtute præditus, dixit. Id. 2. de Orat. c. 74. Crassi quidem respondum excellentissimam ingenii, ac singularis. Nepos in Cimon, c. 1. Callias quiddam, non tam generosus, quam pecuniosus. Inter quoddam, & quiddam hoc interest, quod quoddam adjectivum est, quiddam substantivum sumitur. Cic. 1. de Invent. Nam fuit quoddam tempus, cum in agris homines passim bestiarum more vagabantur. Id. 1. Acad. c. 9. Ut in his quiddam divinum esse diceret. Id. 3. Leg. c. 10. In ipsa potestate inest quiddam mali.

Quidem, adverb. certamente, ארר, Ger. zwear, Gal. certes, Hisp. ciertamente, mès, certe, protecto. Cic. de Amic. Aut enim nemo (quod quidem magis credo) aut si quisquam, ille sapiens fuit. Usurpatur solet per exceptionem ejus, quod affirmes. Tunc sequuntur istæ dictiones, at, sed, tamen, attamen, verum, verumtamen, autem. Cic. 3. Offic. c. 9. Philolophi quidam, minime mali illi quidem, sed non factis acuti. Id. 6. Phil. Minus quidem illa severe, non tamen omnino dissolute. Id. 1. Ver. Minus nunc quidem, quam antea, verum tamen &c. Id. de clar. Orat. Enucleate ille quidem, nequaquam autem ea vi, atque copia &c. Aliquando ei alterum adverbium affirmandi, vel jurandi adiungitur, ut hercle, certe, profecto. Ter. Andr. 2. 2. Mea quidem hercle certe in dubio est vita. Cic. l. 1. Fam. Id. Att. l. 6. Nunc quidem quidem protecto Romæ es V. Certe. Ponitur etiam pro saltem. Cic. Att. l. 9. epist. 2. Non video causam, cur ita sit, hoc quidem tempore. Id. ibid. l. 1. epist. 1. Spero me tibi causam probasse; cupio quidem certe. Usurpatur etiam cum ne, sed interposita aliqua dictione, & hoc, cum aliquid vehementer negare cupientes, negamus id quoque, quod minus est. Cic. l. 10. Fam. epist. 2. Quapropter in privatis rebus nullum neque officium, neque studium meum desiderabis, ne in publicis quidem, &c. V. Ne.

Quidnam, V. Quisquam. Quidni, V. Quid. Qui dum? V. Qui adverb.

Quies, etis, f. quiete, Ger. rast, Gal. repos, Hisp. reposo, sosiego, &vacatio a labore, tranquillitas, otium. Genitivum habet quietis, olim etiam quieti, per 5. declin. Hinc comp. requies habet requies, quod tamen aliquando etiam requiescit. Cic. 1. de Orat. Qui locus quietis, & tranquillitatis plenissimus fore videbatur. Id. 1. Off. c. 29. Joco uti illo quidem licet, sed licet somno, & quietibus cæteris. Plin. l. 18. c. 28. Qui paupertatem, & quietem doctrinarum ei sciebant imprimis cordi esse. Sæpiissime accipitur pro somno, quod dormientes ab omni opere ferientur, qui opponitur vigilia. Cic. 1. de Div. c. 29. Quæ quidem multo plura evenirent, si ad quietem integri iremus. Id. ibid. c. 25. Visum est ei in quiete. Id. ibid. l. 2. c. 66. Secundum quietem visus ei dicitur draco. Tacit. 4. hist. c. 83. Ptolemæo oblatur pro quietem juvenem eximia specie. Translate sumitur pro tranquillitate, & clementia aëris. Virg. 2. Georg. Si non tanta quiete iret frigique, caloremque inter. Metonymice ponitur in num. plur. pro cubiliis. Lucret. l. 1. v. 405. Namque canes ut montivagæ persepse ferai Naribus inveniunt interfectas fronde quietes. Quies Dæx nomine a Romanis culta fuit, habuitque sanum extra urbem, via Lavicana, Liv. l. 4. c. 41.

Quies, etis, adiect. quieto, quietus, unde inquit. Nevus apud Priscian. l. 6. pag. 704. Puscb. Jamque ejus mentem fortuna lecerat quietem. Liv. Mater ibid. Milites quietes volebant esse.

Quiescentia, z, f. quies. Jul. Firmic. l. 1. c. 3. Post quiescentiam calmatibus implicatus.

Quiesco, is, evi, etum, n. 3. riposarsi, Ger. ruhen, Gal. se reposer, Hisp. reposar, &vacatio, quietem ago, terior a labore, (sum in otio, celsio. Sen. epist. 3. Et quiescenti agendum, & agenti quiescendum est. Cic. in Somn. Renovat pristina bella, nec potest quiescere. Plaut. Mil. 3. 3. 52. Quiescas cætera. h. e. de cæteris ne sollicitus sis. Per synecdochen sumitur pro finire, delinere, supersedere. Plaut. Most. 2. 2. 51. Quin tu, si sapias, quiesce hanc rem modo petere. Gel. l. 2. c. 28. Statuere, atque edicere quiescebant. Item pro non esse insolentem, & inquietum. Terent. in prol. Andr. Delinere ut quiescant, porro monco, & desinant maledicere. Per Meraleplin sumitur pro dormire. Cic. 6. Ver. Eo cum venio, Prætor quiescebat. Item pro permittere. Cic. Att. l. 7. epist. 9. Tamen quiescat rem adduci ad interregnum. Translate dicitur de rebus inanimatis, pro stare, non moveri. Virg. 6. Æn. Postquam collapsi cineres, & flamma quievit. Id. 7. Æn. Postquam alta quierunt æquora. Aliquando active reperitur pro quiescere facio. Senec. in Herc. Oct. v. 1584. Ante descendit glacialis usque Sidus, & ponto vetito tructur, quam tuas laudes populi quiescant. Potest tamen subintelligi dicere, vel predicare. Usurpatur etiam imperf. Ter. Andr. 4. 2. 8. Quibus quidem quam facile ptereat quiesci, si hic quiescet. Quierim pro quieverim legitur apud Cic. l. 9. ad Att. epist. 10. ad fin.

Quietialis, m. 3. epithetum Orci, teste Festo, nempe quia hominibus quietem præbet.

Quiète, adv. quietamente, &vacus, tranquille, placide, otiose. Cic. 1. Fin. Quod aptissimum est ad quiete vivendum. Cæf. l. 3. B. C. c. 46. Nostris quietissime se receperunt. Augustin. Confess. l. 5. c. 8. Quietus Rudere.

Quietorium, ii, n. 2. sepulcrum, quod est mortuorum quies. Legitur in inscript. apud Gruter. pag. 810. n. 2. & pag. 1131. n. 11.

Quietus, a, um, quieto, Ger. ruhig, Gal. coy, Hisp. quieto, sossegado, X

Qui, tranquillus, placidus, otiosus. *Terent. Eun. Sex ego te totos, Parmeno, hos menses quietum reddam. Cic. 2. Tuscul. c. 1. Is vivere animo quieto nullo modo potest. Id. de Senect. c. 23. Vitam quietam, & otiosam traducere. Id. Ver. 6. c. 19. Homo quietissimus. Cels. l. 5. B. G. c. ult. Habuit post id Cæsar quietiorem Galliam. h. e. pacatiorem. Var. l. 2. R. R. c. 7. Equi demptis testiculos sunt quietiores. h. e. mansuetiores. Terent. Phorm. 4. 5. Quietus esto, inquam; ego curabo & c. h. e. securus. Fellex. l. 2. c. 117. Quietus moribus.*

Quilibet, quælibet, quodlibet, vel quodlibet, *qualunque ti piace, qualsivoglia*, וְכִלְבֵּת, Ger. ein jeder, Gal. qui que ce soit, Hisp. quien quiera, וְכִלְבֵּת, quivis, quicunque, quasi quicumque ex multis libet eligere, vel capere. *Cic. pro Rosc. Amer.* Aut quilibet denique vel minima res reperiret. *Horat. in Arte.* Pictoribus, atque Poetis quilibet audendi semper fuit æqua potestas. *Id. l. 1. sat. 2. do nomen quodlibet illi.* Metaleptice capitur pro vili, & obscuro. *Plin. l. 7. c. 28. Bis ab Annibale captus, neque enim cum quolibet hoste res tui. Liv. l. 6. c. 40. Si Claudie familiæ non sim, nec ex patricio sanguine ortus, sed unus Quiritium quilibet.* ¶ *Quilibet unus est etiam idem quod quispiam. Liv. l. 9. c. 17. Id erat periculum, ne Alexander solertius, quam quilibet unus ex iis, quos nominavi, castris locum caperet. Al. leg. quivis, quod idem est.*

Quinatus, us, m. *κινάτης*, ætas quinque annorum. *Plin. l. 8. c. 45. de bobus:* Fæminis vita quindecim annorum longissima, maribus viginti: robur in quinquatu.

Quin, adverb. *perchè non, Ger. vvarumb, Gal. pourquoy non, Hisp. porque no, τί μή, cur non, ex quine, per Apocopen, ut seu ex five. Cic. pro Rab. perduel. cap. 6. Quin continetis istam vocem indicem stultitiæ?* ¶ Sumitur etiam pro quomodo non, ut non, quo minus. *Cic. pro Dom.* Non quod dubitaret, quin ab isto nihil legibus, nihil religionibus, nihil iure esset actum. *Id. 2. de Orat.* Non possum, quin exclamem. *Terent. Eun. 5. 2. 3. Ut nullo modo introire possem, quin viderent me.* ¶ Item pro quia non. *Liv. l. 2. c. 15. Non, quin breviter reddi responsum poterit, ideo delectos Patrum ad eum missos, sed ut perpetuum mentio ejus rei finiret. ¶ Item pro qui non. Cic. 7. Ver.* In qua quam multa sint vulnera, quis est vestrum, quin intelligit? ¶ Item pro imo, *inquit etiam, insuper. Terent. Heaut. 3. 3. Quid dicam? quam causam afferam? S. Quin volo, mentiare. Idem ibid.* Credo, neque id injuria, quin mihi molestum est. *Virgil. 1. Æn.* Quin aspera Juno, quæ mare nunc, terraque metu, cœlumque fatigat, consilia in melius referet. *Plaut. Amph. 2. 2. 74. At pol quin certa res hanc esse oburgare.* ¶ Quin etiam, *anziché, di più. Cic. Fam. 7. e. pist. 1. Delectatio nulla existit, quin etiam misericordia quædam confecta est. ¶ Quin igitur? e perchè dunque non? Curt. l. 5. c. 7. Quin igitur ulciscimur Græciam, & urbi faces subdimus? ¶ Quin potius, e perchè non piuttosto? Virg. 4. Æn.* Quin potius pacem æternam, patrosque hymenæos Exercemus?

Quinam, V. Quiniam.

Quinarius, ii, m. 2. nummus argenteus, dimidium denarii, idem ac victoriatius, a *quinque*, quia valebat *quinque assibus*. *Var. l. 4. de L. L. Denarii, quod denos æris valebant, quinarii, quod quinos. Plin. l. 33. c. 3. Placuit denarius pro decem libris æris, quinarius pro quinque.*

Quinarium, a, um, *κινάριον*, quod quinque complectitur. *Plin. l. 31. c. 6. de fistulis.* Et, si quinarie erunt, sexaginta pondo pendere.

Quingenti, æ, a, idem ac quingenti, apud vet. *Fest.*

Quingenta Prata, locus Romæ, trans Tyberim, apud navalia, quatuor jugerum, quæ olim fuerant Quincitii Cincinnati, ubi Papinia regiuncula, seu Papinius ager. *Liv. l. 3. c. 1.*

Quingenta via, quæ ab urbe Roma in Sabinos ducebat, Salaris proxima.

Quincitii, orum, m. 2. gens Patricia Romæ, a *Quincius*, ut Sextii a *Sextus*, Decimi a *Decimus*. In duas familias distinguebantur, quarum altera Capitolinorum, altera Flaminiorum cognomine utebantur. Scribitur & *Quincii*.

Quintilianus, & Quintilianus, i, m. 2. insignis Rhetor Hispanus, ex urbe Calagure, ut *Eusebio* placet. Romam cum Galba venit, brevique tempore postea familiaritatem Domitiani adeptus, ejus nepotes erudit. Ludum Romæ aperuit, primusque et sisco salarium tulit. Scripsit institutiones de arte Rhetorica. Scripsit etiam Declinationes, quas quidam Quintilianii alterius Declamatoris dicunt esse, cuius *Sen. in 6. Declam. l. meminit. Martialis. l. 2. epigr. 90. Quintilianie vagæ moderat summe juventæ, Gloria Romanæ, Quintilianie, togæ.*


Quincitii, m. 2. gens Romana, ex primis illis Patriciis, quæ urbem Romam incoluerunt. Translati fuerunt Romam ex Alba exciata a Tullo Hostilio. *Sigon. l. 1. de ant. jur. C. R. c. 7.*

Quincitius, & Quintilius, m. 3. unus ex mensibus anni, a *quincius*, quod erat quintus a Martio inclusive, unde Romani primo annum auspiciabantur. Postea in Julii Cæsaris Dictatoris honorem Julius dictus est, M. Antonio M. F. Consule legem ferente. *Suet. in Cæs. c. 76. Cic. Attic. l. 14. epist. 7. Si ergo est, volo mense Quintitii in Græciam.*

Quinctus, & Quintus, m. 2. prænomen apud Romanos, a nascendi ordine, ut *Sextus*, ac *Decimus*.

Quincuncialis, & le, o. 3. quod ad quincuncem spectat, ut Quincuncialis figura, quæ quincuncem, hoc est litteram V refert. *Plin. l. 17. c. 11. In disponendis arboribus, arbutifusque, ac vineis quincuncialis ordinum ratio vulgata, & necessaria.* ¶ Quincuncialis herba, quæ mensuram quincuncis unius pedis habet, hoc est, septenos fere digitos. *Plin. l. 27. c. 11. de lithospermo.* Herba quincuncialis tere, foliis duplo majoribus, quam rutæ.

Quincunx, cis, m. significat quinque uncias, a quinque, & uncia. Apud *Martialis* est genus mensuræ, paulum supra mediam heminam continens, *l. 2. epigr. 1. Te conviva leget mixto quincunce.* ¶ Apud *Perf.* quincunx usura dicitur, quæ ex singulis centenis quinque percipiuntur, *cinque per cento, sat. 5. v. 149. Quid petis? ut nummi, quos hic quincunce modesto nutrierat, pręgant avido sudore deuces?* ¶ Ordo in quincuncem est, cum res aliquæ ita disponuntur certis intervallis, ut quacunque spectaveris, rectus ordo sit. Dicitur autem quincunx, quia refert figuram litteræ V, quæ quinaris numerus designatur. Itaque arbores v. g. in quincuncem dispositæ hoc modo ordinantur.



Hæc enim ratione multas literas V repræsentant, gratumque aspe-

rum præbent. *Cic. de Senect. c. 17. Cum autem miraretur Lylander & proceritate arborum, & directos in quincuncem ordines. Colum. l. 3. c. 13. Nonnulli omnem vitem per denos pedes in quincuncem disponunt, ut more novatum terra transversis, advertisque sulcis proficiantur.*

Quincupædal, alis, n. mensura, sive regula quinque pedum, quæ fabri murari in dimetiendis parietibus uti solent. Legitur in titulo *epigr. 92. l. 14. apud Martialis.* ubi alii *quincupæda*, æ, eodem sensu.

Quincuplex, icis, o. *κινάπλοξ*, quinque multiplicatus. *Martialis. l. 14. epigr. 4. Quincuplici cera cum datur altus honos.* ¶ Titulus ejus epigrammatis est *Quincuplex*, qui sunt pugillares quinque foliorum, seu laminarum, aut tabellarum.

Quindecimviralis, le, adject. ut sacerdotium quindecimvirale, h. e. quindecim hominum sacris addictorum, apud *Tacit. Ann. 11. c. 11.*

Quindecimviratus, vel *Quindecimviratus*, us, m. dignitas *Quindecimviri. Lamprid. in Alex. Severo, c. 59.*

Quindecimviri, m. 2. Magistratus quindecim virorum, ut *Quindecimviri agris dividendis. Plin. l. 7. c. 43. Supremis laudibus patris sui L. Metelli Pontificis, bis Consulis, Dictatoris, Magistri equitum, Quindecimviri agris dandis.* ¶ *Quindecimviri Sibiyllini*, seu *Quindecimviri sacrorum*, erant quindecim Sacerdotes, qui libris Sibiylle legendis, carminibusque interpretandis præerant. Ad hos etiam ludorum sæcularium procuratio pertinebat. Primum a Tarquinio Superbo duo viri ad hoc Sacerdotium creati sunt, deinde cum Plebs in partem Magistratum, & Sacerdotiorum venire vellet, decem, quinque ex Magistratum, totidem ex Plebe, tandem a L. Sylla quindecim. *Horat. in carm. sac. Quæque Aventinum tenet, Algidumque Quindecim Diana preces virorum Curet.* ¶ In singulari numero, *Sueton. in Cæs. c. 79. L. Cottam Quindecimvirum sententiam diciturum.* ¶ Legitur & *Quindecimviri.*

Quindecies, adverb. *quindici volte, δεκαπεντάκις*, quindecim vicibus. *Cic. 4. Ver. c. 25. Ad illa festertia quinque millia hæreditaria accessit ipsius antiqua festertia quindecies pecunia. Martialis. l. 7. epigr. 9. Dicere quindecies poteram.*

Quindécim, *quindici*, וְכִינְדִּים, Ger. *funffzehen*, Gal. *quinze*, Hisp. *quinze, δεκαπέντε*, nomen numerale cardinale indecl. *Plaut. Pseud. 11. 51. Quindécim miles minas dederat. Adde Horat. in carm. seculari.*

Quindeni, æ, a, *quindici, πέντε, ἑξήδeka*, quindecim, nomen numerale distributivum. *Liv. l. 35. c. 40. Quindena jugera agri data in singulos pedes sunt. Al. leg. quina dena, quod idem significat.* ¶ Ponitur etiam pro cardinali, quindécim. *Plaut. Most. 2. 1. 11. Quindenis hastis corpus transfigere.* ¶ Dicitur & *quindeni*. *Quintil. l. 1. c. 10. ad fin.* At si quindeni per latera, quini in fronte sint. ¶ Scribitur & *quini deni* divinum.

Quingenarius, a, um, *κινάκκοισός*, quod est pondo quingentarum librarum, seu quod quingentas res continet. *Plin. l. 33. c. 11. Dispenfator Hispanæ ceterioris quingenariam lancem habuit. Curt. l. 5. c. 2. Quingenariæ cohortes.*

Quingeni, æ, a, o. 1. 2. *cinquécento, πεντακκοισός*, idem ac quingenteni, per syne. *Curt. l. 5. c. 1. Peregrinus eques quingenos denarios accepit.* ¶ Ponitur & pro cardinali, quingenti. *Cic. Attic. l. 4. Apud eum festertia quingena deposuerunt.*

Quingentesimus, a, um, *di cinquécento, πεντακκοισός*, nomen numerale ordinis. *Plin. l. 15. c. 1. Anno Urbis quingentesimo quinto.*

Quingenti, æ, a, *cinquécento, πεντακκοισός*, Ger. *funffhundert*, Gal. *cing cens*, Hisp. *quinientos, πεντακκοισός*, quinque centum. *Horat. l. 2. sat. 7. quingentis empto drachmis.*

Quingentes, adverb. *πεντακκοισάκις*, quinque centies. *Cic. 4. Ver. c. 38. Ob eam rem H S quingentes Veneri Erycinæ de Stenei bonis exacturum. h. e. quingentes centena millia.*

Quini, æ, a, *cinque, di πέντε*, nomen numerale distributivum, a *quinque*. *Cic. in Pison. c. 27. Græci stipati, quini in lectulis.* ¶ Ponitur & pro cardinali *quinque*. *Liv. l. 8. c. 8. Quina millia peditum.* ¶ In singulari num. *Plaut. Pseud. 1. 3. 69. Lex me perdit quina vicennaria. hoc est, quæ vetat, minorem vintiquinque annis stipulari.* ¶ In genitivo plurali *quinum*. *Julian. Dig. l. 40. tit. 9. leg. 3. Quinum aureorum. V. Quaterni.*

Quindeni, V. Quindeni.

Quinimo, adv. *anzi, ἔμπροσθεν*, Ger. *ja auch*, Gal. *ce qui plus est*, Hisp. *antes, mas aynda, ἀπὸ δὲ ἔμπροσθεν*, quin potius, imo vero, imo etiam. *Cic. Att. epist. 13. l. 1. Quinimo leviter inter se dissident. Plin. epist. 9. l. 4. Quinino confurgenti ei ad censendum acclamatum est.*

Quiniviceni, æ, a, vintiquinque in distributione. *Liv. l. 37. c. penult.* Militibus quiniviceni denarii dati, duplex centurioni.

Quinŷo, onis, m. *κινάριον*, numerus quinaris, ut quinionem filiorum parere, apud *Tertul. de anim. c. 6.*

Quinquagenarius, a, um, *κινάκκοισός*, quod quinquaginta continet. *Car. cap. 13. Urnam quinquagenariam unam, sextarium olearium unum.* ¶ *Quinquagenarius grex*, qui est quinquaginta capium. *Var. lib. 2. de R. R. cap. 10. Ad equarum gregem quinquagenarium bini homines.*

Quinquagēni, æ, a, *cinquante, πεντήκοντα*, quinquaginta, nomen numerale distributivum, quod frequenter ponitur pro cardinali. *Plin. l. 8. c. 36. Vivunt quinquagenis annis, quidam & centenis. Cic. 5. Verr. In singulos HS quinquagenis millibus damnari mavultis? ¶ In singulari num. *Plin. l. 19. cap. 1. Stamina lingula centeno quinquagēno filio constant.**

Quinquages, adv. idem ac quinquages. *Plaut. Men. 5. 9. 99. Vix credo tota auctione capi & quinquagesies. Al. leg. quinquagesies, & quidem rectius.*

Quinquages, adv. *πεντηκοντάκις, cinquante volte*, quinquaginta vicibus. *Plin. l. 7. c. 25. Idem signis collatis quinquagesies dimicavit.*

Quinquagesimus, a, um, *cinquantesimo, πεντηκοντός*, nomen numerale ordinis. *Plin. l. 7. c. 8. Quinquagesimo uno raptus anno.* ¶ *Quinquagesima*, æ, absolute veltigal, quod penditur quinquagesima pars alicujus rei. *Cic. Ver. 4. c. 49. Ab omnibus enim ternæ præterea quinquagesimæ exigebantur.*

Quinquaginta, *cinquante*, וְכִינְדִּים, Ger. *funffzig*, Gal. *cinquante*, Hisp. *cinquenta, πεντήκοντα*, nomen numerale indecl. *Virg. 1. Æn. Quinquaginta intus famulæ.*

Quinquatrus, uum, f. 4. & *Quinquatria*, orum, n. 2. & *Quinquatria*, ium, n. 3. *κινάτριον*, dies festi Minervæ, a *quinque*, quod quinque diebus sacra hæc Minervæ celebrantur. Primo enim die sacrificia fiebant, quatuor sequentibus gladiatores in theatro certabant. *Ovid. 3. Fast.* Aliqui dicunt, secundo, tertio, & quarto die ludos gladiatorios fuisse, quinto lustrationem Urbis. Sed *Var. l. 5. de L. L. Gel. l. 2. c. 21. & Fest.* dicunt, hæc festa sic appellata fuisse, quod essent post quintum diem Iduum Martiarum, inclusive scilicet, quemadmodum apud Tuscianos festa vocabantur *Triatrus, Sextatrus, Septimatrus*, vel *Septenatrus*, & apud Faliscos *Decimatrus*, quod agerentur die tertio, vel sexto, vel septimo, vel decimo ab Idibus alicujus mensis. *Quinquatria*

quatria enim celebrabantur 13. Cal. Aprilis, idest die decimanona Martii, ut est in Calendario. Et Varro asserit, Quinquatria diem unum festum fuisse. Similiter Festus addit eos, qui putant, Quinquatria quinque diebus celebrata fuisse, tam errate, quam eos, qui Saturnalia tribus, Compitalia totidem, nam omnia hæc festa singulorum dierum fuisse. Hæc festa celebrabantur in honorem diei natalis Minervæ. Ovid. l. 1. c. Sed Festus causam adfert, quod eo die ædes ejus in Aventino consecrata est. Sunt, qui dicunt, hanc diem munusculorum quoque fuisse, quo tempore matronæ inter se invicem munera missabant, & cœnas ancillis apponebant, ut viri Saturnalibus. Plaut. Mil. 3. 1. 99. Da, quod dem Quinquatribus percantatrici, collectrici, &c. Cic. Fam. 12. epist. 25. Quinquatribus frequenti Senatu causam tuam egi non invita Minerva. Id. Att. l. 9. Fuit enim pridie Quinquatrus egregia tempestas. Suet. in Aug. c. 71. Nos Quinquatriis satis jucunde egimus. Tacit. 14. Ann. c. 4. Quinquatrum solus dies celebrare. ¶ Quæ hæstenus descripta sunt, maius Quinquatria dicebantur. Erant etiam Quinquatria minora, sive Quinquatrus minuscule, quæ celebrabantur Idibus Junii. Ovid. 6. Fast. Et jam Quinquatrus iubeor narrare minores.

Quinque, cinque, קינץ, Ger. funff, Gal. cinq, Hisp. cinco, קינץ, nomen numerale cardinale indecl. Virg. 1. Georg. v. 233. Quinque tenent cœlum zonæ. Quinquofolium, ii, n. πενταφυλλος, herba, quæ quinque foliis constat. Plin. l. 25. c. 9. Quinquetolium nulli ignotum est, cum etiam fraga gignendo commendetur.

Quinquofolius, a, um, di cinque foglie, quinque folia habens. Plin. l. 21. c. 4. Rosæ pallidæ, spinosæ, quinquofoliæ.

Quinquelibrâlis, & le, o. 3. πενταλίβριος, quod est quinque librarum. Colum. l. 3. c. 15. Qui singuli non excedunt quinquelibrâlis pondus.

Quinquelibris, e, adject. quinquelibrâlis. Vopisc. in Probo, c. 5. Donatus est pater quinquelibrâli.

Quinquemestris, & stre, o. 3. πενταμήσιος, quod quinque menses natum est. Plin. l. 8. c. 48. Castrari agnos, nisi quinquemestres, præmaturum existimant.

Quinquennâlis, & le, o. 3. πενταετής, quod fit quinto quoque anno. Cic. 3. de Orat. c. 32. Cum Olympiam venisset maxima illa quinquennali celebrata ludorum. ¶ Item quod quinque annos durat, ut Quinquennalis Magistratus, qui quinque annis continuis geritur. Liv. l. 4. c. 42. Alios Magistratus annuos esse, quinquennalem Censuram gravem esse. ¶ Quinquennalia, um, absolute, hoc est ludi, vel certamina quinto quoque anno celebrari solita. Inscrip. apud Gruter. pag. 116. n. 3. Quinquennalis Neronis.

Quinquennis, & ne, o. 3. di cinq' anni, πενταετής, quod est quinque annorum. Ovid. l. 4. de Pont. eleg. 6. In Scythia nobis quinquennis Olympias acta est. Hor. l. 2. sat. 8. Vinum quinquenne.

Quinquenianus, ii, n. quinquennio, πενταετής, spatium quinque annorum. Cic. 3. de Leg. c. 3. Bini funto, Magistratum quinquennium habent.

Quinquepartito, adv. πενταμερής, in quinque partes. Plin. l. 25. c. 6. Folis per ambitum incisus quinquepartito.

Quinquepartitus, a, um, πενταμερής, divisus in quinque partes. Cic. l. de Inv. c. 34. Quinquepartitam igitur hoc pacto putant esse argumentationem. Al. leg. quinquepartitam.

Quinque primi, m. quinque viri principes in aliquo Senatu. Cic. Verr. 5. c. 28. Magistratus, & quinque primi accitui istius evocantur.

Quinqueremis, is, f. πεντηρης, navis, quæ habet quinque ordines remorum. Cic. 6. Ver. c. 46. Certos homines in quinqueremi misisse. Liv. l. 41. c. 9. Decem quinqueremes naves.

Quinqueritio, onis, m. τετραετής, qui quinque artibus se exercet, a quinquertium. Liv. Andron. apud Fest. Quinqueritioes præco in medium vocat.

Quinqueritium, ii, n. τετραετής, exercitatio quinque artium, quibus ingenuorum puerorum institutio consistat, a quinque, & ars. Fest. ¶ Artes erant, dici jactus, cursus, saltus, luctus, & jaculatio. Atque hoc apud Græcos: Nam Latini natationem, & equitationem adjectere. Poeta veteri apud Fest. Omnis æqualis vincebat quinqueritio.

Quinquevir, iri, m. unus ex collegio Quinquevirorum. Hor. l. 2. sat. 5. Scriba ex Quinqueviro. ¶ Erant autem Quinqueviri Magistratus quinque civium, non unius generis. Erant enim Quinqueviri Coloniz deducendæ, qui plebem in aliquod oppidum, & agrum habitandi gratia deducebant. Hi etiam interdum tres viri fuere, interdum decem, &c. Cic. 2. Agr. Toties legibus agrariis curatores constituti sunt Triumviri, Quinqueviri, Decemviri. ¶ Præterea Quinqueviri Menfarii, qui ad mensas sedebant, & pecuniam dispensabant. Cum, improbitate fœneratorum Plebs Romana magnitudine æris alieni pene obruta esse videretur, eique difficultati principes plebis succurrere sæpe tentassent, inclinatis tandem ad concordiam omnium animis, qui tum Consules erant, fœnèbrem quoque rem, quod ditinere animos hominum videbatur, levare aggressi, solutionem æris alieni in publicam curam verterunt. Quinque ergo viri creati sunt, qui huic muneri præfèrent, de quibus V. Liv. l. 7. c. 21. ¶ Item Quinqueviri cis, & ultra Tyberim, erant, qui se gerebant pro Magistratibus. Constituti sunt, quia inconveniens erat, Magistratus vespertinis temporibus in publico esse. Pompon. l. 1. ff. tit. 2. l. 2.

Quinqueviratus, us, m. 4. τετραετής, Magistratus Quinquevirorum. Cic. de Prov. Conf. c. 17. Me ille, ut Quinqueviratum acciperem, rogavit.

Quinquies, adv. cinque volte, πέντε, quinque vicibus. Cic. 11. Phil. At hic me defendente quinquies absolutus est. Plin. l. 2. c. 23. Inde ad Solem quinquies milles.

Quinquifido, as, a. 1. raddoppiare cinque volte, quinquies duplo. Tac. Ann. 2. c. 36. Superbire homines etiam annua designatione, quid, si honorem per quinquennium agitent? quinquuplicari prorsus magistratus, subverti leges.

Quinquo, quas, a. 1. lustro, purgo. Charif. Grammat. l. 1. Quinquatrus a quinquando, idest lustrando, quod eo die arma Ancilia lustri sint solita.

Quintadecimâni, orum, m. milites legionis decimæquintæ, apud Tacit. 4. hist. c. 36.

Quintânus, a, um, πενταῖος, quod quinto loco est, quinto die venit, &c. Plin. l. 17. c. 22. de vineis. Semper vero quintanis semitari. h. e. quinto quoque palo semitam ducere. ¶ Quintana in castris erat porta quarta post Prætorium, per quam comædatus, & alia necessaria inferrebantur in castra, & ubi venantium rerum forum solebat esse. Liv. l. 41. c. 2. Ad Quæstorium forum, quintanamque hostes pervenerunt. Adde Fest. ¶ Nonz quintanzæ dicuntur a Macrob. l. 1. Sat. c. 14. & a Var. l. 5. de L. quæ quinto mensis die veniunt. ¶ Quintani apud Tacit. 4. hist. c. 36. sunt milites legionis quintæ.

Quintarius, a, um, adject. ut quintarii limites apud Hygin. de limitib. qui quantum locum obtinent post limitem decumanum. ¶ Quintarius numerus, idem ac quinquarius, apud Virg. l. 3. c. 1. V. ibi Bald. in Lexico. ¶ Quintarius, qui sit luit, V. in fine vocis Ai.

Quintilianus,) V. Quintilianus &c.

Quintilis, &c.)

Quinto, adverb. la quinta volta, quintum. Liv. l. 8. c. 25. Eodem anno le-

sternium Romæ, quinto post conditam urbem habitum est.

Quintum, adv. la quinta volta, quinta vice. Tempus designat, & quater ante factum. Liv. l. 27. c. 6. Declarati Consules Q. Fabius Maximus quintum, Q. Fulvius Flaccus quartum.

Quintuplex, icis, pro quincuplex legitur a nonnullis apud Vopisc. in Probo, c. 7. Salarium quintuplex fecimus. Alii Quincuplex.

Quintus, a, um, quinto, קינץ, Ger. der funffte, Gal. cinquieme, Hisp. quinto, קינץ, nomen numerale ordinis. Liv. l. 31. c. 7. Non quinto inde mense, quemadmodum a Sagunto Annibal, sed quinto inde die, quam ab Corintho solverit naves, in Italiam pervenit.

Quintuldecimus, a, um, adject. decimoquinto. Liv. l. 45. c. 33. in fin. Ipse Epirum petens, quintuldecimis castris Passaronem pervenit.

Quippe, adv. come, קינץ, Ger. dann, Gal. scavoir, Hisp. como que, קינץ, ceu, tanquam, ut, velut, utpote, nempe. Hoc adverbio rationem reddimus ejus, quod præcessit. Cic. l. 1. Fin. Solo Democrito magnus videtur, quippe homini erudito, in Geometriaque perfecto. Id. pro Rosc. Amer. c. 18. Convivia cum patre non inibat, quippe qui ne in oppidum quidem, nisi perraro, veniret. Id. 2. Off. Quippe cum ea sine prudentia satis habeat auctoritatis. Idem l. 1. Fam. epist. 9. Quippe quod etiam Ravenne Crassum ante vidisset. Plin. l. 26. c. 10. Quippe quoniam & sponte delinit. Virg. 1. Georg. Quippe ubi fas verum, atque nefas, tot bella per orbem, &c. Ter. Heaut. 3. 2. 27. Quippe quia id ægritudinum remedium est, essendo che. ¶ Ponitur etiam pro etenim, sive namque. Virg. 2. Georg. Infœcunda quidem, sed læta, & fortia surgunt, quippe solo natura subest. ¶ Item pro certe. Cic. pro Cæc. c. 19. Recte igitur diceret se restituisse? quippe. Quid enim facilius est? &c.

Quippini, adverb. קינץ, quidni? quid non? Plaut. Men. 5. 5. 45. Itan' censet? Med. Quippini? ¶ Pro quippe, seu nempe, Apul. l. 9. Metam. Mensam apponebat ei prope, quamvis invita, quippini destinatam alii.

Quiqui, idem ac quicunque. Plaut. Aut. 4. 10. 44. Neque partem tibi ab eo, quiqui est, inde posces. Cic. l. 16. Att. epist. 9. Veterano, quiqui Casilini, & Calatiz sunt, perduxit in suam sententiam. Alii leg. quique. ¶ Item idem ac quique. Plaut. Cas. 3. 1. 10. Cibo cum fuo quique facito ut veniant.

Quire. V. Queo.

Quirina Tribus Romana rustica, constituta fuit in Sabinis, An. Ur. 512. & dicta est a Curibus. Cic. pro Quint. & l. 8. Fam.

Quirinalis, orum, n. 2. κωρινάκις, dies, quo sacra Quirino, idest Romulo, fiebant, qui erat decimus septimus Februarii. Ovid. 2. Fast. Fest. & Cic. ad Q. Fr. l. 2. epist. 15. Comitialibus diebus, qui Quirinalia sequuntur. ¶ Idem dies stultorum feriz appellabatur, quod qui suorum Fornaculum sacra Romæ ignoraverant, quippe suæ Curiz ignari, Deæ Fornacis extrema hujus diei parte sacra faciebant. Ovid. 2. Fast. & Fest.

Quirinâlis, & le, o. 3. κωρινάκις, quod ad Quirinum spectat, ut Lituus Quirinâlis, qualem Quirinus habuit, Trabea Quirinâlis, qua Quirinus utebatur. Virg. 7. Æn. v. 162. Ipse Quirinâli trabea, cinctuque Gabino, &c. ¶ Quirinâlis mons, Monte Cavallo, unus ex septem collibus urbis Romæ, ita dictus est, quod in eo Quirini templum erat. Alii causam afferunt, quod in hunc montem Sabinia a Curibus venientes commigraverint. Fest. ¶ Quirinâlis porta, quæ & Agonalis, & Collina, & Salaria, hodie Porta Salaria, una ex portis urbis Romæ, ita dicta, quod ea ad collem Quirinalem iretur. Alii causam afferunt, quod proxime eam esset Quirini sacellum. Per eam in Sabinos iter est. Fest.

Quirinus, i, m. κωρινός, Romuli cognomen, a Curibus urbe Sabinorum. Ovid. l. 2. Fast. de Quirini appellatione varias adducit opiniones, iudicium vero suum non interponit. Serv. in l. Æn. dicit, hic fuisse vocatum, quod hasta utebatur, quæ Sabinorum lingua curis dicitur, vel quod Græce κωρινός Rex dicitur, vel propter generis nobilitatem, a Marte, qui cum sævit, Gradivus dicitur, cum tranquillus est, Quirinus. Sane, eodem Servio auctore, apud Romanos duo Martis templa fuere, unum Quirini intra Urbem, quasi custodis, & tranquillii, alterum Gradivi in Appia via; extra Urbem, prope portam, quasi bellatoris. Hoc nomine ipse Romulus vocari se iussit, post mortem, cum Proculo Julio apparuit. Ovid. ibid. In Quirini honorem dies festus celebrabatur, qui erat decimus septimus Februarii, qui vocabatur Quirinalia. Ovid. ibid.

Quiritatio, onis, f. grido, humanæ divinæque opis imploratio. Liv. l. 33. c. 28. Fuga comitum, & quiritatio facta.

Quiritatus, us, m. clamor, vociferatio, auxilii imploratio. Plin. l. 6. epist. 20. Audires ululatus feminarum, infantium quiritatus, clamores virorum. Sunt qui legunt queritatus.

Quiritæ, um, m. κωρινά, proprie fuere, qui Cures incolebant Sabinorum opp. in quo regnavit T. Tatius, ut Romani, qui cum R mulo Romam tenebant. Verum post fœdus iustum inter Romulum, & Tatium pro eodem populo Romani, & Quiritis habitii sunt. Itaque omnes promiscue appellari Quiritæ cepti sunt. Cum enim ex duobus populis, Romanis, & Sabinis, unus factus esset, ut Romanorum ratio hæretur, constitutum est, ut urbs pristinum Romæ retineret nomen, & unusquisque ex civibus Romanus, ut ante, appellaretur, ut ratio Sabinorum haberetur, placuit, ut populus, idest universi simul cives, in posterum Quiritæ vocarentur. Dionys. l. 2. Ant. Rom. & Panvin. de rapto Sabinar. ¶ Apud Poetas tamen reperimus Quiritem num. sing. Pers. Sat. 5. v. 75. Quibus una Quiritem vertigo facit. Ovid. 1. Amor. An, si pulsassem minimum de plebe Quiritem. ¶ In gen. plur. habet Quiritium, & Quiritum. Horat. l. 1. od. 1. Hunc si mobilium turba Quiritium. Cic. pro Cæc. Qui enim potest jure Quiritum liber esse is, qui in numero Quiritum non est?

Quiritis, is, f. mulier Romana. Inscrip. apud Gruter. pag. 308. num. 1. Sacrarum Junonis Quiritis.

Quiritio, as, n. 1. gradare, קינץ, Ger. kleglich schreyen, Gal. crier, Hisp. gritar κωρινάκις, Quiritium, seu Populi Romani auxilium imploro, & generat quæcumque hominem invoco, clamor, vociferor. Var. l. 5. de L. L. Vicinæque horum, Quiritate, jubulare. Quiritate dicitur is, qui Quiritium fidem clamans, implorat. ¶ Differt a júbilo, quia quiritio urbanorum, júbilo rusticorum proprium fuit. Var. loc. cit. Ut Quiritate Urbanorum, sic jubulare rusticorum Quiritium. l. 3. c. 8. Si est sanus, non quiritet. Afri. Poll. ad Cre. l. 10. Fam. epist. 32. Et illi misero quiritanti, civis Rom. natus sum, respondere, Abi nunc, populi fidem implora. Liv. l. 39. c. 8. Quod præ ululatuibus, tympanorumque, & cymbalorum strepitu nulla vox quiritantium inter stupra, & cædes exaudiri poterat. Alii legunt queritium, ut sit frequentativum a queror.

Quiritio, as, n. 1. est vocem elere veris. Aul. Carm. de Philom. Quiritant verres, pardus rudis, oncat ædellus.

Quis, quæ, quod, vel quid, קינץ, Ger. vver, Gal. qui, Hisp. quien, τίς, pronomen interrogativum, a Græca voce allata. Cic. de Am. c. 12. Quis clarior in Græcia Themistocle? quis potentior? Est etiam pronomen infinitum. Cic. in Or. Quos autem numeros cum quibus tanquam purpuram misceri oportet, nunc dicendum est. ¶ Ponitur interdum pro qualis. Cic. de Am. Quis ego sum, aut quæ in me est

facultas? ¶ Item pro aliquis. Cic. Att. l. 1. ep. 7. Et nebulonem illum, si quo pacto potes, ex istis locis amove. ¶ Item pro quantum. Cic. Att. l. 6. ep. ult. Spero (quæ tua prudentia, & temperantia est) te id futurum diligenter. ¶ Interdum interrogando assumit ne. Plaut. Mli. l. 1. 13. Quæne ego servavi in campis Gurgustidoniis? h. e. ille ne, quem &c. Catul. carm. de nupt. Pel. v. 179. An patris auxilium sperem, quæne ipsa reliquis? Olim fuit tertie declinationis, ut brevis, & breve. Hinc legimus quis tam feminino, quam masculino genere. Plaut. Aul. 2. 1. 48. Quis ea est, quam vis ducere uxorem? ¶ In num. plur. quæ, quum. Cato in Orig. apud Serv. in 1. Æn. Siquis sunt populi. ¶ Quis in neutro genere. Plaut. Pæn. prol. v. 17. Scortum exoletum ne quis in proscenio sedeat. Quædam tamen MSS. habent quid.

Quinam, & Quinam, quænam, quodnam, vel quidnam, chi. ὅτις, idem ac quis. Sumitur vel interrogative. Ter. Phorm. 1. 4. 6. Quidnam ille comitatus venerat? idest quomobrem, vel propter quid? Cic. 6. Fer. Quinam igitur per Deos immortales tuebitur P. Scipionis memoriam mortui? Id. 2. Fin. Quonam, inquit, modo? Silius l. 13. v. 450. Quinam te, qui casus, ait, Dux maxime, felle Eripuit patriæ? ¶ Vel infinte. Ter. Eun. 5. 4. Revisio, quidnam Chærea hic rerum gerat. Cic. 2. de Inv. Nam Zeufis illico quaesivit ab eis, quænam virgines formosas haberent. Gel. l. 7. c. 4. Percipere oculis, quodnam esse mancipiorum genus. ¶ Quidnam interrogativum, & interjecto verbo divisum. Plaut. Rud. 4. 3. 8. Quid tu, malum, nam me retrahis? ¶ Quisnam aliquando inventitur. Virg. 4. Georg. Nain quis te, juvenum confestimæ, nostras Jussit adire domos?

Quisquam, quæpiam, quodpiam, vel quidpiam, seu quippiam, alcuno, aliquis, quidam. Cic. pro Quinct. Si cuiquam pecuniam fortuna ademit. Id. de Nat. Deor. l. 3. c. 35. Si grandio quippiam nocuit.

Quisquam, quæquam, quidquam, seu quicquam, alcuno, ὅστις, Ger. eimer, Gal. quelqu'un, Hisp. alguna, nis, aliquis. Cic. 3. Ver. Quid enim quisquam ad meam pecuniam me invito aspirat? Id. 4. Ver. An hoc dubitabit quisquam omnium, quin, &c. Id. 4. Acad. Nec quisquam aliud videndum est nobis, quos, &c. Liv. l. 2. Nec quisquam unius malis artibus postea tam popularis esset. Ter. Heeyr. 1. 1. 10. Nemo illorum quisquam ad te venit, quin &c. ¶ Aliquando ponitur pro quisvis, seu quilibet. Cic. Terentia, l. 14. Fam. Nisi vos fortiores cognoscerem, quam quenquam virum. ¶ Item pro quispiam, aut aliquis. Liv. l. 3. c. 55. in fin. Quia nondum in quenquam unum lævebatur. ¶ Olim quisquam tam feminino, quam masculino genere usurpabatur. Ter. Eun. 2. 3. 82. Quandoquidem illarum neque quisquam te novit, neque scit, qui hies. Plaut. Rud. 2. 3. 75. Neque digniorem cenfeo vidisse anum me quenquam.

Quisque, quæque, quodque, vel quidque, seu quicque, ciascuno, ὅστις, Ger. jeglicher, Gal. chacun, Hisp. cada uno, πᾶς τις, ἕκαστος, omnis, a quis, & que. Hæc particula que non tam conjunctio est, quam syllabica adjectio, ut in absque, & aliis multis. Cic. l. 1. Fam. ep. 9. Ego, quid ad te tuorum quicque necessariorum scribat, nescio. Id. 6. Ver. Unde quidque, aut quanti emeris. Id. 3. de Nat. Deor. Interpretando, quorum quicque pertineat. ¶ Jungitur eleganter cum superlativis, aut iis, quæ superlativi vim habent, ut optimus quisque, primus quisque, vel etiam cum positivis. Cic. 1. Acad. Certe enim recentissima quæque sunt correctæ, & emendatæ maxime. Sueton. in Octone, c. 2. Invalidum quemque obviorem corripere. ¶ Item cum numeralibus, & cum eorum interrogativo, vel infinito quoruscumque, a, um. Plaut. Pseud. 4. 2. 17. Vix decimus quisque est, qui ipsus se noverit. ano per decina. Cic. 4. Ver. c. 56. Quinto quoque anno Sicilia tota censetur. Id. 2. de Div. Quota enim quæque res venit prædicta ab istis? ¶ Item cum reciprocis suis, & suis. Cic. 1. Agr. c. ult. Huic pro se quisque nostrum mederi, atque hoc omnes sanare velle debemus. Id. 5. Fin. Sua quisque animantium natura est. ¶ Item cum verbis pluralis numeri. Apul. l. 1. 11. Metam. Quisque munerabundi ad meum festinant conspectum. Et in læm. genere. Plaut. Pæn. prol. v. 107. Omnes meretrices, ubi quisque habitant, invenit. ¶ Interdum ponitur pro quisquis, seu quicumque. Ter. Heeyr. 1. 1. 8. Spolies, mutiles, laceres quenque nacta sis. Alii leg. quemquam. Plaut. Mli. 2. 2. 5. Quenque videritis hominem in nostris tegulis, hunc deturbate in via. Aufon. in Sept. Sapient. Pareto legi, quisque legem faneris.

Quisquillæ, arum, f. i. ἄριστοις, quicquid ex arboribus minutis ferculorum, foliorumque decedit. Fæst. ¶ Translate dicitur de hominibus nihili, & de læce scelestorum. Cic. pro Sext. c. 43. Omitto jam Numerum, Serranum, Ærium, quisquillas seditionis Clodianæ. ¶ Olim etiam singulari numero inhectebatur. Nevius apud Fæst. Abi, de turba te saxo, quisquilla, non homo.

Quisquillum, ii, n. exiguus frutex ilicis, producens coccum, quod granum est ad tingendas vestes aptissimum. Plin. l. 16. c. 8. ubi alii leg. eisulsum, eodem sensu.

Quisquis, quæque, quidquid, seu quicquid, chiunque, ciascuno che, Ger. vvelcher, Gal. quiconque, Hisp. qualquier, ὅστις, quicunque, omnis qui. Cic. in Brut. c. 73. Quisquis est ille, si modo est aliquis, qui non illustravit modo, sed etiam genuit in hac Urbe dicendi copiam. Id. pro R. Am. Quicquid malefeci, sceleris, cædis erit, proprium id Rofcio- rum esse debet. Id. 2. Agr. Hic ager quoquo pretio coemptus sit, &c. Ovid. l. de ar. am. v. 267. Quisquis ubique viri, dociles advertite mentes. Liv. l. 4. c. 8. Liberos suos quibuslibet Romanis municipio dabant. ¶ Interdum ponitur pro quisque. Cic. 6. Fam. ep. 1. Quocunque in loco quisquis est, idem est ei sensus. V. ibi Manus. qui alia addit ejusdem Cic. exempla. ¶ Gell. l. 12. c. 1. ad fin. Quicquid ita educati liberi amare patrem atque matrem videntur, magnam tere partem non naturalis ille amor est, sed civilis, & opinabilis. ¶ Invenitur & in gen. feminino. Cecili. apud Non. Quæso igitur, quisquis es, mea mulier. Plaut. Rud. 4. 4. 102. Quisquis es, quæ parentes in tanti angustum locum tuos compergis. Id. Cist. 3. 2. 65. Conteris me tua oratione, mulier, quisquis es. ¶ Quisquid pro quanto. Liv. l. 6. c. 32. Quidquid ab urbe longius profertur arma, magis magisque in imbelles gentes eos prodire. quanto più lungi da Roma &c. ¶ Quidquid illud pro simpliciter quidquid. Tacit. Ann. 14. c. 55. Quidquid illud, & qualemque tribuisset.

Quitus. V. Queo.

Quivis, quævis, quodvis, vel quidvis, qualunque, ὅστις, Ger. ein jeder, Gal. qui que ce soit, Hisp. quinquiera, ὅστις, quilibet, quall unus e multis, quem velis. Cic. pro Quinct. Utrunque quivis intelligere potuisset. Id. 5. Ver. c. 18. Ut homines quidvis perpeti, quam non de istius prævitate, & injuriis deplorare, & conqueri, mallent. Id. in Sallust. c. 1. Ut lutilenta sus cum quovis volatari. Ter. Adel. 2. 3. Ab quivis homine beneficium accipere. Horat. l. 1. sat. 4. v. 87. e quibus unus avet quavis aspergere cunctos, Præter eum, qui præbet aquam. b. c. quavis ratione. V. Aqua. ¶ Quivis unus est quispiam. Cic. pro Cæcin. c. 22. Si tu solus, aut quivis unus cum scuto impotum in me tecisses. Id. de clar. Orat. c. 93. Quivis unus ex populo.

Quivisunque, quævisunque, quodvisunque, idem ac quicumque. Lu-

cret. l. 3. v. 389. Nec repentis itum cujusvisunque animantium. Mærial. l. 14. epigr. 1. Quovisunque loco potes hunc finire libellum.

Raritas, atis, raritæ, Ger. *luckigkeit*, Gal. *rarete*, Hisp. *raredad*, *μυρῆς*, laxitas, qualitas contraria densitati. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 55.* In pulmonibus inest raritas quedam, & assimilis spongiosis molitudo. *Vitruv. l. 2. c. 5.* Raritates foraminum. ¶ Accipitur interdum pro vacuitate, & infrequentia. *Plin. l. 2. c. 18. de Stellis.* Modo multitudo conferta inest circa dimidios orbis lunæ, modo raritas. *Id. l. 17. cap. 17.* Non est omittenda raritas unius exempli.

Raritudo, inis, idem ac raritas. *Col. de Arb. c. 3.* Et mediocri raritudine optima est vitibus terra.

Raro, adv. *di rado*, *rare volte*, Germ. *seltten*, Gal. *rarement*, Hisp. *pocas vezes*, *σπανιως*, infrequenter, minus sæpe. *Cic. pro R. Am.* Quod ita raro exitit, ut, si quando auditum sit, portentis, ac prodigiis simile numeretur. ¶ Gradus V. supra in Rare.

Rarus, a, um, *ravos*, Ger. *luck*, Gal. *rare*, Hisp. *raro*, *μυρῆς*, quod est densum, ab *ῥαρος*, per Aphæstem. *Virg. 4. Æn.* Retia rara, plagæ, & lato venabula feror. *Lucrat. l. 6. v. 1022.* Aer rarior factus. ¶ Sæpe ponitur pro infrequenti, & non ubique obvio. *Cic. lib. 2. Fam. ep. 12.* Raras tuas quidem, sed suaves accipio literas. *Plin. l. 8. c. 16.* Rarus in potu. h. e. qui raro potat. *Id. l. 18. c. 16.* Rarum dictu. ¶ Metaleptice accipitur pro præstanti, quoniam omnia præclara rara sunt. *Cic. de Am. c. 21.* Rarum istud genus, & quidem omnia præclara rara. *Strab. 5. Jylv. 1. v. 11.* Nos tibi laudati juvenis rarissima conjux, &c. ¶ *Stat. 6. Theb. v. 460.* Raræque non fracto vestigia pulvere pendunt. h. e. levia, & quæ vix cerni possunt.

Rasilis, & le, o. 3. *rasilo*, Ger. *glat*, Gal. *aîd a vaire*, Hisp. *que se puede raer*, *ῥασῆς*, quod raso aptum est. *Virg. 2. Georg.* Et torno rasile buxum. ¶ Sæpe ponitur pro raso, polito, nihil exstantis, ac redundantis plenitudinis habente. *Ovid. 8. Met. v. 318.* Rasilis huic summam mordebat fibula vestem. *Vellej. l. 2. c. 56.* Quinque egit triumphos; Gallicæ apparatus ex citro, Pontici ex acantho, Hispanicis argento rasili constitit. h. e. ferulis, simulacrique Deorum ex lævigato argento, & polito.

Rasus, is, f. genus crudæ picis, quæ ex vetustate dura effecta contunditur, & in pulverem redacta pharmacis admiscetur. *Col. l. 12. c. 20.*

Rasius, as, a. 1. *ῥασῆος*, sæpe rado. *Gel. lib. 3. c. 4.* Comperimus, nobiles viros barbam in ejusmodi ætate rasivisse. Adde *Suet. in Orb. c. 12.*

Rator, oris, m. Ratores, inquit *Festus*, dicti sunt fœdices, quia videntur chordas iclu radere.

Rastellum, i, n. *rasstellum*, exiguum rastrum, idest instrumentum ad glebas confringendas. *Col. l. 2. c. 13.* Medica obruitur non aratro, sed lignis rastellis. ¶ Sumitur etiam pro fossorio instrumento. *Suet. in Ner. c. 19.* Tubaque signo dato primus rastello humum effodit. ¶ Item pro instrumento, quo per tonsivæ stultas abradimus. *Varro l. 1. R. R. c. 49.* Tum de pratis, inquit, stipulam rastellis eradi, atque addere tonsivæ cumulum. ¶ Repertur etiam in gen. fœm. *Var. l. 4. L. L.* Ab rasu rastelli dicti.

Rastrum, stri, *rastrello*, *רררר*, Germ. *karst*, Gal. *rastrau*, Hisp. *rastro*, *ῥαστρον*, instrumentum dentatum, glebis confringendis idoneum, a sup. *rasum* verbi rado. In num. pl. dicimus *rastra*, g. n. & *rastris*, g. m. *Var. lib. 4. L. L.* Rastris, quibus dentatis penitus eradunt terram, atque eruant. *Virg. Georg. 1. v. 98.* glebas frangere rastris. *Plin. l. 18. c. 20.* Aratione per transversum iterata, occasio sequitur, ubi res poscit, crate, vel rastris. ¶ Sumitur item pro instrumento fossorio, idest pro farculo, vel ligone, quo agri noxiis herbis purgantur, vites, & arbores ablaqueantur, &c. *Virg. 1. Georg.* Quod nili & auidius terram insectabere rastris. idest farculus, inquit *Servius. Corn. Cels. apud Non. c. 3. v. 190.* Omnes rastra attollunt, & adigunt. ¶ *Ter. Heaut. 5. 1. 58.* Si nili pergo suppeditare, sumptuosus, Menecides, mihi illæc vere res ad rastris redit. u. e. eo redigar, ut ad vitam tolerandam necesse mihi sit terram meis manibus exercere.

Rasura, æ, *raditura*, *ῥασυρα*, radendi actus. *Col. l. 4. c. 29.* Eaque rasura ita deducitur. ¶ Item id quod abraditur, ut rasura eboris, apud *Veget.*

Rasus, a, um, nom. particip. a rado, *raso*, *rasio*, politus, lævigatus, *ῥασυραῖος*. *Martial. l. 1. epigr. ult.* Rasus pumice. *Virg. 2. Georg. v. 358.* Tum læves calamos, & rasæ hastilia virgæ. ¶ Item abrasus. *Ovid. 1. Amor. eleg. 11.* Margine in extremo litera rafa.

Rasus, us, m. actus radendi. *Var. l. 4. L. L.* Ab rasu rastelli dicti.

Ratarie, arum, f. referuntur a *Gell. l. 25. c. 10.* inter genera navium. & fortasse ita dicuntur, quod ratis formam habeant.

Ratiarius, ii, m. *ῥατιαρῆς*, qui rate negotiatur, ut navicularius, qui nave. *Paul. de pign. act. leg. 30.* Qui ratiario crediderat, cum ad diem pecunia non solveretur, &c.

Ratihabitio, onis, f. *ratificatione*, *approvazione*, actus ratum habendi. *Jul. J. C. l. 3. ff. cit. 5. leg. 6.* Nihil agitur ratihabitio. Adde *Ulpian. ff. lib. 50. tit. 17. leg. 152.*

Ratio, onis, *ragione*, *ῥατιο*, Ger. *die vernunft*, Gal. *raison*, Hisp. *razon*, *ῥατιος*, princeps, atque nobilissima animæ facultas, qua differit, seu unum ab alio deducit, a sup. *ratum* verbi reor, teste *Fest.* Ratione homo a cæteris animantibus fecerunt. Nam sentitivas animæ facultates cum brutis communes habet, naturales etiam cum stirpibus. *Cic. 3. de nat. Deor. cap. 27.* Motum istum celerem cogitationis, acumen, solertiam, quam rationem vocamus. *Id. 1. Offic.* Duplex est enim vis animorum, atque naturæ. Una pars in appetitu posita est, quæ est *δυναμις* Græce, quæ hominem huc, & illuc rapit, altera in ratione, quæ docet, & explanat, quid faciendum, fugiendumque sit. Ita fit, ut ratio præsit, appetitus vero obtemperet. ¶ Accipitur & pro ipsa ratiocinatione, & discursu ad investigandum verum. *Hor. l. 2. sat. 3.* Vinct enim stultos ratio insanire nepotes. ¶ Item pro consilio, & proposito. *Cic. 2. Ver.* Mea quidem ratio cum in præteritis rebus est cognita, tum in reliquis explorata, atque provisâ est, &c. *Cas. l. 1. B. C. c. 30.* Itaque in præsentia Pompeji insequendi rationem omittit. ¶ Item pro arte, ac disciplina. *Cic. pro Arch. c. 1.* Aut si hujusce rei ratio aliqua ab optimarum artium studiis & disciplina profecta. *Cas. l. 4. B. C. c. 1.* Sic neque agricultura, neque ratio aut usus belli interimitur. ¶ Rhetores rationem appellant id, quod a reo defensionis causa affertur. *Auct. ad Her. l. 1. c. 16.* ¶ Notat etiam tum apud Rhetores, tum apud Philosophos argumentum, quo aliqua propositio probatur. *Auct.*

ad Her. l. 2. Ratio est causa, quæ demonstrat id verum esse, quod intendimus, brevi subiectione. ¶ Item significat causam alicujus rei. *Cic. l. 25. Fam. ep. 4.* Cum autem ad Cybistram propter rationem belli quinque dies essent moratus. *Id. 2. de Div.* Et quidem, cur sic opinetur, rationem subijcit. ¶ Item ponitur pro respectu, & cura. *Cic. l. 10. Fam. ep. 2.* Peto a te, ut mei rationem habere velis, & salutis, & dignitatis inæ. *Id. 2. Offic.* Habenda autem ratio rei familiaris. ¶ Item pro negotio, commercio, societate. Unde habere rationem cum aliquo, est habere, quod cum illo agas. *Cic. 4. Ver.* Nihil cum eo rationis habui. *Id. Att. l. 2. ep. 5.* Cum omnibus Musi rationem habere cogito. ¶ Item pro via, modo, consuetudine. *Cic. Attic. l. 6.* Tantummodo dissimilitudo meæ rationis offendit hominem. idest viæ, quam sequor in administranda provinciâ. *Id. in Part. c. 1.* Quæ mihi tu de ratione dicendi Græce tradidisti. *Nepos 10. c. 5.* Omni ratione. *Lucr. l. 6. v. 902.* Pari ratione. ¶ Item pro magnitudine, seu quantitate. *Cic. Att. l. 6.* Pro ratione pecuniarum liberius est Brutus tractatus, quam Pompejus. ¶ Item pro comparatione. *Cicer. in Brut.* Et Græciæ quidem Oratorum partus, atque fontes vides ad nostrorum annalium rationem veteres, ad ipsorum sane recentes. ¶ Item pro re. *Cic. l. 5. Fam.* Meæ enim rationes ita tulerunt. *Plin. l. 7. c. 16.* Procurare rationes Gallie. ¶ Item pro supputatione, computo, expensa. *Plaut. Aul. 3. 5. 53.* Putatur ratio cum argentario. *Cic. pro Cæc.* Venit in istum tundum, rationes a colono accepit. *Id. Ver. 4. c. 11.* Rationem reddere alicujus rei. *Senec. ep. 87.* Ponere rationem cum aliquo. *far' i conti.* ¶ Ratio constare dicitur, cum accepta atque expensa congruat. Hinc translate *Plin. l. 10. ep. 20.* Obsequio meo opto, ut existimem constare rationem, cum omnia dicta factaque mea probare sanctissimis moribus tuis cupiam. *Tacit. 1. Ann. c. 6.* Ea conditio est imperandi, ut non aliter constet ratio, quam si mi reddatur. ¶ Rationem habere, interdum significat inire numerum, *far' i computo.* *Cas. l. 3. B. C. c. 53.* Cum horum omnium ratio haberetur, ad duorum millium numerum cecidisse reperiebamus.

Ratiocinatio, onis, *discorso*, *raziocinio*, *רציוניו*, Germ. *das rædencken*, Gal. *raisonnement*, Hisp. *ratiocinacion*, *ῥατιοσιμῆς*, principis animæ partis, idest mentis functio est, ex singularibus quibusdam universalia inducens, communemque rerum summam, ex hisque deinde argumentatione plurima eliciens, de quibus scientia habetur, vel opinio. *Cic. 2. de Inv. c. 5.* Ratiocinatio autem est diligens, & considerata faciendi aliquid, aut non faciendi excitatio. ¶ Accipitur aliquando pro syllogismo. *Cic. 1. de Inv. c. 34.* Ratiocinatio est oratio ex ipsa re probabile aliquid eliciens, quod expositum, & per se cognitum sua se vi, & ratione confirmet. ¶ Ratiocinatio item, Græce *δυναμις*, Dialogismus, est Figura sententiarum, cum quis secum aliquam rem volutans, tanquam cum altero colloquens interrogat, & respondet, ut apud *Ter. Eun. a. 3. sc. 1.* Quid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem, cum accerfor ultra? an potius ita me compare non perpeti metricum contumelias? Excludit, revocat. Redeam? non, si me obsecret. *Auct. ad Her. l. 4. c. 16.* ¶ Apud architectos ratiocinatio est, quæ res fabricatas solertia ac ratione proportionis demonstrat, atque explicare potest. Ita describit *Vitruv. l. 1. c. 1.*

Ratiocinativus, a, um, quod ad ratiocinationem spectat. Quæstio ratiocinativa, seu status ratiocinativus est, cum queritur ex gr. an ubi propria lex non est, simili sit utendum. Hæc controversia nomen ratiocinationis accepit, quia ex eo, quod certum est, ratiocinando deducit id, quod incertum est. *V. Auct. ad Her. l. 1. Cic. l. 1. & 2. de Invent.* Ratiocinator, oris, *quæstoriæ*, *רציוניו*, Ger. *rechenmeister*, Gal. *qui fait les comptes*, Hisp. *contador*, *ῥατιοσιμῆς*, calculator, subducendæ rationis peritus. *Cic. 1. Off. c. 18.* Ut boni ratiocinatores officiorum esse possimus, & addendo, deducendoque videre, quæ reliqui summa fiat, ex quo, quantum cuique debeatur, intelligas.

Ratiocinatus, a, um, nom. ex particip. signifi. *passive*, *calo' isto*, *pensato*. *Vitruv. l. 10. c. 15.* Omni proportionem eorum ratiocinata ex longitudine, &c. Ratiocinatum, n. 2. *conto*, *ῥατιοσιμῆτος*, actus ratiocinandi, supputatio, calculi subductio. *Col. l. 1. c. 1.* Jugeri modus si semper quadraret, expeditissimum esset ejus ratiocinatum. *Er paulo post.* Si disparibus fuerit lateribus, aliter ejus ratiocinatio ordinabitur.

Ratiocinor, aris, d. 1. *far conto*, *contare*, *רציו*, Ger. *rechnen*, Gal. *raisoner*, Hisp. *ratiocinar*, *ῥατιοσιμῆσαι*, ratiocinatione quadam deprehensio, colligo, computo. *Cic. 1. Tus. c. 2.* At nos metiendi, ratiocinandi que utilitate inspecta, hujus artis terminavimus modum. *Id. 2. de Inv. c. 39.* De pecunia ratiocinari sordidum est. ¶ Significat etiam argumentando colligere. *Id. Phil. 2. c. 22.* Omnia denique mala, si recto ratiocinabimur, uni accepta referemus Antonio. Adde *pro Mil. c. 12.*

Rationabilis, & le, o. 3. quod cum ratione tactum, dictumve est. *Ulp. l. 2. §. si quoque, ff. de iudiciis.* Et hæc sententia vera, & rationabilis est. *Id. Dig. lib. 45. tit. 3. leg. 37.* Rationabilis esse videtur. ¶ Ponitur interdum pro rationali. *Quintil. l. 5. c. 11.* Nec, si mutis finis voluptas, rationabilibus quoque. *Senec. de vita beata, c. 14.* Rationabilem fortis naturam.

Rationabiliter, adverb. cum ratione. *Apul. ad Asclep.* Quantum rationabiliter potuisset.

Rationales, ium, m. iidem ac Procuratores Cæsarum, vel fisci, qui rationem pecuniarum, aliorumque reddituum in provinciis administrabant. *Lamprid. in Alex. Sever. c. 45.* Ubi aliquos voluisset vel rectores provinciarum dare, vel procuratores, idest rationales, ordinare. *Capitolin. in Gordiano seniore c. 7.* Cum quidam rationalis acrius fœveret.

Rationalis, & le, o. 3. *razionale*, *ragionevole*, *ῥατιοσιμῆς*, participes rationis, quod ratione utitur, cui a natura institum est, ut ratione uti possit. *Quintil. l. 7. c. 4.* Falsa est finitio, si dicas, Equus est animal rationale. Nam equus est animal, sed irrationabile. ¶ Causa rationalis est eadem, ac quæstio ratiocinativa. *Auct. ad Her. l. 2. c. 12.* In causa rationali primum queritur, æquid in rebus majoribus, &c. ¶ Philosophia rationalis est, quæ ratione disputat, & dicitur, ut Dialectice. *Senec. epist. 89.* Philosophus tres partes esse dixerunt, moralem, naturalem, & rationalem. ¶ Rationales medici dicuntur a *Cels. in præf. l. 1.* qui ex morborum abditis causis, rationibusque attente perfectus medentur, eorumque medicina rationalis *ibid.* appellatur. ¶ Rationalia, n. absolute, sunt libri rationum, *Ulpian. l. 27. ff. t. 3. l. 1.*

Rationalitas, atis, *uso di ragione*. *Tertul. de anim. c. 38.* Habet immortalitatem, rationalitatem, &c.

Rationaliter, adverb. cum ratione. *Senec. ep. 109.* Hominem movere rationaliter non potest, nisi homo.

Rationarium, n. 2. *ῥατιοσιμῆς*, liber, in quo rationes rerum gestarum continentur. *Suet. in Aug. c. 28.* Rufus ratio diuturnæ valetudinis, Magistratibus, ac Senatu domum accitis rationarium imperii tradidit.

Rationarius, ii, m. qui rationibus præest. *Modestian. ff. l. 2. tit. 1. l. 15.* Calculator, quos vulgo rationarios dicimus. ¶ Adjective rationarius apparitor, qui rationarium conficit, vel qui rationibus præest. *Amian. l. 18. c. 9.* Antoninus quidam ex mercatore opulento rationarius apparitor.

Ratis, tis, sive rates, tis, si Probo credimus, f. *ῥατις*, *ῥατις*, *ῥατις*, Ger.

Ger ein Hofst, Gal. *unrasen*, *χρῆμα* connexarum trahum compages, quæ antequam navigia essent inventa, navium usum præbebant. *Fest.* Rates vocantur ligna inter se colligata, quæ per aquam aguntur, quo quidem vocabulo interdum etiam naves vocantur. Eodem nomine significarunt remos. *Varr. l. 4. L. L.* Ratis dicta navis longa, propter remos, quod hi, cum per aquam sublata dextra, & sinistra duas partes efficerent videntur, rarefunt. *Plin. l. 7. c. 56.* Navem primus ex Ægypto in Græciam Danaus advexit: ante ratibus navigabatur. *Cic. 7. Verr.* Cum aut navibus, aut ratibus conarentur accedere. *Ulpian. Dig. l. 4. tit. 9. leg. 1.* Exercitores ratiuum. ¶ Per Catachresin a Poetis usurpatur pro nave. *Virg. 1. Æn.* Disjecitque rates, evertitque æquora ventis. *Horat. l. 1. od. 1.* Mercator reficit quas rates. ¶ Servare omnem ratem, proverbs. est, quod significat totum negotium bene, & feliciter administrare. *Plaut. Mofell. 3. 3. 15.* Servavisti omnem ratem.

Ratitus, a, um, quod ad ratein spectat, ut triens, vel quadrans ratitus, nummus, in quo ratis effigies est. *Fest. V. & Plin. l. 33. c. 3.*

Ratiuncula, a, *ῥατιονουλα*, exigua ratio, levis, & inutilis ratio. *Cic. Tusc. 2. c. 12.* Concludunt ratiunculis Stoici, cur non sit malum, quasi de verbo, non de re, laboretur. ¶ Aliquando pro supputatiuncula non magnæ pecuniæ. *Ter. Phorm. 1. 1.* Erat ei de ratiuncula jam pridem apud me reliquum paucillulum nummorum.

Rato, adverb. certo, constanter. *Tertul. de anim. c. 35.* Nulli vitam istam rato fieri. *Id. l. 2. ad Uxor. c. 9.* Pater rato habet.

Ratomena, a, m. i. auriga quidam, qui in ludis Circensibus, in urbe Vejis vicit. Hunc equi confertati Romam usque perduxerunt, ubi excussus periiit. Equi autem cum corona, & palma pervenere in Capitolium, sedemque ter lustrarunt, nec ante constituerunt, quam fictilium quadrigarum molem, quæ erant in fastigio Jovis templi, conspicerent. *Plin. l. 8. c. 42. & Festus*, qui addit, has fictiles quadrigas, cum in fornace coquerentur, adeo crevisse, ut eximi nequirent: idque prodigium portendere visum esse, in quo civitate exsisterent, omnium eam potentissimam futuram. ¶ Hinc Ratomena fuit una ex portis urbis Romæ, per quam equi Ratomenæ aurigæ ingressi sunt. *Plin. l. 8. c. 42.*

Ratus, a, um, *ῥατιος*, partic. a *reor*. *Sallust. in Catil.* Optimum factu ratus in tali re fortunam belli tentare. ¶ Est etiam nomen ex participio, & ponitur pro firmo, certo, constanti, *fermo, stabile, constante*, *ῥατος*, *ῥατος*, Gal. *ferme, arctè*, *Hisp. firme, y estable*, *ῥατιος*. *Cic. 2. de nat. Deor.* Qui cum tam certos cæli motus, tam ratos astrorum ordines, tamque inter se omnia connexa, & apta viderit. *Id. pro Cæc.* Id iustum ratum, atque firmum futurum? ¶ *Ratum habere aliquid*, est approbare, confirmare. *Cic. pro R. Com.* Ut quodcumque retulisset, id ratum haberet? ¶ *Ratum facere*, est confirmare, *ratificare*. *Cic. 1. de Div. c. 39.* Quid Augur, cur a dextra corvus, a sinistra cornix faciat ratum? subaudi *augurium*. ¶ *Ratum mihi est*, significat approbo, confirmo. *Cic. l. 7. Fam. ep. 24.* Astamen ista ipsa, quæ te emissis scribis, non solum rata mihi erunt, sed etiam grata. *Cato apud Paul. Festi abbreviat.* Beneficia ratissima, atque gratissima. ¶ *Pro rata*, sive *pro rata parte*, est ad æquipoportiam, vel habita ratione proportionis. *Liv. l. 45. c. 40.* Tantum pediti daturum fuisse credunt, & pro rata aliis. *Cic. 1. Tusc. c. 39.* Omnia ista perinde, ut cuique data sunt pro rata parte, ita longa, aut brevia dicuntur. ¶ *Ratæ preces*, idest exauditæ. *Ovid. 1. Fast. v. 696.* Efficacitæ ratas utraque Diva preces. ¶ *Rato tempore*, h. e. certo, *flato*, *a tempore determinato*. *Cic. 2. Div. c. 7.* Si enim nihil fieri potest, nihil accidere, nisi quod ab omni æternitate fuerit esse futurum rato tempore, quæ potest esse fortuna? ¶ *Rata vita*, h. e. firma, tuta, perpetua. *Virg. 10. Æn. v. 629.* atque hæc Turno rata vita maneret. ¶ *Ratum iudicium*, est sententia permanens in eodem, & constans. *Senec. in præfat. l. 4. excerpt. controvers.* Illud strictum jus, & asperum, & nimis ratum in dicendo iudicium.

Ravastellus, a, um, dim. a *raucus*. *Fest.* Ravi coloris, ravistelli appellantur a Plauto, qui sunt inter flavos, & cæsius. *Plaut. Eps. 5. 1. 14.* Sed quæ est hæc mulercula, & ille ravastellus, qui venit? Alii leg. *raustellus* eod. sensu. Alii *gravaustellus*, vel *gravisstellus*, quæ vox senio-rem significat, a gravitate deducto vocabulo, teste eodem *Festo*.

Rauca, a, vermis terrenus, qui radices arborum lædit. *Plin. l. 17. c. 18.* Quoniam vermes, qui rauca vocantur, in radice quercus nascuntur & transeunt.

Rauce, adverb. *Servius. V.* in fine vocis *Raucus*.

Raucio, is, si, sum, n. 4. raucus sum, vel fo. *Lucil. apud Priscian. l. 10.* Raucuro tragicus qui carmina perdit Orete.

Raucisõnus, a, um, *ῥαυκισηνους*, quod sonum raucum habet. *Catul. Argon. 59. v. 263.* Multi raucisõnis estabant cornua bombis.

Raucitas, atis, *ραυκίτης*, *ῥαυκίτης*, vocis obtusitas, quæ sit aut nimia siccitate propter clamorem, aut nimio humore ad vocis locum fluente. *Plin. l. 22. c. 23.* In tussi, uva, tellis veteri suffusione, hydropicis, raucitibus. *Id. l. 11. c. 51.* Raucitas tubarum.

Raucus, a, um, *rauco*, *rauco*, Ger. *heffer*, Gal. *enrue*, *Hisp. ronco*, *ῥαυκός*, qui nimio clamore, vel alia causa vocem obtusam habet, compressam, & impeditam, a *ῥαυκός*, *raucitas*. *Ovid. 6. Met. v. 377.* Raucæ vox. *Id. 3. Pont. el. 1. v. 22.* Raucum guttur. *Martial. l. 1. ep. 50.* Aquilo raucus. *Virg. 11. Æn.* Dant sonitum rauci per saxa silentia cynci. Ubi *raucos cyncos* vocat, non quidem canoros, aut optimam vocem habentes, sed alarum confusione inter volandum raucum per aera sonum efficientes, qualis est tubarum. Talis enim auditur cyncorum volantium sonus, qualis tubarum clangor. ¶ Per Metonymiam signi ponitur pro fesso, & defatigato. *Cic. l. 9. Fam. ep. 2.* Te vero nolo, nisi ipse rumor jam raucus erit factus, ad Bajas venire. idest nisi ipse rumor delecerit. *Martial. l. 8. ep. 67.* Cum modo distulerint rauca vadimonia chartæ. h. e. caudicorum libelli, quibus lites & actiones proferebuntur. Ipsi quoque caudici rauci dicuntur ab *eod. l. 4. ep. 4.* ob astiduum clamorem. ¶ *Rauca adverbialiter*. *Virg. 9. Æn. v. 124.* cunctatur & amnis Rauca sonans, & c. Ubi *Serv.* Licet antiquitas habuerit *hic, & hæc amnis*, melius tamen est accipere *rauca sonans pro rauca*, quia *rauca amnis*.

Raudus, vel rodus, eris, n. pro re usurpatum est a Veteribus, testibus *Varr. l. 4. de L. L. & Valer. Max. l. 5. c. 6. n. 3.*

Rauducula, porta Romæ, a *raudo*, idest ære, quod ærata esset. *Var. l. 4. de L. L.* ¶ Eadem Rauduculana dicitur a *Valer. Max. l. 5. c. 4. n. 3.* Roduculana a *Festo*.

Rauduculum, li, paucillum æris, dim. a *raudus*, quæ notat æs rude, & insectum. *Cic. Ars. l. 4. ep. 8.* Nam de rauduculo quod scribis. *Id. l. 9. ep. 2.* De rauduculo Numeriano multum te amo. *Id. l. 14. ep. 15.* Nec inchercule me rauduculum movet. ¶ Sumitur interdum pro re signato, ut ex Cincio annotavit *Festus*. Unde in venditionibus mancipi scriptum erat, *Rauduculo libram ferito*. Legitur & *ruduculum*, & *roduculum*.

Ravenna, f. i. *Ravenna*, urbs Galliæ Togatæ, inter Ferrariam, & Ariminum. Conditâ fuit a Theffalis anno post diluvium 480. auctore Strabene, vel a Sabinis, teste *Plinio l. 3. c. 15.*

Ravennas, atis, o. Ravennæ incolæ. *Martial. l. 3. ep. 93.* Meliusque ranæ garriant Ravennates.

Ravidus, a, um, *ῥαυδός*, quod ravo est colore. *Col. l. 8. c. 2.* Sublimes, sanguineusque, nec obliquæ crissæ, ravidis, vel nigricantes oculi.

Ravillæ, f. mulieres, quæ rivos oculos habeat. *Fest.* ubi alii leg. *rautilæ*.

Ravio, is, n. 4. rauce loquor. *Plaut. Pam. 3. 5. 33.* Nego, & negando, si quid refert, ravio. h. e. contenta voce utique ad ravim pernego.

Ravis, is, f. *ransolo*, raucitas. *Plaut. dul. 2. v. 10.* Ubi siquid posca- mus, ad ravim poscamus, prius quam quidquam detur? idest clamose adeo, ut vox raucecat. *Apul. lib. 3. Florid.* idemdem boando pur- gant ravim.

Ravifellus, V. Ravastellus.

Raurici, Rauriaci, & Raurici, pop. Galliæ Lugdunenfis, Helvetiis finitimi, juxta Rhenum, & inter Arolam fl. ac Juriam M. in lin. Ger- manicæ sup. *Cæsar*, & *Plin.*

Rausurus, V. Raucio.

Ravulus, a, um, adject. diminut. aliquantum ravis, hoc est raucus. *Sidon. l. 9. ep. 13. in carm. 2.* Date ravulus choralas, &c.

Ravus, a, um, *ῥαυδός*, raucus. *Fest.* Ravum vocem significare ait Ver- rius raucam, & parum liquidam, proxime canem latratum: unde etiam caudicibus pugnaciter loquens rabula appellabatur. ¶ Dicitur etiam de colore, qui ex nigro, & fulvo mistus est, & est medius inter flavum, & cæsius. *Fest.* Ravi coloris, ravistelli appellantur a Plauto, qui sunt inter flavos, & cæsius. *color di tant. Idem.* In spicis frumenta rava appellari, Verrius docet. *Varr. l. 2. R. R. c. 2.* Si arietes sint ravis oculis. *Hor. l. 3. od. 27.* Aut ab agro rava decurrens lupa Lanuvino. *Cic. 4. Acad. c. 33.* Quia nobismet ipsi tum cæruleum, tum ravum videtur. Ita enim ibi *Nonius* legit c. 2. n. 726.

R A N T E E.

Re, *ῥε*, una ex iis præpositionibus, quæ per se quidem nihil significat, sed cum aliis verbis conjunctæ multiplicem habent notionem. Quandoque enim significat retro, ut *reposito*, rem datam retro posco. Quandoque perfectionem, ut *recognosco*. Quandoque reciprocationem, ut *redamo*. Quandoque contra, sive adversus, ut *relector*, idest repugno. Quandoque iterum, atque iterum, seu sæpe, ut *reputo*. Quandoque de novo, ut *renovo*, quod est rursus novum facio. Quandoque inde, ut *removeo*. Quandoque reditum ad pristinum statum, ut *reputo*. Quandoque valde, ut *redundo*. Quandoque longe, ut *repositus*, idest longe positus. Quandoque contrarietatem suorum simplicium, ut *recreo*, quod est teclum denudò, *recludo*, clausum patefacio. Quandoque nihil omnino addit significationi sui simplicis, ut *represento*. ¶ Compositur autem cum omnibus dictionibus, a quacunque littera incipiant, præter k, & r. Sed cum a, e, h, o, quandoque interponitur d, causa euphoniæ.

Reædifico, as, a. i. *reædificare*, *ῥε ἀρτι*, Ger. *wieder*, *auffbauen*, Gal. *reedifier*, *Hisp. edificar de nuevo*, *ἀνακατασκευάζω*, inflatio, ædificium collapsum restituo. *Liv. l. 5. c. 53.* Hæc scelera, quia piget reædificare, hæc dedecora pati parati estis?

Readopto, vel Redadopto, as, a. i. rursus adopto. *Leg. 41. ff. de adoptione.* Quem denuo redadoptaverit. Ita leg. in *Pand. Flor.* in aliis *readopto*.

Readunatio, V. Redadunatio.

Reapte, in effectu, *ῥε ὀρθῶς*, re ipsa. *Cic. 1. de Div. c. 37.* Formæ, quæ reapte nullæ sunt, speciem autem offerunt. *Plaut. Truc. 4. 3. 41.* Reapte expertus sum. *Lucræ.* divisti, interjecto verbo, l. 2. v. 658. dum ne sit re tamen aspe.

Reasûmo, is, n. 3. *ἀνασῦμαίνω*, iterum sumo. *Plin. l. 5. ep. 6.* Arentis alveo deserit, autumno reasûmit. Alii reasûm *resumit*.

Reate, n. 3. *Rietis*, urbs Sabinorum, ad velinum fl. non longe a lacu Velino, media fere inter Narniam, & Aquilam. *Sil. l. 8.*

Reatinus, a, um, adject. a Reate opp. ut Reatinus ager. *Plin. l. 2. c. 95.* ¶ *Reatini*, Reatis incolæ, *Id. l. 3. c. 12.*

Reatus, us, m. *l'esser* *re*, la conditione del reo, *ἢ ἡ ἰσχύς κατὰ κράτος*, status rei, sive tempus, quo reus nec absolutus est, nec damnatus, quo tempore non reus modo, sed etiam propinqui, & affines non capillos, aut barbam tondebant, non candida, sed oboleta, tritaque veste uti solebant. Hæc vox primum a Messala usurpata fuit, imperante Augusto, teste *Quintil. l. 8. c. 3. Justin. l. 4. c. 4.* Revocato igitur ad reatum Alcibiade, duo prælia secunda Niceas, & Lamachus faciunt. idest ad causam dicendam. *Martial. l. 2. ep. 24.* Si det iniqua tibi tristem fortuna reatum. *Modest. l. si diuino, ff. de pœnis.* Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit. ¶ A Christianis Scriptoribus usurpatur pro ipsa culpa, qua quis reus est, *reus*. *Prudent. hymn. de natali Dom. v. 101.* Plangens reatum steribus. *Apul. quoque l. 7. Metam.* Malæ conscientie reatum intra me sustinebo.

Rebaptizo, as, a. i. rursus baptizo. *Honor. & Theodos. Imp. lib. 2. Cod. tit. 20. leg. 2.*

Rebellatio, onis, *ribellione*, belli renovatio, defectio. *Tacit. Ann. 14. c. 31.* Commotis ad rebellionem Trinobantibus. *Valer. Max. l. 7. c. 3. n. 9.* Crebræ rebelliones.

Rebellatrix, icis, quæ rebellat. *Liv. l. 40. c. 35. ad fin.* Provinciam ingenio terocem rebellatricem concessisse. Adde *Ovid. 3. Trist. el. 12.*

Rebellio, onis, f. *ribellione*, *ῥεβέλλη*, Ger. *auffruhr*, Gall. *rebellion*, *Hisp. rebeldia*, *ῥεβέλλη*, actus rebellandi, defectio, repugnantia. *Cæf. l. 4. B. G. c. ult.* Legatum in Morinis, qui rebellionem fecerat, misit. *Justin. in Calig. c. 51.* Audita rebellione Germaniæ.

Rebellio, onis, m. *rebellis*. *Trebell. Polk. in Gallieno Salonino, c. 1.* Fuisse & alios rebelliones sub eodem, de quibus dicemus. Alii leg. *alias*. *Glossæ*: *rebellio*, *ῥεβέλλη*, & *ῥεβέλλη*.

Rebellis, vel le, o. 3. *ribelle*, *ῥεβέλλη*, Ger. *auffruher*, Gal. *rebelle*, *Hisp. rebelde*, *ῥεβέλλη*, qui semel victus, & in deditionem receptus bellum inflaurat, quive Reipublicæ, aut Principis sui imperium detestat. *Virg. 6. Æn.* Sternet Pœnos, Gallumque rebellem. *Curt. l. 8. c. 1.* Regio rebellis. *Ovid. de remed. amor. v. 246.* Rebellis amor.

Rebellium, ii, idem ac rebellio. *Liv. l. 42. c. 21.* Et pacatos ad rebellium incitasset.

Rebello, as, avi, atum, n. 1. *ribellere*, *ῥεβέλλη*, Ger. *rebelliren*, Gall. *rebeller*, *Hisp. rebelar*, *ῥεβέλλη*, bellum redintegrò, pristina bella renovò, defectio, denicio, & proprie dicitur de his, qui aliquando victi, & in deditionem recepti, bellum inflaurant. *Cæf. l. 8. B. G.* Si tali ratione diversis in locis plures rebellare conspiciant. *Liv. l. 33. c. 13.* Gravius mox cum rebellaturum. ¶ Translate dicitur de vulneribus, & de vitis, cum semel curata repullulant. *Plin. l. 25. c. 13.* Creduntque, ea rursus fata, rebellare, quæ curaverit, vitia. *Id. lib. 13. c. 12.* Minus forbet politura charta, magis splendet: rebellat sæpe humor incuriosè datus, primoque malleo deprehenditur. h. e. resistit, & impedit, quomanius charta perficere possit.

Rebito, as, n. 1. redeo, revertor, ab antiquo *beo*, vel *bieo*. *Plaut. Capi.*

Cic. de Div. c. 14. Quid de trestis, aut de marinis æstibus plura dicam? quorum accessus, & recessus Lunæ motu gubernantur. ¶ Interdum ponitur pro solitudine, seu loco remoto a frequentia, & turbata. *Cic. Att. l. 12.* Militi solitudo, & recessus provincia est. ¶ Recessus oculi est cavitas, sive profunditas, in qua oculus reconditur. *Plin. l. 8. c. 33.* Oculi in recessu cavo, tenui discrimine, prægrandes, & corpori concolores. ¶ Per translationem *Cic. pro Marcel. c. 7.* Cum in animis hominum tantæ latebræ sint, tanti recessus. Sic *Quintil. l. 1. c. 4.* Grammatica plus habet in recessu, quam in fronte promittat. *Valer. Max. l. 3. c. 6.* Strenua ingenia, quo plus recessus sumunt, hoc vehementiores impetus edunt. h. e. quo plus quietis, & remissionis ab opere capiunt. Ducta metaphora ab iis, qui ut longius fiant, aliquot passus retrocedunt.

Rechamus, m. trochlea. *Vitr. l. 10. c. 2.* Alligatur in summo trochlea, quæ etiam nonnulli rechamum dicunt.

Rechardmare se, hoc est susceptam lætitiã deponere, verbum fictum a *Plaut. Trinum. c. 2. 135.* a *χρημα*, lætitiã.

Rechedipna, V. Trechedipna.

Recidivatus, us, m. restitutio, renovatio rei, quæ jam abiit, aut cecidit, instauratio. *Tersul. de resur. carn. c. 18.* Scripturæ carnis recidivatum pollicentur.

Recidivus, a, um, adject. *recidivo* & *che ritorna*, *ὑποστρωθῶ*, qui rursus recidit, seu recurrit. *Plin. l. 30. c. 11.* Quo genere & recidivas febres frequenter abigi affirmant. *Juven. sat. 6. v. 361.* velut exhausta recidivus pullulet arca nummus. Alii rectius *redivivus*. *Virg. 4. Æn. v. 344.* Et recidiva manu possuisset Pergama victis. h. e. Trojam post suam everisionem rursus ædificasset. *Id. 10. Æn. vers. 58.* Dum Latium Teucri, recidivæque Pergama quærent. Sunt qui recidiva Pergama interpretantur, quæ bis ceciderit. Nam bis Troja everfa fuit, semel ab Hercule, iterum a Græcis. ¶ Inter *recidivus*, & *redivivus*, hoc intertere, inquit *Charif.* quod recidiva dicuntur, quæ post casum, rediviva, quæ post interitum resurgunt.

Recido, is, recidi, recalum, n. 3. *ricadere*, Ger. *uvieder fallen*, Gall. *retomber*, Hisp. *recaer*, *αποκρηνω*, retro, sive iterum cado. Construitur cum accus. & præpos. ad, vel in. *Terens. in prol. He. v. 46.* Nolite sinere per vos artem musicam recidere ad paucos. *Cicer. pro Syl.* Quam cito illa omnia ex lætitiã, & voluptate ad lucum, & lacrymas reciderunt? *Id. 2. de nat. Deor.* Quia & recidunt omnia in terras, & orientur e terris. *Suet. in Aug. c. 96.* Cuncta in illos recalura. *Ulpian. ff. l. 25. tit. 3. leg. 3.* In cuius potestate recalurus est. ¶ Vel cum adverb. inotus ad locum, vel versus locum. *Liv. l. 4.* Regiæ majestatis impemur eo recidere. *Cic. pro Rosc. Com.* Quorum recidat responsum tuum, non magnopere laboro. ¶ Interdum ponitur pro redire. *Plin. l. 28. c. 16. de fibris.* Et ne recidant, non removeri septeno circuitu. ¶ A Poetis interdum usurpatur c litera geminata, ut syllaba natura brevis producat. *Propert. l. 4. eleg. 9.* Recidit inque suos mensa supina pedes. Alii leg. *decidit*, & quidem rectius.

Recido, is, recidi, reculum, a. 3. *recidere*, *tagliare*, *כרה*, Ger. *abhaben*, Gal. *couper*, Hisp. *corrar*, *αποκομω*, retere, abscindo, ex re, & cado. *Cato c. 2.* Viam publicam muniri, vepres recidi. *Ovid. 3. Fast.* Idque anile vocat, quod ab omni parte recidit est. Translate *Hor. l. 3. od. 24.* Quid tristes quærimonia, si non suspicio culpa reciditur?

Recinctus, a, um, nom. ex partic. *scincto*, disinctus. *Ovid. 3. Am. eleg. 1. v. 51.* tunica velata recincta. *Virg. 4. Æn. v. 518.* Unum exuta pedem vinculis, in veste recincta.

Recingo, is, nxi, nctum, a. 3. *stigare*, *sciogliere*, *כרה*, Germ. *entgeren*, Gall. *descendre*, Hisp. *descenir*, *αποκομω*, quod cinctum erat, solvo, revincio. *Ovid. 4. Metam. v. 510.* Sumptumque reingitur anguem, idest deponit anguem, quo se antea velut cingulo præcinxerat. Antea enim dixerat; tortoque incingitur angui. *Id. l. 1. Metam. v. 398.* Velantque caput, tunicæque recingunt.

Recinium, V. Ricinium.

Recino, is, cinui, centum, a. 3. *ricanare*, *απαρωτω*, iterum, vel frequenter cano. *Cic. de clar. Orat. c. 46.* Quod in vocibus nostrorum Oratorum recinuit quiddam, & sonat urbanus. *Noras. l. 1. epist. 1. v. 53.* Hæc recinuit juvenes dictata, senesque.

Recipero, &c. V. Recupero.

Recipio, is, epi, eptum, a. 3. *ricevere*, *קבל*, Ger. *uvidernehmen*, Gal. *recevoir*, Hisp. *recibir*, *απαλαμδαω*, est rem depositam rursus assumere, a re, & capio, quasi rursus capio. *Liv. l. 9.* Recipient arma, quæ per pacem tradiderunt. ¶ Ponitur etiam pro recuperare. *Cic. de Sen.* Tarentum vero qua vigilantia, quo consilio recepit? *Liv. l. 3. c. 63.* Res amissas recipere. ¶ Item pro extrahere, educere, cavare. *Cels. l. 7. c. 5. n. 2.* Sæpius sagitta ab altera parte quam qua venit recipienda est. *Er. n. 4.* Ut sine difficultate telum recipiatur. ¶ Item pro capere, vel accipere. *Plaut. Rud. 3. 3. 34.* In custodiam nos ut tuam recipias, & tutere. *Cic. in Rul.* Eum recepit suis testis, ac sedibus. *Id. pro Arch.* Statim Luculli eum domum suam receperunt. *Id. Art. l. 12.* A te heri duas epistolâs recepi. ¶ Item pro admittere. *Cic. 2. Offic.* Ut in urbe marenti, Xerxemque recipere. *Id. 2. Phil. c. 32.* Hunc in familiaritate liberantissime recipiebat. *Id. Fam. 13. ep. 19.* Lyonem in fidem; necessitudinemque tuam recipias. ¶ Item pro liberare, in tutum reducere. *Virg. 6. Æn.* Illum ego per flammâs, & mille sequentia tela eripui his humeris, medioque ex hoste recepi. ¶ Item pro refugium præbere. *Ulpian. l. 11. ff. rit. 3. de servo corrupto, l. 1.* Et et proprie recipere abscondendi causa, refugium servo præstare, vel in suo agro, vel in alieno loco, ædificio. ¶ Item pro revocare. *Virg. 2. Æn.* Sic ore effata recepit ad se. ¶ Item pro excipere ad usum suum, & reservare, quod fit, cum quis venditis cæteris, sibi quippiam reservat. *Plaut. Trin. l. 2. 157.* Postulatum hoc recepit, cum ædes venderet. *V. Gell. l. 17. c. 6.* Et infra in *Rust. cels.* ¶ Item pro polliceri, promittere, faciendâ suscipere, & cum obligatione promittere, *promettere*, *afficere*. Recipere amplius quiddam significat, quam promittere, quia est rei eventum, & periculum in se suscipere. *Planc. ad Cic. l. 10. Fam. epist. 7.* Recipio vobis, me negotium ex sententia facturum. *Cic. l. 5. Fam. epist. 8.* Quæ tibi promitto, ac recipio sanctissime esse observaturum. *Id. lib. 13. epist. 11.* Sed tamen separatim promitto, in inique recipio, fore eum tibi & voluptati, & usui. *Id. l. 2. de Orat.* In quo est illa quidem magna offensio vel negligentiam susceptis rebus, vel perfidia receptis, idest in se susceptis, promissis cum obligatione bonum eventum præstandi pro parte sua. *Terens. Heaut. 5. 5. 12.* Ad me recipio; faciet. ¶ Item pro totum onus alicuius rei in se transferre. *Cic. pro Rosc. Amer. c. 38.* Quid recipis mandatum, si aut negligitur, aut ad tuum commodum conversus es? ¶ Item pro nominatim cavere. *Actus in l. emporetore, ff. de act. emp.* Quemadmodum recipitur, ut nummos venditor accipiat. ¶ Item pro approbare. *Quintil. l. 8. de Metonymia.* Ex eo, quod continetur: usus recipit bene moratas urbes, & poculum epotum, sæculum felix. Adde *Plin. l. 28. c. 2. V. Receptus.* ¶ Item pro conferre se, proficisci, venire. *Cic. Att. l. 1. ep. 51.* Me Romam recepissim. *Id. 3. Offic.*

Qui cum ad diem se recepisset. *Id. 6. Ver.* Ut cum ex hinc se locis recipere. Hinc est militare verbum, *fare la ritirata*. *Cas. l. 3. B. C. c. 45.* Si sine maximo detrimento legiones se se recepissent inde. ¶ Et omisso accus. se, qui tamen subintelligitur. *Cas. l. 1. B. G. c. 48.* Si erat celerius recipiendum. h. e. redeundum. *Plaut. Merc. 2. 4. 30.* Ergo auctum facit cum præda recipias. ¶ Item pro redire. *Cic. pro Cæl. c. 12.* Et se se ad frugem bonam, ut dicitur, recepisse. ¶ Item pro animum, ac vires resumere, *risornare in se*. *Cic. in Senn.* Ut me recepi, Quis, inquam, quis est? &c. Sic, recipere animum ex pavore, apud *Liv. 2.* ¶ Recipere anhelitum, *vispender fiaso*, *Plaut. Epid. 2. 2. 21.* ¶ Recipere nomen alicuius, est usque acquisitionem admittere, & inter reos numerare. *Cic. Verr. 4.* Cum absentis nomen recipere. *Valer. Max. l. 3. c. 7.* Lex Memoria eorum, qui Reip. causa abessent, recipi nomina vetabat. ¶ Recipi in cibum, vel in mentas dicitur aliquid, quod pro cibo habetur. *Plin. l. 10. c. 26. & l. 21. c. 22.*

Reciprocato, onis, *reciprocatione*, *αλληλορροια*, retrogressio, ejusdem viæ retrograda repetitio, accessus, & recessus. *Plin. l. 9. c. 8.* Observata æstus reciprocatione. *Id. l. 11. c. 23. de araneorum telis.* Longitudo filii culmine, ac rursus a terra per illud ipsum velox reciprocato.

Reciprocicornis, ne, adject. cornua habens in se reflexa. *Laberius apud Terent. de pall. c. 1.* arctem vocat reciprocicornem, & lanicem.

Reciproco, as, a. 1. *riavogliere*, *muovere innanzi*, & *indietro*, *αποσπρωγω*, *παληδρομαι*, repeto, in contrariam partem reflecto, remitto, retrogradior. *Silius l. 15. v. 226.* Quas auget (undas) veniens reusque reciprocato æstus. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 10.* Quid Chalcidico curio in motu identidem reciprocando putas fieri posse constantius? *Liv. l. 21. c. 57.* Cum jam spiritum includeret ventus, nec reciprocare animum sineret. *Gell. l. 17. c. 11.* In eam fistulam, per quam spiritus reciprocatur. h. e. a pulmonibus attrahitur, ac remittitur. *Id. l. 9. c. 11.* Manu telum reciprocans incedebat. h. e. subinde vibrans, ac retrahens. ¶ Passive usurpatur interdum pro mutua quadam consequentia a se invicem dependente, quod Philosophi dicunt converti, vel dici ad convertentiam. *Cic. 1. de Div. c. 6.* Siquidem ista sic reciprocatur, ut, si divinitio sit, Dii sint, & si Dii sint, sit divinitio. ¶ Veteres usurparunt pro ulro citroque poltere, teste *Festus*, quia procare est petere. *Pacuv. & Plaut. apud eund.*

Reciprocois, a, um, *reciproco*, *αποσπρωγω*, quod alicunde profectum, redit eo, unde profectum est. *Plin. l. 9. c. 57.* Etiam reciprocis amniibus siccatio litore. *Id. l. 5. c. 4.* Reciproco mare. ¶ Reciproca argumenta, Græcis *αποσπρωγωτα*, sunt, quæ referri contra, convertique in eum possunt, a quo dicta sunt, & utrunque pariter valent. *V. Gell. l. 5. c. 10. & l. 9. c. 16.* ¶ Apud Grammaticos pronomia reciproca sunt, quibus tertiz personæ agunt in se ipsas, vel in res a se possessas, vel a se ipsis, aut a rebus a se possessis participantur, ut *sui*, *sibi*, *se*, & *suus*, *sua*, *suum*.

Reciprocamentum, ti, *αλληλομυα*, frustum oxygymii, & veluti ramentum a re quâpiam recium. *Plin. l. 34. c. 11.* Oxygymie vero coronarium æruginem contrahit reciprocamentis in acetum additis.

Recisio, onis, 1. *vicidimento*, *αποσπρωγω*, actus recidendi. *Plin. l. 21. c. 4.* Omnis autem recisione, atque ulsione prohibet.

Recisus, a, um, *reciso*, *tagliato*, *αποσπρωγω*, *Plin. l. 16. c. 34.* Itaque cum trunco inaruit, recisa etiam lætus fructicat. ¶ Ponitur etiam pro occiso, deletio, profligato. *Cic. de Prov. Conf. c. 12.* Ita ab eodem esse partim recisas, partim repressas. ¶ Recisum tempus, idem est ac breve. *Callistr. J. Crus ff. de term. moto.* Possunt ad tempus relegari, si junior, in longius, si senior, in recisus.

Recitatio, onis, *recitazione*, *απαρωτω*, actus recitandi, pronuntiatio. *Cic. pro Cluent. c. 51.* Ut illum recitationis suæ pœniteret. *Idem pro Domo c. 9.* Recitatio literarum. *Plin. l. 1. ep. 13.* Ne videar, quorum recitationibus assui, non auditor fuisse, sed creditor.

Recitator, oris, *recitatore*, *απαρωτω*, qui recitat. *Cic. pro Cluent. c. 51.* Tres & ipse excitavit recitatores cum lingulis libellis. ¶ Proprie autem recitatores dicebantur, qui in iudicio recitabant libellos, testimonia, & alia, quæ allegabantur ab actoribus, ut liquet ex citato *Cic. loco*, quem integrum lege. Præterea recitatores dicti Poetæ, aut Oratores, qui in cœtu amicorum, aut publice scripta sua recitabant. *Plin. l. 1. ep. 13.* Subinde sibi nuntiarî jubent, an jam recitator intraverit, an dixerit præfationem, an magna ex parte evoluerit librum.

Recito, as, a. 1. *recitare*, *קרי*, Ger. *laut verlesen*, *erzählen*, *απαρωτω*, est scripturam, vel orationem, vel aliud ejusmodi clara voce legere, vel memoriter pronuntiare, ut alii audiant, & intelligant, & proprie dicitur de iis, qui in causis libellos legunt, & testimonia, a *cito*, quod a *cio*. *Cic. 4. Ver.* Quid ego nunc hic Sexti Pompeji Chlari testimonium recitem? *Id. l. 10. Fam. ep. 12.* Cave, putes, ullas literas unquam graviores, quam tuas, in Senatu esse recitatas. *Id. pro Domo.* Patrem tuum L. Philippum Cenfor avunculum suum præterit in recitando Senatu. *Plin. l. 7. c. 52.* Recitare hæredem. ¶ Construitur etiam cum præpos. ex, vel de. *Cic. 5. Ver.* Da, quæso, scribæ, recitet ex codice. *Id. pro Cluent.* Quod elogium recitasti de testamento Cn. Egnatii patris. ¶ Mns fuit poetis quoque, & aliis postea scriptoribus privatim in amicoꝝ domibus lucubraciones suas legere, antequam ederentur, ut iudicium, atque censura de iis ferret, vel ostendat ingenii gratia, qua de re *V. Lips. Centur. 2. ad Belg. ep. 48. Sen. epist. 95.* Recitator historiam ingentem attulit, minutissime scriptam, archissime complicatam; & magna parte perfecta, desinat, inquit, si vultis; acclamatur, recita, recita, ab iis, qui illum obmutescere illico cupiunt.

Reclamatio, onis, actus reclamandi, clamor. *Cic. Phil. 4. c. 2.* Præclara reclamacione vestra factum pulcherrimum Martialium comprobavissis.

Reclamito, as, n. 1. freq. a *reclamo*. *Cic. pro Rosc. Amer. c. 22.* Reclamatit iussumi doli suspicionibus ipsa natura.

Reclamo, as, avi, atum, *contraidire*, Ger. *dar uviddet schereyen*, Gal. *contraidire*, Hisp. *reclamar*, *αποσπρωγω*, *απηλεγω*, contra clamo, clamore adversor, repugno. *Cic. 3. de Orat.* Theatra tota reclamant. *Item 6. Ver.* Reclamat Sicilia tota, propter cælati argenti cupiditatem reos fieri rerum capitalium. *Id. l. 1. Fam. ep. 2.* Ejus orationi vehementer ab omnibus reclamatum est. *Quintil. l. 12. cap. 1.* Quæ mihi quasi conspiracione quadam vulgi reclamari videntur. h. e. obijci. *Stat. 3. Theb. plangoribus arva reclamant.* h. e. resonant.

Reclango, is, n. 3. contra, vel valde clango. *Ammian. l. 17. c. 7. (al. 13.)* Reclangentibus cunctis sonitu ruinarum immenso.

Reclinatus, a, um, *αποκλινω*, recumbens, procumbens. *Hor. l. 2. carm. od. 3.* Seu te in remoto gramine per dies Festos reclinatum beatis Interiore nota Falerni. *Sen. epist. 36.* Solet obrepere fomnus in aliquod adminiculum reclinatus.

Reclinio, as, avi, atum, a. 1. *inclinare*, *כרה*, Ger. *anleinen*, Gal. *incliner*, *pencher*, Hisp. *recofarse*, *αποκλινω*, incurvo, reflecto, ad aliquid Æcto. *Cic. in Arat.* At Cephæus caput, atque humeros, palmasque reclinat. *Sen. in Consol. ad Marc. c. 2.* In quem onus imperii reclinaret.

Reclivus, ne, adject. &

Reclinus, a, um, adject. idem ac reclinatus, incumbens, recumbens. *Marzial. l. 9. epigr. 91.* In gramine rofeo reclinatus. Alii legunt *reclivus*. V. seq. dictionem. *Vopise. in Probo, c. 4.* Reclinus, & resupinus. Al. hic quoque leg. *reclivus*.

Reclivus, & ve, o. 3. *china, inebriato*, Ger. *geleinet*, Gall. *enclind*, Hisp. *recofado, dñarve*, acclivus, reclinatus, procumbens. *Ovid. 10. Met. Inque sinu juvenis posita cervice reclivus. Pallad. l. 1. c. 6.* Campo ad solem reclivi. *Tac. Ann. 13. c. 16.* Ille ut erat reclivus, & nescio similis. *l. 14. e. 9.* Aceronia super pedes cubitantis reclivus. Utroque hoc Taciti loco alii legunt *reclivus*.

Recludo, is, si, sum, a. 3. *aprire, כפר*, Ger. *entfchließen*, Gal. *ouvrir*, Hisp. *abrir, abrir*, quod clausum erat, aperio. *Virg. 8. Æn. Infernas referet sedes, & regna recludat Pallida. Ovid. 7. Metam. Stricto Medea recludit ense fenis jugulum. Horat. l. 1. ep. 5.* Quid non ebrietas designat? opera recludit. *Id. l. 1. od. 14.* Non lenis precibus fata recludere. h. e. resolvere, mutare, & defunctis vitam reddere. ¶ Interdum est probe claudere, claudendo separare. *Justin. l. 1. c. 9.* Quærit de filia, an Cyri filius rex esset. Illa, nec se ipsam scire, ait, nec ex alia posse cognoscere, quia singulæ separatim recludantur.

Reclusus, a, um, *aperto, ἀνεργαστος*, apertus, partic. a recludor. *Ovid. 7. Metam. Foribusque reclusis, Spesque, fidesque, pater, dixit.*

Recoctus, a, um, adject. *bisrocto, rursus coctus, valde coctus. Flor. l. 3. c. 20.* E ferro ergastulorum recocto gladius, & tela fecerunt. *Marzial. l. 11. epigr. 53.* Velabrensi massa recocta foco. h. e. caseus Al. leg. *coctus. Stat. l. 4. silv. 9.* Passum recoctum. ¶ Translate *Petrone. in fragmento.* Anus recocta vino, tremantibus labellis. h. e. valde ebria. ¶ Senex recoctus dicitur, qui forti est temperamento & vegeto, apud *Casul. carm. 52. in Cef.* Alii exponunt, ebrietati deditum. ¶ Scriba recoctus, apud *Horat. l. 2. sat. 5. v. 55.* est, qui multarum rerum experientia, utque officiorum callidus factus est, & vafer. Alii aliter interpretantur.

Recœno, as, n. 1. rursus cœno. *Macrob. l. 3. Saturn. c. 17.* Eum, quoad vixit, toris postea non recœnasse.

Recogitatio, onis, f. &

Recogitatus, us, m. actus recogitandi. *Tertul. sunt de exhort. ad castit. c. 4. & l. 4. cont. Marcion. c. 43.*

Recogito, as, a. 1. *ripenfave*, Ger. *vvider betrachten*, Gal. *repenser*, Hisp. *repensar, ἀναλογίζεσθαι*, iterum, atque iterum cogito. *Cic. Q. Frst. l. 2. ep. 2.* Sic tui mihi videris in Sardinia de forma Minutiana, & nominibus Pompejanis in otio recogitasse.

Recognitio, onis, f. *recognizione, הכרה*, Ger. *vvider erkanenuff*, Gal. *reconnoissance*, Hisp. *reconocimiento, ἀναγνώρισις*, repetita agnitio, iterata ex intervallo cognitio, recordatio, vel commemoratio. *Cic. 6. Ver. c. 50.* Qui tandem istius animus est nunc in recognitione scelerum suorum? ¶ Item pro inspectione, revisione. *Colum. l. 11. c. 1.* Nam frequens recognitio nec impunitatis spem, nec peccandi locum præbet.

Recognitus, a, um, nom. partic. *reconoscitus, revisa*. *Cic. Ver. 2. c. 77.* Omnia summa cura recognita, & collata.

Recognosco, is, ovi, itum, a. 3. *reconoscere*, Ger. *vviderkennen*, Gal. *reconnoître*, Hisp. *reconocer, ἀναγνωρίζω*, rursus cognosco, rem olim cognitam denuo cognosco. *Cic. 2. Ver. Non videtur hæc multitudo cognoscere ex me causam voluisse, sed ea, quæ scit, mecum cognoscere.* ¶ Ponitur etiam pro agnoscere. *Ovid. 1. Fast. Sacra recognosces annalibus eruta præcis.* ¶ Item pro ad memoriam revocare, recordari. *Cic. 4. Ver. Cum istius in Quæstura tugam, & furtum recognosceret.* ¶ Item pro æstimare, considerare. *Brut. Cic. l. 16. Fam. ep. 2.* Verba tua recognosce, & aude negare, servientis adversus Regem istas esse preces. ¶ Item pro inspicere, videre. *Col. l. 1. c. 8.* Vellem, manicas, pedumque tegmina recognoscat. *Cic. 3. de Leg. Quamobrem quoniam non recognoscimus nunc leges Populi Romani.* ¶ Item pro recensere, *far la mostra. Sueton. in Calig. c. 16.* Equites Romanos severe, curioseque, nec sine moderatione recognovit.

Recolligo, is, egi, ectum, a. 3. *raccolliere, adunare, mestere insieme, הכין*, Ger. *vvider zusammenlesen*, Gall. *recueillir*, Hisp. *recoger, ἀναλογίζεσθαι*, rursus in unum colligo. *Col. l. 8. c. 5.* Ut, quæ mota sunt ova, recolligantur. ¶ Translate funitur pro corrigere, revocare ab ira. *Cic. Att. l. 1. ep. 5.* Etiam si cujus animus in te esset offensior, a me recolligi oportere. ¶ Item pro vires recipere, seu refumere. *Plin. l. 23. c. 7.* Recolligentibus se a longa valetudine utilissima.

Recollo, is, lui, ultum, a. 3. *rinovare*, Ger. *vviderhauven*, Gal. *cultiver de vesch*, Hisp. *labrar ara vez, ἀνακαινίζω*, rursum colo, renovo. *Liv. l. 27.* Arare, ferere, desertam recolli terram. *Tac. lib. 3. Ann. c. 72.* Avitum decus recoluit. *Plin. ep. 9. l. 7.* Ut enim terræ variis, mutatisque seminibus, Ita ingenia nostra nunc hæc, nunc illa meditatione recolluntur. ¶ Item pro decorare, exornare. *Tac. l. 1. Hist. c. 77.* Et recens ab exilio reversos nobiles adolescentulos avitis, ac paternis sacerdotiis recoluit. ¶ Item pro exercere. *Cic. 1. de Orat. c. 1.* Ad eas artes, quibus a pueris dediti tuimus, celebrandas, interque nos recollendas. ¶ Item pro reputare, repetere, meditari. *Cic. 13. Phil. Quæ si tecum ipse recolis, æquiore animo, & majore consolatione morieret.*

Recollo, as, a. 1. iterum colo, *collare di nuovo. Scribon. Larg. Compositi. 268.* Recolare per linteum.

Recomminifcor, eris, entus sum, d. 3. *ἀναμνησκόμεναι*, reduco in memoriam. *Plaut. Trin. 4. 2. 70.* Literis recomminifcar.

Recompingo, is, a. 3. rursus compingo, unio. *Tertull. de resur. carn. c. 30.* Recolligi, & compingis os ad os.

Recompōno, is, sui, situm, a. 3. *racconciare, aggiustare, ounire di nuovo*, rursus compono. *Ulp. l. 26. de aur. arg. leg. Si in hoc sint soluti, ut recomponentur.*

Recompositus, a, um, *ricomposto, ἀναπύθειστος*, rursus compositus. *Ovid. l. 1. Am. eleg. 7.* Pone recompositas in statione comas.

Reconciliatio, onis, *reconciliazione, pace, כפר*, Ger. *vviderverfönung*, Gal. *reconciliation*, Hisp. *reconciliacion, καταλλαγή*, actus reconciliandi. *Cic. Att. l. 9.* Agat de reconciliatione gratiæ (suz, & Pompe). *Id. 3. Casil. c. 10.* Reconciliatio concordia.

Reconciliator, oris, *reconciliatore, כפרר*, Ger. *vvershöner*, Gal. *reconciliateur*, Hisp. *reconciliador, καταλλάκτης*, pacificator. *Liv. lib. 35. c. 45.* Phœneas reconciliatore pacis, & disceptatore de iis, quæ in controversia cum Pop. Rom. essent, utendum potius Antiocho censebat, quam duce belli.

Reconciliatus, a, um, *reconciliato, καταλλάχθεϊς*. *Cic. l. 5. Fam. ep. 2.* Quod scribis de reconciliata nostra gratia. *Curt. l. 6. c. 10.* Dextra animi reconciliati pignus.

Reconcillo, as, avi, atum, a. 1. *reconciliare, pacificare, far' amico*, כפר, Germ. *vvider umb versönen*, Gal. *reconcilier*, Hisp. *reconciliar, καταλλάττω*, in gratiam restitui, in concordiam reduco. *Cic. Att. l. 6.* Sed furentem animum patris tui forori tuæ reconciliavit. *Id. Att. l. 1. ep. 7.* Ut agerem quam diligentissime cum Lucejo de vestra vetere gra-

tia reconcilianda. *Id. pro Dom.* Inimici in gratiam reconciliabantur. ¶ Reconciliare filium domum, est efficere, ut ille domum reducat. *Plaut. Capt. 1. 2. 65.* Nam illum confido domum in his diebus me reconciliatur. h. e. redempturum, & adducturum domum. ¶ Reconciliare existimationem, est eam recuperare. *Cic. 2. Ver. c. 1.* In quo reconciliare existimationem iudiciorum amissam poteris. ¶ *Reconciliatio* pro reconciliavero, *Plaut. Capt. 3. 4. 44.*

Reconcinnio, as, a. 1. *risare, כפר*, Ger. *orneuwerem*, Gal. *accouter*, Hisp. *rebastar, ἀνακατασκευάζω*, denuo compono, instauro, reparo, expolio, *Cic. ad Q. Fr. l. 2. ep. 6.* Tribus locis adifico, reliqua reconcinno. *Cest. 2. B. C. c. 15.* Diuturni laboris detrimentum solertia, & virtute militum bene reconcinnatur.

Reconclūdo, is, a. 3. idem quod concludo, claudio. *Tertul. advers. Prax. c. 16.* Quem isti Pilati tribunal imponunt, & in monumento Joseph reconcludunt.

Reconditus, a, um, *riposto, ἀρκεθήμε*. *Cic. 6. Ver.* Statuerunt se se nihil tam clausum, neque tam reconditum posse habere. ¶ Metaleptice capitur pro occulto, absulto. *Cic. pro Quinct. c. 18.* Natura triisti, ac recondita fuit. *Id. in Brut.* Erant in eo plurimæ literæ, nec eæ vulgares, sed interiores quædam, & recondita. *Id. Acad. c. 4.* A me enim ea, quæ in promptu erant, dicta sunt, a Lucullo autem reconditiora desidero.

Recondo, is, didi, ditum, a. 3. *riponeve, כפר*, Ger. *verbergen*, Gal. *cacher, mettre dans*, Hisp. *guardar, ἀποκρύπτω*, repono, sepono. *Cic. 2. de Inv. c. 4.* Gladium cruentum in vaginam recondidit. *Ovid. 11. Met.* Deposuitque caput, stratoque recondidit alto. ¶ Translate est tegere, occultare. *Virg. 5. Æn.* Quos tama obscura recondit. ¶ Accipitur etiam contrario sensu pro expromere, emittere, effundere. *Propert. l. 2. eleg. 23. v. 50.* Cum subito Triton ore recondit aquam.

Recondūco, is, uxi, ctum, a. 3. rursus conduco, vel duco. *Quinsil. Declam. 12.* Vicinarum provinciarum copias reconducit. *Ulpian. l. 13. Dig. de locat. cond.* Reconduxisse videbitur.

Recondūctus, a, um, nom. ex partic. *recondotto. Plin. l. 29. c. 1.* Unum agrum ex provincialibus HS ducentis recondūctum.

Reconflo, as, a. 1. *ἀνακατασκευάζω*, denuo conflo. Translate regenero. *Lucret. l. 4. v. 925.* Unde reconfolari sensus per membra repente possit?

Reconfigno, as, a. 1. rursus signo, noto. *Tertul. de resurr. carn. c. 52.* Ideo & reconfignat imprimens.

Reconfuere, is, n. 3. Apud *Tertul. de cultu sum. c. 9.* est in contrarium confuere. Gloria, inquit, reconfuevit.

Recoquo, is, coxi, coctum, a. 3. *ricuocere*, Ger. *vviderumbkoeben*, Gal. *recuire*, Hisp. *recocer, ἀναδιδω*, rursus coquo. *Cic. de Sen. c. 23.* Quo quidem me proficiscentem haud sane quis facile retraxerit, neve tanquam Peliam recoxerit. ¶ Translate pro rursus polire, & formare ponitur, tanquam aurum, & similia, quæ iterum coquantur, ut meliora fiant. *Quint. l. 12. c. 6.* Sed præcipue tamen Apollonio Molonio se reformandum, ac velut reccoquendum dedit. *Lucan. l. 7. v. 148.* Spiculaque extenso Pæan Pythone recoxit.

Recordabilis, le, adject. *che si può ricordare, o deve ricordare. Claud. Mamert. l. 3. c. 14.* Memoria multitudinem recordabilium distenditur.

Recordatio, onis, *ricordazione, memoria, כפרין*, Ger. *vvidergedachtenuß*, Gal. *souvenance*, Hisp. *memoria, ἀναμνησις*, reminiscencia. *Cic. de Arusp. Resp.* Condidit in Curia pene limine, recordatione, credo, Gabinio sui, desiderioque Pisonis. *Id. ad Att. 12. ep. 18.* Recordationes fugio, quæ quasi morfu quodam dolorem efficiunt. *Plin. l. 1. ep. 9.* Subit recordatio. *Rursus Cic. 5. Fam. ep. 13.* Dare alicui iuocandas recordationes conficientiz suæ. *Id. Attic. l. 9. ep. 1.* Habere recordationem alicuius rei. *Id. 1. de Orat. c. 2.* Repetere recordationem.

Recordatus, us, ui, m. recordatio, memoria. *Tertul. de resur. carn. c. 4.* Recordatus tuo ereptam.

Recordatus, a, um, nom. particip. signif. activæ. *Tacit. Ann. 15. c. 90.* Recordatus carmen, versus ipsos retulit. ¶ Passive *Sidon. l. 9. ep. 3.* Anima male conscia, & per horas ad recordata penalit vitæ debita contremiscens.

Recordo, as, a. 1. in memoriam revoco, memoriam alicui reflico. *Quadrig. l. 5. Annal. apud Non. c. 7. n. 65.* Is ubi Darium cognovit, & patria (al. patriæ) am recordavit.

Recordor, aris, d. 1. *ricordarsi, כפר*, Ger. *sch vvider erinneren*, Gal. *se souvenir*, Hisp. *acordarse, ἀναμνηστικόμεναι*, in memoriam, sive in mentem revoco, memini, memoria teneo. Aliqui recordari dictum censent, quasi rursus in cor revocare, vel iterum rem cordi dare, quod veteres cor pro mente dixerint. Sane *Plaut.* pro reputare, mente versare posuit. *Moffell. 1. 2.* Recordatus, inquit, multum, & diu cogitavi, hominem quos rei, quando natus est, similem esse arbitrari. ¶ Cæterum priore notione, quam diximus, construitur cum gen. *Cic. in Pis. sen.* Et cum aliquo dolore flagitorum suorum recordabitur. *Id. Att. l. 4.* Recordans superioris tuæ transmissionis. ¶ Vel cum acc. *Cic. de Sen.* Ut pedestres, navaleque pugnas, ut bella a se gesta, triumphosque recordentur. ¶ Vel cum abl. & præp. de. *Cic. pro Planc.* Quoniam istis vestris lacrymis de illis recordor, quas pro me sæpe, & multum profudistis. ¶ Vel cum infinitivo. *Cic. in Brut.* Recordor longe omnibus unum anteferre Demosthenem. *Id. Att.* Cum recordor, hæc me tum vidisse. ¶ Vel cum membro orationis. *Cic. pro Mur.* Admonitus re ipsa recordor, quantum hæc quæstiones in Senatu habitæ punctorum nobis, Servi, detraxerint. ¶ Admittit præterea abl. cum præp. cum. *Cic. l. 15. Fam. Tu, velim, tua in me studia, & officia multum tecum recordere. Id. pro Cluent.* Si cum animis vestris longo intervallo recordari C. Staleni vitæ, & naturam volueritis.

Recorporatio, onis, f. *reunione. Tertull. de resurr. carn. c. 30.* Recorporatio, & coadunatio ossium.

Recorporativus, a, um, adject. vim habens recorporandi. *Col. Avel. Act. 3. c. 16.* Helleborum est incorporativæ virtutis.

Recorporō, as, a. 1. *riunire, dar corpo. Tertul. de resur. carn. c. 7.* Figulo licet, argillam, temperato ignis aflatu, in materiam robustiorem recorporare.

Recorrigō, is, exi, ectum, a. 3. *correggere, o drizzare di nuovo. Senec. ep. 50.* Si modo ante incipimus corrigere animum nostrum, quam indurefat pravitas ejus.

Recraftino, as, n. 1. *diffirre di giorno in giorno, כפרר*, Ger. *vvester verschieben*, Gal. *differar*, Hisp. *dilatar, ἀναβάλλωμαι*, procrastino, in crastinum rejicio, differo. *Plin. l. 17. c. 14.* Recraftinatio minime utilis. *Calum. l. 2. c. 21.* Propter quæ recraftinari non debet.

Recreatio, onis, *recreazione, ἀναμνησις*, refectio, refocillatio. *Plin. l. 22. c. 23.* Ab ægritudine recreationi efficax in cibo.

Recreator, oris, qui rursus creat, vel restituit. *Inscrips. apud Gruter. pag. 1095. n. 7.* Pollio Julio Clementiano libertatis redonatori, vim populi omnium munerum recreatori, &c. *Tertul. de anim. c. 43.* Summus recreator corporum.

Recreatus, a, um, *recreatus, tiereato, sollevato. Cic. pro R. Am. Tum vero*

vero in isto bello non recreatus, neque restitutus, sed subactus, oppressusque Populus Romanus est.

Recrementum, τι, καταλείψω, purgamentum, recrementum, fordes alicujus rei. Cels. l. 6. c. 8. Ulcera illinenda sunt aut plumbi recremento, aut cerussa, idest scoria. Plin. l. 18. c. 16. Recrementa farris. Gal. lib. 17. c. 11. Aridiora recrementa in alvum convenire, humidiora per renes in vesicam.

Recreo, as, a. 1. recreare, הרניע, Ger. ergetzen, Gal. recreer, Hisp. recrear, ἀναζωοποιώ, iterum creo, reficio, a creo. Proprie enim recreare est id, quod deperit, instaurare, & denuo creare. Plin. lib. 34. c. 15. Ad purganda vulnera, fistulasque, & omnem callum erodendum, & rasis ossibus carnes recreandas. ¶ Translate ponitur pro iterum eligere, seu constituere. Cic. 2. de nat. Deor. cap. 4. Quos cum T. Gracchus Consul iterum recrearet. ¶ Item pro vires renovare. Cic. ad Quir. postred. Qui e gravi morbo recreati sunt. ¶ Item pro consolari. Cic. in Somn. Cujus ego nomino ipso recreor. Idem pro Planc. Nunc autem vester conspectus, & confessus iste reficit, & recreat mentem meam. Id. Att. l. 1. ep. 16. Recreare animum.

Recrepo, as, n. 1. risonare, Ger. erstonen, Gal. retoner, Hisp. refoñar, ἀναζητέω, crepitum reddo, resono. Catul. de Borec. & Atij. carm. 64. Leve tympanum remugit, cava cymbala recreant.

Recreresco, is, evi, etum, n. 3. crescere un' altra fista, ἀναζωοποιώ, rursus cresco. Plin. l. 11. c. 37. Nec præcisæ ossa recrefcunt. Liv. l. 26. cap. 41. Favete nomini Scipionum, velut accitis recrefcenti stirpibus.

Recreduco, is, dui, sine sup. risonare crudo, ἀναζωοποιώ, ad pristinum cruditate redeo. Translate accipitur pro rursus exasperari, & dicitur de morbis, de vulneribus, de pugna, & similibus rebus, semper in malam partem, quali iterum res hujusmodi crudæ fiant, cum renovantur. Cic. lib. 4. Fam. ep. 6. Nunc autem hoc tam gravi vulnere etiam illa, quæ consensuisse videbantur, recredufcunt. Liv. lib. 6. c. 18. Recrudescente Manliana seditione. Id. l. 10. Ibi interventu Gellii, cohortumque Sabellarum paulisper recruduit pugna.

Recta, æ, ῥέκτης ῥέκτης, vestimenti virilis genus. Fesli. Rectæ appellantur vestimenta virilia, quæ patres liberis suis consuecenda curant omnis causa, ita usurpata, quod a stantibus, & in altitudinem textuntur.

Recta, a dicitura, ῥέκτης, recta via, nomen adjectivum casus ablativi, sub quo vox via intelligitur. Cic. Att. l. 6. ep. 8. E navi recta ad me venit. Id. ib. l. 5. ep. 14. Recta proficisci ad exercitum.

Recte, adv. distantem, Ger. recht, Gal. bien, Hisp. bien, detrahente, ῥέκτης, recta linea, non oblique. Cic. 1. Fin. c. 6. Sive aliæ declinabunt, aliæ suo nutu recte ferentur, erit hoc quasi provinciarum atomis dare, quæ recte, quæ oblique ferantur. ¶ Translate sumitur pro bene, probe, præclare. Cic. 4. Acad. Recte conclusit, teneo, sin visiose, minam Diogenes reddet. Id. 3. Phil. Recte, atque ordine, exque Republica scicifici videri. Id. 3. Leg. c. 5. Rectissime animadvertere. Id. in Pison. c. 28. Recte an secus, nihil ad nos. ¶ Item pro apte, & compositæ. Ter. Adelph. 4. 3. Et recte, & vere dicis. ¶ Item pro iuste. Ter. Andr. Pater, non recte vincit est. ¶ Item pro aperte, non dissimulante. Cic. 2. de Div. Epicurus circuitione quadam Deostollens, recte non dubitat divinationem tollere. ¶ Item pro tuto. Cic. 1. 1. Fam. ep. 7. Quoties mihi certorum hominum potestas erit, quibus recte dem. Id. l. 14. ep. 14. Recte in præsentia domi esse potestis. ¶ Item pro utiliter. Hor. l. 2. Serm. sat. 7. Non otia recte ponere. ¶ Item pro prosperæ, feliciter. Cic. in Brut. Quæ si recte essent. id est si bene, & commodè cederent. Idem Att. l. 1. ep. 7. Apud matrem recte est. ¶ Item pro naturaliter, non monströse. Dom. ad Ter. Hec. 4. 1. Præsertim cum & recte, & tempore suo pepererit. ¶ Item pro laudabiliter, sine reprehensione. Cic. Att. l. 16. Qui minus autem ego istic recte esse possum, quam Marcellus? ¶ Item pro patienter. Ter. Eun. 1. 1. Et illas, quas habet, recte ferat. ¶ Recte est, pro satis est. Ter. Heaut. 2. 1. Tum quod demei, recte est. ¶ Item pro bene est. Ter. Hec. 3. 2. Quid tu igitur lacrymas? aut quid es tam tristis? PA. Recte mater. Ubi inquit Don. Recte mater: Sic dicitur, cum sine injuria interrogantis aliquid reticemus. Alii recte sic accipiunt, ut intelligant, nihil est mali. Id. Adelph. Quid fit? quid agitar? S. Recte. ¶ Item pro sic est, etiam. Ter. Adelph. 3. 3. Tu rus hinc abis? D. Recte. ¶ Item pro nihil, auctore Donato. Voce enim nihil veteres abstinebant omnis causa, quia putabant, si nihil dixissent, nihil in posterum sibi boni futurum esse. Ter. Eun. 2. 3. Rogo, nunquid velit; Recte, inquit, abeo. ¶ Recte facitis, gratiarum actio est, interprete Donato. Ter. Eun. 5. 9. Mirum, ni illoc homine quoquo pacto opus est. C. Idem arbitror. O. Recte facitis. ¶ Non recte dicere alicui, est illi maledicere. Plaut. Pseud. 4. 6. 23. Nam quantum referet ei nec recte dicere, qui recte nihil faciat? Plaut. Merc. 4. 4. 62. Eadem licet mox cœnare rectius. h. e. lautius, largius.

Recto, onis, governo, ἵκωστος, actus regendi, administratio, gubernatio. Cic. 5. Fin. cap. 4. Ea quoque est ab iisdem non solum ad privatæ vitæ rationem, sed etiam ad Rempublicarum rectionem relata. Et c. 22. l. 4. Rempublicarum rectiones.

Rectitudo, inis, l. dicitura. Aggen. Urb. in Frontin. apud Gof. pag. 46. Rigor suæ rectitudinis naturalis nomen accepit.

Recto, pro recta, adverb. legitur in quibusdam edition. Dig. lib. 49. tit. 1. leg. 21. in aliis recta.

Rector, oris, restore, governatore, מנהיג, Ger. regierer, Gall. recteur, Hisp. regidor, κυβερνητας, qui regit, gubernator. Cic. 2. de nat. Deor. c. 35. Inesse alicquem non solum habitorem in hac coelesti, ac divina domo, sed etiam rectorem, & moderatorem. Id. 1. Divin. cap. 14. Tot navium rectores protecti ab illo. Id. 1. de Orat. c. 48. Reipublicæ rector. Suet. in Aug. c. 24. Rectorem apponere ætate parvulus, ac mente lapsus. Tacit. Ann. 13. cap. 2. Burrhus, & Seneca rectores Imperatoris juvenis.

Reclitrix, icis, governatrice, מנהיגה, Germ. regierein, Gal. reclitric, gouverneresse, Hisp. regidora, κυβερνητρια, gubernatrix. Col. l. 3. c. 10. Videmus, hominibus inspiratam velut aurigam, reclitricemque membrorum animam. Plin. l. 6. c. ult. Italia reclitrix, parentis mundi altera.

Rectum, i, subst. honesto, id giusto, relictudo, virtus. Virg. 1. Æn. Et mens sibi conscia recti. Ovid. 1. Met. Quæ vindice nullo, sponte sua, sine lege, fidem, relictumque colebat.

Reclitudo, a, i. relictudo. Frontin. de Colon. apud Gof. p. 130. & 131.

Rectus, a, um, ῥέκτος, ratio, regulato, gubernatus, partic. a regor. Plaut. Bœch. 3. 3. 8. Ego illum habere rectum ad ingenium bonum. ¶ Sæpe nomen est, pro eo, qui nullam in partem relictur, cujus contrarium est obliquus, distorto, ῥέκτος, Ger. recht, Gal. juste, drois, Hisp. derecho, justo, ἑστός. Plin. l. 12. c. 19. Hi recto cursu per sinus impellunt. Horat. l. 1. sat. 2. Crux relictus. Senec. ep. 95. Recta coma. chionia disticta. ¶ Translate pro bono, honesto, equo ponitur. Cic. 1. Acad. Tertia de discedendo, & quid verum, quid falsum, quid rectum in oratione, pravumve, quid consentiens, quid repugnans, judicando. Id. Att. lib. 6. Sautem sine meis literis ad te venire vix rectum erat. Id. 5. Fam. ep. 19. Ea maxime conducent, quæ sunt relictissima. Plaut. Capt. 5. 2. 7. Recta,

& vera loqui. Cic. l. 1. Offic. c. 38. sub fin. Rectum est autem, etiam in illis contentionibus, quæ cum inimicissimis sunt, gravitatem retinere, iracundiam repellere. ¶ Recta via rem narrare, est narrare rem, ut est, nihil mentiri. Ter. Heaut. 4. 3. Ino ut recta via rem narret ordine. ¶ Cœnarecta, vel recta absolute est cœna legitima, & liberali apparatu exhibita. Liberaliores autem divites saluatoribus suis legitimum convivium exhibebant, quæ recta cœna vocabatur: fordidi, & maligniores rectæ cœnæ loco sportulam tantum præhebant. Suet. in Dom. c. 7. Multa etiam in conviviorum usu novavit: sportulas publicas suffulsi, revocata cœnarum rectorum consuetudine. Id. in Aug. c. 74. Convivabatur & assidue, nec unquam, nisi recta, non sine magno ordine, hominumque delectu. Mart. l. 8. ep. 50. Promissa est nobis sportula, recta data est. ¶ Hinc recto apparatu vivere, apud Senec. ep. 90. est laute vivere. ¶ Recta tunica. V. Recta. ¶ Recti calus apud Grammaticos dicuntur nominativus, & vocativus. Donatus. Apud Varron. l. 7. de L. L. relictus casus dicitur solus nominativus, quia nullam patitur vocabuli inflexionem. ¶ Rectum intestinum est illud, quod in ima ventris parte, qua excrementa excernuntur, positum est, nulloque sinu habet, sed recta extenditur usque ad sedem. Cels. l. 4. c. 1.

Recubitus, us, m. actus recumbendi, subfultus ille, quod faciunt corpora in solum durum incidentia. Plin. l. 24. c. 13. Ipsum baculum per se recubitu propius adlabi.

Recubo, as, bui, bitum, n. 1. riposare, נח, Germ. liegen, Gall. coucher, couclat, Hisp. reposarse, estarrecado, ἀνακλιμα, rursus, seu iterum cubo. Cic. 1. de Div. Deinde cum se collegisset, idque visum pro nihilo habendum esse dixisset, recubuisse. ¶ Interdum idem est, quod simplex cubo, idest jaceo, quiesco. Cic. 2. de Or. M. Lepidus, cum cæteris in campo exercitibus, in herba ipse recubuisse. Id. 3. de Orat. Recubans molliter, & delicate.

Recudo, is, cudi, cufum, a. 3. ribastere, Germ. vviderumb schmiden, Gall. reforgir, Hisp. recatir, ἀνακλίνω, denuo cudo. Varro. Ut hæ fallent, qui vetera metalla recudunt.

Recula, æ, ῥέκλα, parva res. cofarella. Plaut. in fragm. Clitellariæ. Si quidem imperes pro copia, pro recula. Donat. in vita Virgil. Apibus curandis reculam auxit. ¶ Dicitur etiam recula. Apul. l. 4. Metam. Pannoæ recula. Sunt tamen qui & hic recula legunt.

Recultus, a, um, nom. particip. a recolo. Ovid. 5. Met. v. 647. partimque rudi data femina iussit Spargere humo, partim post tempora longa recultæ.

Recumbō, is, cubui, cubitum, n. 3. giacere, שכב, Ger. liegen, sitzen, Gal. coucher, s' assoir, Hisp. assentarse, ἀνακλιμα, idem ac recubo, idest toto corpore jaceo. Plin. l. 17. c. 22. Adeo non recumbat in eo, nec delicate se spargat. ¶ Sæpe sumitur pro accumbere, seu jacere ad mensam. Nam veteres in lectis jacentes cibum fumebant. Hor. lib. 1. ep. 5. Si potes Archæicis conviva recumbere lectis. Plin. l. 4. ep. 22. Cœnabat Nerva cum paucis: Veiento proximus, atque etiam in sinu recumbat. ¶ Interdum pro inclinari. Virg. 9. Æn. Inque humeros cervix collapsa recumbit. ¶ Recumbere etiam dicuntur loca acclivia. Martialis. l. 4. epigr. 64. jugera pauca Martialis Longo Janiculi jugo recumbunt.

Recuperatio, & Reciperatio, onis, ricuperazione, Germ. vvidererholung, Gal. recouement, Hisp. recobramiento, ἀνάληψις, actus recuperandi. Cic. 10. Phil. c. 10. Ita præclare est recuperatio libertatis. Justin. l. 30. c. 1. Contentus ricuperatione urbium, quas amiserat. ¶ In iudicis, apud Fesli. ex Gallo Ælio, ricuperatio est, cum inter populum & reges, nationesque & civitates peregrina lex convenit, quomodo pro ricuperatores reddantur res, recipianturque, resque privatas inter se persequantur.

Recuperativus, a, um, adjectiv. qui recuperari potest, apud Aggen. Urb. in Frontin. pag. 304. edit. Gof.

Recuperator, & Reciperator, oris, qui recuperat. Recuperatores apud Romanos erant iudices, qui ad recuperandas privatas res litigatoribus dabantur. Plaut. Bœch. 2. 3. 36. Postquam Prætor Recuperatores dedit. Gel. l. 20. c. 1. Injuriosis æstimandis Recuperatores se daturus edixit. ¶ Dabantur & ab Imperatoribus contentione orta inter milites. Liv. l. 26. Scipio tres Recuperatores cum se daturum pronuntiasset. ¶ In Urbe Prætores dabant Recuperatores ex omni Ordine, in Provinciis ex conventu negotiatorum, vel e sua cohorte. Cic. 5. Ver. c. 28. Iste Recuperatores se de cohorte sua daturum minabatur. Id. ibid. c. 11. De conventu nullum unquam iudicem, neque Recuperatorem dedit.

Recuperatorius, a, um, quod ad Recuperatores pertinet, ut iudicium recuperatorium, quod per Recuperatores exercebatur. Cic. 2. de Inv. c. 20. Non enim oportet, in recuperatorio iudicio ejus maleficii, de quo inter scarios quæritur, fieri præjudicium.

Recuperatus, & Reciperatus, a, um, nom. particip. ricuperato. Justin. l. 36. c. 1. Recuperatum regnum. Tacit. 3. hist. c. 22. Reciperatæ cibo somnoque vires. Cic. pro Flac. c. 23. Pecunia recuperata.

Recupero, & Recipero, as, avi, atum, a. 1. ricuperare, ricacquirere, Ger. vvider aberkommen, Gal. recouurer, Hisp. recobrar, ἀνακατασταλέω, rem amissam recipio, seu rursus acquirō, a recipio. Cic. 4. Ver. cap. 35. Bello confecto socios sua per nostram victoriam recuperare. Id. 5. Ver. c. 14. Ille autem, unde abiatum est, iudicio suum recuperare nullo modo potest. Id. 2. Agr. Qui ab illo pecuniam depositam nostris recuperarent. Id. 13. Phil. Albanum, Firmianum a Dolabella recuperari, etiam ab Antonio Tusculanum. Var. l. 1. R. R. c. 13. Ubi fessis opere commodissime possint se quieti recuperare. Justin. l. 18. c. 7. Recuperatum patriam venire.

Recupio, is, a. 3. valde cupio. Plaut. Capt. 4. 2. 76. Ut recipias facere sumptum. Alii leg. se cupiss.

Recuro, as, a. 1. ἀνακαταλέω, iterum, vel diligenter curo, magna cura reficio. Plin. l. 13. c. 12. Quæ non esset ita recurata, in sua manit amphitheatrica. Catul. ep. 41. (al. 45.) Et me recuravi pœymoque & utrica. Apul. l. 6. A. A. Recurrare piagas.

Recurro, is, recurri, ursum, n. 3. ἀναδρομέω, iterum, vel retrorsum curro, redeo. Cic. l. 14. Fam. ep. 3. Delipso quoque ita imperavi, statim ut recurreret. Id. 2. de nat. Deor. c. 19. Lunæ species mutatur tum crescendo, tum defectionibus ad initia recurrendo. Horat. l. 1. ep. 10. Naturam expellas turca, tamen uque recurret. Id. l. 2. ep. 1. Anni recurrentes. Plin. in Paneg. Ita hæc optimi appellatio nunquam memoris hominum siæte recurret. Quintil. l. 1. c. 6. Ad eam rationem recurrent, ut & Plaut. Trinum. 4. 3. 8. Recurre petere, re recenti. h. e. redi cito ad petendum.

Recursio, onis, recursus, reditio. Martialis. Capel. l. 9. & Apul. in Asclepio. Recursio, as, n. 1. ἀναπρωχέωμαι, freq. 2. recurreo. Plaut. Most. 3. 1. 54. Quid ego huc recurrem? aut operam suam, aut contemam? ¶ Translate sumitur pro venire in mentem. Virg. 1. Æn. v. 652. Urit atrox Juno, & sub noctem cura recurat. Tacit. 2. hist. c. 78. Recursabat animo vetera omnia.

Recursus, us, m. vicorso, ritorno, ἀναπρωχέω, actus recurrendi, reditus. Liv. l. 26. cap. 42. Ut subeunti sæpe ad mœnia urbis recursus pateret. Virg. 5. Æn. Inde alios inuertit cursus, aliosque recursus. Cels. l. 4.

lib. 4. cap. 4. Recurſus ad bonam valetudinem facit.
Recurvatus, a, um, ἀνακαμπωμένος, recurvus factus, curvatus. *Caſp. lib. 5.* Id ſpeculo protrahendum eſt, aut hamulo reuſo, parum recurvato. *Colum. l. 3. c. 18.* Tortus, & recurvatus.
Recurvo, as, a. 1. *ritornare, curvare*, כָּרַב, Ger. *vider krümben*, Gal. *recourber*, Hiſp. *encorvar*, ἀνακαμπωτός, curvum facio. *Stat. 3. Theb.* Horrentesq; ſitu gladios in ſæva recurvant vulnera. *Col. l. 5. cap. 10.* Duritia humi coercita recurvatur. *Ovid. 1. Amor. eleg. 8.* Inque caput liquidas arte recurvat aquas. h. e. redire facit.
Recurvus, a, um, *rhorro*, כָּרַב, Ger. *krumb*, Gal. *courbè*, Hiſp. *corvo*, καμπύλος, valde curvus. *Col. l. 9. c. 33.* Ad pluſum apertis, ad buccinam recurvis. *Ovid. de rem. amor. v. 218.* Æra recurva.
Recufabilis, le, adject. qui recuſari poteſt, aut debet. *Tertul. l. 4. cont. Marcion. c. 35.*
Recuſatio, onis, *recuſa*, Ger. *verſagung*, Gal. *refus*, Hiſp. *rebuſamiento*, ἀπαρνήσις, actus recuſandi. *Cic. 2. de Or.* Nam hæc ipſa recuſatio diſputationis diſputatio quædam fuit mihi quidem perijudica. *Id. Caſil. 3. c. 2.* Sine recuſatione, ac ſine ſulla mora negotium ſuſceperunt. *Id. 2. Leg. c. 16.* Pœna violatæ religionis juſtam recuſationem non habet.
Recuſo, as, avi, atum, a. 1. *recuſare, reſutare*, כָּרַב, Ger. *abſchlagen*, Gal. *reſuſer*, Hiſp. *reſuſar*, ἀπαρνήσις, tenuo, detrecto, reſicio, a cauſo, as. Conſtruitur cum acc. *Cic. pro Flac.* Populum R. diſceptatorem non modo non recuſo, ſed etiam depoſco. *Caſp. l. 1. B. C. c. 33.* Recuſare munus legationis. *Id. l. 1. B. C.* Recuſare amicitiam alicujus. ¶ Vel cum abl. & præp. de. *Cic. 2. Verr.* Deinemus nos de iudiciis tranſferendis recuſare. ¶ Vel cum infinitivo. *Virg. 6. Æn.* Nec nate tibi comes ire recuſo. ¶ Vel cum conjunctivo, & partic. *ne, quin, quominus.* *Cic. pro Clæna.* Illi enim non hoc recuſabant, ne, &c. *Id. 4. Acad.* Non poſſimus, quin alii a nobis diſſentiant, recuſare. *Id. 1. Fin. c. 3.* Nec vero, ut noſter Lucillius, recuſabo, quominus omnes me legant. ¶ Accipitur quoque pro accuſationem depellere. *Cic. in Brut. c. 23.* Tum igitur Galba recuſans pro ſe ſe, & populi R. ſidera implorans, &c. ¶ Item pro negare. *Caſp. J. C. l. 48. R. mandati.* Si quis uſuris creditam pecuniam ſidejuſſiſſet, & reus recuſare vellet, ſub uſuris creditam eſſe pecuniam.
Recuſabilis, le, adject. qui retro quati poteſt, ut recuſabilis ſphæra, *Caſp. Aurel. Tard. 3. c. 6.*
Recuſus, uſ, m. repercuſſio. *Plin. l. 8. cap. 53.* Atque recuſſu pernicioſus, quo libuerit, exultant.
Recuſus, a, um, ἀνακαμπωτός, *ſcoſſo, ſtattuto*, concuſſus, a quatio. *Virg. 2. Æn.* Uteroque recuſo Inſonare cavæ, gemitumque dedere cavernæ. *Apul. l. 5. Metam.* Recuſus ſomno. h. e. excitatus.
Recutito, a, um, ἀποκαταμάσσειν, curtatus, cui a glande reſecta eſt cutis, quo nomine dicti ſunt Judæi, quibus ex legis præſcripto præputia præcedebant. *Martial. l. 7. ep. 29.* Nec recutitorum fugis inguina Judæorum. ¶ Ponitur etiam pro rupto, lacerato, exulcerato. *Martial. l. 9. epigr. 58.* Nec ruptæ recutita colia mulæ. h. e. quæ sæpe reſectam pellem sæpe lacerant.
Redabſolvo, is, a. 3. idem quod ſolvo, vel abſolvo. *Plaut. Curc. a. 3. v. 84.* Te redabſolvam, qua advenilli, gratia. Rediſis alii *abſolvum*.
Redaccendo, is, a. 3. ruruſ accendo. *Tertul. de anim. c. 30.* Facilior ante exſtingui, quam redaccendi.
Redactus, uſ, m. aduſ redigendi. Speciatim ſumitur pro pecunia ex frugibus venditis redacta. *Sævola l. 5. §. 1. ff. de uſufr.* Sempronio do, lego ex redacta fructuum oleis, & porrinæ partem ſextam. Sic enim in Pand. Flor. & manuſ. col. d. legitur. Vulgo eſt *ex rediſu*.
Redactus, a, um, *viduoſo*. *Vel. l. 1. c. 94.* Armenia in poteſtatem redacta. *Liv. l. 26. c. 37.* Ad irritum victoria redacta. *Id. l. 10. c. 45. Id. 26.* redactum ex captivis dicebatur.
Redadupto. V. *Readopto*.
Redadunatio, onis, f. *riunione*. *Tertul. de reſur. carn. c. 30.* Redadunatio offium. Alii leg. *redunatio*.
Redambulo, as, n. 1. *ritornare*, ἀνακαμπωτός, redeo, revertor. *Plaut. Capt. 4. 2. in fine.* Bene ambula, & redambula.
Redamo, as, a. 1. *riamare*, ἀνακαμπωτός, contra, vel ſimiliter amo, me amantem amo, in amore reſpondeo. *Cic. de Am. c. 14.* Vel qui, ut ita dicam, redamari poſſit.
Redamoveo, es, a. 2. ruruſ amoveo. *Imp. Valens, Gratian. & Valentinian. l. 8. Cod. Theodoſ. ſi. 5. leg. 35.*
Redamtruo, as, n. 1. redeo, recurro. *Festus. V. Amtruo*.
Redanimatio, onis, animæ ad corpus reſtitutio. *Tertul. de reſur. carn. c. 38.*
Redanimatus, a, um, nom. ex particip. *reſuſcitato*. *Tertul. de reſur. carn. c. 19.* Redanimatus, & reſuſcitatus Deo.
Redanimus, as, a. 1. *riamare*, *reſuſcitare*. *Tert. de reſur. carn. c. 13. & 31.*
Redardeſco, is, n. 3. *riandere*, Ger. *vider enbrinrer*, Gal. *arder de rechef*, Hiſp. *arder de nuevo*, ἀνακαμπωτός, iterum ardeſco, iterum flammam emitto. *Ovid. de rem. Am. v. 734.* Flamma redardeſcit, quæ modo nulla fuit.
Redarguo, is, a. 3. *riprendre*, Ger. *rihören*, Gal. *reprendre*, Hiſp. *redarguir*, ἰλιγγα, reprehendo, accuſo cum reprehentione. *Cic. 2. Fin.* Quos niſi redarguimus, omnis virtus, omne decus, omnis vera laus deſerenda eſt. *Id. pro Cluent. c. 23.* Redargue me, li mentior.
Redaſpicio, as, a. 1. vel redaſpicio, aris, d. 1. denuo auſpicio, ſeu auſpicio ſumo, ruruſ incipio. *Plaut. Capt. 3. 5. in fine.* Exauſpiciavi ex vinculis, nunc intelligo redaſpiciandum hunc eſſe in catenas denuo. V. *Exauſpicio*.
Redditio, nis, *reſtitutione*, שְׁלוּבָה, Ger. *viddergebung*, Gal. *reſtitution*. Hiſp. *reſtitucion*, ἀνακαμπωτός, actus reddendi. Hoc ſenſu uſurp. *Aſcon. Pedian.* ¶ *Auguſt. l. 21. de civ. Dei. c. 7.* Redditionem rationis poſcentibus reſpondere. ¶ Pro ſecunda parte ſimilitudinis, quæ antapodoliſis etiam dicitur, *Quintil. l. 8. c. 3.* Similitudo cum re, cujus eſt imago, connectitur, collatione invicem reſpondente, quod facit redditiio contraria, quæ ἀνακαμπωτός dicitur.
Redditivus, a, um, adject. *Redditivus*, a, dicitur a *Diomed. lib. 2. pag. 432. Pufcb.* ea propoſitio, quæ a *Quintil.* appellatur *redditio*. Subintelligitur autem *propoſitio*, aut quid ſimile. Similiter *Prifcian. l. 17. pag. 1051. & 1055.* *redditivus nomina* vocat, quæ redditioni inſerviunt, ut *ſalis, tot*, quæ reſervantur ad *quæſtis, quot*, &c.
Reddituri, pro reddendum iri, quemadmodum & *præſtituri* pro præſtitum iri, legitur *leg. 27. ff. ad Senatuſconf. Trebel.*
Redditus, a, um, nom. partic. *reſtitutio, reſo, doſto*. *Cic. Att. l. 8. ep. 22.* Pecuniam Domitio non eſſe redditam. *Id. ibid. l. 9. ep. 11.* Serius reddita ſunt literæ. *Virg. Æn. 3. v. 40.* Vox reddita fertur ad aures.
Reddo, is, reddidi, reddidum, a. 3. *rendere, reſtituire*, Ger. *viddergeben*, Gal. *rendre*, Hiſp. *boluer*, ἀνακαμπωτός, proprie eſt rem acceptam, vel ablatam reſtituere, quaſi retro dare. *Cic. ad Q. Fr.* Cogebantur Syllani homines, quæ per vim ac metum abſulerant, reddere. ¶ Dicitur etiam de eo, quod debitum non eſt, ſed quod non admittimus, aut quo uti nolumus. *Cic. pro Syll.* Sed etiam, ſiquid ab omnibus conceditur, id reddo, ac remitto. ¶ Accipitur ſæpe pro dare. *Caſp. J. C. de verb. ſign. l. verbum, lib. 20. ff.* Reddendi verbum quanquam ſignificationem

habet retro dandi, accipit tamen & per ſe dandi ſignificationem. *Cic. Att. l. 1. ep. 15.* Cincius noſter eam mihi abſte epilolam reddidit. *Liv. l. 28.* Tribunus jura reddere ſinebat. *Id. l. 29. c. 1.* Judicia reddere in aliquem. h. e. exercere. *Cic. pro Plane. c. 37.* Reddere vitam pro republica. ¶ Item pro rependere, perſolvere. *Cic. 1. Off. c. 15.* Unum dandi beneficii, alterum reddendi. *Col. l. 4. c. 3.* Cum magno ſænore gratiam reddidiſſe. ¶ Item pro facere, efficere. *Cic. 2. de Orat.* Nox te, inquit, nobis, Antoni, expoliuit, hominemque reddidit. *Id. pro Flacc.* Quo voluit, adduxit, convicit, & elinguum reddidit. ¶ Item pro reponere. *Plaut. Moſt. l. 2. 28.* Tempeſtas venit, confringit tegulas, imbriceſque, ibi dominus indiligens reddere alias ne volt. ¶ Item pro producere. *Ter. Phorm.* Fructum, quem Lenini uxoris reddunt prædia. *Plin. l. 16. c. 26.* Abies flores reddit. ¶ Item pro exponere, narrare. *Plaut. Aul. l. 1. 6.* Tibi ego rationem reddam, ſtimulorum ſeges? ¶ Item pro referre, ſive recenſere. *Cic. in Brut.* Perge, Pomponi, de Cæſare, & redde, quæ reſtant. *Plin. in præf. l. 11.* Quæ ſuis locis reddam. ¶ Item pro referre, ideſt, repræſentare. *Cic. Att. l. 4. ep. 3.* Omnes Catilinas, Siciniſque poſtea reddidit. *Plin. l. 10. c. 42.* Phittacus vocem humanam reddit. ¶ Item pro exprimere, vertere. *Cic. 1. de Orat.* Ut, cum ea, quæ legerem Græcæ, Latine redderem. ¶ Item pro pronuntiare. *Cic. in Brut.* Ut, quæ ſecum commentatus eſſet, ea ſine ſcripto verbis eſſidem redderet. ¶ Item pro exhalare, reſpirare. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 54.* Excipiatque animam eam quæ ducta ſit ſpiritu, eandemque a pulmonibus reſpiret, ac reddat. ¶ Item pro egere. *Plin. l. 10. c. 47.* Inter aquaticas mergi ſoliti ſunt devorare, quæ cæteræ reddunt. *Id. l. 8. c. 42.* Reddere urinam. ¶ Item pro retorquere, rejicere. *Stat. l. 9. Theb.* Poterſas reddere tela ſui. ¶ Animum reddere, interdum eſt conſolari, reſpicere, confirmare, interdum eſt reconciliari. *Ter. Andr.* Nuptias effuge ego ſitas malo, quam tu adipiſcier. C. Reddidisti animum. *Hor. l. 1. od. 16.* Dum mihi ſias recantatis amica opprobriis, animumque reddas. ¶ Reddere animum, eſt mori. *Virg. 3. Georg. ad fin.* Vituli vulgo moriuntur in herbis, Et dulces animas plena ad præſepia reddunt. ¶ Reddere vota, *ſuddiſſare*, o ſcogliere i voti. *Virg. Ecl. 5. v. 75.* & cum ſolemnia vota reddemus Nympſis, & cum luſtrabimus agros. ¶ Reddere nomen alicui, eſt cum proprio nomine nuncupare. *Plin. l. 17. c. 24.* Omnibus in exercitu ſuo militibus nomina reddidit. ¶ Ven- teres in futuro indicativi dicebantur *reddibo* pro *reddam*. *Plaut. Men. 5. 7. 49.* Salvum tibi ita, ut mihi dediſti, reddibo.
Redemptio, vel Redemptio, onis, *compera*, ἀγοράσις, idem ac emptio. *Cic. 2. Ver.* Eit redemptio huius iudicii facta grandi pecunia. ¶ Redemptio vectigalium eſt, cum quis a Principe, vel a Civitate vectigalium reditum certa pecunia emit, ut ex eo faciat quaſtum. *Cic. de Prou. Conf. c. 5.* Non temeritate redemptiois, aut negotii gerendi inſcitia. ¶ Interdum ſumitur pro liberatione pretio facta alicuius hominis a vinculis, & ſervitutis, & pro eo, quod pro liberatione datur, *riſcatato*, רִשְׁוּת, Germ. *loſung*, Gal. *vancan*, Hiſp. *reſcate*, ἀγοράσις. *Aurel. Viſt. de Vir. Illuſtr.* Impetrata redemptioe marito adulterum centurionem interficiendum tradidit. Adde *Valer. Max. l. 4. c. 3.*
Redemptio, vel Redemptio, as, a. 1. freq. a *redempto*. *Cato apud Feſt.* Facta benefactis non redemptitavere. ideſt non remunerarunt, aut compenſantur.
Redempto, vel Redempto, as, a. 1. freq. a *redimo*. *Tacit. Hiſt. 3. c. 34.* A propinquis occulte redemptabantur.
Redemptor, vel Redemptor, oris, *compratore*, ἀγοράσις, emptor, qui certo pretio opus aliquod faciendum ſuſcipit. *Feſt.* Redemptores proprie, atque antiqua conſuetudine dicebantur, qui cum ad faciendum, aut præbendum quid conducerant, effecerantque, tum demum pecunias accipiebant. Nam antiquitus emere pro accipere ponebatur. At ii nunc dicuntur redemptores, qui quid conduxere præbendum, utendumque. *Cic. l. 2. de Div. c. 21.* Et redemptor, qui columnam illam de Cotta, & de Torquato conduxerat faciendam. ¶ Redemptor vectigalium eſt, qui a Populo, vel a Principe certa pecunia emit vectigalia exigenda, ut ex ea exactione quaſtum faciat. *Libeo l. cum in plures, §. vehiculum, ff. locati, & cond.* Redemptor pontis portorium ab eo exigebat. ¶ Redemptor litium, ſeu cauſarum dicitur, qui lites quotidianas pecunia niernari, illaſque paſſionibus, muneribuſque pellicere conatur, haud ſecus, quam qui domum, ædificiumve faciendum, utendumve pretio conducit: qui etiam quadruplator, & interceptor alienæ litis dicitur eſt. *Ulpian. l. Nec quicquam, ff. de offic. Proconf.*
Redemptrix, vel Redemtrix, icis, f. quæ redimit. *Prudent. in Romano, v. 774.* Et ſit redemptrix prima membrorum omnium.
Redemptura, vel Redemtura, æ, idem ac redemptio. *Liv. l. 23. c. 48.* Qui redempturis auxiliis patrimonialia.
Redemptus, vel Redemptus, a, um, ἀνακαμπωτός, conductus. *Caſp. l. 1. B. G.* Complures annos portoria, reliquaque omnia Heduoorum vectigalia parvo pretio redempta habere. *Virg. 9. Æn. v. 213.* pretio redemptis *reſcatato*.
Redeo, dis, redivi, & redii, reditum, n. anom. *ritornare*, כָּרַב, Ger. *vidderkommen*, Gall. *retourner*, Hiſpan. *boluer*, ἀνακαμπωτός, revertor, quaſi retro eo. *Cic. ad Q. Fr.* Appius a Cæſare noondum redierat. *Id. pro Quinct.* Ut Romam redit Quinctius. *Propert. l. 2. el. 16.* Dies non reditura. ¶ Translate redire ad ſe, eſt ad mentis ſanitatem redire, vel animum recipere. *Ter. Adel.* Tandem reprime iracundiam, atque ad te redi. *Cic. Att. l. 7.* Et id, quod animum induxerat, pauliſper non tenuit, ſed cito ad ſe rediit. ¶ Redire ad ingenium, eſt redire ad ſuam naturam, ſeu reſumere mores antiquos. *Ter. Adel.* Si ſperat, fore clam, ruruſ ad ingenium redit. *Cic. 1. Ver.* Redit ad ſe, atque ad mores ſuos. ¶ Redire in gratiam cum aliquo, eſt ruruſ amicum fieri. *Cic. 9. Fam.* ep. 1. Scito, me rediſſe cum veteribus amicis, ideſt cum libris, in gratiam. *Nepos in Attico, c. 17.* Vere glorianteſ, ſe nuquam cum matre in gratiam rediſſe, h. e. nulla re læſiſſe matrem, propter quam cum ipſa in gratiam redire deberet. ¶ Redire in memoriam, eſt reminiciſci. *Ter. Pbor. 5. 3.* Redi necum in memoriam. *Cic. de ſenſcl.* His legendis redeo in memoriam mortuorum. Sic redire animo aliqua res dicitur, cujus recordatio ſubit, apud *Plin. jun. in ep. 1.* ¶ Redire ad rem, vel ad propoſitum, eſt reverti ad id, de quo loquebamur. *Cic. 1. Fin.* Sed ad rem redeamus: de omnibus dici neceſſe non eſt. *Id. l. Tuſc.* Utrum igitur inter has ſententias diiudicare malimus, an ad propoſitum redire? ¶ Redire in orbem, eſt a fine ad principium re vocari. *Virg. 2. Georg.* Redit agricolis labor actus in orbem. ¶ Accipitur quoque pro provenire. *Plin. l. 12. c. 4.* Idem Cato denos culeos redire ex iugeribus ſcripſit. *Nepos in Themistoche, c. 2.* Cum pecunia, quæ ex metallis redibat. ¶ Item pro ſimplici venire *Terent. Phorm. l. 2. 5.* Præſertim ut nunc ſunt mores: adeo res redit, ſi quis quid reddat, magna habenda eſt gratia. *Caſp. l. 5. B. C. c. 93.* Piliſ mithis, ad gladios redierunt. ¶ Redire ruruſ, pleonamuſ eſt apud *Terent. Eun. 2. 4. 6. & Adelp. 1. 1. 46.* ¶ Redire viam, pro ſimplici redire, erat in veterum Juriconſultorum formulis. *Cic. pro Mur.* Præſto aderat

aderat sapiens ille, qui inire vitam doceret: redite viam; eodem ducere debant. ¶ Passive impersonaliter. *Tacit. Ann. 3. c. 37.* Tum exuto iustitio, reditum ad munia. *Ces. l. 3. B. C. c. 16.* Interea manerent induciæ, dum ab illo rediri posset.

Redergo, is, a. 3. idem ac redarguo, apud vet. Hoc verbo utebatur Scipio Africanus Pauli filius, teste *Festus*, quomodo idem *perisum* malebat, quam *perisum*.

Redhibeo, es, hui, bitum, a. 2. *far riavere, restituere*, facio, ut venditor rursus habeat, quod habuerat. *Ulp. Dig. l. 21. tit. 1. leg. 21.* Redhibere est facere, ut rursus habeat venditor, quod habuerat: & quia id reddendo fiebat, idcirco redhibitio est appellata quasi rehabitio. Aliqui legunt quasi redditis. *Cic. 3. Off. c. 23.* Dicenda vitia ea, quæ nisi dixeris, redhibeatur mancipium iure civili. *Plaut. Merc. 2. 3. 84.* Dixit se redhibere, si non placeat. h. e. dixit venditor, se recepturum domum, restituito pretio, si ea non placeat. *Id. Mostell. 3. 2. 113.* Si male emptæ forent, nobis istas redhibere haud liceret. h. e. si plus æquo pretio emptæ forent, non liceret nobis venditori restituere, pretio recepto. Ex quibus exemplis patet, hoc verbum duplicem habere significationem: nam si ad emptorem refertur, significat venditorem ad recipiendum cogere; si ad venditorem, significat recipere, & quasi retro habere.

Redhibitio, onis, f. Jurisconsultis est actionis nomen, quæ & actio redhibitoria vocatur. Ea vero actio contra eum intentatur, qui quod vitio corruptum commutaverit, vendideritve, cogitur restituere pretium, & retro, quod traderat, accipere. *Quintil. l. 8. cap. 3.* Aut in mancipii redhibitione sudare? *Gel. l. 4. c. 2.* Causa redhibitionis.

Redhibitorius, a, um, quod ad redhibendum spectat. *Pompon. Dig. l. 21. tit. 1. leg. 48.* Si sex mensium exceptione redhibitoria exclusus velit intra annum æstimatoria agere. *Papin. ibid. leg. 54.* Actio redhibitoria non est locus, nisi mancipium, & *Cajus ibid. leg. 18.* Aut redhibitoria, aut æstimatoria iudicio agere potest.

Redhibitus, a, um, redditus, partic. a redhibeo. *Fest.* Redhibitum id proprie dicitur, quod redditum est, cum qui dedit, idem rursus coactus est habere id, quod ante habuit.

Redhōstio, is, a. 4. *vicompensare*, gratiam refero, nam hostire pro æquare positum est a Veteribus, teste *Festus*.

Rediculus, i, m. Deus quidam, quem Romani bello Punico secundo excoGITAVERE, eique sanum dedicaverunt extra portam Capenam, quia accedens ad Urbem Annibal, visis quibusdam perterritus, ex eo loco redierit. *Festus*.

Rediens, euntis, o. partic. a redeo. *Ovid. 10. Met.* Perque novem erravit redeuntis cornua Lunæ. *Hor. l. 3. od. 8.* Dies anno redeunte festus.

Redigo, is, egi, actum, a. 3. *ridurre*, Ger. *verderbringen*, Gal. *reduire*, *rediger*, Hisp. *reduzir*, *περιεργα*, est quadam vi, & industria ad aliquid, vel aliquo reducere, ex re, & ago, d interposito. Et construitur cum acc. & præp. in vel ad, vel penes, vel cum adv. motus ad locum. *Ter. Adel.* Tu homo rediges me ad infaniam. *Id. Eun. 4. 4.* Eo redigis me, ut, quid egerim, ego nesciam. ¶ Redigere in potestatem, ditionem, servitutem, est subditum, vel servum facere. *Plaut. Aul. 2. 1. 47.* Nihil moror, quæ in servitutem sumptibus redigunt viros. *Cic. 3. Off.* Brevi tempore aut vivum, aut mortuum Jugurtham fe in potestatem P. R. redacturum. *Id. 4. Phil.* Potentissimos Reges, bellicosissimas gentes in ditionem huius imperii redegerunt. ¶ Aliquando ponitur pro agere, ducere, reducere. *Liv. l. 6.* Hi supra septuaginta comprehensit, & cum transfugis novis multati virgis, manibusque præcisit Capium rediguntur. ¶ Item pro vi agere, retrorsum agere, & ad redeundum compellere. *Liv. l. 1.* Postremo fufum, tugatumque in castra redigunt. ¶ Item pro accumulare. *Cic. 5. Phil.* Ut, si hoc genus in unum redigatur. *Id. 1. Ver.* Deinde bona vendit, pecuniam redigit. *Idem 5. Ver.* Cum omnis frumenti copia decimarum nomine penes istum esset redacta.

Redimiculum, i, m. *νεκροσποδία*, tænia, muliebri ornamentum capitis, aut mitræ. *Cic. 5. Ver. c. 33.* Hæc civitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines. *Virg. 9. Æn. v. 616.* Et tunice manicas, & habent redimicula mitræ. *Juvenal. sat. 2. v. 84.* Qui longa domi redimicula sumunt Frontibus, & toto posuere monilia collo. *Ovid. l. 10. Met.* Redimicula pectore pendunt. ¶ Pro vinculo, aut impedimento, quo quis tenetur. *Plaut. Truc. 2. 4. 41.* Ut esset aliquis laqueus, & redimiculum, reversionem ut ad me faceret.

Redimio, is, ivi, itum, a. 4. *cingere, ornare, circondare*, *ἀναπλέω*, cingo, coronam, orno. *Cic. 3. Tus. c. 18.* Incendens odores, & fertis redimiri jubebis, & rosa. *Stat. 1. Jylv. 5.* Crinem redimire corymbis.

Redimitus, us, m. actus redimiendi, coronatio. *Solin. c. 46.* (al. 33.) Plurimis crines intonsi, mitrata capita, redimitu pari. Alii aliter legunt.

Redimitus, a, um, *circio, circondato*. *Cic. in Somn.* Cernis autem terram eandem quasi quibusdam redimitam, & circumdatam cingulis. *Tibul. l. 1. eleg. 17.* Fronis redimita corymbis. *Casul. carm. de Berecyns.* Loca redimita silvis.

Redimo, is, emi, emptum, a. 3. *comperare, ἀνέμομα*, idem ac emo, ex re, & emo, d, interposito euphoniz causa. *Plaut. Men. 4. 3. 6.* Ego tibi redimam bis tanto pluris pallam. *Cic. 5. Ver.* Hæc, quæ vel vita redimi recte possent, pecunia æstimare non queo. ¶ Ponitur etiam pro recuperare, rem alienatam, occupatamve pretio recipere. *Cic. 13. Phil. c. 5.* Eamque non minoris, quam emit Antonius, redimet, redimet, inquam, Cn. Pompeji domum filius. ¶ Item pro conducere, aliquod certo pretio faciendum suscipere. *Cic. 3. Ver.* Qui istum eripendum redemerunt. *Ulp. l. plenum, ff. de usu, & hab.* Itemque si vestimenta texenda redemerit, vel navem fabricandam. ¶ Redimere vestigalia dicuntur Publicani, cum annorum aliquot reditum certa emunt pecunia, ut sibi ea interim liceat exigere, & in quantum suum convertere. *Cic. in Brut. cap. 22.* Quis picarias de P. Cornelio, L. Mummo censoribus redemisset. idest picis fodinas, seu vestigalia ex pice. ¶ Item pro liberare pretio perfoluto, e. g. captivum, vel servum ab eo, qui in potestate eum habet, ut captivos a prædonibus, vel se ipsum, aut alium a vexatione, sive molestia. *ristatate, liberare*, *ἀντιδωμ*. *Cic. 2. Off.* Qui suis facultatibus aut captos a prædonibus redimunt. *Id. l. 2. Fam. epist. 15.* Quam quidem (acerbitatem) ego a Republica meis privatis, & domesticis incommodis libentissime, vel istis ipsis, quæ tu me moenes, ut caveam, redemissim. *Id. 7. Verr.* Metum virgarum navarchus nobilissimæ civitatis pretio redemit. *Ulpian. l. 49. ff. tit. 14. de iure fisci, l. 29.* Ut adversus ipsum locum habeat, qui delatorem redemit. idest pecunia corruptit, & se ab ejus delatione liberavit. ¶ Redimere litem, est cum adversario convenire, & pacifici, ut te litis molestia explices. *Cic. pro R. Com.* Suas Rocius, non societatis lites redemit. ¶ Item pro compensare, emendare. *Planc. apud Cic. l. 10. Fam. epist. 8.* Non enim præteritam culpam videri volo redemisse. idest aliquo egregio facto compensasse. ¶ Redimere sibi pacem, & otium aliqua re, *Cic. Q. Fr. l. 1. epist. 1.* ¶ Redimere sibi gratiam & amicitiam alicujus, *Ces. l. 1. B. G.*

Redindutus, a, um, adiect. *vivifere*, ut redindutus carnem, *Terent. de resurrect. carn. c. 42.*

Redino, is, redeo. *Festus*.

Redintēger, V. Redintegratus.

Redintegratio, onis, *rinnovazione, ἀναίωσις*, renovatio. *Cic. ante Exil. c. 4.* Ut redintegratione illius conjuratoris animos vulnere videros? h. e. recardatione. *Auf. ad Heren. l. 4. c. 28.* Redintegratio verbi. h. e. repetitio. *Macrob. l. 1. Sat. c. 11.* Initauraticius dies dictus a redintegratione, ut Varroni placet.

Redintegrator, oris, *rinnovatore*, instaurator. *Inscript. apud Gruser. p. 459. n. 1.* Redintegratori operum publicorum. *Tertul. de anim. c. 43.* Sominus redintegrator virium.

Redintegratus, a, um, nom. particip. *rinnovato*. *Liv. l. 8. c. 32.* Tunc Papius, redintegrata ira, spoliari magistrum equitum, & vias expediri iussit. Alii leg. *redintegra*. *Ces. l. 3. B. G. c. 26.* Redintegratis viribus, acrius impugnare cœperunt. *Id. l. 2. B. G.* Redintegrato animo.

Redintēgro, as, a. 1. *rinnovare, rificare, ἀνακαθάρω*, instauro, innovo, quasi integrum facio, seu in integrum restituo. *Brut. Cic. l. 11. Fam. epist. 9.* Ne bellum nobis redintegrare possit Antonio sibi conjuncto. *Cic. 1. de Inv. c. 52.* Auditoris memoria redintegrabitur. *Auf. ad Her. l. 2. c. 2.* Enumeratio est, per quam colligimus, & communimus, quibus de rebus verba fecerimus, breviter, ut renovetur, non redintegratur oratio. *Tacit. 4. Ann. c. 33.* Varietates prælorum, clari ducum exitus retinent, ac redintegrant legentium animum. h. e. recreant. ¶ Significat etiam repetere. *Auf. ad Her. l. 4. c. 28.* Interpretatio est, quæ non iterans idem redintegrat verbum, sed commutat.

Redinvento, is, a. 4. rursus inventio, reperio. *Tertul. de anim. c. 46.*

Redinpfico, eris, redeptus sum, d. 3. rem amissam rursus adipifcor, acquirō, assequor. *Plaut. Trin. 4. 3. 15.* Inter eos ne homines condalium te redipfci postulas?

Reditio, onis, *ritorno, ἀπέλις, ἀναρροψή*, reditio, reversio. *Cic. de Am. l. ique*, cum e corporibus excellent, reditum ad cælum patere. *Id. 2. Attic. ep. 3.* Reditus in gratiam. ¶ Reditus item est proventus, *εντρασα, πρὸς δῶν*. Nomen ex eo est, quod singulis annis redcat. *Ovid. l. 2. de Pont. el. 2.* At reditus jam quique suos amat. *Plin. l. 17. c. 1.* Majore singularum reditu, quam erat apud antiquos prædiorum.

Redivia, V. Reduvia.

Rediviva, orum, m. materia diruti ædificii, quæ rursus ad novum ædificium applicatur, vel potest applicari. *Cic. 3. Ver. c. 56.* Rediviva sibi habeto: quasi quidquam redivivi ex illo opere tolleretur, ac non totum opus ex redivivis constitueretur.

Redivivus, ii, m. *απύων*, ricinus, musca canina, fortasse a redeundo, quia sæpius redit. *Col. l. 6. c. 2.* Et ut redivivi, qui plerunque seminibus in hærent, eximantur. Alia exemplaria habent *ricini*.

Redivivus, a, um, *rinvvenuto, rifufoctato*, Ger. *viden erneuuvret*, Gal. *remis en vie*, Hisp. *renacido*, *παλαμω*, quod post interitum redit in vitam. *Sen. l. 3. Declam.* Redivivum me fenem meretrix vocat. ¶ Translate dicitur etiam de rebus inanimatis. *Cic. 3. Ver. c. 56.* Utrum exilifimatis, minus operis esse unam columnam efficere ab integro novam, nullo lapide redivivo, an quatuor illas reponere? V. *Rediviva*.

Rediviva, Silius l. 10. v. 257. bella rediviva. *Juvenal. sat. 6. v. 361.* velut exhausta redivivus pullulet arca nummus.

Redo, onis, m. genus piscis. *Aufon. in Mosel. v. 89.* Et nullo spinæ nociturus acumine redo.

Redolens, entis, o. 3. partic. a redoleo. *Cic. Phil. 2. c. 25.* Is vomens frustis esculentis vinum redolentibus gremium suum, & totum tribunal implevit.

Redoleo, es, lui, litum, n. 2. *rendere odore*, Ger. *stark schmecken*, Gall. *rendre odeur*, *Bayer*, Hisp. *bien oler*, *echar olor*, *απίζω*, odorarem alicujus rei refero, multum oleo. *Virg. 4. Georg.* Redolente thymo fragrantia mella. ¶ Translate *Cic. in Brut. c. 21.* Sed nefcio, quo modo, huius, quem constat eloquentia præstitisse, exilioris orationes sunt, & redolentes magis antiquitatem, quam aut Lælii, aut Scipionis, aut etiam ipsius Catonis.

Redonator, oris, qui rursus donat. *Inscript. ex ævo Constantini, apud Gruser. pag. 1095. n. 7.* Redonatori libertatis.

Redono, as, a. 1. *rendere, ridonare, ἀναδιδωμι*, reddo. *Hor. l. 2. ode 7.* Quis te redonavit Quiritem Diis patriis, Italoque cælo? Adde l. 3. od. 3.

Redordior, iris, orfus sum, d. 4. *ἀνοψίζω*, retexo. *Plin. lib. 6. c. 17.* Unde geminus tæminis nostris labor, redordientiis fila, rursumque texendi. Adde l. 11. c. 22.

Redormio, is, n. 4. *ἀνακοιμάωμαι*, rursus dormio. *Plin. epist. 36. l. 9.* Paulum redormio, dein ambulo. Adde *Cels. l. 1. c. 2.*

Redormitatio, vel

Redormitio, onis, *ἀνακοιμωσις*, actus redormiendi. *Plin. l. 10. c. 75.* In redormitione vana esse visa, prope convenit. *Harduinus* legit *redormitatio*.

Redorno, as, a. 1. rursus orno. *Tertul. de resur. carn. c. 12.* Redornantur & specula Lunæ, quæ mensuram numeris attriverat.

Reduco, is, xi, ctum, a. 3. *ricondere*, *השיב*, Ger. *viderzuruck fuhren*, Gall. *ramener*, Hisp. *reduzir*, *ἀνάγω*, redigo, retraho. *Cic. l. Acad.* Satis eum longo intervallo ad suam villam reduximus. *Balb. ad Cic. l. 8. Attic. epist. 15.* In pristinum concordiam distractos reducere. *Cic. Att. l. 9. epist. 18.* Reducere proditores de exilio. *Id. in Sallust.* Reducere exules. *Tacit. 1. Ann. c. 72.* Legem inajestatis reducere. *Virg. 4. Æn.* Socios a morte reduxit. h. e. eripuit. *Quintil. l. 1. c. 6.* Varie, & multipliciter ad etymum verba reducere. *Valer. Flac. l. 5.* reducere passus. h. e. retrocedere. ¶ Ponitur interdum pro contrahere, in angulum redigere, *ristringere*. *Senec. l. 1. de benef. c. 14.* Nemo hæc ita interpretetur, tanquam reducam liberalitatem, & tæminis archioribus reprimam. ¶ Poetæ, ut primam producant, d geminis. *Lucret. l. 4. v. 490.* Mittunt, & crebras redducunt naribus auras.

Reductio, onis, *riduzione, ἀνάγωγη*, actus reducendi. *Cic. l. 1. Fam. ep. 7.* Quo redutio Regis Alexandrini tibi adempta sit. *Vitruv. l. 5. c. 10. de balneis.* Clypeum æneum catenis pendeat, per cuius reductionis, & demissionis perficietur fudationis temperatura.

Reducto, as, a. 1. frequentat. a reduco. *Aurel. Vi. in Numeriano.* Cum exercitum reduclaret.

Reductor, oris, *riductore, riduttore, ὑπαγωγός*, qui reducit. *Liv. l. 2. c. 33.* Reductori plebis Romanæ in Urbem sumptus tueri detuit. *Plin. l. 8. epist. 12.* Literarum senescientium reductor.

Repugno, as, n. 1. *ripugnare*, ἀπορριπίσι, contra pugno. *Cæf. l. 3. B. G. Nostris primo integris viribus fortiter repugnare.* ¶ Translate sumitur pro contradicere, resistere, obistere, *esser contrario*, ῥιπί, Ger. *voirdesfechten*, Gal. *refisser*, Hisp. *repugnar*, ἀπορριπίω. *Cic. l. 1. Fam. epist. 2.* Coniules neque concedebant, neque valde repugnabant. *Id. de Amic. Tum amicitie repugnat maxime. Id. pro Rosc. Com. c. 17.* Resistere, & repugnare contra veritatem non audet. *Quint. in proa. l. 8.* Circa quæ si is, qui instituitur, non repugnarit. Rursus *Cic. Tusc. 3. c. 29.* Hæc quam inter se repugnant, plerique non vident, h. e. sibi contraria sint. *Id. 3. Tusc. Repugnare perturbationibus.*
Repullesco, is, n. 3. idem quod repullulafco. *Colum. l. 4. c. 24.* (*f. falva est lectio*) Præstat ex vulnere sobolem repullescentem vellere, quam nodosam, & scabram plæam relinquere.
Repullulafco, is, n. 3. ἀναβλαστῶ, rursus pullulafco, & novos pullos, seu nova germina emitto. *Colum. l. 4. c. 22.* Ut juxta cicatricem novellæ frondibus repullulafcant. Alii leg. *repullulafcant*.
Repullulo, as, n. 1. *rigermoglia*, ἀναβλαστῶ, iterum pullulo. Et de arboribus, ac plantis fere temper dicitur. *Plin. l. 16. c. 20.* Larix utis radicibus non repullulat, picea repullulat.
Repulsa, æ, *ripulsa*, ἀπορριπίσι, rejeclio ab honore, seu Magistratu. *Cic. in Vatin. Ut repulsum tuam triumphum suum duxerint. Id. pro Plane. c. 21.* Accipere duas repulsas ædilitatis. *Id. Att. l. 5. ep. 19.* Repulsam libenter ferre. *Id. 1. Offic. Referre repulsam, & calamitatem. Ovid. 2. Metam. Repulsam pati.*
Repullo, as, a. 1. ἀπορριπίσι, freq. a repello. *Lucr. l. 4. v. 912.* Vera repullantî ducedas pectore dicta. *Id. ibid. v. 580.* colles verba repullantes. h. e. vocis repercussu reddentes.
Repulsorius, a, um, adject. ad repellendum idoneus, ut repulsoriæ cohortes, quæ dispositæ sunt ad hostium incursum arcendos.
Repulsus, us, ἀπορριπίσι, actus repellendi. *Cic. 1. de Div. c. 7.* Ortus advegefcit copulorum quæ repullu. *Plin. l. 34. c. 8.* Ut a repullu per advegefcit resiliat.
Repullus, a, um, *ribatuso*, *vigetato*, ἀπορριπίσι. *Cic. pro Sext. Ne quis aut vim vi repullam reprehenderet. Car. apud Fest. Ne quis incultior, religiofior, deterior, publicis negotiis repullior.*
Repunicatio, onis, expolitio velut pumice facta. *Plin. l. 17. c. 26. de remedii arborum.* Vitium extenuatio, & domitura palmitum; gemmarum, si triguis retortidas, hirtaque fecerit, repunicatio, & quædam politura. h. e. decussio, & abradio gemmarum trigore peritricitarum, & inutilium, relictis iis, quæ spem fructus habent.

Repungo, is, a. 3. ἀπορριπίσι, iterum punzo, viciffim punzo. *Cic. lib. 1. Fam. epist. 9.* In quo possem illorum animos mediocriter laceffitus leviter repungere.
Repurgatus, a, um, *ripurgato*. *Ovid. 3. Met. Fulca repurgato fugiebant nubila cœlo.*
Repurgium, ii, n. iterata purgatio. *Justinian. Cod. de aqueduct. l. 1.* Repurgium formarum lacere.
Repurgo, as, a. 1. *ripurgare*, *rinettare*, טרר, Ger. *svol feuberer*, Gal. *repurger*, Hisp. *alimpjar mucho*, ἀπαρῶμεθα, idem quod purgo, vel dingerer, vel iterum purgo. *Ovid. de nucæ, v. 125.* Dumque repurgat lunium. *Liv. l. 44. c. 4.* Repurgare iter.
Reputatio, onis, *confiderazione*, ἀναλογισμὸς, actus reputandi, confideratio. *Plin. lib. 10. c. 37.* Harum volatus in reputationibus exterarum quoque volucrum nos impellit. Adde *Gell. l. 12. c. 5.* ¶ Sumitur etiam pro computatione. *Caus. l. item ex diverso, ff. familia eriscunde.* Si iudex reputationibus intus eos fecerit.
Reputefco, is, n. 3. iterum, vel velle putefco. *Tertul. de anim. c. 32.* Ne aliqua sepulturæ conditione reputefceret.
Reputo, as, a. 1. *penfjare*, *e ripenfare*, רחש, Ger. *betrachten*, Gall. *reputer*, Hisp. *penfjar mucho*, ἀναλογισμὸς. *Cic. 2. de nat. Deor. Hunc horum nihil unquam reputavisse, certo scio. Sallust. in Catil. Cum sententias nonnullorum ipse mecum reputo.* ¶ Item pro computare, compenfare. *Ulpian. l. 1. ff. si pupillus, ff. de tutel. & rat. dist. Item sumptus litis tuæ reputabit, & viatica.* ¶ Item pro imputare, attribuere. *Modestian. l. nihil interest, ff. si cum filius, ff. de inoff. testam. Quod testatoris vitio reputetur.*
Reques, ei, f. 5. vel requies, etis, f. 3. *ripofere*, רישר, Ger. *rube*, Gal. *repa*, Hisp. *defcanso*, ἀναξωρισ, actus requiescendi, cessatio a labore. *Cic. pro Arch. c. 6.* Quantum ad animi, & corporis requiem conceditur. *Idem 5. Fin. c. 19.* Itaque si aut requietem natura non quaerit.
Requetico, is, evi, etum, n. 3. *ripofarfi*, שרר, Ger. *ruben*, Gal. *se repofar*, Hisp. *holgarfo*, *defcansarfe*, ἀναξωρισμα, idem ac quietefco, id est cefso a labore, quietem ago, conquefco, tranquille vivo. *Cic. 1. de Div. Ut in ejus sella requiesceret. Id. 1. Tusc. c. 44.* *ex Ennio. Ubi remissa humana vita corpus requiescat a malis. Alii omittunt præposit. a. Id. 3. Offic. c. 1.* Ille requiescens a Reipublicæ muneribus, otium sibi fumebat. *Id. 1. Att. ep. 13.* Nullius consilio, aut fermone requiescere. *Virg. 1. Georg. Arva mutatis fragibus requiescunt. h. e. cefant a reditu. Ovid. 4. Metam. v. 660. de Atlantæ. Cum tot sideribus cœlum requievit in illo.* ¶ Requiescere in spe alicujus, est spem omnem in illo repositam habere. *Cic. pro Cal. In hujus spe requiescit.* ¶ Legitur & active pro quietum reddere, hñere, retardare. *Virg. 8. Ecl. Et mutata suos requierunt flumina cursus. Calv. apud Serv. in hunc Virg. loc. Sol quoque perpetuus memini requiescere cursus. Propert. l. 2. eleg. 16.* Jupiter Alcmenæ geminas requieverat Arcos. *Et eleg. ult. Quamvis ille suam lassus requiescat avenam.*
Requetorium, ii, sepulcrum. *Inscript. apud Gruter. pag. 1030. n. 8.* Sibi & conjugi karissimæ requetorium fecit.
Requetus, a, um, ἀναξωρισ, qui requievit, quietus, ab opere cessans. *Sen. de tranquill. animi, c. 15.* Animi requieti meliores, & acriorefque furgunt. *Col. l. 2. c. 11.* Terra requietior, & junior, h. e. quæ a cultu cessavit. ¶ *Requetium lac* dicitur ab eodem *Col. l. 7. c. 8.* quod aliquantum inveteratum est, & recenti opponitur, Eodem sensu *requetus ora* dicitur *l. 8. c. 5.*
Requirito, as, a. 1. freq. a requiro. *Plaut. Most. 4. 3. 11.* Quid tu otiosus res novis requiritas?
Requiro, is, iivi, fitum, a. 3. *ricercare*, רכש, Germ. *heiffig suchen*, Gal. *requerir*, *rechercher*, Hisp. *requerir*, ἐπιρριπίσι, rursus, vel sæpius quaero, diligenter quaero. *Cic. 3. Fin. Tu autem, cum ipse tantum librorum habbas, quos hic tandem requiris?* ¶ Sumitur etiam pro inquirere, inspicere, animadvertere. *Caus. l. 4. ff. de testam. Requiremus, an secundum regulas juris civilis testatus sit.* ¶ Item pro interrogare. *Cic. 1. Acad. Illud autem mihi ante hoc tempus nunquam in mentem venit a te requirere. Id. pro Cal. Ex quibus requirant, quoniam modo latuerint.* ¶ Item pro postulare, flagitare, depofcere. *Cic. 7. Per. Vestram fitem implorant, vestrum auxilium requirunt.* ¶ Item pro desiderare. *Cic. in Parad. In quo equidem continentiffimorum hominum majorum nostrorum prudentiam requiro. Id. de Sen. Denique isto bono utare, dum adit, quam abfit, ne requiras. ¶ Item pro opus habere, indigere. *Cic. 1. Fin. Virtutem autem n. xam hoc honesto nullam requirere voluptatem.* ¶ In passiva constructione accipitur pro necessarium esse. *Cic. pro Leg. Man. Atque in hoc bello Asiatico, & Regia non solum militaribus illa virtus, quæ est in Cn. Pompejo singularis, sed alia quoque virtutes animi multæ, & magnæ requiruntur.*
Requisitio, onis, inquisitio, indagatio. *Gell. l. 18. c. 2.* Historiæ antiquioris requisitio.
Requisitus, a, um, nom. partic. a requiro. *Requisita naturæ, absolute pro rebus naturæ necessariis, hoc est alvi exoneratione, Sallustius dixit apud Quintil. l. 8. c. 6.* Sic *Spasian. in Carac. c. 6.* Ad requisita naturæ defcedere.
Res, rei, f. 5. *cofa*, *fatto*, דבר, Ger. *ding*, Gall. *chofe*, Hisp. *cofa hazienda*, ἀπαρῶμεθα, ῥεπτο, factum, actio, opus. Multa de vocis origine nuzantur Etymologi, quos vide apud *Voff. in Etymol.* Latiffime autem patet ejus significatio, & retertur ad omnia, quæcunque fieri, aut dici possunt. *Cic. pro Rosc. Amer. Qui recuset, eum pro cœlo, tamen si verbum non audeat, tamen re ipsa de maleficio suo confiteri, id factu. Id. pro Quirif. Deinde habet adverbium P. Quirifius verbo Sex. Nevium, re vera hujus ætatis homines disertiffimos. Id. pro Cluent. Verbo ille reus erat, re quidem vera, & periculo, & tota accusatione Oppianicus. Id. l. 1. Fam. Si rem istam ex sententia gesserit. Id. 1. de nat. Deor. Quid, quod earum rerum, quæ nunquam omnino fuerunt, neque effluerunt, ut Scyllæ, & Chimææ? ¶ Interdum res sumitur, ut distinguitur a verbis orationis Oratoris, nempe pro sententia, seu materia, de qua differitur. *Cic. 1. de Orat. Est enim & scientia comprehendeda rerum plurimarum, sine qua verborum volubilitas inanis, atque irradians est. Id. Parad. 4. Te dementem, & insanum rebus adicam necessariis. h. e. argumentis.* ¶ Accipitur etiam pro statu, seu conditione, ut res secundæ, adversæ, salvæ, integræ, contractæ, deterioris, dubiæ, periculofæ, perturbatæ, desperatæ, perditæ, conversæ, everfæ, &c. *Cic. in Fam. Id enim rebus nostris minime conducebat. Sallust. 1. Catil. Mala res, spes multo asperior. Adde Liv. Virg. Quirif. Gell. & alios.* ¶ Item pro Republica, pro societate humana, pro vita civili. *Cic. 4. Fam. Sed quia tanta perturbatio, & confusio rerum est. Virg. 6. Æa. Hic rem Romanam magno turbante tumultu siflet eques. Id. 7. Æneid. Postquam res Atinæ, Priamique evertere gentem immeritam vim Superis. Cic. pro Rosc. Amer. Prudentiffima civitas Atheniensium, dum ea rerum potentia est, tulle traditur. hoc eam dum imperium habuit. ¶ Item pro cœlo, divitiis, patrimonio, *vota*, *ricercare*. *Tac. 6. Ann. c. 17.****

c. 17. Eversio rei familiaris. *Terent. Adel.* Tu illos duos olim pro te tollebas tua. *Id. Phorm.* 2. 4. Quæ in rem tuam sint, ea facias. h. e. quæ utilia sint. *Cic. 13. Fam.* Is, cum antea meis commendationibus & non & gratiam, & auctoritatem suam tueri confueverit. *Id. 1. 2. Off.* Non esse in civitate duos millia hominum, qui rem haberent. id est qui patrimonium, & bona propria possiderent. ¶ Item pro hæreditate, pretio, æstimatione. *Ter. Phorm.* At si talentum rem reliquisset decem. ¶ Item pro negotio, commercio, ut Res operosa, Res gravis, Res tua agitur, Res perbono loco est, est in integro, Ita res habet, sic se res habet, quomodo se habeat, Res inclinatur, Res magnæ moventur, Res mihi est cum aliquo, Rem in eum locum adduco, Rem adduco in discrimen, Rem fuscipio, ago, procuro, conficio, differo, abjicio, rejicio, alicui committo, & ad aliquem defero, quæ omnia passim leguntur apud *Cic. Liv. Virg. & alios.* ¶ Item pro lite, & contentione. Hinc Res comprehendenda dicitur, cum causæ (id est iudicium) in alium diem dilata est. *Pest. Res iudicata* dicitur, quæ finem controversiarum pronuntiatione accipit, quod vel condemnatione, vel absolute contigit, ut auctor est *Ulpianus*. Sic *Hæbera rem cum adversario*, notio apud *JCtos* frequens est. Unde eorum verba in actionibus usitata rem, sive litem, quomodo & *Varro* locutus *l. 6. de L. L.* Ridet hoc nomine *JCtos Cic. pro Mur. c. 12.* Jam, inquit, illud quidem mihi mirum videri solet, tot homines, tam ingeniosos, per tot annos, etiam nunc statueri non potuisse, utrum diem tertium, an perenniduum, iudicem, an arbitrum, rem, an litem dici oporteret. *Afin. ad Cic. l. 10. Fam.* Cum huiusmodi portento res mihi fuit. ¶ Hinc proferri res dicuntur, cum iudicium indicitur, & foram vacat. *Plaut. Capt. 1. 1. 10. V. Prolatus.* ¶ Item pro actu venero, ut *Hæbere rem*, id est coire. *Terent. Eun.* Quocum uno rem habebam tum habere. Adde *Plaut. Merc. 2. 4. 35.* ¶ Item pro experientia, effectu. *Cic. de Sen. Ut ea, quæ ex me audistis, re ex parte probare possitis.* ¶ *E, vel ex re mea*, est in meum commodum. *Cic. Att. l. 5.* Statues, ut ex fide, fama, reque mea videbitur. ¶ Item pro periculo, *Ter. Phorm.* Tamen non capitis ejus res agitur, sed pecuniæ. ¶ Item pro causa. *Cic. l. 3. Fam. ep. 10.* Quam ob rem istum laborem tibi etiam honori putarem fore. *Id. Acad. c. 34.* Superius illud ea re esse concessum, quod &c. ¶ Item pro veritate. *Ter. Adelph.* Verum cogito, quod res est. *Id. Andr. 1. 2.* Rem ipsam loqui. ¶ Item pro bello, vel pralio. *Plin. l. 2. c. 67.* In Arabico sinu res gerente C. Cæfare Augusti filio, id est belligerante. ¶ Item pro modo, ac ratione. *Cic. 6. Fam. ep. 9.* Quam mihi necesse sit ejus salutem, & fortunam, quibuscumque rebus possim, tueri. ¶ Item pro tempore, Italice occasione, o sia incontro. *Id. ibid.* Cum cognorim pluribus rebus, quid tu sentires. *Id. ib. ep. 10.* Ut multis rebus intelligere potui. ¶ *Alia res agere* interdum est non attendere ad id, quod dicimus, aut tacimus. *Cic. l. 15. Fam. ad Cassium.* Itaque facio me alias res agere, ne convincam Platonic exaudiam. ¶ Ad rem verba conferre, is dicitur, qui aggreditur agere, quod dixit. *Terent. Eun. 4. 6.* Verba dum sint: Verum enim si ad rem conierentur, vapulabit. ¶ Juberè aliquam inuicem res suas sibi habere, vel sibi agere, est eam repudiare. *Cic. in Phil.* Miniam illam suam sibi res habere dixit ex *12. Tabulis*, claves ademit, exegit. ¶ *Ab re*, aliquando est ab eventu. *Liv. l. 1. c. 17.* Id ab re Interregnum appellatum. ¶ Interdum significat sine causa, præter propositum. *Plaut. Capt. 2. 2. 88.* Quidvis, dum ab re nihil oras, faciam. *Sueton. in Aug. c. 94.* Non ab re fuerit subtexere. ¶ Interdum valet præter rem, h. e. contra utilitatem. *Plaut. Trin. 1. 3. 71.* Si papillam pertractavit, haud id est ab re accipis. *Id. Trin. 2. 1. 12.* Ab re consulere. ¶ *E re nata*, est ex occasione rei præsentis. *Ter. Adel. 3. 1.* E re nata melius fieri haud potuit. ¶ *Pro re nata*, est pro eventu rei, & occasione, pro præsentis rerum statu, & uti res nunc se habent. *Cic. Att. l. 14. ep. 6.* Antonii colloquium cum heroibus nostris pro re nata non incommodum. ¶ Res divina, est sacrificium. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 18.* Cui rem divinam facere solemus. ¶ Res militaris, res bellica est scientia, & negotium armorum, *Nepos 1. cap. 8.* Sic res navalis, aut nautica, ars navigandi; res pastoris, ars pastorum, *Cic. & Var.* ¶ Summa rerum, est summa potestas. *Nepos 18. c. 5.* Summa rerum ad Antipatrum defertur. ¶ Rei alicui esse dicitur, qui truci est, probus, utilis. *Terent. Adel. 3. 3. 4.* Si illi potest, qui alicui rei est, etiam ad nequitiam abducere. Contra *Gel. l. 13. c. 29.* Muficam, quæ sit abscondita, nulli rei esse. ¶ Res voluptuaria. h. e. voluptates, apud *Plaut. Amph. 2. 2.* Res cibi, hoc est ipse cibus, apud *Phædr. fab. 65.* locutiones sunt Græcismum sapientes. *V. Toubman. ad Plaut. loc. cit.*

Resacro. V. Refecro.
 Refævio, is, n. 4. iterum fævio. *Ovid. 1. Trist. eleg. 1. v. 103.* Quæque quiescebat, ne mota refæviat ira.
 Refalutatio, onis, actus refalutandi. *Sueton. in Ner. c. 37.* Neque quinquam osculo impertivit, ac ne refalutatione quidem.
 Refaluto, as, a. 1. *refalutare, ἀνασώζωμαι*, salutantem saluto. *Cic. 2. Phil. c. 41.* Sed tamen inter omnes contabat, neimem esse refalutatum. *Martial. l. 4. epigr. 84.* Nullum refalutatum, despicit omnes.
 Refanefco, is, n. 3. fanus fio. Translatè *Lactant. l. 5. c. 2.* Ut susceptis deorum cultibus refanefcant. *Ovid. 1. Amor. eleg. 10. v. 9.* Nunc timor omnis abest, animique refanuit error.
 Resano, as, a. 1. *resanare*, iterum sano. *Lactant. l. 4. c. 20.* Ne adjuce ret eos in pœnitentiam, atque resanaret. Adde *l. 5. c. 22.*
 Refarctio, is, si, tum, a. 4. *refarcire, rifare di nuovo*, כרר, Ger. *unverderben*, Gal. *vacouir*, Hisp. *remendar, αναρξάπτω*, restauro, in integrum restituo, reficio. *Ter. Adel. 1. 1. 41.* Fores effregit? restituentur. Didicidit veltem? refarcietur. ¶ Translatè sumitur pro compensare. *Sueton. in Claud. c. 6.* Ac damnum liberalitate sua refarturum pollicente. Adde *Cic. l. 1. Fam. ep. 9.*
 Refarrtio, is, ivi, itum, a. 4. *refarrare a zappare, ἀνακρίλλω*, rursus farratio. *Plin. l. 18. c. 20.* Cum hyme prægelida captæ segetes essent, referevunt, refarrantes campos mense Martio.
 Refcindo, is, refcidi, refcissum, a. 3. *scindere, tagliare*, כרר, Ger. *abfchneiden*, Gal. *couper, abolir*, Hisp. *corrar, desfruyr, ἀνακρίλλω*, iterum scindere, sive cædo. Dicitur de omnibus, quæ scinduntur, vel refciantur ferro, aut alio quocumque instrumento. *Cæf. l. 1. B. G. Pontem*, qui erat ad Oenevam, jubet refcindi. *Colum. lib. 2. c. 14.* Et quod falx reliquerit, priusquam inarescat, vomis refcindat, atque obruat. *Virg. 3. Georg. l. 5. controu. 34. a med.* Cadaverum artus refcindere, ut nervorum articularumque positio cognosci possit. h. e. concidere, *far la notomia*. ¶ Translatè sumitur pro destruere, evertere, *Virg. 1. Georgie.* Cœlum refcindere fratres ter sunt conati. ¶ Item pro abrogare, abolere, tollere. *Cic. 13. Phil. cap. 3.* Acta Antonii refcidistis, leges refcistis per vim. *Id. de Prov. consul. c. 5.* Refcindere pactiones. *Id. Ver. 3.* Refcindere voluntatem mortui, *tagliare un testamento.* *Senec. l. 3. de benef. c. 13.* Refcindere beneficium suum insequenti injuria. ¶ Item pro reficere, iterum commperare, quasi rursus vulnera aperire. *Ovid. l. 3. Trist.*

leg. 11. Refciadere crimina noli, Deque gravi duras ulcere tolle ma-
 olog.
 Refcio, is, ivi, vel ii, itum, a. 4. *reficere*, כרר, Ger. *ersfahren in-
 nen vuerden*, Gal. *dire adverty apres le fait*, Hisp. *saber desputes, מאר-
 פאר*, est factum aliquod occultis, aut inopinatum, insperatumque
 recognoscere. *Ter. Adelph. 5. 3.* En tibi, refcivit omnem rem. *Cic. 3.
 Offic.* Cum id refcierit, soluturus ne sit, &c. *Cæf. Cic. l. 8. Fam. ep. 12.*
 Id postquam refcivit, excaudit.
 Reficissio, is, a. 3. idem ac refcio. *Terent. Hec. 5. 4. 27.* Omnia omnes u-
 bi refciscunt hi, quos par fuerat refciscere, sciunt.
 Reficissio, onis, saglio, actus refciscendi. *Callistr. l. quod semel, ff. de decr.
 ab ord. fac.* Si ad publicam utilitatem refciciat reficissio prioris decreti.
 Reficillorius, a, um, quod pertinet ad refcissionem. *Ulpian. l. nec non,
 ff. ex quibus causis maiores, &c.* Exemplo reficilloriz actionis etiam exceptio
 ei, qui Respub. causa abluit, competit.
 Reficissus, a, um, *ἀνεργημένος*, partic. a refcindor. *Lucan. l. 4. v. 328.*
 Reficissoque nocent suspuria dura palato. *Propert. l. 3. eleg. 8.* reficissio pe-
 ctora nuda sinu.
 Refcribo, is, pti, ptum, a. 3. *refcrivere*, Ger. *vider schreiben*, Gal.
refcrire, Hisp. *responder a lo que otro escrivió, ἀντιγράψω*, rursus scribo,
 alterius scripto respondeo. *Cic. Att. l. 7.* Uni tuz difertissimæ epi-
 stolæ non refcripsi. *Id. l. 1. Fam. epist. 9.* Ut tibi refcribam ad ea, quæ
 quæris. ¶ Sumitur etiam pro simplici scribo, vel describo. *Cic. 4.
 Tusc. c. 2.* Ex quo perspicuum est, & cantus tum fuisse refcriptos vo-
 cum sonis, & carmina. id est scriptos, & notatos suis sonis, ut a Mu-
 sicis sit. ¶ Item pro e contrario scribere, seu scribere contra ea,
 quæ alii scripserunt. *Quintil. l. 10. c. 5.* Melius hoc, quàm refcribere
 veteribus Oratoribus. *Sueton. de clar. Grammat. c. 19.* Cujus etiam libris
 de orthographia refcriptis, non sine infestatione studiorum, morum-
 que ejus. ¶ Item pro transcribere. *Cæf. l. 1. B. G.* Refscribere legio-
 nem ad equum. id est eam, quæ peditum erat, in numerum equitum
 referre. ¶ Item pro recennie, mutare, emendare prius scripta.
Plin. l. 5. epist. 8. Potes sinul refcribere actiones, &c. *Prius autem dixerat:*
 Egi magnas, & graves causas: has destino retrahere. *Suet. in
 Cæf. c. 56.* Parum diligenter compositos putat (commentarios) existi-
 matque refcripturum, & correcturum fuisse. ¶ Refscribere nummos a-
 licui, est restituere, sive per mensæ scripturam reddere, quemadmodum
 scribere nummos, est dare: atque hoc ideo, inquit *Domas, ad
 Terent. Phorm. 5. 7. 28.* quia ad pecuniæ numerationem solet scriptura
 accedere, qua tum debitori, tum creditori cavetur. *Terens. loc. cit.*
 Tranu ad forum, atque illud mini argentum rursus fide refcribi.
 Refcriptio, onis, idem ac refcriptum. *Julian. l. 8. ff. de offic. præfid.* Hac re-
 fcriptione non imponi necessitatem proconsuli. Adde *legem sequentem.*
 Refcriptum, i, refcripto, *ἀντιγράφον*, id genus epistolæ, quo Imper-
 ratores consulentibus se te respondent, cuiusmodi sunt, quas decreta-
 les vocant. *Ulp. l. 1. ff. de appellat.* Quæritum est, an adversus refcriptum
 Principis revocari possit. Adde *Tac. Ann. 6. c. 9.*
 Refcula, V. Recula.
 Refculpo, is, pii, lptum, a. 1. rursus sculpo, seu fingo. *Prudent. in præfat.
 Pjppem. v. 51.* Quam (lineam) nostra recto linea refculperat pede. *Ter-
 tull. de jejun. c. 5.* Populus primi hominis refculperat crimen.
 Refecatus, a, um, partic. a refeco. Comp. refeculor pro ferveriore. *Apul.
 de Do. Socraris.* Sic enim ferme alicuius apud prudentes viros esse in o-
 peribus iudicatio refeculor, in rebus subitariis venia prolixior.
 Resëco, as, cui, ctum, a. 3. *resaglaro, tagliare via*, כרר, Germ. *ab-
 schneiden*, Gal. *couper*, Hisp. *corrar, ἀνακρίλλω*, idem ac seco, refcindo,
 amputo. *Ovid. 11. Metam.* Sed altissus longos ferro refecare capillos.
Col. l. 5. c. 9. Mulco arbores instantantur, quem nisi ferramento refecue-
 ris, &c. ¶ Translatè sumitur pro reprimere, tollere, destruerè.
Cic. Att. l. 1. ep. 18. In qua ego nactus, ut mihi videbar, locum refecan-
 dæ hibidinis, & coerendæ juvenutis. *Horat. l. 1. od. 11.* Refecare
 spem longam. ¶ *Refecare ad vivum*, per translationem, est aliquid
 nimium stricte agere, ductum ab his, qui vel unguis usque ad vivum,
 vel arbores usque ad radices refecant. *Cic. de Amic. c. 5.* Nec id ad vi-
 vum refeco, ut si, qui hæc subtilius differunt. Proprie, *Col. l. 6. c. 12.*
 Extrema pars unguis ad vivum refecatur.
 Resëro, as, a. 1. *ἀνθελαιο*, est contrarias preces facere, solve re reli-
 gione, a sacro. Nam obicero, & refecro opponuntur. Utique (ait
Fest.) cum reus populum comitis oraverat per Deos, ut eo periculo
 liberaretur, jubebat Magistratus eum refecrare. Nemp qui obsecrat,
 votis suis quasi vincit, qui refecrat, obsecratione, ac devotione liber-
 rat, & solvit. *Plaut. Aul. 4. 7. 4.* Nunc te obsecro, Fac mentionem cum
 avunculo, mater mea, Refecroque mater, quod dudum obsecraveram.
Id. Pers. l. 1. 49. To. Obsecro te. Sa. Refecro. Alii uni personæ hæc
 verba tribuunt, atque ita legunt: Obsecro te, refecro, operam da
 hanc mihi fidelem. h. e. obsecro te, & valde rursusque obsecro. *Nep.
 in Alcib. c. 6.* Idem illi Eumolpidæ Sacerdotes refecrare sunt coacti,
 qui eum devoverant. Alii leg. *refecrare.*
 Reflectio, onis, *taglio, ἀνακρίση*, actus refecantli. *Col. l. 4. c. 29.* Etiam si
 quatuor digitis a reflectione abuerit. Et c. 24. Reflectionem facere.
 Reflectus, a, um, *tagliato, ἀνακρίτηναιος*. *Cic. 2. de Div.* Aut quorum lin-
 guæ sic inhaerent, ut loqui non possent, hæc scalpello refecrà libera-
 rentur? *Id. in Pison.* Quem Carthaginienses refecrà palpebris illigatum
 in machina vigilando necaverunt. *Ovid. 4. Trist. eleg. 10.* Reflecta barba.
 Refecutus, V. Refequor.
 Resëda, æ, genus herbæ, a *resedo*, quia morbos sedaret. *Plin. l. 27. c. 12. in
 fin.* Circa Ariminum nota est herba, quam resedam vocant. Discuti col-
 lectiones, inflammationesque omnes. Qui curant ea, addunt hæc verba:
Reseda morbos reseda. Scis ne, scis nequis hic pullos egeris? Radices
 nec caput, nec pedes habeant. Hæc ter dicunt, totiesque despuunt.
 Resëdo, as, a. 1. sedo, cædare lacio. V. verba Plinii in dictione præcedenti.
 Refegmen, inis, *tagliatura, ἀνακρίμα*, quod refecatur, ut Refegmen
 unguium, quod ex unguibus amputatur. *Plin. l. 28. c. 15.* Omnia per-
 secuti usque ad refegmina unguium.
 Refemino, as, a. 1. rursus semino. *Ovid. 15. Metam. v. 592. de Phaniee.*
 Una est, quæ reparat, seque ipsa refeminet, ales.
 Resëquor, eris, quutus, vel cutus sum, *rispondere, foggungers*, post
 loquendo sequor. *Ovid. 8. Metam. v. 849.* Se quæri gaudentes, sic est
 refecuta rogantem. *Auson. epist. 25. v. 68. de Echo.* Solatur nostras Echo
 refecuta querelas.
 Referrtus, a, um, *ἀνεργημένος*, apertus. *Ovid. 2. Fast. v. 455.* Et sex re-
 ferat diebus Carceris *Æolii* janua lata patet.
 Referrtus, us, m. actus referandi. *Sidon. l. 9. epist. 11.* In voluminis i-
 psum, operisque referatur.
 Resëro, is, refervi, a. 3. *riseminare, ἀνασπείρω*, rursus semino, seu
 rursus planto. *Plin. l. 18. c. 20.* Nam cum hyme prægelida captæ se-
 getes essent, referevunt, referrantes campos mense Martio. *Colum. l. 2.
 c. 11.* Si refere re velimus.
 Resëro, as, a. 1. *aprire*, כרר, Ger. *auffschließen*, Gal. *ouvrir*, Hisp. *abrir*,
 ἀρει-

Reseruo, a sero, quia sera remota, valvæ patefunt. *Virg. 12. Æn.* Urbem alii referare jubent. Sæpe translate fumiur. *Cic. 2. Off. c. 15.* Quamobrem nec ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit, nec ita referanda, ut pateat omnibus. *Id. 7. Phil. c. 1.* Referare nos exteris gentibus Italiam iuberet. Est etiam declarare, detegere. *Ovid. 15. Met.* augustin referabo oraculam mentis.

Reservatus, a, um, nom. partic. *reservatus, salvatus. Cic. Catil. 4. c. 9.* Habetis Confulem ex plurimis periculis, & insidiis ad salutem vestram reservatum.

Reservo, as, a. 1. *reservare, ארזא, Germ. behalten, Gal. réserver, Hisp. guardar, ארזא, ab aliis servo, in aliud tempus servo. Cic. in Or. Usum loquendi populo concessi, scientiam mihi reservavi. Id. ad Q. Frat. 1. 2.* Præsertim sermoni referentur cætera. *Virg. 4. Æn.* Aut quæ me ad majora refero? *Cato R. R. c. 29.* Quartam partem agri in pratium referare. *Ruricius Cic. de prov. Consul. c. 20.* Referare in aliud tempus.

Reses, idis, o. 3. *cardo, oryzofo, ארזא, legnis, otiosus, a solito opere defuetus, a residendo, ut deses a desidendo. Virg. 1. Æn. v. 722.* Et vivo tentat prævertere amore Jam pridem resedes animos, defuetaque corda. *Liv. 1. 2. c. 32.* Timuere Patres residem in urbe Plœbem. *Valer. Flac. 1. 8.* Resides curas solvere. Reses aqua, quæ non fluit. *Var. 1. 3. de R. R. c. 17.* In residem aquam, & locis pestilentibus habitarent pitces ejus.

Refex, æcis, m. 3. *rafolo, planta trunco direpta, quæ vel terræ, vel etiam stirpi recisæ inseritur, & speciatim fermentum velis annotinum, quod putatur, ut fructum ferat. Col. 1. 3. c. 10.* Et ideo refecam summitti, ut progenerare possit. *Idem l. 5. c. 5.* Refeces bigemmes.

Residēo, es, edi, esum, n. 2. *residere, ארזא, Ger. er sitzen, Gal. resider, ère assis, Hisp. resider, estar assentando, ארזא, sedeo, firmiter sto, quiesco. Cic. 3. Fin. Sed resideamus, inquit, si placet. Virg. 5. Æn. v. 180.* siccaque in rupe residet. Pro inclinari, descendere. V. Resido. Translate est cessare, desinere. *Plaut. Capt. 3. 1. 8.* Itaque venter, gutturque residet esurialis ferias. h. e. otiose, sedentium instar, ab opere suo cessant, ferialeque agitant dicatas esuritioni. *Virg. 7. Æn. v. 27.* Omnifque repente resedit flatus, idest cessavit. *Cic. 2. Fam. ep. 2.* Marcelli impetus resederunt. Item per translationem accipitur pro esse, inhære. *Cic. ad Q. Frat. lib. 1. ep. 1.* Atque iis rebus gestis, in quibus non potest residere inertia, aut levitatis ulla suspicio. *Id. Pam. 12. ep. 3.* Residet spes in virtute tua. *Id. pro Dom. c. 23.* Cum horum etiam rectis, ac sedibus residere aliquando bellum tempus videtur.

Residia, æ, *pigrizia. Plaut. Merc. prol. v. 29.* Inhæret etiam aviditas, residia, injuria. Alii desidia leg.

Resido, is, edi, esum, n. 3. *metessi a sedere, ארזא, idem ac resideo, nisi quod motum quandam importat, quasi ad residendum descendendo. Plin. 1. 8. c. 37.* Residunt in clunes, & binis pedibus gradiuntur. *Lucret. 1. 2. v. 1008.* Neve putes, æterna penes residere posse corpora. h. e. incorrupta durare. Est etiam inclinari, descendere. *Cic. in Pison. c. 33.* Perfecit ille, ut si montes resedissent, amnes exarissent, non naturæ prætidio, sed sua victoria, Italiam muniam haberemus. *Horat. 1. 2. od. 20.* Jam jam residunt cruribus asperæ pelles. h. e. descendunt, & incipiunt crura obterege. Translate ad alia pro cessare, quiescere. *Virg. 6. Æn.* Tumida ex ira tum corda residunt. Item pro superesse, residuum esse. *Plin. 1. 28. c. 9.* Donec tres uncie & toto residant. Item pro consistere. *Plin. ster l. 4. ep. 22.* Viennensium vitia inter ipsos residunt, nostra late vagantur.

Residuum, a, um, *residuo, rimanente, ארזא, Ger. übrig, Gal. la reste, Hisp. restante, ארזא, quod residet, superest, reliquum est, a resistendo, ut defiduum desidendo. Planc. Cic. 1. 10. Fam. ep. 11.* Cupio nehercules, non nullum residuum sollicitudinem esse. *Suer. in Aug. c. 73.* Residuis lectis, atque mensis, quorum pleraque vix privata elegantia sunt. *Liv. 1. 29. c. pennis.* Reliqua, & vetus simulas. Residua, orum, de quibus titulus est in ff. l. 48. tit. 13. dicuntur pecuniæ, quæ ex majori summa in manu alicuius reliquæ sunt, resti. Sic apud *Auson. in gratian. action.* residua tributorum condonare. Adde *Paul. & Martian. J. C. tot loc. cit. leg. 2. & 4.*

Resignaculum, i, idem quod signaculum. *Tertul. 1. 2. adv. Marcion. c. 10.* Resignaculum similitudinis.

Resignatrix, icis, quæ resignat, aperit, recludit. *Tertul. de habit. mulier. c. 1.* Eva arboris illius resignatrix.

Resignatus, a, um, *aperto, ut Resignatæ literæ, Cic. Att. lib. 11. ep. 9.* Resignatus ex dicebatur militi, cum ob delictum, justo Tribuni militum, ne stipendium ei daretur, in tabulas referrebat, a resigno, quæ notat referre. *Fest.*

Resigno, as, a. 1. *aprire, ארזא, Ger. zeichen abthun, Gal. dessceler, Hisp. abrir, ארזא, est signum tollere, quod signatum erat, aperire, patefacere. Est enim contrarium suo simplici signo. Horat. 1. 1. ep. 7.* Et opella torensîs adducit febres, & testamenta resignat. *Plaut. Trinum. 3. 3. 65.* Resignare, & inspicere literas. *Virg. 4. Æn. v. 244.* Dat somnos, admittique, & lumina morte resignat. *Servius* hoc loco putat usurpari contraria significatione pro claudere. At alii cum *Turnebo* Interpretes pro aperire accipiunt, ex more scilicet Romanorum aperiendi detuncti oculos in rogo, quos domi clausissent, ut legitur apud *Plin. lib. 11. c. 37.* Pro signare, seu signum apponere affertur a nonnullis Lexicographis illud *Colum. de arbor. c. 20.* Priusquam arbutulas transferas, rubrica resignato. At integra, & sana lectio est: rubrica, vel alia qualibet re signato. Translate est declarare, explicare. *Ovid. 6. Fast. v. 535.* Nunc ait, o vates, venientia tata resigna. Item referre, reddere, ut ajunt *Aro, & Porphyrio*, quod fit, cum in libris datorum, & acceptorum, pecuniam, quam acceptam signavimus, redditam demonstramus. *Horat. 1. 3. od. 19. de Fortuna.* Si celeres quatit pennas, resigno, quæ dedit. *Sen. 1. 6. de benef. c. 40.* Quare quasi cum acerbo fœneratore resignare rationem parem propterea? h. e. rationes æquare. Plures tamen optimæ Editiones habent signare. Item tollere, perimere, abrogare, dissolvere. *Cic. pro Arch. c. 5.* Gabinii, quando in contumaciam fuit, lenitas, post damnationem calamitas omnem tabularum fidem resignasset. *Sil. 1. 17. v. 429.* irrumpit mole ruinæ Aufonium globus, & perijuria Graja resignat. h. e. denfam phalangem Macedonum perjurorum aperit, laxat, ordines irrumpendo turbat.

Resilio, is, livi, vel lii, fultum, n. 4. *resilire in æetro, Ger. vvider hinder springen, Gal. resillir, Hisp. saltar atras, ארזא, in contrarium salio, subito pedem refero, cito recedo. Flor. 1. 3. c. 6.* Piratæ in aquas suas resiliunt. Resilire item dicitur, quod corpori duro illi-um repellitur, atque repercutitur. *Ovid. 12. Met. v. 480.* Non secus hæc resilit, quam tecti a culmine grandio. Translate sumitur pro decre- scere, contrahi, minui. Sic mamma resilit dicitur, quando iterilescit, quasi retro saliat, sive intro lac ipsum, quod in mamma est. *Plin. 1. 11. c. 40.* Detraho mamma alumino suo, sterilecit illico, ac resilit. Item pro abire, discedere. *Ulpian. 1. Sabinius, ff. de in diem addition. Ut licet emptori resilit, meliore conditione allata, retrarsi dal contratto.* Item pro non hære, non convenire, ducta metaphora ab iis, quæ corpori duro illis repelluntur. *Cic. pro Rosc. Amer. c. 29.* Ut non modo ab hoc crimine resilitr videas, verum omnem suspitionem in vos-

metipfos recidere intelligas.

Resinus, a, um, *vincagato, ארזא, qui nares habet depressas, extremitate fursum reflexa, a re, & simus. Var. 1. 2. de R. R. c. 9.* Labris subnigris, aut rubicundis, neque resimis superioribus, neque pendulis subtus. *Plin. 1. 8. c. 25.* Roitro resimo, cauda, & dentibus apro- muducis. *Col. 1. 6. c. 1.* Parandi sunt boves, naribus resimis, patulisque. Translate ad alia pro reflexo, & lato. *Cels. 1. 8.* Lamina ferrea est, ænea, firma, paulum resima.

Resina, æ, *resina, gomma, ארזא, Ger. harz, Gall. résine, Hisp. raffina, ארזא, humor tenax ex arboribus defluens, in iisdemque residens, a Græca voce allata. A Medicis multiplex describitur. Sed generatum duæ sunt species, arida, & humida. Et profusus omnis stomacho conducit, & sanguinis rejectioni. In primisque probatur, quæ a terebinthino arbore terebinthina est appellata, quæ nascitur in Arabia, in Judæa, in Syria, in Cypro, in Lycia, & in Cycladibus. Quæ alba, præstantior est, nitri colorem habens, & nonnihil cœrulei. Plin. 1. 16. cap. 10.* Pinus fert minimum resinæ, interdum & nucibus ipsis. Resina veteres utebantur ad pilos corporis evellendos, & cutem lævigandam. *V. Marcial. 1. 3. epigr. 74.*

Resinaculus, a, um, *resinaculus, quod resinam refert. Plin. 1. 24. c. 11.* Alterum sterile, alterum cui & caulis, & semen resinaceum.

Resinâlis, le, & adject. a resina. *Cal. Aurel. Tard. 2. c. 17.* Resinâle quid in se habere.

Resinatus, a, um, *resinatus, resina illitus. Juven. sat. 8. v. 114.* Quid resinata juvenus, idest mollis. Resina enim pilos evellabant. Sumitur etiam pro eo, cui resina admista est. *Marcial. 1. 3. epigr. 77.* Resinata bibis vina, Falerna tugis. Adde *Plin. 1. 23. c. 1.*

Resino, is, ivi, itum, a. 3. *resinare, derelinquo. Cic. 3. Q. Fr. ep. 1. c. 2.* Fundum audio te hunc velle resinere. Rectius optimus quique codex resinere. Resinosus, a, um, *resinosus, resina abundans. Plin. 1. 15. c. 67.* Est enim pinguis, & resinosis. *Col. 1. 12. c. 20.* Medicamina resinosa.

Resinûla, æ, f. diminut. a resina. *Arnob. 1. 7. pag. 233.* Nucina non indigne sustinent, Panchaicas sibi ardent resinulas.

Resipio, is, pui, & pii, sine sup. n. 3. *aver sapore, Ger. nach etwas schmecken, Gal. avoir, senteur, sentir, Hisp. tener sabor, ארזא, saporem rei alicuius refero, ex re, & sapio. Plin. 1. 14. c. 1.* Jam inventa vitis per se in vino picem resipiens. Translate sumitur pro priorem mentis statum, vel ad meliorem mentem redire. *Cic. Att. 1. 4. ep. 5.* Vix aliquando te auctore resipui. *Plaut. Ml. 4. 8. 35.* Jam resipisti?

Resipiscencia, æ, actus resipiscendi, ad meliorem mentem revertio, pœnitentia. *Lactant. 1. 6. c. 24.* resipiscens nos postsumus resipiscenciam dicere.

Resipisco, is, n. 3. incipio resipere, ad mentis sanitatem redeo, *virorari in cervello, ארזא, Ger. recht sinnig werden, Gal. retourner a son bon sens. Hisp. volver en si, en su acuerdo, ארזא, Liv. 1. 35.* Ut non saltem regiam vanitatem experti resipiscerent. *Sueton. in Tiber. c. 73.* de agroto. Cum extractum sibi deficienti annulum mox resipiscens requisisset.

Resisto, is, restiti, restitum, n. 3. *fermaris, ארזא, gradum sisto, immoror, permaneo. Cic. 5. Tusc.* Virtutibusque omnibus sine ullo animi terrore ad cruciatum protectis, resistit extra fores, limenque carceris. *Inscript. vet. sepulcri apud Sen. ep. 89.* Hopes resistit, & sophiam Dossenni lege. *Liv. 1. 36.* Bebius restitit ad Pelineum oppugnantum. *Virg. 4. Æneid.* Incipit effari, mediæque in voce restitit. Sæpetiam sumitur pro adversari, repugnare, resistere, ארזא, Germ. widerstehen, Gal. resister, Hisp. resistir, ארזא, Cic. 3. Ver. Cui ego nisi vi populæ, & hominum clamore, atque convicio resistissem. *Col. 1. 1. c. 5.* Præstruâ valenter resistit contra ea, quæ postmodum superposita incumbunt. *Nep. in Pelop. cap. 1.* Eos esse solos, qui adversus resistere audent. *Plin. 1. 8. c. 27.* Cervus herba cinare venenatis pabulis resistit. Passive impersonaliter. *Cic. in fragm. apud Priscian. 1. 15. pag. 1014.* *Putsch.* Non enim facile valenti populo resistitur.

Resolvo, is, resolvi, resolutum, a. 3. *sciogliere, slegare, ארזא, Germ. auflösen, auflinden, Gal. delier, dissoudre, Hisp. desatar, ארזא, idem ac solvo, dissolvo, quod ligatum erat. Ovid. 1. Metam.* Cinctaque resolvite vestes. *Plin. 1. 26. c. 1.* Resolvete literas. Translate sumitur pro numerare pecuniam creditoribus, & aliis, quibus promissimus. *Cic. 14. Phil. cap. ult.* Senatium, quæ sit antea pollicitus legionibus, exercitibusque nostris, ea summo studio Repub. recuperata resoluturum. Alii leg. *perfoluturum. Plaut. Epid. 3. 2. 16.* Ego resolvi; manibus his dimuneravi. *Id. Afin. 2. 4. 26.* Equus pro vectura olivi resolvit? Item pro absolvere, liberare aliquo crimine, expiare. *Horat. 1. 1. carm. od. 28.* Teque piacula nulla resolvent. Item pro resellere. *Quintil. 1. 5. c. 13.* Resolvete ex parte diversa dicta difficile erit. Item pro mollire, subigere. *Col. 1. 2. c. 2.* Ex his nihil non melius resoluta humo, quam densa provenit. *Id. 1. 11. c. 2.* Resolvere in pulverem. Item pro destruere, dissipare. *Virg. 1. Georg.* Invitat generalis hyems, curasque resolvit. *Plin. 1. 24. c. 6.* Resolvete trilitium animi. *Sil. 1. 7.* resolvete fraudes. Item pro effeminare, mollire, pigram reddere. *Sen. ep. 36.* Felicitas hos inflat, illos mollit, & hos resolvit. Item pro violare. *Virg. Æn. 2.* Fas mihi Grajorum sacra resolvete jura. Resolvete emptionem, *dissare el contrato. Ulpian. 1. 2. ff. de in diem addit. Resolvete ora, apud Poetas est ad loquendum aperire. Ovid. Virg. & alii. Resolvete nummos apud Lamprid. in Alex. Sev. c. 39.* est *resolvete, e ribatere.*

Resolûte, adv. liberamens. *Tertul. 1. 1. ad Nation. cap. 10.* Resolutius decachinnare.

Resolutio, onis, *scioglimento. Gel. 1. 17. c. 9.* Resolutio lori. *Id. 1. 18. c. 2.* Resolutio sophysmaticis. *Cels. 1. 2. c. 6.* Resolutio ventris, *mozza di corpo.* Sic resolutio nervorum, *paralissa: resolutio stomachi, scomozzimento, apud eundem.*

Resolutus, a, um, *sciolto, ארזא, Tioul. 1. 1. eleg. 3.* Comas resoluta puella. *Ovid. 15. Metam.* Resolutaque tellus In liquidas rarefcit aquas. *Valer. Max. 1. 8. c. 7.* de *Demosthene.* Fertur, ore insertis calculis, multum ac diu loqui solitus, quo vacuum promptus esset, & resolutus. h. e. promittit ad verba proterenda. Item mollis, ener- vatus. *Marcial. 1. 10. epigr. 98.* Minister Itho resolutior cinædo. *Col. 1. 1. c. 1.* Corpora fluxa, & resoluta. Transfractio resoluta, *disfracta, Ulpian. 1. eleganter, ff. de condit. in reb.*

Resonabilis, & le, o. 3. quod sono redditur, vel quod sonum reddit. *Ovid. 3. Met.* Nec prior ipia loqui didicit resonabilis Echo.

Resonans, antis, o. *risonnante. Cic. ad Q. Fr. 1. 1. epist. 1. de theatro.* Natura autem ita resonans, ut utque Romam significationes, vocelque referantur.

Resonantia, æ, *risonnanza, vocis, vel sonitus redditio. Virruv. 1. 5. c. 3.* Ubi non impediatur resonantia.

Resono, as, nui, nitum, n. 1. *risonnare, ארזא, Germ. vuidertonen, v. i. derballen, Gal. resoner, resonir, Hisp. resonir, ארזא, sonum refero, contra sonantem sono. Virg. 5. Æn.* Resonat clamoribus æther. *Cic. 2. de nar. Deor. c. 57.* Quocirca & in fidibus teitundine resonatur, aut cornu. Interdum ponitur pro simplici sono, quod est sonum edere, seu reddere. *Cic. 1. Tusc.* Reliquum sic et poculo eiecit, ut id resonaret. Speciatim dicitur de pronuntiatione pro efferri, apparere.

Cic. in Brut. c. 46. Quod in vocibus nostrorum Oratorum recinit quiddam, & resonat urbanus. ¶ Translate sumitur pro respondere. *Cic. 3. Tusc. c. 2. de gloria.* Ea virtuti resonat, tanquam imago voci. *Resonavi* pro resonavi. *Manil. l. 3. v. 566.* Aura per extremas resonavit flebile ripas.

Resono, is, n. 3. idem ac refono, as. *Accius apud Non. cap. 10. n. 4.* Clamore, & gemitu templum resonat cœlitum.

Resonus, a, um, *resonante*, ἀκροῦς, quod resonat. *Ovid. 3. Met. Hæc resonis iterabat vocibus ethæ.* *Valer. Flac. l. 1. v. 619.* Resoni iustus.

Resorbō, es, bui, & p̄si, tum, a. 2. *resorbire*, Ger. *vsider auffsupffen*, Gall. *raualter*, Hisp. *resorber*, ἀρραφῆσι, est iterum forbere, quod quis evomuit. *Plin. l. 9. c. 43.* Hamo devorato, omnia interanea evomit, donec hamum egreat, deinde resorbent. *Ovid. 12. ep. v. 123.* Quæque vomit totidem fluxus, totidemque resorbet.

Respectus, as, a. 1. *riguardare a dietro*, Ger. *anschen*, Gall. *regarder*, Hisp. *mirar atras*, ἀνασπαταῖν, scæpe respectio, oculos scæpe reflecto. *Virgil. 11. Æneid. Bis rejecti armis respectant terga tegentes.* ¶ Ponitur etiam simpliciter pro respicere, vel aspiciere. *Virg. 1. Æn. Si qua pios respectant Numina.* *Cic. pro Sext. c. 5.* Hæc ita prætereamus, ut tamen intuentes, & respectantes reliquamus. ¶ Item pro expectare, expectantium enim est scæpe respicere. *Id. pro Planc. c. 18.* Neque hoc interdicendum liberis nostris, ne observent tribules suos, ne dilizant, ne par ab iis munus in sua petitione respicient.

Respectus, us, m. *sguardo*, ἐπισκοπῆς, actus respiciendi, respectio, con-jectus oculorum. *Liv. l. 32. c. 12.* Effuse, ac sine respectu fugit Rex Philippus. *Cic. l. de Div. c. 32.* Fugientibus miserabilem respectum incendiorum toro. hoc est profectum. ¶ Item pro ratione, qua ad aliquid agendum movetur, *rispetto*, *riguardo*, נחמה, Germ. *anfsamung*, Gall. *egaro*, Hisp. *mirada*, λόγος. *Cic. 5. Phil. Itaque cum respectum ad Senatum, & ad bonos non haberet.* *Liv. l. 2. c. 30.* Fatiōne, respectuque rerum privatarum, quæ semper offerece publicis consiliis. *Justin. l. 11. c. 9.* Movebat hæc multitudo hostium, respectu paucitatis suæ, Alexandrum. *Suet. in Ner. c. 20.* Græcum proverbium jactans, Occultæ musicæ nullum esse respectum. h. e. nullam haberi rationem. ¶ Item pro loco tuto, quo respicere, & confugere quis potest, præsidio, asylo. *Cic. Phil. 11. c. 11.* Non ut ex ea acie respectum haberemus, sed ut ipsa acies subsidium haberet etiam trasmarinum. *V. ibi Manut. & Grævium* quoque, qui varias multorum interpretationes, & lectiones collegit. Adde eund. *Cic. Phil. 10. c. 4.*

Respergo, is, si, sum, a. 3. *spargere, aspergere*, σπρῆ, Ger. *bespruzzen*, Gall. *arrouser, epandre, cs, & la*, Hisp. *rociar, derramar, jarrucio*, aspergo, re aliqua liquida perfundo, vel irroro. *Cicer. 7. Verr. c. 38.* Cum Prætoris nequissimi, inertissimique oculos prædonum remi respergerent. *Liv. l. 1.* Ne se sanguine nescio feceri, generique respergerent.

Respergo, ginis, respersio. *Prudent. l. 1. in Symmach. v. 502.* Marmora tabenti respergine tincta.

Respersio, onis, *spargimento*, ἵασησις, actus respergendi. *Cic. 2. de Div. c. 21.* Habes & resperionem pigmentorum.

Respersus, us, m. idem ac respersio. *Plin. l. 10. c. 3.* Respersu pinna- rum hostem obsecantes.

Respersus, a, um, διαψαρθῆς, *asperso*. *Cic. pro R. Am. c. 24.* Manus respersæ sanguine.

Respectio, is, exi, ectum, a. 3. *riguardare, guardare indietro*, ἡρῶν, Ger. *hinter sichsehen*, Gall. *regarder*, Hisp. *mirar atras*, ἀποβλέπω, retro ap- plico, oculos reflecto. *Cic. l. de Div. Tum ei duceum illum præcepisse, ne respiceret.* *Id. 5. Tusc. cap. 2.* Retro loco respicere. *Ter. Andr. 2. 5. 6.* Quasi de improvviso respice ad eum. ¶ Ponitur etiam pro aspi- cere. *Cic. pro Cluent.* Quem propter animi importunitatem nemo reci- pere tecto, nemo adire, nemo alloqui, nemo respicere vellet. ¶ Trans- late refertur ad animum pro præterita mente evolvere, quasi retror- sum aspiciere. *Cic. pro Arch. cap. 1.* Nam quoad longissime potest mens mea respicere spatium præteriti temporis. ¶ Item pro considerare, contemplari. *Cic. pro Cluent.* Respicite hominum fortunas, respicite du- bios, variofque casus, respicite C. Fabricii senectutem. *Quintil. l. 2. c. 12.* Et cum Latinis studemus literis, non respiciamus ad Græcas. ¶ Item pro habere rationem, providere, prospicere. *Ter. Phorm. 2. 3. 87.* Respice ætatem tuam. *Id. And. Charine, me, & te imprudens, nisi quid Diu respiciunt, perdidit.* *Cic. 2. Fin. Ne tum quidem te respicias, & cogitabis, sibi quenquam natum esse, & suis voluptatibus?* *Id. Att. l. 1. ep. 11.* Nisi quis nos Deus respexerit. ¶ Item pro ju- vare, opem ferre, favere. *Ter. Andr. 5. 6.* Age, me in tuis secundis rebus respice. *Cic. l. 2. Fam. ep. 15.* Ut respiciam generum meum a- dolescentem optimum, mihiq; charissimum. Hinc Respicens Fortu- na, h. e. prospera, & juvenis, quæ hoc nomine sanum Romæ habuit. *Cic. 2. de Leg. c. 11.* ¶ Item pro spectare, pertinere. *Cef. l. 3. B. C. c. 5.* Summa imperii ad me respicit. *Ulp. l. si quis vinct. ff. de peric. & comm. rei venditæ.* Periculum rei venditæ ad venditorem debet respicere. ¶ *Respexim, is, it, pro respexerim, Plaut. habet Aulul. l. 1. 19. Pænul. l. 2. 197. & aliis in locis.*

Respiraculum, i, *respiro*. *Claud. Mamert. l. 2. c. 12.* Redactæ paululum respiraculum vires.

Respiramen, inis, n. ἀνασπασμός, halitus, seu meatus spiritus. *Ovid. 2. Met. v. 828.* Vitalesque vias, & respiramina clausit.

Respiratio, onis, *respiro*, ἀνασπασίς, attractio, & emissio anhelitus, seu aeris a pulmone per asperam arteriam. *Cic. de Univ. Neque erat anima circumfusa extrema mundi, ut respirationem requireret.* *Id. in Or. c. 16.* Distincta alios, & interpuncta intervallo, moræ, respirationesque delectant. *paufes.* ¶ Ponitur etiam pro evaporatione. *Cic. 2. de nat. Deor. Ipse enim oritur ex respiratione aquarum.*

Respiratus, us, masc. idem ac respiratio. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 55.* Qui tum se contrahunt aspirantes, tum in respiratu dilatant. Alii aliter leg. *Apul. l. 4. A. A. Parvis circa nates foraminibus respiratur.*

Respiro, as, n. 1. *respirare*, נחמה, Ger. *ercheitken*, Gall. *respirer*, Hisp. *respirar, αναπνέω*, anhelitum recipio, spiritum duco, & emitto. *Plaut. Epid. 2. 20.* Mane, sine, respirem, quæso. *Cic. pro R. Am. c. 8.* Cum tot, tantisque negotiis discentis sit, ut respirare libere non possit. ¶ Translate accipitur pro recreari, refici, in statum pristinum re- ducere. *Cic. Att. l. 2.* Respiraro, si te videro. *Id. pro Cluent. c. 65.* Et paulisper respirare a metu cepit. ¶ *Id. pro Quint. c. 16.* Si hæc tecum duo verba fecisses, quid ago? respiraisset cupiditas, atque avaritia paululum. h. e. cessasset, intermisisset. ¶ Usurpatur etiam active pro efflare, emittere. *Cic. 2. de nat. Deor. Excipiatque animam, eam, quæ ducta sit spiritu, eandemque a pulmonibus respiret, & reddat.* *Strab. 2. Sybu. Inde malignum aera respiret pelago circumflua Neflis.*

Resplendō, es, dui, sine sup. *resplendere*, ἠριπνῆ, Germ. *scheinen*, Gal. *reluire*, Hisp. *resplandecer*, ἀποσπλάσσω, idem ac splendo. *Cic. 2. Fin. c. 8.* Resplendeat iis vestis, argentum, vel Corinthium orichalcum, locus ipse, ædificium.

Respondō, es, respondi, onsum, a. 2. *rispondere*, ἰσῶν, Germ. *voorten, antwoort geben*, Gall. *repondre*, Hisp. *responder*, ἀποκρίσασθαι, ἀ- π-κρισιδωσθαι, Proprie est respondere, ut ait Fesl. atque hac ratione u- surpat *Propert. l. 4. eleg. 8. (al. 9.)* sed generatim accipitur pro inter- roganti satisfacere, posteriore loco dicere. *Cic. pro Cluent.* Hic ego, cum ad respondendum surrexi. *Id. pro Planc.* Ut tum denique, cum re- spondero criminibus. *Id. 1. Fin.* Philosophiæ vituperatoribus satis re- sponsum est. *Id. 4. Acad. Item ea, quæ interroganti in utranque par- tem respondere possumus.* *Id. 7. Verr. Quid ad hæc cogitas respondere?* *Id. pro Flacc.* Nunquam nobis ad rogatum respondet. *Id. in Orat.* Quod idem magnum munus de jure respondendi sustinebat. h. e. Juriscon- sultus erat. Disiuntur autem Jcti non solum *respondere de jure*, sed et- iam *respondere jus*. *Cic. l. 1. de Orat. c. 45.* Perferetur ut in respondendo jure, auctoritate plus etiam, quam ipso ingenio valeret. *Plin. l. 6. epist. 15.* Adhibetur consiliis, atque etiam jus civile publice respondet. *Gell. l. 20. c. 10.* Rem doceo grammaticam, non jus respondeo. ¶ Inter- dum *respondeo* sumitur pro comparere, ut vulgo loquuntur. *Liv. l. 2. Cum ad nomen nemo responderet.* ¶ Metaleptice capitur pro solvere. *Cic. Att. l. 16.* Ut ii, qui debent, non respondeant ad tempus. ¶ Trans- late sumitur pro convenire, consentire, quadrare. *Cic. in Brut. Ut verba verbis quævis demensa, & paria respondeant.* *Id. 1. Tusc. Non satis Græcorum gloriæ responderunt. idest non pares fuerunt.* *Vitr. l. 7. c. 3.* Structuram ad normam, & libellam, & ad perpendiculum respon- dere oportet. ¶ Item pro satisfacere. *Cic. 5. Fam. Satisne videatur his omniabus rebus tuas adventus mutuo respondisse.* *Virg. 1. Georg. v. 47.* leges votis respondet avari agricolæ. ¶ Item pro imitari. *Cic. 3. Fam. Ut & patri, & Scipioni nostro, & tibi tum propinquo respondeat.* ¶ Item pro respicere, seu contra positum esse. *Cic. de Aruf. Resp. Velle se in Carinis ædificare alteram porticum, quæ Palatio responderet.* ¶ Item pro prospere accidere. *Liv. l. 28. c. 6.* Respondet ad spem e- ventus. *Velle. l. 2.* Adeo, ut nec plus sperari potuerit, nec spei re- sponderi felicius. ¶ Item pro non fallere alicujus consilium, & propo- situm. *Cef. l. 2. c. 10.* Id, si in cura quoque aquæ, quæ inter cutem est, ita respondet. ¶ Item pro decernere. *Tacit. 1. Ann. 6. 77.* Valuit tamen intercessio, quia divus Augustus immunes verberum histrionis quondam responderat. ¶ Legitur & in 3. *conjugas. Manil. l. 5. sub fin.* Sic etiam magno quædam respondere mundo, &c.

Responsio, onis, *risposta*, ἀπκρίσις, actus respondendi. *Cicer. pro Corn. Balb. Accusatoris interpretatio indigna responseione.* ¶ Apud Rhetores Responsio est Figura sententiarum, per quam aliquid interroganti aliud responderetur, quod utilis appareat, vel augendi, vel minuendi crimi- nis gratia. *Cic. l. 3. de Orat. hoc nomine appellat, quam alii vocant Subjectionem.* Et imago, inquit, & sibi ipsi responsio, & immutatio. *V. Quintil. l. 9. c. 2.*

Reverenter, adv. *riverentemēte*, *ἀδύστω*, cum reverentia, honorifice. Plin. l. 7. epist. 31. Idem quam reverenter, quam fideliter amicos colat. Sueton. in Ollav. c. 93. Peregrinarum caeremoniarum sicut veteres ac praecipuas reverentissime coluit, ita caeteras contemptui habuit. Rufus Plin. in Paneg. c. 25. Quae quidem reverentius fuerit reservari.

Reverentia, ae, *riverenza*, *αδύστω*, honor, quem tam verbis, quam factis alicui exhibemus, ingenuus quidam pudor cum observantia quadam conjunctus, qualis est minorum natu erga majores, & civium erga Magistratus. Cic. 1. Offic. c. 28. Adhibenda est igitur quaedam reverentia erga homines.

Reverſor, eris, ritus sum, d. 2. *temere*, *רעס*, Ger. *zucht und ber beuveisen*, Gal. *reverter*, Hisp. *revert en reverencia*, *ἀποπύσσω*, idem ac veror, timeo. Ter. Phor. 2. 1. 3. Age, mitto imperium: non simulatē meam revereri? Id. Hee. 3. 1. 10. Adventum tuum ambas scio reverituras. ¶ Fere sumitur pro honorare, honorem alicui deferre, *riverire*, *onorare*, *ἀδύστω*. Cic. 2. de Invent. Observantiam, per quam aetate, aut sapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes reveremur, & colimus. Aul. ad Heren. l. 4. c. 17. Virtutem revereri. ¶ Impersonaliter, & cum genit. Var. apud Non. Non te tui saltem pudet, si nihil mei reveratur?

Reverso, is, a. 3. *rivergere*. Claud. Mawert. inter epist. Sidon. l. 4. num. 2. Quia illum in aliorum commoda revergat.

Reverso, is, a. 3. rursus, vel probe verro. Plaut. Stich. 2. 3. 64. Reveram herele hoc, quod converri modo.

Reverso, onis, *ritorno*, *רעס*, Ger. *uviderkomung*, Gal. *retor*, Hisp. *retornada atras*, *ἀναψύσσω*, actus revertendi, reditus, regressio. Cic. 1. Phil. c. 1. Exponam vobis breviter consilium & professionis, & reversionis meae. ¶ *Reverso*, & *reditus* nonnihil differre videntur, quia *reverso* est, cum regredimur, antequam eo perveniamus, quo animum

intenderamus; *reditus* est, cum ceptum iter absolvimus. Cic. Att. l. 16. ep. 7. Dum immortales, quam valde ille reditu, vel potius reversione iusta laetatus effudit illa omnia, quae tacuerat!

Reverso, as, a. 1. *riverolare*, iterum verso. Augustin. Confession. l. 6. in fi. Versa, & reversa in tergum, & in latera.

Reversus, a, um, nom. partic. *ritornato*. Manil. l. 5. v. 464. Sol reversus. Caf. l. 6. B. G. c. 42. Reversus ille indicavit.

Reverticulum, i, reverio. Apul. l. 4. Florid. Solis animum reverticula.

Reverto, is, ti, sum, n. 3. idem ac revertor. Sed parum extra praeterita utatum est. Cic. Att. l. 8. ep. 1. Ipse ne quom incidem, reverti Phormias. Id. l. 3. Fam. ep. 10. Confidens jam navem Ephelo Laodiceam revertit. Id. 3. Offic. c. 10. Ut, si ille non revertisset. Id. pro Rosc. Amer. c. 9. Legati Ameriam re inorata revertentur. ¶ In praesenti tempore, *Pompon. apud Non. c. 17. n. 68. Caenam quaerit, si cum nemo vocat, revertit maestus ad me.* ¶ Translate Ovid. l. 1. de ar. am. Poena reversura est in caput ista tuum. ¶ *Ponitur & pro revolvēre*, reputare. Id. l. 1. Tusc. c. 30. Dubitans, circumspiciens, haesitans, multa adversa revertens.

Revertor, eris, erjus sum, d. 3. *ritornare*, *רעס*, Ger. *uviderkommen*, Gal. *retourner*, Hisp. *retornar atras*, *ἀναψύσσω*, redeo, quasi retro verto. Cic. pro Mur. c. 41. Unde cum honore discesseris, eodem cum ignominia reverti. Terent. Heaut. 1. 1. 70. Domum revertor maestus. Hor. de B. Hisp. c. 13. Cum in oppidum reverti essent. Plaut. Pen. prol. v. 79. Reverti rursus. ¶ Saepē translate sumitur pro rem, de qua dicere ceperamus, resumere. Cic. 2. Fin. c. 32. Sed ut ad propositum revertamur. ¶ Accipitur etiam pro recuperare, recipere. Caf. l. 1. B. G. Jamque eum ad sanitatem reverti arbitrabatur. ¶ Item pro referri, redundare. Cic. de Invent. c. 56. Quarum tamen rerum multo maxima pars ad corporis commodum revertitur.

Revestio, is, a. 4. *riverfire*, rursus vestio. Tertul. l. 5. carn. adv. Marcion. c. 5. Et jam despectum victor sua luce revestit.

Reviclus, a, um, nom. partic. a revincio. Liv. l. 6. c. 26. Crimina revicla rebus, verbis consulare nihil atinet. h. e. purgata, soluta. Id. l. 30. c. 16. Ut omnibus appareret, noctis proximae crimen facile reviclum.

Revidēho, es, a. 2. *riverdere*. Plaut. Truc. 2. 2. 65. Nunc ad heram revideho, h. e. rursus ad heram accedam.

Revigēho, es, n. 2. rursus vigeo. Cic. Tusc. 1. c. 16. Multaque saecula post reviguit Pythagoraeorum nomen. Ita legit Non. c. 9. n. 12. Alii sic viguit.

Revilēfco, is, n. 3. *divenir vile*, vilis fio. Sen. de tranq. vit. c. 15. Ne adnota oculis, virtus revilefcat.

Revincibilis, le, adject. *che si può convincere*. Tertul. de resur. carn. c. ult. Materiae iidem sacris literis revincibiles.

Revincio, is, nxi, ctum, a. 4. *legare*, *רעס*, Ger. *uviderbinden*, Gall. *relier*, Hisp. *atar*, *ἀναψύσσω*, idem ac vincio, vel retro vincio, vel vehementer, & arte vincio. Proper. l. 3. eleg. 12. v. 11. Latius enie revincit. Caf. l. 7. B. G. c. 23. Revincuntur introitus, & multo agere vestiantur. Catul. carn. 62. (al. 56.) Revincite mentem amore. ¶ Significat etiam solvere, *legare*. Col. l. 1. c. 8. Num villicus aut alligaverit quempiam domino nesciente, aut revinxerit?

Revincio, is, ici, ctum, a. 3. *convincere*, *ἐκασπύσσω*, convinco, confuto. Cic. pro Arch. c. 6. Nunquam enim hic neque suo, neque amicum iudicio revincetur. Gel. l. 6. c. 2. Cum in culpa, & malicio revicti sunt. Liv. l. 6. c. 26. Revincere crimen. V. Revictus.

Revinctus, a, um, *bon legato*. Caf. l. 7. B. G. Anchora pro funibus ferreis catenis revincta.

Revirens, tis, nom. partic. *riverdeggiano*. Albinovan. de morte Metam. v. 113. Redditur arboribus florens revirentibus aetas.

Reviresco, is, revirui, n. 3. *riverdeggiano*. Ger. *uvidergrunen*, Gal. *renverair*, Hisp. *reverdecirse*, *ἀναψύσσω*, iterum viridis ho, ad pristinam viriditatem revertor. Colum. l. 2. c. 1. Nec revirescere, nec repubescere potest. Ovid. 2. Metam. Lactique jubet revirescere sylvas. ¶ Translate sumitur pro revivificare, renasci, renovari. Cic. de Prov. Conf. c. 13. Impolitae vero res, & acerbae, si erunt relictae, quamquam sunt abscessae, tamen essent se aliquando, & ad renovandum bellum revirescent. Id. Att. l. 15. Ille enim nunquam revivisset.

Revisio, onis, *lo riverdere*. Claud. Mamert. inter epist. ad Sidon. l. 4. n. 2. Revisiois potestas multis modis intercluditur.

Revisito, as, a. 1. freq. a reviso. Plin. l. 17. cap. 3. Nundinis urbem revisitabant.

Reviso, is, si, sum, a. 3. *ritornare a valore*, *רעס*, Ger. *uviderumbgeben*, Gal. *retourner a voir*, Hisp. *retornar atras verer*, *ἀναψύσσω*, redeo, ut videam, redeo ad videndum. Cic. Att. l. 1. epist. 13. Reviso nos aliquando. Id. pro Quinct. Hic, cum rem Gallicanam cuperet revivere. Gel. l. 13. c. 29. Cum valebo ab oculis, redeo ad me. Lucet. l. 2. v. 360. & crebra revisit ad stabulum.

Reviseratio, onis, viscerum reparatio. Tertul. de resur. carn. f. 30.

Revisificatus, a, um, adject. ad vitam revocatus. Tertul. de resur. carn. cap. 19.

Revisifcens, entis, o. 3. partic. a revisifico. Cic. l. 4. Fam. epist. 4. Ut spicem aliquam videtur videre quasi revisifcens Hispaniae.

Revisifico, is, n. 3. *retornar in vita*, *riverificare*, Ger. *uvider lebenzig werden*, Gal. *revivire*, *riverdeggiano*, Hisp. *retornar a vivir*, *ἀναψύσσω*, rursus vivus fio, ad vitam redeo. Cic. 4. Fin. c. 22. Quid si revisificat Platonicus illi, & deinceps illi, qui auditores eorum fuerunt? Plin. l. 11. c. 28. Nullis eorum pennae reviviscunt avulse. ¶ Translate ponitur pro renasci, & ad pristinum statum redire. Cic. 7. Phil. c. 1. Senatuum dolent ad auctoritatis praelinae ipem reviviscere. Idem de Ausp. resp. c. 23. Idem postquam respirare vos a metu cadis, emergere auctoritatem vestram a fluctibus illis servitutis, reviviscere memoriam, ac deliderium mei vidit.

Reviso, is, xii, ctum, n. 3. *retornar a vivere*. Habet usum aliquem in praeteritis: caeterum pro eo *revisifico* usurpatur. Ovid. l. 1. de Pont. eleg. 4. Et jam deficiens sic ad tua verba revixi. Cic. in Pison. cap. 27. Avum sum revixisse putat. Idem Att. 6. epist. 2. Omnes suis legibus usae viverunt.

Reunctor, oris, is, cuius ministerio utuntur Medici, qui jatrolepticon, idest unctoriam Medicinam exercent. Patavini nostri per jocum vocant *scalds* & *pera*. Plin. l. 29. cap. 11. Reunctoribus quoque Medicorum, ac mediastinis vestigal invenit.

Revocabilis, & le, o. 3. quod potest revocari. Ovid. 6. Metam. v. 264. Cum jam revocabile telum Non fuit. Claudian. l. 2. in Eutrop. v. 488. Revocabile damnum. h. e. reparabile.

Revocamen, inis, n. idem ac revocatio. Ovid. 1. Fast. v. 561. Accipio revocamen, ait.

Revocatio, onis, *richiamo*, *ritorno*, *ἀνακαλίσσω*, actus revocandi. Cic. 13. Phil. c. 7. Receptui signum, aut revocationem a bello audire non possumus. Id. 3. Tusc. Avocatione a cogitata molestia, & revocatione ad contemplandas voluptates.

Revocator, oris, qui revocat. *Quintil. declam. 10. su. fin.* Magus revocator animarum.

Revocatorius, a, um, adject. ad revocandum, seu extrahendum pertinentem, ut emplastrum revocatorium. *Theodor. Presbian. l. 2. c. 32.*

Revocatus, a, um, richiamato, ἀνακλημαίνω, rursus vocatus. *Cic. in Ruf. Qui provocati a me venire noluerunt, revocati saltem revertuntur. Virg. 5. Æn. Revocatus a morte. Ovid. 3. Amor. eleg. 5. lente revocatas ruminat hœas. hoc est a stomacho ad os retractas.*

Revoco, as, avi, utum, a. 1. rivocare, richiamare, ריבוע, Germ. vviderumbuffen, Gal. revoguer, rappeller, Hisp. revocar, tornar a llamar, ἀνακαλέω, retrofurum voco, rursus voco, Cicero pro Quintil. Revocares eum, quem in Galliam miseris? ¶ Ponitur aliquando pro mutuo vocare, auctore Nonio. Varro apud eund. cap. 2. num. 751. Qui nos provocare, ac vocare cum audeant, nos illos revocare timeimus. Phædr. fab. 17. Vulpes ad cœnam dicitur ciconiam prior invitasse. Quæ vulpem cum revocasset, &c. ¶ Translate sumitur pro retrahere, abducere. Cic. 2. de Div. Quod Dejotarum necessarium nostrum ex itinere aquila revocavit. Id. 2. de Leg. Quam multos divini supplicii metus a scelere revocavit? ¶ Item pro adducere, reducere. Cic. pro Cluent. Cum Tribunus Pleb. Populo concitato rem pene ad manus revocavisset. Id. pro Cœ. c. 27. Populi R. causa, civitatis jus, bona, fortunæ, possessionesque in dubium, incertumque revocabuntur. Id. Attic. l. 7. ep. 23. Revocare ad vitam. Id. in Brut. c. 3. Ad pristina studia fe revocare. Id. de Amic. c. 16. Ad potentiam suam omnia revocare. h. e. sibi subjungere. Id. Verr. 5. c. 91. An me ad M. Antonii æstimationem frumenti, exactionemque pecuniarum revocatus es? h. e. dices Verrem imitatum fuisse M. Antonium in æstimatione frumenti? Supradixerat cap. præced. Quo me igitur, aut ad quæ exempla revocas? h. e. ad audiendum vocas, reducisque? *Plin. l. 29. c. 1. Revocare aliquid in lucem.* ¶ Item pro refumere, repetere. Cic. 1. Tusc. c. 1. Intermissa studia revocare. Id. Fam. 7. ep. 26. Revocare vires. ¶ Item referre, reducere. Id. 3. Off. Cum ad veritatem cœpi revocare rationem. Id. 2. Fin. Ad scientiam omnia revocare. Id. pro Dom. Revocare aliquid ad conjecturam. ¶ Item pro infectum, aut irritum reddere. *Senec. de benef. l. 4. revocare promissum. Ovid. 9. Mer. Si facta mihi revocare licet.* ¶ Item pro restitutum, renovare. *Suet. in Claud. c. 22. Aut exoleta revocavit, aut etiam nova instituit. Tacit. 1. Ann. c. 20. Antiquam duramque militiam revocabat.* ¶ Revocare se, est mutare sententiam. *Cic. 4. Acad. c. 17. Violenti dubitant, hæsitant, revocant se interdum.* ¶ Revocare ab Inferis, est resuscitare. *Cic. pro Mil. c. 29. Etiam propter amicitiam vellet eum ab Inferis revocare.* ¶ Ad curam revocare aliquid, est cum cura, & diligentia facere. *Plin. l. 28. c. 9. Si vero vetus revocatur ad curam.* ¶ Revocare villicum ad rationem operum, *chiamari a venderento, Cato de R.R. c. 2.* ¶ Revocare pedem, *tornari in dictro. Virg. Æn. 9. Revocate pedem Tiberinus ab alto.* ¶ Revocare legentem, & jubere ut verbum male pronuntiatum repetat. *Plin. l. 3. ep. 5.*

Revolo, as, n. 1. volare in dictro, Ger. vvider hinderflich fliegen, Gal. revolver, raveler, Hisp. volar atras, ἀνατινάζω, retro volo. Cic. de nat. Deor. 2. c. 49. Revolat, ut ipse quocumque iqueat. ¶ Sumitur etiam pro rursus volare. *Virg. 1. Georg. Cum medio celeres revolant ex æquore mergi.* ¶ Translate sumitur pro celoriter ire, aut venire. *Paverc. l. 2. c. 123. Ille ad patrem expectato revolvit.*

Revolubilis, & le, o. 3. ῥιπυρός, quod revolvitur. Ovid. in Ibin. v. 101. Sisyphæ, qui tradas revolvibile pondus, habebis.

Revolvero, is, volvi, utum, a. 3. rivolvere, volger sottosopra, 3, Ger. vviderumbin vvolvzen, Gal. rouler deversif, feuilletter, Hisp. revolver, ἀνακαλέω, iterum, sive retrorsum volvo. Col. l. 8. c. 17. Quoniam gelidum ab imo fluctum revolvit in partem superiore. ¶ Metaleptice sumitur pro legere. *Liv. l. 34. c. 5. Tuas adverstum te origines revolvam. Martial. l. 11. epig. 1. Qui revolvant nostrarum tineas ineptiarum. Sil. l. 8. Revolvere antiqua.* ¶ Translate accipitur pro iterum agere, pati, experiri. *Virg. 9. Æn. Rursus perplexum iter omne revolvens fallacis sylvæ. Id. l. 10. Iterumque revolvere casus da Pater Iliacos Teucriis.* ¶ Item pro reducere, redire, recidere, *Cic. Att. l. 13. ep. 26. Itaque revolvero identidem in Tusculanum. Id. 2. de Or. Omnia necessaria a tempore, atque homine ad communes rerum, & generum summam revolvitur. Idem 4. Acad. cap. ult. Ego ne, inquit, ad patris revolvero sententiam? Id. 2. Div. cap. 5. Eodem revolveris. h. e. eadem dicit.*

Revolutus, a, um, ἀναρροχίζω, rivolto. Liv. l. 4. Revolutos ad dispensationem inopiz. Virg. 10. Æn. v. 256. Et interea revoluta rubeat Matura jam luce dies. Id. 9. Æn. v. 476. Excussit manibus radii, revolutaque pensa. h. e. incomposita cecidere. Ovid. 4. Fast. Sacra revoluta. h. e. transacta.

Revómo, is, mui, mitum, a. 3. vomitare, idem quod evomo. Plin. l. 10. c. 72. Dracones avibus devoratiss foliis, contentione plumas, & ossa revomunt. ¶ Translate sumitur pro rejicere. *Luer. l. 2. v. 199. Tam cupide sursum revomit magis, atque remittit. Al. leg. removet.*

Revorto, is, n. 3. V. Revertro.

Reus, i, m. & reus, a, f. reo, crea, רשע, Ger. beklotter, Gal. coupable, Hisp. reo, váctas, dicitur omnis, qui arguitur, seu quicunque in litem adducitur, etiam si nihil admisit, qui opponitur actor, qui reum in iudicium vocat. *Quintil. l. 10. c. 1. Innocens reus multis verisimilibus premitur. Cic. 2. de Orat. c. 43. Reos appello non modo eos, qui arguuntur, sed omnes, de quorum re disceptatur. Et infra. c. 69. Reos appello, quorum res est. Id. Fam. 13. ep. 54. Ut focus adolescentis rea nebat.* ¶ Reus alicujus rei, vel de aliqua re focus dicitur, qui rem aliquam commisit, propter quam accusatur. *Cic. pro Syl. Reus de pecuniis repetundis. Id. ad Brut. ep. 4. Alienæ culpe reus.* ¶ Reus alicujus hominis est, qui ab eo accusatur. *Id. pro Mil. c. 13. Reus Milonius lege Plotia fuit Clodius.* ¶ Reum aliquem agere, facere, postulare, deferre, est accusare. *Plin. l. 2. c. 7. de fortuna. Una accusatur, una agit rea. Cic. in Divin. Verr. c. 2. Cum a me reus factus est. Rursus Plin. l. 33. c. 2. Ut quadringerens de ea causa reos postularet. Quintil. l. 11. c. 1. Deferre ream criminis. ¶ Reum peragere, est condemnare. *V. Perago.* ¶ Apud Jctos reus dicitur interdum, qui ad aliquam rem præstantiam tenetur. Sic reus satisfandi est, qui fidejussore dato obligatus est, *Ulpian. l. qui hominem, Dig. de solution. Et reus promittendi, qui promissit, Modestian. lib. 1. Dig. de duob. reis confis. ¶ Translate usurpatur etiam extra forum, pro quocunque promissore, ut *Reus voti, qui suscepto voto se Deo, vel Cœlitibus obligat. Virg. 5. Æn. v. 236. Vobis lætus ego hoc candentem in litore taurum constitutum ante aras voti reus. Sic apud Liv. l. 25. reus tutandæ stationis dicitur, qui ea lege stationem servat, ut si quid adversi acciderit, ei impetetur.***

Reversio, onis, ἀναστροφή, actus revellendi, abstractio, detractio. Plin. l. 13. c. 12. Sed ratio deprehendit vitium unius scædæ revulsionem plures intellente paginas.

Revellus, a, um, ἀναστροφός, scavasso. Ovid. 12. Metam. Saxumque a monte revellum Mittere conatur.

Rex, gis, m. Re, 7-2, Ger. Konig, Gal. Roy, Hisp. Rey, βασιλεύς, qui habet imperium alicujus regionis, vel etiam unius urbis, a rege. Differt a Tyranno, quia Rex subditorum utilitatem respicit, Tyrannus est, qui omnia ad privatam suam commodum pro libidine retet. *Cic. 3. Fin. Rectius enim appellabitur Rex, quam Tarquinius, qui nec se, nec suos regere potuit.* ¶ Reges Romanorum septem fuisse, qui regnarunt annos 244. circiter. Regnum propter libidinem amifere. Nam cum Sextus Tarquinius Superbi filius utrumque per vim Lucretiæ intulisset, & illa cœsum patre, & viro fe sua manu intermisset, L. Junius Brutus castissimum cadaver in Forum Romanum afferendum curavit, & vocata concione suavit primum multitudini, ut Rex, qui tum ad Ardeam bellum gerebat, in perpetuum ab Urbe excluderetur cum filiis, pulsus in exilium omnibus cognatis, qui Romæ essent; deinde universum Populum jurejurando adegit, se nunquam passurum, aliquem regnare in Urbe, quibuscunque bellis exteræ gentes Regem reducere conarentur. *Liv. lib. 1. & 2.* ¶ Postea itaque creatis consulibus, adeo exorsum fuit Romanis nomen regis, ut eo ad invidiam conflandam potentissimis civium uterentur. Hinc *Cic. Agrar. 2. c. 6. ut in agratibus legis auctores odium populi concitet, vocat eos reges ærarii, veltigalium, provinciarum omnium, et totius resp. & orbis terrarum dominos. V. etiam eund. 3. Offic. c. 21. & Sæmon. in Cæs. c. 79.* ¶ Aliquando Rex ponitur etiam pro regnatore, domino. *Virg. 1. Æn. Hinc Populum late Regem, belloque superbum venturum excidio Libyæ.* ¶ Item pro potentiore, & eo, quem nobis veluti in patronum eligimus, quem sequamur. *Martial. l. 2. ep. 18. Sum comes ipse tuus, tumidique anteaumulo Regis. Colum. in præf. l. 1. Somnunque Regis fui rumoribus accupantis.* ¶ Item pro divite, qui a clientibus colitur. *Hor. l. 2. Carm. od. 14. Sive Reges, sive inopes erimus coloni.* ¶ Item pro modimpotatore, seu magistro convivii, qui modum imperat, quo convivæ bibant. *Macrob. l. 3. Sat. c. 1. Ipse Rex menfæ, nec in moribus Socrate minor.* ¶ Item pro eo, qui parasitos alit. Est ab illa consuetudine, qua eum quem Latini vocant magistrum convivii, Græci dicunt βασιλεύς, & quæ Cicero de Senect. appellat magistristeria, hæc *Horat. l. 1. od. 4. regna appellat. Plaut. Cap. 1. r. 24. Postquam meus Rex est potitus horum. Ter. Phor. 2. 2. Immo enim nemo satis pro merito gratiam Regi refert.* ¶ Item pro rectore, moderatore, magistro. *Hor. l. 1. od. 36. Memor actæ non alio Rege pueritæ.* ¶ Rex sacrorum, seu Rex Sacri ficulus erat Sacerdos apud Romanos, qui publica quædam sacra olim per Reges factitata obibat. Creari coeptus est L. Junio Bruto, & M. Valerio Coff. Ejus creandi occasione dedit, quod, cum nuper, exactis Regibus, pleraque sacra a solis Regibus obiri consueva vacare viderentur, id moleste admodum Populus terebat, utpote quia cultui divino Regum expulsiōne videretur derogatum. Sacerdotem igitur creari placuit, quem, quo minus illi auctoritatis deesset, Regis nomine decorarent, Sacrorum Regem appellantes. Subjecerunt tamen Pontifici Maximo, ne, si nullius ditioni fuisset suppositus, jam exacti Reges reduci esse viderentur, vel crederentur. *Cic. de Arusp. resp. c. 6. Lucius Claudius rex sacrorum. Liv. l. 2. Regem sacrificulum creant.* ¶ In rebus inanissimis rex dicitur, qui aliqua re supra cætera excedit. *Virg. 1. Georg. Fluviorum rex Eridanus.*

R A N T E H.

Rha, æ, m. 1. 1a Volga. fl. ingens Sarmatiæ, supra Pontum, & Bosphorum Cymmerium, qui alius receptis fluminibus, in mare Caspium se exonerat, tanta vi aquarum, ut ad 60. M. P. illud dulce reddat, teste Sigismundo Erberltenio. Alicubi accedit ad Tanaim fl. ad 7. leucas. In ripis hujus fluminis nascitur nobilis illa radix, quam rha Ponticum vocant. *V. Ann. an. l. 22. c. 16.*

Rha, æ, f. 2a, radices genus. Sic vocatur a Rha fluvio, juxta quem crescit. *Amnian. Marcel. l. 22. c. 16. Plin. l. 27. c. 12. rhacomam vocat. Celsus radicem Ponticam appellat. Itali vocant rapontico, & reupontico.*

Rhacînus, i, m. pîcis pulli coloris, memoratus ab Ovid. in Hæleut. ut testatur Plin. l. 32. c. ult.

Rhacôma, æ, f. herbæ species, eadem, quæ rha. Plin. l. 27. c. 12. Rhacoma affertur ex his, quæ supra Pontum sunt, regionibus. Radix casto nigro similis, minor, & ruffior paulo, sine odore, calfaciens gustu, & astringens, &c.

Rhadamanthus, i, ῥαδάμανθος, filius Jovis, & Europæ, frater Minois, Legumlator Cretenium una cum fratre Regnaite dicitur in Lycia. Justifimus fuit. Hinc a Poetis judex inferorum fingitur. *Virg. 6. Æn. Gnoivus hæc Rhadamanthus habet durissima regna.* ¶ In 3. declinat. *Plaut. Trinum. 4. 2. 83. illum reliqui ad Rhadamanthem.*

Rhadine, es, t. ῥαδινή, gracilis tenella, de puella dictum a *Lucr. l. 4. v. 1160.*

Rhæti, m. 2. Grigioni, pop. Rhætiæ. *Horat. l. 4. od. 4. & 14.*

Rhætia, æ, Rætia, Ραῖτια, regio Europæ, quæ, ut lib. 2. Ptolemæus retet, ab Occ. limites habet montem Adulam, & fontes Danubii, & Rhæni, ab Or. Lycum fl. qui in Danubium exit, & Rhætiam a Vin-delicia dividit, a Sept. Danubium, a Mer. Alpes, supra Galliam Cisalpinam. Rhætia recens continet tantum partem Occidentalem Rhæticiæ propriæ, ubi Grifones. *Clauilian. de Bell. Get. v. 330. Prominet Hercyniæ confinis silvæ. V. Plin. l. 3. c. 20.*

Rhæticus, a, um, adject. a Rhætia, ut Rhætica juga, monte Braulio, montes, qui ad Insurbum, & Cenomanorum confinia extenduntur. ¶ Rhæticum vinum, *Suet. in Aug. c. 78. Sic Rhætica (vel Rætica) vitis, Colum. l. 3. c. 2.*

Rhagâdes, dum, gen. fœm. ῥαγᾶδες, & rhagadia, um, n. dicuntur scissuræ in partibus mollioribus, ut in labiis, in pedibus, in ano, & pudendis. *Plin. l. 23. c. 4. Attrita sanat & furtures, rhagadas, condylomata, articulos luctatos. Id. ibi. c. 7. Arboris ipsius cinis ex melle sedat rhagadia.*

Rhagion, n. 2. ῥαγιών, parvus acinus, apud Græcos. Hinc & genus araneæ. *Plin. l. 20. c. 4. Vocatur & rhagion acino nigro similis, ore minimo sub alvo, in pedibus brevissimis tanquam imperfectis, &c.*

Rhamneses, V. Ramneses.

Rhamnos, i, f. ῥαμνός, genus rubi albi. *Plin. l. 24. c. 14. Inter genera ruborum rhamnos appellatur a Græcis, candidior, & fruticosior. Is floret, ramos spargens rectis aculis, non, ut cæteri, aduncis, foliis majoribus, &c.*

Rhamnus, untis, f. 3. ῥαμνός, pagus Atticæ, in Tribu Æantide, inter Athenas, & Cheroneum, insignis Amphiarai templo, & Nemeis simulacro. *Plin. l. 4. c. 7. & l. 36. c. 5.* ¶ Rhamnus item opp. & portus Cretæ, in occidenta parte, inter Phaasarnen, & Cheroneum, al. inter Lycastrum, & Lydiū. *Plin. l. 4. c. 12.*

Rhamnûs, idis, f. idem ac Venus Rhamnusia, idest Nemeis. *Ovid. 14. Met. v. 694. Memoremque time Rhamnusiafiliam iram.*

Rhamnûsius, a, um, ῥαμνύσιος, quod est ex Rhamnunte, vel ad Rhamnunte spectat. *Ter. Andr. 5. 4. 26. Hoc certe scio, Rhamnunte se ajebat.* ¶ Rhamnûsia Venus, seu Rhamnusia simpliciter, eadem, ac Neme-

Nemesis, Dea indignationis, quae etiam Adrafia a Zenodoto vocatur, quae ab iis poenas repetere existimabatur, qui praesentibus bonis se indignos praebuissent. Hinc cum Narcissus formae bonitate abuteretur superbis, adversus eum hac Dea indignata esse dicitur, ex quo ille a se ipso interit. Huius simulacrum Agoracritus Phidiae discipulus fecit. Cum certavissent inter se Agoracritus, & Alcamenes Atheniensis, ambo discipuli Phidiae, in Venere facienda, Alcamenes vicit, non opere, sed civitatis suffragiis contra peregrinum populari suo favoribus. Quare Agoracritus ea lege signum suum vendidit traditur, ne Athenis esset, & appellasse Nemesin. Id positum est in Rhamnunte pago Atticæ. M. Varro omnibus signis praetulit, *Plin. l. 36. c. 5. Ovid. l. 5. Trist. cl. 8.* Exigit ad dignas ultrix Rhamnusia poenas.

Rhapon, i, n. herba, eadem quae leontopetalon. *Plin. l. 27. c. 11.*

Rhaphanus. V. Raphanus.

Rhaphanus, ii, m. 2. idem quod chaus, animal effigie lupi, pardorum maculis. *Plin. l. 8. c. 19.* Pompeii Magni primum ludi ostenderunt ebum, quem Galli raphium vocabant, effigie lupi, pardorum inaculis.

Rhaphodia, æ, f. *ῥαφώδεια*, contextura carminum, praesertim heroicorum, liber versusum, a *ῥάπτω*, confuso, & *ῥῶδη*, carmen. Hoc nomine appellata sunt carmina Homeri, quia cum ante dissipata essent, disiectaque, a Pisistrato, vel filio ejus Hipparcho in libros, seu rhapsodias digesta sunt, ut & Cicero scribit *l. 3. de Or. c. 34. Corn. Nepos in Dion. c. 6.* Et verum illum Homeri retulit ex secunda rhapsodia.

Rhea, æ, f. i. *ῥέα*, filia Cæli, & Terræ, quæ aliis nominibus dicitur Cybele, Berecynthia, &c. V. *Cybele*. Rhea Silvia, filia Numitoris regis Albanorum, mater tuit Romuli & Remi. *Liv. l. 1. c. 4.*

Rhebas, æ, m. fluvius ad fauces Bosphori. *Plin. l. 6. c. 1.*

Rheda, æ, f. *ῥήδα*, *carretta*, *ῥα*, Ger. *wagen*, Gal. *coche*, Hisp. *coche*, *ῥαίον*, *ῥαίον*, *ῥάδος*, carruca, & genus leviculi currus quatuor rotarum ad gelandum homines idonei. Est vox Gallica, teste *Quintil. l. 1. c. 5. Cic. Att. l. 5. ep. 17.* Hanc epistolam dictavi sedens in rheda, cum in castra proficere. *Ces. l. 1. B. G.* Omnemque aciem suam rhedis, & carris circumdederunt.

Rhedarius, ii, *ῥηδαίτης*, auriga, rector rhedæ. *Cic. pro Mil. c. 10.* Adversus rhedarium occidit. Item qui rhedas facit. *Capitolin. in Maxim. & Balbin. c. 5.* Pater fuit faber ferrarius, vel ut alii rhedarius vehicularius fabricator.

Rhedarius, a, um, quod ad rhedam spectat, ut Rhedarius mulus, qui rhedam ducit. *Varr. l. 3. R. R. c. 17.*

Rhedones, seu Redones, m. 3. pop. Gallicæ Celticæ, in Aremoricis, in Britannia minore, versus Cenomanos, quorum urbs item Rhedones, seu Redones, seu Rhedonæ, & Condate Rhedonum, hodie *Renes*, vel *Renet*, ad Vidanum fl. *Ces. l. 7. B. G.*

Rheginus, a, um, adject. *di Regio*, ut Rhegina litora, *Sil. l. 13. v. 94.* Rhegini, orum, Rhegii incolæ, *Cic. pro Arch. c. 3.*

Rhegium, n. 2. & Rhegium Julium, *Reggio*, urbs Italiae, in Regno Neapolitano, in ora tracti Siculi, ex adverso Siciliae inf. & Massanzæ urbis. Conditum fuit a Chalcedinibus. Dicitur esse a *ῥηγναι*, *frangor*, quod inde Sicilia olim continenti juncta vi fluctuum terræ fractione avulsa fuerit. *Julian. l. 4. c. 1. Ovid. 12. Met. Plin. l. 3. c. 8.*

Rhemi, feu, & melius Remi, seu etiam Remenses, pop. Gallicæ Belgicæ, inter Treviros, & Viadunor. ad Or. Catalaunus ad Mer. Suesionis ad Oec. & Arduenam sylvam ad Bor. quorum urbs item Rhemi, *Remis*. *Plin. l. 4. c. 17.*

Rhenanus, a, um, adject. ad Rhenum pertinens. *Mart. l. 9. epigr. 36.* Rhenanum numeras, Sarmaticaque manum.

Rheni, in. 2. *Rhyngoeuver*, pop. iuxta Rhenum, inter Rhætos, & Helvetios, quorum regio Rhingovia, *Rhynat*. *Plin. l. 4. c. 17. Pers. sat. 6. v. 47.*

Rheno, onis, m. 3. *ῥήνηξ*, velis pellicæ, propria Gallorum, Germanorumque, ab humeris dependens usque ad umbilicum. Ita dicebatur a Rheno Germanicæ flumine, cujus æcolæ eo terquentur utebantur, vel a *ῥήδι*, quo pellis flumitur. Rhenonum m. munit. *Virro l. 4. de L. L. Ces. de B. G. l. 6. c. 20. Sallust. apud Charif. Sidon. l. 4. ep. 20.*

Rhenus, i, m. vel Rhenum, i, n. *Reno*, Germ. *Rhyn*, & *Rhein*, Gall. *le Rhin*, *ῥήνος*, fl. Germanicæ, post Danubium maximus, antiquus Gallicæ, & Germanicæ terminus a fontibus ad ostia. Oritur ex Alpibus, ex Adula monte, in parte occidentali Rhætiæ, & varias alluens provincias, tandem in Oceanum Germanicum duobus ostiis influit. V. *Plin. l. 4. c. 14. 15. & 17. l. 9. c. 15. Virg. 8. Æn.* Extremitate hominum Morini, Rhenulque bicornis. *Horat. de ar. poet. v. 18.* Aut flumen Rhenum, aut pluvius describitur arcus. In plurali numero. *Pers. sat. 6. v. 47.* ingentemque locat Cælonia Rhenos. h. e. Rhemi imagines in triumpho portandas. Rhenus alter, *Rens*, fl. Italiae priore minor. Oritur ex Apennino monte, fluit per Galliam Togatam, & per agrum Bononiensem, ac demum in proximis vallibus desinit. *Plin. l. 3. c. 16. l. 16. l. 16. c. 36. Syl. l. 8.* parvique Bononia Rhemi.

Rhesus, m. 2. *ῥήσος*, filius unius ex Musis, Rex Thraciæ, qui in auxilium Trojanorum venit. De hoc ab Oraculo Delphico Græcis responsum est, eos Trojæ non potituros, nisi equos Rhesi abducerent, antequam Troadis herbam gustarent, & de Xanthi aqua biberent. Omnia alba habuisse fertur, equos, tentoria, &c. Diomedes, & Ulysses a Græcis missi ex Troade protecti sunt, exploraturi, quando Rhesus veniret, & in sylvis latitarent. Cum igitur Rex ad Troadis fines accessisset, & noctu castrametatus esset, Diomedes, & Ulysses circa primam quietem castra ingressi sunt, Rhesum interfecere, exercitum ejus partim occiderunt, partim fugarunt, denique equos abduxerunt, antequam fatali herbam, & aquam attingerent. *Cic. 3. de nar. Deor. Virg. l. 5. Æn. Ovid. l. 3. Met.*

Rhetor, oris, *maestra di Rettorica*, Ger. *meisterlichen redens*, Gal. *Retoricien*, Hisp. *Retorico*, *ῥήτορας*, qui Rhetoricam, sive artem Oratoriam docet, a *ῥήω* dico, *eloquor*. Differt ab *Eloquente*, ab *Oratore*, & *Declamatore*, a *Sophista*, quod *Rhetor* sit, qui Rhetoricam profitetur, seu qui docet, vel scribit præcepta de bene dicendo, *Eloquens* autem, qui excellit facultate, vel virtute bene dicendi, *Orator*, qui in iudiciis, concionibus, & Senatu causas agit, *Declamator*, qui aut docendi alios, aut exercendi se gratia fictas causas agit, ut in veris postea causis possit orare, *Sophista*, qui artificiosas orationis delicias affectat. *Cic. de Or. Eos*, qui Rhetores nominantur, & qui dicendi præcepta traderent, nihil plane tenere. *Id. 4. Phil.* Quasi Rhetor ille te disertum facere potuisset. *Martial. l. 2. ep. 64.* Dum modo Causidicum, dum te modo Rhetora fingis. Aliquando ponitur pro Oratore. *Cic. 2. Fin. c. 6.* Quasi vero perpetua oratio Rhetorum solum, non etiam Philosopherum sit. Adde de *Oras. c. 3.*

Rhetorica, æ, & Rhetorice, es, f. 2. *Rettorica*, Germ. *Rhetoricey*, Gal. *Rettorique*, Hisp. *Retorica*, *ῥητορικὴ* est ars, vel doctrina bene dicendi, *Quintil. l. 1. c. 15.* Hæc ejus substantiæ maxime convenit finitio, Rhetoricen esse bene dicendi scientiam. *Id. l. 2. c. 1.* Rhetoricen exercere. *Cic. 2. de Fin. c. 6.* Omnem vim loquendi in duas tributam esse partes, rhetoricam palmæ, dialecticam pugno similem esse.

Rhetorice, adv. *rettoricamente*, *ῥητορικῶς*, Rhetorum more, oratorie, copiose, ornate. *Cic. 2. Fin. c. 6.* Rhetorice igitur, inquam, nos mavis, quam Dialectice, disputare? *Id. in Brut. cap. 11.* Hanc enim uortem Rhetorice, & tragice ornare poterunt.

Rhetorico, as, n. 1. idem, ac rhetorico, apud vet. Nonius apud Non. c. 17. n. 68. Age nunc, quando rhetoricali, responde, quod te rogo.

Rhetorico, aris, d. 1. *ῥητορικῶς*, Rhetorum more loquor. *Tertullian. do refur. carn. c. 5.* Ita nos rhetoriciari provocant Hæretici.

Rhetoricoteros, a, um, *ῥητορικώτερος*, magis Rhetor, compar. more Græcorum. *Cic. 3. de Or. cap. 43. ex Lucilio.* Craffum habet generum, ne Rhetoricotero tu sis.

Rhetoricus, a, um, *Rettorico*, *appartenens alla Rettorica*, *ῥητορικὸς*, quod ad Rhetoricam pertinet. *Cic. 2. de Or.* Nec vero te Rhetoricus nunc quibusdam libris, quos tu agrestes putas, insequor, ut erudiam. *Id. 4. Fin. c. 3.* Quamquam scripsit artem Rhetoricam Cleanthes. *Id. 1. de Oras.* Rhetorici doctores. Interdum sine substantivo ponitur in genere mascul. praesertim in num. pl. in qua usurpatione subintelligi debet *liber*, vel *libri*. *Quintil. l. 3. c. 5.* Sicut & Ciceronis quoque Rhetorico primo manifestum est, *Id. l. 3. c. 1.* de Cicerone. Nisi & Rhetoricos suos ipse adolescenti libi elapsos diceret. In neut. gen. *Cic. de Fato, c. 2.* Mhi rhetorica vestra satis nota sunt.

Rhetoricus, i, m. diminut. a *Rhetor*, contemptum significans. *Gell. l. 17. c. 20.* Heus, inquit, tu rhetorice (sic enim me in principio recens in diatribam acceptum appellabat) vides ne, inquit, &c.

Rhetorisco, as, n. 1. *ῥητορισκῶς*, rhetorice loquor. *Pompon. apud Non. cap. 2. n. 742.* Dolasti uxorem nunc, & propter me cupis concedere, & jam rhetorissas.

Rhetra, æ, f. dictio, oraculum, lex, *ῥήτρα*, a *ῥήω*, dico. Hoc nomine appellatae sunt leges Lycurgi a Lacedæmonis. *Amian. l. 16. c. 5.* Tanquam adstrictus sumptuariis legibus viveret, quas ex rhetris Lycurgi, & axoniis Romam translatis, & senescentes paulatim, reparavit Sylla dictator.

Rhetus, vel Rhætus, i, *ῥήτος*, unus Gigantum, quem Dionysius in leonem conversus occidit. *Hor. l. 3. ode 4. Valer. l. Argon.* Item unus Centaurorum. *Lucan. l. 6.*

Rheumaticus, a, um, *catarroso*, *ῥευματικός*, qui rheumatismo, seu fluxione laborat. *Plin. l. 29. c. 6.* Aut tritas clysteribus intundendas orthopnoicis, aut rheumaticis.

Rheumatidio, as, n. 1. rheumatismo laboro, *ῥευματιζομαι*. *Theodor. Priscian. l. 1. c. 12.*

Rheumatismo, i, m. 2. *ῥευματισμός*, fluxione, catarro, fluxus, eruptio. *Plin. l. 22. c. 18.* Deconquuntque in cibo contra fluxiones, quas Græci reumatismos vocant.

Rhina, æ, *ῥίνα*, pisces marinus, cute prædura, alio nomine Squatina. *Plin. l. 32. c. 7.*

Rhinion, *ῥίσιον*, collyrium ita dictum ab extirpandis callis, & circatricibus, a *ῥίσιον*, limo. Ejus compositionem docet *Celsus l. 6. c. 6.*

Rhinoceros, otis, m. *rinoceros*, *ῥινόκερος*, animal quadrupes, simile elephanto, nisi quod cornu habet ex nare prominens. *Dio l. 52.* Solinus dicit, illud cornu repandum esse, id est, recurvum, sed attritum cautibus in mucronem excitari, & rhinocerotem pugnare cum elephantis. *Pausanias* affirmat, rhinocerotem duo habere cornua, alterum insigni magnitudine ex naribus extans, alterum, quod superne erumpit, exiguum quidem, sed validissimum. Rhinocerotem quidem esse ajunt bove Ægyptium, ut ait *Festus*, pro quo alii Æthiopicum tradunt, ut *Pausanias* in *Elisiacis*, & *Boeoticis*. Vox Græca est, *ex ῥίσιον*, *ῥίσιον*, nasus, & *κέρας*, cornu. *Plin. l. 8. c. 20.* Iisdem ludis & rhinoceros, unius in nare cornu, qualis sæpe visus. Alter hic genitus hostis elephanto. Cornu ad saxa limato præparat se pugne, in dimicatione alvum maxime petens, quam scit esse molliorem. Longitudo ei par, crura multo breviora, color buxeus. Hæc *Virg.* Est symbolum prudentiæ. Hinc sagacem, & prudentem virum nasum rhinocerotis habere dicitur. *Mart. l. 1. epigr. 4.* Juvenesque, senesque, Et pueri nasum rhinocerotis habent. Ponitur etiam pro gutto, id est pro quodam vase oleum guttatim intundente lavantibus se in balneo. Aliqui dicunt, hoc vas fuisse ex cornu rhinocerotis. *Juven. sat. 7. v. 130.* Exitus hic est Tongilli, magno cum rhinocero lavari qui solet. Rhinoceros etiam per translationem dicitur, qui dente eminent bronchus est. *Lucil. apud Non. c. 1. n. 102.* Bronchus Bovilanus dente adverso emulino, hic est rhinoceros.

Rhinoceroticus, a, um, adject. ad rhinocerotem pertinens. *Sidon. carn. 9. in. fi.* Narem rhinoceroticum minetur.

Rhinochisla, æ, f. genus callæ herbæ. *Plin. l. 27. c. 8.* Alterum genus ejus quidam anchusam vocant, alii rhinochisiam. Folia lactucæ longiora, plumosa, radice rubra, &c.

Rhinocolitra, f. 1. *Faramida*, opp. Ægypti, in ora maris Medit. in lim. Palæstinæ, ita dictum a *ῥίσιον*, nasus, & *κλίτρος*, *decurtatus*, quia illius incolis omnibus rex quidam Perfarum nares recidit. *Senec. l. 3. de ira, cap. 20.*

Rhinthon, vel Rhrynthon, onis, poeta fuit comicus, Tarentinus, nugator vilissimus, cujus meminit *Cic. Attic. lib. 1. ep. ult.* *Cælius Rhodig. l. 16. c. 10.* scribit, fuisse poetam tragicum. A *Varrone* hæc vox ponitur pro homine vili, & levissimo, aut luxurioso. Inquit enim *lib. 3. R. R. c. 3.* Quis contra nunc Rhinthon non dicit sua nihil interesse, utrum iis piscibus stagnum habeat plenum, an ranis? *Calum. l. 8. c. 16.* Itaque Terentius Varro, nullus est, inquit, hoc saculo nebulo, ac rhinthon, qui &c.

Rhiphæus, seu Riphæus montes, *Oby*, al. *Monts Sculp*, *ῥήφωια*, *ῥήφωια*, montes Sarmaticæ Boreales, in Sarmaticæ Asiaticæ, & Scythiæ ora extrema ad Bor. inter Duinam, & Petzoram fl. Hi montes ob celestudinem, quæ vix 20. diebus superari potest, cingulum mundi, teste Erbensteinio, nominantur, & perpetuis nivibus rigent. *Plin. l. 4. c. 12. l. 5. c. 27. l. 5. c. 5. 7. 13. Virg. 4. Georg.* Dicit videntur a *ῥήφωια*, *flare*, quia aliudius ventis perflantur.

Rhiphæus, vel Riphæus, a, um, adject. ad Rhiphæos montes pertinens, ut Rhiphææ, pruinae, *Virg. 4. Georg.* Rhiphæus Euris, *Id. 3. Georg.*

Rhiphæus, i, m. *ῥήφωια*, unus ex Centauris, qui in pugna cum Lapithis a Thefeo interfectus est. *Ovid. 12. Met.* Item vir Trojanus, iustitiae nomine Trojanis omnibus prælatus, qui in Ilii captivitate strenue pugnans interit. *Virg. 2. Æn.*

Rhiphæarma, f. 1. opp. Arabiæ Fel. dictum ab hordeo, quod ibi abundat. *Plin. l. 6. c. 28.*

Rhitymna, æ, Rhithymna, *Resimo*, urbs Cretæ, ex præcipuis, satis munita, cum arce, & portu capaci, in ora Boreali. *Plin. l. 4. c. 12.*

Rhium, n. 2. *Trapani*, *Capo di Patras*, prom. & opp. Achajæ, ad fauces sin. Corinthiacæ, contra Antirrhium prom. Ætolizæ. *Plin. lib. 4. c. 2.*

Rhiza, æ, f. *ῥίζα*, forfex, qua dentium radicibus evellendis chirurgi utuntur. *Cels. l. 7. c. 12.* ubi alii leg. *rhizagra* eodem sensu.

Rhizias, æ, m. *ῥίζιας*, succus e radice laserpitii profluens. *Plin. l. 29. c.* Succus duobus modis capiatur, e radice, atque caule. Et hæc duo erant

erant nomina, rhizias, atque caulias, vilior ille, ac putrescens.

Rhizotomumēna, neut. plur. ῥιζοτομουμένα, vox Græca a ῥιζῶν, radix, & τόμος, secō, significat ea, quæ pertinent ad medicinam ex sectis herbarum radicibus. *Plin. l. 20. c. 23.*

Rhizotōmus, i, ῥιζοτομος, herba, species iridis subrufæ. *Plin. l. 21. c. 7.*

Rhizus, l. 2. opp. Theffalix, in Magnesia, apud Melibœam oppid. *Plin. l. 4. c. 9.*

Rho, nomen literæ R apud Græcos, ῥῶ. *Cic. 2. Divin. c. 46.* Demosthenem scribit Phalerens, cum rho dicere nequiret, exercitatione tecisse, ut planissime diceret.

Rhoali, m. 2. pop. Syrix, qui ad Euphratem Mesopotamiæ cohæret. *Plin. l. 5. c. 24.*

Rhoas, m. 1. fl. Colchidis, qui ex Caucaſo M. in Euxinum mare post Cobum fl. influit, inter Phasim, & Sebastopolim. *Plin. l. 6. c. 4.*

Rhodanæus, a, um, adject. ad Rhodanum pertinet. *Inscript. apud Græcor. pag. 375. n. 3.* Patrono nautarum Araricor, & Rhodanicor.

Rhodanitis, idis, adject. fœmin. quæ ad Rhodanum pertinet, seu sita est. *Sidon. l. 9. epist. 13. in carn.* Rhodanitas per urbes.

Rhodanus, i, m. *Rodano*, Gallis le Rhone, fl. maximus, & rapidissimus Galliæ Narbonensis. Hunc M. Varro, teste *A. Gellio. l. 10. c. 7.* tertium Europæ fl. haud istro minore scribit. Oritur ex duplici fonte, in limite Helvetiorum, ex Adula monte, *Monte di J. Gostardo*, & regione Rheni, tere duobus milliariis Germanicis ab ejus fontibus, & dimidio tantum a fontibus Ticini, & Ursæ fl. Deinde in Lemanum lacum ingrediens, & ad Genevam urb. egrediens, Galliam a Sabaudia separat. Infra Genevam terræ visceribus se condit, & paulo intra iterum erumpit, compluresque alluens provincias, Arari, Isara, & Druentia fluminibus actus, circa Arelatem tribus ostiis in Mediterraneum inare cadit. *Plin. l. 3. c. 4.*

Rhodia, æ, ῥῶδια, Nympha marina, Oceani, & Tethyos filia. *Virg. 2. Georg. ¶ Apud Plaut. Curc. a. 4. v. 74.* est scilicet Provincia nomen.

Rhodiæus, a, um, adject. a Rhodo, ut Rhodiææ spongiæ, *Plin. l. 31. c. 11.*

Rhodiæum, ii, n. *Rovigo*, urbs Italix, patria Cœli Rhodigini, a Ferraria 25. M. P. in Bor. a Patavio in Mer. fere totidem, ab Hadria fere 20. in Occ. Ab eo tractus adjacens dicitur Peninsula Rhodigina, vulgo il *Palsine di Rovigo*.

Rhodinus, a, um, adject. *di rosa, rosato, rosaceus, ῥῶδινος, a ῥῶδον, rosa*, ut rhodium unguentum, *Plin. l. 13. c. 1.* Rhodium oleum, *I. l. 15. c. 7.*

Rhodites, æ, f. ῥῶδίτης, gemma sic dicta a colore roseo, *Plin. l. 37. c. 11.*

Rhodius, a, um, ῥῶδιος, quod est ex Rhodo inf. ut Rhodia vitis, & uva, quæ ex Rhodo primum in Italiam est advecta. *Plin. l. 14. c. 3. & 8. Virg. 2. Georg.* Non ego te menſis, & Diis accepta fecundis Transjuncta Rhodia. ¶ Ficus Rhodia, est genus fici nigra. *Plin. l. 15. c. 18.* Nigra & Rhodia est, & Tyburtina de præcocibus. ¶ Rhodium opus, est colossus solis. *Martial. l. 1. ep. 71.* ¶ Rhodi, orum, sunt Rhodi incolæ. *Cic. pro Leg. Manil. c. 18.* ¶ Rhodium dicendi genus, medium est inter Asianum tumidum, & Atticum limatum, & emunctum, ut loquitur *Quintil. l. 12. c. 10.* V. etiam *Cic. de clar. Orat. c. 13.*

Rhododaphne, es, f. ῥῶδοδάφνη, frutex florem habens similem rosæ, folium indeciduum simile lauri toliis, a ῥῶδον, rosa, & δάφνη, laurus. *Plin. l. 16. c. 20.* ¶ *A. Pallad. l. 1. tit. 35.* dicitur rhododaphnis, is, V. *Rhododendros*.

Rhododendros, m. 2. ῥῶδοδένδρον, frutex, folio similis amygdalæ, sed majore, pinguioreque, semine patenti, qui & nerion, & rhododaphne dicitur, a ῥῶδον, rosa, & δένδρον, arbor, quasi rosa arboreſcens. *Plin. l. 24. c. 11.* Rhododendros nomen quidem apud nos invenit Latinum, rhododaphnen vocant, aut nerium. Mirum, folia ejus quadrupelium venenum esse, homini vero contra serpentes præsidium, ruta addita e vino pota. Adde *eund. l. 16. c. 20. & lib. 21. c. 13.*

Rhodomeli, neut. indecl. ῥῶδομέλι, mel rosa conditum, vel mixtum. *Pallad. lib. 6. tit. 16.*

Rhodope, es, f. ῥῶδοπέ, mons Thraciæ, ita dictus a Rhodope Thracum Regina, vel a Rhodope Strymonis annis filia. Italis dicitur *Monte Argentaro* a todinis. Extenditur usque ad Euxinum mare, & ad Apollonium urb. definit. Thraciam tere bifariam fecat. Ee eo Hebrus, Arzes, aliaque flumina profluunt. *Ovid. 2. Metam.* Et tandem nivibus Rhodope caritura, Mimafque.

Rhodope, es, f. ῥῶδοπέ, Thracum Regina, quam Poetæ in montem ejusdem nominis conversam esse fabulati sunt, fortasse, quod ibi sepulta fuerit. ¶ Item Strymonis fl. filia, ex qua Neptunus Athon gigante genuit, qui monti nomen dedit. ¶ Item meretrix nobilissima ex Thracia, Æſopi fabulatoris aliquando conserva, quam Charaxus Sapphus frater, ejus amore captus, ingenti pecunia redemit. Hæc tantas opes questu corporis cumulavit, ut unam ex Ægyptiis pyramidibus, minimam quidem, sed laudatissimam suis sumptibus extruxerit. *Plin. l. 36. c. 12.*

Rhodopeius, a, um, quod ad Rhodopen montem spectat. *Claud. de 4. Conf. Hon.* Flumina laverunt puerum Rhodopeia Martem. ¶ Regna Rhodopeia, Thracia. *Ovid. in Ibin.* Utque Dryantidæ Rhodopeia Regna teneant, &c. ¶ Rhodopeius Vates, Orpheus. *Ovid. l. 10. Met.* Quam satis ad superas postquam Rhodopeius auras Deslevit Vates.

Rhodora, æ, ῥῶδώρα, herba, quæ folia rubentia, florem habet colore argenteo. *Plin. l. 24. c. 19.*

Rhodus, i, Rodi, ῥῶδος, inf. pulcherrima Atix minoris, & maris Carpatii, in ora Cariz. Dicta est a nomine urbis metropolitanæ, urbs autem Rhodos dicta est a puella nomine Rhodia, ab Apolline adamata, ut tabular *Diadorus l. 6.* vel a ῥῶδον, rosa, quod, dum conderetur, capulus rosæ in promontorio, ubi condebat, inventus fuerit. Multis aliis nominibus antea appellata est, Ophiusa, Aſteria, Æthraæ, Trinacria, Corymbia, Pœſia, Atabyria, ab Rege. *Plin. l. 5. c. 31.* Inter Asiaticas insulas tertia numeratur. Nam Lesbos, & Cyprus majores habentur. Dicitur enata esse, cum olim non fuerit. *Plin. l. 2. c. 8.* Rhodus urbs condita fuit a Cecrope, in parte orientali, in insulæ promontorio. Olim portibus, mœnibus, viis, & reliquis ornamentis tantopere ceteras superavit, ut nulla putaretur æqualis. In hac urbe tria millia signorum fuerunt. *Plin. l. 34. c. 7.* In ea etiam aliquando fuit pictura illa celeberrima Protogenis, quæ Jalyſus dicta est, cujus gratia Demetrius Poliorcetes, seu Expugnator cognominatus, urbem non incendit, ne tabulam cremaret. *Plin. l. 7. c. 38. l. 35. cap. 10.* Aurum Rhodi pluisse ob felicitatem insulæ, cecinit Pindarus. Rhodi mira aeris salubritas, sicut Mitylene, Pergami, Smyrnæ, & Syracusis, ubi Romani diutius morari confueverant ob aquarum copiam, & frigiditatem, aliaque delicias. Rhodi, & Syracusis nunquam ita cœlum nubilum est, ut non aliqua hora Sol cernatur. *Plin. l. 2. c. 62.* Igitur Rhodi Apollo præcipue cultus fuit, qui colossus dedicavit, idem statuum altitudinis 75. cubitorum, quem Chares Lydius fecit, unum ex 7. orbis miraculis. *Plin. l. 34. c. 7.* Etiam templum Bacchi Rhodi fuit. *Plin. l. 33. c. 12.*

Rhœas, æ, f. genus papaveris erratici, erucæ simile, altitudine cubitali, flore rufo, & protinus deciduo, unde & nomen a Græcis accepit. *Tom. II.*

neque a ῥῶδον, fluere, decidere. *Plin. l. 19. c. 8. & l. 20. c. 19.*

Rhæteius, a, um, adject. a Rhæto promontorio, ut Rhæteum litus, *Virg. 6. Æn. v. 505.* Rhæteius heros, h. e. Æneas, *Id. 12. Æn. v. 456.*

Rhætum Promontorium, *Pefkiam*, prom. Troadis, ubi Ajax sepultus esse, cum opp. cogn.

Rhege, es, f. i. inf. seu potius scopulus maris Pamphylii, apud Cambruffam. *Plin. l. 5. c. 31.*

Rhofcus, a, um, adject. V. Rhus.

Rhoites, m. 1. ῥῶίτης, vinum ex malis punicis expressum; a ῥῶιζ, malum Punicum. *Plin. l. 14. c. 16.*

Rhombus, i, m. ῥῶμβος, ῥῶμβος, muliebre instrumentum, idest, torques, five machinula illa, quam vertendo mulieres tramam ad lanificium nent, a ῥῶμβος, in gyrum agor. Eo & veneficæ utebantur in incantationibus. *Martial. l. 9. ep. 30.* Quæ nunc Theſalico Lunam deducere rhombo. *Propert. l. 3. eleg. 4. v. 26.* Staminea rhombi ducitur ille rota. *Ovid. 2. Fast. v. 375.* Tunc cantata ligat cum tufco licia rhombo. *Horat. epod. penult.* turbinem vocat. ¶ Est & rhombus piscis quidam, de quo *Plin. l. 9. c. 20. & 53. l. 32. c. ult.* *Juven. Sat. 4.* Incidit Hadriaci spatium admirabile rhombi ante domum Veneris.

Rhomphea, seu romphaea, æ, f. ῥῶμφαία, haitilis genus, cujus ferrum ligno æquale est, aliter framea. Apud *Gellium l. 10. c. 25.* legitur *rumpia*, diciturque genus teli esse Thracæ nationis, positumque hoc vocabulum nent, a Ennii Annali quartodecimo. Alii volunt esse gladium ex utraque parte acutum, qualis est, quam vulgo *ſpatam* vocant. *Isid. l. 18. Orig. c. 6.* ¶ Est a ῥῶμβος, circumago: Hoc enim facere solent rhomphea pugnantes, ut qui anceps sit gladius, ut Isidorus ait. *Aſcon. Pedian. in Milonians.* Humerum ejus Birrha rhomphea trajecit. ¶ A Poetis penultima interdum corripitur, abjecta vocali præpositiva. *Val. Flaccus l. 6. Argon. v. 98.* Æquaque, nec ferro brevior, nec romphea ligno, Al. leg. *rumpia*, eod. sensu.

Rhomphealis, æ, adject. a rhomphea. *Prudent.* sine diphthongo scribit corripienti causa *Cathem. v. 93.* Dextram perarmat rhompheali incendio.

Rhonychidnus, a, um, qui rhonchos sonat. Translate ponitur pro derisore. *Sidon. carn. 3.* Nec nos rhonchifono rhinocerote notat.

Rhonchiflo, as, n. i. ſterto. *Plaut.* Cyathiflat, dum cœnat, dum dormit, rhonchiflat. Ita est in Calep. & al. Lexicis: sed nos locum Plauti invenire non potuimus.

Rhonchus, i, *roncheggiameto*, נהרה, Ger. *Schnarchlen*, Gall. *rouffement*, Hisp. *ronquido*, ῥῶγχος, sonus, quem ſtertentis edunt, a ῥῶγχος, ſterto. Translate sumitur pro irrisione. *Martial. l. 1. ep. 4.* Majores nufquam rhonchi. ¶ Sunt qui scribunt *ronchus*.

Rhopilon, i, ῥῶπιλον, herba Nymphaea, inde dicta, quod radicem habet clavæ similem. nam ῥῶπιλον clavam significat. *Plin. l. 25. c. 7. A. p. de herb. c. 67.*

Rhoſus, a, um, adject. a Rhoſo oppido, ut Rhoſi montes, *Plin. l. 5. c. 22.* Rhoſus, f. 2. Rhoſus, Rhoſſos, Rhoſium, el *Ros*, urbs Syrix, in ora maris Syriaci, & ſin. Iſſici, haud procul a Caſſo monte. *Plin. l. 5. c. 22.*

Rhoſphodufa, f. i. *Roffa*, al. *Saline*, inf. Scythiæ Europææ, in ſinu Carcinite. *Plin. l. 4. c. 13.*

Rhuma, f. i. oppid. Æthiopiæ, inter Meroen inf. & Troglodytas. *Plin. l. 6. c. 29.*

Rhus, rhoi, accuſ. rhoem, f. & m. herba, & frutex varios habens in medicina uſus, quos reſcit *Plin. l. 24. c. 11.* ¶ Semen fruticis huius ad condienda obſonia vicem ſalis præſtare, *Idem ibid.* teſtatur. ¶ Foliis herbæ ſiccatis untur coriarii ad pelles depilandas, & perficiendas. *Id. ibid.* ¶ Hinc est adject. rhoicus, a, um. *Id. ibid.* Medici rhoicis untur ad contuſa, ſubintellige, foliis.

Rhuſulinon, *ῥυſιλιον*, apium ruſſicum, herba ſcelerata. *Apulei. de herb. c. 8.*

Rhuteni, m. 2. pop. Aquitanix, in parte Or. ubi hodie la *Rouverge*, inter Gabalos ad Or. Cadurcos ad Occ. Arvernos ad Bor. Heleuteros ad Auſtr. *Plin. l. 4. c. 19.*

Rhynton, V. Rhinton.

Rhyarographus, cognominatus est quidam Pyrrhicus pictor, quod tonitrinas, ſutrnaſque pinxit, & æſellos, & obſonia, ac ſimilia. *Plin. l. 35. c. 10.* a ῥῶταρῶς *ſartidus*, & ῥῶγγο, *pingo*.

Rhyphodes, is, ῥῶφῶδες, emplaftrum ad extrahendum, ſic dictum a ſimilitudine foridum. *Celf. l. 5. c. 19. n. 15. & c. 26. n. 23.*

Rhythmicus, i, ῥῶθμικός, qui numeros in cantu, vel prolatione, aut ſono obſervat. *Cic. 3. de Orat. c. 49.* Nec ſunt hæc rhythmicorum, aut muſicorum acerrima norma dirigenda.

Rhythmus, i, m. ῥῶθμῶς, *caſtenza, ritmo, armonia*, numerus, harmonia, conveniens ſententiæ ſonus. *Quintil. l. 9. c. 4.* Omnis ſtructura, ac dimenſio, & copulatio vocum conſtat aut numeris (numeros ῥῶθμῶς accipi volo) aut *μετρη*, idest dimenſione qualiam. Quod etiam conſtat utrumque p. dibus, habet tamen non ſimpli. em differentiam: nam rhythmi, idest numeri ſpatio temporum conſtant; metra etiam ordine: ideoque alterum eſſe quantitati videtur, alterum qualitatibus. Hæc *Quintil.* qui alia *ibid.* aſſert metri, & rhythmi diſcrimina. ¶ Translate ponitur pro congruentia, & proportione aliquid rei ad aliam, ut venarum rhythmus, apud *Varron. l. 1. c. 1. eguaſtita del poſſo*, hoc eſt congruentia unus arteriarum motus cum altero.

Rhytium, ii, ῥῶθμῶν, poculi genus intra angulum, ſupra latum, & curvum in modum cornu, diminut. a ῥῶθμῶς, quod inter pocula numerat *Athenæus l. 10. c. 13. & l. 11. c. 5.* Hinc *Martial. l. 2. epigr. 35.* Cum ſint crura tibi, ſimulant quæ cornua Lunæ, In rhytio poteris, Phæbe, lavare pedes.

R A N T E I.

Rica, æ, fœm. ῥῶκα, ῥῶκα, ῥῶκα. Non ſatis convenit inter Veteres, quid ſit. Non enim c. 41. n. 15. ſcribit, eſſe illud idem, quod ſudarium dicitur. At *Festus*, & *Varr. l. 4. L. L.* ajunt eſſe palliolum, flammeum, ſeu tegumentum capitis, quo ſacſificatura ſacerdos velatur.

Ricinatus, a, um, ricinio indutus. *Fest.* Riciniati mimi planipedes. *Arnob. l. 6.* Fronte Janus accipitur, riciniatus Jupiter.

Ricinium, ii, n. pallium muliebre, breve; ita definiunt *Festus*, *Nonius* c. 14. n. 33. *Var. apud eund. ibid. & Serv. in 1. Æn. ¶ Var. l. 4. de L. L. & Serv. loc. cit.* dictum putat a *reſicento*, quod dimidiam ejus partem retrorſum rejiciebant. *Cic. 2. de Leg. cap. 23.* Extenuto igitur ſumptu tribus riciniis, & vinculis purpuræ, & decem tibiſcinibus, tollit etiam lamentationem.

Ricinum, i, n. idem ac ricinium. *Lucil. apud Non. c. 14. n. 16.* ¶ Adjective mitram ricinam dixit *Var. apud eund. Non. ibid.* h. e. ricinii tormam habentem.

Ricinus, m. idem ac ricinium, *Serv. in 1. Æn.*

Ricinius, i, m. 2. *κυνεπαισθῆς*, ῥῶθμῶν, vermis alatus, canes potiffimum infectans, interdum & oves, ut *Caro R. R. c. 96.* docet *Var. l. 2. de R. R. c. 9.* Quidam nucibus Græcis in aqua tritis percurrunt catulorum aures, quod

ricini foletant (si hoc unguine non sis usus) eas evulserunt. *Seren. Sammon. c. 37.* Sanguine cum ricini, quem bos gellaverit ante, Herba chelidoniz fertur cum melle mederi. *Adde Plin. l. 12. c. 18. & l. 30. cap. 10.*
 Ab huius animalis similitudine ricinus dicitur trutex, aut herba infilar arboris, ad magnitudinem parvæ ficus asfurgens, folio platani, sed maiore, læviore, & nigriore, ramis, & caudice arundinum modo concavis, femine ovarum aspero, quod purgatum effigiem ricini vermis præsentat. Græce dicitur *ρίκινος*, & *κικί*. Vulgus palmarum Christi appellat, *ricino*. *Plin. l. 15. c. 7.* Dicitur etiam de tractu mori arboris. *Plin. l. 23. c. 7.* Mori germinatione prorsum in folia exeant, sinistra decerpi iubentur futura ponia, ricinos Græci vocant.
 Riccio, as, n. i. frequent. a ringo. *Spartian. in Geta, c. 5.* Urſi sæviunt, canes rugiunt, leopardi rictant.
 Rictum, i, n. idem ac rictus, m. *ceſſo, bocca. Lucr. l. 5. v. 1063.* Mollior ricta fremunt duros nudantia dentes. *Cic. 6. Ver. cap. 43. de Herculis statua.* Uſque eo, Iudices, ut rictum ejus, ac mentum paulo sit attritius. Ita Non. legit, *alii rictus.*
 Rictus, us, m. 4. *muſo, bocca, ceſſo, χάρυξ*, hiatus, unde verba exeunt, & tota illa pars circa ipsum hiatum, quæ in homine ridente, & in bestis os aperientibus lineis quibusdam terminatur, ut maxime sunt labia. Est a supino rictum, verbi ringo. *Martial. lib. 1. epigr. 105. de leonibus.* Laxos cum dare pervioſque rictus Gaudet, & timidus tenere dentes. *Ovid. Metam. 11. v. 126. de Mida omnia in aurum saltu vertere.* Miferat puris auctorem muneris undis, Fusile per rictus aurum fluitare videres. *Plin. lib. 8. c. 21. de tauris fluvestribus.* Rictu ad aures dehifcente. h. e. ore usque ad aures hiſo. *Quintil. l. 1. c. 11.* Ne immodicus hiatu rictum distendat. h. e. os in rictus modum formet.
 Rictum diducere, est os aperire. *Juven. sat. 10.* Ipse ad conspectum cœne diducere rictum contentus. ¶ Metonymice est ad rictum impellere. *Horat. l. 1. sat. 10.* Ergo non satis est rictu diducere rictum.
 Riccula, æ, dim. a ricta. *Tacit. apud Non. cap. 14. n. 16.* Interea adspexit virginem injectam in capite riculam indutam ostrinam.
 Rido, es, si sum, n. 2. *ridere, ῥίγω*, Ger. *lachen*, Gal. *rire*, Hisp. *reir*, *γελῶ*, risum edo. Conſtruitur tere absolute. *Cic. 5. Fin. c. 30. M. Crasus*, quem semel ait in vita risisse Lucillius, & ea re *ὀξύδασος* vocatum. ¶ Vel cum accus. *Cic. in Fam. 2. epist. 9.* Ut dederis nobis, quem semper ridere possemus. ¶ Vel cum accus. risum. *Cic. l. 7. Fam. epist. 25.* Ne, si istum habuerimus, rideamus *γέλωντα καρδόνιον*. ¶ Vel cum ablat. & præpos. *de Cic. Att. l. 14. epist. 15.* De hæreti Vestorina, & de Pherionum more P. teolano risisse me satis. ¶ Usurpatur etiam passively. *Cic. 2. de Orat.* Hæc enim ridentur vel sola, vel maxime. ¶ Ridere ore catuli Gallicani, est turpiter, & late inter ridendum os diducere, ut patulus est oris rictus canibus Gallicis venaticis. *Catull. carm. 42.* Ridentem catuli ore Gallicani. ¶ Pontur etiam pro deridere, illudere, ridere cum contemptu. *Cic. de Aſſuſp. frat. c. 4.* Cum riseritis impudentiam hominis. ¶ Item pro placere. *Horat. l. 2. od. 6.* Ille terrarum mihi præter omnes angelus ridet. ¶ Item pro approbare, indulgere. *Tac. de morib. Germ. c. 19.* Nemo illic vitia ridet, nec corrumpere, & corrumpi, sæculum vocatur. *Ovid. l. Trist. eleg. 4.* Fortuna rider. h. e. valet. ¶ In hac acceptione usurpatur etiam cum dativ. *l. 1. rg. 5. Æn. Rit* pater optimus illi. ¶ Translate ponitur pro pulchrum, & speciosum esse. *Virg. 4. Æl. Miſſaque ridenti colocalia fundet acan ño.* *Id. 7. Æl.* Omnia nunc ridet. *Horat. l. 4. od. 11.* Ridet argento domus. ¶ *Ridentem dicere verum quid veras?* speciem proverbii habet apud *Horat. l. 1. sat. 1. v. 14.* Itali dicunt simili sententia, *tal si baria, che si confessa.*
 Ridibundus, a, um, *ridante, μωδῖος*, ridens, abunde ridens. *Plaut. Epid. 3. p. 32.* Illam ridibundam, atque hilaram huc adduxit simul. *Adde Gel. l. 11. c. 25.*
 Ridica, æ, f. *pericla, ſtecone, ῥιδικῶν*, fudes, palus, pedamenti genus, quod adminiculandæ vineæ melius esse palo, ait *Colum.* Differt a palo, quia ridica fissilis est, palus rotundus. *Var. l. 1. de R. R. c. 8.* Unum robultum, quod optimum solet afferri in vineam e quercu, ac junipero, & vocatur ridica. *Colum. l. 4. c. 12.* Hic annus nondum vehementem palum, aut ridicam desiderat.
 Ridicula, æ, f. paxillus, parva ridica. *Sen. l. 1. quest. nat. c. 3. de fullo-* ne. Cum os aqua implevit, & vestimenta ridiculis diducta leviter aspergit. Alii leg. *tendiculis.*
 Ridicularius, a, um, *buffone, χερκυλάτος*, qui risum excitat. *Gel. l. 4. c. 20.* Qui jurabat, cavillator quidem, & canicula, & nimis ridicularius fuit. ¶ Ridicularia, um, n. plur. facetiæ, res ridiculæ. *Plaut. Aſin. 2. 2. 69.* Mitte ridicularia.
 Ridiculle, adv. *piacivolmente, ῥυπελάτος*, cum risu. *Cic. 1. de Orat. c. 57.* Non modo acute, sed etiam ridicule, aut facete.
 Ridiculofus, a, um, adject. *ridicolo, ridiculus.* *Arnob. l. 5.* Ridiculosa negotia defendere. *Plaut. Stich. 2. 3. 64.* Advexit secum paratitos ridiculofissimos. ¶ *Hieron. l. 3. adv. Rufin. c. 4.* ridiculofum a ridiculo distinguit, ubi ait: Non ridiculofa, ut scribis, sed ridicula mihi forte res accidit.
 Ridicullum, i, *facezia, cofa da ridere, γελῶν*, jocus, facetiæ, dictam, vel factum risum excitans. *Cic. Offic. l. c. 37.* Aut per ridiculum, aut severe, maledice dicere. *Plaut. Stich. 3. 2. 2.* Confido me obtenturam regem ridiculis meis. *Id. Amph. 3. 2. 36.* Dicere aliquid ridiculi causa. *Terent. Eun. 5. 6. 3.* Ridiculo alicui esse. h. e. irrideri, ridendi occasionem dare. *Id. And. 3. 1. 16.* Hui tam cito? ridiculum. h. e. res ridicula est.
 Ridiculus, a, um, *ridiculo, Ger. lacherlich, Gal. ridicule, Hisp. ridiculo, γαλιῶν*, qui aliis risui est, de quo alii ridet. *Cic. Att. l. 1. ep. 10.* Tacite magis, quam facietis ridiculus. *Id. pro Arch.* Est ridiculum ad ea, quæ habemus, nihil dicere. *Juv. sat. 3. v. 153.* Nihil habet infelix paupertas durius in se, quam quod ridiculas homines facit. ¶ Sæpe fit munit pro faceto, qui dicit ea, quibus homines rideant, non ipse rideatur. *Cic. in Brut. C.* Scinius homo impurus, sed admodum ridiculus. ¶ Reperitur superlat. *ridiculissimus* apud vet. *Plaut. Stich. 2. 3. 58.* Euge, quando adhibero, alludiabo, tum sum ridiculissimus.
 Ridiculus, li, m. *buffone, ſcurra*, qui risum dictis, factive commovet, *γελωποῖς*. *Plaut. Capt. 3. 1. 17.* Neque ridiculos iam teruncii faciunt.
 Rido, is, n. 3. idem quod rideo. *Præſtan. l. 10. Diomed. l. 1. Lucr. l. 3. v. 22.* large diffuso lumine ridet.
 Riẽ, V. Renes.
 Rigatio, onis, *δαῦγ*, actus rigandi. *Colum. l. 11. c. 3.* Quod rigationem ministrari non expedit.
 Rigator, oris, qui rigat. *Tert. adv. Valens. c. 17.* O fletum rigatorem!
 Rigens, entis, o. durus, horridus, asper, rigidus. *Liv. l. 21. c. 32.* Animalia, inanissima omnia rigentia gela. *Quintil. l. 1. c. 13.* Et a fummo ad imum rigens corpus. Nihil nullo modo flexum. *Virg. l. 1. Æn. v. 72.* Vestes ostroque, auroque rigentes. hoc est perstringentes sensus. *Ovid. Heroid. ep. 5.* Ungue rigente fecare genas. *Solin. c. 15.* Pars mundi Aquilonis conceptaculis rigentissima.
 Rigens, es, qui, sine sup. n. 2. *essere aspro, duro, inturſiſi, Ger. erſta-* ren, Gall. être roide, Hispan. estar yerto, ῥιγῶν, ῥιγῶν, est horrens,

frigore asperum, vel durum esse. *Cic. 1. Tuſc. c. 28.* Quod aut frigore rigeant, aut urantur calore. *Ovid. Metam. 3. v. 100.* comæ terrore rigeabant. *Id. 1. Amor. eleg. 6.* Roboribus duris janua fulta riget. *Horat. epod. 8.* rigent nervi.
 Rigefco, is, neut. 3. *απαρῖστος*, incipio rigere, durus, asper, horridus ho. *Virg. 3. Georg. v. 363.* Et raque diffiliunt vulgo, vestefque rigescunt. Ubi *Serv.* Rigescunt, durantur, ut frangi potius, quam scindi posse videantur. *Ovid. 9. Metam. 2. 357.* rigescunt ubera.
 Rigide, adv. *rigidamente, ῥιγῖος*, dure, aspere, horride. *Vstr. l. 2. c. 3.* Teclorium inductum, rigideque obfolidatum. *Valer. Max. l. 9. c. 7. in fine.* Disciplinam rigidus adstringere.
 Rigiditas, atis, f. 3. durities, asperitas. *Vitruv. l. 2. c. 9.* Arbor rigiditatem habere videtur.
 Rigido, as, a. 1. rigidum, & durum facio. *Sen. ep. 71.* Virtus recta est, flexuram non recipit: rigidari quidem, amplius intendi non potest. Alii leg. *rigida est.*
 Rigidus, a, um, *rigido, duro, aspro, orrido, ῥῖ*, Germ. *beſſigkalt*, Gall. *roide, dur*, Hisp. *elado, yerto, ῥιγῖος*, durus præ frigore, asper, horridus, erectus, immotus. *Cic. in Brut. c. 18.* Signa rigidiora. *Virg. 2. Georg.* Tellurem borea rigidam spirante moveri. *Id. 6. Æl.* Tum rigidas inotate cacumina quercus. ¶ Translate sumitur pro constanti, inflexibili, immutabili. *Liv. l. 39. c. 40.* Invicti a cupiditatis animi, & rigide innocentie. *Arnob. l. 5.* Rigidissima soliditas. ¶ Item pro severo. *Plin. ep. 9. l. 4.* Sententiam Macri ut rigidam, duramque reprehenderunt. ¶ Item pro crudeli. *Martial. l. 10. epigr. 65.* Nec dorcas rigido fugax leoni.
 Rigo, as, a. 1. *adacquare, βαρῦναι, ῥίγω*, Ger. *vassieren*, Gall. *arrouser*, Hisp. *regar, arbolizar*, madefacio, humorem alicui rei aspergo. *Cic. 1. de Div.* Quæ parvos Mavortis femine natos uberibus gravidis vitali rore rigabat. *Plin. l. 22. c. 11.* Rigaturque gelidis fontibus, & imbres accipit. ¶ Translate *Auſt. ad Heren. l. 4. c. 6.* Fontes, qui omnium rigare debent ingenia. *Lucret. l. 4. v. 202.* Solis lux cœlum rigat. ¶ Est etiam derivare, dividere. *Liv. l. 5. c. 16.* ad fin. Aquum emittam per agros rigabis, dissipatumque rivis extingues.
 Rigor, oris, *rigore, durezza, ῥῖγος*, Ger. *grimme kalte*, Gall. *roideur*, Hisp. *rigor, dureca, ῥιγος*, durities, horror, asperitas ex frigore, & durities generatim. *Virg. 2. Georg.* Tum ferri rigor, atque argutz laminæ ferræ. ¶ Ponitur etiam pro frigore. *Col. l. 9. c. 14.* Quam recentissimæ rigoris aqua infusa. *Plin. l. 17. c. 24.* Cœli rigor. *la rigidizza dell'aria.* ¶ Translate sumitur pro constantia, severitate. *Plin. l. 7. c. 19.* Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quandam. *Sen. 1. de ira, c. 16.* Vir a multis vitiis integer, sed pravus, & cui placebat pro constantia rigor. ¶ Item pro cursu, seu tenore quodam perpetuo sui simili. *Quintil. l. 9. c. 3.* Oratio habeat rectam quandam velut faciem, quæ stupere immobili rigore non debeat. ¶ Rigor fluminis, & relictio fluminis, spatium illud medium, ubi cursus rectus est. *Ulpian. l. 1. ff. de flum.* Ripa autem recte ita definitur: ill, quod flum. n. continet naturalem rigorem cursus sui tenens. ¶ Rigor juris est relictio inflexibilis, vel severitas. *Modestin. l. si expressim, ff. de appellat.* Si expressim sententia contra juris rigorem data fuerit. ¶ Rigor quoque extrat terminus in agro inter duo ligna rectus in modum linæ. Signum autem erat arbor, saxum, vel aliud eminus. *Aggenus Urbicus.* Limes est, quodcumque in agro opera manuum tactum est ad observationem finium: rigor vero suæ relictionis naturalis nomen accepit. Inventus & alibi apud *Aggenum*, uti & alios limitandorum agrorum Auctores. *Sicil. Flaccum dico, & Frontinum*, in editione Goëſii. ¶ Rigor sillicidii, est ejus relictio, qua extra murum porrigitur. *ff. l. 8. sit. 2. leg. ult.* Titius aperto pariete domus suæ, quatenus sillicidii rigor, & tignorum protectus competeat, januam in publico aperuit.
 Rigoratus, a, um, adject. durus, firmus, roboratus, sustentatus. *Plin. l. 17. c. 23.* Traduces virgultorum comitatu obiter rigorati.
 Rigorofus, a, um, adject. *rigoroso, severus, rigidus.* *Senec. epist. 11.* Opus est aliquo rigoroso, ad quem mores nostri se ipsi erigant. Videtur tamen illud *rigoroso* irrepletum. nam in plerisque optimis editionibus deest.
 Riguum, i, subst. neut. rigatio, vel aqua ipsa rigans. *Plin. l. 17. c. 26.* Rigua ætibus vaporibus utilia, hyeme inimica, autumnio varia.
 Rigus, a, um, *che adacqua, ἀρόμενος*, quod rigat, vel rigandi vim habet. *Virg. 2. Georg. v. 485.* Rura mihi, & rigui placeant in vallibus amnes. ¶ Sumitur etiam passively pro eo, quod rigatur, seu rigari facile potest. *Col. l. 2. c. 17. de prato.* Eius animadvertimus duo genera, quorum alterum est siccanum, alterum riguum. *Ovid. 8. Metam.* Quodque suus conjux riguo collegerat horto.
 Rima, æ, *ſpina, ῥίμα, ῥίμα*, Germ. *spalt*, Gall. *fente*, Hisp. *hendadura, κλάσμα*, fissura in tabulis male junctis, in pariete, & aliis rebus, a *ῥίμα*, quod a *ῥίγνυμι, findo*. *Perf. sat. 3.* clarum mane fenestras Invenit, & angustas extendit lumine rimas. *Cic. Att. l. 14. ep. 9.* Tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas æquunt. ¶ Translate accipitur pro quocunque ipatio vacuo, levi pro quocunque defectu. Hinc rimas explet dicuntur Oratores, cum verba interciunt, ut pleniorum orationem faciant. *Cic. in Orat. c. 69.* Neque interciens verba, quasi rimas explet. ¶ Pienus rimarum, per translationem dicitur, qui nihil potest celare corum, quæ illi creduntur, translatione sumpta a vase aquario fictili. *Terent. Eun. 1. 2. 25.* Plenus rimarum sum, hæc, atque illac perfluo. ¶ Rimam aliquam invenire dicitur is, qui in re aliqua difficilis, & perplexa rationem callide invenit, qua elabatur: ductum fortasse a muribus, qui interdum dolo capti tenui aliquo foramine effugiunt. *Plaut. Curcul. 4. 2. 23.* Rogitationes plurimas propter vos populus leavit, quas vos rogatas rumpitis; aliquam reperitis rimam. *Adde Casin. 5. 3. 8.* ¶ Rima, dictum de natura muliebri, *Juven. sat. 3. v. 97.*
 Rimabundus, a, um, adjectiv. studiose percurans, contemplans. *Apul. l. 2. A. D. M.* hæc identidem rimabundus eximie delector.
 Rimatim, adv. per rimas, ut rimatim ab ostio speculari. *Martian. Capel. l. 2.*
 Rimator, oris, qui rimatur. *Arnob. l. 5.* Varro in antiquitatis indagatione rimator.
 Rimatus, a, um, partic. passiv. *cercato, indagato.* *Sidon. l. 7. ep. 2.* Diligenter, quæ ad socrum pertinerant, rimatus.
 Rimo, as, a. 1. idem ac rimor. *Præſtan. l. 8.*
 Rimor, aris, d. 1. *cercar bene, ῥίρω*, Gerin. *Reißig durchsuchen*, Gall. *feuilleter per tout, chercher diligemment*, Hisp. *buscar diligencemente, ῥιγῶν*, diligenter quæro, scrutor, perscrutor. *Feſt.* Rimari est valde quærare, in rimis quoque. *Virg. 1. Georg.* Dulcibus in stagnis rimantur præta Cayllri. h. e. pascuntur in pratis, & cibum per omnes rimas terræ perquirunt. *Id. 6. Æn. de Troji culture.* Viscera rimatur epulis, habitaque sub alto pectore. idest quæritur ad cibum, expletur, pascitur. ¶ Interdum rimari est scindere, & quasi in rimas ægere. *Virg. 3. Georg.* Ergo ægre raris terram rimantur. ¶ Translate sumitur pro quærare. *Cic. 1. de Divin. c. 57.* Sed tamen id quoque rimatur quantum potest.
 Rimofus, a, um, *pieno di ſeffore*, Ger. *klackerbig*, Gall. *plein de ſentes*, Hisp. *lleno de bendaduras, κλάσμα*, rimis plenus. *Col. l. 1. c. 5.* Quocumque

quid ab inferiore mox apposeris, fissum erit, rimosumque. Per translationem auris rimosa dicitur, quæ negligenter audit, & audita statim oblitiscitur, quasi rimarum plena, & hac, atque illac perfluens. *Hor. l. 2. sat. 6.* Et quæ rimosa bene deponuntur in aure.

Rimula, læz, *picciola seffura*, tenuis rima. *Celf. l. 8. cap. 4.* Ne parvæ rimulæ fallant.

Ringor, eris, d. 3. *digrignere, ringhiare*, פּרַגְרַג, Ger. *das maubrümpfen*, Gal. *rechner*, Hisp. *risar*, רִיסָר, est ita os aperire, ut dentes ostendantur. Metonymice ponitur pro indignari, irasci, conviciari, &c. *Ter. Phorm. 2. 27.* Dum tibi fit, quod placeat, ille ringitur, tu rides. *Sidon. carm. 23. v. 87.* Multum ringitur otiosa virtus.

Ripa, æ, *riua, riviera*, רִיבָר, Ger. *ein gesäß*, Gal. *rivage*, Hisp. *ribera*, רִיבָרָא, credido, extremitas terræ aquæ vicina, quæ utrinque flumine alluitur. Differt a litore, quia ripa proprie est fluminis, litus maris. Unde *Ovid. l. 1. Metam. v. 42.* Pro ripis litora pulsant. Non raro tamen discrimen id negligitur. *Plin. l. 9. c. 15. de mari Pontico.* Thynni dextra ripa intrant, læva exeunt.

Ripariensis, se, adject. a ripa. Riparienses milites dicebantur, qui in ripis fluminum, ubi termini Imperii erant, stationem habebant ad hostium incurfiones prohibendas. *Vopiscus in Aureliano, cap. 38.* Septem milibus Ripariensium interceptis. Adde *leg. de castr. ripar. Cod. de remilitis*, ubi legitur & *Ripariensis*.

Ripariola, æ, f. hirundo in ripis fluminum nidificans. *Marcel. Empir. c. 15.*

Riparius, a, um, quod in ripis habitat. *Plin. l. 30. c. 4. de hirundinibus.* Multo tamen efficacissimi ripariarum pulli: ita vocant in riparum cavibus nidificantes.

Ripensis, se, adject. juxta ripam positus, ut ripensis Dacia, quæ Danubii ripam spectat. *Ammian. l. 26. c. 30.*

Riphæi, V. Rhiphæi.

Ripula, æ, *רִיפּוּלָא*, exigua ripa. *Cic. Att. l. 15. ep. 17.* Tamen hæc *רִיפּוּלָא* ripulæ videtur habitura celerem satietatem.

Rira, m. f. Thraciæ, apud conf. Mytæ, qui in mare Euxinum exit inter Panissam & Toarum. *Plin. l. 4. c. 11.*

Riscus, i, m. *פּרִיסְקוּס*, cista pelle tecta, vel e vimine, aut juncis facta, qua mulieres lineæ sua corpori abstergendo idonea concluderent, ac conservarent. *Ulp. l. 26. ff. de aur. argen. Ec.* Et siqua sumita dici possunt, veluti lavatio, riscus. *Donatus* quoque ad *Terent. Eun. 4. 6. 16.* ita hanc vocem interpretatur. Verba porro Terentii sunt: Cistellam domo effer com monumentis. P. ubi ista est? T. in riscu. *Serv.* autem & *Non. c. 2. n. 736.* ajunt riscum dici parvum in pariete foramen ad aliquid reponendum idoneum.

Risloquium, n, sermo cum risu. *Tertul. de panit. c. 10.*

Risio, onis, idem ac risus. *Plaut. Stich. 5. 2. 10.* Deo ego voluptates sero, quot risiones, quot jocos.

Ristio, as, a. 1. *ridere speffo*, frequentative a rideo. *Nev. apud Non. c. 3. n. 116.* Dicta risitant.

Ritor, oris, *chi rido*, רִיטוֹר, qui ridet, scurra, irrisor. *Hor. in art. poet. v. 225.* Verum ita riores, ita commendare dicaces conveniet Sityros.

Risus, us, *riso*, רִיסוּס, Ger. *das lachen*, Gal. *ris*, Hisp. *risa*, רִיסָא, a. Ætus ridendi. *Cic. in Brut.* Equalem in quibusdam vix ritum teclum. *Id. 2. de Orat. c. 58.* Ritum conquire. *Pl. Q. Frat. 2. ep. 10.* Miros risus edere. *Id. 2. Tusc. Quintus* captare, fluctuati di sar ridere. *Id. Att. 6. ep. 3.* Risum movere. *Quintil. l. 6. c. 3.* ritum conciliare. *Horat. l. 1. sat. 4.* Risum sibi excutere. *Id. l. 1. ep. 13.* Vertere in risum.

Rite, adv. secundo id costume, Ger. *ordentlich, und vuol*, Gall. *bien, & droitement*, Hisp. *drichamente*, רִיטוּ יְהוּמָר, secundum ritum, pro ritu, ut impete pro impetu. Nam rite fit, quod tacitus secundum ritum. *Cic. l. Div. c. 13.* Deos rite colere. *Auct. ad Her. l. 1.* Testamentum ipso præfente conferunt, testes rite affuerunt. Ponitur etiam pro recte, bene, quia quod fit rite, id ratum, & rectum est. *Cic. 2. Fin.* Quæ potest appellari rite sapientia. Rite, subitan. pro ritu, ut sit ablat. a rites, vel ritis, *Is. Ser. Theb. 11. v. 285.* Hei mihi primitiis armorum, & rite nescio libatus, iustique mori.

Ritualis, le, adject. ad ritus pertinens. Rituales libri, *Βιβλία Βιβλια*, libri de ritibus sacris. *Fest.* Rituales nominantur Hetruscæ libri, in quibus per scriptum est, quo ritu condantur u-b-s, a-z, æ-z, de sacrentur, qua sanctitate muri, quo jure portæ, quo modo tribus, curiæ, centuriæ distribuantur, exercitus constituantur, ordinantur, ceteraque eiusmodi ad bellum, ac pacem pertinentia. *Cicer. de Div. l. 1. c. 33.* Quod Hetruscorum declarant & aruspici, & fulgurales, & rituales libri, nostri etiam augurales.

Ritualiter, adv. rite. *Ammian. l. 29. c. 7.* Ritualiter consecratus.

Ritus, us, m. *rito, costume, usanza*, רִיטוּס, Ger. *ordentliche gewonheit*, Gal. *coutume*, Hisp. *costumbre*, רִיטוּס, mos, & approbata consuetudo, quam omnes ratam habent. *Fest.* Ritus mos est comprobatus in administrandis sacrificiis. *Virg. 12. Æn. v. 591.* morem, ritumque sacrorum Adjuviam. *Cic. 2. de Leg. c. 16.* Deinceps in lege est, ut de ritibus patriis consulantur optimi. Generatim accipitur pro quovis more. *Cic. de Amic.* Qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt. *Id. 2. Phil. c. 25.* Vivere latronum ritu. *Plin. l. 12. c. 8.* Ritu naturæ capite hominem gignit mos est, pedibus efferri. Ritus in genit. pro ritus, *Var. apud Non.* Itaque domi ritus nostri, qui per deum Fidum jurare vult, pro dicitur solet in compluvium. Rite in ablat. pro ritu, V. Rite adverb.

Rivalis, & le, o. 3. *רִיבָלָא*, qui in rivis habitat. *Colum. l. 8. c. 15.* Datur cammaris, & rivalis alecula. Rivales item dicebantur, qui in agris rivum habebant communem, & propter eum sæpe discrepabant, a rivus. *Ulp. Dig. lib. 43. tit. 19. leg. 1.* Si inter rivales, id est qui per eundem rivum aquam deducunt, sit contentio de aquæ usu. *Id. l. 3. eod. tit.* Dummodo ne fundum domino, aut aequalium rivalibus detentus faciat. Translate quoque rivalis dicuntur æmuli, qui ejusdem mulieris amore tenentur, rivalis, Ger. *mitbuler*, Gal. *rival*, Hisp. *rival*, רִיבָלָא. Ita dicuntur, quia, ut agricolæ rivum habentes communem de usu aquæ, ut de aquæ ductu, & aliis, sæpe contendunt, ita hi certant de eadem amasia. *Plaut. Stich. 3. 1. 30.* Eadem est amica ambobus, rivalis sumus. Sine rivali diligere dicuntur ei, qui stulte mirantur, quod nemo alius concupiscat, sumpta allegoria ab amantibus, quibus est amica deformis, & quam alius nemo velit. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 8.* O Dii, quam ineptus, quam se ipse amans sine rivali!

Rivalitas, atis, rivalitatis, רִיבָלָא, æmulatione inter amatores, qui eandem mulierem amant. *Cic. 4. Tusc. c. 26.* Obstricare vero alteri aut illa vitiosa æmulatione, quæ rivalitatis similis est.

Rivatim, adv. per rivos, vel in morem rivu. *Macrob. l. 6. Satur. cap. 12.*

Rivatim aquæ de Ponto fluunt.

Rivifinalis, le, adject. objectu rivi fines agrorum faciens, ut tractus rivifinalis. *Sicil. Flac. de condit. agror. apud Gof. p. 75. 12.*

Rivinus, i, m. idem ac rivalis. *Argum. Aj. Plauti, quod Sidonii esse a nonnullis creditur.* Rivinus amens ob præceptam mulierem.

Rivulus, i, *רִיבּוּלָא*, exiguus rivus. *Cic. l. Acad. cap. 2.* Ut ea a fontibus potius hauriant, quam rivulus confectentur.

Rivus, i, *riuo, rio, ruscello*, רִיבּוּס, Ger. *ein bach*, Gal. *ruisseau*, Hisp. *rio, riua*, aqua fluens, a fonte, vel flumineeducta. *Fest.* Rivus vulgo appellatur tenuis fluor aquæ, non ope, consilivoe factus, verum naturali suo impetu: Sed si rivu dicuntur, qui manutacti sunt, sive super terram toffa, sive subter specu, cuius vocabuli origo ex Græco pendet. *Ulp. l. 1. ff. de rivis.* Rivus est locus pro longitudine depressus, quo aqua decurrat, cui nomen est *רִיבּוּס*. *Cic. in Top. c. 8.* Partium distributio læpe est infinitior, tanquam rivorum a fonte deductio. *Hor. l. 2. od. 19.* Rivus lactis. *Ovid. 9. Metam.* Lacrymarum rivu. *Lucret. l. 5.* Argenti rivus, & auri. E rivu flumen facere, est rem minimam amplificare. *Ovid. 2. de Pont. eleg. 5.* Ingenioque meo, & venâ quod paupere inanat, Plaudis, & e rivu flumina magna facis. *Hor. l. 1. ep. 12.* sic vives protinus, ut te Contentum liquidus fortunæ rivus inauret. h. e. ut divitiis affluentibus fortuna te locupletet.

Rixa, æ, *rixa, discordia*, רִיבּוּס, Ger. *zruck*, Gal. *noise*, Hisp. *pendencia*, רִיבּוּס, lis, contentio, pugna, ab *רִיבּוּס*, certo, per Aphærelin. *Cic. 6. Ver.* Ecce autem nova turba, atque rixa. *Id. l. 9. Fam. ep. 22.* Etu Academicæ nostræ cum e magna rixa est. *Tac. l. 1. histor. c. 63.* Jurgia primoni, mox rixa. *Horat. l. 1. od. 27.* Rixæ sanguineæ. *Liv. l. 2.* Rixam sedare.

Rixator, oris, qui rixatur. *Firmic. l. 5. c. 8.* Homines erunt, nali litigiosi, rixatores, contentiosi. *Quintil. l. 11. c. 1.* Videas rixatores quosdam neque iudicum reverentia, neque agendi more, ac modo contineri.

Rixos, ad, n. 1. idem ac rixor. *Var. apud Non. c. 7. n. 82.* Ne familiarit rixent cum vicinis.

Rixor, aris, d. 1. contendere, רִיבּוּס, Germ. *zanken*, Gall. *noiser*, Hisp. *renir*, רִיבּוּס, iurzor, contendo. *Cic. 2. de Orat. c. 59.* Cum effer cum eo Tarracina de amicula rixatus. Rixari delant caprina, prov. in eos, qui de re mihi disceptant. *Hor. l. 1. ep. 19.* Alter rixatur de lana sæpe caprina. Sumitur etiam tran late pro rixitate. *Var. l. 1. de R. R. c. 47.* Arida factæ herbæ rixantur, ac celerius rumpuntur, quam sequuntur.

Rixosus, a, um, *רִיבּוּסוּס*, contentiosus, pugnaz, proclivis ad ineundum certamen. *Col. l. 8. c. 2.* Non rixosorum avium lanitæ. Loquitor de Græcis, vel aliis, quorum studium erat terocissimam quanque avem certaminibus, & pugna præparare.

R A N T E O.

Robæus, a, um, idem ac rubeus, rosso. *In vet. inscrip. apud Voss. in Esmol. in voce Ruber.* & apud *Festig. in not. ad Varron. de R. R. pag. 244.* Omnibus annis vitulo robæo, & verre.

Robigalia, & Rubigalia, um, n. 3. dies festus in honorem Robigi Dei, cui sacra fiebant, ut rubiginem a segetibus averteret. Instituta tuere a Numa antimo Regni sui undecimo. Celebrabantur 7. Cal. Majas, id est die 25. A. J. us, quia tunc tere segetes rubigo intestat. *Var. l. 1. R. R. c. 1. Plin. l. 18. c. 29. & Fest.*

Robiginosus, & rubiginosus, a, um, *rugginoso*, רִיבּוּסוּס, plenus rubiginem. *Plaut. Stich. 2. 1. 77.* Robiginosam strigilem, ampullamque rubidam. *Varron. l. 5. ep. 29.* Rubiginosi dentes.

Robigo, onis, d. 4. apud Romanos, quæ avertendæ robiginis causa celebratur. *Ovid. 4. Fast. v. 907.* Flam n in antiquæ lucum Robiginis ibat.

Robigo, seu rubigo (utroque enim modo recte scribitur) ini, f. rubiginis, רִיבּוּסוּס, Ger. *die rote*, Gal. *rouille*, Hisp. *anubio*, רִיבּוּסוּס, vitium in tali robore contrahentis, quod in terro speciatum ferrugo, in ære ærius appellatur, a colore robo, vel robo. Nam veteres pro rubeus etiam robo, & rubeus dixerunt. *Plin. l. 28. c. 7.* Et etiam, ac ferrum rubigo protinus corrumpit, odorque diru. *Virg. 1. Georg. v. 150.* Excelsa inveniet scabra rubigine tela. Ita etiam vocatur morbus segetum, qui culmis frum totum innascitur ex nimio humore, quo sicca sunt marcidæ, & in tactum pulverem trahunt. *golpe. Virg. 1. Georg. 1. Max* & frumentis labor abditus, ut mala culinos esse robigo. Ubi per o robigo scribitur in optimo Virgilii codice Romano, quo *Pierius* usus est. Dicitur etiam de aliorum rerum sordibus. *Ovid. 7. Met. v. 776.* Ivent rubiginem dentes. *Juvenal. sat. 13. v. 147.* veteris qui collunt grandia temp' Potula adorandæ rubiginis. Translate *Sen. ep. 7.* Maliguis comes quamvis cantidus, & simplici rubiginem sum adcut. h. e. sui vitii intericit. Primam syllabam corripit *Prudent. in Psychom. v. 105.* Condera vaginæ gladium, ne tecta rubigo Occupet. Quidam a tunc & *Martial. l. 2. ep. 61.* nimis que rubigine captus. Sed alii rectius leg. æruginem.

Robigosus, i, m. D. u. quidam Romanorum, qui robiginem a segete avertere credebatur. *Varron. 5. de L. L. c. 12. c. 12.*

Roborarium, n, *רִיבּוּסוּסוּס*, vivarium, septum, villa, quæ inclusa habet animalia, a robur, id est a tabulis roboratis, quibus vivaria septa erant, antquam mœnibus cingerentur. *Gel. l. 2. c. 20.*

Roborascens, is, n. 3. robur acquiro. *Nev. apud Non. c. 2. n. 368.* de puero pubescente. Cujus vox gallulacit, cuius jam ramus roborascit.

Roboratus, a, um, nom. ex partic. forte, corroborato. *Tertull. de anim. c. 25.* Roborator exitus.

Roboreus, a, um, *cid, che è di rovere*, רִיבּוּסוּס, quod est ex materia roboris. *Col. l. 11. c. 2.* Materies si roborata est, ab uno fabro dolari ad unguem debet. *Ovid. 5. Fast. v. 622.* Pons roboratus.

Roboro, as, a. 1. forficare, rinforsare, רִיבּוּסוּס, Germ. *Stercken*, Gall. *affermir, forstifer*, Hisp. *fortalecer*, רִיבּוּסוּס, tortifico, firmo, robur addo. *Cic. 1. Off. c. 31.* Catoni cum incredibilem tribuisset natura gravitatem, eamque ipse perpetua constantia roboravisset. *Plin. l. 10. c. 33.* Hirudines nidus luto construunt, stramento roborant.

Roborosus, a, um, adject. ut roborosa passio, h. e. morbus, quo nervi rigent, apud *Veget. de re veter. l. 3. c. 24.*

Robur, onis, n. fortassis, רִיבּוּסוּס, Germ. *Stercke*, Gal. *force*, Hisp. *suercia*, רִיבּוּסוּס, proprie est corporis fortitudo, corporis firmitas, quæ adversus omnes difficultates firmiter obstitit. *Cic. pro R. Am.* Qui si jam satis ætatis, ac roboris haberet. Translate ponitur pro animi fortitudine, qua quis dicit adversus pericula. *Cic. pro Font.* Equites tantum habuere animi, tantum roboris. *Id. 5. Fin.* Tenere robur in virtute. Et generatim dicitur de omnium rerum imitate, duritiaque. *Virg. 7. Æn.* Etærnique terri robora. *Col. l. 2.* Quod protinus exite natum sit, nunquam robur accipere manifestum est. Os dicitur ligni etiam arboris genus robur, seu robur vocatur, nempe *רִיבּוּסוּס*, sive vitris quibus, cuius lignum est validissimum. Sed *Felus* hanc arborem ita dictam putat a colore robo, seu robor, ut veteres dicebant pro rubeo, quia is color in ejus venis inest. *Cic. de Div. l. 2. c. 41.* Quis robur illud cecidit, delavit, inscripuit? Ac quia ex huiusmodi quercu fiebant arcæ, quibus includebantur malefici, inde his roboris nomen inditum est, uti & postea carceri ipsi. *Fest.* Robur in carcere is locus, quo præcipitator maleficorum genus, quod antea arcis roboris includebatur. *Apul. in Apol.* O subtilitas digna carcere, ac robore. *Faler. Max. l. 6. c. 3. n. 1.* videtur accipere pro loco supplicii, unde rei præcipitarentur. Inquit enim: Familiares eorum de robore præcipitatu sunt. Huic consonat *Lucan. l. 2.* Seva Tribunitio maderunt robora tabo. Et eadem ratione robur dicitur tribus, quo rei a carnifice tenduntur. *Lucret. 1. 3.*

l. 3. v. 1030. Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, tædæ. Alii hic equuleum intelligunt.

Robur, a, um, quod ex robore nascitur. *Col. l. 9. c. 1.* Nam ut graminihus, ita frugibus roburneius opus habent. hoc est glandibus.

Robur, i, m. genus frumenti, a colore robo, seu robeo, idest rubeo. *Col. l. 2. c. 6.* Verum ex his maxime ferendum est, quod robur dicitur, quoniam & pondere, & nitore præstat.

Robus, a, um, idem ac rubeus, apud vet. *Fest.*

Robustus, a, um, *δρῦστος*, quod est ex robore, ut Robustæ materies, quæ ex robore facta est, ut sit durior. *Var. l. 1. R. R. c. 38.* Si in medio robustæ aliqua materies sit depacta. *Al. leg. robusta. Vitruv. l. 3. c. 3.* Palis robustis locus configatur. *Adde l. 5. c. ult.*

Robustus, a, um, *robusto, forte*, *רוכב*, Germ. *stark*, Gall. *fort*, *robust*, *Hisp. fuerte, rezzo, ξυρπός*, quod est multi roboris. *Cic. 2. Catil. 2. Tertium genus est ætate jan cunctum, exercitatione robuitum. Id. 2. Phil. c. 25.* Hæc quæ robustioris improbis sunt. *Id. 1. Off. cap. 20.* Robustus animus. *Flor. l. 1. cap. 12.* Robustissima oppida. *N. pos. in Alcibiad. c. 2.* Cum robustior est factus. h. e. ætate crevit. *¶ Sumitur etiam pro roboreo. Plin. l. 11. c. 37.* Robuli caudices vetustate putres. etiam pro roboreo. *Plin. l. 11. c. 37.* Quos ego jan detrudam ad molas, inde porro ad Plaur. *Pan. 5. 2. 33.* Quos ego jan detrudam ad molas, inde porro ad puteum, atque ad robuitum codicem. h. e. in carcerem roboreis axibus munitum, qui & robur vocatur. *Id. ibid. prope fin. ligneam custodia appellat.*

Rode, m. l. Scythiæ Europæ, qui in Sin. Sagaricum fluit. *Plin. l. 4. c. 12.* Rodo, is, fi, fum, a. 3. *rodere, רוצח*, Ger. *nagen*, Gall. *ronger*, *Hispræ, רוצח*, est dentibus aliquid ex aliquo eradere, proprium murium, & simulum, qui dentibus tere semper aliquid demoluntur, a verbo Græco allato. *Cicer. 2. de Div. Quasi vero quicumq; interficit, mures diem, & noctem aliquid rodentes, scuta, an cribra corrodant. Hor. l. 1. sat. 10. v. 70.* Vivos & roderet ungues. *¶ Translate sumitur pro eradere generatim, sive abstrahere. Lucret. l. 5. v. 256.* Flumina rodunt ripas. *¶ Item pro detrahere, obtreclare, maledicere. Cic. pro Corn. Balba c. 26.* More hominum invident, in convitiis rodunt, in circulis vellitant. *¶ Dentem dente rodere*, prov. in illos, qui carpunt eos, qui pari sunt præditi mordacitate, aut qui lædi non possunt, neque sentiunt. *Manil. l. 13. ep. 2.* Quid dentem dente iuvabit rodere? carne opus est, li satur esse velis.

Rodus, & Rodusculum, V. Raudus &c.

Rogatus, & le, o. 3. quod ad rogum spectat. *Ovid. l. 3. Am. el. 9.* Tene facer vates flammæ rapere rogales?

Rogamentum, i, interrogazione, quisione. *Apul. de Syllogism. categorem.* Rogamentum proponere.

Rogatio, onis, *preghiera, δέσους*, actus rogandi, supplicatio, preces. *Val. Max. l. 6. c. 4. de P. Rustico.* Cum amici cuiusdam inultæ rogationi resisteret. *¶ Rogatio item interrogacionem notat, & speciatim sumitur pro Figura sententiarum, quæ usitatus Interrogatio dicitur. Cic. 3. de Or. c. 53.* Et rogatio, atque huic finitima quasi percunctatio, expositioque sententiæ suæ. *¶ Sumitur etiam pro lege. Dicta est a rogando, i. e. interrogando, quia rogantur Tribus, Felices, subeatis ut hoc, vel illud fiat.* Quod enim respondit, *Uti rogas*, lex erat. *Cic. 4. Fin. Et eadem imbecillitate, & inconstantia L. Tubulum tuisse, qua illum, cuius is condemnatus est rogatione, P. Scævola. ¶ Aliqui rogationem accipiunt pro privilegio, & a lege differre ajunt, quod lex universalis sit, rogatio particularis. Festus: Rogatio ea dicitur, cum Populus consultitur de uno, pluribusve hominibus, quod non ad omnes pertineat: & de una, pluribusque rebus, de quibus non omnibus sancitur. Nam quod in omnes homines, reive Populus scivit, lex appellatur. Itaque Gallus Ælius ait, inter legem, & rogationem hoc interest, Rogatio est genus legis; quæ lex non continuo est, ea rogatio est: non potest non esse lex, si modo iustus Comitibus rogata est. Hæc Festus. Sed hæc differentia non observatur: nam, ut ait *Gell. l. 10. c. 20.* five lex, five privilegium, five plebiscitum sit, sine rogatione ad populum perferri non potest. *Cic. de clar. orat. c. 33. de C. Gaius.* Rogatione Manilia, Jugurthinæ conjurationis invidia, oppressus est. *cap. autem seq. addit: Invidiosa lege Manilia C. Galbam Græchani iudices sustulerunt. Id. ibid. c. 23.* Rogationem in Ser. Galbam privilegij similem ferente T. Libone trib. plebis. *¶ Dicimus etiam, promulgare rogationem de aliqua re. Id. pro Sext. c. 10.* Rogationem perferre. *Id. Q. Fr. l. 2. ep. 2.* Rogationem accipere, h. e. approbare, *Id. Attic. l. 1. ep. 14.* Rogationem ad populum ferre, *Cæsar. l. 3. B. C. c. 1.**

Rogatiuncula, æ, *δευκαίνιον*, parva rogatio, seu lex. *Cic. pro Demo, cap. 20.* Eaque te ex una rogatiuncula tecesse.

Rogator, oris, m. 3. *colus, che prega, αἰτητής*, qui rogat. *Cic. ad Planc. l. 16. Attic. ep. 16.* Quanquam hæc epistola non suavis est, sed rogatoris. *¶ Sumitur etiam pro mendico, qui elemosynam postulat. Manil. l. 10. ep. 5.* Interque raucos ultimos rogatores Oret caninas panis improbi buccas. *¶ Item pro interrogatore. In Comitibus rogatores dicebantur Consules, vel alii, qui Comitibus habebant, & de re aliqua rogabant. Cic. 2. de Div. c. 4. de Trib. Græcho.* Qui recentibus Comitibus in Senatum introducti negaverunt, iustum Comitiorum rogatorum tuisse. *¶ Item in Comitibus rogatores vocabantur, qui civibus ad suffragia venientibus citam proponebant, ita dicti, quod primis Reipublicis Tribus obirent, easque de sententia interrogarent. Id. post red. in Sen. c. 11.* Quando illa dignitate rogatores, diribitores, custodique vididisti?

Rogatum, i, interrogatio. *Cic. pro Flac. c. 4.* Is nunquam mihi ad rogatum respondet.

Rogatus, us, m. *preghiera, δέσους*, rogatio, supplicatio, preces. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 6.* Nam cum Feris Latinis ad eum ipsius rogatu, accersititque venissem. *Id. Attic. l. 1. ep. 7.* Ego ejus rogatu rogo. *¶ In aliis casibus exempla non vidimus.*

Rogatus, a, um, *pregato*, cui preces factæ sunt. *Ovid. lib. 1. de ars. v. 355.* Quæ dant, quæque negant, gudent tamen esse rogatæ. *¶ Sumitur etiam pro interrogato. Plin. l. 7. cap. 48.* Rogatus sententiam in Consulatu. *¶ Item pro perlato. Plaut. Curc. 4. 2. 24.* Leges rogatas rumpere. *Cic. pro Sext. c. 24.* Illo ipso die mihi pernicies, Gabinio provincia rogata est. h. e. rogatione decreta.

Rogitatio, onis, *δευκαίνιον, ρογιτιον*, Lex, plebiscitum. *Plaut. Curc. 4. 2. 23.* Rogitationes plurimas propter vos populus scivit.

Rogito, as, a. 1. *αἰτημαι, sæpe rogo, idest precor. Ter. Eun. 2. 2.* Sed ego cesso ad Thaidem hanc deducere, & rogitare, ut ad cenam veniat. *¶ Sumitur etiam pro sæpe interrogare, sciscitari, iterum, atque iterum petere, poscere. Ter. Adel. 1. 2.* Rogitas me, ubi nobis Æschinus fiet, quid tristis ego sim. *Plaut. Aul. 2. 8. 3.* Venio ad macellum, rogito pisces, indicant caros. *Virg. 1. Æn. v. 750.* Multa super Priamo rogitant, super Heclore multa.

Rogo, as, a. 1. *pregare, domandare, רוצח*, Ger. *bissen*, Gal. *prier*, *Hispræ, rogare, dicam, oro*, obsecro, precor, peto, posco. Construitur cum acc. *Cic. de Am. Ut neque rogemus res turpes, neque faciamus ro-*

ti. *Cef. l. 1. B. G. Legatos ad Cæsarem mittunt rogatum auxilium.* *¶ Vel cum duobus accusatis, uno personæ, altero rei. Cic. ad Qu. Fr. lib. 1. epistol. 2.* Hoc te ita rogo, ut majore studio rogare non possim. *¶ Vel cum acc. & abl. cum præp. de. Cic. ad Qu. Fr. l. 3. epistol. 17.* Et simul Taurum de aqua per fundum ejus ducenda rogabo. *¶ Vel cum acc. & præp. a, vel ab. Gell. l. 13. c. 20.* Crepidarium cultellum rogavit a crepidario futore. *¶ Vel cum conjunctivo, & particula ut, vel ne. Cic. l. 13. Fam. Te oro, atque rogo, ut cum & in reliquis veteris negotiationis colligendis juves. Id. 1. Ver. Rogare, & orare, ne illos supplices alpernaret. ¶ Idem etiam querere, interrogare. Plaut. Amph. 2. 76.* Alcumena unum rogare te volo. *Cic. in Fam. Racilius de privato me primum sententiam rogavit. Id. Attic. l. 1.* Primum igitur civitatis me non esse rogatum sententiam. *Id. in Var. Tum respondeto ad ea, quæ de te ipso rogaro. Id. 6. Verr. Rogavi, pervenissent ne Agrigentum. ¶ Metaleptice ponitur pro statuere, ut Rogare legem. Solebat enim Populus a Legislatore rogari, idest interrogari, num eam legem ratam esse vellet, hinc conceptis verbis: *velitis, jubetis, ut &c.* respondebatque, si lex placeret, *uti rogas.* Deinde in principio legis perrogatæ adscribi solebat: *Consul, vel Tribunus pl. &c. populum jure rogavit, populusque jure scivit.* Quæ solemnnes formulæ apud *Cic. Liv. Gell.* & alios passim leguntur. *Cic. 2. Phil. Ego leges perniciosas rogavi. ¶ Item pro suffragis creare, ob eandem rationem. Cic. Att. l. 9. epistol. 11.* Quod majus imperium a minore rogari non sit jus. *Id. l. 1. de Div. Comitibus consulibus rogandis habuit. Id. 3. de Leg. Tribunicis, quos sibi Plebes rogavit. ¶ Rogare sacramento milites, est iurejurando eos adstringere. Liv. l. 35.* Vagos milites de exercitu P. Africanus sacramento rogavit. *Cef. l. 6. B. G. Quos ex Cisalpina Gallia Consul sacramento rogavit. ¶ Roges quis, est locutio usitata in præoccupatione eorum, quæ obijci possent. Ter. Eun. 3. 3.* Roget quis, quid tibi cum illa? *¶ mami dirã alcuno. ¶ Malo emere, quam rogare, proverbium est de iis, qui difficultat ad preces descendunt, maluntque aliquid quamvis caro pretio conciliare, quam rogando se submittere. Cic. 6. Ver. c. 6.* narrans, nobilissimum artificum signa permulta vilissimo pretio a Verre fuisse coempta: *Profecto, inquit, hinc nauta est, Malo emere, quam rogare; nempe quia facilius est tam parvam erogare pecuniam, quam preces adhibere; & est ironia.**

Rogus, i, m. 2. *rogo, רוצח*, Germ. *holzstufen*, Gall. *tas, rogue*, *Hispræ, boguera, πυρ*, strues lignorum ad cremanda cadavera. *Serv. in 11. Æn. scribit, pyram esse lignorum congeriem, rogem dici, cum jam ardere cœperit. V. pyræ. Cic. 3. Fin. c. 18.* Extrure rogum. *Id. l. 2. Tusc. c. 35.* Imponere aliquem in rogum. *Id. pro Quir. Ad rogum usque profuegi. ¶ In neutro genere Afrani apud Non. c. 3. n. 186.* Pulcre hoc incendij rogum ardet.

Roma, æ, Roma. *Ρώμη*, urbs Italiæ, in Latio, sed cum suburbio Vaticanum in Hetruria, Tiberi fl. interficiente, sedes olim Reipublicæ Romanæ, postea Romani Imperij, septem montes murorum ambitu complexa; unde & *septicolli* dicitur a Prudentio; caput totius orbis terrarum, amplissima, pulcherrima, splendidissima, ac plane Regiis ædificiis ornata. *M. P. ab ostiis Tyberinis, & ab ora maris Tyrrheni in Bor. dicta est a robore. Nam Ρώμη est robur, vires. Hinc est, quod aliqui scribant, prius Valentiam esse appellatam a juventute Latina. Vel dicta est a Romulo, qui, ut vulgaris opinio est, ejus conditor fuit. Sunt enim quidam Græci scriptores, qui ab Æneã conditam putant, & a nomine cuiusdam Romæ Trojanæ mulieris appellatam: sunt, qui a quodam Romo Æneã filio: sunt, qui ab aliis. Plin. l. 3. c. 5.* scribit, duplex fuisse Romæ nomen, alterum autem nabis tuisse vulgari arcans ceremoniarum. Plura de urbe hac V. ibid. *¶ Deæ quoque nomine Roma culta est, eique dicata templa, ut constat ex Tacit. Ann. 4. c. 37. & ex Liv. l. 43. c. 6. ¶ Apul. l. 8. A. A. In profundam Romam cupidinis se præcipitare. Sed legendum ruinas, vel aliquid simile.*

Romanensis, & Romanienfis, se, o. 3. *Ρωμαῖνός*, qui alibi exortus est, sed Romæ verfat. Unde *Cat. in l. de R. R. cap. ult.* saltem Romanensem appellat, non Romæ factum, sed qui Romæ vendebatur. *Id. script. apud Græver. pag. 41. n. 7.* Pistor Romanienfis.

Romanicus, a, um, *Ρωμαῖκός*, quod Romæ, vel more Romano factum est. *Cat. c. 135.* Aratra in terram validam Romanica bona erunt, in terram pullam Campanica.

Romanitas, atis, imperium Romanum, vel Romanorum mores, & instituta. *Tertul. de pal. c. 4.*

Romanilla Porta, teste *Var. l. 4. de L. L.* in Palatino monte fuit, gradus habens in navalia, ad Voluptæ sacellum.

Romanus, a, um, *Ρωμαῖος, Ρωμαῖός*, qui Romæ inhabitat, quod & Roma est, vel ad Romam spectat. *Cic. pro Domo.* An tu Populum Romanum esse illum putas, qui? &c. *Virg. 2. Georg. Imbellem avertis Romanis arcibus Indum. ¶ Romani, orum, Romæ incolæ, & Romani imperij. Virg. 1. Æn. Romani rerum domini. ¶ Romana porta, in infimo clivo Victoris fuit, a Romulo primum instituta, gradibusque quibusdam in quadraturam formata. Appellata est autem Romana a Sabinis præcipue, quibus ea proximus aditus erat Romam. Fest. Vulgo tamen, eodem Festo retinente, Romana porta dicta est, ubi ex epistylia aqua defluebat: qui locus ab antiquis appellari solitus est Ad Status Cincias, quod ibi olim fuerit sepulchrum ejus familiaris.*

Romilia, & Romula, Tribus Romana primum locum inter rusticas obtinuit, eratque trans Tiberim in Hetruria. Dicta est a Roma ipsa, teste *Var. l. 4. de L. L.* quia incipiebat prope Urbis muros, & usque ad mare secundum flumen extendebatur. *Ver. Flac. scribit dictam esse a Romulo, quod ex eo agro censebatur, quem Romulus cœperat ex Vejentibus.*

Romphæa, V. Rhomphæa.

Romphus, V. Rumpus.

Romularis, e, Romuleus, Romanus. *Sidon. in carm. lib. 9. epistol. 13. ad fin. Populusque Romularis.*

Romuleus, a, um, *Ρωμαῖός*, ad Romulum spectans. *Ovid. 3. Fast. Romuleoque cadit trajectus Amulius ense. Id. Met. 15.* Romulea urbs.

Romulidæ, arum, m. *Ρωμαῖδοι*, Romani, a Romulo. *Perf. sat. 1.* Romulidæ futuri quid dia poemata narrent. *Virg. 8. Æn. novum confurere bellum Romulidis, Tatioque seni.*

Romulus, i, *Ρωμύλος*, filius Iliz, seu Rheæ Silviz, ex patre incerto, secundum fabulas ex Marte, frater Remi, eodemque cum illo partu genitus, primus Romanorum rex, & Romæ conditor, ut communior Scriptorum opinio est. Orta cum fratre contentione, uter novæ urbis principatum teneret, exultantem Remum, & muros inceptos pro contemptu transilientem, sua manu interfecit. *Liv. l. 1.* ¶ Regnavit annos septem & triginta, mortuusque est sine liberis. Inter Deos quoque relatus est, & Quirinus dictus. *Id. ibid. & Ovid. 2. Fast.*

Romulus, a, um, Romuleus, Romanus. *Virg. 6. Æn. v. 876.* Romula tellus. *Horat. lib. 4. od. 5.* Gens Romula.

Ronco. V. Ronco.

Ronchus, V. Rhonchus.

Roralis, le, adject. qui est ex rore. *Ovid. 4. Fast. v. 728.* Virgaque ro-

valet aurea mist aquas. Alii leg. *roratas*.
Rorarii, m. 2. iidem ac velites, expediti, ferentarii, idest milites levis armaturæ, qui, antequam acies congregerentur, fundis, & lapidibus pugna præludebant, ita dicti a *roro*, vel a *rorando*, quia sicut ros pluviam præcedit, ita hi aciem præcedebant, & pugnant, antequam iustum, & verum prælium inciperetur. *Var. l. 6. de L. L. Rorarii* dicti a *rore*, qui bellum committent ante, ideo quod ante *rorat*, quam pluit. *Fest.* Rorarii milites vocabantur, qui levi armatura primi prælium committent, quod ut ante imbrem fere *rorare* solet, sic illi ante gravem armaturam quod prodebat, *rorarii* dicti, qui & ferentarii. *Plaut. apud Var. loc. cit.* Ubi *rorarii* estis? in sunt. Ubi fuit accensus? ecce. Adde *Liv. l. 8.* ¶ Adject. *rorarium* vinum, quod *rorariis* militibus dabatur. *Fest.*
Roratō, onis, roris destillatio. *Apul. l. 9. Met. Nocturnæ* rorationes. ¶ Est etiam morbi genus in vitibus, *ῥοροσμός*, cum dellorescentibus ipsis acini intempestiva pluvia, vel noxia deoquantur, & decidunt, & si qui remanent, exiles, & sicci fiunt. *Plin. l. 17. c. 24.* ¶ Ad hoc vitium averuncandum Floralia instituta fuerunt, teste *cod. l. 18. c. 19.*
Roratus, a, um, nom. partic. qui decidit in modum roris. *Ovid. 3. Fast. v. 357.* Mollis erat tellus rorata mane pruina. *Id. 2. de Pon. ep. 1. v. 36.* Saxaque roratis erubuisse rosis.
Roreſco, is, n. moro roris destillo. *Ovid. Metam. 15. v. 245.* resolutaque tellus in liquidas rorescit aquas, tenuatus in auras, Aeraque humō abit.
Rorifer, ra, rum, *che appoata rugiada*, *ῥοροδότης*, quod rorem affert. *Sen. Hippol. v. 11.* Qua rorifera mulcens aura Zephyrus vernas evocat herbas: Adde *Liv. l. 6. v. 864.*
Rorifidus, a, um, adject. rorifer. *Vetus poëta sub inis. l. 2. Catalect. pag. 239. edis. Scelig.* Rorifluum festemur carmine lunam.
Roro, as, a, 2. 1. *irradiare, bagnare*, *Ger. crastinet*, *Gall. faire, ou jeter rosee*, *Hisp. rociar*, *ῥοροίζω*, est rore aspergere, & generatim maderescere. *Sil. l. 10. v. 263.* Cum videt in scopulo rorantem saxa cruore, torvoque obtutu labentem in Tartara Paulum. *Ovid. ep. 21.* Et lacrymis oculi rorantur obortis. ¶ Sumitur etiam pro fundere, seu emittere. *Plin. l. 17. c. 10.* Si roraverit quantumcumque imbrem. ¶ Est etiam verbum neutrum, ut *huo, mano*, & similia, ut pro humorem in roris paulatim emittere, rore destillare, vel pro maderatum esse. *Virg. 8. Æn.* Et sparsi rorabant sanguine vepres. ¶ Usurpatur etiam impersonaliter. *Colum. l. 1. c. 2.* Idibus Octobris interdum tempestas, nonnunquam rorat, h. e. ros decidit.
Rorulentus, a, um, *ῥοροῦλος*, plenus rore. *Colum. l. 12. c. 38.* Rorulentæ bacæ non legantur. *Plin. l. 8. c. 31.* Uva rorulenta.
Ros, roris, m. *rugiada*, *ῥω*, *Ger. der tauwog*, *Gal. rosee*, *Hisp. rocio*, *ῥοροσμός*, humor, qui celo liqui serena nocte, non gelu, neque ardoribus, neque ventis existentibus. *Virg. 8. Ecl.* Cum ros in tenera pecudi gratissimus herba est. *Cic. l. 1. de Div.* Cum primum gelidos rores Aurora remittit. ¶ Dicitur etiam de quolibet humore leviter, & in roris morem sparsi. *Virg. 6. Æn. v. 230.* Idem ter focios pura circumtulit unda Spargens rore levi. *Lucan. l. 7. v. 838.* sauguineis stillavit roribus arbor. *Lucret. l. 4. v. 439.* Nam quæcumque supra rorem salis edita pars est remoritur. hoc est supra aquas maris. ¶ Ros maris, & ros marinus herbae nomen est salutaris, odore jucundo, foliis tæniculi. *Ovid. 3. de ar. am. v. 690.* Ros maris, & lauri, nigraque myrtus olent. *Hor. l. 3. od. 23.* parvos coronantem marino rore Deos, fragilique myrto. V. Rosmarinus. ¶ Ros terræ, herba itidem est, species libanotidis, semine circulo, nigro, odorifero, radice intus alba, extra nigra. *Apul. de herb. c. 79.*
Rosa, a, *rosa*, *ῥοσά*, *Ger. rosen*, *Gal. rose*, *Hisp. rosa*, *ῥοσά*, flos e spina nascens, a græca voce allata. *Var. l. 4. de L. L.* Item ex græcis vocabulis, *ῥοσάλλος*, *ῥοσά*, addita, & commutata una litera, serpyllum, rosa. Veneri sacra fuit, propter pulchritudinem, & suavem odorem. Aliqui causam addunt, quia sicut rosa brevi viget, ita & veneræ voluptas. Fabulantur etiam, rosam olim candidam fuisse, transiisse autem purpureum colorem ex sanguine Veneris, quo aspersa est, cum ejus spina Deæ in horto inambulantis pedem pupugisset. *Cic. Ver. 7. c. 10.* Cum rosam viderat, tunc incipere ver arbitrabatur. Et *cap. seg.* Pulvinus perlucidus Meliteni rosa tartus. Et *max.* Reticulum tenuissimum lino, minutis maculis pleum rosæ. *Id. Tus. 3. c. 18.* Sertis redimiri, & rosa. ¶ Usurpatur & in blanditiis. *Plaut. Afin. 3. 3. 74.* Mea rosa, mi amice, mea voluptas. ¶ In rosa vivere, est vivere in deliciis. *Martial. l. 8. epigr. 77.* Liber amcorum dulcissima cura tuorum, Liber in æterna vivere digne rosa. ¶ Sumitur interdum rosa pro oleo rosaceo. *Cels. l. 8. c. 4.* Infundenda erit rosa tepida. ¶ Item pro ipso frutice, qui rosam gignit. *Plin. l. 8. c. 41.* Radix rosæ silvestris, & que cynorrhoda appellatur.
Rosacæus, a, um, *rosatō*, *ῥοσά*, quod ex rosa factum est. *Plin. l. 21. c. 3.* Corona rosacea. ¶ Rosaceum absolute pro rosaceo oleo, *Id. l. 20. c. 3. & l. 37. c. 3.*
Rosarium, ii, *rosārio*, *ῥοσάριον*, locus, ubi multi frutices sunt, qui rosas gignunt, vel copia hujusmodi fruticum. *Plin. l. 21. c. 11.* Rosaria a Favonio rosia oportet esse, iterumque solstitio. Adde *Virg. 4. Georg. v. 119.* ¶ Rosaria item dicuntur coronæ ex rosis, apud *Plin. l. 21. c. 3.*
Rosarius, ii, m. rosarium venditor, *ῥοσάριος*. *Apul. l. 3. c. 4. Metam.*
Rosarius, a, um, adject. ex rosis constans, ut rosaria abortiva, *Sueton. in Ner. c. 27.* ubi alii aliter legunt.
Rosatūs, a, um, adject. rosa conditus, ut rosatum propoma, *Pallad. Febr. tit. 32.* ¶ Rosatum, absolute pro vino rosato, *Lamprid. in Hellog. c. 19.* & *Pallad. in Jun. tit. 13.* & in *Octob. tit. 15.*
Rosficia Lex, fuit lex theatralis apud Romanos, lata a L. Roscio Othone Tribuno Plebis, M. Glabione, & C. Pitione Coss. qua sancitum est, ut Equites considerent in quatuordecim theatri gradibus, qui caveæ, ubi Senatores spectabant, proximi erant, confuse tamen, *Tacito* auctore *Ann. 15. c. 32.* cum Plebe. *Sigon. l. 2. de antiq. jur. C. R. c. 19.* Vis igitur legis fuit, ut quatuordecim theatri gradus caveæ proximi proprii Equitum essent, cæteri aliores Plebis essent, cui tamen etiam in primis illis quatuordecim Equitibus permixta spectare liceret, si loca vacua superessent. *Hor. l. 1. ep. 1.* Rosficia, dic, fodes, melior lex, an puerorum Næmia?
Rosficianus, a, um, adject. ad Roscium pertinens, ut Rosfiana imitatio. h. e. Roscii histronis, *Cic. 2. de Orat. c. 59.*
Roscidus, a, um, o. 1. 2. *rugiadoſo*, *Ger. vel rauu*, *Gal. mouille de rouſſe*, *Hisp. rociado*, *ῥοροσμός*, rore perſus, humectus. *Plin. l. 11. cap. 11.* Itaque tum prima Aurora solis arborum melle rosida inveniuntur. *Id. l. 2. c. 62.* Roscida noctes. *Sil. l. 15. v. 439.* Roscida aurora. *Virg. Ecl. 8.* Roscida mala. *Id. Ecl. 4.* Roscida mella. h. e. purissimo, & dulcissimo rore confecta. ¶ Scribitur & *rosidus*. *Col. l. 5. c. 6.* Rosidum, & nebulosum solum.
L. Roscius Otho, Civis Romanus, qui Trib. Pl. anno 685. C. Calpurnio, M. Glabione (al. Calpurnio) Coss. legem tulit, ut Equites federent in theatro Ratim (supra Senatores in quatuordecim gradibus. V. Rosficia. ¶ Hac lege Equites sibi adjoinxit, alienavit a se Plebem. Quo factum est, ut cum quinquennio post, Consul Cicero, dum ludii ederentur,

in theatrum veniret, a Plebe maximo strepitu, ab Equitibus ingenti plausu exceptus sit. Cumque iterum Plebs, & Equites, ut quisque animo erat affectus, Roscium accepisset, paulatim ad verborum concivicia descenderunt, atque theatrum perturbant. Id cum Cicero Consul accepisset, statim, advocata concione, populum caugitavit: qui in theatrum reversus, & ipse cum Equitibus de Roscii honoribus, *Plutarcho* auctore, contendit. Unde merito *Plin.* ita in laudes Ciceronis erupit *l. 7. c. 30.* Te suadente Tribus Roscio theatralis auctori legis ignoverunt, notataque se discrimine sedis æquo animo tulerunt. *V. Sigon. de ant. jur. C. R. l. 2. cap. 19.* ¶ Q. Roscius Comædus, vir Lanuvianus. *Cic. l. 1. de Div.* Fuit perverissimus oculis, sed tamen Q. Catulo seniori pulcherrimus videbatur, a quo & adamatus fuit. *Cic. l. 2. de Nat. Deor.* Evasit præstantissimus in arte histronis. *Cic. l. 1. & 2. de Orat. pro Arch. & C.* Eo præstantiæ pervenit, ut, quicumque in aliqua arte excellit, is in suo genere Roscius dicitur. *Id. 1. de Orat.* ¶ Hic, cum obliquos haberet oculos, & turpis esset aspectu, primus persona in scena usus est. Populus tamen cum sine persona intueri malebat, ob pronuntiandi dulcedinem. Fuit Ciceronis præceptor in pronuntiacionis, & gestus exercitatione. Scriptit librum, in quo histronicum eloquentiæ comparavit. A Fannio quodam ob pecuniarum rationem in iudicium adductus est. A Cicerone defensus, absolutus fuit. Ejus morte omnes commoti sunt. *Cic. pro Arch.*
Rosæa, vel Rosia in Reatino agro campus appellatur, quod in eo arva rore humida semper feruntur. *Fest.*
Rosæanus, a, um, adject. a Rosæa, ut Rosæani equi, *Var. l. 2. R. R. c. 7.*
Rosētum, i, n. *rosæto*, *ῥοσά*, locus rosas confusus. *Virg. 5. Ecl.* Puniceis humilis quantum saluica rosetis.
Rosētus, a, um, *di rose*, *vermiglio*, *ῥοσά*, quod est colore rosæ, quod rosæ colorem imitatur. *Virg. 2. Æn.* Rosæoque hæc insuper addidit ore. *Ovid. 3. Amor. eleg. 3.* Rosæus rubor.
Rosidus, V. Roscidus.
Rosio, onis, *l. rosane*, actus rodendi. *Plin. l. 10. c. 21.* Succus decoctæ nervis prodest, & venicæ, & intestinorum rosionibus. Adde *Cels. l. 7. c. 23.* Rosmarinus, roris marini, m. & rosmarinum, i, n. *rosmarino*, *ramerino*, *λίβαωτος*, genus truticis. Ros dici putatur, quia rosicidæ sit naturæ, vel quia rosam instar aspergatur, vel quia ejus usus fit in aspergillis *e marinus* autem, vel quia in marinis locis feliciter proveniat, vel quia saporis marini. hoc est amari. *Plin. l. 24. c. 11.* Est & rosmarinum. Duo genera ejus: Alterum sterile, alterum cui & caulis, & semen resinaceum, quod canchris vocatur. *Col. l. 9. c. 4.* Ut rosarinus, & urturoque cythius. ¶ Scribitur etiam *divisum* ros marinus. V. Ros.
Rostellum, i, n. *beccuccio*, *pippio*, *ῥοσά*, parvum rostrum. *Col. l. 8. c. 5.* An pulli rostellis ova percederint. *Plin. l. 3. c. 11.* Rostellum muris.
Rostrā, orum, n. plur. *οἱ ῥοσά*, suggestum Romæ, in foro, ante Curiam Hostilium exstructum, in quo Magistratus jus dicebant, leges ferebant; concionesque ad Populum habebantur. Nomen ex eo fuit, quod adornatum esset rostris navium ab Antiatribus captarum. *Liv. l. 8. c. 14.* Naves Antiatrium partim in Navalia Romæ subductæ, partim incensæ, rostrisque earum suggestum in foro exstructum adornari placuit. Rostrataque id templum appellatum. *Id. l. 30. c. 17.* Ascendere in Rostrā. *Cic. in Pison. c. 2.* Descendere de rostris. *Id. 3. Offic.* Descendere in Rostrā. *Id. in Pison. c. 3.* In Rostris curiam, in fenatu populum descendere. ¶ Dicere pro Rostris. h. e. in Rostris, *Gal. l. 11. c. 3.* Sic pro Rostris laudare aliquem, apud *Quintil.*
Rostrālis, le, adject. a Rostris. *Sidon. l. 1. epist. 11.* Dignum poema, quod apicibus perennandam auratis iuste tabula rostralis acciperet, aut etiam Capitolina. h. e. dignum, quod in æs incidit pro Rostris, vel in Capitolio inter publicorum monumentorum tabulas collocetur.
Rostratus, a, um, *ῥοσά*, rostro munitus, ut Naves rostratæ, quæ in prora æneo munitæ erant rostro, quo in hostium naves cum impetu impactæ, sæpe eas dissolvebant, quæ etiam æratæ dicebantur. *Cic. 2. de Inven. c. 32.* Ut, si qua rostrata in portu navis deprehensa sit, publicetur. ¶ Sumitur etiam pro ornato corona rostrata, seu navali. *Virg. 8. Æn.* Cui belli insigne superbum, Tempora navali fulgent rostrata corona. ¶ Rostrata corona, seu navalis, erat corona aurea, exiguis quibusdam veluti rostris navium insignita, qua donari consueverat, qui primus maritimo bello in navem hostium vi transiisset, vel generatim qui vicisset navali certamine. *Plin. l. 16. c. 4. de coronis.* Cedunt & rostratæ, quamvis &c. ¶ Rostratus impetuosus, qui sit ipso rostro. *Plin. l. 10. c. 23.* Liburnicarum more rostrato impetu feruntur. ¶ Rostrata columna. h. e. rostris navium ornata. *Suæon. in Galb. c. ult.*
Rostro, as, n. 1. *ponere il becco dentro*, *ῥοσά*, rostrum impingo, rostro penetrō. *Plin. lib. 18. c. 19.* Sed modo in superiora, modo in inferiora rostrante vomere.
Rostrum, i, *roſtro*, *becco*, *Ger. schnabel*, *Gal. bec*, *musæu*, *Hisp. pico*, *hoecio*, *ῥοσά*, id, quo animalia cibum capiunt. Proprie bestiarum est, ac improprie avium. Dicitur a *rodendo*, ut a *radendo*, *rastrum*, & similia. *Cic. 1. de Nat. Deor.* Procerō, corneoque rostro aves. *Id. 1. de Div.* Sus rostro si humi A literam imprefferit. Sic de cane usurpat *Plin. l. 8. c. 40. de delphinis*, *l. 9. c. 8. de capris*, *Var. l. 2. R. R. c. 3.* ¶ Reperitur etiam de hominibus. *Plaut. apud Non. c. 6. n. 41.* Apud mentiam plenam homini rostrum diliges. ¶ Per Metaphoram tribuitur navibus. Nam & sic vocatur pars in prora exporrectior, cuneique in modum acutior. *Cels. l. 3. B. G.* Rostrum enim Aoceri non posse cognoverat. Adde *Neper. in Chabr. cap. ult.* ¶ Rostrum mallet est ea pars, qua malleus tundit. *Plin. l. 34. c. 14.* ¶ Rostrum falcis est pars falcis curva in modum rostri avium. *Col. l. 4. c. 25.*
Rosūentus, a, um, adject. rosas abundans. *Prudent. in Eulal. v. 199.* Floribus ut rosulenta putes prata rubescere.
Rota, a, *rosa*, *ruota*, *ῥωτά*, *Ger. rade*, *Gal. roue*, *Hisp. rueda*, *ῥοσά*, id, cujus conversione currus procedit, a *ῥοσά*, quod non tantum signat strepitum edere, sed etiam cum impetu ferri. *Plin. l. 16. c. 40.* Sed lignum non alio pene, quam ad radios rotarum utile. ¶ Rota item in figlinis dicitur, qua sicilia tornantur. *Hor. in Ars. poet.* Currente rota cur curcus exit? ¶ Rota etiam fuit genus suppellicii, quo distento corpore homines torquebantur. *Cic. 5. Tus. c. 9.* In rotam beatam vitam non ascendere. ¶ Per Synecdochen ponitur pro toto curru. *Virg. 12. Æn.* Equæ rotis magnam respexit ad urbem. *Ovid. 2. de ar. am. v. 230.* Si rota deluerit, tu pede carpe viam. ¶ Translate dicitur de sphaera. *Cic. in Arat.* Hunc tangit rota fervida Solis. ¶ Item de fluxu, & cursu aliquid rei. *Sil. l. 6. v. 121.* Per varios præceps casus rota volutus ævi. ¶ Rota Fortunæ est inconstantia, & volubilitas. Fortuna enim rotæ insidere fingitur, quia ut rota facile volvitur, ita Fortuna varia, & instabilis est. *Cic. in Pison. c. 10.* In quo ne tum quidem Fortunæ rotam extimeſcebat. ¶ Rota quoque, genus capræ sylvestris, & feræ. *Var. l. 3. de R. R. c. 1.* Ut in Samothrace caprarum, quas Latine rotas appellant. ¶ Item genus piscis. *Plin. lib. 9. c. 4.* Apparent & rotæ, appellatæ a similitudine,

A a 3

dne, quaternis distinctæ radiis, modulos earum oculis luobus utrinque claudentibus. *Id. l. 32. c. 11.* Rotæ, orceæ, arietes, musculi, &c.
 Rotabilis, le, adject. qui rotari, & in gyrum agi potest. *Amian. l. 23. c. 4.* Agiliter rotabilis.
 Rotalis, le, adject. qui rotas habet, ut rotale carpentum. *Capitol. in Alaric. c. 12.*
 Rotatilis, le, adject. qui in gyrum agit. *Sidon. l. 2. epist. 9.* Inter rotatiles catastrapharum gyros. *Prudent. in prefat. Peristeph. v. 8.* Sacramus & rotatiles trochæos.
 Rotatim, adv. per gyrum, periodice. *Diomed. l. 3.* Rotatim, ac volubiliter dicebant. *Apul. l. 10. A. A.* Rotatim flexuosi.
 Rotatio, onis, in gyrum circumductio. *Vitruv. l. 10. c. 8.* Per rotationem circini.
 Rotator, oris, qui rotat, & in gyrum agit. *Stat. l. 2. sil. 7. v. 7.* Et ut Baiferidum rotator Evan.
 Rotatus, a, um, *gírato, κυκλωθείς*, in gyrum actus. *Auct. paneg. ad Pison. v. 53.* Et nunc cervice rotata incipit effusus in gyrum carpere curvum. *Ovid. 12. Metam. v. 269.* Ignis rotatus. ¶ Sol rotatus. h. e. in præceps datus. *Prudent. in Rom. v. 537.* Cadet rotati folis in terram globus. ¶ Sermo rotatus, est oratio brevis, expedita, & volubilis. *Juven. sat. 6. v. 448.* aut curvum fermone rotato Torqueat enthemema.
 Rotatus, us, m. circumvolutio. *Stat. Acuil. 2. v. 416.* Didici, quo Pzonens rotatu, quo Macetæ sua gæfa citent. *Auson. in Mosel. v. 362.* Præcipiti torquens cerealia faxa rotatu.
 Roto, as, a. i. rotare, girare a torno, *κυκλω*, verito, in modum rotæ verito, circumago. *Horat. l. 4. od. 11.* Flammæ rotantes fumum foridum. *Virg. 16. Æn. v. 577.* Stridium rotat enfem. *Ovid. 2. de ar. v. 374.* Aper rotat canes fulmine ore. ¶ Rotare se pavones dicuntur, cum veluti pulchritudinem suam admirantes caudæ pinnas in orbem expliçant, quæ orbem rotæ imitantur. *Colum. l. 8. c. 11.* Signa sunt existimulæ libidinis, cum femetipsum veluti mirantem caudæ gemmantibus pinnis protegit: idque cum facit, rotare dicitur.
 Rotula, æ, *τροχίλος, τροχίδιον*, parva rota. *Plin. l. 18. c. 18.* Galliz vero duas addiderunt rotulas.
 Rotundatio, onis, actus rotundandi. *Vitruv. l. 10. c. 11.* Sic & in rotundatione, & in longitudine æqualia spatia fiunt.
 Rotundatus, a, um, nom. ex partic. rotundus factus. *Fellei. l. 2. c. 59.* Solis orbis super caput ejus, curvatus æqualiter, rotundatusque conspicuus est.
 Rotunde, adv. rotundamente, *στρογγύλως*, cum rotunditate. Translate sumitur pro concinne, & collectè, ut ait Non. vel pro eleganter, & compositè, sive explicate, ut *Budæus. Cic. 4. Fin. c. 3. ad fin.* Ista ipsa, quæ tu breviter, Regem, Dictatorem, divitem solum esse Sapientem, a te quidem apte, ac rotunde.
 Rotundifolius, a, um, adject. rotunda folia habens. *Apul. de herb. c. 71.*
 Rotunditas, atis, rotunditas, Ger. *runde*, Gal. *rondeur*, Hisp. *redondez, στρογγύλτης*, gyrus, circuitus, figura, qua res rotundæ sunt. *Plin. l. 1. c. 3.* Cornibus, quæ sunt rotunditate præpilata, ad latera porrectis. *Vitruv. l. 9. c. 4.* Cæli rotunditas. ¶ Translate *Macrob. l. 7. c. 5.* Rotunditas verborum.
 Rotundo, as, a. i. *fare rotondo*, Ger. *rund machen*, Gal. *arondir*, Hisp. *redondear, στρογγύλναι*, rotundum facio. *Cic. de Univ. c. 10.* Cumque similem universi naturæ efficere vellet, ad volubilitatem rotundavit. *Vitruv. l. 10. c. 11.* Rotundare ad circinum. ¶ Translate sumitur pro implere, explere, & perficere, quod rotunda forma nulla sit perfectior. *Hor. l. 1. ep. 6.* Mille talenta rotundentur.
 Rotundula, læ, f. parvum emplastrum, vel placenta rotunda. *Apul. de herb. c. 13.* His bene commixtis facies extinde velut rotundulam, &c.
 Rotulus, a, um, *rotando, ῥολῶ*, Ger. *rund*, Gal. *ronde*, Hisp. *redondo, τροχάλης*, quod est sphericum, seu globosum. Est a rota, quali dicas *τροχάλης*, idest rotæ figuram habens. Undus est productio vocis, ut in *incundus a jocus*. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 10.* Qui mundum animantem, immortalem, & eundem beatum, & rotundum esse velint, quod ea forma negat ullam pulchriorem esse Plato. *Id. de Univ. c. 6.* Idque ita tornavit, ut nihil effici possit rotundius. *Plin. l. 10. c. 52.* Ova exiunt a rotundissima sui parte. ¶ Translate ponitur pro pleno, concinno, & perfecto, a præstantia figuræ rotundæ. *Cic. in Or. c. 13.* Thucydides autem prætractior, nec satis, ut ita dicam, rotundus. *Horat. de ar. poet. v. 323.* Grajvis ingenium, Grajvis dedit ore rotundus Musa loqui. ¶ Item pro sibi simili, atque æquali, constanti. *Hor. l. 2. sat. 6. de libero & sapiente.* In se totus teres, atque rotundus. ¶ Rotunda vestis dicitur, quæ undique clausa est, & uno injecto totum tegit corpus, qualem fuisse Romanorum togam *Ferrar. l. 1. de re vest. priorib. capis.* ostendit. *Quintil. l. 11. c. 3.* Rotundam esse togam, & apte cæsam velim. V. etiam *Manut. de quaest. per epist. l. 1. ep. 1.* ¶ *Rutundus* pro rotundus legitur in quibusdam vet. codicibus apud *Fest. Gel. l. 1. c. 3.* & *Apul. l. 11. A. A.*
 Roxoliani, orum, populi Scythiæ Europææ, Alanis vicini, ubi nunc est Tartaria minor, & Ukraina. *Tac. 1. hist. c. 79.*

R A N T E U.

Rubedo, inis, *rossezza, רוביילי*, Ger. *Arrote*, Gal. *rougeur*, Hisp. *vermeja, ἐρυθμός*, color rubeus. *Firm. l. 2. c. 12.* Leo significat colorem croceum, atque ad rubeum declinatem.
 Rubefactio, is, feci, factum, a. 3. *far rosso, ἐρυθρῶσαι*, rubro colore tingo, ruborem affero. *Sil. l. 16. v. 137.* Vixque Atlantidum, rubefecerat ora fororum. *Ovid. 9. Met. v. 383.* rubefecit sanguine setas.
 Rubefactus, a, um, *ἐρυθρῶθείς*, partic. a rubefo. *Ovid. 13. Met. v. 394.* Expulit ipse cruor, rubefactaque sanguine tellus.
 Rubellianus, a, um, idem ac rubellus. *Colum. l. 3. c. 2.* Et materia non ita rubet, ut amineis, a quo colore rubellianæ nuncupantur.
 Rubello, onis, m. piscis prægrandi capite, ex genere mullorum, a *rubellus*, quod diminutivum a *ruber*. Ita vero a colore dici, argumento est, quod piscis similiter Græcis vocetur *ἐρυθρίων*, ab *ἐρυθρός*, *ruber*. *Plin. l. 32. c. 10.* Mullus in vino necatus, vel piscis rubello his, qui inde bibent, tædium vini affert.
 Rubellus, a, um, *rossello, ὑπερυθρός*, subrubens, qui modicè, & dilute rubet, dimin. a *ruber*. *Martial. l. 1. ep. 104.* Et Vejentiani bibitur læx crassa rubelli. *Plin. l. 14. c. 2.* Proxima dignitas Nomentanis rubente materia, quapropter quidam rubellas appellaverunt vineas.
 Rubens, entis, o. *rosso*. *Virg. 1. Georg. 1.* Semper sole rubens, & torrida semper ab igni. *Ovid. 5. Fast. v. 511.* Vina rubentia. *Plin. l. 37. c. 6.* Superficies locustarum maris crustis rubentior.
 Rubeo, es, hui, sine sup. *effere rosso, ῥῶσ*, Ger. *rot seyn*, Gal. *errerouge*, Hisp. *envermejaerse, ser rosso, ἐρυθρῶσαι*, rubens sum. *Ovid. 2. Fast. v. 212.* Thufco sanguine terra rubet. ¶ Translate accipitur pro pudere, verecundari. *Cic. Att. l. 15. ep. 4.* Rubeo, mihi crede: sed jam scripseram, delere nolui. *Id. 4. Ver. c. 76.* Harere homo, averfari, rubere.

Ruber, bra, brum, *rosso*, *ῥῶσ*, Ger. *rot*, Gal. *rouge*, Hisp. *vermejo, ῥῶσ*, quod est rubeus coloris, *Ovid. 1. Fast.* At ruber hortum Deus, & tutela Priapus. *Horat. l. 3. carm. od. 13.* Nam gelidus inficet tibi rubro sanguine rivos. *Plin. lib. 10. cap. 63.* Colorem silico mutant rubriore pilo. *Cels. lib. 5. cap. 18.* Nitrum quam ruberrimum. ¶ Legitur & *rubrus* in recto casu. *Solin. c. 40. de chameleontis.* Colores duo sunt, quos fingere non valet, rubrus, & candidus.
 Rubefco, is, n. 3. *divenire rosso, ἐρυθρῶσαι*, rubens fio. *Plin. l. 9. c. 35.* Miror, ipso tantum eas cælo gaudere, Sole rubescere, coloremque perdere. *Virg. 2. Æn. v. 521.* Rubescit aurora.
 Rubeta, æ, f. *rosso, ῥῶσ*, genus ranæ venenosum, a *rubus*, quia sepe in rubis versatur, ut scribit *Plin. l. 32. c. 5. Juv. sat. 1.* Quæ molle Calenum porrectura viro miscet sitiente rubetam. ¶ Dicitur etiam rana rubeta. *Plin. l. 8. c. 31.* Ranæ quoque rubetæ, quarum & in terra, & in humore vita. *Propert. l. 3. eleg. 6.* Ranæ portenta rubetæ.
 Rubetum, i, n. *rovetu, ῥῶσ*, locus, in quo rubi copiose proveniunt, vel ipsa ruborum copia. *Ovid. 1. Met. v. 105.* In duris hærentia mora rubetis.
 Rubens, a, um, idem ac ruber. *Colum. lib. 6. cap. 1.* Colorem rubeo vel tufco. *Pallad. l. 4. tit. 11.* Boves tui coloris. *Firmic. l. 4. c. 12.* Rubes capillis, oculis sanguinolentis. ¶ Est item rubeus, *ῥῶσ*, idem ac *spineus*, a *rubus*. *Virg. 1. Georg. v. 266.* Nunc facilis rubea textatur ficina virga. *Servius* intelligit virgam ex Rubis oppido Campaniæ.
 Rubi, orum, m. oppid. Campaniæ. *Serv. in 1. Georg. Hor. l. 1. sat. 5.*
 Rubia, æ, f. *grana rossa, robbia, ῥῶσ*, herba, radicem habens rubram tingendis lanis, ac coriis idoneam. *Plin. l. 19. c. 3.* In primis rubia, unguendis lanis, & coriis necessaria, &c. *Idem l. 24. c. 11.* Alia est erythrodanus, quam aliqui eruthodanum vocant, nos rubiam, qua tinguntur lanæ, pelleque perficiuntur.
 Rubico, & Rubicon, onis, m. fl. Æniliæ, seu Galliz Togatæ, apud Cæsam urb. qui mare subit inter Apsuram fl. vulgo *Lugo*, & Sapiam, *il Savio*, & inter portum Cæsenatem, & Arminum. Olim fuit terminus Italie. *Plin. l. 3. c. 15.* ¶ Ibi a Senatu Romano C. Julio Cæsari interdictum est, ne ulterius armatus procederet, *Sueton. in Cæs. c. 32.* ¶ In recto casu *Rubico* legitur apud *Plin. l. c. & Rubicon* apud *Lucan. l. 1. v. 214.*
 Rubicundulus, a, um, *vermigliuzzo*, subrubens, dimin. a *rubicundus*. *Juven. sat. 6. v. 424.* Tandem illa venit rubicundula, totum œnophorum sitiens.
 Rubicundus, a, um, *robicondo, roffeggiante, רוביילי*, Ger. *vol vorfarb*, Gall. *rouge*, Hisp. *roso, vermejo, ἐρυθρός*, rubore plenus, abunde rubens. *Plin. l. 18. c. 35. de Luna*: Si rubicunda, ventos potendere dicitur. *Sen. l. 7. quæst. nat. c. 11.* Habitus cometæ rubicundior. *Virg. 1. Georg. v. 207.* Rubicunda Ceres.
 Rubidus, a, um, *ὕπερυθρος*, quod est colore rufo, sed atrore multo mitto, cuiusmodi fere est color ferri, multa rubigine obducti. *Gul. l. 2. c. 26.* Etenim sanguineus, roseus, croceus, aureus, ostrinus, fulvus, flavus, rubidus, phœnicæus, rutilus, luteus, spadiceus, rubei, seu rufi coloris sunt. *Plaut. Stich. 2. l. 77.* Rubiginofam strigilem, ampullam rubidam, h. e. vetustate rugosam, & ad atrum colorem accedentem, ut *Fest.* interpretatur. *Id. Plaut. Caf. 2. v. 2.* Ibi torreto me pro pane rubido. h. e. parum cocto, & solum rubefacto, ut exponit *Id. Fest.*
 Rubiginor, aris, depon. 1. *arruginifor*, rubiginem contraho, *ῥῶσ*. *Apul. l. 3. Flor.* Ut gladius usul splendescit, situ rubiginatur.
 Rubigalia,) V. Robigalia, Robigo, &c.
 Rubigo, &c.)
 Rubor, oris, m. *rosso, ἐρυθρός*, rubedo, seu color rubens. *Gal. l. 2. c. 26.* Sed cum aliter rubeat ignis, aliter sanguis, aliter ostrum, aliter crocum, has singulas rufi varietates Latina oratio singulari, propriisq; vocabulis non demonstrat, omniaque ista significat una ruboris appellatio, cum tamen ex ipsis rebus vocabula mutuetur, & igneum aliquid dicat, & Hammeum, & sanguineum, & croceum, & ostrinum, & aureum. *Cic. in Orat. c. 23.* Fucati medicamenta candoris, & ruboris omnia repellantur. ¶ Tyrii ruboris purpura. *Virg. 3. Georg. v. 307.* Tyrios iniecta rubores. ¶ Metonymice ponitur pro pudore. *Cic. 2. de Orat. c. 59.* Præter idem ingenuitatem, & ruborem suum, verborum turpitudine, & rerum obscenitate vitanda. *Liv. l. 30. c. 15.* Audienti rubor suffusus.
 Rubrans, antis, nom. partic. rubens, rubeus. *Alicim. Avit. l. 5. v. 525.* Rubranti profundo. h. e. mari rubro.
 Rubrica, æ, *rubrica, ῥῶσ*, terra ita dicta a rubro colore ad tingendum apta. *Col. l. 2. c. 17.* Omnes arbutulas, priusquam transferas, rubrica notare convenit. ¶ *Aul. ad Heren. l. 3. c. 22.* Cæno oblitus, aut rubrica delibutus. *Hor. l. 2. sat. 7.* Rubrica picta præia. ¶ Ex ea lateres quoque fiunt ad ædificia. *Vitruv. l. 2. c. 7.* Faciendi sunt (lateres) ex terra albida, cretosa, sive de rubrica. Plura de rubrica V. apud *Plin. l. 35. c. 6.* ¶ Metonymice sumitur pro inscriptione, seu titulo earum rerum, quæ in textu, vel in capitulo infra scripto continentur. Ratio nominis est, quia olim rubrica legum tituli, & capita notabantur, distinctionis causa, & ut facile apparerent. *Perf. sat. 5. v. 90.* Præsertim si quid Masuri rubrica notavit.
 Rubricatus, a, um, *ματωτός*, tinctus rubrica, vel quocunque colore rubeo, ut rubricatus mutinus, apud *Auctores. Priap. carm. 77.*
 Rubriceta, æ, *rosseto, ἀδρῆλαιος, ἰουροῖς*, purpurisum, idest color, quo mulieres generis ruborem inducunt. *Plaut. Trucul. 2. v. 39.* Buccas rubriceta, omne corpus intinxit tibi. Alii rectius leg. *rubrica, cera*.
 Rubrico, as, a. i. rubrica ligno, rubeum facio. Affer *Passerat. ex Claudiano hæc verba, rubricaveris ensem*, quæ nos invenire non potuimus.
 Rubricofus, a, um, *ματωτός*, ruber, veluti rubrica confusus, aut rubes arenis. *Col. l. 4. c. 33.* Spillum solum, & rubricofum reiormidat. Adde *Plin. l. 18. c. 17.*
 Rubrus. V. Ruber.
 Rubus, i, m. *rovo, ῥῶσ*, Ger. *brombeerstand*, Gal. *ronce*, Hisp. *carca, ῥῶσ*, sentis genus, inorus agrestis, frutex passim in dumis proveniens, florem habens candidum, fructum moris non ab similem, fortasse a rubore, quod virgulta ejus rubeant, vel quod mora ferat rubra, quod de rubo *Idæo* verum est. *Virg. 4. Æl. Ferat* & rubus asper amomum. ¶ De rubo *Plinius* scribit *l. 16. c. 21.* & *37. l. 17. c. 13. l. 24. c. 13. & 14.* ¶ Rubus caninus, *κυνόρῥῶσ*, frutex arbutuleus inflat, rubo longe major, folia ferens multo latiora myrto, firmis circa ramos spinis, flore candido, fructu oblongo, nucleo olivæ simili, qui & sentis canis dicitur. *Pallad. l. 1. c. 34.*
 Ructamen, inis, n. ructus. *Prudent. Hamarrig. v. 464.* Carnis & immo-dicæ spurco ructamine crudus.
 Ructatrix, icis, f. quæ ructat, vel quæ ructum efficit. *Martial. l. 10. ep. 48.* Nec deest ructatrix menta, nec herba falax.
 Ructatus, a, um, *ῥῶσ*, ructu emissus, effusus, profusus. *Sil. l. 15. v. 432.* Permiscetque mero ructatos ore cruores.
 Ructito, as, n. 1. *ὑπερυθρῶσαι*, freq. a *ructo*. *Col. l. 6. c. 6.* de *bove agrotante*. Sæpe decumbere, & ructitate cæpit, caudamque crebrius age-re.

re. Alii leg. & agitare copus, caudamque.
 Ructus, as, n. 1. ruitare, Ger. *gerben*, Gal. *rotter*, Hif. *regordar*, ῥέγο, ructum emitto. *Plaut. Pseud. 5. 2. 9.* Pergin' ructare in os mihi? *Juven. sat. 3.* Si bene ructavit, si rectum minxit amicus. *Plin. l. 7. c. 19.* Ut in Antonia Drusi nunquam expulisse, in Pomponio Consulari Poeta nunquam ructasse.
 Ructor, aris, d. 1. idem ac ructo. *Var. l. 3. R. R. c. 2.* Cujus aves hospitalis etiam nunc ructor. ¶ Translate ponitur pro effundere, generatim. *Hor. in art. v. 457.* Hic dum sublimes versus ructatur, & errat.
 Ructuosus, a, um, ῥυκτωσύν, plenus ructibus. *M. Caelius apud Quint. l. 4. c. 2.* Totis præcordiis sterentem, ructuosos spiritus geminare.
 Ructus, us, m. ruito, Ger. *gerps*, Gal. *ror*, Hif. *regueldo*, ῥέγο, cibi, & potus in stomacho male concocti ventosa per os effluat, crudi stomachi sonitus, quem edere solent, qui plus æquo onerantur ventriculorum, ab ῥυκτός. *Cic. l. 9. Fam. ep. 22.* Stoici crepitus ajunt æque liberos, ac ructus esse oportere. *Martial. l. 1. ep. 88.* Extremo ructus cum venit a barathro. *Plin. l. 24. c. 15.* Ructu gravis herba. h. e. quæ manducata ructus movet foetidi odoris.
 Rudectus, vel
 Rudectus (utroque enim modo legitur) a, um, adject. ruderibus plenus. *Cato de R. R. c. 131.* Loca rudecata, arenolaque. *Id. ibid. c. 34.* Terra pulla, rudecta.
 Rudens, entis, m. & f. corda, fune, רבך, Ger. *groß schiff seil*, Gal. *chable, grosse corde*, Hif. *cuerta*, ῥόπος, funis nauticus, a rudendo. *Non. c. 1. n. 254.* Rudentes ea causa sapientissimi dictos volunt, quod funes, cum vento verberentur, rudere existimantur, atque hunc sonum proprium funium, non afinorum putant. *Cic. 5. Tusc.* Non sane optabilis est quidem, inquit, rudentibus apta fortuna. *Id. 1. de Div. c. 56.* Sed est quali rudentis explicatio. *Plaut. Rud. 4. 3. 1.* Dum tibi hanc, quam trahis, rudentem complico. ¶ *Rudens* titulus est Plautinæ comœdiæ, in qua piscator inducitur rudente vidulum e mari extrahens.
 Rudens, entis, o. partic. a rudo. *Ovid. l. 1. Fast.* Ecce rudens raucus Sileni vector asellus, intemptivus edidit ore sonos.
 Rudentibus, li, stridor funium nauticorum. *Pacuv. apud Var. l. 4. de L. L. Rud. es, n. 2.* idem ac rudo, apud vet. *Lucil. apud Var. l. 6. de L. L. Hæc, inquam, rudet ex rostris, atque hinnilitabat.*
 Rudera, V. Rodus.
 Ruderarius, a, um, quoad ad rudera spectat, ut Ruderarium cribrum, idest cribri genus majus ad membrana minus foraminibus pertusa, quo rudera, idest lapilli consimilesque fordes et frumento expurgantur. *Apul. l. 8. Met.*
 Ruderatio, onis, actus ruderandi. Differt a statuminatione, quia statuminatione fit lapidibus, & cementis liberalibus, & manualibus, sine calce, & arena; ruderatio vero statumini superinducitur cum calce, & arena, aut rudere novo, aut redivivo, idest ex vetere ædificio sumpto, non nuper effosso, quod constat et cemento, ad differentiam nuclei, qui est et testa contusa, & tertio loco inducitur. *Viruv. l. 7. c. 1.* Primumque incipiam de ruderatione, quæ principia tenet expolitio.
 Ruderatus, a, um, quod rudera habet, ut Ruderatus ager, qui veterum ædificiorum materia scatet. *Plin. l. 21. c. 4.* Proprieque ruderatum agrum amate.
 Rudero, as, a. 1. ῥυτεραινω, rudus induco. *Viruv. l. 7. c. 1.* Ne minori saxo, quam quod possit manus implere, statuminationibus inductis ruderetur. Alii leg. *crussuminationibus*.
 Rudetum, i, ῥυτωδης, locus plenus ruderibus. *Cat. c. 38.* Lentem in rudeto, & rubricolo loco, qui herbosus non fiet, serito. Alii leg. *rudeto*.
 Rudia, f. 1. Ruie, urbs exc. Calabriae, in Salentinis, apud Lupias, patria Ennii poetæ.
 Rudiaris, n. 2. qui in gladiatura emeriti rudem acceperunt, idest imperatarius missionem artis gladiatoris, donati rude. *Suer. in Tiber. c. 7.* Rudiaris quoque quibusdam revocatis auctoramento centenum millium. ¶ Alias rudiaris vocati funt, qui nova saga poliunt. *Fest. in Rodus*.
 Rudicilla, æ, f. ῥυδία, ῥυδίων, ligula, five spatha, idest parva virga, qua agitantur ea, quæ coquantur, a rudis, qua virgam notat. *Cat. de R. R. c. 9.* Rudicula agitato crebro, usque adeo, dum fiat tam crassum, quam mel. Adde *Colum. l. 12. c. 46.*
 Rudimentum, i, primo principio, Ger. *unterrichtung*, Gal. *aprensiffage*, Hif. *los principios*, ῥυτωδία, primum principium cuiuscunque rei, a rudis, quia res omnes initio rudes sunt, idest impolitæ, imperfectæ. *Quint. l. 2. c. 1.* Rudimenta dicendi. *Valley. l. 2. sub fin.* Rudimenta militiæ. *Plin. in præm. l. 7.* Lucis rudimentum. ¶ Rudimentum ponere, est ruditatem deponere, jam rudem esse delinere, incipere fieri peritorem, & instructiorem. *Cic. in Sal. c. 1.* Qui ne incipiens quidem peccare minimis rebus possit rudimentum. *Liv. l. 31. c. 11.* Rudimentum adolescentis ponere. Eodem sensu *Justin. l. 9. c. 1.* Sub alicujus militia tirocinii rudimenta deponere.
 Rudis, is, subst. f. virga impolita, qualis erat, qua gladiatores olim, cum ipsis permitteretur a gladiatorio munere cessare, a Prætoribus donabantur, & publica alebantur pecunia. *Cic. 2. Phil. c. 30.* Tam bonus gladiator rudem tam cito accepisti? ¶ Hujusmodi rudibus ipsi gladiatores cum ad artem discendam exercebantur, pugnant. *Sueton. in Calig. c. 32.* Myrmillonem in ludo rudibus secum batuentem, & sponte prostratum confodit. *Cic. in ep. ad Octavianum, prope fin.* Veteres vulneribus, & ætate confectos gladiatores ad rudem compellere. h. e. ad resumendum professionem cogere. ¶ Translate, respiciendo ad priorem, quem diximus, rudis usum, accipitur pro libertate, & optato rei cuiusvis fine, & rudem dare, seu donare est a quovis munere dimittere, rudem mereri est mereri missionem, vel cessationem a labore, vel officio, rudem donari, vel rudem accipere est quocunque onere liberari, a munere quovis in otium restitui, vel ob ætatem, vel ob imbecillitatem, &c. *Hor. l. 1. ep. 1.* Spectatum satis, & donatum jam rude queris Mæcenas iterum antiquo me includere ludo. *Martial. l. 3. ep. 36.* Ut nondum credas me meruisse rudem. *Juven. sat. 7. v. 171.* Ergo sibi dabit ipse rudem. ¶ Sumitur etiam rudis pro ligula, seu spatha, idest virga lineæ, qua res agitantur, & miscuntur, ut fit in iis, quæ coquantur. *Plin. l. 34. c. 18.* Uritur in patinis per laminas minutas cum sulphure, versatum rudibus ferreis, aut ferulaceis. *Cato R. R. c. 79.* Coquito, versatquo crebro duo duabus rudibus.
 Rudis, & de, o. 3. rudo, Ger. *unvuffend*, Gal. *rude*, Hif. *no labrado, no ensado*, ῥυτωδης, impolitus, incultus, imperfectus, asper, durus, ut Rude argentum apud *Plin. l. 33. c. 3.* quod neque signatum est, neque alium in usum laboratum. *Ovid. 7. Met.* Rudis, indigestaque moles. *Var. l. 1. R. R. c. 27.* terram rudem profcindere oportet. *Senec. Hippolyt.* Capilli rudes, h. e. incompti. *Ovid. Heroid. ep. 1.* Rudes lanæ. h. e. impolitæ. ¶ *Æt rude* est non signatum. *V. Æs.* ¶ Dicitur etiam de iis, quæ ad litteras pertinent. *Cic. l. 1. de Or.* Quæ pueris, aut adolescentulis nobis ex commentariolis nostris inchoata, atque rudia exciderunt. ¶ Item de ingenio, & animo, qui adhuc disciplinis, vel rerum usu expoliti non est. Et vel absolute usurpatur. *Cic. de*

nat. Deor. l. 5. c. 3. Rudem me discipulum, atque integrum accipe. ¶ Vel cum gen. & notat impertitum, indoctum, incivem. *Cic. pro Flac. c. 8.* Cum in theatro homines imperiti, rerum omnium rudis, ignarique confederant. *Id. 4. Ver.* Tametsi non provincie rudis erat, & tyro. ¶ Vel cum abl. & præp. in. *Cic. l. 1. de Or.* Hastantem in majorum institutus, rudem in Jure Civili. ¶ Vel omnia præpos. *Pelley. l. 2. c. 9.* Sensibus celebris, verbis rudis. Et c. 73. Adolescentis studis rudis. ¶ Vel cum acc. & præp. ad. *Ovid. l. 3. de Pons. el. 7.* Ad mala jam pridem non sumus ulla rudes. *Liv. l. 24.* Rudem ad pedestria bella Numidarum gentem esse, equis tantum habilem. ¶ Accipitur interdum pro rufico. *Juven. sat. 11.* Tunc rudis, & Grajas mirari necisvis artes. ¶ Interdum pro duro, & inclementi. *Ter. Phorm.* Adeon' te esse ingenio rudi, & inexorabili?
 Ruditas, atis, ῥυτωδης, ῥυτωδης, ῥυτωδης, imperfectio, obscuritas ingeni, imperitia. *Apul. l. 4. Florid.* Literatoris ruditatem excimere.
 Ruditus, us, m. raggbia, raggia, clamor inconditus, qualis est afini rudentis. *Apul. l. 8. Metam.* Audito ruditu meo.
 Rudo, is, di, sine sup. n. 3. raggbiare, רבך, Ger. *sebreyen*, Gal. *braire*, Hif. *rebuznar*, ῥυτωδης, est sonum inconditum edere, qualem solent afini, cum vocem emittunt. Sed *Nonius* dicit, sapientissimum virorum opinionem esse, rudere proprie, non afinos, sed funes nauticos dici, cum vento verberantur; hinc funes illos rudentes appellari. *V. Rudens.* *Ovid. l. 3. de art. v. 290.* Ut rudit a scabra turpis allela mola. *Perf. sat. 3. v. 9.* Findor, ut Arcadæ pecuaria rudere credas. Ubi primum producti, cum alii omnes corripant. ¶ Dicitur etiam de leonibus, vel per Metaphorani, vel per Catachresin. *Virg. 7. Æn. v. 16.* iræ leonum fera sub nocte rudentum. ¶ Item de hominibus. *Virg. 8. Æn.* Includumque cavo saxo, atque infueta rudentem. idest insolita voce clamantem.
 Rudor, oris, m. 3. stridor, murmur, mugitus venti subterranei. *Apul. de mundo.* Mycetas vocatur tetri rudoris inquietudo terrena. Ita *Scaligerum* secutus legit *Vossius*, ubi vulgo odoris. *Id. in Florid. n. 17.* (al. l. 3. ad fin.) Vox hominis & tuba rudore torvior, & lyra contentu variator.
 Rudus, eris, n. rovinaccio, Germ. *schutt*, Gall. *plarras*, Hif. *vassura*, ῥυτωδης, lapidum frustra, ruinaturque materies. Duplex est, novum, & vetus. Novum rudus est materia pavimenti, hoc est, saxa de novo contusa, seu testæ contractæ cum calce ad pavimentum faciendum. Vetus rudus est materia veterum pavimentorum, & disruptorum ædificiorum, quæ lapidibus, & testis contractis, calceque arena commixta constat. *Vitr. l. 7. c. 1.* Deinde ruderis novo tertia pars testæ tuzæ admisceatur. ¶ Dicitur etiam de ære rudi, & infecto. *Prudent. in Apotheos. v. 725.* Æris rudere decocta massa.
 Rudafulcum, V. Raudufculum.
 Rufæ, f. 1. opp. exc. Campaniæ, in conf. Samni, Efernæ finitimum. *Virg. 7. Æn. v. 739.* ¶ *Sil. l. 8. v. 567.* Rufas vocat, & *Liv. l. 8. c. 25.* Rufium.
 Rufesco, is, n. 3. divenire rosso, ῥυτωδης, rufus fio. *Plin. l. 10. c. 29.* Grues senectute nigrescunt, merula ex nigra rufescit.
 Rufo, as, a. 1. fare rosso, ῥυτωδης, rufum facio. *Plin. l. 23. c. 2.* Tunc addito lentifcino oleo illita una nocte rufat capillum. *Id. l. 15. c. 22.* Rufatur capillus primum prodeuntibus nucleis.
 Rufæ, arum, f. oppidum Campaniæ. *V. Ruse*.
 Rufeni, orum, Rutrarum incolæ. *Cic. Fam. 10. ep. 21.*
 Rutili, five Rutuli, unum genus Tribunorum militum, ita dictum a Rutilio Rufo, qui de eorum jure legem tulit. Tribuni enim militum dividebantur in Rufulos, five Rutulos, & Comitatos. *Afcon. Pedian. in Divin.* Tribunorum militarium duo sunt genera, primum eorum, qui Rutuli dicuntur. Hi in exercitu creari solent. Alii sunt Comitati, qui Romæ Comitibus designantur. *Fest. Pomp.* Rufuli Tribuni militum appellabantur, quos Consules faciebant, non Populus: de quorum jure quod Rutilius Rufus legem tulit, qua eis cavebatur multis modis, (sic enim elevaverant eorum jus, ac tunc elevabant, qui populi suffragio creabantur) Rufuli a cognomine Rutilii, ac post Rutuli appellati sunt. *Liv. l. 7.* Et cum eo anno primum placuisset Tribunos militum ad legiones suffragio fieri (nam & antea, sicut nunc, quos Rufulos vocant, Imperatores ipsi faciebant) T. Manli, qui postea Torquatus appellatus est, secundum in sex locis tenuit.
 Rufulus, a, um, dim. a rufus. *Plaut. Afin. 2. 3. 20.* Macilentis malis, rufulus, aliquantum ventriosus. ¶ Rufuli dicti sunt ex Tribunis militum ii, quos Consules in exercitu creabant, non populus: de quorum jure, quod Rutilius Rufus legem tulerat, qua eis cavebatur multis modis, Rufuli a cognomine Rutilii, ac post Rutuli appellati sunt. *Festus, & Afcon. in Verrin. 2. c. 10.*
 Rufus, a, um, rosso, רוש, Ger. *vorprecht*, Gal. *rougetre*, Hif. *ruvio*, רוש, ῥυτωδης, ruber, sed non plane, verum ad flavum nonnihil declinans, a ῥυτωδης, per Metathesin. *Ter. Phor. 1. 2.* Si quis me quæret rufus. *Martial. l. 14. ep. 129.* Roma magis fuscis vestitor, Gallia rufis. *Plin. l. 16. c. 14.* Namque & materies maris dura, rusforque, ac nodosa. ¶ Est etiam Rufus cognomen Romanum, a colore pilorum deductum, ut innuit *Quintil. l. 1. c. 6.*
 Ruga, æ, f. ruga, cresta, רבך, Ger. *ruuzel*, Gal. *vide*, Hif. *ruza*, רבך, cutis in plicas, & quasi sulcos contracta, cuiusmodi in senibus conspicitur solet. *Cic. de Sen. c. 18.* Non cæni, non rugæ repente auctoritatem arripere possunt. *Ovid. 5. Fast. v. 57.* Inque suo pretio ruga senilis erat. ¶ Plicæ quoque in vestibus eminentes rugæ dicuntur, contra cavitates inter plicas sinus. *Plin. l. 35. c. 8.* Præter quæ in veste rugas, & sinus invenit. ¶ In arborum quoque fructibus, qui ante maturitatem sunt decerpti, aperitates quædam, & corticis contractiones oriuntur, quæ a similitudine rugarum anilium veniunt & ipse in nominis hujus communicatione. *Plin. l. 12. c. 7.* Deest tota illa maturitas, ideoque & rugarum, colorique similitudo. ¶ Translate rugæ pro severitate, & gravitate accipiuntur, quia austeri homines rugis frontem contrahunt. *Plin. l. 9. ep. 17.* Vis tu remittere aliquid ex rugis? *Cic. post red. in Sen. c. 7.* Rugis, & supercilio aliquem decipere.
 Rugatus, a, um, quod rugas habet. *Plin. l. 9. c. 33.* de concharum testis. Levibus, rugatis, denticulatis, striatis.
 Ruginosus, a, um, adject. rugosus. *Cal. Aurel. Acus. c. 11.* Cutis veluti ruginosa, vel fulcata pannofitas.
 Rugio, is, n. 4. ruggire, ruggiare, רבך, Ger. *brullen*, Gal. *rugir, brui-*, Hif. *bramar*, ῥυτωδης, leonum est, cum vocem emittunt. Factum est a sono, ut mugire, multaque alia. *Aust. Philom. v. 49.* Tigrides indomitæ raucant, rugiuntque leones.
 Rugitus, us, m. rugito, ῥυτωδης, vox leonis. *Papif. in Probo, c. 19.* Centum leones, qui rugitibus suis tonitrua excitabant.
 Rugo, as, n. 1. inersparfi, רבך, Ger. *fallen machen*, Gal. *se rider*, Hif. *avugarf*, ῥυτωδης, rugas contraho. *Plaut. Caf. 2. 3. 30.* Vide palliolum, ut rugat.
 Rugositas, atis, rugarum contractio, austeritas, apud *Tertul. de patient. c. 15.*

Rudius, *α*, *um*, *πύρρον* di crepse, Ger. *ruud* lechirig, Gal. *pluin de rudes*, Hisp. *iteno de rugas*, *πυρρόν*, rugis plenus. *Col. l. 12. c. 43.* Sed hæc ratio a *it* rugosa acina. *Marzial. l. 3. ep. 93.* Rugolotem cum quæta stola frumentem. *Perf. Juv. 5. v. 55.* Rugosum piper.

Ruidus, *α*, *um*, *ruído*, *ruuido*, *αἴσρος*, asper, ut *Pilum* ruidum. Alii qui pilum ruidum dictum putant a *ruendo*, hoc est cadendo, quod e jus crebro *cafa* frumentem, & aliz fruges pinguentur, & decorticantur. *Plin. l. 18. o. 10.* Major pars Italiz ruidus utitur pilo. Ubi *Plin.* ruidum opponit præferrato. ¶ Surt qui scribunt *ruuidus*, at opt. Plinii edition. hab. *ruuidus*.

Ruina, *α*, *um*, *ruína*, *κρήνη*, Germ. *umbfaltung*, Gall. *ruine*, Hisp. *caída*, *κρήνη*, casus, seu lapsus alicujus rei, quæ concidit, a *ruento*. *Cic. 3. Tusc.* Magis ne moventur Corinthi subito aspectu parietum ruina. *Horat. lib. 2. sat. 8.* graves aulica ruinas in patinam fecere. ¶ Translate reperitur pro tonitru. *Virg. 1. Æneid.* Fluctibus oppressos Troas, cœlique ruina. Ubi *Servius*: Cœlique ruina. idest tonitribus, quorum fonus similis est ruinis. ¶ Transferitur longius, & pro quavis calamitate accipitur. *Cic. 1. Catil. c. 6.* Prætermitto ruinas fortunarum tuarum. ¶ Aliquando pro morte. *Plin. l. 17. c. 25.* Prodigium in nostro ævo Neronis Principis ruina factum.

Ruinofus, *α*, *um*, *cahuco*, *αἰσώσιμος*, caducus, ruina minans, ruinis plenus. *Cic. 3. Off. c. 13.* Ædes male materiata, ruinofæ.

Rulla, *α*, *f.* instrumentum ferreum, stimulum rusticorum additum ad vomerem detegendum. *Plin. l. 18. c. 19.* Purget vomerem subinde stimulus cuspidatus rulla. Ita quædam edition. At plures hab. *ralla*.

Ruma, *α*, *f.* *mammilla*, *μαμάδα*, *μαμάδα*, mamma, apud vet. *Varro apud Non. c. 1. n. 756.* Hicce Manibus lacte fit, non vino, Culinæ propter cunas, Ruminæ propter rumen, idest prisco vocabulo mammam, &c. ¶ Ruma etiam alteram notionem habet. Nam significat cavum gutturis locum. *Arnob. l. 7.* Rumas, quæ sunt prima in gurgulionibus capita, quæ deicere cibos, & retere natura est. Sunt qui aliter leg. *Serv. in 6. Ecl.* Ruminatio dicta est a ruma eminentem gutturis parte, per quam demissus cibus a certis revocatur animalibus.

Rumbotinus. V. Rumpotinus.

Rumen, *inis*, *n.* idem ac ruma, idest mamma. *Plin. l. 15. c. 18.* Quoniam sub ea inventa est lupa infantibus præbens rumen (ita vocabant mammam) miraculo ex ære juxta dicato. ¶ Ponitur etiam ut ruma, pro cavo gutturis loco, quo cibus in alvum demittitur. *Fest.* Rumen est pars colli, qua efca devoratur, unde rumare dicebatur, quod nunc ruminare. *Pompon. apud Non. c. 1. n. 64.* Ego rumorem parvi facio, dum sit, rumen qui impleam.

Rumentum, *i*, *Fest.* Rumentum in Auguralibus significare videtur interruptio, abruptiove, dum verba ancilibus movendis prærit; Si interim avis canerit, tum æque, atque auspicio, rumentum esto.

Rumex, *icis*, *m.* *romice*, *λατάνθη*, lapathi sylvestris genus, ad strumas cum axungia efficacissimum. *Plinio teste, l. 20. c. 21.* ¶ Reperitur etiam in gen. *f. Plin. l. 11. c. 8.* Ceras ex omnium arborum, fatorumque floribus confingunt, excepta rumice, & chenopode. Sed subintelligi potest *arbores*. ¶ Est & rumex tili genus, simile spari Gallici, at *ait Fest. Lucil. epud emd.* Tum spara, tum rumices portantur tragula porro. *Adde Gel. l. 10. c. 25.*

Rumfa, *α*, vel *Rumina*, *α*, *f.* Dea, quæ rumis, idest mammis, & infantibus lactentibus præsidebat. *Var. l. 2. R. c. 11.* Non negarim ideo apud Divæ Rumiz sacellum a pastoribus fatam ficum. Ibi enim solet sacrificari lacte pro vino, & pro lactentibus. Mammæ enim rumes, sive rumæ, & inde dicuntur subrumi agni lactentes. *Id. apud Non. c. 2. n. 756.* Hicce Manibus lacte fit, non vino, Culinæ propter cunas, Ruminæ propter rumam, idest prisco vocabulo mammam, a quo subrumi etiam nunc dicuntur agni.

Rumifero, *as*, *a.* *δευρομίζω*, divulgo, prædico, rumorem fero, famam spargo. *Plaut. Amph. 2. 2. 46.* Quamque adeo cives Thehani vero rumiferant probam. Ita legit *Non.* Alii *rumificanti*, eod. sensu.

Rumifco. V. dictio. præced.

Rumigeratio, *onis*, divulgatio. *Lamprid. in Heliog. c. 10.* Infami rumigeratione pascuntur.

Rumigro, *as*, *a.* *r.* idem quod rumito, divulgo. *Festus in Rumito.*

Rumigerulus, *a*, *um*, *δευρομίζω*, qui rumorem gerit, & aliquid divulgat. *Arnob. l. 15. c. 1.* Per clandestinos rumigerulos.

Rumigo, *as*, *a.* *r.* idem ac rumino. *Apul. l. 4. de Asino.* Jam fere tertium qualium rumigabam. Vossius legit *rumitabam* eodem sensu.

Rumin, *inis*, *n.* idem ac rumen, apud vet. *Var. l. 2. R. c. 11. ut Scaliger legit.* Mamma enim rumis, sive rumin.

Rumina. V. Rumina.

Ruminalis, & *le*, *o.* *3.* quod ruminat, ut Ruminales hostiæ, eorum animalium, quorum proprium est ruminare. *Plin. l. 8. c. 51.* Coruncanus ruminales hostias, donec tridentem ferent, puras negavit. ¶ Ruminalis ficus, & Poeticæ Rumina ficus, tuit ficus illa, sub qua Romulus, & Remus ex lupæ uberibus pendentes reperti sunt, quæ post Urbem conditam erat in foro, & in Comitio, & alio nomine Romula, & Romularis est appellata. Dicta est a *rumine*, idest mamma, quod ibi lupa infantibus lac præbebat, vel a *rumine*, quia notat cavum gutturis locum, quod sub ea ficus pecudes solent ruminare. Vel fortasse hæc vox ex *Romularis* corrupte facta est. Nam primo *Romularis* appellata est, postea *Ruminalis*, ut *Livius* scribit *l. 1. c. 4.* Sed *Ovidius* contra *l. 2. Fast. v. 411.* scripsit, primo *Ruminatem* ficum esse dictam, deinde *Romulam*. *Plin. l. 15. c. 18.* Colitur ficus arbor in foro ipso, ac Comitio Romæ nata, sacra fulguribus ibi conditis: magisque ob memoriam ejus, quæ nutrit fuit Romuli, ac Remi conditoris, appellata, quoniam sub ea inventa est lupa infantibus præbens rumen (ita vocabant mammam) miraculo ex ære juxta dicato. *Ovid. loc. cit.* quæque vocatur Romula nunc ficus, Rumina ficus erat.

Ruminatio, *onis*, *f.* *ruminatione*, *μαρμαρισμός*, actus ruminandi, a *rumino*, quod a *ruma*, qua notat cavum gutturis locum. *Serv. ad 6. Ecl. Plin. l. 11. c. 37.* Quibus neque dentes utrinque, neque ruminatio. ¶ Translate sumitur pro consideratione, vel rei cuiuspiam in memoriam revocatione. *Cic. Att. l. 2. ep. 12.* Quid ageretur de ruminatione quotidiana, de cogitatione Publici. *Plin. l. 17. c. 22.* Si faucias vites mordeat quædam hienis ruminatio. h. e. reiteratio.

Ruminator, *oris*, *m.* *ruminator*, qui ruminat. *Arnob. l. 7.* Ruminatoribus sæculus. V. *Rumina*.

Rumino, *as*, *a.* *r.* *rumino*, *aris*, *d.* *ruminare*, *rumasticare*, *ruminare*, *rum*, Germ. *ruuderkucken*, Gall. *ruminer*, *rumajcher*, Hisp. *rumia*, *αμαρμαρισμός*, est remanere, idest cibum a rumine ad os revocare, & rursus mandere, conficere, consumere. Proprium est corum animalium, quæ in superiore mandibula dentes primores non habent. *Virg. 6. Ecl.* Illic sub nigra pallentes ruminat herbas. *Plin. l. 10. c. 73.* Ruminant præter jam dicta sylvestrium cervi, cum a nobis aluntur. *Col. l. 6. c. 6.* Propter quæ bos neque ruminat, neque lingua se detergit. ¶ Translate ponitur pro in memoriam revocare, & diligenter perpen-

dere. *Liv. apud Non. c. 2. n. 746.* Nemo hæc voster ruminabit muliere. Alii legunt *vostre ruminetur*. *Varro apud eund. Non.* Non modo abfens quicquam de te sapius cogitabit, sed etiam ruminabit humanitatem tuam.

Rumis, *is*, *f.* idem ac ruma, apud vet. *Var. l. 2. R. c. 1.* Qui appellantur subrumi, idest sub mamma. Antiquo enim vocabulo mamma rumis, ut opinor. *Fest.* Mamma autem rumis dicitur. Unde rustici hædos lactentes subrumos vocabant, qui adhuc sub mammis habentur.

Rumiso, *as*, *n.* *r.* rumorem spargo, freq. a *rumo*. *Neu. apud Fest.* Simitu a lius alitudo ruminant inter se. ¶ Rumito, *as*, pro rumino, V. in *Rumige*.

Rumo, *as*, *a.* *r.* *Fest.* Rumen est pars colli, qua efca devoratur, unde rumare dicebatur, quod nunc ruminare.

Rumor, *oris*, *m.* *rumore*, *fama*, *μαρμαρισμός*, Ger. *germein geruchte*, Gal. *bruit*, Hisp. *fama*, *φύση*, sermo in populo de recenti re dispersus, in bonum, vel in malum, sine certo auctore. *Cic. l. 12. Fam. ep. 9.* Nihil perferitur ad nos præter rumores de oppresso Dolabella, satis illos quidem constantes, sed adhuc sine auctore. *Id. 2. Fam. ep. 8.* Rumor multa perfert. *Id. Phil. 14.* Rumorem dissipare. *Id. Fam. l. 1. ep. 8.* Rem te valde bene gestulle, rumor erat. *Id. Attic. lib. 6. ep. 5.* Rumoris nescio quid affare. *Tacit. 2. hist. c. 42.* Rumor surgit. Et *annal. 6. c. 23.* Rumor incedit. *Terent. prol. Heecy. v. 31.* Interea rumor venit, datum uri gladiatores. ¶ Sumitur etiam pro fama. *Plaut. Trinum. 3. 2. 14.* Rumori servire. *Marzial. l. 10. ep. 3.* Quos rumor alba gemmeus vehit penna. *Hor. l. 1. ep. 10.* Efferre aliquem ad cœlum rumore secundo. *Cic. in Piscon.* Inanem rumorem aucupari. ¶ Videtur apud *Virg. 8. Æn.* rumor accipi pro aquæ sumine, ubi ait v. 90. Ergo iter inceptum celarent rumore secundo. Revera significat, faustis acclamationibus, vel secundis omnibus. Sic apud *Cic. l. 1. Div. c. 16.*

Rumpia. V. Rhomphæa.

Rumpo, *is*, *rupi*, *ruptum*, *a.* *3.* *rompre*, *spezzare*, *רָבַץ*, Ger. *brechen*, Gal. *rompre*, Hisp. *quebrar*, *ρήνω*, *ρήνωμι*, trango. *Cic. 7. Ver.* Quid, si aufugisset? si vincula rupisset? *Virg. 7. Ecl.* Invidia rumpantur ut illa Codro. ¶ Est etiam facere, ut aliquid rumpatur. *Plin. l. 30. c. 4. de bustelli:* Devoratumque taçlo felle ita bovem inflammat, ut rumpat. ¶ Item disjicere, facere, ut aliquid in diversas partes dissiliat. *Virg. 8. Ecl.* Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. *Cic. in Vatin. c. 4.* Ut aliquando ita, quæ sunt inflata, rumpantur. ¶ Ponitur aliquando pro depravare, corrumpere. *Athen. in l. qui insulam, ff. locati.* Qui mulas ad certum pondus oneris locarat, cum majore onere conductor eas rupisset. Adde *Ulpian. l. Prætor, ff. de vi bon. rapt. & l. Inquit, ff. ad l. Aquil.* ¶ Interdum pro defatigare. *Ter. Heec. 3. 4. 20.* Ut me ambulando rumperet. *mi facesse crepare.* ¶ Translate sumitur pro opprimi, graviter defruerari, vix fere posse. *Har. l. 1. sat. 3.* Urgeris turba circum te stante, miserque rumperis. *Cic. ad Q. Fr. l. 3.* Ut his malis Republicæ, licentiaque audacium, quæ antea rumpebat, nunc ne moveat quidem. *Marzial. l. 9. ep. 98.* Rumpatur quisquis rumpitur invidia. ¶ Fidem rumpere, est violare. *Ovid. ep. 23.* Rupit, quam ruptam sum mihi quæsta fidem. Sic rumpere fœdera, *Liv. & Cic.* ¶ Moras rumpere, est auferre moras, festinare. *Virg. 3. Georg.* En age segnis rumpe moras. ¶ Silentium, feu vocem rumpere, est loqui, rem silentio aliquandiu suppressam eloqui, diu tacita proferre. *Virg. 10. Æn.* Quid me alta silentia cogis rumpere? *Id. 11. Æn. v. 377.* Rumpitque has imo pectore voces. h. e. emittit. ¶ Rumpere pectore questus, *proromper* in lamens. *Virg. Æn. 4. v. 553.* ¶ Rumpere nuptias, teitamentum, conditiones pacis &c. h. e. rescindere, abrumper. *Horat. Cic. & Vallej.* ¶ *Rupis* pro rupit, est in *leg. XII. Tab. apud Festum.*

Rumpotinetum, *i*, locus arboribus rumpotinis confitus. *Col. l. 5. c. 6.* Nam fere ita rumpotinetum constitutum animadverti.

Rumpotinus, *i*, genus arbuti et rumpis factum. *Col. l. 5. c. 7.* Est & alterum genus arbuti Gallici, quod vocatur rumpotinum.

Rumpotinus, *i*, *f.* populus, genus arboris. *Plin. l. 14. c. 1.* Rumpotinus vocatur & alio nomine populus arbor Italiz Padum transgressis. *Id. l. 24. c. 19.* Rumpotinum arborem demonstravimus inter arbuta. Alii utroque loco leg. *umbosinus*, quod idem est.

Rumpotinus, *a*, *um*, quod est et rumpis, at Arbores rumpotiaz. *Col. l. 5. c. 7.* Arboribus rumpotinis si frumentum non inferitur.

Rumpus, *i*, *m.* *rampollo*, *germoglio*, *αμύγες*, Ger. *ruin raben*, Gall. *avants in*, Hisp. *sarmiento*, germen arboris, vel vitis, alio nomine *trudax*, a *rumpo*, quia avulsus est ab arbore, ut alio traduceretur. Aliqui dicunt, rumpus esse quædam vitium veluti brachia, quæ a sua utrinque matre traducta, & porrecta circa medium duarum arborum intertallum sibi occurrunt, & ibi mutuo connectuntur. *Var. l. 1. R. R. c. 8.* Quartum est pedamentum nativum ejus generis, ubi ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit: quos traduces quidam rumpus appellant. *Alex. ab Alex. l. 2. c. 10.* ponit *rompos* pro *rumpus*.

Rumufculus, *i*, *βουμυλλώδης*, parvus rumor. *Cic. pro Cluent. c. 38.* Qui imperitorum hominum rumufculos aucupati tum illum abolverunt. Adde *3. de Legib. c. 16.*

Runa, *α*, *f.* genus teli latiore habens cuspidem. *Fest.*

Runatus, *a*, *um*, *runa* armatus. *Fest.* Runa genus teli significat. Ennius: Runata recedit. idest pilata. In aliis libris est, *Runata recidit*.

Runca, *α*, *f.* idem ac runcina, apud vet. *Fest.*

Runcatio, *onis*, *βουμυλλώδης*, actus runcandi. *Col. l. 2. c. 9.* Frequentem tamen exigunt farritionem, & runcationem, ut herbis liberentur. Adde *Plin. l. 18. c. 11.*

Runcator, *oris*, *m.* *βουμυλλώδης*, qui runcat. *Col. l. 11. c. 3.* Quæque præteriero, intelligi oportebit, nullam operam postulare runcatoris.

Runcina, *α*, *f.* *pialla*, *βουμυλλώδης*, instrumentum, quo ligna aspera lævigantur. *Plin. l. 10. c. 42.* Firmissima ad tectum abies. Eadem valvarum repagulis, & ad intellina opera aptissima, sive Græco, sive Campano, sive Siculo fabricæ artis genere spectabilis, ramentorum crinibus pampinato semper orbe se se volvens ad incitatos runcinarum raptus. *Arnob. l. 6.* Simulacra ista, quæ vos terrent, runcinarum lævigata de planis.

Runcina, *α*, *f.* Dea, quæ runcationi præerat, a runcando. *August. l. 4. de Civ. Dei, c. 8.*

Runcino, *as*, *a.* *1.* *piallare*, runcina lævigio, polio. *Minut. Fel. in Octav. c. 23.* Deus ligneus ceditur, dolatur, runcinatur. *Arnob. l. 5.* Ex arbore lignum dolat, runcinat.

Runco, *onis*, *m.* ferramentum curvum cum manubrio longo ad densitatem veprium succidendam. *Pallad. l. 1. tit. ult.* Serrulas minores, vandas, runcones, quibus veprea persequimur.

Runco, *as*, *a.* *1.* *estirpare* *herbe cassive*, *runcare*, Ger. *ausfreusen*, Gal. *farcler*, Hisp. *vocar*, *απαλλω*, *βουμυλλώδης*, est herbas et segetibus expurgare, fruticesve noxios evellere. *Cato c. 2. R. R.* Runcare spinas. *Plin. l. 18. c. 21.* Siliginem, far, triticum, semen, hordeum occato, farrito, runcato quibus dictum erit diebus. *Sidon. l. 1. ep. 6.* Inter subulcos runcantes. Al. leg. *runcantes*, eod. sensu.

Ruo, *is*, *ru*, *ruitum*, *a.* *3.* *gitsare giù*, *precipitare*, *ρῥῖ*, Germ. *zu hauffen*

bauffen fallen, Gal. *tomber, aller en ruine*, ὄργω, proprie est deicere, impellere, præcipitare. *Ovid. Metam.* 12. v. 134. Cedentemque sequens instat, turbatque, ruitque. *Ter. Adel.* 3. 2. 21. Ceteros ruere, agerem, raperem, tunderem, prosternerem. ¶ Speciatim ponitur pro diuere, evertere, complanare. *Virg. 1. Georg.* v. 105. Cumuloque ruit inale pinguis arenæ. *Id. 1. Æn.* Spumas salis ære ruebant. ¶ Interdum pro eruere, eximere, elevare. *Virg. 1. Æn.* Totumque a sedibus imis una Eurufque, Notufque ruunt, creberque procellis Africus. *Id. 1. 11.* Confusa ruebant ossa locis. ¶ Interdum pro egerere, emittere, extollere. *Virg. 2. Georg.* Et ruit atram ad cælum picea crassius caligine nubem. ¶ Ruere, inquit *Scalig. in Conject. ad Var.* interdum est modio cumulum adæquare. *Hor. 1. 2. Sat. 5.* Unde divitias, ærifque ruam, dic augur a cervos. h. e. augeam, cumulem. Et contrario sensu. *Cic. Att. 1. 16. ep. 11.* De laudibus Dolabellæ deruam cumulum. h. e. imminuam, demam. V. etiam *Corruo*. Aptius tamen videtur explicari locus Horatii hoc pacto: unde etruam, effodiam, comparem divitias. ¶ Ab activa significatione etiam ad absolutam translatus est. Sumitur igitur pro cadere, concidere, in præcepis ferri, cadere, rovinnare. *Virg. 2. Æn.* Ruit alto a culmine Troja. *Cic. pro L. Man.* Ruere illa non possunt, ut hæc non eodem labefactata motu concidant. *Lucan. 1. 2. v. 499.* Pons ruiturus. ¶ Aliquando pro percrepare, gravi sonitu quodammodo ruinam minari. *Virg. 1. Georg.* Ruit arduus æther. idest tonitru percipat. ¶ Aliquando pro declinare, in finem vergere. *Virg. 1. Georg.* Vel cum ruit imbriferum ver. ¶ Per metaphoram usurpatur pro festinanter ire, temere ferri. *Prop. 1. 3. el. 15.* Ira ruens. *Virg. 10. Æn.* Quo moriture ruis, majoraque viribus audes? *Cic.* Tanquam ad interitum ruere voluntarium. *Liv. 1. 3. c. 3.* Certatim portis ruere. *Quint. 1. 2. c. 12.* Ruere in rixam. ¶ Cum infinito. *Lucan. 1. 7. v. 751.* Scire ruunt, quanta fuerint mercede nocentes. *Claud. 1. 3. de resp. Prof. v. 386.* Qualis perfisteras animare ad crimina taxos. *Ter. Mezerza* ruit. ¶ Passive impersonaliter. *Liv. 1. 8. c. 24.* Ut ferme fugiendo in media fata ruitur. ¶ Item pro iracunde furere. *Cic. Att. 1. 2. ep. 14.* Ne ille nosster Sampliceramus ruere incipiat. ¶ Item pro effundi. *Virg. 6. Æn.* Unde ruunt totidem voces resposita Sibyllæ. ¶ Item pro oriri. *Virg. 1. Æn.* Et interea revoluta ruebant matura jam luce dies. ¶ Ruere etiam dicuntur, qui in gerendis negotiis per imprudentiam, aut nimiam festinationem decipiuntur, aut iacturam faciunt. *Ter. Heaut.* 2. 1. 128. Sed heus tu, vide sis, ne quid imprudens ruas. *Cic. pro Dom.* In agendo ruere, & sæpe peccare. ¶ Particip. *rusus V. infra in Rusa casta.*

Rupes, is, f. *rupe*, רופ, Germ. *fels*, Gal. *rocher*, Hisp. *pena*, ῥῆξ, ἀρῆξ, ῥῆξ, ῥῆξ, prærupta pars terræ, aut faxi propter altiudinem, ac proclivitatem inaccessiblei, quo nomine etiam fluminum altiores, atque inaccesibiles rupes dicuntur. *Cæs. l. 2. B. G.* Quod cum ex omnibus in circuitu partibus altissimas rupis, defæctibus haberet. *Virg. Ecl. 5.* Ipse jam carmina rupes, ipsa iocant arbuta.

Rupex, is, m. idem ac petro, h. e. homo durus, rusticus, hebes. *Gell. 1. 13. c. 9.* Sed enim veteres nostri non ufque adeo rupices, & agrestes fuerunt. Adde *Tertull. de pall. c. 5.*

Rupicapra, æ, f. ῥυπάκις, capra sylvestris, quasi rupium capra. Martialis capream appellat. *Plin. 1. 11. c. 37.* Rupicapris in dorsum adunca cornua, damis in adversum.

Rupico, onis, m. idem ac rupex. *Apul. 1. 1. Florid.* Rupicones, bajuli, tabernarii.

Rupina, æ, f. idem ac rupes. *Apul. 1. 7. A. A.* In proximas rupinas præcipites dedere. Adde *l. 6.*

Ruptim, adverb. sine ordine, confuse, temere. *Cæs. l. 1. B. C. c. 5.* Aguntur omnia ruptim, atque turbate. Sunt qui malunt *vaptim*.

Ruptio, onis, *ruptura*, ῥῆξις, actus rumpendi. *Ulpian. 1. si servus, §. rupisse, ff. ad L. Aquilianam.* Aquilia enim eas ruptiones, quæ damna dant, persequitur.

Ruptor, oris, qui rumpit. *Liv. 1. 4. c. 19.* Hicciene est, inquit, ruptor fœderis humani, violatorque gentium iuris?

Ruptus, a, um, *ruptus*, ῥῆξις, fractus. *Virg. 2. Georg.* Qua vi maria alta tumescant obicibus ruptis. ¶ Speciatim sumitur pro eo, qui mumbis fractus est ex diutino labore, pro delatato. *Apul. 1. 6. A. A.* Quo usque ruptum istum asellum, nunc etiam claudum fruira pascemus? *Martial. 1. 10. ep. 56.* Qui sanet ruptos, dic mihi, Galle, quis est? h. e. clientes officii patronorum defatigatos, laceros, & pannosos. ¶ Rupti etiam dicuntur, quibus viscera rupta in scrotum descenderunt, herniosi. *Plin. 1. 20. c. 6.* & alibi. ¶ Translate capitur pro mutato, pro eo, quod irritum factum est. *Cic. 1. de Orat.* Luminum, stillicidiorum, testamentorum ruptorum, aut ratorum.

Ruralis, & le, o. 3. *di villa*, ῥυρικός, quod ad rus pertinet. *Cæs. l. 3. B. G. c. 14.* Falces præcæcut, in hertæ, affixæque longuriis, non abili formi ruralium falciem. Al. leg. *muralium*. *Firmic. 1. 8. c. 11.* Quicunque sub hoc sidere natus fuerit, erit ruralibus officiis semper applicatus. *Macrobi. 1. 5. Saturn. c. 2.* Theocritus, pastoralis operis auctor, ruralis Hesiodus.

Ruratio, onis, res rusticæ. *Apul. in Apolog.* Nec Diis rurationis, qui eum pascunt, primitias impartit. *Id. 1. 2. Florid.* Ruratio omnis in larculo; & furtulo.

Rurefco, is, n. 3. rusticus, sylvestris fo. *Enn. apud Cæsari. 1. 1.*

Rurestris, & stre, o. 3. ῥυρῆστρις, quod est ruris, vel eorum proprium, qui rure degunt. *Apul. 1. 4. A. A.* Rurestri vocabulo vulgus indoctum roias aureas appellat. *Paul. 1. servis urbanis, §. muliones, ff. de legat. 3.* Nisi propter opus rurestre testator eos destinatos habebat.

Ruricola, æ, com. 1. *constadino*, ῥυρικός, qui rus colit. *Col. 1. 10. v. 337.* Hæc ne ruricolæ paterentur monstra? *Ovid. 5. Met.* Ruricolaque boves letho dedit. *Id. 4. Trist.* Tempore ruricolæ patiens fit taurus aratri.

Rurigēna, æ, com. 1. ῥυρῆγενής, qui ruri natus est. *Ovid. Metam. 7. v. 765.* Rurigenæ pavere teram.

Rurina, æ, f. Dea ruris apud Romanos, teste *Augustin. 1. 4. de Civ. Dei, c. 8.* Alii leg. *Rufina* eodem sensu.

Ruro, as, n. 1. ῥυρῆλω, est in res rusticæ includere. *Plaut. Capt. 1. 1. 16.* Dum ruri rurant homines.

Ruror, aris, d. 1. idem ac ruro. *Varr. apud Non. c. 2. n. 731.* Dum in agro studiosus ruror.

Rursum, & rursum, adv. *in dietro*, רור, Ger. *wiederumb*, Gall. *derechef*, Hisp. *de nuevo*, ῥῆξ, ῥῆξ, retro, retroversum, quasi reversum. *Ter. Heu. 3. 1. 36.* Tace, trepidari sentio, & cursari rursum, prorsum. Ubi *Don.* Rursum, proprie retro, prorsum ante significat, & est proverbiale, sicut dicimus, Sursum, deorsum, intro, foras, hæc, illac, & similia. *Plaut. Epid. 2. 2. 63.* Cœpi rursum vorsum ad illas paulatim accedere, quasi retruderet hominum me vis invictum. *Varr. apud Non. c. 4. n. 402.* Mortales multi rursum ac prorsus meant. *Virg. 3. Georg.* Rursum cura patrum cadere, & succedere matrum incipit. ¶ Significat etiam e contrario, vice versa. *Cic. 1. de Orat. c. 24.* Quod neque ita amplecteretur artem, ut si solent, neque rursum eam totam repudiarret. *Tacit. in Agric. c. 28.* Quem caelum neque, ut plerique virorum

fortium, ambitiose, neque per lamenta rursum, ac mœrorem muliebriter tulit. *Ter. Eun. 2. 2. 20.* Quidquid dicunt, laudo; id rursum si negant, laudo id quoque. ¶ Item denuo, iterum, *di nuovo*. *Virg. 2. Æn. v. 655.* Rursum in arma feror. *Cic. pro Mur. c. 7.* Facis, ut rursum plebs in Aventinum sevocanda esse videatur. *Ter. Eun. 1. 1. 15.* Inducæ, bellum, pax rursum. ¶ Cum denuo jungitur a *Plaut. Pan. prol. v. 79.* Revertor rursum denuo Carthaginem.

Rus, ruris, n. 3. *villa*, רוּר, Ger. *ein feld*, Gal. *village*, Hisp. *aldeas*, ῥῆξις, ῥυρῆξ, ῥυρῆξ, locus extra urbem, ubi agri sunt, & villæ. *Vetus Auctor de limitib. apud Rigalt. pag. 299.* inquit, rura a veteribus dictos esse incultos agros, idest silvas, & pascua. Frequentius tamen pro agris cultis & villis sumuntur. *Cic. 3. Offic. c. 31.* Ab hominibus relegatis, & ruri habitare jussisset. *Id. 2. de Orat. c. 6.* Rus ex urbe, tanquam ex vinculis evolare. *Plaut. Merc. 3. 3. 25.* Cras si rure rediero. *Senec. in Troad.* Scindere rura bobus. ¶ Translate rus dicitur de quacunque re agresti, rustica, inconcinna. *Carul. carm. 36.* Ad vos interca venite in ignem Pleni ruris, & infectorum annales Volufi, cæcata charta. *Horat. 1. 2. ep. 1. v. 159.* sed in longum tamen ævum Manserunt, holiæque manent vestigia ruris. V. integrum *Horat. loc. Carul. carm. 22. ad Varum.* Infictio infictior rure, Ruscarius, a, um. V. Ruscarius.

Ruscillum, li, n. *villetta*, parvum rus. *Gell. 1. 19. c. 9.* Cœnam dabat amicis sub urbe in rusculo.

Ruscus, i, m. *pugnatop*, *spruneggio*, *μυρῆξ ἄγρις*, frutex, folia habens myrto similia, sed acutiora, & rigidiora, qui propterea myrto sylvestris, chamæmyrsine, & oxymyrsine vocatur, quo ab antiquis sepes muniebantur, ex quo nunc scopæ fiunt. Quidam dicunt esse virgultum, quo vites ligantur, alii thecam, in qua includitur semen asparagi. *Virg. 7. Ecl. v. 42.* Horridior rusco, projecta vilior alga. *Id. 2. Georg.* Nec non etiam aspera rusci Vimina per sylvam. *Col. 1. 10.* Hirvulo sepes nunc horrida rusco Prodit. ¶ In Veterib. Gloss. legitur ruscum in neut. gen.

Rusina, V. Rurina.

Ruspor, aris, d. 1. *carcere*, ῥυρῆξ, est seruari, ut *Nonius* exponit, sive crebro querere, ut *Festus* interpretatur. *Accius apud Non. c. 2. n. 744.* Jube nunc attentare, jube nunc animo ruspari Phrygas. *Vetus Poeta apud Fest.* Ego ibo, ut latebras rusparis rimer. ¶ Activa forma *Tertull. de pall. c. 2.* Alibi stupantem copiam, alibi deferentem runcare, atque ruspare.

Rusatus, a, um, adject. russo colore indutus. *Tertull. de cor. mil. c. 1.* Nunc sanguine suo russtus, spe caicatus. ¶ Russtata dicebatur una e factionibus aurigarum in Circo, quæ scilicet russtatis vestibus utebatur: quatuor enim erant, alba, russtata, præstina, veneta. *Inscrip. apud Reines. pag. 392.* Agitator factionis russtæ. *Plin. 1. 7. c. 53.* Invenitur in actis, tela Russtato auriga elato, in rogom ejus unum e faventibus jecisse sese.

Russtellus, a, um, adject. diminut. *alquanto roffeggiante*. *Prudent. Peris. Steph. 11. v. 130.* Russticola sanies.

Russtus, a, um, adject. idem ac ruscus. *Petron. in Satyr.* Tunica vestitus russtæ. *Cato 1. 7. Orig.* Russtæ facies. ¶ *Russtæ factio*, de qua in *Vet. Inscripte.* apud *Reines. class. 5. n. 27.* eadem est, quæ *Russtata*.

Russtulus, a, um, adject. diminut. idem ac russtellus: ut russtulæ tunicæ, *Vopisc. in Probo c. 4.* Falciolæ russtulæ. *Capitolin. in Albino, c. 5.*

Russtus, a, um, *roffeggiante*, quod rutulum habet colorem, vel vicinum, idest ad rufum inclinantem, dilutus tamen rubentem. Sane cum *Varro 1. 6. de L. L.* ait, mulieres valde rufas dicit rutilas, videtur non alias intelligere, quam quas *Cato 1. 7. Orig.* dicit esse facie russtæ. *Carul. carm. 39.* in *Egnat.* Dentem, atque russtam defricare gingivam. ¶ Tunica russtas legere est apud *Trebellium in Claudii vita*, & *Vopiscum in Aureliano*.

Rustarius, V. Ruscarius.

Rustica, æ, f. ῥυρῆξ, ῥυρῆξ, gallina agrestis, sive sylvestris. Sua natura adjectivum est, sub quo semper gallina intelligitur. *Martial. 1. 13. ep. 96.* curus lemma est rusticula. Rustica sim, an perdix, quid refert, si sapor idem est? Carior est perdix: Sic sapit illa inagis. Quidam leg. *Rustica sum perdix*.

Rusticanus, a, um, idem ac rusticus. *Cic. pro R. Am. c. 15.* Tamen ne hæc attenda vita, & rusticana relegatio, atque amandatio appellabitur? *Id. ibid.* Rusticana municipia. *Id. 3. de Orat.* Et illud, quod loquitur, primum visum iri putat, si plane fuerit rusticianum.

Rusticarius, a, um, ῥυρῆξ, quod ad rus, aut rusticum pertinet. *Var. 1. 1. R. c. 22.* Ut talces dicuntur ab eodem Scriptore veneticæ opus esse sex, ferpiculæ quinque, sylvaticæ quinque, arborariz tres, rusticariz decem. Al. leg. *ruscariz*, h. e. ruscis secandis aptæ. Eadem lætionis varietas reperitur apud *Caton. de re rust. c. 11.* Præterea in loco *Varron.* alii reponunt *rustariz*, h. e. a rultis demetendis.

Rusticatio, adv. idem ac rustice. *Pompon. apud Non. c. 2. n. 737.* Ego rusticatum tangam, urbanatum nescio.

Rusticatio, onis, ῥυρῆξ, *villagietatura*, actus rusticandi. *Cic. de Am. c. ult.* Neque solum multia, sed etiam peregrinationes, rusticationesque communes. ¶ Est etiam labor, & cura rei rusticæ. *Col. 1. 6. in proem.* In rusticatione antiquissima est ratio pascendi. Adde *l. 11. c. 1.*

Rusticatus, us, m. idem ac rusticatio. *Cic. Att. lib. 12. ep. 1. Ut, dum consilio in Tusculano, sciam, quid garrat in rusticatu. Sed alii leg. sen rusticatur.*

Rustice, adv. *villanamente, incivillmente*, Ger. *karsthaufisch*, Gal. *lourdement*, Hisp. *rusticamente*, ῥυρῆξ, rusticorum more, ut solent rustici, inepte, absurde, imperite. *Cic. 3. de Or.* Ex quo sic locutum esse eju patrem judico, sic majores, non asperæ, ut ille, quem dixi, non veste, non rustice, non hiulce, sed preste, & æqualiter, & leniter. *Hor. 1. 1. Sat. 3.* Rideri possit eo, quod rusticus tonsa toga debeat. *Rurifus Cic. 3. Off. c. 9.* Urgunt rustice fane: negant enim posse, & in eo persstant. ¶ *Rustice loqui* apud *Gell. 1. 13. c. 6.* est barbare loqui.

Rusticellus, a, um, adject. aliquantum rusticus. *Var. apud Plin. 1. 7. c. 20.* Rusticellus Hercules appellatus.

Rusticitas, atis, *rusticitas*, Germ. *bauvrische probehit*, Gall. *rusticité*, Hisp. *rusticidad*, ῥυρῆξ, ῥυρῆξ, vitium urbanitati contrarium, quod in imperitia, & negligentia elegantiæ, ac cultus erga se, & erga alios, & in odio voluptatum positum est; apparetque tum in convictu, tum in fermone. V. *Quintil. 1. 6. c. 4.* ubi de rursu agit. *Plin. 1. 35. c. 4. M.* Agrippa vir rusticitati propior, quam delicis. *Ovid. Heroid. epist. 20. v. 159.* Et decor, & vultus sine rusticitate pudentes. ¶ Sumitur etiam pro inepta, & nimis timida veracundia. *Ovid. 1. 1. Amor. el. 8. v. 43.* Aut si rusticitas non vetat, ipsa rogat. *Id. Heroid. epist. 17. v. 186.* Rusticitas excutienda fuit. ¶ Proprie significat rem ad rusticos pertinentem. Itaque *Pallad. in præfat. libelli de invidione.* Et nostræ studium non commendabile Musæ, Urbanum fari rusticitatis opus.

Rusticor, aris, d. 1. *vivere in villa*, *villagietare*, Ger. *auff dem feld wohnen*, *odur seyn*, Gall. *demurer aux champs*, Hisp. *morar en el campo, o aldeas*,

aldea, ἀγροῦ, ruri dego, ruri vitam ago. *Cicer. pro Arch. c. 7.* Pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. ¶ Pro rustice, & rudi stilo loqui. *Sidon. l. 4. epist. 3.* Cui Varrones, Plinius compositi in præfentiarum rusticabuntur.

Rusticula, *z*, idem ac rustica, idest gallina rustica. *Plin. l. 10. c. 38.* Currunt, ut perdecies, rusticulæ.

Rusticulus, *a*, um, aliquantulum rusticus. *Martial. l. 10. ep. 19.* Nec doctum satis, & parum severum, sed non rusticulum nimis libellum, &c.

Rusticulus, *i*, *villanello*. *Cic. pro Sext. c. 38.* Sensit rusticulus non incautus, suum sanguinem queri.

Rusticus, *ci*, *villano*, Ger. *bauersmann*, Gal. *villageois*, Hisp. *aldeano*, *αγροῦντος*, *γεωργός*, agricola, vel qui ruri degit. *Cic. in Orat.* Quæ frequentissime sermo omnis vitur non modo urbanorum, sed etiam rusticorum. *Id. pro Sext. c. 45.* Sunt municipales, rusticique Romani. ¶ Erant autem Rustici Cives Romani, qui in iuribus vitam debebant agri colendi causa, vel sui, vel alieni, vel privati, vel publici.

Rusticus, *a*, um, *pertinente a villa*, *ἀγροῦ*, quod ruris, vel hominis rustici est. *Cic. pro R. Am.* Vita autem hæc rustica, quam tu agrestem vocas, parimoniz, diligentiz, iustitiz magistra est. *Id. 1. de Or. Res rusticæ.* ¶ Translate sumitur pro inculto moribus, & vita, quasi semibarbaro. *Virg. 2. Ecl. Rusticus es Corydon.* *Cic. pro R. Am. c. 27.* Rustici mores. *Gel. l. 17. c. 2.* Sermonari, rusticus videtur, sed rectius; fermocinari, crebribus, sed corruptus. ¶ Apud *Gell. l. 13. c. 6.* rusticus sermo est barbarismus.

Rusto, *as*, *a*, *i*. rubos, & rusta cædo, evello, fenticeta purgo, apud *Tert. Apolog. c. 4.* & *de Pall. c. 2.* Ubique tamen alii leg. *truncare*, vel *russare*.

Rutum, *i*, genus rubi, ut ex *Fest*i fragmento apparet.

Rufus, *adv.* idem ac rursus, apud *vet. Enn. apud Non. c. 4. n. 402.* Profusus, rufus reciprocat fluctus feram.

Ruta, *z*, *f.* *ruta*, *ῥίγανον*, genus herbæ, a Græco *ῥύτα*, sive *ῥυτή*. *Varr. l. 4. de L. L.* Quæ in hortis nascuntur, alia peregrinis vocabulis, ut Græcis ocyum, menta, ruta, quam nunc *ῥίγανον* appellant. Interpres Theriacorum Nicandri, ac Helychius quoque interpretatur *ῥυτὸν*, *ῥά εὐφραδία*, & *ῥίγανον ἁλόειον*. idest vinacea, & ruta albam. Effque id a *ῥίω*, *servo*, quia, ut Dioscorides docet, valetudinem conservat. Unde & *ῥοισίμων* Nicandro vocatur. *Plin. l. 20. c. 13.* Simili modo contra serpentium ictus, utpote cum mustelæ dimicaturæ cum his, rutam prius edendo fe muniant. *Ovid. 2. de Rem. am. v. 801.* Uttilius sumas acuentes lumina rutas. ¶ Translate sumitur pro asperitate sermonis, quemadmodum *pulegium* pro suavitate. *Cic. ad Tiron. l. 16. Fam. epist. 23.* Cras expecto Leptam: etenim ad cuius rutam pulegio mihi sermonis tui utendum est. ¶ *In ruzæ folium consici*, proverb. est, quod significat, in spatium minimum cogi, & contrahi. Legitur in *Fragmentis Trazarianis Petronii*.

Ruta cæsa, *n. 2. num. pl.* res erutzæ, & cæszæ, quæ in venditionibus excipi solent, a *ruendo*, & *caedendo*. *Fest.* Ruta cæsa dicuntur, quæ venditor possessionis, sui usus gratia, concidit, ruendoque contraxit. *Ulp. Dig. l. 50. tit. 16. leg. 241.* Si ruta cæsa excipiantur in venditione, ea placuit esse ruta, quæ ruta sunt, ut arena, creta, & similia: cæsa ea esse, ut arbores cæsas, & carbones, & his similia. *Mutius l. in ruzis, de verb. sign.* In ruzis, & cæsis ea sunt, quæ terra non tenentur, quæque opere struili, teloriove non continentur. *Cic. in Top. c. ult.* Fecique, quod sæpe liberales venditores tacere solent, ut, cum ædes, fundumve vendiderint, ruzis cæsis receptis, concedant tamen aliquid emptori, quod ornandi causa apte, & loco positum videatur. ¶ *Ne in ruzis quidem*, & *cæsis*, proverbialis locutio est, pro nulla in parte. *Cic. 2. de Or. c. 55.* Sed dicit te, cum ædes venderes, ne in ruzis quidem, & cæsis solum tibi paternum recepisse. ¶ In his Ciceronis locis recipere, est excipere.

Rutabri, *orum*, *m.* rastri, quibus terra penitus eruitur, & invertitur. *Varr. l. 4. de L. L.*

Rutabulum, *i*, *ῥαπαδιός*, instrumentum, quo ignis in furno movetur, & deicitur, a *ruendo*. *Fest.* Rutabulum est, quo rustici in prouendo igne panis coquendi gratia utuntur. ¶ Sumitur & pro qualibet virga, vel baculo, quo aliqui misceant. *Colum. l. 12. c. 20.* Jubebis ligneo rutabulo agitari quod decoxeris. ¶ Translate sumitur pro pene. *Nævius apud Fest.* Ea licet fenile tractet retritum rutabulum.

Rutacæus, *a*, um, quod ex ruta confectum est, ut rutaceum oleum, apud *Plin. Valerian. l. 2. c. 28.*

Rutatus, *a*, um, *ῥυπαρός*, ex ruta factus, ruta conditus, seu medicatus. *Plin. l. 19. c. 8.* Invenio, mustum rutatum populo datum. *Martial. l. 10. ep. 48.* Scilicet coronabunt rutatos ova lacertos. idest ruta conditos, vel involutos.

Rutellum, *i*, parvum rutrum. *Lucil. apud Non. c. 1. n. 66.* Frumentarius est, modium secum, atque rutellum unum affert.

Rutiflans, *is*, nom. ex particip. idem ac rutilus. *Stat. 11. Theb. v. 514.* rutilantia arva. *Venant. Fortun. l. 8. carm. 5. sub fin.* Vellere candidior niveo, rutilantior auro.

Rutilatus, *a*, um, partic. a rutilo. *Liv. l. 38. c. 17. de Gallis.* Comæ promittiz, & rutilatæ. *Tacit. 4. hist. c. 61.* Propexus, rutilatufque crinis.

Rutileo, *is*, *n. 3.* *ῥυτίλιος*, rutilus fio. *Plin. l. 8. c. 55.* Certe liquefcente ea rutilefcent annis omnibus.

Rutillis, *le*, *adjct.* idem ac rutilus. *Colum. l. 8. c. 2.* Rutilem galeam, & cristam capite gerit.

Rutilius, *a*, um, *adjct.* rufus, rutilus. *Festus*: Rutilium, rufum significat, cuius coloris studiosæ etiam antiquæ mulieres fuerunt, unde traxerunt nomen *Rutillas*, ut indicat frequenter Afranius. Sunt qui leg. *rutilum*. ¶ Hinc Rutiliorum nobilis tuit Romæ familia, ex qua P. Rutilius vir doctus, & summæ innocentiz; de quo *Senec. 6. de benef. c. 37. Valer. Max. l. 6. c. 4. n. 4.* & *Ovid. 1. de Pont. epist. 3.*

Rutilo, *as*, *a*. *1. fare rosso*, *fare biondo*, *ῥυτίλιον*, rutilum facio. *Plin. l. 28. c. 1.* Gallorum hoc inventum, rutilandis capillis & cinere, & fevo. *Sueton. in Calig. c. 47.* Rutilare comam. ¶ Interdum neutrum est absolutum, significans rutilo colore replendere. *Virg. 8. Æn. v. 549.* Arma inter nubem cæli in regione serena per fudum rutilare vident, & pulla tonare. *Plin. l. 16. c. 11.* Aurum rutilat.

Rutilus, *a*, um, *resplendente*, *risplendente*, *ῥυτίλιος*, Ger. *glitzerend*, Gall. *reluisant*, Hisp. *resplandecente*, *ruvio*, *ῥυτίλιος*, *ῥυτίλιος*, idem ac rufus, vel certe admodum vicinus. Nempe color est ex flavo rubescens cum quadam splendoris exuberantia. *Varr. l. 6. de L. L.* Jamque auroram rutilare procul cerno. Aurora dicitur ante Solis ortum, ab eo, quod ab igne Solis tum aureo aer aurefuit. Quod addit rutilare, est ab eodem colore. Aurei enim rutili, & inde etiam mulieres valde rutzæ rutilæ. *Fest.* Rutilæ canes, idest non procul a rubro colore, immolantur, ut ait Attejus Capito, canario sacrificio, pro frugibus, deprecandæ favitiz causa fideris Caniculæ. *Cic. in Somn. c. 4.* Tum rutilus fulgor, horribilifque terris, quem Martem dicitis. *Tacit. de German. c. 4.* Carulei oculi, rutilæ comæ. *Ovid. 3. Fast. v. 285.* rutila flamma. *Id. 5. Metam. v. 83.* Rutilus cruor.

Rutrum, *i*, *σφραγίς*, *σφραγίς*, instrumentum, quo aliquid eruitur, a *ruisum*, sive *rutum*. *Varr. l. 4. de L. L.* Rutrum, ut ruitum, a ruendo. *Fest.* Rutrum dictum, quod ex arena eruitur. *Varr. apud Non. c. 1. n. 66.* Antipatri Stoici filius caput rutro displanat. *Pompon. ibid.* Sarculum hinc illo profectus, illinc rediit rutrum. h. e. Retro res tuæ erunt, aliud aliter, ac si ager, qui jam sarculo farridicus erat, talis evadat, qualis prius fuit, cum rutro deberet verti. Prius enim rutro vertitur ager, inde feritur, hinc occatur, postremo sarculo farritur. *Cato c. 11.* Oportet habere villicum palas sex, rutra quatuor, rastros quadridentes duos. ¶ Rutrum etiam erat hostiorum, hoc est lignum id, quo in modio acervum diruebant, & adæquabant. In hac significatione invenitur diminut. *Rutellum*, quod V. ¶ Est etiam instrumentum ad calcem, & marmoratum subigendum. *marra*. *Plin. l. 36. c. 23.* Experimentum marmorati est in subigendo, donec rutro non cohzreat. *Pallad. l. 1. tit. 15.* Rutrum, quo calx subigitur.

Rutuba, *z*, *f.* turbatio. Eiusdem est originis, ac ruina. Sic enim dicitur rutuba, quia ruit, atque evertit statum præsentem. *Varr. apud Non. c. 2. n. 750.* Ergo tum Romæ parce, pureque putetis vivere cum patria. Nunc sumus in rutuba.

Rutuba, *m. 1.* *la Rosta*, fl. Liguriæ, qui ex Apennino M. in mare Ligusticum apud Vintimilium urb. fluit. *Lucan. l. 2. v. 422.*

Rutula, *læ*, diminut. parva ruta. *Cic. l. 9. Fam. ep. 22.* Ruta, & menta, recte utrunque dicitur: volo mentam pusillam ita appellare, ut rutulam; non licet.

Rutuli, *m. 2.* pop. Latii veteris. Habitabant in regione mediterranea, prope Sabinos. Eorum primaria fuit Ardea. Ex *Plin. l. 3. c. 5.* Aliquando Regem Turnum habuere, qui bellum gessit cum Ænea in Italia. *Virg. 7. Æn.*

Rutulus, *i*, *m.* repagulum. *Calpurn. eclog. 7.* Sternitur adjunctis ebur admirabile truncis, Et coit in rutulum, & stereti qui lubricus æas Impositos subita vertigine falleret ungues, Excuteretque feras. Loquitur de loco Theatri, unde seræ in caveam immittebantur. Ita legit & explicat *Salmas. ad Vopisc. in Probo, c. 4.* Alii aliter.

Rutundus. V. Rotundus.

Rutupizæ, *arum*, *fæm.* Britannicæ insulæ portus. *Prolem. l. 2. c. 3.* Hinc Rutupinus, a rutum, *adjct.* a Rutupis. *Lucan. l. 6. v. 67.* Aut vaga cum Theris, Rutupinaque litora ferent.

Ruvidus. V. Ruidus.

DE L I T E R A S.

S Litera femivocalis est. Nam sonum suum a vocali aufpicatur, & in se ipsam terminat. Ciceronis ætate, paulumque infra, ut inquit *Quintilianus l. 1. c. 7.* fere quoties *s* litera media vocalium longiarum esset, vel subiecta longis, geminabatur, ut *caussa*, *causus*, *divisionses*, &c. quomodo & ipsum, & Virginium quoque scriptisfe, manus eorum docent. ¶ *S* literam in fine dictionis veteres elidebant, per Æthiopum, subsequente consonante. Id faciebant ad vitandam asperitatem. *Cic. in Orat. c. 48.* Quin etiam, quod jam subfructuum videtur, olim autem politius, eorum verborum, quorum eadem erant postremæ duæ literæ, quæ sunt in optunus, postremam literam detrahebant, nisi vocalis insequeretur. Ita non erat ea offensio in versibus, quam nunc fugiunt Poetæ novi. Ita enim loquebantur. Qui est omnibu' princeps, non, omnibus princeps, & ita illa digna' loquere, non, dignus. Adde *Quint. l. 9. c. 4.*

S A N T E A.

Saba, *z*, *f.* *Zibit*, urbs magna Arabiæ Fel. ad mare Rubrum, in monte, Regia Sabæorum, ubi thus, myrrha, casia, & cinnamomum abunde proveniunt. *Plin. l. 12. c. 14.*

Sabæi, *m. 2.* pop. Arabiæ Fel. qui secundum Belicam ad os sin. Persici incolunt, iuxta Plinium mare utrunque & Arabicum, & Persicum attingunt. *Plin. l. 6. c. 28.*

Sabæus, *a*, um, *adjct.* ad Sabam pertinens, ut Sabæa myrrha, *Senec. in Herc. Oct. v. 376.* Sabæum thus, *Virg. Æn. l. 1. v. 420.*

Sabaia, *z*, *f.* *birra*, potio quædam ex hordeo aqua macerato. *Ammian. l. 26. c. 8.* Est Sabaia ex hordeo, vel frumento in liquore conversis pauperibus in Illyrico potus.

Sabaiarius, *ii*, qui sabaiam potat, vel conficit. *Ammian. lib. 26. c. 8.* Injuriose compellabatur, ut sabaiarius.

Sabânus, *i*, genus lintei. *Pallad. in Junio, tit. 7.* Mella conficimus, congestis in mundissimum fabanum favis, ac diligenter expressis. Adde *Marcel. Empir. c. 26.* ¶ *Casaubonus ad Sueton. August. c. 83.* observat fabana dicta esse linteamina, quibus ægri involvebantur, cum alia vestimenta ferre non poterant; usurpatamque hanc vocem ab Hebræis, Græcis, & Latinis.

Sabaoth, *z*, *f.* *צבאות*, exercitus, militiz, virtutes, nomen Hebraicum indeclinabile, gen. t. & num. pl. a singulari *צבא*, exercitus. *Prudent. Cathemer. 4. v. 7.* Hinc est, quom Sabaoth Deum vocamus. *Id. in Apotheos. v. 901.* Est impossibile spectare profunda Sabaoth. h. e. Dei exercituum, vel Dei potentis.

Sabatinus, *a*, um, *adjct.* a Sabate lacu, seu opp. Hetruriz, ut Sabatinus ager, apud *Colum. l. 8. c. 16.* ¶ Sabatina Tribus tuit in Hetruria, facta a Cenforibus A. U. 369. & sic dicta ab eodem Sabate lacu, seu oppido. *Liv. l. 6. & Festus.*

Sabatium, *Vadum*, *n.* *Vadi*, oppidum Liguriæ maritimum. *Plin. l. 3. c. 4.*

Sabatius, *a*, um, *adjct.* a Sabatio vado opp. *Silius l. 8.* Sabatia quique Stagna tenent.

Sabazia, *orum*, *n.* sacra in honorem Bacchi tertii, qui Afzæ rex fuit, ut scribit *Cic. l. 3. de nat. Deor. c. 23.* Dicta sunt autem *Sabazia* a Græco *σάββα*, quod significat bacchari, vociterari. V. *Abazæ*.

Sabazius, *ii*, *masc.* cognomen Bacchi tertii, teste *Cicer. 2. de Legib. c. 15.* ¶ Sabazius etiam dictus est Jupiter a Cretenfibus, ut est apud *Valer. Maxim. l. 1. c. 6. num. 6.* & *Gruter. Inscript. pag. 22. n. 5. & 6.*

Sabbatarius, *orum*, *m.* qui Sabbata servant, hoc est Judæi. *Martial. l. 4. ep. 4.* jejunia Sabbatariorum. ¶ *Adjctive Sabbatarius luxus*, apud *Sidon. l. 1. ep. 2.* h. e. qui in conviviis paulo largior est Sabbatis, seu diebus festis, quam protestis.

Sabbatizo, *as*, *a*. *1.* Sabbatum colo, servo. *Tertul. adv. Jud. c. 2.*

Sabbatum, *i*, *sabbato*, *שבת*, Ger. *sabbag*, Gall. *samedy*, Hisp. *sabado*, *השבתות*, *שבתות*, septimus quisque dies unusquisque hebdomadzæ, apud Hebræos, quem Ethnicus Saturni diem nominaverunt, a *שבת*, *cessatio*, *requies*, quali dies quietis. Nam hoc die Judæi ab omni opere terantur, Deum mundi architectum imitati, quem saczæ Literæ tradunt, contestæ sex diebus mundi machina, eaque exornata, septima die quievisse, idest a novis rebus creandis cessavisse. *Suet. in Aug. c. 76.* Ne Judæus quidem, mi Tiberi, tam diligenter sabbatis jejuniunt.

junium fervat, quam ego habere servavi. *Juvenal. sat. 6.* Festa sabbata observare. ¶ Tricesima Sabbata apud *Horat. l. 1. sat. 9.* sunt primus dies cujusque mensis, qui testis a Judæis colebatur, *Isopulvis.*

Sabelli, m. a. pop. Italæ, iidem ac Samnites, a Sabinis orti, teste *Plin. l. 3. c. 12.*

Sabellus, a, um, quod ad Sabellos pertinet. *Virg. 3. Georg. v. 255.* Dentescque Sabellus exacuit sus.

Sabellus, a, um, *σάβελλος*, quod ad Sabellos spectat. *Virg. 2. Georg. v. 167.* Hæc genus acre virum Maros, pubemque Sabellam. *Lucan. l. 2.* Tunc Umbris, Marisque ferax, domitufque Sabello Vomere.

Sabina, æ, f. telum venabuli simile, lingua Illyrica. *Ennius.* Illyrii restant sicis, fabinifque todentes.

Sabina, æ, f. *Savina*, herba *βιβύνη* Græcis appellata: duplex est; altera folio tamaricæ simili, altera cupressifolia. *Plin. l. 24. c. 11.*

Sabini, m. 2. pop. Italæ, ita dicti a Sabo filio Sabatii, qui a Saturno ejectus est. Alias longius extendebantur, nempe ab Appennino ad Bor. usque ad Tiberim, & Anienem fl. ad Mer. ubi hodie Sabina provincia, pars Orientalis Umbræ, & aliqua pars Aprutii ult. Erantque divisi in duas partes Velino fl. Nunc Sabina regio, *la Sabina*, angustioribus restringitur limitibus, sc. Tiberi fl. ad Occ. Aprutii ult. ad Or. Aniene ad Mer. Nare, & Velino fl. ad Bor. Festus scribit Sabinos dictos quasi *Sabinos* ἀπὸ τῆς Σάβης, quod præcipui essent in cultu, ac religione Deorum. *Silius. l. 8. v. 422.* tradit, sic appellatos a Sabo eorum Deo. *Cicero pro Ligar. c. 11.* eos vocat fortissimos, florem Italæ, ac robur Reipublicæ. Idem laudati sunt ob morum gravitatem, severamque vivendi disciplinam. Hinc *Livius. l. 1. c. 18.* tristem, ac tetricam illis disciplinam tribuit, illoque genere nullum aliud incorruptius fuisse testatur. Hinc & *Marcell. l. 1. epigr. 63.* Casta, nec antiquis cedens Lævina Sabinis. Et *Juvenal. sat. 10. v. 196.* sanctos licet horrida mores Tradiderit domus, ac veteres imitata Sabinas. ¶ *Sabini quod volunt somnias*, proverbium antiquum est, cujus rationem pluribus explicat *Festus*, & *Scaliger ad ipsum.*

Sabine, adverb. *Var. l. 4. L. L.* Ciprum Sabine bonum. h. e. Sabina lingua bonum significat.

Sabinus, a, um, adject. a Sabinis, ut Sabinum cælum, *Horat. l. 1. epist. 7.* Sabinum oleum, *Pallad. in Martio, tit. 9.*

Sabis, is, m. Deus Sabæorum, cui illi thuris decimas offerebant. *Plin. l. 12. c. 14.*

Sabrina, æ, f. fluvius Angliæ, *la Saverna. Tacit. Ann. 12. c. 31.*

Sabucus. V. Sambucus.

Sabulæton, i, *ψαμάθων*, locus, in quo sabulum abundat. *Plin. l. 27. c. 8.* Crocodillon nascitur in sabuletis.

Sabulo, onis, m. idem ac sabulum. *Varr. l. 1. R. R. c. 9.* In queis lapis, marmor, rudus, arena, sabulo, argilla, &c. *Col. l. 4. c. 33.* Pullam terram, & resolutam desiderat, sabuloneum humidum, vel refractum, topium non respuit. ¶ Sabulo quoque dicitur, qui musico quodam utitur instrumento. *Macrobi. l. 2. Saturn. c. 1.* Imitata vicem Planipedis, & Sabulonis impudica, & prætextata verba jacentis. Alii aliter legunt.

Sabulosus, a, um, *sabbionoso*, ἀμμόδης, plenus sabulo. *Plin. l. 13. c. 4.* Palma gignitur levi, sabulofque terra. Adde *Colum. l. 2. c. 9.*

Sabulum, i, *sabbione*, *סול*, Germ. *grabsand*, Gall. *sable*, Hisp. *arena*, ἀμμος, ψαμάθος, arena, non illa quidem tenuior, & minutior, sed crassior, viliorque. *Georg. Agric. l. 7. de nat. fossilium. c. 16.* Sabulum crassius est arena; quod vel durum est, vel molle, illud marem, hoc foemina appellat: masculum utilius sternendis visis: subliteritur autem siliabus, & saxorum crustis, simul & interferitur. Ex quibus verbis melius, quid sabulum sit, intelligas, quam ex *Isidoro*, cum *l. 16. c. 1.* hoc solum dicit, sabulum esse levissimum terræ genus. Optime etiam inde capere est, quid sabuloneum masculum *Vissuvius* vocet. *l. 2. c. 3. & l. 8. c. 1.* ¶ Sabuli tria genera sunt pro colore diverso, album, nigrum, rubrum. *Plin. l. 17. cap. 4.* Sabulum album in Ticiensi, multisque in locis nigrum, itemque rubrum, etiam pingui terræ permixtum, infœcundum est. ¶ Sabulum etiam est instrumentum musicum, ut *Jos. Scaliger* conjectabat. *Apul. l. 2. Florid.* Dextera pallentis gestu suo sabulum citharæ admoveat. Alii aliter legunt.

Saburra, æ, f. *saorna*, Ger. *gar grad sand*, Gal. *gravier*, Hisp. *la froy*, *πλήρωμα της γαλις, γίμος, έρυς*, proprie sabulum vilius, & crassius, quod ad certam usque mensuram navibus solet imponi, ne inflabiles sint, & generatim quodcuque pondus, quo naves eo fine onerantur. *Virg. 4. Georg. v. 195.* Et sæpe lapillos, ut cymbæ instabilis fluctu jactante faburram, tollunt. *Liv. l. 37. c. 14.* Et onerarias ducere multa faburra gravatas.

Saburrâlis, le, adject. faburra constans, ut facoma saburræle, apud *Virruv. l. 9. c. 9.* *contrappeso fatto di sabbia.*

Saburrâtes, a, um, faburra oneratus. Translate ponitur pro futuro, pleno, oppleto. *Plaut. Cistell. l. 2. 2.* Quæ ubi saburratæ fumus, largiloque extemplo fumus.

Saburro, as, a. *l. 1. ερμακίζω*, faburra onero, & stabilio adversus vim ventorum. *Solin. c. 15.* Grues volaturæ ar-nas devorant, sublatifque lapillis ad moderatam gravitatem saburrantur. *Plin. l. 18. c. 35.* Echini affigentes se se, aut arena saburrantes, tempestatis signa sunt.

Sacæ, arum, m. 1. pop. Scythiæ intra Imaum, inter Alanos Scythas, Jaxartas, & Orgafos, ubi nunc Chazalgitzæ pop. Tartariæ magnæ. *Plin. l. 6. c. 17.*

Sacatos, i, m. rosmarini infructuosi species. *Apul. de herb. c. 79.*

Saccaria, æ, *ἡ τῶν σάκκων ἐμάθαισι, σακκαριακή*, sacorum mercatura. *Apul. l. 1. de Afri.* Saccaria faciens merebam.

Saccarius, ii, *σακκαρόρης*, qui saccis geflandis victum quæritat. *Paul. l. qui fundum, de contrah. emp.* Si quid ex sacco saccarii cecidisset.

Saccarius, a, um, adject. a saccis, ut saccaria navis, quæ saccos ffummatarios, vel aliis mercibus plenos vehit. *Quintil. l. 8. c. 2.*

Saccatus, a, um, transfinitus per saccum, percolatus, ut saccatus adeps. *Plin. l. 29. c. ult.* Saccata aqua, *Sen. epist. 85.* ¶ Saccatus corporis humor. *Lucret. l. 4. v. 2022.* pro lotio usurpatur, eo quod saccetur, & coletur per humanum corpus. *Arnobius* saccatum absolute dixit *l. 2.* Inter picuitas, & sanguinem, inter stercoreis hos utres, & saccati obfœcissimas ferias.

Saccellatio, onis, saccellorum impositio, ad ægrum membrum fovendum. *Veget. l. 2. de re veterin. c. 11.* Saccellationibus caput vaporare.

Saccellus, i, m. *sacchetto*, *borfa*, *βυζάριον*, idem ac sacculus. *Petron. in Satyr.* Sonantes rene saccellos mittere. *Veget. l. 1. c. 52.* Super renes, & dorsum saccellos calidos ex furture plenos imponere.

Saccus, a, um, *di sacco*, vili, & crasso panno contextus, qualis adhibetur in saccis, & ciliciis. *Hieronym. in vita Hieron. sub fin.* Omnes divitias suas ei derelinquens, Evangelium scilicet, & tunica facceam, & palliolum. Ita leg. in optim. quibusque Editionib. tum antiquis A. 1470, & 1476. tum recentiorib. Male igitur quidam edidere *saccineam*, quod abhorret etiam a Latina analogia.

Saccharum, i, *zaccaro*, *σάκχαρ*, *σάκχαρι*, *σάκχαρι*, genus mellis, quod

Perfæ, atque Arabes colligunt ex arundinibus, & *Mambu*, & *Tasaxir* appellant. *Plin. l. 12. c. 8.* Saccharon & Arabia tert, sed laudatius India. Est autem mel in arundinibus collectum, gummi modo candidum, dentibus fragile, amplissimum nucis avellanæ magnitudine, ad medicinæ tantum usum.

Saccibucibus, e, adject. qui buccam magnam habet, veluti sacci. *Arnob. l. 3.* Nonnullos turgentibus malis, aut Buccarum cumulatione saccibucibus. Alii aliter legunt.

Sacciperferio, ii, *σακκίπριον*, major crumena, & minoris marsupii receptaculum, ex sacco, & *περα*. *Plaut. Rud. 2. 6. 64.* Meum marsupium, quod plenum argenti fuit in sacciperio.

Sacco, as, a. *l. 1. σακίζω*, transmitto per saccum. *Martial. l. 2. epigr. 40.* Cæcuba saccentur, quæque anus coxit Opimi. Sunt qui leg. *siccetur*. Sed prior lectio plerisque Criticis magis placet. Huc pertinet & illud *eyfus. l. 12. epigr. 61.* Turbida sollicito transmittere cæcuba sacco.

Saccularii, m. 2. *σακκίπυγοι*, peculatores, idest qui publicam involant pecuniam. *African. Pedian. in Anr. & C. tit. l.* ¶ Item qui præstigiis quibusdam pecuniam ex aliorum facculis subducere solent. Unde generatim pro impostoribus improbis accipi solent. *Ulpian. l. saccular. 7. de extrah. crim. l. 47. ff. tit. 11.* Saccularii, qui vetitas in sacculis artes exercentes partem subducunt, partem subtrahunt, item qui *directiores* appellantur. h. e. hi, qui in aliena cœnacula se dirigunt turandi animo, plus quam fures, puniendi sunt.

Sacculus, i, *sacchetto*, *borfa*, *σακκίον*, *μαρσούριον*, parvus saccus, marsupium. *Martial. l. 5. epigr. 40.* Excussis loculosque, sacculumque. *Juven. sat. 14. v. 138.* pleno turget cum sacculus ore.

Saccus, i, *sacco*, Ger. *Jack*, Gal. *sac*, Hisp. *saco*, *σάκκος*, vas ex tela, vel corio, vel alia materia. *Colum. l. 12. c. 17.* In juncis scissilis, vel sparteis facce percolare. *Horat. sat. 1. v. 70.* Conçitis undique saccis indormis inhians. ¶ Saccus vinarius est, quo vini tæces percolantur, ipsumque vinum mitius, suaviusque fit. *Plin. l. 24. c. 11.* In saccos vinarios additur polenta. *Id. l. 19. c. 4.* In eterari vina, saccisque calstrari. *Id. l. 14. c. 22.* Vini vires sacco trangi. *Colum. l. 9. c. 15.* Saccus, quo vinum liquatur, tenui vimine rarius contextus, inverfæ metæ similis. ¶ Saccus nivarius est vinum, figura metæ inverfæ, quo nive impleto, & aqua transmissa, vinum retrigerabatur, multumque asperitatis amittebat. De eo *Marr. l. 14. epigr. 104.* Attenuare nives norunt & linteæ nostræ: Frigidior colo non salit unda tuo. *Id. epigr. præced. de nivario colo.* Setinos, moneo, nostræ nive frange tientes. Hunc etiam, si placet, traduci possunt Plinii loca modo allata: quantum certum est, tum percolando, tum retrigerando vinum æque miterescere. ¶ Est præterea saccus genus quoddam vestimenti, quo Monachi Ægyptiorum induebantur, ut notat *Salmaj. ad Terul. de pal. pag. 72.* manicis carens, & corpus pressile colligens. ¶ Ad saccum ire, est ad paupertatem redigi; nam mendici portem collectam in sacculo reponebant. *Plaut. Capt. l. 1. 20.* Extra portam ire trigeminam ad saccum licet.

Sacellum, i, *σάκελλον*, locus parvus Deo sacrat, cum ara, dimin. a *facrum*. *Fest.* Sacella dicuntur loca Diis sacrata sine tecto. Qui locus consideratione dignus est. Inde enim dicitur, sacellum esse, quod Græci dicunt *περίβηλον*, hoc est consertum, nempe locum sacrum tantummodo clausum muro. *Cic. 1. de Div. c. 46.* Exisse in quoddam sacellum omnis capiendi causa. *Id. 2. Agrar.* Sunt enim loca publica urbis, sunt sacella, &c.

Sacer, cra, crum, *sacro*, *σάκρος*, Ger. *beilig*, Gal. *sacro*, Hisp. *sacrado*, *ιερός*, consecratus, sanctus, venerabilis, inviolabilis. *Cic. 3. Ver. c. 18.* Qua ex opinione hominum illa insula eorum Deorum sacra putatur. *Plin. l. 16. c. 4.* Civica iligna primo tuo, postea magis placuit ex esculo Jovi sacra. *Ovid. Heroid. epist. 9. v. 159.* Deprecor hoc unum per jura sacerrima lecti. Rursus *Plin. l. 11. c. 37.* Morientibus oculos operire, Quiritium magno ritu sacrum est. ¶ Interdum ponitur pro execrando, detestando, ut *homo sacer*, *sacra fames*, &c. Homo sacer is dicebatur, quem de aliquo scelere damnatum impune licebat occidere. *Fest.* At facer homo est, quem populus judicavit ob maleficium, neque tas est immoiari, sed qui occidit, parricidii non damnatur. Nam lege Tribunitia prima cavetur, Si quis eum, qui plebscitio sacer sit, occiderit, parricida ne sit. Ex quo quivis homo malus, atque improbus facer appellari solet. Hæc *Fest.* Ratio appellationis est, quia Diti Patri, vel Jovi, vel alii Deo consecratus per populi judicium tuerat. Mos enim erat Romanis, ut, quos vellent impune occidi, corpora alicui Deo præcipue vero interis, devoverent. *Serv. in. 3. Æn.* ait a Gallis hanc appellationem ortam esse. Nam cum Massilienses pelle laborarent, unus ex egentibus se se offerre solebat annum integrum alendum publicis cibis, & purioribus. Poitea verbenis, vestibulque sacris ornatus circumducebatur per urbem cum execrationibus. Precabantur enim, ut in eum omnia mala civitatis incumbenter, & incidenter, sicque projiceretur. *Macrobi. 6. lib. 3. Saturn. c. 7.* causam afferit, quia veteres nullum animal sacrum in finibus suis esse patiebantur, sed abigebant ad fines Deorum, quibus sacrum esset, animas vero sacrorum hominum Diis debitas esse, existimabant. *Plaut. Bacch. 4. 6. 14.* Ego sum malus, ego sum facer, scelestus. *Horat. l. 2. sat. 3. v. 181.* Uter Ædilis fuerit, vel vestrum Prætor, is intelligibilis, & facer esto. *Virg. 3. Æn. v. 56.* Quid non mortalia pectora cogis auri sacra fames? ¶ Sacer ignis, genus morbi. V. Ignis. ¶ Sacer morbus, idem ac epilepsia, alias morbus major, morbus divinus, morbus Herculeus, comitialis, fonticus, caducus, passio puerilis. Dicitur sacer, ut ait *Plato in Timæo*, quia est sacre partis, hoc est animi, languor, vel quia, ut inquit *Apul. in Apol.* animi partem rationalem, quæ longe sanctissima est, violat. Adde *Cel. Aurel. l. 1. Tard. c. 4.* ¶ Sacra via locum erat Romæ in regione quarta, ubi Romulus, & Tatius fœdus iterant: tendebat autem a regia usque in arcem. *Horat. l. 1. sat. 9. c. 10. pro Plaut.*

Sacer Mons, *l. 1. 200. Epit.*, mons Latii, in Sabinorum confinio, apud Anienem fl. ab urbe Roma paulo supra 3. M. P. ubi fl. Tiberim subit, quem Plebs Romana, post expulsores Reges anno 17, ab Urbe C. 260. circiter, cum nexu potentiorum premeretur, secessione facta a Patribus, Urbeque relicta, occupavit. Dicitur est facer, quod a Plebe Jovi consecratus fuerit, vel quod in eo leges sacrate sint latæ, & Magistratus sacrosancti, idest Tribuni Plebis, sint creati. *Fest. & Cic. in Brut. & Liv. l. 2.* ¶ In hunc montem alia etiam scellio a Plebe facta est anno U. C. 306. Causa tunc libido Ap. Claudii unus ex Decemviris in Virginiam filiam L. Virginii. *Liv. l. 3.*

Sacerdos, otis, com. *Sacerdote*, *ἱερός*, Germ. *Priester*, Gal. *Presre*, Hisp. *Clerigo*, *ιερός*, qui Deo dicatus est ad sacrificia faciendâ. *Cic. 4. Acad.* Sed cum Sacerdotes Deorum vacationem habeant. *Virg. 3. Æn.* Curfusque dabit venerata Sacerdos. *Id. 6. Æn.* Ne lævi, magna Sacerdos. ¶ Accipitur etiam pro Augure. *Plin. l. 2. epist. 1. & l. 4. ep. 8.* quæ loca vide.

Sacerdotâlis, & le, o. 3. *Sacerdotale*, *ιεροδρακός*; quod ad Sacerdotem spectat. *Plin. l. 7. epist. 24.* Sacerdotales iudi.

Sacerdotissa, f. v. *Sacerdotessa*, ἱερεῖσα, mulier, quæ Sacerdotio fungitur. *Gel. l. 10. c. 15.* Eadem ferme caeremonie sunt, quas Flamincas Sacerdotissas Diales seorsum ajunt observasse. Ita legitur in quibusdam Editionibus, in aliis vero, & usque emendatioribus *quæ sacerdotissas*, deest. Affertur etiam Hispanica quædam Inscriptio, de cujus tamen ævo jure dubitatur, cum probati quique Scriptores *sacerdotem* utroque genere ubi parant.

Sacerdotium, ii, *Sacerdotio*, כהונה, Germ. *Priesterlich amte*, Gall. *Prêtre*, Hisp. *dignidad de Sacerdote*, ἱερωσύνη, Sacerdotis dignitas, & officium. *Signon. l. 1. de ant. jur. C. R. c. 19.* Sacerdotia omnes curationes vocamus eorum, qui res sacras, & divinas tractant. *Cic. pro Dom. c. 53.* Cum Licinia Virgo Vestalis, summo loco nata, sanctissimo Sacerdotio prædita, T. Flaminio, Q. Metello Co. aram, & ædiculam, & pulvinar sub sacro saxo dedicasset. *Id. ibid. c. 52.* Sacerdotium inire. *Id. ibid. c. 14.* In Sacerdotium venire. *Id. ibid. c. 40.* Publicis Sacerdotis præesse. *Id. 2. Agr. c. 7.* Sacerdotia mandare. ¶ Significat etiam Sacerdotis proventum. Nam apud Gentiles Sacerdotia fuerunt, qualia nos minus Latino in hac significatione vocabulo *Beneficia* appellamus. Sacerdotiorum autem duo fuerunt genera: unum, quod sacris esse additum locis, quæ Republicæ, aut Principum, aut Pontificum Collegii collationis essent: alterum, quod ædis, aut sacelli juris esset, a patrefamilias ea ratione erecti, dedicatque, ut & sacrorum cura, & fructuum ipsius Sacerdotii perceptio ad solam gentem, familiamque suam perpetuis successibus devolveretur. *Liv. l. 9. Gens Potitia*, cujus ad aram Herculis familiare Sacerdotium erat. *Id. l. 30.* In eius locum Pontifex (nam duo Sacerdotia habuit) Ser. Sulpitius Galba inauguratus. *Tac. 1. hist. c. 77.* At recens ab exilio reverfos adolescentes avitis, & paternis Sacerdotiis in solatium reconvit. ¶ Accipitur interdum pro Augurato. *Plin. l. 4. epist. 8.* Gratularis mihi, quod acceperim auguratum, jure gratularis: primum quod gravissimi Principis iudicium in minoribus etiam rebus consequi pulcrum est, deinde quod sacerdotium ipsum cum primum & religiosum, tum &c.

Sacerdotula, læ, f. minor, seu parva Sacerdos. *Var. l. 4. de L. L.* Dicitur in capite, quod sacerdotulæ in capite etiam nunc solent habere. *Fest. in Flaminia.* Flaminia dicebatur sacerdotula, quæ Flaminicæ Diali præministrabat.

Sacodios, f. σακιδιος, gemma hyacinthini coloris. Dista est a sacos, quo nomine Indi colorem hyacinthini similem appellat. *Plin. lib. 37. cap. 9.*

Sacoma, atis, n. *constrappeso*, vomano, peso, σάκουμα, & Dorice σάκουμα, æquipondium, quod in altera lateræ parte apponitur ad æquilibrium alicujus rei faciendum. *Vitruv. l. 9. c. 3.* Auream coronam votivam immani pretio locavit faciendam, & aurum ad sacoma appendit redemptori. Is ad tempus, opus manufactum subtiliter regi approbavit, & ad sacoma pondus coronæ visus est præstitisse. hoc est eodem pondere aurum elaboratum reddidit, quo infectum acceperat. *Id. Vitruv. lib. eod. cap. ult.* sacoma faburraie vocat pondus appensum horologio, *constrappeso*.

Sacopenium, li, succus herbæ ferulaceæ, & a Sagapeno differens, in eo, quod Sagapenum vocatur, quod in transmarinis regionibus provenit, Sacopenium, quod apud nos. *Plin. l. 20. c. 18.*

Sacos, V. Sacodios.

Sacra, orum, V. Sacrum.

 Salgamarus, ii, m. 2. *αλαμαρις*, qui salgama vendit, vel conficit. *Col. l. 12. c. 54.* Deinde, sicut confueverunt salgamarii, decussatum terramento lunato incidito. ¶ *Salgamaris* inficrius est liber eujusdam C. Martii, in quo de salgami conficiendis agebatur. *Col. l. 12. c. 44.*
 Saliaris, & re, o. 3. quod ad Salios spectat, ut Saliares epulæ, sive dapes, sive cœnæ, quæ proverbialiter pro lautis, & opiparis sumi solent, quia tales erant Saliorum. *Fest.* Quibus per omnes dies, ubicunq; manent, quia amplè ponuntur cœnæ, siquæ aliæ magnæ sunt, Saliares appellantur. *Hor. l. 1. od. 37.* Nunc Saliaribus ornare pulvinar Deorum tempus erat dapibus sodales. Adde *Cic. 5. Attic. ep. 19.* ¶ Carmen Saliare, versus Numæ, qui a Saliis, cum ancilia per Urbem ferrent, canebantur. *Hor. l. 2. ep. 1.* Jam Saliare Numæ carmen qui laudat.
 Saliatus, us, m. officium, seu dignitas Saliorum. *Capitolin. in Marc. Philof. c. 4.* In Saliatu nomen accepit imperii.
 Salicacrum, i, *αμπελος αγρια*, genus labruscæ, in salicinis nascens. *Plin. l. 23. c. 10.* Est labruscæ similis, sed in salicinis nascens, ideo ditinguitur nomine, cum eisdem usus habeat, & salicacrum vocatur.
 Salicacrus, ii, m. qui salicium curat, & ex eo materiam salignam viti pedanzæ, jugandæque parat. *Cato de re rust. c. 11.*
 Salicetum, i, idem quod salicium. *Ulpian. l. 3. Dig. arb. furt. cas. Idem* de saliceto dicendum est. Alii leg. *saliceto*.
 Salicium, i, locus salicibus conitus, a salix, ut filicium, a filix. *Liv. l. 25. c. 17.* Inter salicita ripis innata. *Virg. 2. Georg. v. 13.* glauca canentia fronde salicita.
 Saliens, entis, o. gen. *αλλομενος*, *salstellante*. *Virg. 5. Ecl.* Quale per ætium Dulcis aquæ saliente sitim restinguere rivo. ¶ Est etiam partic. a *salio*, quod est sale condire, *Ovid. 4. Fast. v. 429.* Micæque licet salientis honorem Detis. h. e. salis.
 Salientes, m. 3. *κρησι*, tubi, sive fistulæ aquæductus, vel fontis, qui etiam sillani, & tullii vocantur. Dicti sunt a *saliente*, quia ab iis aqua salit. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 1. c. 2.* Mirifica suavitate te villam habiturum piscina, & salientibus additis, palæstra, & sylvæ viriditica. *Vir. l. 8. c. 3.* Athenis ad portum Piræum ducti sunt salientes, e quibus bibit nemo. *Ulp. l. 15. ff. de arb. emp.* Lines (Haloander leg. *funes*) labra, salientes, fistulæ quoque, quæ salientibus junguntur, quamvis longe excurrant extra ædificium, ædium sunt.
 Salifodina, æ, locus, ubi sal nativus effoditur. *Vitruv. l. 8. c. 3.* Per salifodinas percurrentes fontes, & lacus.
 Saliginus, a, um, adject. &
 Saliginus, a, um, idem ac saliginus, *di salice*. *Col. l. 7. c. 10.* Detrahtoque sanguine colligari saligineo libro, vel etiam ulmeo. *Ulpian. l. 3. ff. arb. furt. cas.* Si quis saligineas virgas defixerit.
 Salignus, a, um, *di salice*, *irivus*, quod ex salice est. *Virg. 4. Georg.* Et custos furum, atque avium cum talce saligna Hellepontiaci servet tutela Priapi.
 Sali, orum, m. *σαλαιοι*, Sacerdotes Martis apud Romanos, qui ancilia custodiebant, & certo tempore ea gestantes, saltantesque per Urbem discubant. Dicti sunt a *salio*. *Var. l. 4. de L. L.* Sali a saltando, quod facere in Comicio in sacris quotannis & solet, & debent. ¶ Quidam appellatos putant a viro Mantinæ, nomine Salio, qui saltationem in armis invenit. *Fest.* Salius a saliendo, id est saltando, dictus esse, quamvis dubitari non debeat, tamen Polemon ait, Arcada quendam fuisse nomine Salium, quem Æneas a Mantinea in Italiam deduxerit, qui juvenes Italicos *εὐδακων* saltationem docuerit. At Critolus Saonem ex Samothrace, cum Ænea Deos Penates, qui Lavinium transfulerit, saliare genus saltandi instituisse, a quo appellatos Salios, quibus per omnes dies, ubicunq; manent, quia amplè ponuntur cœnæ, siquæ aliæ magnæ sunt, Saliares appellantur. *Virg. 8. Æn.* Hic exultantes

Salios, nudosque Lupercos, I nigerosque apices, & lapsa ancilia caelo Exutiderat. Cic. 3. de Or. Non neglecta, ut mihi videtur, a Numa Rege doctissimo majoribusque nostris, ut epularum solemnium fides, ac tibiz, Saliorumque versus indicant. Inhiuti sunt a Numa Pompilio. Origo hæc fuit. Cum Ægeriæ Nymphæ hortatu Numa Picum, & Faunum de ratione piandi fulminis consulisset, illique Jovem caelo eliciissent, eamque rem Numa a Jove precatum esse, ille pollicitus est, se crastino die, exorto Sole, Romani Imperii diuturnitatis certa pignora daturum. Igitur Numa concionem advocavit, Jovis promissum enarravit, postero die adesse iussit. Ubi sequens dies illuxit, popululæque universus affuit ad Regiam, Numa produit, sub dio in folio acereno fedit, & exorto Sole Jovem veneratus est, precatulque, ut promissum munus exhiberet. Tunc sine nubibus cœlum ter tonuit, terque fulguravit, tandemque scutum ab omni parte recitum delapsum est, quod Romani ancile appellaverunt. Sed quoniam fors Imperii in illo scuto posita erat, ne forte hostes illud furripere possent, Mamurium inclytum ea tempore fabricum ad se accivit, negotiumque dedit complura hujus similia effingendi. Quod opus cum ille exquisitissima absolvisset arte, scutum caeleste cum cæteris Numa misceri iussit, quod deinceps internoscere non potuit. Optionem deinde Rex artificii obtulit, quicquid vellet, a se postulandi. Mamurium non pecuniam, sed gloriam pro mercede petiit. Cum enim Numa illis diebus carmina quædam composuisset, quæ Salii per Urbem dicurrentes in honorem Martis canent, Mamurium petiit, ut nomen suum a Saliis in fine quorumlibet carminum recitaretur. Id, annuente Numa, per multa tempora observatum est. Ovid. 3. Fast. Numa duodecim juvenes elegit in Salios ex Ordine Patricio, qui forma, & virtute cæteris excellent. His alios duodecim Tullus Hostilius mox adjecit, ob votum, quod voverat, ut Dionysius ait, in bello contra Sabinos, ut Livius, in prælio contra Fidenates, & Veientes, cum Romanis in aciem educis, Albani a Romanis juce Metio Suffetio detecere. Eo igitur hujus ordinis Sacerdotium numero crevit, ut ad Collegium, & Collegii Sacerdotum Magistratum redactum fuerit. Qui præerat Saliis, Magister Saliorum, & Præful dicebatur. In sacris illis, quæ celebrabant, tunicis pictis induti erant, & æneis balteis supra tunicas cincti, ornatique prætextis, quæ sub tegminis punice fibulis astrictæ erant, & trabæ vocabantur, gestabant in pectore æneum tegmen, in capite pileos rotundos, & in altum tagiatis, quos Romani apices appellabant, gladio accincti erant, manu dextra lanceam, aut virgam, aut aliquid hujusmodi tenebant, sinistra ancile terebant, ibant per Urbem, canentes carmina, laudantesque Martem armorum præsidem, cum tripodis, solemnique saltu, & in fine omnium carminum suorum Mamurium appellabant. Dionys. Halicarn. l. 2. Antiq. Rom. Laute, & splendide cœnabant. Hinc Saliores epulæ, pro lautis, & opiparis. Feft. Salillum, i, f. salina, Germ. saltzgrub, oder saltzbutten, Gall. saline, Hisp. salinas, δαλιν, locus, in quo sal aut effoditur, aut ex aqua marina paratur. Cic. l. 2. de nat. Deor. c. 53. Salinæ ab ora maritima remotissimæ. Adde Caf. l. 2. B. C. c. 37. Translate sumitur pro ioco, & tacetis. Cic. l. 7. Fam. ep. 32. Quod parum diligenter possessio salinarum mearum a te procuratore defenditur. Salinaris, a, um, adject. ad salinas, vel ad sal pertinet, ut aræ salinariz, apud Vitruv. l. 8. c. 3. Salinator, oris, qui sal conficit, vel salinas curat. Arnob. l. 2. Salinatore, unguentarios, aurifices, aucupes, &c. Hinc M. Livio Salinatori cognomen datum, quod vectigal in salaria annona statuerit, apud Liv. l. 29. c. 37. Salinum, i, saliera, Ger. saltzfass, Gal. saliere, Hisp. salero, δαλοειν, vasculum, in quo sal reponitur, tum ad mensæ utium, tum ad sacrificia. In eo enim cum sale Dis primitivæ offerre hinc. Pers. sat. 3. Purum, & sine labe salinum. Liv. l. 26. c. 36. Ut salinum, patellamque Deorum causa habere possint. Salinum in mensa pro aquali ponebatur. Feft. Salinum in mensa pro aquali solitum esse poni ait (Verrius) cum patella, quia nihil aliud fit sal, quam aqua. Figulis religio fuit salinum cum sale in mensa ponere. Feft. Salinum cum sale in mensa ponere figulis religioni habetur, quod quondam in Æquilina regione figulo, cum fornax plena vasorum coqueretur, atque ille proximè eam convivatus, supra modum potus somno esset oppressus cum convivis suis, præteritis quidam petulans, ostio patente, ex mensa salinum coniecit in fornacem, atque ita incendio excitato, figulus cum suis concrematus est. Per Synecdochen salinum ponitur pro quocunque vase fictili mensæ pauperis. Hor. l. 2. ode 16. Vivitur parvo bene, cui paternum splendet in mensa tenui salinum. Salinus, i, m. idem quod salinum. Varr. apud Non. c. 15. n. 26. Patellæ, salini, acetabula, catini, patenæ. Salio, is, ivi, itum, a. 4. salare, כִּיִּר, Germ. saltzen, Gall. saler, Hisp. salar, δαλιζω, sale condio. Cels. l. 2. c. 18. Item pisces omnes, qui sale non patiuntur, solidive saliantur. Salio, is, livi, vel lvi, saltum, n. 4. saltare, αλλω, vel αλλωμαι, saltum, saltum edo, a verbis Græcis allatis. Præteritum habet tere salti per Sync. pro salivi. Salui, non est in usu, nisi in compositis. Virg. 2. Georg. Mollibus in pratis unctos saliere per utres. Liv. l. 25. c. 24. Salire de muro, præcipitarique. Salire dicuntur animalia carentia ratione, quando mares ineunt fœminas. Nam saliendo ascendunt. Var. l. 2. R. R. c. 7. Cum equus, matrem ut saliret, adduci non posset. Ovid. 2. de Art. Lætia salitur ovis, tauru quoque læta juvenca effat. Salire e terra, eff prodire, emitti. Lucr. l. 1. E terraque exorta repente arbuta salirent. Cor alicui salire, per Translationem eff lætum esse. Plaut. Mil. 4. 2. 96. Dicitur doctæ, & cordate, ut ei cor saliat. Salifatio, onis, palpitatio, σαλισις, a saliendo. Marcell. Empir. c. 21. Cordis pulsus, five salifatio. Salifubellus, i, ludius in sacris Martis, vel Herculis saltans, quasi Salius subfiliens. Catul. epigr. 17. ad Coloniæ. Sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat. In quo vel Salifubuli sacra suscipiuntur. Quiddam Salifubulum intelligunt Martem ipsum. Pacuv. Pro imperio fic Salifubulum vestro excubet. Salitio, onis, actus saltandi, h. e. saltandi. Veges. l. 1. Reimilit. c. 18. Saltio equorum. Salitor, oris, qui salis, vel maris tributum colligit. Cic. Att. lib. 4. ep. 17. Contacta Britannia, oblidibus acceptis, multa præda, imperata tamen pecunia data salitoribus Britanniz. Ubi quidam Interpres: Salitoribus, Præfectis, quos Juris periti murilegus appellant, relicti a Cæsare in Britannia, qui salum scrutarentur, margaritarum Britannicas. Alii leg. datas a listoribus. Saliura, a, σαλισις, actus sale condiendi, salura, condimentum cum sale

factum. Colum. l. 12. c. 21. Post salituram niusti cochlear cumulatum. Salitus, vel Sallitus, a, um, salato, sale conditus, ut salita oliva, Pallad. in Olibro. vit. 10. salitus thynnus, Col. l. 6. c. 32. Salivæ, a, saliva, πρ, Ger. Speichel, Gall. salive, Hisp. saliva, σάλω, σάλω, substantia aquæ in ore, sputum. Plin. l. 7. c. 2. Feruntque istas salivæ, ut ferventis aquæ contactu sugere. Ponitur interdem pro appetitu, nempe quia quæ appetitum cient, salivam in ore excitant, velut ministrum faporis. Pers. sat. 6. Nec tenem solers turdorum nosse salivam. Hinc salivam movere, & fac venire l'acqua in bocca, eccitarl' appetito. Translate Senec. epist. 79. Aut ego te non novi, aut Ætna tibi salivam movet. Hieronym. epist. 61. ad Pammach. cap. 4. Omnia una saliva continuare. h. e. uno impetu, ut non salivæ quidem expuendæ tempus fit. Translate etiam sumitur pro quocunque humore. Plin. l. 11. c. 12. Sive est cœli sudor, five quædam salivam saliva. Id. l. 23. c. 27. Sua cuique vino saliva innocentissima, sua cuique ætas gratissima, hoc est media. Id. l. 11. c. 27. Saliva lacrymationum. Salivarus, a, um, salivale, σαλακός, quod ad salivam pertinet. Plin. l. 9. c. 51. Salivatio lentore pariunt, idest viscositate salivæ. Salivatio, onis, salivæ effusio. Cels. Aurel. Acut. 3. c. 2. Plurima salivatio. Salivatium, i, σαλιω, τερροπαρα, genus potionis, seu medicamenti, quo veterinarii, & mulomedici utuntur in ægrotantium animalium curatione, a saliva, quam veteres pro succo ægroti confueverunt. Col. l. 6. c. 10. Recensitissimè optime salivato tarinæ hordeaceæ discutitur. Plin. l. 27. c. 11. Ex hac in tres modos salivati additur. Sed in his, & aliis hujusmodi locis quiddam legunt salivatum, & succum salivæ interpretantur. Salivæ, a, f. genus herbæ. Plin. l. 21. c. 7. Salivæ solio quidem est, sed brevis, & quæ neci non possit. Radici numerose cohæret, herba verius, quam flos, densa veluti manu pressa, breviterque cespes sui generis. Pannonia hanc gignit, & Norici, Alpiumque aprica, urbium Eporredia, tantæ suavitatis, ut metallum effe cœperit: Vestibus interponi eam gratissimum. Id. c. 20. Salivæ radix in vino decocta sistit vomitiones, corroborat stomachum. Salivo, as, a. 1. salivam facio. Plin. l. 9. c. 36. Mutuoque attrita lentorem cuiusdam ceræ salivant. Aliquando sumitur pro illinere, five ungere. Colum. l. 6. c. 5. Panacis & eryngii radices fœniculi feminibus miscendæ, candentique aqua conspergendæ, eoque medicamine salivandum ægrotum pecus. Et cap. 24. Molito milio, & lacto macerato salivatum. Sunt qui utroque loco leg. salivo pro salivo. Salivofus, a, um, salivæ similis. Plin. l. 16. c. 38. Humor ulmis salivofus. Salius, a, um, adject. ad Salios pertinet. Horat. l. 1. od. 36. Neu morem in Saliis sit requies pedum. Feft. Saliæ virginis Cincius ait esse conductitias, &c. In loco Horatii possit quis Saliis accipere gentin. plur. pro Saliorum. Salix, icis, f. salice, סליו, Germ. vnsden, Gal. saule, Hisp. sauze, τρις, genus arboris notæ, propter aquam feliciter crescens. Virg. 1. Ecl. Florentem cythifum, & salices carpetis amaras. De salice Plinius scribit l. 16. c. 18. 23. 25. 26. 32. &c. Salio, is, ivi, itum, a. 4. idem ac salio, sale condio. Sisenna apud Prisc. l. 50. Sic meam paludem multi piscium falliendorum causa a navibus femionstis commeat. Salio, is, falli, salium, a. 3. fale condio. Sallust. apud Priscian. Reliqua cadaverum ad diuturnitatem usus fallere. Sallustianus, vel Sallustianus, a, um, adject. ad Sallustium pertinet, ut Sallustiana brevitatis, apud Quintil. l. 10. c. 1. Senec. ep. 114. Aruncius, qui historiam belli Punici scripsit, fuit Sallustianus. h. e. Sallustii imitator. Sallustius, V. Crispus. Salmacidas, a, um, quod simul salsum, & acidum est. Gl. Phil. Salmacidas, δαλμαρς. Salmacium, δαλμαρ. Plin. l. 31. c. 3. Ante omnia autem damnantur aquæ amaræ, & quæ scrobem statim implent: quod eventum Træzene. Nam nitrosas, atque salmacidias in desertis Rubrum mare penitus addita polenta utiles intra duas horas faciunt, ipsaque vescuntur polenta. Quidam leg. salmacidias eod. sensu. Plin. Valer. Ipsum balneum ex dulci aqua fiat, non ex Salmacida. Accipitur translate pro molli, & quod sine labore consequi licet: ductum a Salmacide fonte, quod V. Enn. apud Cic. 1. Off. c. 18. Salmacida spolia sine sudore, & sanguine. Alii tamen leg. Salmaci da spolia &c. Salmæcis, idis, f. σαλμακεις, Nympha filia Cœli, & Terræ. Feftus. V. Diction. seq. Salmæcis, is, vel idis, f. fons Cariz, cum oppido oblim cognomine, a pucd Halicarnastum urb. qui bibentes molles, & obscænos facit, imo secundum fabulas mares in fœminas convertit. Ovid. 4. Met. v. 285. Virg. l. 2. c. 8. Feft. Salmacis nomine Nympha, Cœli, & Terræ filia, fertur causa fontis Halicarnassi aquæ appellandæ fuisse Salmacidis: quam qui bibisset, vitio impudicitiz mollesceret: ob eam rem, quod ejus aditus angustatus parietibus, occasione largitur juvenibus petulantibus accedentium puerorum, puellarumque violandarum, quia non patet effugium. Salmo, onis, m. sermone, genus piscis marini, qui etiam fluvios subit, semelque gustata aqua dulci viis unquam in mare regreditur. Plin. l. 9. c. 18. In Aquitania salmo fluvialitilis marinis omnibus præfertur. Salmōna, malc. Salm, f. parvus Galliz Belg. qui inter Treviros, & Neomagum in Mosellam fluit. Auson. in Mosel. v. 366. Salmōneus, m. 2. σαλμωνεις, Æoli filius, Rex Elidis, qui, cum divinos sibi honores petulantius quæreret, Jovemque, fructu zæno ponte, tonando, & jaciendis fulminibus imitaretur, ab eo fulmine percussus ad inferos detrusus est. Virg. 6. Æn. v. 580. Salmōnis, idis, f. patronymicum, filia Salmonei. Ovid. 3. Amor. eleg. 6. v. 43. Siccus ut amplecti Salmōnida posset Enipeus, &c. Salo, onis, m. Xalou, fl. Hisp. Tar. qui oritur in Castellæ vici. ubi Methymnam cœli rigat, deinde per Aragoniam fluens, auctus Mesa, Xiloca, & Bilbili, urbes Bilbilium, Riclam, & Placentiam rigat, tandem intra Alavonam urb. in Iberum se exonerat. Martial. l. 12. epigr. 3. Auri fieri de gente Tagi, tetricique Salonis. Salmōn, onis, filius Davidis ex Bethsabee, Rex Judæorum. Latine paucum onat. Primus templum magnificentissimum Deo edificavit. Sapientissimus omnium mortalium fuit, sapientia ei divinitus infusa. Prudent. Hamartig. v. 579. Salomonæus, a, um, & Salomonus, a, um, adject. ad Salomonem pertinet, ut Salomonæum templum, Sidon. l. 4. ep. 18. in Carm. & Salomonum templum, Lactant. l. 4. c. 13. Salomonia saxa, Prudent. in Apotheof. v. 512. Salmōna, a, f. 1. Salona, urbs exc. Dalmatiz, in ora lit. ubi postea castrum erectum est, ad ostium fluvii cognominis. Lucan. l. 4. Salopygium, ii, motacilla, a σαλω, motus, & πυγῆ, naves, quemadmodum etiam dicta est σαλωπυγίς, a σαλω, moueo, & πυγῆ. Ufus creditur Catullus ep. 50. & ita Calvum Oratorem appellasse, hoc versu, Di magni, salopygium disferunt. Sic vero Calvus dictus fit, quia motacillæ instar in dicendo subsilliret. Placuit hæc lectio Salmæsi, qui pro

fe adducit, quod in veteribus Catulli, ac Senecæ membranis *salopugium* legatur. Vosius cenet & *salapugium* legi posse. Alii aliter le-
gunt, ut dictum est in *Salapugium*.
Salor, oris, m. color salis, fide maris, qui medius fere est inter viridem, cæruleum, & communis vitri, & mari. *Martian. Capell. l. 1.* Perlu-
centis vitri falor.
Salpa, z, f. *σάλπη*, genus piscis marini, litoralis, squamosi, solitarii, au-
reis lineis interstitiis. *Plin. l. 9. c. 18.* Circa Ebum falpa, obscænus
alibi, & qui nusquam percoqui possit, nisi ferula verberatus.
Salpicia, five *salpicina*, five *salpicia*, m. i. *strombetta*, tubicen. Est a
Græcis, quibus dicitur *σαλπικτής*, a *σαλπιγγος*, vel *σαλπιγγός*, a
σαλπίς, *buccina*, tuba cano. *Vopisc. in Carino. c. 19.* Exhibuit & cen-
tum salpicistas uno crepitu concinentes. *Jul. Firmic. l. 8.* Salpicistas red-
det, sed qui in bello confossi moriantur. *Stewechius* similiter inter-
pretator illos *Arnob. l. 7.* Delectantur, ut res est, stupidorum capi-
bitus, salpicistarum sonitu, &c. *V. Salapicista*.
Salpuga, z, f. genus formicæ venenatæ. *Lucan. l. 9. v. 837.* Quis calcare
tuas metuat, salpuga, latebras? Alii leg. *salpuga*, alii *Jolipuga*, &
solipunga. *V. Solipuga*.
Salsamen, inis, n. idem quod *salsamentum*. *Arnob. l. 7.* Carnem strebu-
lam, & pulpamentum, *salsamina* denique, &c.
Salsamentarius, ii, m. *σαλματωρίας*, qui *salsamenta* facit, vel vendit.
Auch. ad Her. l. 4. c. 54. Ut si *salsamentarii* filio dicas, Quiesce tu, cu-
jus pater cubito fe emungere solebat.
Salsamentarius, a, um, *σαλματός*, quod ad *salsamenta* pertinet. *Plin. l. 32.*
c. 8. Quin & testis cadi *salsamentarii* tuis cum axungia veteri mirum
in modum prodest. *Adde Colum. l. 2. c. 10.*
Salsamentum, i, *salsame*, *σαλματόν*, quod est sale conditum, ad diutur-
num usum ciborum, ut pisces salsi, lardum, & hujusmodi, a *salsus*.
Ter. Adel. l. 3. v. 27. *Salsamenta* hæc *Stephanio*, tac macerentur pulchre.
Cic. 2. de Div. c. 57. De vino, aut *salsamento* putes loqui, quæ evanescunt
vetustate.
Salse, adv. *salsamente*, Ger. *schimpfflich*, Gal. *en picquant*, *en mordant*,
Hisp. *condensares*, *denofamente*, *άκρωτός*, Translate sumitur pro facete
urbane, cum quadam salium mordacitate. *Cic. 2. de Or. c. 68.* Quæ a
prudenteribus quasi per dissimulationem non intelligendi subabfurde false-
que dicuntur, *Id. 2. Or. c. 54.* Et ea, quæ excurrant, cum salissime
dici possent, tenere. *Quintil. l. 6. c. 3.* Nihil ex iis, quæ dicuntur *sal-
sa*, dicitur *salsus*.
Salsifodina, z, *miniera di sale*, locus ubi sal effoditur. *Vitruv. l. 3. c. 3.* Fon-
tes per *salsifodinas* percurrentes necessario salsi perficiuntur.
Salsilago, inis, idem ac *salisago*, a *salsus*, *άλας*. *Plin. l. 18. c. 12.* Cice-
ris natura est gigni cum *salsilagine*.
Salsipotens, tis, adject. maris dominus, epithetum est Neptuni. *Plaut.*
Trinum. 4. t. 1. *Salsipotenti* Jovis fratri gratias habeo.
Salsitudo, inis, humor sapore salis reterens. *Plin. l. 20. c. 14.* *Salsitu-
dines* corporis, si cum vino tradatur, minuit.
Salsugo, inis, *salsugine*, *άλας*, *άκρωτός*, *άλας*, humor, qui in areis salina-
rum sub salis cruda liquidus remanet, neque in sale concrevit, a
salsus. *Plin. l. 31. c. 7.* Præter hæc etiamnum appellatur in salinis *salsugo*,
ab aliis *salsilago*, tota liquida, marina aqua saliosa, vi distans.
Salsura, z, f. *salsure*, *σαλματόεις*, *salsamentum*. *Col. l. 8. c. 17.* Nulla
quæ, quam prædictæ *salsuræ* pabula, commode dantur. *Id. l. 12. c. 21.*
Salsura fullæ carnis.
Salsus, a, um, *salsus*, *salso*, sale conditus, vel aspersus. *Virg. 5. Æn.*
Et *salsos* ridet revomentem pectore fluctus. *Plin. l. 31. c. 7.* Marina
aqua *salsior*. ¶ Translate sumitur pro faceto, vel ridiculo. Nam etiam
sal per Translationem facetias notat. *Quintil. l. 6. c. 3.* *Ridiculum*
dictum plerunque *salsum* est. *Cic. l. 9. Fam. ep. 15.* Accedunt, non At-
tici, sed *saliosores*, quam illi Atticorum, Romani veteres, atque ur-
bani *sales*. *Id. 2. de Or. c. 54.* Fuit, ut mihi videtur, *salsissimus*.
Salsabundus, a, um, adject. saltitans. *Gell. l. 20. c. 2.* *Salsabundi* cane-
bant, quæ nunc stantes canunt.
Saltatio, onis, *ballo*, *πη*, Ger. *santze*, Gal. *danse*, Hisp. *danza*, *bay-
le*, *χορεία*, tripudium, actio illa, qua homines, vel beistæ terram pe-
dibus pulsant. *Cic. in Brut. c. 62.* Quos Sex. Tityus consecutus, homo
loquax sane, & satis acutus, sed tam solutus, & mollis in gelu, ut
saltatio quædam niseretur, cui saltationi Tityus nomen esset. *Quin-
sil. l. 1. c. 2.* Nam *Lacedæmonios* quidem etiam saltationem quandam,
tanquam ad bella quocunque utilem, habuisse inter exercitationes acce-
pit.
Saltatiuncula, læ, f. diminut. parva saltatio. *Vopisc. in Aurelian. c. 6.*
Adeo ut pueri saltatiunculas in Aurelianum tales componerent, qui-
bus diebus festis militanter saltarent.
Saltator, oris, *balleterio*, *όρχηστής*, qui saltat. *Cic. pro Mur. c. 6.* *Saltato-
rem* appellat L. Murænam Cato, maledictum est, si vere obijcerit,
vehementis accusatoris; sin falso, maledicti conviciatoris.
Saltatorie, adv. saltando. *Apul. l. 10. A. A.* *Saltatorie* procurrens.
Saltatorius, a, um, *da ballata*, *όρχηστικός*, quod ad saltationem pertine-
t. *Cic. in Pison. c. 10.* Cum illum suum saltatorium versaret orbem.
¶ Ludus saltatorius, est gymnasium, in quo saltandi ars traditur.
Macrobi. l. 3. Saturn. c. 14. Filii Senatorum in ludum saltatorium com-
meabant.
Saltatricella, z, *όρχηστρίσση*, parva saltatrix. *Gel. l. 1. c. 5.* *Dionysiamque*
eum notissimæ saltatriculæ nomine appellaret.
Saltatrix, icis, *balleterina*, *όρχηστρίς*, quæ saltat. *Cic. in Pison. c. 8.* Tu ex
tenebrosos popina Consul extractus, cum illa saltatrice tonsa, Sena-
torum Reipub. occalum, atque interitum lugere vetuisti.
Saltatus, us, m. idem ac saltatio. *Liv. l. 1. c. 20.* Per Urbem ire canen-
tes carmina cum tripudiis, solemnique saltatu iussit. *Ovid. 14. Metam.*
v. 637. *Satyri*, saltatibus apta juvenus.
Saltatus, a, um, recitatus cum saltu, saltationi immixtus. *Ovid. 2.*
Trist. el. 1. v. 519. Et mea tunc populo saltata poemata læpe.
Saltem, adv. *almeno*, *pure*, Ger. *doch nur*, Gal. *au moins*, Hisp. *a lo
menos*, *άλλα ήν*, *άλλα μήν*, si aliter non potest. *Saltem*, an *saltica*
scribi debeat, ne olim quidem satis convenit inter eruditos, ut no-
tum est & *Gellio l. 12. c. 14.* Priori scribendi modo favet *Donatus* in
Adelph. Ter. a. 2. se. 2. & in *Andr. 3. 2. se. 1.* & *Servius* in 4. *Æn.* Posterior-
em scribendi modum confirmat *Priscianus l. 15. Cic. Attic. l. 9. ep. 6.* Er-
ripe mihi hunc dolorem, aut minue saltem. *Id. 9. Fam. ep. 8.* Si non
bono, at saltem certo statu civitatis. *Quintil. l. 6. c. 5.* Illud vix salt-
tem præcipiendum videtur.
Salticus, a, um, adject. qui saltare solet. *Tertul. advers. Gnoth. c. 8.* *de
Joanne Baptista.* Contumeliosa cæde truncatur in puellæ salticæ lucar.
Saltum. *V. Saltem*.
Saltito, as, n. i. freq. a *salto*. *Macrobi. l. 3. c. 14.* Quod inter collegas o-
ptime saltitabat. *Arnob. l. 2.* Saltitaret, & cantaret. *Quintil. l. 9. c. 4.*
prope *fas*. Sybaritarum modis saltitantes.
Salto, as, n. i. *salsare*, *ballare*, *πη*, Ger. *danzzen*, *springen*, Gal. *sau-*

ter, *danser*, Hisp. *salter*, *baylar*, *όρχηστειν*, *χορεύω*, læpe salio, freq.
a *salsus*. *Nepos in profas. n. 1.* saltare commode. h. e. perite. *Cic. pro
Mur. Nemo* iere saltat foribus. ¶ Accipitur etiam pro recitare cum
saltu, saltationibus immiscere. *Ovid. l. 5. Trist. el. 7.* Carmina quod pler-
umque saltari nostra theatro, verbis & piandi, scribis, amice, meis.
¶ Præcipue vero saltare aliquid Pantomimi dicuntur, qui nutibus,
gesticulationibusque variis manuum, pedum, & totius corporis ali-
quam fabulam repræsentant. *Macrobi. l. 2. Saturn. c. 7.* Cum canticum
quoddam saltaret Hylas &c. *Et infra.* Saltabat Hylas Oedipodem, &
Pylades hac voce fecerunt saltantes castigavit: *σὺ βλάπεις*.
Saltuarius, re, adject. qui saltat. Saltuare insulæ, sunt insulæ parvæ
in Nymphæo fl. Latii, ita dictæ a *saltus*, qua saltentis actum notat,
quod ad ictus saltantium moveri creduntur. *Plin. l. 2. c. 95.* Sunt & in
Nymphæo parvæ, Saltuare dictæ, quoniam in symphonici cantu ad
ictus modulantium pedum moventur.
Saltuarius, ii, m. *saltaro*, *δραματίζων*, *δραματίζης*, custos saltus, seu syl-
varum. *Pompon. l. 1. l. 11. ff. de usu, & habit.* Dominus proprietatis,
etiam invito usufructuario, fundum, vel ædes pro saltuario, vel insu-
larium custodire poterit. ¶ Est etiam saltuarius idem ac saltator.
Petron. in fragment. Tragar. Saltuarius omni telamena.
Saltuatum, adv. a *salto*, a *salto*, *παθητικόν*, per saltum. *Gel. l. 9. c. 4.*
Homines, qui Monomeri appellantur, unguis cruribus saltuatum
currentes vivacissimæ pernicitatis. ¶ Saltuatum scribere, est non scribere
rem suo ordine, sed ut se se ostent, hoc est digredi. *Sisenna l. 3.*
Hisp. apud Non. c. 2. n. 758. Ne vellicatim, aut saltuatum scribendo le-
ctorum animos impediremus.
Saltuensis, e, adject. ad saltus, seu silvas pertinet, ut fundi saltuen-
sis. *Col. l. 11. tit. 62.*
Saltuosus, a, um, *boscose*, *δρυμώδης*, saltibus abundans, saltibus passim
obitus, a *saltus* pro loco pascuo, & sylvois. *Liv. l. 27. c. 12.* Itaque
in loca saltuosâ cedere inde cœpit.
Saltura, z, idem a saltatio, apud vet. *Plaut. Curc. 2. v. 27.* Nunc, dum
saltura fat bona est. Ita referunt quidam Lexicographi, ac rectius opt.
Editiones habent *salsura*. & ita sensus postulat.
Saltus, us, *salto*, Ger. *sprung*, Gal. *saut*, Hisp. *salto*, *πηδησις*, actus
saltandi, a *salto*. *Cic. de Sen. c. 6.* Nec enim excursionem, nec saltu ute-
retur. *Virg. 9. Æn.* præcepit saltu fe se omnibus armis in fluvium dedit.
¶ Saltus etiam notat locum pascuum, & sylvofum. *Fest.* Saltum Gal-
lus Ælius libro secundo significationum, quæ ad jus pertinent, ita de-
finit: Saltus est, ubi silvæ, & pastiones sunt, quarum causa casus quo-
que. Siqua particula in eo saltu pastorum, aut custodum causa aratur,
ea res non peremit nomen saltui, non magis, quam lundus, qui est in
agro culto, & eius causa habet ædificium, siqua particula in eo habet
silvam. Hæc *Festus*. Sunt qui exponunt silvam densiorem & inviam:
alii contra putant, saltum esse locum in silva arboribus expeditum. Sed
magis placet *Festi* sententia. *Virg. 3. Georg. v. 143.* Saltibus in vacuis
pascunt. *Cic. pro Quintil. De saltu*, i. roque communi detrudi. *Cæf. l.*
6. B. G. Atque ille latebris, aut sylvis, aut saltibus fe eriperet, & no-
tu occultaret. ¶ Sumitur etiam pro magna possessione, ut tradit
Varro de rust. l. 1. c. 10. *Hinc Catul. carm. 101. (al. 97.) ad Mamurr-*
Firmano saltu non falso mentula dives. ¶ Videtur etiam sumi pro
monte, vel ut alii volunt, pro montis transitu. *Cæf. l. 1. B. C. c. 37.*
Celeriter Pyrenæos saltus occupari jubet, qui ab Afranio prædiis te-
nebantur: Fabius prædidum ex saltu dejecit, magnisque itineribus ad
exercitum Afranii contendit. ¶ Uno in saltu apud duos venari, pro-
verbium est apud *Plaut. Casin. 2. 8. 42.* & significat geminam ex una re
utilitatem, aut lucrum petere. ¶ Idem *Plaut. Cas. 2. 35.* saltum pro
muliebri pudendo posuit translate. ¶ *Id. Curcul. 1. 1. 55.* Qui vult cu-
bare, pandit saltum faviis. h. e. viam ubi facit per favia. ¶ *Saltus
damni*, pro magno damno. *Id. Men. 5. 6. 30.* Neque, utrum ex hoc sal-
tus damni saltum, scio, eliciam toras. Eadem ratione montes mali di-
xit *Id. Epid. 1. 1. 78.* & montem mæoris *Mosell. 2. 1. 5.* ¶ Olim
etiam per 2. decl. in hæccebatur. *Accius Menalippo apud Non. c. 8. n. 18.*
Hinc Menalippum interea trajectus nemorum in salti faucibus.
Salvator, oris, *salvatore*, *σωτήρ*, servator, sospitator, qui salutem dat.
Infepit. apud Gruter. pag. 19. n. 5. Jovi Custodi, Quirino, Salvatori pro-
falupe Cælaris Nervæ Trajani Aug. ¶ Apud Ecclesiast. Scriptores spe-
pissime usurpatur hæc vox, qua designatur JESUS Christus D. N. qui
pro salute mundi mortem subit. *Tertul. l. 3. advers. Marcion. c. 18.* A-
liis terus, ut judex; aliis mansuetus, ut salvator. ¶ Cæterum probi
Latini scriptores hac voce usi non sunt. *Cicer. enim Ver. 4. c. 63.*
græcam vocem *σωτήρ*, ait latino uno verbo exprimi non posse. Ita-
que vertit qui salutem dedit.
Saluber, breis, bre, o. 3. & salubris, & bre, o. 3. *salubre*, *salutifero*,
Ger. *gesund*, Gall. *sain salubre*, Hisp. *saludable*, *ύγιανός*, quod
præbet salutem, a *salus*. *Cic. l. de Div.* Salubrisne, an pestilentis annus
futurus sit. *Id. Ast. l. 8.* Ut non solum gloriosis consiliis utamur, sed
etiam paulo salubribus. *Var. l. 1. R. R. c. 2.* Utrum saluber locus esset,
an non. ¶ Aliquando accipitur pro sano. *Liv. l. 3. c. 8.* Defuncta mor-
bis corpora salubriora esse cœperunt. *Tac. 5. hist. c. 6.* Corpora homi-
num salubria, & ferentia laborum. ¶ Translate accipitur pro utili.
Cic. pro Dom. c. 7. Dixi sententiam Reipublicæ saluberrimam. *Liv. l. 2.*
c. 3. Res salubrior meliorque inopi, quam potenti.
Salubritas, atis, *sanitas*, *ύγιαν*, *sanitas*. *Cic. l. de Div. c. 57.* Quorum
ex habitu, & colore tum salubritatis, tum pestilentie signa percipi
possunt. ¶ Sumitur etiam translate. *Cic. in Brut. c. 13.* Omnehque
illam salubritatem Atticæ dictionis, quasi sanitatem, perderet. *Id. pro
Mur. c. 13.* Etenim a vobis (Jurisconsultis) salubritas quædam: ab
eis, qui dicunt, salus ipsa petitur.
Salubriter, adv. *salutevolmente*, *ύγιανός*, cum salute, vel utilitate. *Liv.*
l. 3. c. 62. Et trahi bellum salubriter, & mature perferi potest. *Cicer.*
de Senect. Aut vicissim umbris, a quibus refrigerari salubris? *Plin. l.*
27. c. 3. Sed majores oculorum quoque medicamentis aconitum misceri
saluberrime promulgavere.
Salve, V. Salveo.
Salve, adv. *con salute*, prospere, feliciter, cum incolumitate, ut salve
agere. *flar bene.* *Apul. l. 1. A. A.* Quam salve agit Demeas nosser. *Idem*
in Apolog. Puer ubi sit, & quam salve agat, interrogat. ¶ Hinc illa
interrogatio peregre redeuntium, aut alicunde venientium, *salve salve?*
supple *agis?* quod quidam legunt apud *Liv. & Plaut.* Rectius tamen
plerique omnes *salve salve?* supple *res sunt*, de quo V. Salvus.
Salveo, es, n. 2. *esser salvo*, salvus sum. *Plaut. Truc. 2. 2. 4.* Satis est
mihi tuæ salutis, nihil moror, non salveo. *Cic. Attic. l. 6. ep. 2.* Valebis
igitur, & valere Pyliam, & Cæcilium nostram jubebis literis, & salve-
bis a meo Cicerone. h. e. Cicero meus te salutat. *Id. Ast. l. 4.* Diony-
sum velim salvere jubeas. h. e. salutes. ¶ Frequenter usurpatur in
imperativo, in saltationibus, pro salvus esto, salvus sis, Græcis *χαίρει*,
Italis *Dia si salvi*. *Ter. Phorm.* Here salve, saluum te advenisse gau-
deo. D. Oh bone custos, salve. ¶ Inter *salve*, & *salve* hoc interest, quod

Salve dicebant in salutatione matutina, *salve*, cum discidebant. *Sueton. in Galb. c. 4.* Veterem civitatis exolevitque morem, ac tantum in domo sua hærentem obstativissime retinuit, ut liberti, servique bis die frequentes adfuerent, ac mane salvere, vespere valere sibi singulis dicerent. Hæc *Sueton.* ¶ *Salve*, *aque vale* his dicebant, quos non putarent se deinceps visuros. *Virg. 11. Æn. Salve æternum mihi maxime Palli, æternumque vale.* ¶ Sed etiam in extrema salutatione solum salve usurpabant. *Virg. 5. Æn. Salve sancte parens, iterum salvete recepti nequiquam cineres, animæque, umbræque paternæ.*

Salvia, æ, *salvia*, *ἰατρικὴ ῥίζα*, genus herbæ, virgas habens quadrangulas, foliæ aspera, crassa, & incana, odore gravi quidem, cæterum non ingrato, a *salvere*, hoc est salvum esse. Nempe ob vim salutaream, qua salvos præstat, atque incolumes. Unde sacram herbam vocabat Agrippa, teste *Ætiro*. Prolest enim paralyticis, contra serpentium morsus remedium exhibet, &c. *Dioscor. l. 3. c. 38. Plin. l. 22. c. 25. & l. 26. c. 6.*

Salviatium, i, salviæ succus. V. *Salviatium.*

Salvificator, oris, salvator. *Tertul. de pudic. c. 2.* ubi alii leg. *salvificator.*

Salvificor, as, a. i. *salvare*, salutem do. *Jedul. l. 5. v. 7.* Ista memet ab hora salvifica.

Salvificus, a, um, adject. salutem afferens. *Alcim. Avit. ad Soror. v. 180.* Salvificum appellat corpus Christi sepultum.

Salvio, as, a. i. salvatio meoior, succo salviæ inungo. V. *Salvio.*

Salvo, as, a. i. *salvare*, Barbarum est, tamethi *Nizolius* Cicero tribuerit in *Pison. c. 31.* & *Harudin. Plin. l. 17. c. 22.* Nihil enim certi afferunt.

Salum, i, mare, ὠ, Ger. *meer*, Gal. *la mer*, Hisp. *el mar*, ἄς, mare, a salis sapore, vel a Σαλα, quod idem notat, nempe mare, vel jactationem ejus. *Cæf. l. 3. B. C. c. 28.* Multitudine navium perterriti, & salo, nauæque contecti. *Cic. 3. Tusc. c. 28.* Nec tam ærumnoso navigassem falo. *Id. pro Cæc. Non in salum, sed in ipsam urbem, quam petebat.* ¶ Repetitur etiam *salus*, h. e. *salus*, apud *Non. c. 3. n. 199.* Undantem salum. ¶ De flumine usurpavit *Sext. l. 10. Theb. v. 864.* Annis ut incumbens longævi roboris pontis Affidus oppugnat aquis. idem saxa fatiscunt, Emoræque trabes: tanto violentior ille (Sævit enim majore falo) quatque, trahitque Molem ægram.

Salus, utis, f. *salute*, *ἰατρικὴ*, Ger. *glick*, und *heil*, *gesundheit*, Gal. *salut*, *sanct*, Hisp. *salud*, *σωτηρία*, incoluntia. *Cic. l. 5. 89.* Reipublicæ salus deest, si &c. *Id. l. 1. Orat. c. 8.* Dare salutem, liberare periculis. *Id. 2. Orat. c. 49.* Saluti esse alicui. *Plaut. Men. 1. 2. 25.* Averti prædam ab hostibus, nostrum salute socium. h. e. *salvis lociis.* Eademque ratione locutus est *Rud. 4. 2. 6.* Dicimus etiam salutem alicui ferre, afferre, restituere, salutem jacere in re aliqua, &c. *Cic. passim, & alii.* ¶ Ponitur etiam pro sanitate, seu vita. *Cic. de Arusp. resp. c. 26.* Qui medicis non ad salutem, sed ad necem utitur. *Idem 2. Ac. ep. 19.* Saluti, si me amas, consule. ¶ Item inæpissime pro voto, seu præcacione, qua aliquem incolumem, sanumque optamus. *Cic. Att. l. 4. ep. 9.* Is misit ad me statim, qui mihi salutem nunciaret. *Id. ibid. l. 14. ep. 1.* Tulliolæ salutem dic. *Id. Att. 5. ep. 20.* Mandavit, ut mihi salutem adscriberes. Sic salutem mittere, referre, scribere, salutem impertiri alicui, & impertire aliquem salutem. *Cic. passim, Terent. Plaut. & alii.* ¶ Interdum, salutem alicui dicere, est valedicere, deferre, ab aliqua re recedere. *Cic. Fam. 7. ep. ult.* Ego vero multam salutem & foro dicam, & Curie, *ἀντὶ τῆς ἀδρι.* ¶ Ab Romanis Salus pro Dea culta est, templumque habuit, quod a Fabio Pictore pictum fuit. A. U. 450. exultumque est Claudii principatu, ut *Plin. l. 35. c. 4.* tradit. *Terent. Adel. 4. 7. in fin.* Ipsa si capiat Salus, servare profus: non potest hanc familiam. ¶ Augurium salutis, *ἀντιστοιχία*, fuit solenne quoddam augurii genus apud Romanos, quo Deorum voluntatem explorabant, concederentne illis, ut pro populo salutem peterent: quæ nefas esset eam a Diis petere sine eorum licentia. Ad hoc augurium capiendum eligebatur dies quotannis, quo die nulla esset unquam domi torvis calamitas Reipubl. sequuta, pacis tempore, & omnibus rebus quiete procedentibus & florentibus, ut docet *Dio l. 37.* Intermissum aliquando fuit, sed repetitur primo ab Augusto, ut in *ejus vita c. 31.* *Sueton.* narrat, cum omnium rursus fuisset, revocatum est a Claudio, ut apud *Tacit. 12. Ann. c. 23.* legitur. Meminit hujus Augurii etiam *Cic. l. 1. de Divin. c. 47.*

Salustius, V. *Crispus.*

Salutabundus, a, um, adject. salutans. *Martian. Capel. l. 7. post init.* Jovem salutabundam lauxerit.

Salutaris, & re, o. 3. *salutaris*, *salutifero*, *salubre*, Ger. *heilfam*, Gal. *salutare*, Hisp. *saludable*, *σωτηριος*, saluber, sanitatem præbens, idoneus ad sanitatem præbendam. *Cic. l. 6. Fam.* Erat meum consilium cum fidele Pompeio, tum salutare utrique. *Id. l. 1. de Divin.* Cur stella Jovis, aut Veneris conjuncta cum Luna ad ortus puerorum salutaris sit. *Id. l. 3. de nat. Deor. c. 9.* Nihil nobis salutaris, nihil ornatus aspectu. ¶ *Litera salutaris* est litera A, quæ abolitionis nota erat, ut *vixissis* C, quæ condemnationis. *Cic. pro Mil.* Nec nobis tam salutarem hanc in judicando literam, quam illam tristem dedisset. ¶ *Literæ salutaris* dicuntur, quæ consolationem afferunt. *Cic. Att. l. 9. ep. 7.* Sic ergo habeo, salutares te mihi literas misisse. ¶ *Dignus salutaris*, ille, qui pollicii est proximus, qui & *index* dicitur. Dicitur est a *salus*, sive qui eo digito protenso salutare veteres solerent, sive qui silentium eo indicerent, res maxime salutaris, unde & Harpocratem, & Angeronum sinebat labellum indice compingentem. Utramque nominis causam affert *Gysald. dial. 2. Martian. l. de nupt. Phil.* Verum quidam redidit puer ad os compresso digito salutaris, silentium commonebat. *Suet. in Aug. c. 80.* Dextraque manus digitum salutare tam imbecillum interdum sentiebat, &c. ¶ Salutaris porta, una ex portis urbis Romæ, ita appellata ab æde Salutis, quod ei proxima fuit, vel ob salutationes vocantium Prætores, nempe quod ad eam Prætor salutaris is, qui in Provinciam Prætoris, aut Proconsule exiret. *Fest.*

Salutariter, adv. *salutarmine*, Ger. *heilfamlich*, Gal. *frincement*, Hisp. *saludablemente*, *σωτηριος*, salutis ergo, tuendæ salutis gratia, sine discrimine salutis. *Cic. in Brut. c. 2.* Quibus illi ipsi, qui didicerant eis uti gloriose, quemadmodum salutariter uterentur, non reperiebant.

Salutarium, ii, *σωτηριον*, munus convalescentibus exhibitum. *Tertul. in Apol. c. 46.* Statuis, & salutaris remunerari. Ahi al. leg. ¶ Bibere salutaria, *bere alla salute degli amici.* *Apul. l. 2. Metam.* Dumque bibere salutaria posulant, sic ad me Byrrhæna, &c.

Salutatio, onis, *σωτηριον*, actus salutandi. *Cic. in Pison. c. 40.* Quis enim te aditu, quis ullo honore, quis denique communi salutatione dignum putet? *Id. Fam. 7. ep. 28.* Dare se salutationi amicorum. *Id. ad Brut.* Hæc scripsi in ipsa turba matutina salutationis. *Liv. l. 1.* Inter exercitus salutatio facta.

Salutator, oris, *salutator*, *σωτηριος*, qui salutatur. *Q. Cicero de petit. Conj. c. 9.* Deductor officium, quod majus est, quam salutarium. ¶ Saluator mercenarius, qui sportulæ spe lingulis matutinis veniebat ad potentiorum aliquem salutandum. *Col. in pref. l. 1.* An honestis duxerim mercenarii salutatoris mendacissimum aucupium circumvolitantis limina potentiorum? &c.

Saluatorius, a, um, *σωτηριος*, quod ad salutationem spectat. *Plin. l. 15. c. 11.* Omnia jam & virorum saluatoris cubilibus inclusa. h. e. cubiculis, in quibus morabantur clientes dominum saluatoris, *amicorum.* ¶ Saluatorium publicum exercere. V. *Publicus.* ¶ Saluatorius casus, est vocativus, quia eo salutamus. *Priscian. l. 5. pag. 671. Pufsch.*

Salutatricis, icis, f. quæ salutatur. *Juven. sat. 5. v. 21.* Salutatricis turba. *Martial. l. 9. epigr. 101.* Charta salutatricis. h. e. epistola.

Salutatris, a, um, part. passiv. *salutato.* *Ovid. 2. de Pan. epist. 7.* Esse salutatris vult te mea litera primam.

Salutifer, ra, rum, *salutifero*, *σωτηριος* ferens salutem, salutaris. *Ovid. 2. Metam. v. 642.* Totique salutiferi orbis crece puer, dixit. *Id. Heroid. ep. 21. v. 174.* Daque salutiferam jam mihi fratris opem.

Salutificator, oris, in. saluator. *Tertul. de resur. carn. c. 47. & l. 5. adv. Marcion. c. 15.*

Salutiger, a, um, adject. idem quod salutifer. *Auson. de nomin. 7. dist. Sexta salutigerum sequitur Venus alma parentem. Adde Prudent. in Hippol. v. 235.*

Salutigerulus, a, um, idem ac salutiger, ut Pueri salutigeruli, idest servi, qui iussu domini, vel dominæ hunc, & illum salutant, suntque nuntii, & renuntii. *Plaut. Aul. 3. 5. 28.* Salutigerulos pueros, vehicula qui vehar.

Saluto, as, a. t. *salutare*, *קרא*, Ger. *grüßen*, Gal. *saluer*, Hisp. *saludar*, *συνίζω*, salutem alicui dico, aliquem visito, a *salus*. *Cic. pro Rosc. Com.* Hunc posteaquam salutavit. *Id. Att. l. 4. ep. 12.* Domus te tota nostra salutatur. *Id. l. 7. Fam.* Tironem meum saluta meis verbis. ¶ Neque vero accedentes tantum salutare dicuntur, sed etiam abeuntes. *Plaut. Mil.* Etiam nunc saluto te familiaris, priusquam eo. *Sat. l. 4. Theb.* Stant tamen, & nota puppim de ruppe salutant. ¶ Item salutare solemus in sternutationibus. *Plin. l. 28. c. 2.* Cur sternutationis salutamus? ¶ Interdum saluto sumitur pro venerari. *Cic. pro Rosc. Amer. c. 20.* Cum Deos salutatam aliqui venerint. ¶ Item pro vocare. *Horat. de Ar. v. 87.* Descriptas servare vices, operumque colores, cur ego, si nequeo, ignoroque, Poeta salutor? ¶ Item pro servare, & quasi salutem dare. *Plin. l. 17. c. 22.* Sequenti anno palmis salutantur, pro viribus matris singuli, aut gemini. Singularis est hic *Plin.* locus, nec fortasse mendo caret, ut Interpretes animadvertunt.

Salvus, a, um, sano, *salvus*, Ger. *frisch*, und *gesund*, Gal. *saïn*, & *saive*, Hisp. *salvo*, *σῶος*, sanus, incolumus, integer, a *salus*. *Ter. And. 5. 6. 9.* Salvus sum, si hæc vera sunt. *Cic. Att. l. 5. 5.* Te salvi venisse in Epirum, vehementer gaudeo. *Id. pro Cæc. c. 7.* Quoad videretur salvo capite fieri posse. ¶ Dicitur & de inanimis. *Cic. pro Rosc. Amer. c. 1.* Ut utrumvis salvo officio se facere posse arbitraretur, *senz peccare contra illovere.* *Id. 12. Fam. ep. 23.* Nullam partem sanæ, & salvæ reip. gustare potuisti. ¶ *Salva res est, il tutto va bene.* *Terent. Eun. 2. 2. 37.* Parmenonem tristem video, rivalis servum; salva res est. *Adde Plaut. 2. 2. 34.* ¶ *Salvis rebus.* h. e. stante, salva Republica. *Cic. Fam. 7. ep. 30.* Bis est a me iudicio capitis, rebus salvis, defensus. *Id. l. 4. ep. 1.* Utinam, Servi, salvis rebus (sic enim est dicendum) colloqui potuissim inter nos. ¶ *Salvus sis*, formula est salutantium. *Terent. And. 5. 4. 3.* Salvus sis, Chreme. ¶ *Savin' salute?* subintellige *res sunt?* *salvatus* interrogatio est, qua sciscitantur ab aliunde adventibus, nun res bene se habeant. *Liv. l. 40. c. 8.* Regiam ingressus perturbato vultu, in conspectu patris tacitus procul stetit: cui pater, *fatim' salve?* *Id. l. 1. c. 58.* Lucretiam mæstam in cubiculo invenit, quærentique viro, *fatim' salve?* minime, inquit. ¶ *Salva res est, cum salta senex,* prov. ab Apollinarius ludis tractum. *Fest.* Salva res est dum salta senex, quare parasiti Apollinis in scena dicitent, causam Verris in libro quinto, quorum prima est P. litera, reddidit, quod C. (al. P.) Sulpicio, C. (al. Cn.) Fulvio Consulibus, M. Calpurnio Pisone Pr. Urb. sciencie ludos, subito ad arma exierint, nuntiato adventu hostium, victoresque in theatrum redierint, solliciti ne intermissi religionem afferrent, inlaurandique essent, inventum esse ibi C. Pomponium libertinum mimum magno natu, qui ad tibicinem saltaret. Itaque gaudio non interruptæ religionis eliam vocem nunc quoque celebrari, &c.

Sam, pro *sum* dixere Veteres. *Fest. in voca Calim.*

Samara, V. *Samera.*

Samarita, æ, *Samaris*, *σαμαριτα*, urbs Palæstinæ, in Tribu Ephraim, condita ab Assyris anno mundi 3247. ad regionis custodiam, Tribuum maxima, pulcherrima, & multissima, caput regionis cognominis. *Plin. l. 5. c. 13.*

Samarita, æ, m. *Σαμαριτης*, adject. a Samaria. *Juven. l. 2. in Joan. v. 324.* Ecce Samaritum populi venere rogantes.

Samarites, æ, m. Samarita. *Pofip. in Saturn. c. 8.* Nemo illic Samarites.

Samariticus, a, um, adject. a Samaria, ut Samaritica mulier, *Juven. l. 2. in Joan. v. 256.*

Samaritis, idis, f. adject. Samaritica. *Juven. l. 2. in Joan. v. 346.* forte venit Samaritida Sicheu.

Samarobriava, vel Samarobriga, æ, *Amiens*, urbs Galliæ, a Samara fluvio prætereunte sic dicta. *Cic. & Cæf.*

Sambuca, æ, f. *sambuca*, *σαμβυκη*, instrumentum musicum, idem ac illud, quod vulgo vocamus harpam. *Porphyr. in Prolem. Harmon.* Sambuca triangulum instrumentum est, quod ex inæqualibus longitudine, sicut & crassitudine, nervis efficitur. *Scip. Afric. orat. cont. leg. judic. Corn. Græci*, apud *Macrobr. Saturn. 3. c. 14.* Docentur præstigiis inhonestas cum cinnadulis, & sambuca, & palterioque eunt in ludum histriorum, discunt cantare, quæ majores nostri probo ducier voluerunt. *Pers. sat. 5. v. 95.* Sambucam citius caloni aptaveris alto. h. e. citius calonem procerum, & stultum, atque ideo musicæ imperitum, sambucam pulsare duceris: citius asinum fidibus canendis aptum reddideris. ¶ Videtur etiam sambuca poni pro sambucitria. *Spartian. in Adr. c. 26.* in convivio tragædias, comædias, Atellanæ, sambucas, lectores, poetas pro se semper exhibitit. V. *Sambucina.* ¶ Est & genus machinæ militaris. *Fest.* Sambuca, organi dicitur genus, a quo sambucitriæ quoque dicuntur. Per similitudinem etiam machinam appellatur, qua urbes expugnant. Nam ut in organo chordæ, sic in machina funes intenduntur. Hæc *Festus*. Erat autem hujusmodi machina pons quidam ligneus, qui iunibus circa tenis et navibus, aut turri ligneæ erectis confendendis hostium muris viam præbebat. Plura habet *Lipp. l. 1. Puliorcet. dial. 6.*

Sambucibus, a, um, *sambucibus*, *ἀμνός*, quod ex sambuco est. *Aurel. Virg. de Vir. illustr. c. 10. de Jun. Brus.* Baculo sambucæ aurum infusum Deo donum tulit. *Plin. l. 29. c. 4.* Sambuca arbor.

Sambucina, æ, f. *σαμβυκίνη*, quæ sambuca canit, sicut fidicina, quæ fidibus. *Plaut. Stich. 2. 3. 57.* Fidicinas, tibicinas, sambucinas advexit secum forma eximia. In quibusdam editionibus est *sambucas*, eodem sensu. V. *Sambuca.*

Sambucitria, æ, f. *σαμβυκίτρις*, mulier sambuca canens, quæ & sambucina dicitur. *Liv. l. 39. c. 6. ad fin.* Tunc paltrix, sambucitriæque, & convivalia ludionum oblectamenta addita epulis.

Sambucus, i, f. *sambucus*, Ger. *holder hassel*, Gal. *surezu*, Hisp. *saucos*, *acta*, genus arboris. *Seren. Samnonic.* semper scribit *saucos*. Primam enim corripit. *Plin. l. 16. c. 18.* Non temere in montibus visæ sunt prunus, juglans, morus, sambucus.

Same, es, f. *Samos infula*, apud Poetas. *Virg. 3. Æn. v. 271.* Dulichiumque, Sameque. *Ovid. l. Trist. eleg. 4. v. 67.* Ithaceve, Sameve.

Samēra, vel *Samara*, z, f. *πυλαίας σάμαρα* semen ulmi. *Colum. l. 5. c. 6.* Attineam ulmarum Tremellius Scrota non ferre sancraim, quod est semen ejus arboris, falso est opinatus. *Plin. l. 16. c. 17.* Attineæ non ferunt samaram, ita vocatur ulmi semen. Quidam leg. *Jamara*, ut sit accus. plur. a *Jamarum*, n. 2. *Id. l. 17. c. 11.* Uimorum, prius quam folio vestiantur, samara colligenda est circa Martias calendas, cum flavescere incipit.

Samia, z, f. genus placente, sic dictæ a Samo infula, ubi optimæ fiebant in sacrificiis Junonis. *Tertul. l. 3. adv. Marcion. c. 5.* Placentas, & samias cogere.

Samiaris, ii, m. *σαμιαίς*, qui ferramenta cote acuit, & arma terget satellitum Imperatoris. *Inscript. apud Turneb. l. 27. c. 21.* Samiarius Doryphoron.

Samiatus, V. Samio.

Samio, as, a. 1. acuo, a Samo inf. quod in Samo acuendi ars polleret, vel quod Samia creta polita, & nitida acuerentur, vel quod Samiæ testæ acumen infigne haberent, & vini etiam ad cædendum. *Non. c. 4. n. 344.* Hinc famiata ferramenta, apud *Vopisc. in Aurelian. c. 7.*

Samiolus, a, um, *σαμιόλος*, diminut. a Samius. *Plaut. Stich. 5. 4. 12.* Batiolis bibunt, nos nostrum Samiolo poterio. h. e. parvo poculo fictili.

Samiūm, V. Samius, a, um.

Samius, a, um, *σαμῖος*, quod est e Samo infula. Samius Philoſophus, vel Senex, Pythagoras. *Ovid. l. 3. Trist. eleg. 3.* Et Samii sunt rata dicta senis. ¶ *Vafa Samia*, vafa fictilia, five ex creta, ita dicta, quod primum in Samo inf. fabricata sunt, teste *Gel. l. 7. Lucil. apud Non. c. 4. n. 434.* Et non pauper ut Samio, curtoque catino. ¶ Usurpatur etiam *Samiūm*, vel *Samiūm orum*, absolute pro vasis Samiis. *Cic. apud Non. l. c. Imperia Pontificum Diis immortalibus grata sine Samio. Auct. ad Her. l. 4. c. 51.* Nos Samiis delectabimur. ¶ *Samia testæ*, genus testæ, quod in Samo infula fingebatur. Erat acuta instar culetri, & auctore *Non. l. c. Lucil. sat. l. 8.* Testam sumit homo Samiam, ubique illi celo præcidit caulem, testæque una amputat ambo. ¶ Hinc idem *Non. ibidem* docet, Samium absolute pro acuto poni.

Samnis, itis, f. 3. idem ac Samnium. *Lucan. l. 2.* Mutavit translata locum, Romanaque Samnis Ultra Caudinas Iperavit vulnera Furcas.

Samnis, itis, m. & f. qui est ex Samio, ut Samnis homo, *Lucil. apud Non. c. 4. n. 425.* Samnisuria, *Sil. l. 4. v. 562.* ¶ Legitur & Samnitis in recto casu. *Prudent. l. 2. adv. Symmach. v. 515.* asper Samnitis, Marfuique &c.

Samnites, ium, m. 3. *σαμνίται*, pop. Samnii. De nominis causa ita *Festus* scribit: Samnitis nomen factum ab hællis, propter genus hællitarum, quod *σάμνις* appellent Græci. Alii ajunt Sabins vere sacro voto, hoc genus hominum extra fines ejectione Comio Caftronio dote occupasse collem, cui nomen Samnio, a quo Samnites. Græci Saunitas dixerunt, ut est apud *Plin. l. 3. c. 12.* lidem etiam Sabelli dicti sunt, diminut. a Sabinis, a quibus originem traxerunt, teste *Plin. l. 3. c. 12.* Ferunt enim, Sabinos, cum adversus Umbros bellum gererent, Marti votum fecisse, si victoria potirentur, se illi consecraturus, quicquid eo anno apud ipsos nasceretur. Quare cum re bene gesta in patriam rediissent, cum reliquum anni totius proventum, tum etiam filios eo anno natos Marti consecrarunt. Eos igitur, cum adolevisent, duce Tauro, in Campaniam ab sedes novas querendas emiserunt, ubi nullo propemodum negotio, ejectionis Opicis, sedes suas collocarunt, originique suæ memores Sabellos se se, quasi Sabinorum fobolem, appellarunt. Ferocissimam inter omnes Italicas-Samnitiūm gentem fuisse, ex eo intelligi potest, quod cum eis per annos octoginta quotidianis prope armis a Romanis esset dimicatum. ¶ Samnites quoque fuere gladiatorum genus, cui hoc nomen, non quia natione essent Samnites, sed quia armatura eorum talis esset, qualis Samnitiūm. *Lrv. l. 9. c. 40.* Campani ab superbia, & odio Samnitiūm, gladiatores, quod spectaculum inter epulas erat, eo ornato armarunt, Samnitiūmque nomine appellarunt. Vide de his *Lippium in Saturnalib. l. 2. c. 11.*

Samniticus, a, um, ad Samnites pertinens, ut Samniticum bellum. *Sueton. in Vitell. c. 11.*

Samnitis, V. Samnis.

Samnium, ii, n. *Abruzzo Citeriore*, regio Italiae, quam Samnites incolere. *Flor. l. 1. c. 16.* Populus Romanus ruinas ipsas urbium diruit, ut hodie Samnium in ipso Samnio requiratur.

Samolus, ii, herba in humidis locis nascentis, quæ in Officinis Pulsatilla vocatur, ab aliquibus etiam *Samio*. Efficax est contra tumorem, & boum morbos. *Plin. l. 24. c. 11.*

Samos, vel *Samius*, f. 2. *Samo*, *σαμῖος*, inf. maris Icarii, Joniæ adjacens contra Ephesum urb. In hac infula Juno nata esse dicitur, & educata, & Jovi in matrimonium tradita. Hinc ibi præcipue colebatur. Scribit *Varro*, Samion prius Partheniam nominatam, ibique antiquissimum fuisse Junonis templum, & simulacrum in habitu nubentis hauratum, & sacra ejus anniversaria nuptiarum ritu celebrari consuevisse. In ea etiam templum Bacchi fuit, quod Elpis exstruxit. *Plin. l. 8. c. 16.* Hinc primum vasa fictilia fabricata, teste *Aul. Gel. l. 7.* In Samo infula natus est Pythagoras, maximus ille Philoſophus, qui propterea a Poetis per Antoniamiam Senex Samius, & absolute Samius appellatur. Item Chærius Poeta, qui 75. Olympiade victoriam Atheniensium contra Xerxem verbis scripsit, pro singulari verbis singulos lateres aureos recipiens, quem tamen *Horat. in Arte* incultum Poetam vocat. *V. Plin. l. 5. c. 31.* ¶ *Samos altera*, vel *Same*, *Samdrachi*, *σαμδραχί*, inf. Thraciæ, in mari Ægeio, al. inf. maris Ægei, Thraciæ adjacens, quæ etiam Samothrace, & Samothracia appellatur, & Poetice Samos Threjicia. *Virg. 7. Æneid. v. 208.* ¶ Olim Dardania dicta est a Dardano quodam Trojano, qui Palladium secum terens eo traditur confugisse. Post Samis ex infula illa maris Icarii bello ejectionis, cum se ex Asia in Thraciam recepissent, inditum nomen, ut pro Dardania Samothracia vocaretur. In ea Venus, Pothon, & Phæthon colebantur. *Plin. l. 36. c. 5.*

Samosita, orum, n. 2. *Stempfar*, urbs exc. Syriæ, ad Euphratem fluvi. caput Comagenes reg. patria Luciani.

Samothrace, es, f. infula Thraciæ, eadem ac Samos. *V. Samos. Var. l. 4. c. 6. de L. L.*

Samothracæ, m. 3. vel Samothracæ Dii, iidem erant ac Penates Romanorum. *Macrobi. l. 3. c. 4. Cassius Hemina* dixit, Samothracas deos, eodemque Romanorum Penates, proprie dici *θεοὶ μυστήριον*, &c. *Var. l. 4. de L. L.* scribit Deos Samothracæ fuisse duos, Cælium, & Terram: nam hos quosque dici deos inagos, & in Augurum libris *Divipotes*, & apud Samothracas *θεοὶ δωμάτων*. Alii tres statuerunt Samothracas, Jovem, Minervam, & Junonem: alii quatuor, eisdemque, quos etiam Cabiros appellat *Interpr. Apollon. in Argon. l. 1.* nempe Cererem, Proserpinam, Plutonem, & Mercurium. *Juven. sat. 3. v. 144.* jures licet & Sa-

mothracum, Et nostrorum aras. *V. Voss. de Idololat. l. 2. c. 57.*

Samothracia, z, eadem quæ Samothrace. *Virg. 7. Æn. v. 208.* Threjiciamque Samon, quæ nunc Samothracia fertur. ¶ Est etiam hoc nomine gemma quedam nigra, ac sine pondere, ligno similis, quæ in Samothrace copiose nascitur. *Plin. l. 37. c. 10.*

Sampfa, vel *sampa*, vel *sansa*, z, f. *sansa*, olivarum caro mola suspensa leviter comminuta, & ossibus liberata, quæ deinde exprimitur, oleumque fundit, aut aridis quibusdam herbis, feminibusve condita in ufum cibarii, condimentive reponitur. Ejus conficiendæ rationem *Col. toto c. 49. l. 12.* tradit. *Id. ibid.* Olea injicitur quam mundissimis molis suspensis, ne nucleus frangatur: & cum est in sampfam redacta, tunc fal coltus, tritulusque manu permiscetur cum cæteris aridis condimentis. ¶ Sunt etiam sampfæ ipsa olecula, seu nuclei olivæ, qui in sampfa conficienda exprimi debent. *Id. ibid. c. 50. de oleo conficiendo.* Resolutis corticulis (olivæ) emolliri debent, & aut regulis, si consuetudo erit regionis, aut certe novis ficinis sampfæ exprimi. Ita exponunt *Col. Rhodig. Ruellius*, & quidam *Columelle Interpres*, qui etiam in aliis modo allatis *Colum. locis* sampfam pro oleculo accipiunt. Verum cum nunquam in eodem *Colum.* legatur, nucleum olivæ extrahendum esse in oleo faciendo, quin eodem *cap. idem Auctor* moneat, in stringenda bacca cavendum esse, ne nucleus confringatur, quia saporem olei vitiat; dicendum est, sampfas exprimi nisi esse, ac carnem ipsam oleæ perstringi ad succum exprimendum: quæ interpretatio pluribus illustratur a *Passeratio in Lexico.*

Sampſicræmus, i, m. Regulus quidam Syriæ a Pompejo devictus, qui proinde hoc nomine appellatur a *Cic. 2. Att. ep. 14. 16. c. 17.*

Sampſuchinus, a, um, *σαμψυχῖνος*, quod est ex sampſucha. *Plin. l. 21. c. 22.* Fit ex eo oleum, quod sampſuchinum vocatur, aut amaracinum. Sampſuchum, i, *maggiorana*, *sansugo*, *σαμψυχῖνος*, herba, quæ aliter amaracus. *Plin. l. 21. c. 1.* Amaracus Dioles medicus, & Sicula gens appellavere, quod Ægyptus, & Syria sampſuchum, & *Id. c. 22.* Sampſuchum, five amaracus, in Cypro ludatissimum, & odoratissimum, scorpionibus adversatur ex aceto, & sale illitum. *Colum. l. 10. v. 171.* Natque jam veniant hilari sampſucha Canopo.

Sanus, V. Samos.

Sanabilis, & le, o. 3. *sanabile*, Ger. *genesferig*, Gal. *gueriffable*, Hisp. *sanable*, *ιδούσι*, quod sanari potest. *Cic. 4. Tusc. li sunt ejusmodi constituti*, quasi mala valetudine animi, sanabiles tamen. *Cels. l. 2. c. 8.* Quisquis dolor deorfum tendit, sanabilior est.

Sanates, in. 3. populi, qui intra, supraque Romam habitaverunt, ita dicti, quia, cum descivissent a Romanis, brevi post in americanis, quasi sanata mente, redierunt. *Sigon. de antiq. jur. Ital. l. 1. c. 1. Fessus*, itemque *Gel. l. 16. c. 10.*

Sanatio, onis, *sanazione*, *τασις*, valetudinis restitutio, sanitas, salus. *Cic. 3. Tusc.* Cumque ad corporum sanationem multum ipsa corpora, & natura valeant. ¶ Sæpe translate sumitur. *Cic. Tusc. 4. c. 15.* Eorum igitur malorum in una virtute posita sanatio est.

Sancaptis, idis, f. nomen fictum atomatis, apud *Plaut. Pseud. 3. 2. 43.*

Sanchromæton, i, n. dracontea, genus herbæ. *Apul. de virtutib. herb. c. 14.*

Sancio, is, sanxi, citum, & sanctum, (olim sancivi, & citi, *Pompon. apud Diom. l. 1. a. 4. consecrare*, *שנקו*, Ger. *setzen*, Gal. *ordonner*, Hisp. *ordenar*, *ענין*, confectio, sanctum facio. *Serv. in 12. Æn.* Sancire proprie est sanctum aliquid, id est consecrari in sacre, suo sanguine hostiæ: & dictum sanctum, quasi sanguine sanctum. ¶ Fere sumitur pro decernere, statuere, sancte aliquid, & inviolabiliter constituere, stabilire, ratum facere. *Virg. 12. Æn.* Qui tædera fulmine iæcut. Ubi *Serv.* Sancit, confirmat, sancta esse facit, quia, cum sunt tædera, si consecratio fuerit, confirmantur. Vel certe quia apud maiores aræ non incendebantur, sed ignem divinum precibus elicibant, & *Lrv. l. 25.* Nisi Imperatoris, & ejusdem hostis prodiit capite, ac sanguine sœdus cum hostibus sancitur. ¶ Dicitur de legibus, & aliis rebus, variatque constructiones habet. *Cic. 2. Tusc.* Quas leges live Jupiter, live Minus sancit de Jovis quidem sententia, ut Poetæ ferunt. *Id. 4. Ver. in Quibus multa sanxit de ætate hominum. Idem pro Flac.* Prætor fœdit editio, ne ex Asia exportari liceret de frumento. *Id. de Fin. l. 1. c. 10. ad fin.* Ut dolore suo sanciret militaris imperii disciplinam. *Id. 3. Offic. c. 13.* Quod Athenis execrationibus publicis sanctum est. *Id. Phil. 13.* Sancire aurgem. *Proper. l. 4. eleg. 9. de Hercule.* m. nibus purgatum sanxerat orbem. h. e. firmaverat. *Tac. 5. hist. c. 9.* Regnum ab Antonio Herodi datum victor Augustus sanxit. h. e. ratum habuit. *Al. leg. auxil. c. 3. de Leg. c. 20.* In suo vitio quique puniatur, vis capite, avaritia, invidia, honoris cupiditas ignominia sancitur. h. e. pœna lege decretata puniatur. *Id. Att. l. 10. epist. 1.* Qui capite sanxit, si quis in seditione non alterius partis fuisset. hoc est lege sua capitis pœnam statuit.

Sancle, adv. *sanamente*, Ger. *beißigklich*, Gal. *sanflement*, Hisp. *sanamente*, *órtos*, *ávilis*, auguste, religiose. *Cic. 1. de nat. Deor.* Et pœ sancteque colimus naturam excellentem, atque præstantem. *Curr. l. 3. c. 12.* Virgines, & reginas excellentis formæ tam sancte habuit, quam si eodem, quo ipse, parente genitæ forent. ¶ Ponitur etiam pro firmiter, constanter. *Plaut. Capt.* An tu dubium habebis, etiam sancte cum jurem tibi? *Cic. l. 5. Fam. epist. 8.* Meque ea, quæ tibi promitto, ac recipio, sanctissime esse observaturum.

Sanclesco, is, n. 3. sanctus fio, vel sum. *Acc. apud Non. c. 2. n. 576.* Per nos sanclescat genus.

Sancrificatio, onis, *sancificazione*, *ἁγιασμα*, actus sanctificandi. *Tertul. de Baptif. c. 18. Sidon. l. 8. epist. 14.*

Sancrificator, oris, qui sanctificat. *Tertul. in Prax. c. 2.*

Sancrificium, ii, sanctificatio, vel sanctificationis locus. *Tertul. de resur. car. c. 47.*

Sancrificus, as, a. 1. *ἀγιός*, sanctum facio, confectio, divinis honoribus profequor. *Tertul. de orat. c. 3. Prudent. in hymn. aux. civ. v. 15.*

Sanchilôgus, a, um, adject. qui sancte loquitur, ut Lucas sanchilôgus, *Prudent. in Apotheof. v. 1072.*

Sanchimonia, z, idem ac sanctitas. *Cic. pro Rab. perduel.* Quæ mihi videtur ex hominum vita ad Deorum religionem, & sanctimoniam demigrasse. *Id. pro Quinct.* Quid mihi, inquit, cum illa sanctimonia summa, ac diligentia?

Sancilio, onis, *conformazione*, *ratificazione*, *πίη*, Ger. *befestigung*, Gal. *ordonnance*, Hisp. *establecimiento*, *επίστασις*, *βεβαιωσις*, constitutio, decretum, promulgatio, confirmatio, ratificatio. *Cic. pro Corn. Balbo, c. 16.* Cujus majestas tæderis sanctio defenditur. *Id. 6. Ver.* Nisi legum sanctionem, pœnamque recitarem. ¶ Metonymice ponitur pro lege, vel pro jure vocatur, seu pro eo, quod lege constituitur. *Serv. in 12. Æn.* Et sanctio vocatur lex cum terrore pœnæ. *Cic. pro Corn. Balbo, c. 4.* Deinde sanctiones faciendæ sunt aut genere ipso, aut obtestatione, & consecratione legis, aut pœnæ, cum caput ejus, qui contra facit, consecratur.

Sancitas, atis, *sanitas*, *πίη*, Ger. *heiligkeit*, Gal. *sanité*, Hisp. *sanidad*, *ἀγιότης*, qualitas illa, quæ per venerabiles sunt. *Cic. l. 1. de nat. Deor. c. 41.* Sanctitas autem est scientia colendorum Deorum. *Idem l. 1. Offic.* Deos placatos pietas efficit, & sanctitas. *Id. post red. in Sam. c. 14.*

Mecum Deorum, & hominum sanctitates omnes, & religiones affuerunt. ¶ Item morum integritas, innocentia, iustitia. *Nec. in Lysand. c. 4.* Sibi testimonium daret, quanta sanctitate bellum gessisset. *Tac. Ann. 14. c. 60.* Pures perstiterunt sanctitatem dominæ tuæ. ¶ Inter sanctitatem, pietatem, & iustitiam tale statuit *Cicero* discrimen, in *Top. c. 23.* Æquitas tripartita dicitur esse, una ad superiores deos, altera ad manes, tertia ad homines pertinere: prima Pietas, secunda sanctitas, tertia iustitia, aut æquitas nominatur.

Sanctitudo, inis, idem ac sanctitas. *Actius in Tereo apud Non. c. 2. n. 805.* Alia hic sanctitudo est, aliud & nomen, & nomen Jovis. *Cic. 4. de Repub. apud Non. ibid.* Eisdem terminis hominum curæ, atque vitæ, sic Pontificio iure sanctitudinem sepulturæ.

Sanctor, oris, xupctoc, sancitor, qui aliquid sancit. *Tac. l. 3. Ann. c. 26.* Sed præcipuus *Servius* Tullius sanctor legum tuit.

Sanctuarium, ii, sanctuario, סנקטור, Ger. *helgthumb*, Gal. *sanctuaire*, Hisp. *sanuario*, *ayiashectoz*, sacrum, sacer locus. *Aggen. de Isaac. pag. 61. edit. Gouf.* Extra sanctuarium, profanum dictum est. ¶ Dicitur etiam de aliis rebus, ut de tabulis, ut libris, in quibus sancta referuntur. Hinc sanctuarium Principis, idest libri, & commentarii secretioris Principis, vel locus ipse, & tabularium, in quo hujusmodi libri repositi afferuntur. *Sicil. Flac. in lib. de condit. agr. pag. 16. edit. Gouf.* Quod hi quis contradicit, sanctuarium Cæsaris respiciet. Omnium enim agrorum & divisorum, & assignatorum formas, sed & divisionem commentarii, & principatus in sanctuario habet. Qualescunque enim formæ fuerint, si ambigatur de earum fide, ad sanctuarium Principis revertendum erit. *Plin. l. 23. c. 8.* In sanctuariis Mithridatis Maximi Regis devicti Cn. Pompeius invenit in peculiari commentario ipsius manu compositionem antidoti.

Sanctus, a, um, *habilito*, xupctoc, sanctus, decretus, partis. a sancior. *Liv. l. 10.* De provocatione legem diligentius sanctam. ¶ Hinc pro Augusto, atque inviolabili usurpatur, ac propterea Tribunis plebis, & Legatis sancti dicuntur, hoc est lege tuti, ac defensi. *Cæs. l. 3. B. G. Legatos* (quod nomen apud omnes nationes sanctum, inviolatumque semper fuisse) retentos ab se. *Cic. 2. Phil.* Ut vestris etiam legionibus sanctus essem. *Id. post red. in Sen.* Numenque vestrum æque mihi grave, & sanctum, ac Deorum immortalium, erit. *Liv. l. 23. c. 22.* Et liquid unquam arcani, sanctive ad silentium in curia fuerit, id omnium maxime tegendum. ¶ Sancta loca sunt, quæ legum sanctionibus adversus injuriam, & vim munita fuerunt, ut sunt templa, mœnia urbium, & hujusmodi. *Cic. pro Rab.* Cæsam concionem, sanctum campum, inviolatum corpus omnium Civium Rom. integrum jus libertatis defendo servari oportere. ¶ Sanctus ærarium, dicitur intactius, & integrius, ex quo nihil promi licet ob annuas necessitates. *Cic. 6. Per.* Quas in ærario sanctiore conditas habebant. ¶ Per Metonymiam, dicitur de moribus hominum, qui legibus divinis, & humanis conformes sunt, & de ipsis hominibus, qui quadam majestate, & vitæ innocentia ad Dei, & beatarum Mentium virtutem quam proxime accedunt. Sumitur igitur pro bono, integro, pio, impolluto, *santo*, *δαιμόνιο*, *ἀγιω*. *Virg. l. 12. Æn.* Sancta ad vos animæ, atque istius inficia culpe descendam. *Id. 11. Æn.* Tuque o sanctissima conjux felix morte tua. *Cic. pro Rosc. Com.* Ætate grandis natu, natura sanctus, & religiosus. *Juven. sat. 14.* Et sanctam filius omni aspiciat sine labe donum, vitioque carentem.

Sanctus, & Sanctus, i, V. Sangus.

Sandaliarium, ii, vicus Romæ, ubi sandalia fiebant. *Gel. l. 18. c. 34.* In Sandaliario forte apud Libanum fuimus.

Sandaliarius, a, um, quod ad sandalia spectat. Apollo Sandaliarius dicitur esse Romæ, quod ejus templum esset in vico Sandaliario. *Sed Alex. ab Alex. l. 2. gen. dier. c. 18.* contra scribit, vicum Sandaliarium dictum esse ab Apolline Sandalario, cujus effigies sandalio ornata erat. Templum illud ab Augusto extractum fuisse, docet *Fransqu. in ejus vita, c. 57.* Ac Vætor quoque in 4. Urbis regione ponit.

Sandaligerulus, a, um, *σανδαλιότροπος*, qui sandalio utitur. *Plaut. Trin. 2. l. 22.* Flabelliferæ, sandaligerulæ, cantrices, cistellatrici.

Sandalis, idis, f. *σάνδαλον*, palmæ genus, dictum a similitudine sandalii. *Plin. l. 13. c. 3.* Quarta auctoritas sandalium, a similitudine appellatarum.

Sandalium, ii, n. *sandalo*, *σανδάλιον*, *σάνδαλον*, genus calceorum. *Hefychius* ait esse *γυμνασίων ὑπόδημα*, muliebres calceamentum. Nec tamen mulierum semper esse, sed etiam virorum, liquet ex *Att. l. 12. R. ubi Angelus præcipit Petro. ὑπόδημα τὰ σανδάλια σὺ. Sufidia sandalium tua. Ter. Enn. 5. 8.* Utinam tibi committigari videam sandalio caput.

Sandalum, i, tarris Gallici genus, plus alio quovis farre panis reddens. *Plin. l. 18. c. 7.* Gallæ quoque suum genus tarris dedere, quod illic *brance* vocant, apud nos sandalum, nitidissimi grani.

Sandapila, æ, f. *σανδαπέλα*, *καρφοφόρος*, genus feretri, locus ligneus, in quo plebeiorum, atque damnatorum cadavera portabantur, ut *Fulg. gen. de prisce sermone* interpretatur. *Horatius* vilem arcam. *Martialis* Orciniam spondam appellat. *Martial. l. 8. epigr. 75.* Stipataque tollitur alte Grandis in angusta farsina sandapila. *Juven. sat. 8. v. 175.* Inter carnifices, & fabros sandapilarum.

Sandapilarius, ii, idem ac vespillo, qui sandapilas fert. *Sidon. l. 2. epist. 8.* Vespillonum, sandapilariorumque ministeria.

Sandaracha, vel Sandarachia, æ, f. *σανδράρα*, *σανδράρα*, vel *σανδράρα*, coloris rubri genus. Medici Arabes putant, sandaracam esse nostrum vernicem. Sed hic est gummi juniperi. *Fest.* Sandaracham ait Verrius esse genus coloris, quod Græci fandyccem appellant. ¶ Duplex est, metallica, seu fossicia, quæ est colore cinnabaris, & vulgo arsenicum rubrum vocatur, & factitia, quæ est ceruâ in tornace cremata. *Plin. l. 34. c. 18.* Sandarachæ quoque propemodum dicta natura est. Invenitur autem & in aurariis, & in argentariis metallis, melior, quo magis rufa, & c. *Vitruv. l. 7. c. 12.* Ceruâ vero, cum in tornace coquitur, sputato colore ad ignem incendi sandaracha fit. De sandaracha *Plin. scribit l. 34. c. 18. c. 15. c. 6.* ¶ Sandaracha item herbæ genus, apibus gratissimum. *Plin. l. 11. c. 7.* Præter hæc convchitur erithacæ, quam aliqui sandaracham, alii cerinthum vocant.

Sandaracatus, vel Sandarachatus, a, um, *σανδράρατος*, cui sandaracha admixta est. *Plin. l. 35. c. 15.* Item lentes tollit cum squamis æris, aceto sandarachato.

Sandaracinus, vel Sandarachinus, a, um, *σανδράρακινος*, quod colorem sandarachæ habet, *Næv. apud Fest.* Merula, sandaracino colore. Ubi sandarachinus est luteus. Hunc enim colorem habet os merulæ. *Næv. sandaracham* quidam rubet ipsa, sed luteo colore tingit.

Sandaracæ, i, f. gemma in India nascens, loco ejusdem nominis, item in Arabia meridionali, colore igneo aureis intus guttis interfecto. *Plin. l. 37. c. 7.*

Sandafel, Indicæ gemmæ nomen, colore mali, aut olci viridis. *Plin. l. 37. c. 7.*

Sandyx, & Sandix, icis, & ycis, m. & f. *σάνδιξ*, & *σάνδιξ*, coloris rubri genus, quod *Galen. ad fin. l. 9. Simplicium* scribit hæc esse ceruâ

vehementius aduâ. *Plin. l. 35. c. 6* & alii ex sandaraca, æqua parte rubricæ admixta. Alii scribunt, herbam esse delicatæ olfacturæ, brevi caule, & in aliis tæniculo similem, nasci in insula maris rubri, esse & fandyccem genus coloris ex sandaraca, & ceruâ factum. *Hefychius* arborem credit. *Servius* etiam plantam esse tradit. Immo ipse *Virgilius* ita arbitratu est, ut *Plin. l. 35. c. 6.* scribit. Hæc si torreatur, æqua parte rubrica admixta, fandyccem facit. Quamquam animadverto, *Virgilium* existimasse, herbam id esse, illo versu, Sponte sua fandyx pascentes vestiet agnos. Sed ex eo versu non consequitur id, quod *Plinius*, & *Servius*, putant. Nam sententia Maronis est, fore, ut oves pascentes sponte fandycini coloris fiat. Denique *Virgilius* fortasse scripsit *fandyx*, non *fandyx*. Scandyx autem re vera genus herbæ est, de qua *Plin. scribit l. 21. c. 16.* Scandyx, quæ ab alius tragopogon vocatur, foliis croco simillimis. De ea etiam scribit *l. 22. c. 22.* ubi ait, peculiarem ejus laudem esse, quod fatigato Venere corpori succurrit. ¶ Reperitur etiam in genere mascul. *Grætius in Cyneg. v. 86.* Interdum Libyco tuncantur sandicæ pinne. ¶ Eius penultima in obliquis accipitur est quantitas. *Propert. l. 2. eleg. 25.* Illaque plebejo, vel sit fandyx amictu.

Sane, adverb. *certamente*, סנן, Ger. *waserlich*, Gal. *certes*, Hisp. *ciertamente*, *muerto*, certe. *Terent. Andr.* Sane pol illa temulenta est. *Cic. l. 1. Fam. epist. 9.* Sane moleste Pompejum id terre conitabat. *Id. pro Quir. c. 3.* Erat ei pecuaria res ampla, & rustica sane bene culta. *Id. 2. de Leg. c. 4.* Sane quidem hercule, & est ista recta docendi via. ¶ *Sane* quam, est admodum, valde. *Sulpit. ad Cic. 4. Fam. epist. 5.* Sane quam pro eo ac debui, graviter, molesteque tuli. *Brut. ad Cic. Fam. 11. ep. 13.* Sane quam sum gavifus. *Cic. ad Q. Fr. l. 2. epist. 6.* Quod de Pompejo Caninus agit, sane quam retrixit. ¶ In responsionibus est maxime, utique, certe, *51. Parr. l. 1. R. R. c. 2.* Vultis interea, vetus proverbium usurpemus? Sane, inquit Agrius. ¶ Est etiam idem quod saniter, *samente*, cujus contrarium est insanæ. *Plaut. Curc. l. 3. 20.* Bonum cū, pauxillum amare sane; insanæ, non bonum est. *Horat. l. 2. od. 7.* Non ego sanus bacchabor Edonis. *Senec. controvers. 34.* Euctemon dixit insanus, quam Glycon.

Sanefco, is, sine præf. & sup. n. 3. *sanafsi*, סנן, Ger. *gesund werden*, Gal. *guerir*, Hisp. *sanarse*, *ὀγιζομαι*, sanus fuis. *Col. l. 6. c. 7.* Sed vulnera facta igne, dum sanescunt, &c. Adde *Plin. l. 17. c. 23.*

Sanga, m. i. f. Hispaniæ, qui per Cantabros fluit apud Victoriâ Julibrogensium. *Plin. l. 9. c. 20.*

Sangænon, i, n. gemmæ nomen. *Plin. l. 37. c. 6.*

Sangualis, V. Sangualis.

Sanguen, inis, n. idem ac sanguis, apud vet. *Lucr. l. 1. v. 836.* Visceribus viscus gigni, sanguenque creari. *Cic. 5. Fin. c. 11. ex veteri Poeta.* Non refugiat misero sanguen, atque exalbescit metu.

Sanguinellus, i, m. *sanguinaccio*, *αἰματώδης*, sanguis hædi, sive suis, in cibum formatus. *Plin. l. 28. c. 14.* Et sanguine ejusdem in cibum formato, quem sanguiculum vocant.

Sanguilentus, a, um, adject. idem quod sanguineus, ut sanguilenta urina, *Scribon. Larg. compos. 102.*

Sanguinalis, & le, o, 3. quod ad sanguinem refertur. Herba sanguinalis, eadem est ac sanguinaria. *Cels. l. 2. c. 23.* Herba sanguinalis, quam Græci *πυλόγονον* vocant, inde nomen habet, quod sanguinis fluorem, undecunque teratur, sistat. *Col. l. 6. c. 12.* Vel sanguinalis herba, quam *πυλόγονον* Græci appellant.

Sanguinarius, V. Sanguino.

Sanguinarius, a, um, *sanguinario*, *crudele*, סנן, Ger. *blutbund*, Gal. *sanguinarius*, *cruel*, Hisp. *ensanguinadado*, *φιλαιμπος*, *αιμαχης*, ad sanguinem spectans, ævus, crudelis. *Cic. Att. l. 2. ep. 7.* Megebrotus, & hæc sanguinaria juvenus inimicissima est. *Plin. l. 4. epist. 22.* De hujus nequitia, sanguinariisque sententiis super cænam loquebantur. *Plin. alter l. 19. c. 4.* Nuntius sanguinarius. h. e. de sanguine & morte. ¶ Sanguinaria herba, & Sanguinaria, absolute, cujus succus naribus infusus sanguinem sistit, *sanguinella*. A Græcis *πυλόγονον* dicitur a multitudine genicularum. *Colum. l. 7. c. 5.* Est etiam gravis pernicietis herbæ sanguinariæ, quam *Cæ. Plin. l. 27. c. 12.* Polygonon Græci vocant, quam nos sanguinariam; non attollitur a terra, foliis rotæ, femine graminis.

Sanguinatio, onis, sanguinis emissio, ut gingivarum sanguinatio, apud *Cal. Aurelian. Tard. l. 4. c. 6.*

Sanguineus, a, um, *sanguigno*, pieno di sangue, di color sauguigno, Ger. *blutreich*, Gal. *sanguin*, de sang, Hisp. *lleno de sangre*, *αἰματώδης*, plenus sanguine, & ad corporis temperamentum refertur. Medicis enim sanguineus dicitur, cui plurimum inest boni sanguinis, hoc est qui temperamento calido sit, & humido. *Plin. l. 11. c. 37.* Costæ nulli, nisi sanguineum pulmonem habenti. ¶ Sumitur etiam pro eo, quod est sanguine constat. *Ovid. 2. Met.* Sanguineæ manant tanquam de vulnere guttæ. ¶ Item pro sanguinolento, seu aspero sanguine *Ovid. l. 3. Trist. cl. 9.* Pallentæque manus, sanguineumque caput. ¶ Item pro eo, quod cum sanguine conjunctum est, sive quod sanguis consequitur. *Hor. l. 1. Carm. od. 27.* Verecundumque Bacchum sanguineis prohibete rixis. ¶ Usurpatur quoque pro eo, quod sanguinis colorem habet. Sanguineus fructus, nisi arborem dicere malis, est cornus fœmina, vimina terens lenia, quæ vitibus vincula suppeditant. Ita dictus est, quia ejus cortex sanguinei est coloris, *sanguine*. *Plin. l. 16. c. 37.* Siquidem & genitæ, & populi, & ulmi, & sanguinei frutices, & betulæ, & arundo fissa, & arundinis folia, ut in Liguria, & vitis ipsa, recisique aculei rubi alligant, & intorta corylus. ¶ Hinc virgæ sanguineæ, idest quæ sunt ex sanguineo fructe. *Plin. l. 19. c. 10.* Sunt, qui sanguineis virgis tangant ea, quæ nolunt his (erucis) obnoxia esse. *Modestini. l. penult. ff. ad legem Pompejam de parricid.* Parricida virgis sanguineis verberatus, deinde in culleo infuitur cum cane, gallo gallinaceo, vipera, & simia, &c.

Sanguino, as, n. i. *scorver sangue*, *αιμαρής*, sanguine mano. *Quintil. l. 10. Declam.* Tum repetitis languinavere plantibus jam convalescentes lacerti. *Id. ibid.* Sanguinantes lacertos porrigere. ¶ Translate *Id. vel, ut alii volunt, Tacit. in Dial. de Oratorib. c. 12.* Lucrosæ hujus, & sanguinantis eloquentiæ usus recens, & malis moribus natus. h. e. mercenariæ, quæsituæ, & pecuniam ex clientum marsupio, tanquam sanguinem, extrahentis.

Sanguinolentus, a, um, *sanguinolento*, Ger. *blutig*, Gal. *sanguant*, Hisp. *sanguiento*, *αἰματώδης*, plenus sanguine, conspersus sanguine. *Auf. ad Her. l. 4.* Inimici statim sanguinolenta palma, crudelissima victoria potiti insultabant in horum miseris. *Ovid. 3. Epist.* Pectora sanguinolenta. ¶ Accipitur etiam pro eo, quod sanguini simile est, pro rubro. *Ovid. l. 1. Am. el. 12.* Ille color vere sanguinolentus erat. ¶ Litera sanguinolenta, translate sumitur pro invectiva, seu famoso libello. *Ovid. in Ibin. v. 3.* Nullaque, quæ possit, tot scriptis millibus, extat litera Nafonis sanguinolenta legi.

Sanguinosus, a, um, adject. sanguine abundans. *Cal. Aurelian. Act. 3. c. 4.* Sanguinosi phlebotomandi.

Sanguis, inis, m. 3. *sanguis*, *αἷμα*, unus ex corporis animalis humoribus, qui per venas in omne corpus diffunditur. *Cic. 2. de nat. Deor.* In quem sanguis a jecore per venam illam cavam influit. ¶ Sanguinem detraxere, sive extrahere, est venam aperire, ut sanguis superfluus, & noxius effluat. *Cel. 1. 2. c. 8. & 9.* ¶ Sanguinem mittere, idem est, ac extrahere. *Cel. 1. 2. c. 10.* Sanguinem incisā venā mitti novum non est. *Cic. Att. 1. 1. ep. 11. per translationem:* Nam & illud non nobis obest, videri nostrum testimonium non valuisse, missus est sanguis invidiæ sine dolore. ¶ Sanguinem alicujus tundere, est vulnerare, occidere. *Curr. 1. 3. c. 5.* Tum vero multum sanguinis fulum est. Sic, facere sanguinem, apud *Liv. 1. 2.* ¶ Hinc sæpe ponitur pro vita. *Liv. 1. 2. c. 8.* Sanguine Annibalē fānciam Romanum fœdus. *Quintil. declam. 317.* Unius sanguinem exigitis. ¶ Translate etiam ponitur pro genere. *Virg. 1. 1. 1. v. 19.* Progeniem sed enim Trojano a sanguine duci audierat. *Horat. 1. 3. od. 27.* Regius sanguis. ¶ Item pro vigore, spiritu, audacia. *Plaut. Bacch. 1. 2. 44.* Magistron' quemquam discipulum munitariar' Nil moror, discipulos mihi esse tam plenos sanguinis. *Cic. Att. 1. 4. ep. 16.* Amifimus, mi Pomponi, omnem succum, & sanguinem, sed etiam colorem, & speciem pristinam civitatis. *Id. in Brut. Succus ille, & sanguis incorruptus usque ad hanc ætatem Oratorum fuit, in qua naturalis ineffat, non luctatus nitor.* h. e. oratio fortis, robusta, vires, laceratos, & nervos habens. ¶ Item per translationem dicitur de pecunia. *Cicer. 5. Verr.* Quæ cum de Populi R. victu, de veltigalium nervis, de sanguine detraxisset ærarii. *Id. Attic. 1. 6.* Appius cum provinciam curavit, sanguinem miserit, quidquid potuit, detraxerit. ¶ Denique de aliis etiam humoribus interdum usurpatur. *Manil. 1. 5. v. 212.* Et viridis memoris sanguis decedit & herbis. *Stat. 5. Thebaid. v. 329.* Bacchæus sanguis. h. e. vinum.

Sanguisuga, æ, f. *sanguisuga, sanguetta*, עוקור, Germ. *ein egel*, Gall. *sangue*, Hisp. *sanguisuala, ββιλλα*, hirudo, vermis in aqua degens, a *sanguis*, & *sugo*, quod sanguinem sugat. *Plin. 1. 8. c. 10.* Cruciatum in potu maxime sentiunt hausta hirudine, quam sanguisugam vulgo capiepi appellari adverte. *Id. 1. 32. c. 7.* Idem præstare sanguisugam cinis ex aceto illitus putatur.

Sancus, Sancus, vel Sanctus, i, m. Hercules sic a Sabinis dicitur. Rationem nominis hanc affert *Propert. 1. 4. eleg. 10.* (al. 9.) Nunc quoniam manibus purgatum sanxerat orbem, Sic Sancum (al. Sanctum) Tanti compulserit Cures. *Festus in voce, Propter viam.* Propter viam fit sacrificium, quod est proficiendū gratia Herculi, aut Sango (al. Sango) qui fecit idem est Deus.

Santes, ei, *marcia*, הכור, Ger. *svundschveiff*, Gal. *bohe*, Hisp. *padre*, *ixapa*, sanguis corruptus, necdum ad puris albedinem, crassitudinemque coactus. *Cel. 1. 5. c. 25.* Ex vulneribus, ulceribusque exit sanguis, sanies, pus. Sanguis omnibus notus est. Sanies est tenuior hanc, varie crassa, & glutinosa, & colorata. Pus crassissimum, & albidissimumque, glutinosius & sanguine, & sanie. Exit autem sanguis et vulnere recenti, aut jam senescente: sanies inter utrumque tempus est: pus ex ulcere jam ad sanitatem spectante. *Cic. in Pison.* Saxa spargens tabo, sanie, sanguine atro. ¶ Sumitur etiam pro infectura. *Plin. 1. 9. c. 38.* Rursusque carminata mergitur, donec omnia ebibat saniem. ¶ Item pro facie. *Plin. 1. 15. c. 3.* Olivæ constant nucleo, oleo, carne, amurca: sanies est hæc ejus amara.

Saniōsus, a, um, *marcio*, Ger. *schveiffig*, Gal. *plein de sang meurtre*, Hisp. *heno de sanguaca, ixapadus*, sanie, & impuro sanguine conspersus. *Plin. 1. 7. c. 15.* Invalidi, aut non vitales partus eduntur, aut saniosi.

Sanitas, atis, *sanitas*, הנריטה, Germ. *gesundheit*, Gal. *sanit*, Hisp. *salud, sanidad, y-lau*, incolumitas, status corporis actiones omnes suas probe obeuntis. *Cic. 4. Tusc. c. 13.* Corporis temperatio, cum ea congruunt inter se, et quibus constamus, sanitas est: sic animi dicitur, cum ejus judicia, opinionisque concordant, eaque est animi virtus, quam alii ipsam temperantiam dicunt esse, alii obtemperantem temperantiam præceptis, & eam subsequentem, nec habentem ullam speciem suam, &c. *Quintil. 1. 5. c. 10.* Si robur corporibus bonum non est, minus sanitas. ¶ Translate dicitur etiam de animo, pro sapientia, seu pro bono statu mentis, animi quiete, & tranquillitate. *Cic. 3. Tusc. c. 4.* Sanitatem enim animorum positam in tranquillitate quadam, constantiaque censebant: his rebus mentem vacuam, appellatur insaniam. ¶ Hinc redire ad sanitatem pro eo, quod est respiciere. *Cic. 1. 12. Fam. epist. 10.* Quibus tamen ad sanitatem redeundū ante calendis Septembris potestas facta est. ¶ Item de oratione, pro stylo puro, & incorrupto. *Cic. de opt. gen. Or.* Illos potius, qui incorrupta sanitate sunt, quod est proprium Atticorum, quam eos, quorum vitiosa abundantia est, quales Asia multos tulit.

Saniter, adverb. *sanamente*. *Afrax. apud Non. c. 11. n. 51.* Adesto, assentio te amare, me adorare saniter.

Sanna, æ, f. *irrisio, dileggiamento*, נחלק, Ger. *verspottung*, Gal. *moquerie*, Hisp. *escarnio*, *μωχθ*, *χλδθ*, irrisio, quæ fit ore distorto, aut aliis gesticulationibus risum moventibus. *Vetus Interpres Perfi in Sat. 1.* Sanna dicitur os distortum cum vultu, quod facimus, cum alios deridemus. Est a *σν*, dens, vel potius (quæ est coniectura Isaaci Casauboni, ad primam Perfi satyram) a *σνν*, acure, unde *σνν dens*, & *σννθ*, *oculeata oratio*. Perottus cenet dici a narium sonitu. Alii originem arcessunt a Græco *σαννας*, quo Cratinus usus pro stulto, ut testatur Eustathius ad *Odyss. ξ. pag. 1761.* ubi & monet *σαννας* esse a Sannis populis, quos iphus ætas vocabat Tzanos. *Juven. Sat. 6. v. 305.* I nunc, & dubita, qua sorbeat æra sanna Tullia. *Perfi. Sat. 1. v. 62.* Quos vivere fas est occipiti cæco, posticæ occurrere sannæ.

Sannio, onis, m. *buffone*, נחלק, Ger. *glaffer*, Gal. *moqueur*, Hisp. *moñador*, *χλδθ*, iocura, qui omnibus modis risum movere nititur, qui soluto risu, & contortis corporis totiusque partibus quempiam irridet, morefque aliorum tam inepto gestu exprimit, ut, cum alios irridet, ipse omnibus sit ridiculus. *Cic. 1. 9. Fam. ep. 16.* Salis enim fatis est, fannionum parum. *Id. 1. 2. de Or. c. 61.* Atque hoc etiam animadverendum, non esse omnia ridicula faceta. Quid enim potest esse tam ridiculum, quam fannio est? Sed ore, vultu, imitandis moribus, voce, denique corpore ridetur ipso. Sallum hunc possum dicere, atque ita, non ut ejusmodi oratorem esse velim, sed ut mimum.

Sano, as, a. 1. *sanare, guarire*, נרפ, Ger. *gesund machen*, Gal. *guerrir*, Hisp. *sanar*, *υγιζω*, sanum facio, redintegro, incolumitati restituo. *Cic. 4. Tusc.* Citius repentinus oculorum tumor sanatur, quam diuturna lippitudo repellitur. ¶ Sæpe translate usurpatur pro ad bonam mentem revocare. *Cic. 2. Catil.* Quos quidem ego, si ullo modo fieri posset, non tam ulcisci studeo, quam sanare, & ipsos placare Reipublicæ. *Id. 4. Fin. c. 24.* Quæ hic Reipublicæ vulnera imponebat, eadem ille sanabat. *Senec. Herc. Fur. v. 1261.* Morte sanandum est scelus. h. e. expiandum.

Sanguālis, sive sangualis, is, f. *quālis*, genus avis. *Festus.* Sanguālis avis appellatur, quæ in Commentariis Auguralibus ossifraga dicitur, quia in Sangu Dei tutela est. Adde *Plin. 1. 10. c. 7. & Liv. 1. 41. c. 13.*

Sanfa. V. Sampfa.

Santerna, æ, f. chryfocolla ex nitro confecta, qua artifices untuntur in agglutinando auro. *Plin. 1. 33. c. 5.*

Santōnes, m. 3. pop. Galliz, in Aquitania, quorum tractus nunc Santonia, *la Saintonge*, dicitur, estque inter Inguisfemensem tractum ad Or. Pictonem ad Bor. Aquitaniam veram ad Merid. & Oceanum ad Occ. Hujus tractus præcipua urbs est Santones, seu Mediolanum Santonum, *Saintes*. *Lucan. 1. 1. v. 422.* gaudetque amoto Santonus hoſte.

Santonicus, a, um, adject. ad Santones pertinens. *Juvenal. Sat. 8. v. 145.* Tempora Santonico velas adoperta cucullo. ¶ *Santonicum*, *abolute*, & *Santonica* herba, abſinthium, qua Gallia Alpibus finitima abundat, *santonico*. *Plin. 1. 27. c. 7. & Colum. 1. 6. c. 25.*

Sanus, a, um, *sano*, נרפ, Ger. *gesund*, Gal. *Sain*, Hisp. *sano*, *υγιθ*, integer, incorruptus, prospera utens valetudine, cujus partes omnes probe suas obeunt functiones, a *σας*, inserta liquida. *Cic. 2. Phil.* Quabi medicus ille te sanum fecisset. *Cato c. 157.* Tam citissime sanus fiet ex eo morbo. *Cel. 1. 3. cap. 4.* Etiam sanissimo dari debet cibus. ¶ Transfertur quoque ad animum, & usurpatur pro sapiente, vel eo, qui rationis, & recti judicii compos est. *Plaut. Trin. 2. 4. 53.* Satin' tu sanus mentis, aut animi tui, qui conditionem hanc repudies? *Cic. 2. de nat. Deor.* Esse igitur Deos, ita perspicuum est, ut id qui neget, vix eum sanæ mentis existimem. *Id. 9. Attic. ep. 15.* Ego illum male sanum semper putavi, nunc etiam impurum, & sceleratum puto. ¶ Item ad orationem, pro bono, recto, incorrupto. *Cic. in Brut.* Nihil erat in eius oratione, nisi syncerum, nihil nisi sicum, atque sanum. *Id. ibid.* Rhodii saniores, & Atticorum similiores.

Sapa, æ, f. *vino cotto*, ex multo decocto tertia pars relicta, *σάρα*, *σάρα*. *Plin. 1. 14. c. 9.* Siraum, quod alii hæfema, nostri sapa appellant, ingenii, non naturæ opus est, multo usque ad tertiam partem mensuræ decocto; quod ubi factum ad didimiam est, defrutum vocamus. *Id. 1. 23. c. 2.* Vino cognata res sapa est, multo decocto, donec tertia pars superfit. ¶ Inter sapa, defrutum, & carœnum hoc interest, inquit *Pallad. in Octobr. tit. 18.* quod defrutum dicitur mustum a detervendo, ubi ad spissitudinem tortiter desumpaverit; carœnum, cum tertia perdita, duæ partes remanserint; sapa, ubi ad tertias redacta descenderit. Hæc *Pallad.* cæterum ipsum quoque defrutum dicitur a *Colum.* vinum ad tertias decoctum. V. *Defrutum*.

Sapei, m. 2. pop. Thraciæ, in cont. Myziæ, seu Scythiæ Europeæ, in ora maris Euxini, al. inter Neilum, & Hebrum in ora Australi Thraciæ. *Plin. 1. 4. c. 11.*

Saperda, æ, f. genus piscis, qui & coracinus fluviatilis dicitur. *Perfi. Sat. 5. v. 134.* Quid agam? rogatus? saperdas advehe Ponto, Castoreum, Stuppas, hebenum, thus &c. ¶ Ponitur translate pro sapiente, & lepidio, tanquam sit a *sapio*. *Var. apud Non. c. 2. n. 823.* Omnes videmus nobis esse bellui, & teitivi? saperdas, cum simus *σαρπ*. h. e. putidi & marci. Al. leg. *cum simus copree*. hoc est scuræ.

Saphon, onis, m. tunis navis in prora positus. *Cæcil. apud Isidor. 1. 19. Orig. c. 4.* Venerio curfu veni, prolato pede usque ad Saphonem.

Sapide, adv. cum sapore. *Apul. 1. 8. A. A.* Femur sapidissime percoctum.

Sapidus, a, um, *saporito*, *δρυλος*, quod gratum saporem habet. *Apul. 1. 2. Metam.* Tucetum perquam sapidissimum. *Apic. 1. 9. c. 10.* Jus sapidum. Et c. 11. Sapidiores pisces. ¶ Translate sapidæ pullæ. h. e. sapientes, *Alcim. Avit. ad Soror. v. 458.* ex parabola *Matth. c. 25.*

Sapientis, entis, o. *sapiente*, *saggio*, *saputo*, נחלק, Ger. *weſſandig*, Gal. *ſage*, Hisp. *ſabio*, *σοφθ*, qui sapit, sapientia præditus, sapientia præstans, a *sapio*. *Cic. pro Cluent. c. 31.* Sapientissimum esse dicunt eum, cui quod opus sit ipsi, veniat in mentem. *Id. 4. Catil.* Misera mors sapientis non potest accidere. *Ovid. 1. de ar. am. v. 65.* Tempora & sapienter ætas. ¶ In Græcia septem viri uno, eodemque tempore floruerunt, qui Sapientes habiti, & nominati sunt. Hi tuere Thales Milesius, Solon Atheniensis, al. Salaminis, Chilon Lacedæmonius, Pittacus Mitylenæus, Bias Priæneus, Cleobulus Lyndius, Myso Chenæus. *Plato in Protagora.* Vulgo loco Mylonis Periander Corinthius numeratur. Nominis originem hanc narrat. Cum piscatoribus ex Choo inf. rete ad litus trahentibus Milesii quidam supervenissent, piscationemque illam non conspecto reti mercati essent, dum rete expanderet, inter pisces etiam tripus aureus inventus est. De tripode inter piscatores, & Milesios controversia exorta est, cum Milesii tripodem sibi vindicarent, quod reti continerent, piscatores negarent, quod illis non nisi pisces vendidissent. Eam controversiam & ipsæ civitates Miletus, & Choo susceperunt, adeo ut prope ad arma venirent. Tandem Apollinem consuluerunt, qui respondit, donum illud illius ætatis sapientissimo deberi. Igitur communi consensu ad Thaletem Milesium tripodem missus est. Sed cum Thales affereret, Biantem multo se esse sapienterem, ad Biantem fuit allatus. A Biante eadem de causa pervenit ad Pittacum, & a Pittaco ad alium, ita, ut orbe peracto ad Thaletem rediret. Tunc septem illi viri staturerunt, tripodem illum Deo deberi, qui solus, & vere sapiens est, & largitor sapientiæ. Quare in templo Apollinis Deo dicitur fuit. Admirati Græci hanc virorum illorum animi magnitudinem, eos sapientes esse, sapienterque esse appellandos judicaverunt, quod divitias contemnerent, quodque sapientia sibi invicem cederent, seque a Deo illam habere profiterentur. *Plat. in vita Solonis. Diog. Laert. 1. 1. c. 1. vite Philos.* Vivere post Lycurgum, & Homerum, sed ante Pythagoram, qui primus ausus non est se sapientem appellare, sed dixit se philosophum esse, id est sapienter, intelligenterque amatorem. *Cic. 5. Tusc.*

Sapienter, adv. *saviamente*, Ger. *weifeſſich*, Gal. *sagement*, Hisp. *sabiamente*, *σοφθ*, secundum sapientiam. *Cic. pro Dom.* Qui non fide, & fallaciter populares, sed vere, & sapienter fuerunt. *Id. 1. 2. Fam. ep. 6.* Nemo est, qui tibi suadere sapientius possit te ipso. *Id. de clar. Orat. c. 42.* Servius sapientissime periecit, ut &c. *Plaut. Men. 5. 7. 2.* Imperium meum sapienter habeatis curæ.

Sapientia, æ, f. *sapienza*, נחלק, Ger. *weisheit*, Gal. *sageſſe*, Hisp. *sabiduria*, *σοφια*, cognitio rerum omnium, tum humanarum, tum divinarum. *Cic. 1. Off. c. 43.* Princepsque omnium virtutum est illa sapientia, quam *σοφια* Græci vocant. Prudentiam enim, quam Græci *φρονησις* dicunt, aliam quandam intelligimus, quæ est rerum expectandarum, fugiendarumque scientia. Illa autem sapientia, quam principem dixi, rerum est divinarum, atque humanarum scientia, in qua continetur Deorum, & hominum communitas, & societas ipsorum inter ipsos. *Id. 5. Tusc. c. 3.* Nam sapientiam quidem quis negare potest non modo re esse antiquam, verum etiam nomine? quæ cum divinarum, humanarumque rerum, tum initiorum, causarumque cujusque rei cognitione hoc pulcherrimum nomen apud antiquos assequabatur. ¶ Per Carchædrem dicitur etiam de una aliqua scientia, ut de Jurisprudencia. *Cic. 2. de Or. 1. 1. 1.* Nam offitantem, & dormitantem sapientiam Scævolarum, & cæterorum beatorum otio concedamus. ¶ Sumitur quoque interdu pro judicio, prudentia, sagacitate. *Cic. in Or. c. 21.* Sed esse eloquentiæ, sicut reliquarum rerum, fundamentum sapientia. *Id. pro Manut. c. 2.* Nunquam temeritas cum sapientia commiscetur, nec ad confu-

lium casus admittitur. ¶ Item pro temperatione quadam lenitatis & prudentiæ. *Cic. pro Deoz. c. 2.* Re iniquum est, sed tua sapientia fit exquisitissimum. *Id. pro Marcel. c. 6.* Ut mihi videantur Dii immortales vel placati jam, vel cætiati aliquando omnem spem salutis ad clementiam, & sapientiam victoris contulisse. ¶ Pro sapore, & sapiendi facultate, a *sapio*, qua saporem habere significat. *Symposius poeta vetus in enigmate de perna.* (refert *Voss. in Ætymol.*) Una mihi soror est, plures licet esse putentur, De fumo facies, sapientia de mare nata est. Huc allusisse videtur *Tertent.* cum inquit *Adelph. 3. 4. 62.* Hoc fallum, hoc adustum est, hoc lautum est parum: illud recte: iterum sic memento, sedulo moneo pro mea sapientia.

Sapientialis, le, adject. a *sapientia*. *Tertul. de anim. c. 15.* Summus in anima gradus vitalis, & sapientialis.

Sapientipotens, entis, o, qui sapientia multum valet, ut bellipotens, qui plurimum potest bello. *Cic. 2. de Div. c. 56.* Postremo quanquam semper tuit, ut apud Ennium est, stolidum genus Æacidarum, bellipotentes sunt magis, quam sapientipotentes, tamen hanc versus amphibologiam intelligere potuisset.

Sapinus, a, um, *Ἰσπινός*, quod ex sapino est. *Col. l. 12. c. 5.* Alii nucibus ardentibus sapineis idem efficiunt.

Sapinus, i, f. *Ἰσπίνος*, pars abietis inferior, quæ enodis est, sicut superior, quæ nodosa est, *suffera* dicitur. Hodie tamen vulgus Gallorum totam arborem sua lingua sapinum vocat. *Plin. l. 16. c. 39. Caro R. R. c. 31.* Præluum et sapino atra potissimum facito. ¶ Est etiam hoc nomine genema ex genere jaspidium. *Plin. l. 37. c. 9.*

Sapio, is, sapivi, vel sapii, (vel sapii, præsertim in compositis) a. 4. *sapere, esse savius*, *ἴσπειν*, *Ger. vvißig sein*, *Gal. être sage*, *Hisp. saber, saporis*, sapiens sum, vel rectam sententiam, vel opinionem habeo. Sed incertum est, qua de re sapio primo dicatur. Aliis placet, primo de animo dici, pro sapientem esse. Quorundam iudicio primo dicitur de rebus boni, malique saporis, inde ad animum transfertur. *Cic. in Ter. l. 1.* Hic plane nihil sapit. *Id. l. 14. Fam. ep. 1.* Qui, cum primum sapere cepit, acerbissimos dolores, miseriasque percipit. idest usum rationis habere. *Marcell. l. 9. ep. 6.* Nubere vis Prisco? non miror, Paula, sapiisti. *Novius apud Non. c. 10. n. 31.* Quando ego plus sapivi, qui fullonem compressi Quinquatribus. Ubi *Nonius* sapivi pro sapii. ¶ Quandoque dativo jungitur. *Plaut. Trin. Habent tu amicum, ut familiaritatem, cui pectus sapiat.* ¶ Sapere rem suam, est scire, quid fibi agendum sit. *Plaut. Pseud. l. 5. 81.* Desiste, recte ego meam rem sapio. ¶ Sapere ad genus, est nosse probe curare cuticulam, & indulgere genio. *Plaut. Pers. l. 1. 28.* Sapis multum ad genus. ¶ Notat etiam, ut diximus, saporem habere, *aver sapere, χυμίζω*, & pertinet ad sensum gustus, proprieque res ipsa sapere dicitur, quæ habet in se aliquem saporem. *Col. l. 7. c. 8.* Nec dubium, quin fici ramulis glaciatus caseus jucundissime sapiat. *Plin. l. 9. c. 17. de nullis.* Laudatissimi conchylium sapiunt. h. e. conchylii saporis habent. ¶ Dicitur etiam de sensu, sive organo gustus, pro saporem percipere, vel de saporibus recte iudicare. *Cic. 2. Fin. c. 8.* Nec enim sequitur, ut cui cor sapiat, ei non sapiat palatus. ¶ Transfertur ad odorem. *Plin. l. 17. c. 5.* Certe Cicero lux doctrinarum altera, meliora, inquit, unguenta sunt, quæ terram, quam quæ crocum sapiunt. ¶ In hac notione pro saporem habere sumitur non ineleger per translationem, pro referre. *Pers. Sat. l. 1. v. 11.* Cum sapimus patruos. idest cum sapientiam patruorum referimus.

Sapis, m. 3. *Ἰσπίνος*, h. *Æmilis*. Oritur in Romandiola Florentina 12. M. P. supra Sarsinam, deinde per Romandiolum propriam fluens, in mare Adriaticum cadit. *Plin. l. 3. c. 15.*

Sapium, ii, genus picis. *Plin. l. 16. c. 13.*

Saplitus, i, m. valde dives, *Ἰσπινός*. Legitur in *Petrani fragment. Tragur.*

Sapo, onis, *sapone, savone, סָפֹן*, *Ger. seifen*, *Gal. savon*, *Hisp. xavon, σαπῶν, σμύκη*, compositum quoddam ex sevo, & cinere, quo lineæ vestes, & manus mundantur, & dealbantur. *Plin. l. 28. c. 12.* Prodest & sapo. Gallorum hoc inventum, rutilandis capillis ex sevo, & cinere.

Saponarius, ii, m. qui saponem conficit. *Plin. Valerian. l. 1. c. 21.*

Saponatum, i, n. *saponata*, saponis aqua macerati bullæ. *Theodor. Priscian. l. 1. c. 8.* Saponato aliquid lavare.

Sapor, oris, *sapere, טָעַם*, *Ger. geschmack*, *Gal. saveur*, *Hisp. sabor, חָמוֹס, חָמוֹס*, qualitas illa rerum, quam gustu dignoscimus, ab Æolico, & Laconico *ἔσπερ*, pro *ἔσπερ*, *succus*. Nam sapor est in succo, & humore, eoque pro succi bonitate, aut pravitate res bene, vel male dicitur sapere. *Plin. l. 15. c. 27.* Tria ex mundi elementis sunt sine sapore, sine odore, sine succo, nempe ignis, aer, aqua. *Id. ibid.* Communia pomis, omnibusque succis saporum genera tredecim reperiuntur: dulcis, suavis, pinguis, amarus, aulterus, acer, acutus, acerbus, acidus, salus, &c. *Cic. 3. Fin. c. 10.* Ut enim mel, et si dulcissimum est, suo tamen proprio genere saporis, non comparatione cum aliis, dulce esse sentitur. ¶ Translate ponitur pro jucunditate fermonis. *Cic. in Brut. c. 46.* Gravius obrebat, nescio, quo sapore vernaculo. ¶ Item pro sapientia. *Arnob. l. 3.* Quisquam ne est hominum rationis alicujus sapore contactus, qui &c.

Sapor, is, commune nomen plurium Perfarum Regum, ut Pharao Ægyptiorum. *Sidon. Carm. 7. v. 99.* Parthicus Sapor.

Saporatus, a, um, adject. saporis habens, *sapidus*. *Tertul. de Spectac. c. 27.* Conditâ pulmenta, & bene saporata. *Arnob. l. 5.* Saporator sanguis. *Turneb. l. 28. Advers. c. 45. & l. 29. c. 6.* legit etiam apud *Virg. 6. Æn. v. 420.* Melle saporatam, & medicatis trugibus offam. Ubi alii saporatam.

Sapōrus, a, um, adject. saporatus, *sapidus*. *Prudent. Cathem. 4. v. 49.* Nil est dulcius, ac magis saporum.

Sapphicus, a, um, adject. a Sappho, ut Sapphicum carmen, *Diomed. Gramm.* Sapphica Musa. *Carul. Carm. 35.* ad *Cæcilium Novocomenf.*

Sapphiratus, a, um, *σάφειρος*, sapphiris intertextis variegatus. *Sidon. l. 2. ep. 10.* Ac si sub verficoloribus figuris vernans herbida cruenta sapphiratos lapillos, &c.

Sapphirinus, a, um, *σάφειρος*, quod est ex sapphiro, ut Lapis sapphirinus. *Plin. l. 37. c. 9.* Inest ei aliquando & aureus pulvis, non qualls in sapphirinis.

Sapphirus, i. 2. *zaffiro, σάφειρος*, lapis pretiosus coloris aerii, aureis punctis collucens. *Plin. l. 37. c. 9.* Sapphirus enim & aureis punctis collicet. Cœruleæ & sapphiri, raroque cum purpura.

Sappho, us, f. 4. *σάφω*, insignis Poetria Lyrica, carminis inventrix, quod ab ea Sapphicum appellatur, ex Erefo urbe Lesbii inf. qua tempestate floruerit Alceus, Terpichorus, & Pittacus, tempore Tarquini Prisci. Ea plectrum prima invenit. Scripsit Lyricos modulos, Epigrammata, Elegidia, Jambos, & Monades. *Ovid. Heroid. ep. 15. v. 3.* An, nisi legisse auctoris nomina Sapphus, &c. Hæc ex amoris impotentia de Leuce de præcipitem dedit. Hinc *Stat. l. 5. Silv. 3. v. 54.* saltusque ingreſſa viriles Non formidata temeraria Leuce Sappho. ¶ Puellarum amoribus infamis fuit. Hinc *Horat. l. 2. od. 13.* Æoliis fidibus querentem Sappho puellis de popularibus.

Sappinia Tribus non fuit una ex Romanis Tribubus, sed ita appellata est regio Umbriæ. *Liv. l. 31. c. 2. & l. 33. c. 37.*

Saprophago, is, a. 3. putridis cibis vescor, a *σαρπός*, *putris*, & *φάγω*, *comedo*. *Marcell. l. 3. epigr. 77.* Ut velor enim, Bœtiæ, saprophagis? Quædam Editiones scribunt græce *σαρροφάγος*. Est enim græca vox.

Sapros, adject. *σαρπός*, græce, putridum significat. Hinc apud *Plin. l. 28. c. 9.* Sapros caseus dicitur, qui cum sale, & forbis siccis et vino tritus, potuſque medetur caliacis.

Sarabara, æ, f. Sarabara, orum, n. vestis Persicæ genus fluxum, & sinuosum, ut *Suidas*, & *Isid. l. 19. c. 23.* describunt. *Tertul. de Pall. c. 4. de Alexan. M. Vicerat Medicam gentem, & victus est Medica veste; triumphalem cataphractam amolitus, in captiva sarabara decessit. Id. de resur. carn. c. 58.* Babylonii ignes trium fratrum nec tiaras, nec sarabara læserunt.

Saraceni, m. 2. populi Arabiæ Felicis, qui prius Agareni, & postea Ismaelitaræ dicti sunt, quorum regio Saraca, vel Saracene. *Ammian. l. 13.*

Sarcasmus, i, m. *σαρκασμός*, (vox græca) ironia amara, irrisio quæ fit diductis labiis, ostensivis dentibus more canum. *Diomed. Gram. Quintil. l. 8. c. ult.* Talis est illa *Virg. 12. Æn.* En agros, & quam bello, Trojane, petisti Hesperiam metire jacens.

Sarcimen, inis, n. *σάρκη*, futura. *Apul. l. 4. A. A.* Tunc tenui sarcimine summasoras ejus adæquavimus, & juncturæ rimam setæ densitate sepiimus.

 ¶ Item Saturnia oppidum fuit a Saturno conditum in monte Capitolino, sive Tarpejo. Quare hoc nomine postea etiam Roma appellata est. *Virg. 8. Æn. Ovid. 1. 6. Fast.* ¶ Saturnia quoque, seu Colonia Saturniana, *Saturnia, Sittagna*, urbs fuit Etruriz, excisa. Eo coloniam Romani misere anno U. C. 572. C. Claudio, Q. Fabio Cofs. eodem anno, quo Aquilejam, Mutinam, Parmam. Deduxerunt Triumviri Q. Fabius Labeo, C. Afranius Stellio, Ti. Sempronius Gracchus. Jurgata in singulos dena data. *Sigon. l. 2. de ant. usq. Italia, c. 5.* ¶ Saturnia etiam nomen fuit portæ urbis Romæ, quæ al. Pandana.
 Saturnigæna, æ, m. Saturni filius. *Auson. l. 1. v. 22.* Testatur Saturnigenam, nec nomine cessat Inculcare Jovem.
 Saturninus, a, um, adject. Saturnini Italiz populi in Etruria, *Plin. l. 3. c. 5.* ¶ Saturninus, cognomen fuit quorundam Rom. virorum, ut L. Apulejus Saturninus, apud *Flor. l. 3. c. 16.* L. Antonius Saturninus, apud *Aurel. Vict. in epitom. c. 23. &c.*
 Saturnus, a, um, æpivov, quod ad Saturnum spectat, ut Conjux Saturnia, idest Ops, Virgo Saturnia, idest Vesta, Juno Saturnia, idest filia Saturni, Saturnus mons, idest Tarpejus, seu Capitolinus, ubi Saturnus oppidum condidit. *Ovid. 6. Fast. Virg. 2. Æn. & Sil. l. 10.* ¶ Interdum accipitur pro Latino, & Romano, quia Saturnus in Latio regnavit. *Ovid. 1. Fast.* Saturnia ejus Demperat oppositas invidiosa feras, idest virgo Romana, filia Sp. Tarpeji. *Virg. Ecl. 4.* Saturnia regna.
 Saturnus, i, Saturno, æpivov, filius Urani, vel Cœli, & Vestæ, Rex Cretensium. *Cic. 3. de nat. Deor.* Sed idem *Cic. l. de Univers.* scribit, fuisse filium Oceani, & Salaciz, nepotem Cœli, & Terræ. Vulgo etiam dixere Saturnum Pollucis filium, quod Saturnalibus continuæ epulæ, ac comestationes essent. *Fulgentius in Mythologicis.* Poetæ fabulati sunt, Saturnum patri Cœlo virilia abscidisse, atque in mare projecisse; inde Venerem esse procreatam, quæ a spuma, unde coaliit, *Æphrodite* nominata est. *Cic. 2. de nat. Deor. & Ovid. in Ibin.* Uxorem auxit forem tuam Opem, fex Cybelen, sive Rheam, sive Tellurem. *Ovid. 9. Met.* Ex ea fex filios suscepit, Chironem, Chronum, Picum, Jovem, Neptunum, Plutonem, & quatuor filias, Cererem, Glaucom, Junonem, Vestam secundam. *Ovid. l. 6. Fast.* Sed Chronus, seu Cronus communitate exilimatur idem, qui Saturnus. Cum Titan Saturni frater major natu parenti succedere vellet, tamen animadvertens, matrem, forefex Saturno magis favere, Regnum ipsi concessit, ea tamen lege, ne Saturnus prolem masculam educaret, ut Regnum ad suam prolem rediret. Saturnus igitur devorabat filios omnes masculos, quotquot sibi nascerentur. Cum plures liberos devorasset, nati sunt gemini Jupiter, & Juno. Tum mater Junonem Saturno ostendit, Jovem vero clam nutriendum ablegavit, adhibitis interim Corybantibus, qui cymbalorum, tympanorumque pulsû obftrere, ne pueri vagitus audiretur. Saturno autem, cum ille puerum deposceret, ut & ipsum devoraret, Ops lapidem ostendit pannis involutum, simulans, eum lapidem partu a se editum esse, quem ille acceptum sine mora devoravit. Neptunum quoque clam Saturno Ops peperit, quem similiter clam educari curavit. Tertio rursus geminos enixa est, Plutonem, & Glaucom. Tunc similiter Glaucom Saturno ostendit, Plutonem abscondit. *Ovidius l. 4. Fast.* hujus impetatis Saturni causam affert, quod illi oraculum redditum fuerat, fore, ut a filio Regno privaretur. Detecta tandem fraude, cum Titan rescivisset, fratri prolem masculam esse, suosque ea ratione Regni successione pelli, cum filius, qui Titanes a patre cognominabantur, bellum adversus Saturnum suscepit, illi, quæ, & Opem forem captos muro inclûsit. Sed a Jove filio devictis Titanibus liberati sunt, & in Regnum reducti. Porro Saturnus ex Oraculo edoctus, vel conjectura prospiciens, fore, ut a filiis Regno periretur, cœpit Jovi insidias struere. Jupiter patris scelere detecto eum vinculis cohstrinxit, deinde ex Creta expulit. Saturnus in Italiam fugit. ¶ Venit in eam Italiz regionem, in qua Janus idest vel Noe, vel Japhet, vel Javan regnabat, a quo humanissimè exceptus est. Diu apud Janum occultus vixit, & quasi latitavit. Hinc regio illa Latium est appellata. *Virg. 8. Æn. & Ovid. 1. Fast.* ¶ Accepit a Jano Regni ejus partem, regionem videlicet illam, ut ajunt, quæ postea Latium litorale dicta est. Hæc regio, in qua Saturnus regnavit, post illius mortem nuncupata est Saturnia. ¶ Congregavit in unum locum homines, qui in montibus, & in agris dissipati erant, dedit leges de recte, & honeste vivendo, mœnibus inclufit. Urbem, quam condidit, in Capitolino monte condidisse fertur, & de suo nomine appellavisse Saturniam. *Virg. l. 1.* ¶ Docuisse dicitur Italos agriculturam, qui prius sine ulla observatione, atque arte agros colebant. Hinc effingitur, & pingitur cum falce. ¶ Saturno regnante seculum aureum fuisse fabulantur. Terra enim sua sponte expers atrari pariebat fruges, nulli erant limites agrorum, nulli fex, omnia omnibus communia erant, saltem in Latio, & in tota Italia. Hinc Romani Reipublicæ ærarium in templo Saturni collocaverunt. ¶ Post multas res gestas, quibus immortalẽ famam esse adeptus videbatur, repente ex hominum oculis evanuit, vel morte, quam sibi ipse confecerit, vel voluntaria discessione ex Italia. ¶ Delubris, & aris honoratus fuit, non solum in Italia, sed etiam in Græcia, & aliis orbis terræ regionibus. Sed potissimum in Occidente colebatur. *Cic. 3. de nat. Deor.* Romani in dedicatione templi Tritones inculpsere in parte superiore, eorum vero caudas sub terra sepelierunt, ut significarent, post Saturnum historiam manifestam, & vocalem, ante obscuram, & mutam fuisse. *Borc.* ¶ Saturno humana hostia sacra faciebant, sed Hercules, cum venit in Italiam, barbarum illum morem sustulit, præcepitque, ut Saturno sacra de frugibus facerent, peracto autem sacrificio triginta statuas ad hominum similitudinem emictas, & humanis vestibus ornatas proicerent in Tyberim. Statuæ Argæi appellabantur, fortasse ab Argis Herculis patria. Romanorum ætate projiciebantur a Virginitibus Vestalibus, præsentibus Pontificibus, Prætoribus, &c. Hoc sacrificium fiebat post æquinoctium vernum, idibus Maji. *Dionys. Halicarn.* ¶ Saturnus item unus est ex septem planetis, seu stellis errantibus, ut jam innuimus. Cursum suum triginta annis conficit. *Cic. 2. de nat. Deor.* Nam ea, quæ Saturni stella dicitur, Phœnœque a Græcis nominatur, quæ a terra abest plurimum, triginta fere annis cursum suum conficit. In quo cursu multa mirabiliter efficiens tum antecedendo, tum retardando, tum vespertinis temporibus delitescendo, tum matutinis rursus se aperiendo, nihil immutat sempiternis seculorum ætatibus, quin eadem usdem temporibus efficiat.
 Saturo, as, a. i. *feriare, satolare, κρηνην*, saturnum reddo, satio, cibo, potuque expleo. *Cic. 2. de nat. Deor.* Nuper nati mammas appetunt, earumque uberitate saturantur. ¶ Transfertur ad inaniam pro implete. *Virg. 1. Georg. v. 8.* Saturare solum fimo pingui. ¶ Item ad annum. *Cic. pro Dom.* Explevi animos invidorum, placavi odia improborum, (saturavi etiam perfidiam, & scelus proditorum. *Id. 2. Pbil. c. 24.* Saturavit se sanguine dissimulimorum sui civium.
 Sa'vus, us, m. *feminazione, piantazione, acqua*, actus ferendi, feminatio,

plantatio. *Cic. 2. de Div.* Herbam autem asperam, credo, avium congestu, non humano satu. *Id. de Sen.* Quid ego vitium ortus, satius, incrementa comminore? ¶ Speciatim sumitur pro generatione. *Cic. 1. Off.* Hoc Herculi Jovis fatu edito potuit fortasse contingere. *Id. 1. de Div. c. 42.* Ob eandem causam multa inusitata partium e cœlo, alia ex terra oriebantur, quædam etiam hominum, pecudumque conceptu, & fatu. *Id. 5. Fin. c. 23.* A primo fatu, quo a procreatoribus nati diligerunt. ¶ Quandoque etiam pro femine ponitur. *Cic. 2. Tusc.* Quæ extrahit vitia radicitus, & præparat animos ad fatus accipiendos.
 Satus, a, um, *επιποιω*, feminatus, vel plantatus, partic. a feror. *Virg. 8. Ecl.* Atque fatas alio vidi traducere mœses. ¶ Sumitur etiam pro genito. *Cic. 1. Tusc.* Non enim temere, nec tortuito fati, & creati sumus. *Virg. 6. Æn. v. 225.* Sate sanguine divum, Tros Anchisade.
 Satyra, æ, f. *satira, satyρα, το satyρακον satyρα*, carmen maledicum, & ad carpenda vitia compositum, item genus carminis, in quo multa metra, ac res pariter miscentur. Duo enim satyrarum genera fuisse constat, alterum apertam hominum reprehensionem continens, & acrem vitiorum objurgationem, alterum, quod carminum, & rerum varietate conitabat. Scaliger ad l. 5. Manili, & Calaubonus lib. de *Satyra*, scribere jubent *satira*, vel more antiquo *satyra*. Qui *satyra* scribunt, eo id faciunt, quia hoc carminis genus a Satyris habere nomen arbitrantur, idque ob diacritatem, quæ & Cæsaris Scaligeri sententia est l. 1. Rei Poeticæ c. 12. Aliqui causam afferunt, quod in hoc genere carminis res ridiculæ, pudendæque scribuntur, quemadmodum proferri a Satyris solebant, vel quod in antiqua satyra introducebantur Satyrorum personæ, aut li quæ erant ridiculæ similes Satyris. Qui *satyra* malunt, ea res adducunt, quia genus hoc postea dictum censent ob carminis varietatem, & propter copiam rerum, quæ ibi tractantur. Ut magis liquet, ultra sententia sit potior, distinguendum fortasse est inter satyram Lucili, Horatii, Persii, & satyram Ennii, & Varronis. Prior ita dicta videtur a Satyrica Poesi. Nam huic erat similis ob maledictum. At satyra Ennii, ac Varronis ex eo nomen accepit, quod multa metra, ac res pariter misceret. Quod ex *Diomed. l. 3.* cognoscere est. V. *Satyra*. Quare posteriorem hanc *satyram*, vel *satiram*, alteram illam *satyram* appellari placet iis, quos adduximus, *Calaubono*, & *Scalig.* Verum, utcumque se res habeat, non esse a communi scribendi per & consuetudine recedendum, pluribus ostendit *Daniel Heins. l. 1. de Satyra Horat.* cum utrumque, quod diximus, carminis genus comode possit a Satyris deduci. *Horat. l. 2. Sat. 1.* Sunt, quibus in satyra videar nimis acer. *Sat. l. 1. Sil. 3.* Liventem (satyram) nigra rubigine turbas.
 Satyri, orum, m. *Satiri, Σατυροι, Ger. satiren, Gall. satirs, Hisp. satyros, satyros*, animalia quadrupedia, humana effigie, recte currentia, & pernicissima, immenstæ libidinis, in ultimis Libyæ gentibus, & in subolanis Indorum montibus, quæ veteres pro sylvestribus Diis coluerunt. Ita eos describit *Plin. l. 7. c. 2.* *Ovid. 1. Fast.* Panes, & in Venerum Satyrorum prona juventus. *Cic. 6. Ver.* Satyrys, qui apud Tarentinos in æde Vestæ est.
 Satyriasis, is, f. *satyriasis*, inguinum morbus quidam, cum nimia turgentia virile membrum arripitur; ita dictus vel a satyrio herba, quæ vin excitandæ libidinis habet, vel a Satyrorum lascivitate. *Cal. Auzelian. l. 3. c. 18. & Theodor. Priscian. l. 2. c. 11.*
 Satyricus, a, um, quod ad Satyros spectat. Satyricum signum, erat simulacrum Priapi, quod in hortis apud antiquos constitui solebat, veretro arrecto, ut fascinoles averterent. Dicitur est satyricum, quia Satyri penem semper erectum habent. *Plin. l. 19. c. 4.* Quam rem comitata est & religio quædam, hortocolæ, & tores tantum contra inventum hæscinaciones dicari videmus. In remedio satyrica signa, quanquam hortos tutelæ Veneris assignante *Plauso*. ¶ Item ad satyram pertinens, *satyrico, mordax.* *Sidon. l. 8. ep. 11.* In materia satyrica pollicitus, & mordax. *Vitruv. l. 7. c. 5.* Tragicò more, ut Comico, seu Satyrico. ¶ Satyricus, i, absolute, satyrarum scriptor. *Sidon. l. 4. ep. 1.* ¶ Satyricon, i, n. *fatyca*, satyricum opus. Sic inscribitur *Petrovii* liber.
 Satyriion, ii, n. genus herbæ ad libidinem incitantis. *Petrin. in Satyr.* Utique omnes mihi videbantur satyriion bibisse. Adde *Plin. l. 26. c. 10.* Satyricus, i, m. *Satirello*, parvus Satyrus, *satyriakon*. *Cic. l. 1. de Divin. c. 20.* Somniavit, se peperisse Satyricum.
 Satyrographus, i, m. qui fatyras scribit. *Sidon. l. 1. ep. 11.*
 Satyrus, V. Satyri.
 Sauciatio, onis, *ferita, τραυμα, τραυματις*, actus sauciandi, vulneratio. *Cic. pro Cæc. c. 15.* Et sauciatio quaeretur, cum fugam tacitam esse constabit?
 Sauciatus, a, um, *ferito, τραυματισ*. *Colum. l. 11. c. 1.* Sive quis sauciatus in opere noxam cepit.
 Sauciatus, atis, f. sauciatio. *Cal. Auzelian. Tard. l. 2. c. 13.*
 Saucio, as, a. i. *ferire, τραυματισ*, Ger. *verwunden*, Gal. *blesser*, Hisp. *herir, κρηνηναι*, vulnero, vulnus infligo. *Plaut. Rud. 3. 4. 53.* Quid causæ est, quin virgine te ulque ad saturitatem sauciam? *Cic. 3. Ver. c. 26.* Servi nonnulli vulnerantur, ipse Rubrius in turba sauciatur. ¶ Dicitur etiam de plantis. *Col. l. 4. c. 24.* Saucianda ferro est, atque exulceranda vitis in ea parte, &c. ¶ Translate etiam usurpatur pro lædere, molestia afficere, &c. *Cic. Att. l. 14.* Meus discipulus, qui hodie apud me cœnat, valde amat illum, quem Brutus noiter sauciavit. *Plaut. Bacch. l. 1. 30.* Sauciare famam alicujus.
 Saucius, a, um, *ferito, impiagato, τραυματισ*, Nonio teste, proprie est vulneratus. *Cic. pro Cæc.* Nemo, inquit, occisus est, neque saucius. *Cef. l. 3. B. C.* Sauciorum modo, & agrorum habita ratione. ¶ Translate sumitur pro tello. In qua acceptione reperitur cum gen. *Apul. l. 2.* Mihi vero fatigationis hæsternæ etiam nunc saucio da veniam. ¶ Transfertur etiam ad animum. *Cic. Att. l. 1. ep. 12.* Subesse nescio quid opinionis incommode, sauciumque ejus animum, & indefesse quædam odiosas suspensiones. *Id. pro Cal. c. 8. ex Passa.* Medea amore sauo saucia. ¶ Item transfertur ad res, quæ sensu carent. *Ovid. 1. Met. v. 102.* Nec ullis saucia vomeribus per se dabat omnia tellus. ¶ Saucius vino dicitur, qui ebrius est. *Jussim. lib. 28. c. 8.* Galli hæsterno mero saucii. *Marsial. l. 4. epigr. 66.* Incaluit quoties saucia vena mero. Absolute. *Id. l. 3. epigr. 68.* Quid dicat, nescit saucia Terpsichore.
 Savillum, V. Savillum.
 Saviour, V. Suavior.
 Savium, V. Suavium.
 Savo, onis, m. 3. *Savone*, fl. Campaniæ, qui inter Sinuessam urb. exe. & Vulturum fl. in mare labitur. *Plin. l. 3. c. 2.*
 Savo, onis, f. *Savona*, urbs Liguria, in 3. ora Occ. cum duplici arce, & portu amplo. *Liv. & Plin.*
 Saurex, icis, m. *sapo, mus.* *Serv. ad lib. 2. Georg. v. 30.* Caudicibus posuit pro codicibus, sicut caulem pro colem, sauricem pro forice dicimus.
 Saurion, ii, n. herba sinapi. *Plin. l. 19. c. 8.*
 Saurites, æ, f. *σαυριτης*, gemma, quæ in ventre viridis lacertæ invenitur traditur a *Plin. l. 37. c. 10.*
 Sauricthos, *σαυριθησ*, nomen statuæ factæ a Praxitele, qua re-

presentabatur vir lacertam necans, a *μυρτίς, lacertus, & κριόλι, occi-*
do. Plin. l. 34. c. 8.
 Sauromatae, arum, m. populi iidem qui Sarmatae. *Juvenal. 2. Ultra Sauro-*
matas fugere hinc libet, & glaciale Oceanum. ¶ In singulari
 num. *Ovid. 3. Trist. eleg. 12. v. 30. Stridula Sauromates plaustra bubul-*
cus agit. V. Sarmatae.
 Saurus, i, m. *il Sauru*, fluvius Norici, qui per Illyricum, & Pannoniam
 in Danubium influit. *Claudian. l. 2. de laud. Stilic. v. 192. Pannonius po-*
torque Savi.
 Saxatilis, & le, adiect. *Saxiatulo, che Sax fra i sassi, σαξιατοῦ, σαξιατοῦ,*
 quod saxa incolit. *Col. l. 8. c. 16. Rurifus optime saxosum mare nomi-*
 nis sui pices nutrit, qui scilicet, quod in petris stabulenti, saxa-
 tiles dicti sunt, ut merule, turdique, nec minus melanuri. *Var. l. 3. R.*
R. c. 7. decolumbis: Unum agreste, ut alii dicunt, saxatile, quod ha-
 betur in turribus, ac columbinis villæ. ¶ Piscatus saxatilis, qui fit
 inter saxa. *Plaut. Rud. 2. l. 10. Post id hamatitem piscatum, & saxa-*
tilem aggredimur.
 Saxetanus, a, um, *σαξιατοῦ*, quod inter saxa habitat. *Martial. l. 7. ep.*
77. Cum saxetani ponatur cauda lacerti.
 Saxetum, i, *luogo sassoso*, Ger. *Steinachtig*, Gal. *lieu pierreux*, Hisp. *pe-*
drejal, τρυχάρι, locus saxosus, seu petricosus. *Cic. de L. Agr. 2. cap. 25.*
 Aut quod est tam asperum saxetum, in quo agriculturalum cultus non
 elaboratur?
 Saxeus, a, um, *di sasso, λιθινός*, quod e saxo est. *Lucan. l. 4. Saxeus*
ingenti quem pons amplectitur arcu. ¶ Translate *Plin. l. 2. epist. 3.*
 Quem tu nisi concupiscis cognoscere, saxeus, ferreulque es.
 Saxialis, le, adiect. *di sasso. Frontin. de colon. pag. 355. edit. Goef. Ter-*
 mini lapidei alii saxiales, alii molares.
 Saxifer, a, um, adiect. saxa terens. *Valer. Flac. l. 5. Argon. v. 608. Saxi-*
feræ furgat quibus imber arenæ.
 Saxifluis, a, um, *σαξιατοῦ*, quod in saxa vertit. *Ovid. 5. Met. Tuzque*
Saxifluis vultus, quacunque ea, tolle Medusæ. Sen. Herc. Fur. v. 901.
 Cujus in læva ciet Ægis terrores ore saxifico minas.
 Saxifragum, i, n. vel saxifraga, æ, f. *saxifragia, σαξιδρακίον*, genus
 herbæ, quod aliqui adiantum nigrum esse dicunt, alii herbam esse pu-
 tant bipinnellæ similem, folio tantum minore, ac magis serrato, & mi-
 nime piloso, quam vulgus parvum acum pastoris vocat, Græci emper-
 tron. Ita dictum est, quod calculus in corpore frangat, vel quia, in
 locis saxosis cum enascatur, saxa ipsa frangit, dum crescit. *Plin. l. 22.*
c. 21. Calculos e corpore mire pellit, transigit, utique nigrum. Qua
de causa potius, quam quod in saxis nasceretur, a nostris saxifragum
appellatum creditur. Sever. Sammon. c. 33. v. 599. Saxifragum, seu
fontigenam succurrere credunt. Adde Apulei. de herb. c. 97.
 Saxifragus, a, um, adiect. qui saxa frangit. *Cic. 3. de Orat. c. 42. ex po-*
ta: Undæ saxifragæ.
 Saxigenus, a, um, adiect. e saxo natus. *Prudent. Cathemer. 5. v. 7.*
 Saxitas, f. saxi natura. *Cal. Aurel. Tard. lib. 3. c. 4. Durities atque*
saxitas.
 Saxones, um, m. *Sassoni*, Germanicæ populi, apud Cimbricam Chero-
 nides, quorum regio Saxonia dicitur, *Sassonia. V. Geographos. Clau-*
udian. in Epist. Pallad. & Celer. v. 89. Quæ sævis obiecta Getis, quæ
Saxona frænat. Id. l. 1. in Eutrop. v. 392. domito quod Saxone Te-
thys mitior.
 Saxonia, æ, f. *la Sassonia*, provincia ampla Germanicæ, quæ duplex
 est, superior, & inferior, superior, *il circolo dell' alta Sassonia*, con-
 tinet Marchiam Brandeburgicam, Pomeraniam, Thuringiam, Misniam,
 Ducatum Saxoniæ, & Principatum Anhaltinum: inferior, *il circolo*
della bassa Sassonia, habet Ducatum Brunsvicensem, Lunenburgensem,
 Meideburgensem, Bremensem, Megalopolitanum, Holfatiæ, & La-
 pteburgensem, Principatus Ferdensem & Halberstadensem, & Epi-
 scopatum Hideshemium.
 Saxositas, atis, f. saxitas. *Cal. Aurel. Tard. l. 3. c. 6. Durities, sive*
saxositas.
 Saxosus, a, um, *sasso*, Ger. *Steinachtig*, Gal. *pierreux*, Hisp. *pedregoso,*
σαξιατοῦ, saxorum copiam habens, saxis abundans. *Col. l. 5. c. 10. Lo-*
ca aprica, calculosa, glerosa, interdum & saxosa amat. ¶ Saxosus
 frutex, in saxis crescens, vel saxosis locis. *Plin. l. 15. c. 7. Simillimum*
huic inest ex chamaeæ frutice saxoso.
 Saxulum, i, *saxetto, λιθιακός, πετροδίου*, exiguum saxum. *Cic. 2. de Or.*
c. 44. Ut Ithacam illam in asperissimis saxulis tanquam nidulum affi-
nam sapientissimum vir immortalitati anteponebat.
 Saxum, i, *sasso, pietra, σῆς*, Ger. *Stein*, Gal. *pierre, rocher*, Hisp. *pie-*
dra, λίθινός, πέτρα, lapis naturalis, grandis, durus, asperque, quales
 et monte excidi solent. *Cic. de Fato c. 3. Quid mirum igitur, ex spe-*
 lunca saxum in cetera ejus incidisse? ¶ Ponitur etiam pro quocumque
 lapide. *Virg. 1. Æn. Jamque faces, & saxa volant. Cic. pro Cæc. Qui*
saxa jacerent. ¶ Interdum usurpatur pro scoppulo. *Virg. 1. Æn. Tres*
Notus abrepas in saxa latentia torquet, &c. ¶ Item pro monte.
Virg. 2. Georg. Mitis in apricis coquitur vindemia faxis. Id. 2. Æn. Stup-
pet infans alto accipiens sonitum saxi de vertice pastor. ¶ Per an-
 tonomastiam dicitur de Tarpeo monte, unde rei insignes præcipitaban-
 tur. *Tacit. Ann. 2. c. 32. Quorum e numero L. Pituanus saxo dejectus*
est. Adde Plaut. Trin. 2. l. 39. ¶ Inter sacrum, & saxum stare, pro-
verb. V. Saurum. ¶ Volvere saxum dicuntur, qui inexhausto quopiam,
 atque inutili labore fatigantur. Tractum est, auctore *Donato in Ter.*
Sityphi fabula saxum apud interos sursum, ac deorsum volventis. Ter.
Eun. 5. 9. 55. Satis diu jam hoc saxum volvo.

S A N T E C.

Scabellum, vel scabillum, i, *scabello, bancetta, סוּרְרָה*, Ger. *Schmeil*, Gal.
escabeau, escabelle, Hisp. *escavelo, שפיר*, parvum scamnum. *Varro l. 4.*
de L. L. Quia simpliciter scamnone icandebant in lectum non altum, sca-
 bellum, in altiore, scamnum. *Quintil. l. 1. c. 4. Quare discat puer,*
 quid in literis proprium, quid commune, quæ cum quibus cognatio:
 nec miretur, cur ex scamno fiat scabellum, &c. ¶ Igitur etiam musi-
 cum instrumentum, quod a Tibicine pede pulsabatur, dum manu &
 ore tibiam infaret; quod quidem instrumentum *σούρρον* erat, hoc est
 eundem semper reddens vocis tenorem, ut diserte tradit *Aug. l. 4. de*
Musica. V. Callisichis differ. de Pantomim. c. 14. ubi plura. Sueton. in Ca-
lig. c. 54. Magno tibiarum, & scabellorum crepitu. Cic. pro Cæc. c. 27.
 Scabilla (al. scabella) crepant, aulæum tollitur.
 Scaber, bra, brum, *scabroso, áspro, ספיר*, Ger. *rauch, Gal. rude, apre,*
 Hisp. *barraçoso, áspero*, asper. *Cic. 3. Tusul. Atque intonsa infuscata*
 pectus illuvie icabrum. *Virg. 1. Georg. Exefa invenies scabra rubiginis*
 pila. *Plin. l. 33. c. 6. Lapis horridior, scabriorque.* ¶ Speciatim ponit
 pro scabioso, seu quod scabie morbo laborat. *Colum. l. 7. c. 4.*
 Hoc modo curatum pecus toto anno scabrum fieri non potest. ¶ In-
 terdum pro sordido. Sic unguis, & dentes dicuntur scabri, qui
 Tom. II.

sordidi sunt, etiam si non sint asperi tactu, ut ait *Falla in Roud. Cel.*
l. 6. c. ult. At ubi scabri unguis sunt, circumasperiri debent, &c. Pe-
tron. in Satyr. Scabri dentes. ¶ Translate capitur pro duro, insua-
 vi, ineleganti, inculto. *Macrob. l. 6. Satur. c. 3. Quod versus eorum*
 scabri nobis videntur.
 Scabidus, a, um, adiect. scabiosus, ut scabidæ palpebræ. *Mercel. Em-*
pir. c. 8. Translate Tertul. de anim. c. 38. Scabida concupiscentia. h. e.
mala prurigne infecta.
 Scabies, ei, f. *scabbis, rogna, נרס, Ger. raud, Gal. galle, Hisp. sarna,*
שׂרשׂ, asperitas cutis cum pruritu. *Cels. l. 5. c. 28. Scabies est du-*
 rior cutis rubicunda, ut quæ pustulæ oriuntur, quædam humidiores,
 quædam sicciore. Exit ex quibusdam sanies, fitque ex his continuata
 exulceratio pruriens. Adde *Hor. de arr. poet. v. 417. ¶ Quoniam vero*
 scabiem comitatur pruritus, pruritus autem scabendi cupiditas, & ex
 fricatione quædam voluptas, factum est, ut scabies pro voluptatis il-
 lecebri accipitur. *Cic. 1. de Leg. c. 17. Cujus blanditiis corrupta, quæ*
 natura bona sunt, quia dulcedine hac, & scabie carent, non cernuntur
 facis. Sic *Hor. l. 1. ep. 12. Cum tu inter scabiem tantam & conta-*
 gia lucri Nil parvum sapias. h. e. pecuniæ cupiditatem.
 Scabile, is, n. 3. idem ac scabellum. *Cato c. 10. Scammum in cubiculo*
 unum, scabilia tria, scellas quatuor. Al. leg. *scabilia.*
 Scabillum, V. Scabellum.
 Scabiosus, a, um, *rogna, שׂרשׂ*, qui scabie laborat. *Colum. l. 11. c.*
2. Per ver scabiosi hoves sunt. ¶ Item asper, scaber. *Perf. sat. 5. v.*
74. Scabiosum far. h. e. vetustum, & a circulionibus exelsum.
 Scabiosus, inis, scabies, vel scabiola prurigo. Translate *Petron. in Sa-*
tyr. Omnem scabitudinem animo delere sine cicatrice.
 Scabo, is, scabi, sine sup. *fragare, gratrare, נרס, Ger. kratzen, sba-*
ben, Gal. grater, Hisp. rasar, נרסו, נרסו, trico, scalpo. *Hor. l. 1.*
sat. 10. v. 71. Et in versu faciendo sæpe caput scaberet, vivos & rode-
ret unguis. Plin. l. 8. c. 27. Spinis juniperi fe scabit.
 Scabratus, a, um, adiect. *Colum. l. 4. cap. 24. Vitis laniata, & scabra-*
 ta. h. e. ut idem *Colum.* explicat, quando asperis, & inæqualibus pla-
 gis in præcidendo laniatur, & pertingitur.
 Scabræo, V. in Scabres.
 Scabres, ei, idem ac scabritia, a *scaber. Pacuv. apud Non. c. 4. n. 25.*
 Quæ desiderio altumum, ponitundine squalæ, scabreque, & inculta
 vastitudine. *Turneb. l. 15. c. 15. & l. 29. c. 20. legit, Squalæ, scabre-*
 que, ut sit a verbis squalleo, & scabreo. Interpretatur enim, *Squa-*
lida, & scabra es. Var. apud Non. c. 2. n. 761. Ager derelinqueretur, ac
 periret squalæ, scabreque, illuvie, atque vastitudine. *Virg. in Cri-*
 v. 249. Quam te tam trilitibus illis Sordibus, & scabre patiar tabesce-
 re tali. ¶ Ita emendat *Scaliger.* Nam in vulgatis pro *scabre* est *scori-*
ria, repugnant metro. Græcæ enim est *σκωρία*. *Apul. l. 2. Flor. Intan-*
 di morbi putredine in serpentium scabrem solutum religiose humavit.
 Al. leg. *scabiem.*
 Scabridus, a, um, scaber, *Venust. Fortun. l. 2. carm. 10. v. 7. Scabrida*
 nunc reonant mea lingua rubigine verba.
 Scabritia, æ, *apreçia, scabrosità*, Ger. *rauche, Gal. apreçé, Hisp. apre-*
çez, שפיר, asperitas, inæqualitas. *Plin. l. 23. c. 4. Scabritiaque*
 cutis in tacite emendat.
 Scabrities, ei, idem ac scabritia. *Plin. l. 31. cap. 19. Et contra scabri-*
 tium linguæ trictus, comminutusque. ¶ Nonnumquam accipitur pro
 scabie. *Colum. l. 7. c. 5. Potest etiam scabritium tollere faccus viri-*
 dis cicutæ.
 Scabro, onis, m. 3. qui scabritie sædatus est, a *scaber.* Speciatim di-
 citur de eo, qui illuvie laborat, nec os colluit, aut os vulvisculo
 mundat: unde fit, ut illi, quemadmodum loquitur *Ovid. l. 8. Metam.*
fini scabri rubigine dentes, quæ res & scabrorum unuit nomen. U-
lian. l. 12. §. fin. ff. de edic. edict. Trebatus ait, non e. le morbosum,
 os alciui olere, veluti hircosum, scabronem. In vulgatis Juris libris pro
scabronem est *strabonem.*
 Scabrosus, a, um, o. 1. 2. idem quod scaber. *Plin. l. 20. c. 21. Hippolapa-*
 thi radices privatim unguis scabrosos detrahunt. *Hindu. legit scabros.*
 Scabrum, i, subst. n. idem quod scabritia. *Plin. l. 37. c. 2. Infestat*
 plurimum vitis, scabro, ferrugine, maculosa nube, &c.
 Scæva, æ, f. *σκωρία*, porta urbis Ilii, seu Trojæ, a *σκωρία*, qua vel *le-*
vum, vel infelix notat. Ita autem vocata est, vel quia Occidentem
 spectaret, & occidentalia dicuntur sinistra ab Auguribus Græcis, vel
 quia Trojanis fuerit intelix, quippe per quam intronitus fuerit:
 equus Durius. Utranque rationem asserit *Eustathius.* Iino & tertium ad-
 dit, ut sit a Scævo architecto. Cui & quartam addere conatur *Bernard-*
us Bald. de verb. Vir. signif. quia scilicet itinera haberet non directæ.
 Nam ipse *Vitruv. l. 1. c. 3. Curandum, inquit, ut non facilis sit a-*
 ditus ad oppugnandum murum, & excogitandum, ut portarum ite-
 nera non sint directæ, sed *σκωρία.* In quibusdam editionibus pro græ-
 cæ voce scribitur latine scæva. h. e. obliqua. *Virg. 3. Æn. Scævæque*
amplector limina portæ.
 Scævæ, æ, m. *manino, σκωρία*, qui sinistra manu utitur pro dextera,
 a *scævus. Ulian. l. 12. §. si quis, ff. de edic. edict.* Id sciendum est, scævam
 non esse morbosum, vel vitiosum, præter quam si imbecillitate
 dextræ validius sinistra utatur: Sed hunc non scævam, sed mancum
 esse dicimus.
 Scævæ, æ, f. augurium, a scævus augurii, idest sinistra. *Var. l. 6. de*
L. L. Vel obscænium ab eo, quod pueris turpicia res in collo quæ-
 dam suspenderit, ne quid oblit, bona scævæ causa, inde Scævola ap-
 pellatus. Ea dicta ab scævæ, idest sinistra, quod quæ sinistra sunt,
 bona auspicia existimantur. A quo dicuntur Comitæ, aliudve, quod
 sic ave sinistra, scævæ. Id a græco est, quod hi sinistra vocant *σκωρία.*
 Quare quod dixi, scævum, bonum omen est: obscænium vero, tur-
 pe. *Peff.* Scævam vulgus quidem & in bona, & in mala re vocat,
 cum ajunt bonam, & malam scævam. At Scriptores in mala ponere
 consueverunt, ut apud Græcos invenitur positum pro sinistro. *Plaut.*
Pseud. 4. 7. 39. Bene ego ab hoc prædatus ibo, novi, bona scævæ est
mihi. Id. Cæs. 5. 4. 4. Caninam scævam spero meliorem fore. Ubi per
caninam scævam aut occursum canis intelligit, qui inauspicatus hinc
 batur, aut latratum; ut sententia sit, minus hunc gravem fore, quam
 latratum, ac rixas uxoris.
 Scævitas, V. Scævitas.
 Scævola, æ, m. C. Mucius Scævola miles Romanus, qui Porfenam He-
 truricæ regem gladio adortus, per errorem, unum ex ejus satellitibus
 transtodit: quare ut manum puniret, in ardentem foculum injecit, ac
 raudiu tenuit, donec ambureret: hinc scævola vocatus, a *σκωρία*, *sinis-*
ter, quia postea sinistra tantum utebatur. *Liv. l. 2. c. 12.*
 Scævus, a, um, adiect. *σκωρία*, sinister, & tam in bonam, quam in
 malam partem sumitur, ut scævæ auspicia. V. verba *Varro. & Feff.*
 quæ atulimus in Scævæ, æ, f. Plerumque tamen in malam par-
 tem sumitur, ut *Feff. ibid.* monet. Hinc *Gel. l. 12. c. 13. Scævus*
 profecto, & cæcus animi forem, si, &c. h. e. stolidus, stultus.
 Apul.

Apul. l. 4. Metam. Scævdimum somnium.
Scala, α , f. *scala*, סלע, Germ. *leiter*, Gall. *esbèle*, Hisp. *escalea*, $\alpha\lambda\iota\alpha\kappa\alpha\zeta$, instrumentum ex pluribus gradibus constans, quo utrimur ad ascendendum in superiora. Utrupatur in utroque numero, sed tamen magis in usu est in numero multitudinis. *Liv. l. 26. c. 44.* Applicare scalam parietis. *Cic. pro Mil. Cum* se ille fugiens in scalarum tenebris abdidisset. *Jal. in Jugur.* Unæ, atque alteræ scalæ committuntur, nisi quis superheteradaverit, afflicti sunt. *Caj. l. si pignore ff. de furt.* Vel scalam sciens superheteradaverit ad ascendendum. Ψ Scali, tribus habuere, est in altiore domus parte habitare, h. e. in conaculo, in *substita*, qui locustiore pauperiorum hominum esse solebat. *Marzial. l. 1. ep. 118.* Et scalis habito tribus, sed altis. Ψ Scalmæ Græcæ dicuntur, quæ ita fabricatæ sunt, ut ex omni parte compagine tabularum claudantur, ne aspectum ad partem aliquam corporis admittant. Hinc Flamincæ Diales prohibebantur scalam ascendere, quæ ultra tres gradus extollerentur, nisi essent ex iis, quæ Græcæ appellantur, ut ex *Massurio Sabino* tradit *Gal. l. 10. c. 15.* ne partem aliquam corporis tectam ascendendo revelarent.
Scalaris, re, adject. ad scalam pertinet. *Vitruv. l. 13. c. 13.* Regulæ scalaris forma compactæ.
Scalarium, ii, n. Scalaria dicuntur viæ in amphitheatro, per quas gradibus in cuneos ascenditur. *Vitruv. l. 5. c. 6.*
Schaldis, is, f. *la Sebelda*, fluvius maximus Galliz Belgicæ. *Plin. l. 4. c. 13. c. 17.*
Scalmus, i, m. *scarmo*, *palisbermo*, Ger. *rudelbanck*, Gal. *cheville*, Hisp. *esclamo*, $\sigma\kappa\alpha\lambda\mu\delta\iota\varsigma$, paxillus, five teres lignum, cui nautæ reinos loro quodam alligant ad navigandum, ut firmius navigent, five lignum crenatum, ac fenestratum in apsidem capiens renqum, ut facilius, & solidius impellatur. *Cic. l. de Or. c. 38.* Qui duorum scalmorum naviculam in portu evertit. *Id. 3. Offic. c. 14.* Venit ipse mature, scalmum nullum videt. h. e. nullum non modo navigium, sed ne scalmum quidem.
Scalpellum, i, n. vel scalpellus, i, m. *scarpello*, סרפ, Ger. *hieser*, Gal. *ciseau*, Hisp. *cincel*, $\phi\alpha\delta\beta\omicron\tau\alpha\sigma\omicron\nu$, instrumentum Chirurgorum, quo venam aperitur, dimin. a *scalprum*. *Cels. l. 2. c. 10.* At si timide scalpellum demittitur, summam cutem lacerat, neque venam incidit. Ψ Accipitur & pro alio ferramento, quo putridam carnem excidit. *Cic. pro Sex. c. 65.* Non ea est medicina, cum sanæ parti corporis scalpellum adhibetur, atque integræ. *Col. l. 6.* Etiam scalpello usque ad iunum refecate, & amputate scabum sæpe profuit.
Scalper, pri, m. idem ac scalprum. *Cels. l. 8. cap. 3.* Tunc excisioris scalper ab altero foramine ad alterum malleoio adactus, id, quod inter utrumque medium est, excidit.
Scalpo, is, pū, pūm, a. 2. *scagliare*, *incidere*, *scalpire*, סרר, Ger. *schaben*, *schabren*, Gal. *graver*, *tastler*, *grater*, Hisp. *escavar*, $\alpha\sigma\omega$, $\alpha\sigma\omega\phi$, $\alpha\sigma\omega$, $\alpha\sigma\omega$, incidio, fodio. Est a $\sigma\kappa\alpha\lambda\mu\delta\iota\varsigma$, *scaldio*, vel a $\alpha\lambda\iota\alpha\kappa\alpha\zeta$, quod ejusdem est significationis, ac scalpo. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 60.* Itaque ad pingendum, ad fingendum, ad scalpendum, ad nervorum eliciendum sonos, ac tibiarum apta manus est admotione digitorum. *Hor. l. 3. ad. 11.* Et nostri memorem sepulchro scalpe querelam. *Col. l. 7. c. 5.* Vitiolosum locum pecudes aut morfo scalpunt, aut cornu, aut angula tundunt. Ψ Item pro scabere, fricare, unguibus pruritus auferre. *Juven. sat. 9. v. 133.* Qui digito scalpunt uno caput.
Scalpratus, a, um, $\alpha\lambda\iota\alpha\kappa\alpha\tau\alpha\rho\mu\epsilon\delta\iota\varsigma$, ad similitudinem scalpri formatus, ut Ferramentum scalpratum, quo opus est ad castrandos apum alveos. *Col. l. 9. c. 15.*
Scalprum, i, n. *scarpello*, $\sigma\mu\iota\lambda\eta$, $\alpha\lambda\iota\alpha\kappa\alpha\tau\iota\varsigma$, ferramentum, quo aliquid inciditur, a *scalpo*. Hoc instrumento diversi artifices utuntur, ut lapidicæ, futores, agricolæ, chirurgi, & alii. Scalprum futorium, est ferramentum primore parte curvum, & a flexu procurrens acie recta, quo corium fecant. *Horat. l. 2. sat. 3. v. 104.* Si scalpra, & formas non futor, nautica vela adversus maricatus, delirus, & amens undique dicatur. Ψ Scalprum rusticorum. *Col. l. 4. c. 25.* Quæ pars vinitiorie falcis a flexu procurrit, scalprum, quod deinde aduncum est, rostrum appellatur. Ψ Scalprum chirurgicum. *Cels. l. 8.* Tunc demum ad manum, scalprumque veniendum est. Ψ Scalprum librarium est, quo calamos aptamus ad scribendum, aut literas eradimus. *Juss. de l'edel. c. 2.* Scalpo librario venas sibi incidit.
Scalptor, oris, *incisore*, *scultore*, ספרא, Ger. *graber*, Gal. *graveur*, Hisp. *escavador*, $\alpha\lambda\iota\alpha\tau\iota\varsigma$, qui scalpit, ut Scalptor gemmarum. *Plin. l. 37. c. 4.* Expetuntur a scalptoribus, ferroque includuntur.
Scalptorium, ii, instrumentum infans manus ad scalpendas scapulas prurientes; legitur in titulo *epigr. 83. l. 14. apud Marcial.* quod sic habet: Defendet manus hæc scapulas, mordente molesto Pulice, vel si quid pulce fordidius.
Scalptura, α , f. *scultura*, ספירה, Ger. *das graben*, Gal. *graveure*, Hisp. *esculpadura*, $\alpha\lambda\iota\alpha\tau\iota\varsigma$, scalpendi actio. *Plin. l. 37. c. 7.* Omnia autem hæc genera sculpturæ contumaciter resistunt.
Scalpturatus, a, um, adject. variis sculpturis ornatus, ut scalpturatum pavimentum, variis lapidibus, & varie sculptis elaboratum. *Plin. l. 36. c. 25.* Romæ sculpturatum in Jovis Capitolini æde primum iactum est post tertium Punicum bellum initum.
Scalpturigo, & rectius Scalpurigo, iginis, f. titillatio, & voluptas, quæ in cute pruriente scalpanda nascitur. *Solin. c. 45.* (al. 32.) Trochilus avis os beluz paulatini scalpit, & sensim sculpurigne blandignte alitum sibi in usque fauces facit.
Scalpturio, is, a. 3. *raspare*, $\alpha\sigma\omega$, $\alpha\sigma\omega\phi$, $\alpha\sigma\omega$, idem quod scalpo: & speciatim dicitur de gallinis, cum terram frequentibus ictibus percutiunt ad querendum cibum. *Plaut. Aul. 3. 4. 8.* Ubi erat hæc defossa, ocepit ibi sculpurire unguibus. Alii leg. *sculpurire* eodem sensu; inter quos est *Non. c. 2. n. 789.*
Scalptus, a, um, adject. ex part. *sculto*, *sculpito*. *Cic. 4. Acad. c. 31.* E faxo sculpitus. Alii leg. *sculptus*. *Horat. l. 2. sat. 3. v. 22.* Quid sculpum infabre, quid sulum durius eisset.
Scalpturio. V. Scalpturio.
Scamander, i, m. *Scamandro*, $\sigma\kappa\alpha\mu\alpha\delta\alpha\upsilon\omicron\varsigma$, fl. Mysiæ, in Asia, apud Hellepontum, qui ex Ida monte profluit, ac in Hellepontum, seu in mare Ægeum, apud Sigæum, ab eo 20. stad. inter illud, & Dardanum exit. Antea Xanthus dicebatur, teste Plutarcho, Vibio, & aliis, ex Homero, qui eum ab hominibus quidem Scamandrum, a Diis vero Xanthum vocari ait, suo more vetustiore appellacionem Diis, recentiore hominibus assignans. Sed apud Plinium a Xantho diversus est. *Id. Plin. l. 5. c. 30.* Scamander fluvius navigabilis.
Scamandria, f. 1. *Scamandria*, urbs exc. Asiæ min. in Mysia, seu Troade, in ora maris Ægei, ad Scamandrum fl. inter Abydum, & Ilium. *Plin. l. 4. c. 36.*
Scambosus, a, um, adject. idem ac scambus. *Vogel. de re Veterinar.*
Scambus, a, um, adject. valguis, qui pedibus est distortis, & depravatis. *Juon. in Osbon. c. vit.* Fuisse trahitur male pedatus, scambusque. Ψ Quod autem quidam Lexicographi addunt, a *Nonio* scambos exponi Strabones, c. 1. n. 109. legitur *strabos*, non *scambos*.

Scamellum, vel Scamnellum, i, *scagnetto*, parvum scamnum. *Apul. apud Priscian. l. 3.* Infrina scamnellorum obice fulta tores.
Scamillus, i, m. dimin. a scamnum, *piccol gradino*. Scamilli impares, apud *Vitruv. l. 3. c. 3. l. 5. c. 9.* videntur esse quidam veluti parvi gradus in stylobatis columnarum, qui veluti parvam scalam, unus post alium decretescendo efficiunt, gradini ne *piedestallo dello colonne*. V. de his opusculum Bernardini Baldi, in quo rem totam satis implicatam variis conjecturis, & figuris luculenter illustrat. V. *Adlectio*.
Scamma, atis, n. $\sigma\kappa\alpha\mu\mu\alpha$, spatium in stalis linea, vel fossa descriptum, ultra quod certantibus progredi non licet. *Col. Aurel. l. 2. c. 1.* In arena spatium, quod appellant scamma. Ψ Pro ipio certamine posuit *Tertul.* cum inquit *ad Martyr. c. 3.* Epistates vester vos spiritu unxit, & ad hoc scamma produxit.
Scammonæa, & Scammonia, α , f. *scamones*, $\sigma\kappa\alpha\mu\mu\alpha\iota$, herba in transformis regionibus nascens, & præsertim in Asia, cujus usus in medicina est multiplex. *Cic. l. de Div. c. 10. Plin. l. 24. c. 15.*
Scammonites, α , m. vinum lactitium ex Scammonæa succo. *Plin. l. 14. c. 16.*
Scammonium, ii, succus scammoniz herbæ. *Plin. l. 24. c. 8.*
Scamnatus, a, um, adject. in scamna divisus, ut scamnatus ager, apud *Frontin. de qualir. agror. pag. 38. edit. Gouss.*
Scamnulum, i, n. parvum scamnum. *Diomed. l. 1.*
Scannum, i, *scanno*, *sedia*, סכס, Ger. *schemel*, Gal. *banc*, Hisp. *banc*, סכס, fedile, in quo sedere consuevimus. Scamna alta erant, editaque, ut scandere opus esset, ut *Var. docet l. 3. de L. L.* Quia, inquit, simplici scansione scandebat in lectum non altum, scabellum: in altiorum, scamnum. Hæc *Varro*. Itaque quidam scamnum ita definiunt: Scamnum est, quod lecto veluti gradus apponitur, ut per id in lectum facilius ascendatur. Deinde addunt: Quoniam vero in his federe consuevimus, tactum est, ut scamnum, & scabellum sæpe pro sublevis usurpentur. *Ovid. 6. Fast. v. 305.* Ante focos olim scamnis confidere longis mos erat. Ψ Interdum scamna dicuntur, quæ pedibus sedentium subijci solent, quæ Græci $\nu\pi\omicron\tau\alpha\tau\iota\alpha$ vocant. *Ovid. in Ar.* Et cava sub tenerum scamna dedisse pedem. Ψ Scamnum item erat mensura, qua agri disponebantur, ut ab Occidente in Orientem in longitudinem respicerent. Hi agri limitibus decumanis per latitudinem limitabantur. Scamno striga respondet, quæ erat mensura, qua agri disponebantur, ut spectarent in longitudinem a Septentrione in Meridiem. Hi agri limitabantur per longitudinem eo limitum genere, qui cardines dicebantur. *Frontin. de qualir. agror. pag. 38. edit. Gouss. & Hygin. pag. 198.* Ψ Præterea scamnum dicitur terra illa altior, quæ inter duos sulcos in colendo relinquitur, quæ Varroni, & aliis est porca. Aliis solum immotum, minimeque aratro proficuum. *Cic. l. de Divin. Cerni* stabilita scamna, solumque. *Colum. l. 2. c. 2.* Sed ita necubi crudum solum, & immotum reliquat, quod agricolæ scamnum vocant. *Plin. l. 18. c. 19.* Scamna inter duos sulcos cruda ne relinquuntur.
Scandalizo, as, a. 1. $\sigma\kappa\alpha\delta\alpha\lambda\iota\alpha\zeta\omega$, scandalum alicui præbeo, aliquem offendo. *Tertul. de velan. Virg. c. 3.*
Scandulum, i, *scandalo*, סכסול, סכסול, græce significat offendiculum, quod in viâ ponitur, ut pedem in illud impingendo cadamus. Translate ab Eccles. Scriptor. sumitur pro fusione, seu inductione alicuius ad peccandum. *Tertul. de Virgin. velan. c. 3. adv. Judæos c. 14. & l. 3. adv. Marcion. c. 11.*
Scandia, α , f. insula in Oceano Septentrionali. *Plin. l. 4. c. 13. c. 16.*
Scandianus, a, um, adject. Scandiana mala, genus sunt quoddam malorum, ita tortasse dictum, quod ex Scandia insula advectum sit. *Col. l. 5. c. 10.*
Scandix, icis, f. olus quoddam agreste. *Plin. l. 21. c. 15.*
Scando, is, di, sum, a. 3. *ascendere*, *andare in su*, *andare all' alto*, סרר, Ger. *hinanffgehen*, Gal. *monter*, Hisp. *subir*, $\alpha\nu\alpha\gamma\iota\omega$, in altum vado. *Cic. de Sen.* Cum alii scandant malos, alii per foros current. *Virg. 2. Æn.* Scandit talalis machina muros. Ψ Utrupatur etiam cum accus. & præpos. in, vel super. *Liv. l. 3.* Et scandentem in aggerem Volscum hostem nemo submovit. *Ovid. l. 2. de Pon. eleg. 1.* Te quoque victorem Tarpejas scandere in arces. Ψ Translate Idem, seu quous alius auctor est *paneg. ad Pison.* Scandere supra titulos majorum suorum.
Scandulæca, α , f. herba frugibus inimica: necat enim scandendo. *Festus*.
Scandulæ, arum, f. 1. *scandole*, Ger. *schindeln*, Gal. *aiffles*, *bardeaux*, Hisp. *ripas*, $\chi\phi\iota\delta\alpha\upsilon\omicron\varsigma$, parvæ tabellæ in parvas laminas scissæ, e ligno, ut ex robore, abiete, picea, quibus tecta teguntur. *Philander apud Vitruv.* Scandulæ sunt tabellæ vicem regularum præstantes, quibus contextam fuisse Romam annis CCCLXXX. auctor est Cornelius Nepos apud Plinium l. 16. cap. 10. Dictæ sunt a scandendo, quia alia aliam scindit. Scandulas generatim dicimus matricum quamvis affulatum scctam. Unde *Col. l. 8. c. 3. ubi de galbanariis*: Ab cohorte torinfecus prædictis tenebellis scandulæ similiter injungantur, quibus irrepant aves, ad requiem nocturnam. *Hirt. l. 8. B. Gall. c. 42.* Cupas sevo, pice, scandulis complent. Ψ Quidam Etymologi deducunt a *scandendo*: quidam a *scindendo*: atque hi *scindulus* legi jubent apud eos auctores, apud quos alii *scandula* legunt. Alii sic distinguunt, ut *scandula* a scandendo dicantur, quibus teguntur domus; *scindula* vero a scindendo, quæ ad alios usus. Sed hæc levia sunt, & magnorum virorum *Voffii*, *Tarneckii*, *Colvi*, *Philandri* contentionibus non satis digna.
Scandalarius, & re, o. 3. quod ex scandulis constat, ut Tectum scandalare, quod est pars superior domicilii, in quam scalis ascendimus, quæ scandulis olim communiri, & tegi solebat, imo hodie quoque solet in quibusdam locis. *Apul. l. 3. Met.* ubi quidam *scindulæ* legunt. V. Scandulæ.
Scandalarius, ii, m. qui scandulis domos tegit. *Leg. ult. ff. de jure immunit.*
Scansilis, & le, o. 3. *che si può ascendere facilmente*, $\alpha\nu\alpha\gamma\iota\omega\tau\iota\varsigma$, id, ad quod facile ascenditur. *Plin. l. 17. c. 11.* Ficumque sic etiam scamfilem heri, id est ita adurgere, & ita provenire, ut scandi facile possit. Ψ Scansilis annorum lex dicitur, per quam ad ætatem veluti quibusdam annorum gradibus ascendimus. *Plin. l. 7. c. 49.* Ingens turba nascatur a scansili annorum lege occidua, quam climacteras appellant.
Scansio, onis, ascensio, actus scandendi. Scansio sonorum, est eorum varietas, qua a gravi ad acutum gradatim pervenitur. *Vitruv. l. 6. c. 1.*
Scanforia, a, um, adject. ad scandendum aptus, ut scanforia machina. *Vitruv. l. 10. c. 1.*
Scantiãna poma, dicta sunt a quodam Scantio inventore. *Plin. l. 15. c. 14.* Ψ Scantiãna uva, eadem quæ aminea major. *Plin. l. 14. c. 4.*
Scantiõia lex, lata, ut putat *Manus*. a C. Scantioio Aricino Trib. pleb. ad coercendam præposteræ Veneris monstruosam libidinem, penam constituit ingeniorum puerorum stupratoribus decem millium, ut est apud *Quintil. l. 4. c. 2.* Ea lege damnatum C. Scantium Capitolinum, reterit *Valer. Max. l. 6. c. 1. n. 7.* De e mentio est etiam apud *Juven. sat. 2. v. 44.* *Sucon. in Domit. c. 8. c. 7. c. 8. c. 8. c. 8. c. 8.*
Scapha, α , f. *barbetta*, *bazzello*, ספירה, Ger. *schiffen*, Gall. *naffelle*, *enqais*, Hisp. *esquise*, $\alpha\kappa\iota\alpha\sigma$, $\alpha\kappa\iota\alpha\sigma$, exigua navicula, quales sunt, quæ in majoribus navibus circumvehuntur, vel eas pone sequuntur, item quibus

utimur ad piscandum, Σχίζτω, *sodio*, quia primum naves ex prægrandi arbore cœptæ sunt excavari. *Cic. 2. de Inven. c. 51.* Usque adeo, ut dominus navis, cum idem gubernator esset, in scapham confugeret. *Jussim. l. 2. c. 13.* Ubi solum pontem hybernis tempestatibus offendit, piscatoria scapha trajecit trepidus.

Scapharius, ii, m. qui scaphis navigando negotiatur. *Inscript. apud Græver. pag. 158.* Scapharii, qui Juliæ Romulæ negotiantur. *Adde Reines. cluss. 3. n. 26.*

Scaphe, es, f. Σκαφή, umbra concavum, hemispherii forma, in cuius medio stylus infixus Solis umbras horas indicat. *Vitruv. l. 9. c. 9.*

Scaphium, in, Σκαπίον, vas genus, quo corporis excrementa excipiuntur. Latini matulam vocant. *A Polluce l. 10. c. 3.* reponitur inter vasa muliebricia. Ac uti muliebre vas scaphium; ita virile dicebatur lasanum, ut docet *Giffan. Indice Lucretiano. Ulpian. l. 29. §. pen. ff. de auro leg.* Scaphia habita ventris causa, non puto argento legato contineri. *Martial. l. 11. epigr. 12.* Te potare decet gemma, qui Mentora frangis in scaphium moechæ, Sardanapale, tuzæ. ¶ Alias scaphium totum poculi genus, figura oblonga, in scaphæ similitudinem. *Plaut. Stich. 5. 4. 11.* Quibus divitæ domi sunt, scaphio, cantharis, haticios bibunt. *Cic. in Ver. Scaphia cum emblematis Lilybei empta.* ¶ Erat item scaphium ferramenti genus, quo athletæ exercendarum virium gratia terram effodiebant, quod Latini lignonem vocant, a Σκαπίτω, *sodio*. In qua item significatione a *Juven.* positum existimant *sat. 6.* ubi viriles mulierum exercitationes infestatur, ne a pugilum quidem, & palæstritarum armis abrinentium. Et ride, inquit, v. 263. scaphium positum cum sumperit armis. Sed rectius hoc quoque loco pro matella accipi videtur. ¶ Præterea scaphia sunt vala ærea rotunda, in quibus styli infixi in medio fundo sui proceritate horarum ductus discriminant. *Martian. Capul. l. 6.* Hæc Vitruius Scaphes appellat.

Scaphula, æ, f. parva scapha. *Veget. l. 3. rei milit. c. 7.* Latiores scaphulas ex singulis trabibus excavatas carpentis secum portet exercitus.

Scaphus, i, m. alveus, vas, aut alterius rei cavitas, a Σκαπίτω, excavato. *Vitruv. l. 9. c. 9.*

Scaptensula, æ, f. locus in Macedonia, ubi argentum effoditur; ita dictus a σκαπτο, effodio, auctore *Festo. Lucr. l. 6. v. 810.* Quales exspiret scaptensula subter odores.

Scaptia Tribus, una ex 35. Tribubus Romanorum, ita dicta a Scaptia urb. Latii inter Soram, & Fabrateriam. Facta est anno Urbis 421. *Plin. l. 3. c. 5. & Feß.*

Scapula, æ, f. i. spalle, omeri, שכף, Ger. die scharben, Gal. epaules, Hisp. espaldas, ώμωπλατάς, proprie dicuntur ossa, duo in posteriore corporis parte, figura triquetra, externa facie tumefcente, interiore reducta, extrema sui parte in acetabula quædam definitia, quæ humerorum capita excipiunt. Passim tamen apud Scriptores scapulas acceptas invenies pro tota illa regione, quæ pone pectori juncta est. Dicitæ sunt a σκαπτο, *scapha*, cavari. Nam exterior quidem prominent, inferior autem cavæ sunt. *Var. l. 2. de R. R. c. 7.* Lumbis dorsum versus pressis, scapulis latis, spina maxime duplici. *Plaut. Perf. 1. 1. 32.* Vah, scapulae pruriunt, quia te isthæc audivi loqui. Verba sunt servi verberatimentis. ¶ Translate *Tersul. de Pal. c. 2.* scapulas montium dixit, quod & dorsum montis dici solet.

Scapus, i, m. si fulso, gambo, κωνία, proprie est caulis rectus in herbis in columnæ modum. *Var. l. 1. de R. R. c. 31. de vicia:* Ad scapum lupini, aliumve quem ut hæret, solet vinciri. *Col. l. 9. c. 4.* Scapus alphodeli. *Plin. l. 18. r. 10.* Inventus est iam & scapus unscenatum fabis onullus. ¶ Dicitur etiam de tenui illo, lignosoque ramusculo, e quo uvarum acini dependent. *Var. de R. R. l. 1. c. 54.* Quæ calcata uvæ erunt, earum scapi cum folliculis subijciendi sub prælum. *Al. leg. scopi.* ¶ Translate dicitur de corpore columnæ, seu stylo, & veluti virga, idest de eo, quod interiacet inter basim, sive spiram, & epistylum, sive capitulum. Columnæ enim partes, inquit *Budæus*, sunt, scapus quasi columnæ corpus, supra scapum capitulum, infra scapum spiram, quæ basis sæpe appellari solet, infraque spiram stylobates. *Vitruv. l. 3. c. 3.* In fumis columnarum scapis. ¶ Item de ligno portarum. Scapus cardinalis, est rectum illud, & paulo crassius lignum in valvis, quo fores ipsæ sustentunt, & reguntur præcipue, & cujus capitibus, seu ambabus extremitatibus in superiore, & inferiore cardine infertis, valvæ ipsæ voluntur aut aperiri, aut claudendæ. *Vitruv. l. 4. c. 6.* Fores ita compingantur, uti scapi cardinales sunt ex altitudine luminis totius duodecima parte. inter duos scapos tympana ex duodecim partibus, &c. ¶ Item de corpore scalarum. *Vitruv. l. 9. c. 2. Bald. in Lex. Vitruv.* ¶ Item de corpore candelabri. *Plin. l. 34. c. 3.* Privatim Ægina candelabrorum superficiem duntaxat elaboravit, sicut Tarentum scapos. ¶ Item de transversa trutinæ linea, ex qua pendunt lancule, & de linea stateræ, in qua sacoma appenditur, & per puncta vagando diversa indicat pondera. *Vitruv. l. 10. c. 8.* ¶ Item de piacularum congerie in ratione chartarum, un quinterno di carta. *Plin. l. 13. c. 12.* Nunquam plures scapo, quam vicenæ. ¶ Item de instrumenti textoris, cuius pulsu tela coarctatur, & condensatur. *Lucret. l. 5. v. 1352.* Infubula, ac fusi, radii, scapique fonantes.

Scarabæus, i, m. 2. scarafaggio, *scaravaccio*, Germ. *roskafer*, Gall. *echarbos*, Hisp. *escarvajo*, *escarabajo*, *escarabjo*, animal parvum volatile, teneras habens pennas, & ob id crusta superveniente testas, stercore potissimum sese alens. *Plin. l. 11. c. 28.* Quibusdam pennarum tutelæ crusta supervenit, ut scarabeis, quorum tenuior, fragiliorque penna. ¶ Scarabeorum diversa sunt genera. Alii grandiores cornua prælonga bifidulis dentata forficibus in cacumine habent, alii volitant magno cum murmure, ac mugitu, alii sunt coloris viridis e vermibus simo bovis, aut jumentis creati, alii e simo ingentes pilas averfis pedibus volutant, &c. *V. Plin. l. 11. c. 28.* ¶ Ægyptii scarabeum inter Numina coluerunt, quod conferent, Solis operam similitudinem huic animali inesse, ut scripsit Apion Ægyptius teste *Plinio l. 30. c. 11.* vel quod putarent, animatam Solis effigiem esse, ut inquit *Eusebius lib. Præp. Evang.*

Scarificatio, onis, σχησίς, *scarificatio*, *scarnamento*, actus scarificandi, apertio facta tenui vulnere, ut sanguis emittatur. *Col. l. 6. c. 12.* Si sanguis adhuc supra ungulas in cruribus est, assidua scarificatione discutitur. ¶ Dicitur etiam de levi vulneratione, qua arborum cortex aperitur. *Plin. l. 17. c. 27.* Interim est & scarificatio quædam in remediis, cum macie corticis ex ægritudine astringente se, iustoque plus vitalia arborum compriment, exacti-m falcis aciem utraque manu imprimentes, perpetuis incisuris deducunt, ac veluti cutem laxant.

Scarificatus, a, um, *scarnato*, e *graffiato*. *Plin. l. 32. c. 7.* Dentium dolores sedantur ossibus dracois marini scarificatis gingivis.

Scarificus, as, a. i. *radere*, *salassare*, *scarnare*, Germ. *schreffica*, Gall. *scarifier*, Hisp. *rasar*, *rasar*, *σκαρificar*, *σκαρificar*, est levis iter in superficie radere, scapello aperire, leviter vulnerare, quo aliquod facilius exeat. *Plin. l. 32. c. 7.* Pasticæ quoque radio scarificare gingivas est in dolore utilissimum. *Cato R. c. 52.* Scarificare radicem.

¶ Scarificare dolorem est scarificando dolorem expellere. *Plin. l. 28. c. 11.* Hoc scarificari dolorem putant.

Scaritio, is, pro passivo *scarificor* singulare est apud *Scribon. Larg. compos. 262.* ubi ait: Lumbi leniter scarificant.

Scarites, æ, gemma scari colore. *Plin. l. 37. c. 11.*

Scarrifus, a, um, adject. rudis, tactu asper. *Lucilius apud Damer.*

Scarus, i, m. Σκαρῖος, piscis nobilissimi generis, mari Carpathio maxime frequens, qui ossis piscium ruminare dicitur, & herbis, non aliis piscibus, vesci. Leston Troadis promontorium sponte non excedit. Hoc genus piscis Optatus classis sub Claudio Præfectus, a mari usque Carpathio petiit, navibusque advectum, inter Ostiensem, & Campaniæ oram disseminavit, adhibita etiam cura, ut proximo quinquennio capti, mari redderentur, ut refert *Plinius l. 9. c. 17. Hor. l. 2. sat. 2.* Pinguem vitius albumque nec ostrea, Nec scarus, aut poterit peregrina juvare lagois.

Scatebra, æ, f. *scaturigine*, *forse*, סכר, Ger. *brunquell*, Gal. *source*, Hisp. *origen*, *σκαρῖος*, ebullitio aquæ furgentis, a *scateo*. *Virg. 1. Georg. v. 110.* Scatebrifque arentia temperat arva. *Plin. l. 5. c. 1.* Eundem opacum, nemorosumque, & scatebris fontium riguum.

Scateus, es, tui, sine sup. *usere*, *salzar suori*, נכש, Germ. *herfur quellen*, Gal. *bouilloner*, *jetter sources*, Hisp. *bullir loque mana*, *σκαρῖος*, est emanare, erumpere, ita plenum esse, ut exiliat quod continetur, proprieque de fontibus dicitur, cum vena aquæ copiam non capiens, foras eam expellit. Ufurpatur vel absolute, vel cum genit. vel cum ablat. *Cic. l. Tusc. c. 28.* Fontes scateare, herbis prata convestitur. *Plaut. Aul. 3. 6. 12.* Quæ mihi interbibere sola, si vino scateat, Corinthienfem fontem Pyrenen potest. *Col. l. 6. c. 16.* Solent etiam neglecta ulcera scateare vermibus. ¶ Translate ponitur pro abundare. *Plaut. Perf. 2. 1. 9.* Amas polu misera, id tuus scateat animus. *Hor. l. 3. od. 27.* Scatentem beluis pontum. ¶ Item pro exagitari, sive æstuare. *Goët. l. 1. c. 17.* Itrarumque, & molestiarum muliebrum per diem, perque noctem scatebat.

Scatinia. V. Scantinia.

Scato, is, n. 3. idem quod scateo. *Lucret. lib. 5. v. 41.* terra ferarum Nunc etiam scatit, & v. 597. Largiflumo fontem scateare, quate erumpere flumen.

Scatirex, icis, vel igis, f. idem quod scaturigo. *Var. apud Non. c. 2. n. 794.*

Scaturiginosus, a, um, quod numore abundat, seu ex quo aqua solet scaturire. *Col. l. 5. c. 8.* Creta ex toto repudianda est, magis etiam scaturiginosa, & in qua semper uligo consistit.

Scaturigo, inis, f. *scaturigine*, *ἀναβυσσος*, idem quod scatebra, a *scaturio*. In veteribus libris gemino r scaturigo reperitur. *Col. lib. 3. c. 13.* Nisi tamen scaturigo plaustris obvia sit. *Plin. l. 31. c. 3.* In nigra scaturigines non fere sunt perennes.

Scaturio, is, n. 4. *scaturire*, *salzar suori*, *forse*, *σκαρῖος*, idem quod scateo. *Col. l. 3. c. 1.* Modice tamen roscidum solum, quod fontibus, non in fummo, non in profundo terræ scaturiat. ¶ Translate *Col. Cic. l. 8. Fam. ep. 4.* Totus, ut nunc est, hic scaturit. h. e. totus apparet, cernitur, totum se effert. Alii aliter legunt.

Scaurus, a, um, Σκαυρος, cui tali extantes sunt, qui talos pedum tumentes, ac porrectos habet, cui pedes inflexo talo tardigradi sunt. *Horat. l. 1. sat. 3. v. 48.* Varum distorsis cruribus; illum Balbutit scaurum, pravis fultum male talis. ¶ Hinc factum cognomen quibusdam Romanis viris, ut *Æmilius Scaurus*, *Aurelius Scaurus*, &c.

Scazon, ontis, m. *scaxonte*, *σκαζων*, genus verus jambici trimetri acatalectici, quod quinto loco jambum habet, sexto spondum, in cæteris consentit cum jambico. Sua natura adjectivum est, sub quo subst. versus intelligitur. Dicitur scazon a *σκαζω*, *claudico*. Deturbato enim e sexta sede jambo, & substituto spondæo videtur quasi claudicare. Idem dicitur *choliambus*, idest claudus jambus, a *χολός*, *claudus*, & ab *jambus*. Hujus generis sunt versus illi *Perfisi in pref. Nec fonte labra prolui Caballino*, Nec in bicipiti somniacæ, Parnasso, &c. ¶ Hujus carminis inventor fuisse dicitur Hipponax. *Martial. l. 7. epigr. 25.* Apollinarem conveni mecum, Scazon.

Sceleratè, adv. *scelleratè*, *άπορίως*, scelerate, flagitiose, turpiter, impie. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 3.* Quare peccavi, scelerateque feci. *Id. 5. Tusc.* Quam is, qui tam scelerate imperavit. *Id. pro Sex. c. 64.* Omnes est infidias sceleratissime machinatus. *Id. pro Dom. c. ult.* Domus sceleratius edificata.

Sceleratus, a, um, o. 1. 2. *scellerato*, *vibaldo*, *שטן*, Ger. *lasterbastig*, Gal. *mechant*, Hisp. *scelerado*, *υπερβατος*, sceleratus, improbus, scelerate contaminatus, flagitiosus. *Cic. Att. l. 9. ep. 15.* Ego autem illum male sanum semper putavi, nunc etiam impurum, & sceleratum puto. *Id. pro Dom. c. 9.* Homo turpissimus, & sceleratissimus. ¶ Significat etiam contaminatum, & pollutum alieno scelere, *μαμαρτωλιος*. Et ad inanimata transferunt. *Cic. 2. Offic. c. 8. de Sylla:* Idem post a sceleratore hæstia non receffit. ¶ Hinc Scelerata porta, una ex portis urbis Romæ, eadem, quæ Carmentalis. *V. Carmentalis.* ¶ Item Campus Sceleratus. *Feß.* Sceleratus Campus appellatur prope portam Collinam, in quo virgines Vestales, quæ incestum fecerunt, deossæ sunt vivæ. ¶ Item Vicus sceleratus. *Feß.* Sceleratus Vicus appellabatur Romæ, quod cum Tarquinio Superbus interficiendum curasset Ser. Tullium Regem socerum suum, corpus ejus jacens filia carpento supervecta est prope rans in possessionem domus paternæ. ¶ Per Catachresin accipitur pro noxio. *Virg. 2. Georg.* At sceleratum exquirere frigus difficile est. h. e. nocens, omnia exurens. *Servius.* ¶ Scelerata verba dicitur apium rusticum, quia si quis gustaverit, ridendo exanimari dicitur. *Apulei. de herb. c. 8.*

Sceleritas, atis, f. *scelleraggine*, scelus, flagitium. *Martian. leg. 3. tit. 21. l. 48. Digest.* Facti sceleritas.

Scelero, onis, m. *scellerato*. Quidam Lexicographi afferunt locum ex *Cicerone l. 9. Attic. ep. 18.* In qua erat Eros scelero. Sed mira ibi lectionum varietas.

Scelero, as, a. 1. *macchiare*, *μαζωω*, scelere polluo, coinquino, sædo. *Virg. 3. Æn. v. 42.* Parce pius scelerare manus. *Stat. 9. Theb. v. 666.* sceleravit sanguine dextram.

Scelerosus, a, um, idem ac sceleratus. *Ter. Eun. 4. 3.* Ubi ego illum scelerosum misera, atque impium inveniam? *Adde Lucret. l. 1. v. 84.*

Scelerosus, a, um, adject. sceleratus, sceleratus. *Plaut. Pseud. 1. 5. 31.* Hic mihi corrupit filium, scelerum caput. *Æt. 3. 28.* Teritur sinapis scelera cum illis. *Ita Serv. Daniel. in l. 9. Ænoid.* Verum hæc loco nihil conficiunt. Priore enim loco est genitiv. pluralis; altero plerique leg. *scelerata*.

Scelste, adv. idem ac scelerate. *Cic. Att. l. 6. ep. 1.* Illud de gestu histrionis tu scelste fusciparis, ego ἀδελφῆς scripsi. idest nude, simpliciter. *Liv. l. 24. c. 25.* Quæcunque post Hieronis mortem scelste, atque impie facta essent. *Augustin. ep. 202.* Illic non sanguis humanus, sed multo scelstius pudor humanus interit.

Scelstus, a, um, idem ac sceleratus. *Cic. pro R. Am. c. 13.* Scelstum,

ac nefarium facinus, atque ejusmodi, quo uno maleficio scelera omnia complexa esse videantur. *Liv. l. 5. c. 27.* Ibi scelere facinori scelestiorum sermonem addidit. *Plaut. Amph. 2. 1. 2.* Scelestissimum te arbitror. ¶ Ponitur interdum pro intetico, ærumoso. *Plaut. Mofel. 3. 1. 1.* Scelestus annus argento fœnori.

Scelotyrbæ, es, f. *Σκελοτύρβη*, dicitur a Medicis morbus, quo compages in genibus resolvuntur, *debolezza di ginocchi. Plin. l. 25. c. 3.*

Scelus, leris, n. 3. *scelleraggine, 517, Ger. schein such, Gal. mechanese, Hisp. maldad, 23477999*, flagitium, peccatum, malefium, trah. *Cic. pro Cluent.* Neque ad scelus perficiendum cæsis hostiis, posse placari. *Id. 1. de Or.* Scelus nefarium facere. *Id. pro Sext.* Edere scelus in aliquem. *Id. ibid.* Scelere adstringi. ¶ Scelus, & flagitium differunt: *Flagitium* peccatum est ab aliqua animi mollitie, aut ignavia profectum, quod dedecus, aut turpitudinem affert; *scelus* autem vel cum aliqua crudelitate, & cæde, vel cum impietate conjunctum est. *Cic. Ast. l. 9.* Quam aut hic tantum sceleris, aut ille tantum flagitii admittet. ¶ Sed hæc differentia plerumque non observatur. ¶ Metonymice ponitur pro scelerato. *Ter. And. 3. 5.* Ubi illic scelus est, qui me perdidit? *Plaut. Truc. 2. 7. 60.* Etiam, scelus viri, minitare? ¶ Metaleptice pro supplicio, seu pœna usurpatur. *Virg. 7. Æn. v. 397.* Quod scelus aut Lapithis tantum, aut Calydone merente? ¶ *Scelera non habent consilium*, proverb. apud *Quintil. l. 7. c. 2.*

Scena, æ, f. *scena, 710, Ger. geseit, lauber buste in comediën, Gal. scene, rance, Hisp. cubanuela, scena, Σκηνή*, umbraculum, tabernaculum, papilio, camera ex arborum in se cubantium ramis, ac frondibus, five ea a natura sit, five ab arte. Est a *σκηνή*. Quare vulgo scribitur pro simplex e. Sed per æ scribendum docent Varro, & Priscianus: atque ita scriptum invenitur in vet. libb. ac lapidibus. *Virg. 1. Æn. Hinc*, atque hinc valzæ rupes, geminique minantur in cœlum scopuli, quorum sub vertice late Æquora tuta silent, tum sylvis scena coruscis Desuper, horrentique atrum nemus imminet umbra. ¶ Et quoniam in umbrosis tabernaculis Attica juvenus, cum adhuc vicatim ageret, carmina quædam incondita decantabat, fabulæque suo more agebat, factum est, ut postea in urbem redactis Atticis nomen idem ibi manserit contabulationi, quæ inter utrumque theatri cornu erat protensa, in qua ab histrionibus fabulæ agebantur, quod nomen etiam Romani una cum re ipsa ab Atheniensibus acceptum, assidue usu veluti suum effecerunt. Scena igitur erat pars theatri proxima profœnio, illo superior, in qua latere soliti fuerat aetores, prius quidem testis aulzæ, postea vero liparis, quomodo Fœlus vocari ait genus veli, quo in scena mimi utuntur. *Vitruv. l. 5. c. 7.* Ipsæ scenzæ suas habeant rationes explicatas ita, uti mediæ valzæ ornatus habeant aulzæ regizæ, dextra, ac sinistra hospitalia. ¶ Latus tamen scenzæ vocabulum interpretatur Labeo, referente *Ulpiano l. 2. ff. de his, qui nor. inf.* cuius verba sunt hæc: Scena est, ut Labeo definit, quæ ludorum faciendorum causa quolibet loco, ubi quis consistat, moveaturque spectaculum sui præfutura, posita sit in publico, privatoque, vel in vico, quo tamen loco passim homines spectaculi causa admittat. *Cic. 3. de nat. Deor.* Nec lolum scena referta est his sceleribus, sed multo vita communis pene majoribus. ¶ Scenarum tria genera tuere, Tragicæ, Comicz, Satyricæ. *Vitruv. l. 5. c. 8.* Genera sunt scenarum tria: unum, quod dicitur Tragicum, alterum Comicum, tertium Satyricum. Horum autem ornatus sunt inter se dissimiles, disparique ratione, quod Tragicæ deformantur columnis, fastigiis, & signis, reliquisque regalibus rebus: Comicz autem ædificiorum privatorum, & Mæniarum habent speciem, respectusque fenestris dispositos imitatione communium ædificiorum rationibus: Satyricæ vero ornantur arboribus, speluncis, montibus, reliquisque agræstibus rebus, in topiarii operis speciem deformatis. ¶ Altera quoque scenzæ divisio est, nempe in versatilem, seu versilem, & ductilem. *Servius ad 3. Georg.* Scena, quæ fiebat, aut versilis erat, aut ductilis. Versilis tunc erat, cum subito tota machinis quibusdam convertebatur, & aliam picturæ faciem ostendebat. Ductilis tunc, cum tractis tabulatis hac, atque illac species picturæ nudabatur interior. ¶ Produci in scenam dicebantur histriones, mimive, cum ab eo, qui ludos edebat, mercede, auctoritate, aut gratia adducebantur, ut in scenam ad agendum prodirent. Reduci autem in scenam dicebantur, qui aliquanto intervallo, postquam primum sui spectaculum præberant, ad agendum reverti jubebantur. *Plin. l. 7. c. 48.* Galeria Copiosa Embolaria reducta est in scenam Cn. Pompeio, Q. Sulpitio Coss. ludis pro salute Divi Augusti votivis, annum centesimum quartum agens, quæ producta fuerat tyrocinio a M. Pomponio Ædili Piebis, C. Mario, Cn. Carbone Consulibus ante annos nonaginta unum, & a Magno Pompeio magni theatri dedicatione anus pro miraculo reducta. ¶ Sæpe translate, & proverbialiter sumitur. *Scena totius rei hæc est.* id est hæc est totius rei actio, in hoc rei totius cardo vertitur. *Cal. Cic. l. 8. Fam. ep. 11.* Scena rei totius hæc. Pompejus, tanquam Cæsarem non impugnet, &c. ¶ In scena esse dicitur aliquid, cum promulgatum, & pluribus notum est. *Cic. pro Planc. c. 12.* Omitto illa, quæ si minus in scena sunt, ac certe cum sunt prolata, laudantur. ¶ Servire scenzæ, est servire temporis, & rebus præsentibus se accommodare, translate ab histrionibus fabularum metaphorâ, qui non suo ingenio agunt, sed hoc unum spectant, ut quovis modo populi oculis placeant, alioquin explodendi, exhibilandique. *Cic. ad Brut. ep. 9.* Tibi nunc populo, & scenzæ, ut dicitur, servendum est. ¶ Scena minore aliquid agere, est minore apparatu, & ostentatione. *Sueton. in Calig. c. 15.* ¶ Scena item fuit genus cultri, fortasse dolabra Pontificalis. *Fest.*

Scenalis, & le, o. 3. idem ac scenicus. *Lucr. l. 4. v. 77.* Et omnem Scenalem speciem patrum, matrumque, Deorumque inscunt. h. e. coloratum omnem ornatum, & cultum scenzæ.

Scenarius, a, um, adject. scenicus. *Ammian. l. 28. c. 4.* Scenarii artifices.

Scenaticus, a, um, adject. scenicus. *Varr. apud Non. c. 2. n. 822.*

Scenatilis, & le, o. 3. idem ac scenicus. *Varr. apud Non. c. 2. n. 822.* Si te pigeat hic Modi scenatilis.

Scenice, adv. *scenicamente. Σκηνικός*, more scenzæ. *Quintil. l. 6. c. 1.* Facere aliquid scenice.

Scenicus, i, histrio, qui in scena agit. *Cic. 1. Offic.* Ne scenici plus, quam nos, videantur habere prudentiæ. *Suet. de Ner.* Spectaculis theatri clam illatus cuidam scenico placenti nuntium misit.

Scenicus, a, um, *da scena, Σκηνικός*, quod ad scenam spectat. *Cic. pro Arch.* Quod scenicis artificibus largiri solebant. *Id. 3. de Or.* Quis unquam res præter hunc tragicas pene comice, tristes remisse, severas hilares, foretatis scenica prope venustate tractavit? *Quintil. l. 6. c. 3.* Scenica dicacitas.

Scenizæ, m. 1. pop. Arabiæ Desertæ, in conf. Arabiæ Fel. & Mesopotamiæ, apud Euphratem fl. sic dicti a scenis, in quibus habitabant, cum domibus carerent. Hi a carnibus suillis abstinebant, & hoc animal ibi non generatur, nec aliunde allatum vivit, teste *Salino, c. 46.* Adde *Plin. l. 5. c. 11.*

Scenographia. V. Sciagraphia.

Scenæ, f. 1. idem ac cœna, apud Sabinos. *Fest.*

Scepimus, i, m. piscis quidam marinus. *Plin. l. 32. c. 11.*

Sceptici, m. 2. *Σκεπτικοί*, genus Philosophorum, qui nihil decernebant, sed in quaerendo semper, considerandoque erant. Aiebant enim, veritatem incomprehensibilem esse, ac ne videre quidem plane quiddam, neque audire se putabant. Dicti sunt a verbo *Σκεπτικόν*, *considero*, quasi consideratores. Idem Græce etiam *ἀποφθικτοί* vocati, id est ambigentes, quod nihil affirmarent, & de omnibus ambigerent. Denique appellati etiam sunt Pyrrhonii, quod eorum princeps, & auctor Pyrrho Eleus fuisse, & auctor Academiz novæ ipsum illud, nihil posse comprehendere, quasi comprehendebant, & nihil posse decernere, quasi decernebant: Sceptici ne id quidem ullo pacto videri verum dicebant, quod nihil esse verum videretur. *Gal. l. 11. c. 5.* Quos Pyrrhonios philosophos vocamus, ii Græco vocabulo *Σκεπτικοί* appellantur.

Sceptos, i, *Σεπτός*, procella. *Apul. de Mundo.* Sceptos generale omnibus, quæ de nubibus cadunt, nomen est.

Sceptitris, ra, rum, *Σκεπτιτρίδος*, quod sceptrum fert. *Ovid. 6. Fast. v. 4.* Sceptitrisas servi templa dedisse manus.

Sceptriger, a, um, adject. idem ac sceptitris. *Silius l. 16. v. 244.* Sceptrigero cum rege, pari sub honore residunt.

Sceptrum, i, *scetro, 527, Ger. scepter, Gal. scepro, Hisp. oetro, Σκήτρον*, virga, seu baculus, Regni insigne. Est a *Σκήτρον*, quod proprie est baculus, scipio, five a *Σκῆπτρον*, *incumbere*: atque ideo pro simplex o scribitur, quia Græce est *Σκήτρον*, in veteribus tamen monumentis *scæptrum* scribitur per æ. *Cic. pro Sext. c. 26.* Sedens cum purpura & scepro, & insignibus illis regis. *Sueton. in Galba, c. 1.* Augusti sceptrum e manibus excussum est. h. e. baculus qualem gestabant triumphantes Imperatores, stante Republica. *balson de comado.* ¶ Per metonymiam ponitur pro regno. *Virg. 1. Æn. v. 257.* Reponere aliquem in scepra. *Senec. Oedip. v. 705.* Qui scepra duro sævus imperio regit, timet timentes.

Sceptūchus, i, m. *Σκεπτοχός*, sceptrum tenens, rex, quasi *Σκῆπτρον ἔχων*. *Tacit. 6. Annal. c. 33.* Pharsalmanes adungere Albanos, accipere Sarmatas, quorum Sceptuchi, utrinque donis acceptis, more genticio diversa induere.

Schaisteria. V. Caisteria.

Scheda, æ, f. *carta, cartella, Ger. haß, blat, Gal. feuille de papier, tablette, Hisp. hoja, σχῆδρα*, accipi solet de pagellis, five foliis, quæ cum aliis compacta non sunt, proprie vero competit id nomen tabellæ, vel chartæ, in qua exaratum, siquid ex tempore venerit in mentem, quæ olim ex libro tiliaceo tuit. *Cic. Ast. l. 1. ep. 15.* Ut scheda nequa deperat. *Quintil. l. 1. c. 8.* Nam qui omnes etiam indignas lectione schedas excurrit. *Martial. l. 4. epigr. 91.* Nec summa potes in scheda teneri. h. e. in extrema libri pagina.

Schedia, æ, f. *σχῆδρα*, navigium quoquo modo constructum, hoc est extrabibus tumultuarie inter se nexis factum. *Fest.*

Schedium, ii, n. *σχῆδρον*, opus ex tempore factum, & inelaboratum. *Fest.* Schedia genus navigii inconditum: unde mala poemata schedia appellantur. *Auson. in proam. ad epigram.* Bifida in hoc schedio cantabitur, aut Erasinus.

Schedula, æ, f. *carticella, cedola, polizzezza, σχῆδρον*, parva scheda. *Cic. l. 15. Fam. epist. 16.* Hæc te tertia jam epistola ante oppressit, quam tu schedulam, aut literam.

Schema, atis, n. *abito, veste, σχῆμα*, habitus, vestis, a *σχήω*, five *ἔχω, habeo*. Penulzæ servilis genus significasse lingua Syracusana, comprobat Scaliger in *Copani*, quibusdam Theocriti versibus. *Plaut. Amph. prol. v. 117.* Quod ego huc processi sic, cum servili schema. Quo ex versu cognoscere est, Latinos declinationem mutasse, ut in aliis multis, & etiam quantitate. Plura hoc de Plauti loco, ac schematis voce vide apud *Voss. l. 5. Orat. Instit. c. 1.* ¶ Schema quoque redditur species, forma, figura. *Vitruv. in præfat. l. 6.* Arithmetice naufragio cum eiectus ad Rhodiensium litus animadvertisset Geometrica schemata descripta, exclamavisse ad comites ita dicitur: Bene speremus; hominum enim vestigia video. ¶ Ponitur etiam pro cultu, ornatu. *Næv. apud Non. c. 3. n. 206.* Pergite thyrsigeræ Bacchæ modo Bacchico cum schemate? ¶ Apud Rhetores Schemata Græce dicuntur, quæ Latine Figuræ, id est lumina quædam vel verborum, vel sententiarum, quibus tanquam infingiore ornatu oratio vestitur. *Quintil. l. 9. c. 1.* Schema proprie dicitur, quod est a simplici, ac in promptu dicendi posito modo poetice, vel oratorie mutatum. *Cic. in Brut. c. 37.* *Σχῆματα* enim quæ vocantur Græci, ea maxime ornant Oratores, eaque non tam in verbis pingendis habent pondus, quam in illuminandis sententiis. *Martial. l. 3. ep. 78.* Schemata nec dubio, sed aperte nominat illam, quam recipit sexto mense superba Venus. id est nona teste, & figurate. ¶ Si quæ aliquando Poetæ solœcismum faciunt, *schema* appellari solere, docent *Charis. inio l. 4. & Diomed. pag. 446. & 449. Putschii.*

Schema, æ, f. idem ac schema, atis, h. e. habitus, vestitus. Præter exemplum, quod in voce præcedenti attulimus ex *Plauto*, aliud præterea addunt aliqui ex eodem in *Perfo. 4. 22.* his verbis: Theatrum lepida condecorat schema. Ubi alii *lepida* *schemam*; alii alia omnino verba reponunt. ¶ Item species, figura, imago. *Sueton. in Tiber. c. 43.* Ne cui in opera edenda exemplum impetratæ schemæ deesset. Loquitur *Sueton.* de lascivis picturis, quas in suo Capreeni secessu Tiberius fecerat. Sunt tamen qui hic quoque leg. *impurata scena.*

Schematismus, i, m. *σχῆματισμός*, *parlar figurata*, ratio loquendi per schemata, & figuras. Græca vox est, & græcis literis scribitur a *Quintil. l. 1. c. 10.*

Schidia, orum, n. *scheggle, σχῆδρα*, ligni fragmenta, quæ fabri materiarii ex ligno deiciunt. Nomen est a *σχίζω, scindo*. *Vitruv. l. 2. c. 1.* Intervallaque, quæ relinquuntur propter crassitudinem materiæ, schidias, & luto obstruunt.

Schinussa, f. 1. *Sennusa*, inf. parva maris Ægæi, una Sporadam, inter Nelon, & Jon. *Plin. l. 4. c. 12.*

Schisma, atis, n. 3. *scisma, σχίσμα*, scissura, & translate dissensio, discordia. Est a *σχίζω*, scindo, fido, divido. *Tertul. de præscription. adv. heret. c. 5.* Apollolus dissensiones, & schismata increpat.

Schizos, i, m. *σχίζος*, lapis crocei coloris, in tenuissimas bracteas fissilis. *Plin. l. 36. c. 20.*

Schistum, i, *σχιστόν*, genus lactis mulso mixti, & postquam ebullierit, a fero divisi. *Plin. l. 28. c. 9.* ¶ Item, apud Græcos, genus aluminis concreti, in capillamenta quædam canescencia delincentis. *Id. l. 35. c. 15.* ¶ Schista etiam dicuntur ova post triduanam incubationem lutefacta. *Id. l. 29. c. 3.* ubi *Harduin.* legit sitista. h. e. saginata, *σκιστα*. ¶ Denique schistum alius est, inter cæpe genera enumeratum a *Plin. l. 19. c. 6.*

Schœneus, idis, f. patron. Atalanzæ Schœneii filia. *Ovid. Heroid. epist. 15.* Ut tulit Hippomenes Schœneida, præmia cursus.

Schœneius, a, um, adject. a Schœneo Arcadiæ rege, patre Atalanzæ,

ae, ut Schœneia Virgo. *Ovid. 2. Trist.*
 Schœnicidm, vel Schœnicolæ, arum, f. meretrices, propter usum Schœni sic appellatae. *Fest. & Var. 1. 6. L. 1.*
 Schœnobates, æ, m. *chi cammina sulla corda*, Ger. *gaucker*, der auff dem *sejgeblei*, Gal. *basairu*, *dansieur sue la corde*, Hisp. *repador*, *χοινοβάτης*, funambulus, qui per lutes ludendo graditur, a *χοῖνος*, *funis*, & a *βαῖνω*, eo, *incedo*. *Juven. sat. 3. v. 77.* Augur, schœnobates, medicus, magus, omnia novit.
 Schœnobaticus, a, um, *χοινοβάτης*, quod ad schœnobatem pertinet, ut Ars schœnobatica, exercitium funambulorum. *Cal. Cic. 1. 8. Fam. ep. 1.* Ego, qui scirem, Q. Pompejum Bauli schœnobaticum facere, & uisqe eo, ut ego miseretur ejus efurici. *Plerique tamen relictus leg. embeneticem.*
 Schœnus, i, m. & Schœnum, i, n. *junco*, e *funis de junco*, *χοῖνος*. *Caio R. R. c. 105.* Schœnum, & calamum in pila contundito. *Plaut. Rud. 2. 1. 5.* Hi schœni, & hæ arundines sunt nobis quæstu, & cultu. *Col. 1. 12. c. 20.* Odores autem vino apti sunt, iris, fœnum græcum, schœnum. ¶ Est etiam unguenti genus, quod ex junco odorato fiebat. *Plaut. Pœn. 1. 2. 55.* Verfari inter miseras schœno delibutas. *Adde Var. 1. 6. L. 1. & Fest.* ¶ Item schœnus est mensura Ægyptiaca, quæ continet stadia quadraginta, vel ut alii, triginta duo. *Plin. 1. 12. c. 14.* Schœnus patet Eratosthenis ratione stadia XL. aliqui XXXII. stadia singulis schœnis dedere. *Herodot. 1. 2. c. 6.* scribit schœnum sexaginta stadia complecti.
 Schœnus, m. 2. Schœnitas, *Schœno*, portus Peloponnesi, ad sin. Saronicum, & ad isthmum, ubi is angustior. *Plin. 1. 4. c. 7.*
 Schola, æ, f. *scuola*, Ger. *schul*, Gal. *scholæ*, Hisp. *escuela*, *διδασκαλίαν*, *γυμνασίον*, gymnasium scientiarum, ludus literarius, a *σχολή*, *otium*. Ab otio scholæ nomen inditum est, quia otio opus iis, qui studiis vacare volunt. *Auson. Idyl. 32.* Gratio schola nomine dicta est, iusta laboriferis tribuantur ut otia Musis. *Fest.* Scholæ dictæ sunt, non ab otio, ac vacatione omni, sed quod cæteris rebus omissis vacare liberalibus studiis pueri debent, ut etiam ludi appellatur, in quibus minime luditur, ne trifidi aliquo nomine fugiant pueri suo fungi munere. *Cic. 1. de Orat. c. 22.* Hominem audietis de schola, atque a magistro cruditum. *Id. 2. de Orat. c. 7.* Homo politus et schola. ¶ Metonymice accipitur pro rebus, quæ in schola docentur. Sic explicare scholam est præcepta doctrinæ exponere. *Cic. 2. Fin. c. 1.* Primum, inquam, deprecor, ne me tanquam Philosophum putetis scholam vobis aliquam explicaturam. ¶ Item pro disputationibus, & controversiis, quæ in Scholis inter doctorem, & discipulos otiose agitari solent. *Cic. 1. Tusc. c. 4.* In quam exercitationem ita nos studiose dedimus, ut jam etiam scholas Græcorum more habere auderemus. *Id. ibid.* Ponere jubebam, de quo quis audire vellet, & id aut sedens, aut ambulans disputabam. Itaque dierum quinque scholas, ut Græci appellant, in totidem libros contulim. ¶ Etiam in balneis locus erat, qui schola dicebatur, ut ex *Vitruvio* constat. *1. 5. c. 10.* Videtur autem porticus fuisse circa labrum, ut etiam censet *Hieron. Mercurial. 1. 1. de Arte Gymnast.* c. 10. Ac satis verisimile est, nomen ex eo esse, quod illic otiose conlitterent, atque, ut *Vitruv.* loquitur, circumspicientes starent. ¶ Erant & scholæ Romæ in Octaviæ porticibus. Etiam hæ ab otio vocatæ fuerunt, quod homines otiosi in his versarentur. *Plin. 1. 35. c. 10.* Alexandrum, & Philippum cum Minerva, qui sunt in schola in Octaviæ porticibus, & Philippi. ¶ Denique schola dicitur etiam de collegio militum. *Justinian. 1. ult. C. de loc. & conduct. § 1. 7. C. de aqueduct. & Ammian. 1. 25. sub fin.*
 Scholâris, is, adject. pertinens ad scholas, seu collegia militum. *Sever. Sulpit. de vita Martini. c. 2.* Inter scholares alas fub rege Constatino militavit. Sic in *Cod. Theodof. & Justin.* scholares sæpe vocantur militantes in sacro palatio, ut notavit *Cellar. in curis post. c. 8.* Hos *Suidas* vocat *σχολαίους*.
 Scholasticus, a, um, *scholasticus*, *da scuola*, *σχολαστικός*, quod ad scholam spectat, ut Scholastica disciplina, Res Scholastica. *Quintil. 1. 7. c. 2.* Quædam in scholasticis ponuntur ad conjungendam modo rei feriem. ¶ Scholasticos etiam vocamus discipulos, qui discendi gratia scholas frequentant, a *schola*, ubi se exercent. *Plin. ep. 24. l. 1.* Scholasticis porro, ut hic est, sufficit abunde tantum foli, ut relevare caput, reficere oculos, reptare per limitem, unamque semitam terere, &c. ¶ Proprie tunc vocatus est, qui se in scilicet libris exerceret declamator. *Plin. in epist. 3. l. 2.* Annum sexagesimum excessit, & adhuc scholasticus tantum est: quo genere hominum nihil aut simplicius, aut sincerius, aut melius. Nos enim, qui in foro, verisque libris tenerim, multum malitiæ, quamvis nolimus, addidimus. ¶ Caudicis etiam scholasticis aliquando dicti sunt, *avvocati*. *Cod. Theodof. 1. 2. de concuss. Advoc.* Sapsissime scholasticos ultra modum acceptis honorariis in defensione cauterum, &c.
 Scholiastes, æ, m. 1. *σχολιαστής*, scriptor scholiorum, interpres, a *σχολίασθαι*, ut Scholiastes Horatii, Juvenalis, &c.
 Scholisticus, a, um, adject. *de scuola*, ad scholam pertinens. *Gal. 1. 4. c. 1.* Offendebat quipiam grammaticæ rei doctior scholica quædam nugalia. *Var. apud Non. c. 6. num. 22.* Auribus scholica dape ebris.
 Schollum, ii, n. *breve commentio*, *σχόλιον*, interpretatio brevior, breve scriptum. *Cic. Att. 1. 16. ep. 7.* Velim, *Σχόλιον* aliquod elimes ad me, oportuisse te id facere.
 Sciadeus, i, m. pisces marinus. *Plin. 1. 32. c. 11.*
 Sciæna, æ, f. *Sciæna*, pisces, qui latine umbra dicitur. *Plin. 1. 9. c. 16.*
 Sciographia, vel Sciographia, æ, f. *Sciographia*, a *Sciæna*, *umbra*, & *γράφω*, *describo*, est adumbratio ædificii, per quam, quale totum opus perfectum futurum sit, cernitur, *abbozzamento*, *modello*, *disegno*. Differt ab ichnographia, quæ est tantum aræ, seu plani descriptio: & ab orthographia, quæ erectam tantummodo frontis imaginem representat: at sciographia totum per umbras, & lineationes describit corpus ædificii. *Vitruv. 1. 1. c. 2.* Sciographia est frontis, & laterum abscedentium adumbratio, ad circinice centrum omnium laterum responsus. Quidam contendunt legendum *sciographia* eodem sensu, nempe a *Sciæna*, *corpus*. *V. Bald. in Lexic. Vitruv.*
 Sciathæras, æ, m. 1. *Sciathæras*, vel *Sciathæras*, instrumentum gnomonicum, quo ex umbra indagamus. Hoc Architecti in metandis urbibus utebantur, octoque cœli regiones exacte colligentes, ventorum vim molestanti urbibus oppositis platearum, angustiorumque angulis frangebant, aut amoliebantur, auræque corporibus salubres platearum directionibus admittebant. Est a *Sciæna*, *umbra*, & *θῆρα*, *indagatio*. *Vitruv. 1. 1. c. 6.* Collocetur æneus gnomon, indagator umbræ, qui græce *Sciathæras* dicitur.
 Sciathericum, vel Sciothericum, i, *orologio da Sole*, *Sciathæras*, vel *Sciathæras*, horologium, quo ex umbris cognoscimus horas. *Plin. 1. 2. c. 6.* Anaximenum Milesum, Anaximandri discipulum, primum horologium, quod appellatur sciothericum, Lacedæmonem ostendisse.
 Sciathos, f. 2. *Sciato*, inf. maris Ægei, inter Eubœam, & Thessaliam, olim cum urbe cognom. Scopelo proxima, ante Magnesiâ præm. *Valer. Fla. 1. 2. v. 8.*

Scibillis, le, adject. *scibile*, qui scientia comprehendi potest. *Terull. 1. 5. adv. Marcion. c. 16.* Non omnibus scibillis.
 Sciens, entis, o. *intendente*, e *επισήμων*, partic. a *scio*, cui contrarium est *nesciens*. *Teren. And. 3. 2.* Id ego jam nunc tibi renuntio, here, futurum, ut sis sciens. ¶ Aliquando idem est, quod prudens, & agens data opera, de industria, a *posst.* *Cic. pro Syl. c. 31.* Nullum a me scientie facinus occultatur. *Cal. Cic. 1. 9. Fam. ep. 16.* Ne te sciens, prudentique eo demittas, unde exitum vides nullum esse. ¶ Interdum nomen est, pro gnaro, sive perito, cum genitivo. *Hor. 1. 3. ad. 9.* Ne nunc Thresia Chloe regit dulces docta modos, & citharæ sciens. *Cic. pro Leg. Man. c. 10.* Quis igitur hoc nomine scientior unquam aut fuit, aut esse debuit? *Id. 1. de Orat. c. 39.* Scientissimus regendæ Reip.
 Scienter, adv. *prudenter*, *sapienter*, Germ. *wissenschaftlich*, Gal. *es scient*, Hisp. *a sabiendos*, *επιστημονικός*, cum scientia, scite, perite, diserte. *Cic. 2. de Orat. c. 2.* Bene dicere autem, quod est scienter, & perite, & ornate dicere. *Id. in Orat. c. 52.* Scientius in aliqua re versari. *Id. 1. Divin. c. 41.* Scientissime animadvertere. ¶ Sumitur etiam pro prudente. *Cic. 2. Off. 11.* Quibuscumque congregamur, ut moderate, & scienter, singularis virtutis est. ¶ Item pro data opera, de industria, a *posst.* *Plin. in Paneg. c. 64.* Quibus caput suum, domum suam, si scienter sefellisset, Deorum iræ consecraret.
 Scientia, æ, *sciencia*, *cognizione*, *dottrina*, *הכנה*, Ger. *wissenschaft*, Gal. *science*, Hisp. *ciencia*, *επιστήμη*, cognitio, intelligentia, eruditio. *Cic. 1. Off. c. 6.* Omnes enim trahimus, & ducimus ad cognitionis, & scientiæ cupiditatem. *Id. Phil. 2. c. 23.* Notabo linguas res: etsi nullo modo poterit oratio mea satisfacere vestræ scientiæ. *Id. pro L. Man. c. 10.* Scientia bene dicendi. *Id. 4. Fam. ep. 5.* Scientiam medicinæ tenere. *Aust. ad Heren. 1. 4.* Certam scientiam malefici, non suspensionem furem. ¶ In plurali numero, *Cic. de Senect. c. 21.* Cum tanta celeritas animorum sit, tanta memoria præteritorum, futurorumque prudentia, tot artes, tantæ scientiæ, tot inventa, &c.
 Scientiâlia, læ, parva scientia. *Arnob. 1. 2. pag. 56.* Concinnavit scientiolarum artium.
 Scilicet, adv. *certainente*, Ger. *freylich*, Gal. *voire*, *certes*, Hisp. *ciertamente*, *δῆλον*, certe, profecto. Adverbium est affirmandi, seu confirmandi. *Teren. Eun. 5. 8.* Fratris igitur Thais tota est? C. scilicet. *Cic. 5. Tusc.* Democritus luminibus amissis scilicet, & atra discernere non poterat, at vero bona, mala, æqua, iniqua, honesta, turpia poterat. *Id. Att. 1. 4.* Si taceo oppressus, & captus, quo dolore esse debeo? quo sum scilicet. *Id. pro C. Rab. perduel. 100.* Scilicet tibi graviorum dolorem patui tui mors attulit, quam C. Graccho fratris? ¶ Ponitur interdum ironice, interdum cum irrisione, & amaritudine, cum rem aliquam absurdam esse, & minime credibilem volumus significare. Quare tunc est adverbium negandi per Ironiam. *Teren. And. 1. 2. 14.* Meum gnatum rumor est amare. D. Id populus curat scilicet. *Virg. 4. Æn. v. 379.* Scilicet is Superis labor est. ¶ Accipitur quoque pro videlicet, nempe, nimirum. *Cic. 6. Ver. Respondit id*, quod necesse erat, scilicet dicto audientem fuisse Prætoris.
 Scilla, æ, f. *squilla*, e *scilla*, *Σκίλλα*, herba e bulborum genere, imo bulborum nobilissima, ut *Plinius 1. 19. c. 20.* quæ radicem habet caparum modo multipliciter tunicatam. Nascitur tam in mari, quam in terra. Græce similiter dicitur *Σκίλλα*, ut errent, qui *scylla* scribunt. *Varro*, & Officinæ squillam nominant. *Plin. 1. 19. c. 5.* Nobilissima est scilla, quamquam medicamina nata, acetooque exacuendo, &c.
 Scillinus, a, um, *squilliticus*, *Σκίλλινος*, quod ex scilla tactum est. *Plin. 1. 23. c. 2.* Acetum scillinum inveteratum magis probatur.
 Scillites, æ, m. *Σκίλλιτης*, vinum, vel acetum, vel oleum factum ex scilla, ut absinthites, vinum ex absinthio. *Col. 1. 12. c. 33.* Vinum scilliten ad coquendum, & ad corpus reficiendum, itemque ad veterem tussim, & ad stomachum hoc modo condire oportet. *vino squillitico*. *Plin. 1. 32. c. 10.* Urtica marina trita ex aceto scillite, &c. *V. Absynthites*.
 Scilliticos, a, um, *squillitico*, *Σκίλλιτικός*, idem ac scillinus. *Col. 1. 12. c. 34.* Acetum scilliticum.
 Scillitius, a, um, præparatus ex scilla. *Auson. epist. 4. v. 77.* Scillito decies si cor purgeris aceto. *Al. leg. scillite*.
 Scimpodium, ii, *Σκιμπίδιον*, lectus in triclinio, qui unus tantum hominem capiebat. Est autem diminutivum a *Σκιμπος*, quod inter lecti genera reponit *Pollux. Gel. 1. 19. c. 10.* Offendimus eum cubantem in scimpodio Græcienfi.
 Scin', idem ac scino. *Teren. Eun. 4. 7.* Scin'tu, ut tibi res se se habeat?
 Scincus, i, m. *Σκινχός*, animal simile crocodilo, circa Nilotum frequentissimum, itemque in Libya, Arabia, India. Condri solum, & salufque afferri: ac valet ad Venerem excitandam. *Plin. 1. 8. c. 25.* Similis crocodilo, sed minor etiam ichneumone est in Nilo natus scincus, contra venena præcipuum antidotus, item ad inflammandam virorum Venerem. *Id. 1. 28. c. 8.* Ex eadem similitudine est scincus, quem quidam terrestrem crocodilum esse dixerunt, candidiore autem, & tenuiore cute. Præcipua tamen differentia dignoscitur a crocodilo, squamarum seta a cauda ad caput versa. Maximus Indicus, deinde Arabicus. &c.
 Scindo, is, scidi, (& scindi apud Veteres teste *Priscian.*) scissum, a. 3. *scindere*, *dividere*, *κόμω*, Ger. *hauen*, *schneiden*, Gal. *couper*, *decidit*, Hisp. *costrar*, *τέμνω*, *σχίζω*, findo, divido, frango, lacero. *Cic. 1. 5. Fam. ep. 20.* Hanc epistolam cur non scindi velim, causa nulla est. *Virg. 6. Æn. Cuneis* & fissile robur scinditur. *Idem 1. 12.* Infelix crines scindit Juturna solutos. ¶ Penulam scindere. *V. Penula*. ¶ Scindere solum, est terram colere. *Virg. 2. Georg. 1.* Scindere dolorem suum, est renovare commemorandum. *Cic. Att. 1. 13. ep. 15.* Sed etiam ne scindam ipse dolorem meum. ¶ Scindere sententiam, est mutare. *Cic. Att. 1. 13.* Non licet scindere sententiam suam: sed tamen quæ tum acta sunt, non possum non probare, &c. ¶ Scindi in contraria studia, est dividi, & in diversas sententias veluti partes quasdam ire. *Virg. 2. Æn. v. 39.* Scinditur incertum studia in contraria vulgus. ¶ Scindere verba fletu, *interrumpere*. *Ovid. 3. de Pon. eleg. 1.* ¶ Apud *Auson.* *Priap. carn. 54.* usurpatur hoc verbum obiceno sensu, ea scilicet ratione, qua *divido*.
 Scindilla, V. Scandulæ.
 Scinifes, is, f. *cimice*, genus insecti corporibus hominum valde molesti. *Aleim. Avir. 1. 5. v. 164.* Illic quas scinifes vocitant. ¶ Scribitur & *cimipbes*.
 Scinis, vel Sinis, is, m. latro Corinthus crudelissimus, qui inflexis arboribus homines alligabat, ut illis discedentibus discerperentur. *Proper. 1. 3. eleg. 20.* *Ovid. 7. Metam. v. 440.*
 Scintilla, æ, *scintilla*, *искра*, Ger. *funklein*, Gal. *estincelle*, Hisp. *centella*, *ασπιδά*, particula ignis, quæ e silice, cum cæditur, exilire solet. Sic dicitur quasi spintilla, a *σπινδύρα*, quod idem significat. *Beermanus* censet esse a *scindo*, quasi scindilla, quia flamma videtur quasi scindi, dum scintilla excutitur. *Virg. 1. Æn. v. 174.* At primum filis scintillam excudit Achates. ¶ Translate sumitur pro minima particula cuius-

Scidus, *s. Fast.* Et eurtæ scita Thalia lyræ. idest sciens lyra canere. *Id. 9. Metam.* Membrique valens, scititque vadum. id est peritus. *¶* Quia vero quod scienter, docteq; hit, id elegans esse solet, hinc scitus pro pulchro usurpatur. *Ter. Andr. 3. 1. 6.* Peræstor scitus puer natus est Pamphilo. *¶* Item pro apto, opportuno. *Plaut. Amph. 1. 132.* Hæc nox scita est exercendo scorta. *¶* Gradus sunt scisior, scivissimus. *Plaut. Pseud. 2. 4. 53.* Equus homo scitus est? Ch. Plebsciturum non est scitius. *Id. Perf. 4. 4. 3.* Scitissima oratio.

Scidrus, *i. m. sciatolo, sciaturo,* genus animalis, a scia, umbra, & yd, cauda, qua in æstu umbram sibi facit cauda sua. *Plin. 1. 8. c. 38.* Prævident tempestatem scisuri, obturatisque, qua spiraturus est ventus, cavernis, ex alia parte aperiunt fores. De cætero ipsis villosior cauda pro tegumento est.

Scius, *a, um, adject.* idem ac sciens, scitus, doctus, peritus, *scisus, scisus.* *Nan. c. 5. n. 29.* Scius, & confcius hoc differunt, quod scius secum, confcius cum alio scius est. *Lactant. 1. 2. c. 14.* Demonas dici ajunt, quasi sciamus, idest peritos, ac rerum scios. *Pacuv. apud Priscian. 1. 4.* Perrogitando advenas de natis, neque quonquam invenit scium.

Scloppus, *V. Scloppus.*

Scobina, *æ, f. vassa,* instrumentum lignarium, quod respondet limæ ferrariæ, a scobs, scobis. *Plaut. in Nervolar. apud Var. 1. 6. de L. L.* Scobinam ego illam æctutum abrafi. Scobinam a scobe. Lima enim materiæ fabrilis est. *Plin. 1. 11. c. 37.* Novissima asperitas, ut scobina fabri.

Scobs, *bis, & Scobis, bis, f. vel m. limatura, raschiatura, שכב, Ger. scilfhaub, Gal. scieure, Hisp. asfaradura, שיחמא, id,* quod ab aliqua materia minutissimum decidit, dum per limam raditur, vel per ferram secatur, vel per terebram perforatur, vel aliquo corpore atteritur. Secundum *Priscianum* est generis fœminini, secundum *Phocam* masculini. *Plin. 1. 34. c. 18.* Alii elimatam scobem in fictili crudo coquunt in caminis. *Col. 1. 7. c. 10.* Nauseantibus salutaris habetur eburnea scobis sale commixta. *Vitruv. 1. 8. c. 3. ante med.* Fons odore, uti scobe citreo. *¶* Rectus casus scobs affertur a *Prisciano.*

Scolecia, *æ, f. ærugo in ære Cyprio. Plin. 1. 34. c. 10.* Est & alterum genus æruginis, quam vocant scoleciam in Cyprio ære, hoc trito alumine, & sale, aut nitro pari pondere, cum aceto alio quam acerrimo: teritur autem, donec viride fiat, contrahatque se in vermiculorum speciem; unde & nomen. Hæc *Plin.* Alii leg. *scoleca*, ut sit accusativus a recto *scolex*, quod est a Græco σκώληξ, vermiculus. Ex hæc mixtura fit color, qui Ital. dicitur *verde grigio.*

Scolecium, *ii, σκώληκος, genus cocci, quo vestes tinguntur. Plin. 1. 24. c. 4.*

Scolobrochon, *i, n. σκολοβρόχον, herba, quæ & callitrichon, & Scolopendron, & capillus Veneris dicitur. Apul. de herb. c. 47.*

Scolopendra, *æ, f. scolopendra, σκολοπένδρα, insectum octipes, venenatum, cujus in altero extremo, quod caudæ loco habet, supereminet corniculum, quasi furculus impactus, a quo nomines creditur accepisse, nempe quasi έχω σκώληκα εν τῷ ἔδρα, Plin. 1. 8. c. 29.* Et a scolopendris abactos Trerientes, auctor est Theophrastus. *¶* Scolopendra item piscis marinus est. *Plin. 1. 9. c. 43.* Scolopendræ terrestribus similes, quas centipedas vocant, hamo devorato omnia interanea evomunt, donec hamum egerant, deinde refoerunt.

Scolopendrium, *ii, n. eiracca, σκολοπένδρον, genus herbæ, alio nomine apium, & capillus Veneris. Apul. de herb. c. 47.*

Scolymos, *m. 2. σκόλυμος, agrellis herba spinosa, genus cardui sylvestris. Plin. 1. 20. c. 23.* Sed alter florem purpureum mittit inter medios aculeos celeriter canescens, & abeuntem cum aura: scolymon Græci vocant. *Id. 1. 22. c. 22.* Scolymon quoque in cibos recipit Oriens, & alio nomine limonion appellat: Frutex est nunquam cubitali altior, crassisque toliorum, ac radice nigra, sed dulci, Eratotheni quoque laudata in pauperis cœna.

Scombus, vel **scomber**, *bri, m. scombro, σκόμβρος, genus piscis marini. Plin. 1. 9. c. 15.* Et primi omnium scombri, quibus est in aquis sulphureus color, extra qui cæteris. *¶* Ex scombis, maxime qui in Hispano mari apud novam Carthaginem capiebantur, præstantissimum garum fiebat, teste *cod. l. 31. c. 8.*

Scomma, *atis, n. molto, σκόμμα, cavillum. A Macrobio 1. 7. Saturn. c. 3.* definitur morfus figuratus, qui sæpe fraude, vel urbanitate tegitur, ut aliud sonet, aliud intelligatur, nec tamen semper ad amaritudinem pergit. Est a σκώληξ, cavillum. Ejusmodi est illud Ciceronis in Caninium unius diei Confulem: *Olim Flamines, nunc Consules Diales.* V. totum caput Macrobi.

Scopæ, *arum, t. i. num. pl. scopæ, סופי, Germ. besen, Gal. balay, Hisp. escoba, scapardron, sciamma, instrumentum, quo pavimenta veruntur. Plaut. Stich. 2. 3. 23.* Ferte huc scopas, simulque arundineam. *¶* Scopas dissolvere, est rem profus inutiliter facere. *Cic. in Or. c. 71.* Isti cum dissolvunt orationem, in qua nec res, nec verbum ullum est, nisi abjectum, non clypeum, sed, ut in proverbio est, scopas mihi videtur dissolvere. *¶* Hinc *Scopæ solute*, proverbiali Metaphora, dicuntur homines nihili, nulliusque profus consilii. *Cic. Att. 1. 7. ep. 13. ad fin.* Cæfarem vidi Minturnis ad B. Cal. Febr. mane, cum absurdissimis mandatis, non hominem, sed scopas solutas, ut id ipsum mihi ille videatur irridendi causa fecisse. *¶* Scopæ quoque dicuntur virgæ, & putamina virgultorum, vel herbarum, & fruticum, ut *Scopæ manuales*, quas Medici vocant manipulos, quos una manu possumus apprehendere. *Plin. 1. 24. c. 15.* Incipientibus hydropicis efficacæ, manualibus scopis ejus in tribus heminis aquæ decoctis usque ad tertias. *Id. 1. 22. c. 18.* Succus chamaeleonis in vino austero cum origani scopis. *¶* Scopæ regia, vel scopæ regis, herba est similis Achilleo, sed latioribus foliis. Ruellius putat eam esse, quam vulgus herbam carpentariorum vocat, quod materiarum fabri hæc sæpe utantur ad conglutinanda vulnera. *Plin. 1. 21. c. 6.* Non levior ei, quam scopam regiam appellant, & c. *Id. 1. 25. c. 5.* Nostri eam, quæ est latissimo folio, scopas regias vocant.

Scopatius, *ii, scopatore, Ger. haussnecht, Gal. balicus, Hisp. barrederes, scapador, cervus, cujus ministerium est, ut devertat quiventura sortentia. Ulp. 1. instrumento fundi, ff. de fundo instrumto: quibusdam in regionibus accedunt instrumento, si villa cultior est, etiam atrientes, & scoparii.*

Scopas, *æ, m. statuarius insignis, qui floruit Olympiade LXXXVII. Polytaeto comvius. Plin. 1. 34. c. 8.*

Scopes, *um, f. σκώπεις, aves quædam ab Homero memoratæ, variis gestulationibus aucupum imitantes. Plin. 1. 10. c. 49.*

Scopio, *onnis, m. pes uvæ. V. Scripio.*

Scopium, *ii, n. idem ac scopus, hoc est pediculus, ex quo acini uvæ pendunt. Cato R. R. c. 112.* Tunc acina de uvis miscellis decerpito de scopio. **Scopula** *operta, σκωπαλωδῖ, lati humeri, vel ossa humeraria. Cels. 1. 8. c. 1.* A cervice duo lata ossa utrinque ad scapulas tendunt, nostri scopula operta, σκωπαλωδῖς Græci nominant. Ea in summis verticibus si-

nuata, ab his triangula, paulatimque latefcentia ad spinam tendunt, & quo latiora quaque parte sunt, hoc hebetiora.

Scopula, *æ, f. picciola scopa. Col. 1. 12. c. 36.* Scopulæ aridæ myrti.

Scopulofus, *2, um, pieno di scogli, scoglioso, σκωπαλωδῖς, scopulis plenus. Plin. 1. 9. c. 18.* Dejectumque per scopulofa, & abrupta, ubi primum mollis planities contingat, in quodam lacu hoipitari. *¶* Translate fumitur pro difficili. *Cic. 3. de Or. c. 19.* Oratores autem in inferum hoc thufcum, & barbarum, scopulofum, atque interfuum laberunt, in quo etiam ipse Ulyffes errasset. *Id. 1. Verr. In. elligo, quam scopulofa, difficilique loco verfer.*

Scopulus, *i, m. parvus scopus. Suet. in Domit. c. 19.* Nonnunquam in pueri procul stantis, præbentisque pro scopulo dispaniam dextræ manus palmam, sagittas tanta arte direxit, ut omnes per intervalla digitorum innocue pervaderent.

Scopulus, *i, m. scoglio, סופי, Ger. felf, Gal. rocher, Hisp. pena, σκωπαλωδῖς, saxum eminens, a Græco nomine allato. Virg. 1. Æn. Gemini que minantur in cælum scopuli. Cels. 1. 3. B. G. Et eadem de causa minus comode scopulis continebantur. *¶* Sæpe translate fumitur. *Cic. pro Rab. perd. 100, c. 9.* Nec tuas unquam rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos Sex. Titii afflictam navein, & in quibus C. Deciani naufragium torturarum videres. *Ovid. 7. Metam.* scopulos in corde gestare. h. e. immitem, & durum esse. *Lucret. 1. 2. in fin.* Ætas ad scopulum it. h. e. ad interitum.*

Scopus, *i, m. scopo, bersaglio, segno, שיטה, Germ. ziel, zuveck, Gal. bus, Hisp. mirada, senal, σκοπός, id, ad quod sagittas dirigimus. Hinc Veget. 1. 2. de re milit. narrat, solitos fuisse milites sagittario, pro scopone ponere manipulum straminis, vel fruticum, qui cum & scopæ vocetur, inde & scopum a scapa dictum censet. *¶* Translate usurpatur pro fine illo, quo mentem & propositum nostrum dirigimus. *Virg. Attic. 1. 8. ep. 11.* Neutri σκοπός est ille, ut beati sumus; uterque regnare vult. *Id. ibid. 1. 15. ep. 28.* σκοπός huic nostro, nihil præbere. In quibus locis animadvertendum est Græcis literis scribi. *¶* Est præterea scopus pediculus uvæ, ex quo acini dependent. *Var. 1. 1. R. R. c. 54.* Quæ calcæ uvæ erunt, earum scopi cum tolliculis subjucendi sub prælum.*

Scordalia, *æ, f. foeda contentio, rixa. Petron. in fragm. Tragar. Agite scordalias de medio.*

Scordalus, *ii, m. seroce, infolense, ferox, impatiens, & in ultionem facile erumpens. Est autem, ut notat Lipsius, plebeia vox, & inter vulgi convicia. Senec. ep. 83.* Tullius Cimber & nimus erat in vino, & scordalus. In hanc rem jocosus est ipse: Ego, inquit, quemquam feram, qui vinum ferre non possum? *Id. Suavor. 10.* Erat etiam, ubi pietas non exigeret, scordalus. Adde *Petron. in Satyr.*

Scordilon, *i, n. herba, eadem que Scordion. Apul. de herb. c. 70.*

Scordifcus, *m. 2. Rasciani, al. Bofneci, vel Bofnachi, pop. Pannoniz inf. Aravificis finitimi ad Austr. qui habitant in fronte Claudi M. quo a Tauricis separantur. Flor. 1. 3. c. 4.*

Scordium, *ii, n. scordeo, Σκέρδιον, herba magnitudine cubitali, caule quadrangulo, ramofa, foliis lanuginosis, gustu amaro, odore allia, alio nomine scordotis. Plin. 1. 25. c. 6.*

Scordotis, *tis, f. herba eadem que scordium. Plin. 1. 25. c. 6.*

Scoria, *æ, f. i. scoria, סיס, Ger. schlack, Gal. lie, Hisp. bez, σκωρία, recrementum, recrementum, fæx, spurcitia, fordes, quæ ex metallo inter coquendum veluti spuma quædam expurgantur. Plin. 1. 33. c. 4. Quæ et catino jactatur, spurcitia in omni metallo scoria vocatur. *Plin. 1. 34. c. 11.* Et scoria æris simili modo lavatur. *¶* Translate ponitur pro cura, & passione, propterea quod qui in luctu constituti sunt, omni profus cultu neglecto, fordidi conspiciantur. *Virg. in Ciri v. 249.* Sordibus, & scoria patiar tabescere tali. Ubi primam corripere videtur, cum apud Græcos longa fit: vel disyllabam tacere per Synizesin, sive Synæresin.*

Scorpæna, *æ, f. genus piscis. Plin. 1. 32. c. ult.*

Scorpiacum, *i, n. potio, seu pharmacum contra scorpionum ictus. Terul. adv. Gnost. c. 1.* Adversus bestias scorpiacum temperare.

Scorpiacina, *æ, f. herba eadem que proserpinaca. Apul. de herb. c. 18.*

 Scythæ, arum, in. *Sciti*, *Σκυθαι*, pop. Scythicæ. Disti sunt a Scythia filio Herculis. *Herod. l. 4.* Vel, ut alii volunt, a *Σκυθουα*, *irafor*, quod sint feroces & faciles ad transcendendum. *Cal. Rhod. l. 18. c. 24.* Persæ Sacas appellaverunt, a proxima gente: antiqui Arimeos, seu Arameos dixerunt. *Plin. l. 6. c. 17.* Olim sanctissimis tuere moribus, & omnino secundum naturæ leges vivere. Barbari tamen fuerunt. Nam pecore vitam debebant, tamen, & sitim ad duodenos dies terentes, sola herba, quæ spartanea dicitur, sustentati. Plurimi carne equina, nonnulli etiam humana vescabantur. Nullas habebant urbes, plaustris pro domibus uti, in quibus hæc, illac vagabantur. Unde dicebantur *Hamaxobii*. Fuere item bellicosissimi. Asiam quindecim annis subactam mille, & quingentos annos vestigalem habuerunt, & Particum, ac Bactrianum Imperium condidit. *V. Justin. l. 1. & Curt. l. 7. Plin. l. 4. c. 12. & l. 7. c. 2.* ¶ Innumerabiles viri gentis populi tuere. Celeberrimi eorum Sacæ, Massagetæ, Dahæ, Hædones, Ariacæ, Rhymnici, Polici, Amordi, Histi, Edones, Camæ, Camacæ, Eucharæ, Cotieri, Antariani, Piazæ, Arimæpi, antea Cacidiri, Afæi, Oetes. *Plin. l. 6. c. 17.* ¶ *Scytharum solitudines*, prov. apud Aristophanem, de regione vasta, & parum culta. Nam Scytharum gens omnium toto orbe vastissima est, sed olim urbes non habuit, & dispersim habitavit, & in plaustris vagabatur. *Curt. l. 7. ¶ Adjective pro Scythico. Martial. l. 4. epigr. 28.* Indos sardonychas, Scythas smaragdos. *Id. l. 10. ep. 62.* Scythæ pellic lora horrida. *Stat. l. 1. Theb. v. 437.* Scythia, pontus.
 Scythia, es, vel scytha, es, f. 1. *Σκυθία*, *lettera scritta in cifre*, apud Lacedæmonios, live Laces erat genus epistolæ (secretioris, quam in loro, sive corio scribebant, deinde tereti furculo involutam ad Imperatorem mittebant. Eius rationem accurate persequitur *Gel. l. 17. c. 9.* quem vide. *Auson. in ep. ad Paulinum.* Vel Lacedæmoniam scythalem imitare, libelli Segmina Pergamei tereti circumdata ligno, Perpetuo inscribens versu, qui deinde solutus non respondentes sparso dabit ordine formas. *Corn. Nepos in Pauliniana c. 3.* Id postquam Lacedæmonii resciverunt, legatos ad eum cum scytha miserunt.
 Scythiæ, les, f. *Σκυθία*, serpens tanta prætilibus notarum varietate, ut videntes retardet, & quoniam reptando pigrior est, quos assequi nequit, miraculo sui caput reptantes. *Hæc Solin. c. 27. (Jl. 40.) Adde Lucan. l. 9. v. 717. & Plin. l. 32. c. 5.* ubi alii aliter legunt.
 Scytholægittipelliger, *Σκυθολαγίτιπυλλίγγοι*, vox hibida, epitheton est Herculis, apud *Tertul. de pal. c. 4.* quod significat clava, & sagittis armatum, & pelle indutum. Compositur a græca voce *Σκυθία*, *scythæ*, h. e. clava, & latinis *sagitta*, & *pelliger*.
 Scythes, æ, m. filius Jovis, qui arcum, & sagittas invenisse dicitur. *Plin. l. 7. c. 56.*
 Scythes, æ, m. *Σκύθης*, qui est e Scythia. *Cic. 5. Tusc. cap. 32.* An Scythes Anacharis potuit pro nihilo pecuniam ducere, nostrates Philosophi facere non poterunt? *Hor. l. 4. od. 14.* Te Cantaber non ante domabilis, Medusque, & Indus, te protugus Scythes Miratur. ¶ Adjective *Senec. Hippolyt. v. 903.* Hunc Græcia tellus aluit, an Taurus Scythes? *Id. in Herc. Fur. v. 1210.* Illa, quæ pontum Scythen Symplegas arctat.
 Scythiæ, æ, f. *Scythia*, *Σκυθία*, regio vastissima orbis terrarum, ad Septentrionem. Ex Mœlia Interiore in Asia ad Tabin usque promontorium, & fretum Anian longitudine terrarum milliaria Germanica mille amplius occupat, latitudine vero ab Oceano Septentrionali ad Caucasum montem, fontisque Indi fluminis mill. Germ. circiter sexaginta. *Cluver. l. 4. c. 17. n. 1. Justin. l. 2.* hos fines Scythiæ statuit. Scythia autem in Orientem porrecta includitur ab uno latere Ponto, & ab altero montibus Riphæis, a tergo Asia, & Phasi flumine. Multum in longitudinem, & latitudinem patet. Dividitur univërfa Scythia in Europæam, & Asiaticam. ¶ Scythia Europæa a Tanaidis ripis per Mæotidas, & Pontum Euxini litora usque ad Istri ostia expanditur. ¶ Scythia Asiatica fines habet ab Occ. eodem, quos ipsa Asia, atque Europa, ab Or. mare Eoum, & Auxatis, Casioque montes, quibus a Serica, hodie Catajæ Regno, determinatur, & Ototooram montem, quo a Sinis, sive Chinensibus discernitur, a Sept. mare Scythicum, sive concretum ad Tabin usque promontorium, a Mer. Emodos montes, quibus ab Indiis, & Sogdia, Oxiaque juga, quibus a Persarum submovetur Imperio, dein mare Caspium, mox Caucasum montem, quo ab Albania, & Coracem, quo ab Iberia, & Colchide separatur. Habet præterea alias divisiones, de quibus V. Geographos. ¶ Scythia e-quis maxime abundat, quorum carnibus populi vescuntur. Asiatis

vero propter loci frigiditatem caret, teste *Plinio*. ¶ De Scythia *Plinius* scribit *l. 2. c. 50. l. 4. c. 13. l. 6. c. 17. & l. 8. c. 15.*
 Scythiæ, es, V. Scythicus.
 Scythicus, a, um, *Σκυθικός*, quod ad Scythas pertinet. *Cic. 5. Tusc. Mibi amictus est Scythicum tegmen. Stat. 12. Theb. v. 519.* Scythica gens. *Martial. l. 6. ep. 58.* Scythici sidera ni ra poli. ¶ Scythica herba (quæ & Scythice absolute dicitur a *Plin. l. 25. c. 8.*) est sapore herbulci, a Scythiis inventa, cujus vim ad tussim sanandam, & vulnera tradit. *Id. l. 26. c. 5. & 14.*
 Scythis, idis, f. mulier Scythica. *Ovid. 15. Met. v. 360.* Exercere artes Scythides memorantur eadem.
 Scythissa, æ, f. mulier e Scythia. *Nepos in Datam. c. 1.* Datames patre natione Care, matre Scythissa natus.
 Scythopólis, f. 3. *Bethsan*, urbs Palæstinæ, in Galilæa, in ora lacus. Genetrix ad Mer. apud Jordanis fl. egressum, in Campo Magno, Tiberiadi, & Bethsaidæ proxima. Conditæ tuit a Baccho, & Scytharum ejus comitum nomine appellata. *Plin. l. 5. c. 18.*
 Scythotauri, orum, m. populi Scythici Tauricæ regionis. *Solin. c. 25. Plin. l. 4. c. 12.*
 Scyzium appellatum olim fuit genus quoddam vini, cujus conficiendi ratio obliterata jam est. *Plin. l. 14. c. 16.*

S A N T E E.

Se pronomen V. Sui.
 Se, *σέ*, præp. ex eorum numero, quæ, quod extra compositionem nihil significant, inseparabiles a Grammaticis dicuntur. Quibusdam, teste *Prifetano l. 14.* placet esse a *femis*, quod separationem facit, vel a *fecus*. Compositur vero cum dictionibus incipientibus a literis *c, d, e, g, i, p, v, u,* ut *Secedo, seduco, sedeo, segrago, sejungo, seligo, separo, sevo*. In vocibus, quæ ab e incipiunt, interponitur litera *d*, euphoniz causa, ut *sedeo*. Fere divisionem, seu separationem significat, ut *separo, sejungo, seduco, segrago*. Nonnunquam notat privationem, seu negationem, ut *securus*, quasi sine cura. Interdum didimium, ut *selibra*, semuncia. ¶ Olim *se pro fino* usurpata tuit. *Lex XII. Tab. apud Cic. 2. de Legib. c. 24.* Alt im cum illo sepelire, ureve, se fraude esto.
 Sebæcus, & Sevaceus, a, um, *σενβικός*, quod ex sebo est. *Apul. l. 4. Tædis*, lucernis, cereis, sebaceis, nocturni luminis instrumentis clarescunt tenebræ.
 Sebælis, vel Sevalis, le, adiect. sebaceus ut sebalis fax, apud *Ammian. l. 18. c. 14.*
 Sebaste, es, f. 1. *Samaria*, urbs exc. Palæstinæ, in Samaria. *Plin. l. 5. c. 13.*
 Sebañeni, orum, m. Galatiæ populi. *Plin. l. 5. c. 11.*
 Sebañia, f. 1. *Sausfia*, urbs medit. Cappadociæ, apud M. Argæum. *Plin. l. 6. c. 3.*
 Sebañopólis, f. 3. *Savas*, urbs medit. Cappadociæ, præclara. *Plin. l. 6. c. 3.*
 Sebetus, m. 2. *Fiume della Maddalena*, *Fornello*, amnis admodum parvus Campaniæ, qui vicatim per Neapolim labitur, sed eius pars prope muros urbis excurrit, & paulo infra pontem S. Magdalene in sin. Neapolitanum se exonerat. *Stat. l. 1. silv. 2. v. 263.*
 Sebethis, idis, f. *σέβηθης*, nomen Nymphæ apud *Virg. 7. Æn. v. 734.* ¶ Sebethis lympha, est Sebetus fluvius. *Col. l. 10. v. 134.*
 Sebo, vel sevo, as, a. 1. *σέβω*, sebo obduco. *Col. l. 2. c. 22.* Feriis autem ritus majorum etiam illa permittit, tar pinsere, faces incidere, candelas sebare.
 Seboffus, & Sevolus, a, um, adiect. sebo abundans. *Plin. l. 18. c. 14.* Medulla sevofa pecudum.
 Sebum, seu sevim, i, (nam utroque modo legitur) *sevo* Ger. *unfschlit*, Gal. *suif*, Hisp. *sebo*, *σεβω*, pingueJo animalium, ex qua fiunt candelæ. *Plaut. Capt. 2. a. 31.* Habet unde excoquat sevim fenex. quæ proverbialis locutio est, & dicitur de eo qui divitiis affluit.
 Secabilis, le, adiect. idem quod scilicet. *Estians. de ira Dei, c. 10.* Dividua ergo, & secabilia sunt. *Auson. eclog. 1. v. 7.* Secabile segetem.
 Secale, is, n. 3. *segala*, Ger. *rocken*, Gal. *seigle*, Hisp. *centeno*, frumenti genus. *Plin. l. 18. c. 16.* Secale Taurini sub Alpibus asiam vocant, deterrimum, & tantum ad arcendam tamen utile, sæcunda, sed gracili stipula, nigritia triste, sed pondere præcipuum. Admisceatur huic tar, ut mitiget amaritudinem ejus, & tamen sic quoque ingratisimum ventri est. Nascitur qualicunque solo cum centesimo grano: ipsiunque pro lætamine est. Hæc *Plinius*.
 Secamentum, i, quod secando dividitur, vel quod ex ligno scilicet confectum est. *Plin. l. 16. c. 10.* E diverso materies, quæ abieti pulcherrima, picæ ad fistiles scandulas, cupasque, & pauca alia secamenta.
 Secarius, a, um, in quo secamenta, vel segmenta ponuntur. *Cato. c. 11.* Villicum habere oportet sportas secarias tres, molas aünarias tres. Alii leg. *secarias*.
 Secatürus V. in Seco.
 Secedo, is, est, esum, n. 3. *παύω*, *αυτ*, *αυτ*, *αυτ*, *αυτ*, *αυτ*, Ger. *abuveichen*, Gal. *se retirer*, Hisp. *apartarse*, *αυαυσι*, seorsum vado, seu seorsum venio, procul ab hominum frequentia recedo. *Plaut. Amph. 2. 2. 139.* Secede huc tu Sofia. *Id. Curt. 2. 3. 2.* Fugite omnes, abite, & de via secedite. *Cic. 1. Catil. in fin.* Quæ secedant improbi, secedant se a bonis. *Liv. l. 40.* Secessit in partem interiorum cum duobus amicis totidem custodibus corporis. *Propert. l. 1. eleg. 10.* Secedere a lusu. *Quintil. l. 1. c. ult.* Secedere ad stilum, *ritar i a comporre*.
 Secerno, is, crevi, cretum, a. 3. *separare*, Ger. *absondern*, Gal. *separer*, Hisp. *apartar*, *αυαυσι*, separo, sejungo, discerno, *discedo*. *Cic. 4. Fin.* Itaque illa non dico me expetere, sed legere, nec optare, sed sumere, contraria autem non fugere, sed quasi fecernere. *Id. de Am. Secerni autem blandus amicus a vero, & internoscis tam potest, adhibita diligentia, quam & Liv. l. 45. c. 14.* Secernere se e grege. *Horat. de ar. poet. ad fin.* Publica privatis secernere, sacra profanis. *Id. epod. 16.* Jupiter illa piæ secrevit litora genti. h. e. legelit, sepoluit, & habitanda piis hominibus dedit.
 Secepsita, æ, l. genus cultri. *Fest.* Secepsitam esse Antistius Laheo ait cultrum ferrum, oblongum, manubrio rotundo, eburneo, solido vincto ad capulum auro, argentoque, fixum clavibus æneis, ære Cyprio, quo Flamines, Flaminicæ virgines, Pontificæque ad sacrificia utuntur. *Suet. in Tib. c. 5.* Nam & inter Pontifices sacrificanti simul pro secepsita plumbeum cultum subsidiendum curavit. ¶ Sumitur etiam pro repagulo. *Fest.* Eadem alias dicitur, qua in sacratio utuntur. Sacratio namque in templis rediculo æneo olim sepebantur, in quo tubæ reliæque sunt, per quas manibus sacra tangere licet. Est hoc in templo Bonæ Deæ. Sed & aliis in locis. Est fuit veluti repagula quædam. Ita secepsita dicuntur duobus modis. Hæc *Festus*.
 Secesio, onis, *παύω*, *αυτ*, *αυτ*, *αυτ*, *αυτ*, Ger. *abuveichen*, Gal. *retirer*, *secessio*, Hisp. *parida*, *αυαυσι*, disceito, recessus in aliquem locum remotum, vel secretiorum, & minus frequentem. *Cic. pro Mur.*

Mur. c. 24. Mæstos amicos, observationes, testificationes, seductiones testium, secessionem subseriptorum animadvertent. ¶ Interdum sumitur pro defectione, divisione populi in duas, pluresve partes. *Cic. pro Leg. c. 6.* Secessionem tu illam exitimasti, Cæsar, initio, non bellum. *Liv. l. 2. c. 32.* Piso auctor est, secessionem factam esse in Aventinum.

Secessus, us, m. *vitamento, partentia, ἀναγκασίς,* discessio, recessus in locum solitariu, minusque frequentem. *Ovid. l. Trist. eleg. 1.* Carmina secessum scribentibus, & otia querunt. ¶ Interdum pro loco secretiore, & ab hominum turba, aspectuque remoto, *luogo solingo, xitiro, סודר,* Ger. *abgesondert orb,* Gal. *lieu ou l'on se retire à part,* Hisp. *lugar secreto, ἄρυσια.* *Virg. l. 1. Æn.* Est in secessu longo locus. *Plin. jun. l. 2. epist. 13.* Ille meus in urbe, ille in secessu contubernalis. *idest in villa.* ¶ Item pars corporis postica, qua excrementa egeruntur. *Hieron. epist. 128. ad Fabiol.* Totum quod curamus, quod vomamus, in secessum projici.

Secus, V. fecus.

Secus, a, um, quod fecatur. *Fest.* Secium est, quod secessita fecatur, libum, seu placenta, quæ soleat necessarius sacrificiis adhiberi. *Paul. ibid.* Secium libum est, quod secessita fecatur.

Seculdo, is, si, sum, a. 3. *cludere, separare, רכסר,* Ger. *abschneiden,* Gal. *entfernt à part,* Hisp. *apartar, cortar, ἀποκλάω,* est seorsum claudere, femovere, sejungere. *Propert. l. 1. eleg. 19.* Ille sub extrema pendens secluditur ala. *Virg. l. 1. Æn.* Solvite corde metum, Teucri, secludite curas. ¶ Secludere vitam corpore, est se occidere. *Plaut. Rud. l. 4. 1.* Quid magis in rem est meam, quam corpore vitam secludam.

Seculum, V. Seculum.

Seculorum, ii, *ἐκκλησίαιον,* locus, in quo aliquid secluditur. *Var. l. 3. de R. R. c. 5.* Excluduntur in minusculum avianum, quod est conjunctum cum majore olitio, & lumine illustriore, quod seculorum appellatur.

Seculus, a, um, *separato.* *Cic. de Orat. l. 2. c. 39.* Ubi non seclusa aliqua aquila teneatur. *Id. 7. Ver. c. 9.* Seclusus a communi luce. ¶ *Seclusa sacra,* a prisca dicebantur, quæ Græci *μυστήρια* appellant, ab eo, quod separata, ac seorsum clausa a vulgo propter sanctitatem aliquam esse debent. *Fest.*

Seco, as, cui, ctum, a. 1. *tagliare, segare, dividere, וכר,* Ger. *schneiden,* Gal. *trancher, sailler,* Hisp. *cortar, τειρω,* excido, cado. *Cic. in Phil. 8. c. 5.* In corpore liquid est ejusmodi, quod reliqua corpori noceat, uri, & secari patimur. *Virg. l. 1. Æn. v. 212.* Pars in frusta secant. ¶ Translate sumitur pro dividere, distinguere, distribuire. *Cic. de Orat. l. 2. c. 27.* Isti quidem causas in plura genera secuerunt. ¶ Secare viam, est ire, proficisci, apud Poetas. *Virg. 6. Æn.* Ille viam secat ad naves. V. *Secus.* Sic *Æn. 5.* ipsa tusa secat æquora prisca. h. e. celeri cursu undas dividit. Et *Georg. 1.* Scylla levem tugiens fecat æthera pennis. ¶ Translate fecare aliquem, est satyrico dente mordere, *tagliare i panni addosso.* *Perf. Jar. l. v. 115.* Secuit Lucilius urbem, Te Lupe, te Muti, & genuinum fregit in illis. *Horat. l. 1. sat. 10. v. 15.* ridiculum acri Fortius, & melius magnas plerumque secat res. ¶ Secare lites, est dirimere, componere. *Horat. l. 1. ep. 16. v. 42.* vir bonus est quis? Quo multæ, magnæque secantur iudice lites. ¶ Partic. *secaturus* prosecutus. *Colum. l. 5. c. 9.* Partem, supra quam ramum fecaturus es, stramentis tegere. ¶ Seco etiam notat sequi, ut nonnullis placet. *Virg. 10. Æn. v. 107.* Quæcumque est fortuna hodie, quam quisque fecat spem. Ad quem locum *Serv.* Secat, idest sequitur, habet, tenet, unde factus dicimus. Alii exponunt, quam quisque spem deceperit, sumit, capit, ea ratione, qua *Idem* secare viam, dixit.

Secors, V. Socors.

Secretarium, ii, *luogo secreto.* *Apul. de Mundo.* Ignes, qui terræ secretariis continentur. *Sever. Sulpit. in dial. 3. de virt. Martini, c. 8.* Secretarium vocat conclave, seu locum cancellis septum, in quo reddebatur jus, eujusmodi sunt, quæ ab Italis dicuntur *Cancellarie.*

Secretæ, adv. idem ac secreto. *Tersul. de Orat. c. 1. & de pal. c. 4.*

Secretum, m. *secretum.* *Amian. Marcel. l. 29. c. 1.*

Secretio, onis, f. *separazione, τὰς αἰσῆς,* actus secernendi, separatio, se-junctio. *Cic. l. Tusc. c. 29.* Est interitus quasi discessus, & secretio, ac diremptio earum partium, quæ ante interitum junctioe aliqua tenebantur.

Secretio, adv. *separatamente, ἕκαστῶν,* distincte, separatim, seorsum, a *secreto.* *Colum. l. 11. c. 2.* De quibus loco dicam secretus, ne inter hanc quasi turbam operum negligentius olitoria officia descripsisse videar. *Liv. l. 3.* Secretio ab aliis coquere consilia. ¶ Frequenter sumitur pro clam, occulte, sine arbitris, *secretemente.* *Cic. Att. l. 7. epist. 8.* Una Formas venimus, & ab hora octava ad vesperum secreto collocuti fumus.

Secretum, i, *luogo solingo, ἄρυσια,* secessus. *Ovid. 13. Metam.* Prædique assuetus amore in secreta venit. *Plin. l. 3. epist. 1.* Quam pulchrum illud, quam dulce secretum, quantum ibi antiquitates? *Tac. l. 14. Ann. c. 53.* M. Agrippæ Mitylenense secretum permittit. *Quintil. l. 19. c. 7.* Stilius secretum gaudet. ¶ Secretum petere, est secreto colloquendi copiam petere. *Sueton. in Tib. c. 26.* Secretum petenti, non nisi adhibito filio Druso dedit. ¶ Frequentissime sumitur pro arcano, pro re secreta, & separata, quam nulli communicamus, sed apud nos tacitam servamus, *secreto, ἀρρητόν.* *Ovid. 2. Metam.* Et legem dederat, sua ne secreta viderent. *Plin. l. 14. c. 22.* Tunc animi secreta proferuntur.

Secretus, a, um, *separato, ἐκκαταμύω,* separatus, sejunctus, divisus, a *secreto.* *Cic. 2. de nat. Deor. c. 21.* Habent igitur suam spheram stelæ inerrantes, ab æthere conjunctione secretam, & liberam. *Virg. 8. Æn.* Secretosque pios, hinc dantem jura Catonem. h. e. ab impiis separatos. ¶ Cum genitivo *Lucret. l. 2. v. 841.* Sed ne forte putes solospoliata colore Corpora prima manere, etiam secreta teporis sunt, ac trigoris omnino, calidique vaporis. ¶ Interdum pro secreto ponitur. *Quintil. l. 9. c. 3.* Secretæ, & extra vulgarem usum positæ, illoque magis nobiles, ut novitate autem excitant, ita copia fatiant. ¶ Item pro solo, vel solitario, quasi a cæteris separato. *Cic. 2. de Leg. Loco publico, privatione, celebri, an secreto, aliena civitate, an tua, in castris, an foro dicat, interest plurimum.* *Colum. l. 9. c. 4.* Probatis apibus delinari debent pabulationes, æque sint secretissimæ. ¶ Secretus homo dicitur, qui in solitudine degit, *solitario.* *Sen. epist. 92.* Invadit etiam secretissimos tumultus. ¶ Item qui arcanæ, & probatæ est fidei. *Tac. in Agric. c. 40.* Libertus ex secretioribus ministris missus ad Agricolum.

Secula, æ, f. *seta, sæxone, ἀίτια,* schola, ratio vitæ, institutum, familia, disciplina, hominum congregatio idem in philosophia, vel alia quæpiam re sectantur. Hic *Donat. ad Terent. Eun. a. 2. sc. 2. & Pborm. a. 1. sc. 2.* dictam putant a *sectando,* est alii aliunde ducant. V. *Seco.* *Cic. Ver. 7. c. 70.* Horum hominum sectam, atque instituta persequimur. *Id. ad Brut. epist. 3.* Hostes omnes iudicati, qui M. Antonii sectam secuti sunt. *Plin. in Paneg. cap. 4.* Quæ tibi secta vitæ, quod genus hominum placeat. *Liv. l. 29. c. 27.* Qui meam sectam, imperium, & principumque terra, mari sequuntur.

Seculaculum, i, propago, progenies. *Apul. l. 5. Metam.* Occipiunt seiscitari, qualis ei maritus, & inde natalium sectacula proveniunt.

Secularis verve est aries, qui sectis testiculis alitur ad vescendum. *castrato.* *Plaut. Capt. 4. 2. 45.* Qui Petroni nomen induit verveci sectario. V. *Petro.* ¶ *A Paulo apud Fest.* verve sectarius dicitur, qui gregem agnorum præcedens ducit. ¶ Similiter *sectarii porci* dicuntur a *Catonem de R. R. c. 150.* (sic enim ibi legendum, non *serarii*) qui gregem sequuntur. Verba *Catonis* sunt: Menses decem ab coactore releget porcos sectarios. In oves denas singulos pascat. Itaque *Cato* significat eos porcos, qui ovillum, aut alterius generis gregem sequuntur, & simul cum iis pascuntur.

Seculatio, onis, f. actus sectandi, seu sequendi. *Tersul. l. 1. ad Uxor. c. 6.* Invenit diabolus quomodo homines etiam boni sectationibus perderet.

Seculor, oris, m. 3. *seguace, ἀκολουθῶ,* qui aliquem assidue sequitur. *Cic. pro Mur. c. 34.* At sectabantur multi, quid opus est sectatoribus? *Et mox.* Lex Fabia, quæ est de numero sectatorum. Loquitur hic *Cicero* de clientibus candidatorum, qui eos quocunque sectabantur, gratiæ conciliandæ causa. *Tac. 4. Ann. c. 68.* Neque omiserat conjugem, liberoque ejus percolere, sectator domi, comes in publico, post tot clientes unus. ¶ Dicitur etiam de discipulis Philosophorum, qui ut aliquid ab iis addiscant, ab eorum latere nunquam discedunt. *Plin. l. 18. c. 28.* Hoc postea Sextius e Romanis sapienter sectatoribus Athenis fecit eadem ratione. *Gel. l. 2. c. 2.* Taurus, sectatoribus commodum dimissis, fedebat pro cubiculo sui foribus.

Seculatrix, icis, f. quæ sectatur. *Petron. in Satyr.*

Seculatus, a, um, partic. a sequor. *Horat. l. 2. ser. sat. 2.* Leporem sectatus, equove Lassus ab indomito.

Seculilla, ium, n. 3. res, quæ secantur. *Vitruv. l. 7. c. 1.* Ad regulam, & libellam exacta pavimenta struantur sive seculibus, seu tessellis. Per *seculilla* intelligimus parvas crustas marmoreas sectas in varios interdum colores: per *tesseras* accipimus quadrata grandia.

Seculillus, & le, o. 3. *ταυτή,* quod factum est, aut secari potest. *Plin. l. 16. c. 43.* Magna autem & glutini ratio propter ea, quæ secilibus laminis, ac in alio genere operiuntur. *Suet. in Cæs. c. 43.* Multi eum prodiderunt in expeditionibus tessellata, & secilia pavimenta circumtulisse. ¶ *Seculile porrum,* & genus porri, ita dictum, quasi secilivum, quod sæpe secatur, ut profundius crescat. Aliqui dictum scribunt quasi secum, & sua sponte concisum, nam concisum, & secum introrsus videri. *Juven. sat. 3. v. 293.* Quis tecum seculile porrum Sutor, & elixi vervecis labra comedit?

Seculo, onis, tagliamento, divisione, τῶν, Ger. *Schneidung,* Gal. *coupeure,* Hisp. *corradura, τμήσις, χίσις,* actus secandi, concisio, divisio. *Plin. l. 25. c. 7.* Bibitur & contra serpentes, & ante sectiones, punctionesque, ne sentiantur. *Quintil. l. 1. c. 10.* De ratione dividendi, de sectione in infinitum, &c. ¶ Aliquando sumitur pro publicatione, qua quis media, vel aliqua parte bonorum, vel omnibus bonis mulctatur, & quæ vulgo confiscatio dicitur, vel pro divisione prælie hostilis. *Cic. 2. Phil. c. 45.* Qui ad illud scelus sectionis auderet accedere. *Id. l. de Invent. c. 45.* Cujus prælie sectione venierit. ¶ Aliquando pro bonis ipsis damnatorum, quæ publicantur, aut etiam pro prælia hostium, quæ sub haïta venditur. *Cæs. l. 2. B. G. c. 33.* Poltridie ejus diei sectionem ejus oppidi universam Cæsar vendidit. idest omnia bona. *Tac. 1. hist. c. 90.* Reliquias sectionum Neronianarum nondum in silicum conversas revocatis ab exilio concessit. h. e. reliquias eorum bonorum, quæ Nero dominis in exilium actis, silico vendicaverat. ¶ Sectiones exercere, est alios accusando, eorumque damnatorum bona emendo quantum facere. *Tacit. Ann. 15. c. 25.* Pætus quidam exercendis apud ærarium sectionibus famosus. Eodem sensu *Sueton. in Vitel. c. 2.* Sectionibus, & cognituris uberius compendium nancisci. V. *Sector.* ¶ Aliquando sectio ponitur pro juris persecutione. *Paul. apud Fest.* Sectio, persecutio juris.

Seculus, adv. idem quod secius. *Plaut. Men. 5. 7. 57.* Hæc nihil esse feculus quam somnia. Ita legitur in periferique codicibus *Gellii l. 18. c. 9.* at in editis *Plauti secius* quidam substituitur.

Seculivum, 2, um, m. *ταυτή,* idem ac secililis, ut *Porrum seculivum. Col. l. 11. c. 3.* Porrum si seculivum facere velis, densius satum præceperunt priores relinqui, & ita, cum increverit, secari.

Sector, aris, atus sum, d. 1. *seguatore, andare dietro, ἀκολουθῶ,* trequenter sequor, multum, & continue sequor. *Cic. 4. Ver. c. 70.* Is prætorum circum omnia fora sectaretur. *Id. 6. Ver. c. 66.* Qui illis ejusmodi est, ut eum pueri sectentur, ut omnes, cum loqui cœperit, irrideant. ¶ Dicitur & de iis, qui alicujus scholam trequant, & euntem comitantur, ut discant. *Gel. l. 6. c. 6.* Apollinarem Sulpitium in primis sectabar. *Terent. Eun. 2. 2. 31.* Ibi homo cœpit me obsecrare, ut sibi liceret discere id de me: sectari jussi, si potis est. ¶ Sumitur etiam ia malam partem pro insectari. *Plaut. Cist. 2. 2. 1.* Anum sectatus sum clamore pro vias. ¶ Cum de bestis dicitur, fere notat venando sequi, investigare, perquirere. *Virg. 3. Ecl. v. 75.* Si, dum tu sectaris apros, ego retia servo. ¶ Urpatur quoque de rebus inanimatis, pro iis operam dare, ea amare. *Hor. in Ar. Lævia* sectantem nervi desiciunt. idest enervatos versus scribit, qui dat operam, ut scribat delicatos. ¶ Item passiva significatione. *Varr. l. 2. R. R. c. 9.* Qui vellet se a cane sectari.

Sector, oris, τῶν αἰσῆς, τῆς αἰσῆς, qui secat, qui aliquid incidit, aut dividit, ut *Sector zonarius,* qui alterius zonam, aut marsupium secat, *szgliahorfe.* *Plaut. Trin. 4. 2. 20.* Mira sunt. Ni illic homo est aut dormitator, aut sector zonarius. ¶ Accipitur etiam pro accusatore, qui ex damnatione accusati dimidium bonorum expectat, aut certe aliquam partem, & ibi persequitur; item pro eo, qui bona damnatorum emit in auctionibus, ut postea ea vendens lucrum faciat. *Ason. in 3. Ver. c. 23.* Sectores dicti sunt, qui spem lucri sui secuti, bona condemnatorum semel auctionabatur, proque his pecunias pensitabant singulis, in posterum pro compendio suo lingua quæque pecunia populo vendituri. ¶ *Sector* significatione diversa vel a *secando* est, vel a *sequendo.* Nempæ a *secando* est, cum accipitur pro eo, qui secat, ex. gr. pro sicario; a *sequendo*, cum notat accusatorem, quia delationibus id agit, ut homines suis evertantur fortunis: vel cum, qui bona damnatorum emit.

Cic. pro Rosc. Amer. c. 29. Nescimus, per ista tempora eisdem fere sectores fuisse collorum, & bonorum. Ubi utranque significationem complexus est. *Id. 2. Phil. c. 26.* Ut primum cum sector sis, isto loco natus, deinde cum Pompeji sector, &c. Appellat Antonium sectorem Pompeji, quoniam in substatione ejus bona redemerat. Adde *3. Ver. c. 23.* ¶ *Populus sui favoris sector,* translate dicitur, pro venditore, sive auctionatore suffragorum comitialium. *Lucan. l. 1. v. 178.*

Seculix, icis, f. mulier, quæ bona damnatorum emit in auctionibus. *Plin. l. 36. c. 15.* Unde enim vitrius Sylla, & Metella mater profectionum seculix.

Seculura, æ, f. *szgliahorfe, τῶν αἰσῆς,* secandi actio, sectio. *Plin. l. 37. c. 8.* Et venatus quidem callaidis talis; sectura formantur, alias fragiles. ¶ *Seculura* quoque cavernæ subterraneæ dicuntur, ut *fođinæ,* in quibus

metella exciduntur, quod a terra seclæ, id est divise sunt. *Cæs. l. 3. B. G. c. 21.* Cuius rei (cuniculos agendi) peritissimum sunt, propterea quod multis locis apud eos ærare solentur sunt.

Secctus, a, um, *secctio, tagliato, περιτομή*, partic. a secor. *Horat. l. 4. od. 4.* Hydra seccto corpore firmior. *Id. l. 1. epist. 1. v. 104.* Secctus unguis. *Quintil. l. 4. c. 5.* Scrupulose in partes seccta divisio. Seccta via, *strada fissæ. Lucr. l. 5. v. 273.* Qua via seccta semel liquido pede detulit undas. Eundem verbum repetit *l. 6. v. 638.* Sic *Virg. Æn. 6. & 12.* dixit, secare viam, pro ire, *camminare.* ¶ Translate *Æn. de rem. amor. v. 443.* Seccta bipartito cum mens difcurrit utroque, Alterius vires subtrahit alter amor.

Secubatō, onis, f. secubitus. *Solin. c. 39. de usis Numid.* Partitis secubationibus dividuntur.

Secubitus, us, m. *il dormire solo, ἀπαισθησις*, secubandi actus. *Ovid. 5. Amor. eleg. 17.* Hanc quicumque lacrimis lætari credit amantem, Et bene tormentis, secubituque colit? Adde *Carul. carm. 65. de nupt. Pel. & Theb. v. 375.*

Secūbo, as, bui, bitum, n. 1. *giacere solo*, Ger. *besonder ligen*, Gal. *coucher a part*, Hisp. *dormir a parte, ἀποκοιμισμα*, scorum, sive separatim cubo. *Liv. l. 39. c. 10.* Si per aliquot noctes secubuisse. *Sueton. in Tiber. c. 7.* Mox discedit, & aliquando gravius, ut etiam perpetuo secubaret. *Tibul. l. 2. eleg. 25.* Miles depositus annosus secubat armis.

Secūla, æ, f. 1. *βραβύη, ταξ*, apud Campanos, a secando. *Var. l. 4. de L. L.*

Secularis, & re, o. 3. *ἀιώνιος*, quod ad seculum spectat. Ludi secularis erant Ludi apud Romanos, qui centesimo quoque anno celebrabantur pro incoluntate Populi Romani, & salute totius Imperii. *Festus.* Seculares ludi Tarquini Superbi Regis in agro tunc primum facti, quem Marti consecravit P. Valerius Poplicola Cos. quod Populus Romanus in loco illo antea reptant aram quoque Diti, ac Proserpinæ consecraverat in extremo Martio Campo, quod Terentium appellatur, demissam intra terram pedes terè viginti, in qua pro malis avertendis Populus Romanus tacere sacra solitus erat. Ludos postea secularis & nonagesimo quoque anno facere ibi cepit Popilio Lenate Duumviro sacrorum, in quibus hostiis furulis (lege furvis, vel furulis) est operatus tribus diebus, totidemque noctibus. Ac deinde institutum est, centum post annos ut ferent. *Plin. l. 7. c. 48.* Minus miror, Stephano, qui primus togatus saltare instituit, utriusque secularibus ludis saltasse. ¶ Centesimo quoque anno fiebant, ut dictum est. Sed postea Principum ambitione, minore spatio interfecto sæpius fuerè instaurati. *Sueton. in Claud. c. 21.* ¶ In his ludis præco pronuntiare solebat, Populium Romanum eos vifurum esse ludos, quos nemo eius ætatis unquam vidisset, aut vifurus esset posthac. *Id. ibid.* ¶ Carmen secularis erat, quod secularibus ludis cani consueverat ab electis ad hoc pueris prætextatis, & puellis virginibus, quare & *Horatius* composuit, & legitur inter ejus carmina post Epodon. ¶ Apud Ecclesiasticos Scriptores secularis sæpe accipitur pro profano. Sic *Tertul. de cor. milit. c. 7.* Iteras secularis dixit, *libri d' auctori profani.* ¶ Item pro eo, qui extra Christianam religionem est, gentili, ethnico. Hinc *Id. Tertul. c. ult. de exhortat. ad castit.* secularis terminas vocat Dionem, & Lucretiam.

Secūlum, i, vel potius sæculum, & per syncop. sæclum, *secolo, σάιον*, Ger. *hundert jahrig zeit*, Gal. *secle*, Hisp. *sigle*, *αιών*, *γενεά*. *Verrus Flaccus*, ut ex eo scribit verum Horatii interpres, desinabat seculum annis centum & decem. *Var. l. 5. de L. L.* centum annos dixit esse seculum, quia id sit longissime senescerunt hominum spatium. Sunt, qui mille annos seculum esse dicant, teste *Serv. in 8. Æn.* Hinc *Plaut. in Mil. 4. 2. 87.* Quin mille annorum perpetuo vivunt ab seculo ad seculum. ¶ Perlongue seculum pro centum annorum spatio a Scripioribus usurpato solet. *Ovid. 12. Metam. de Neflore.* Annos vixit bis centum, nunc tertia vivitur ætas. *Cic. 2. de Orat. c. 37. de Numa.* Quo etiam major vir habendus est, cum illam sapientiam constitueret civitatis duobus prope seculis ante cognovit, quam eam Græci natam esse senserunt. ¶ Interdum ponitur indefinite pro quovis tempore. *Cic. l. 11. Fam. ep. 13.* In multa secula videbam Rempublicam liberatam. idest diu, & in multos annos. *Id. 4. Acad. Nihil ne tot seculis, summis ingenii, maximis studiis explicatum putamus?* ¶ Metonymice ponitur pro hominibus, qui aliquo seculo vivunt, pro moribus seculi, &c. *Horat. l. 3. ad. 6. Fœcunda culpæ secula.* *Virg. 1. Georg. 1.* Impiæque æternam timerunt secula noctem. *Tacit. de morib. Germ. c. 19.* Nemo illic vitia ridet, nec corrumpere, & corrumpi seculum vocatur. h. e. consuetudo, *moda.* Hinc dictum est seculum aureum, argenteum, æneum, ferreum. Aureum quidem, cum mundi initio homines innocenter vivere, & sponte sua, sine lege, fidem, rectumque colebant, ut ait *Ovid. Met. v. 90.* argenteum, cum paulatim innocencia labefcente, inducunt summe leges, & alia ad homines in officio continendos: æneum, quo homines ingenio faviores, & ad bella providiores extiterè: ferreum, quo in omne nefas ruere cœperunt. *V. Ovid. loc. cit. usque ad v. 150.* ¶ Repetitur etiam seculum pro genere, seu stirpe. *Lucr. l. 1. v. 20.* Efficit, ut cupide generatum secla propagent. *Id. l. 4. v. 1220.* Et muliebri oritur patrio de femine seclum. *Id. l. 5. v. 864.* Lanigeræque simul pecudes, & bucera secla. idest boves. ¶ Apud Ecclesiasticos Scriptores seculum legitur pro illa vivendi ratione, que rerum peritiorum negotiis, voluptatibus, divitiis querantibus occupata est, & opponitur illi, que humana quæque cœlestibus posthabet. *Prudent. cath. her. 5. v. 109.* Fœssos ille vocat per freta seculi. ¶ Interdum etiam speciatim dicitur de vita gentiliū, h. e. eorum, qui Christianam fidem non susceperunt. *Tertul. de exhort. ad castit. c. 13.* Videmus etiam seculi exempla, &c. ¶ Item pro mundo. *Sedul. Beatus auctor seculi.* ¶ Digredi seculo, & educi seculo, est mori, apud *Tertul.*

Secundarius, a, um, *secundario, 2ος*, Ger. *andere*, Gal. *second*, Hisp. *segundo, δεύτερος*, quod est secundæ classis, vel ordinis. *Cic. in Brut. c. 69.* Quod idem taciebat Q. Arrius, qui fuit M. Craffi quasi secundarius, idest secundum a M. Craffo eloquentie locum obtinens. Alii aliter leg. ¶ Panis secundarius, est panis vulgaris, & cibarius, qui confectus est ex farina, ex qua pollinis pars ante fit excussa. *Suet. in Aug. c. 76.* Cibi minimi erat, atque vulgares tere: secundarium panem, & pificulos minutos maxime appetebat. ¶ Ipsa quoque farina, ex qua talis panis conficitur, secundarium dicitur. *Plin. l. 18. c. 9.* Floris femodium, & cibarii, quod secundarium vocant, sextarios quatuor. ¶ Passum, & vinum secundarium est, quod fit ex aqua puteana vinaceis adjecta, postquam mustum expressum est, *vinello. Id. l. 13. c. 9.* ¶ Ponitur etiam secundarius pro secundo, vel proximo. *Cic. 2. de Invent. c. 7.* In hoc autem loco caput illud erit accusatori, si demonstrare poterit, alii nemini causam fuisse faciendi, secundarium, si tantam, aut tam idoneam nemini.

Secundatus, us, m. secundus locus. *Tertul. de anim. c. 27.* Alteri primatum datus, alteri secundatum.

Secunde, ad. a. *secunda, felicemente, εὖ*, Ger. *glücken*, Gal. *faire prosperer*, Hisp. *prosperar, εὐχεταί*, prospero, prosperum reddo. *Virg. 7. Æn. Di nostra incepta secudent. Tac. 2. Ann. c. 24.* Tandem relabente ætate, & secundante vento, naves revertere. h. e. prospere flante. *Ovid. Heroid. epist. 13.* Blandaque compositas aura secundet aquas. ¶ Regit etiam dativum. *Plaut. Rud. 4. 2. 3.* Tempus ei rei secundat. h. e. favet.

Secundo, adv. *secundariamente, in secundo luogo, 2ος*, Ger. *zum andern*, Gal. *secondement*, Hisp. *segunda vez, δεύτερον*, secunda vice, secundo loco. *Cic. pro Planc. c. 20.* Equidem primum, ut honore dignus essem, laboravi, secundo, ut exitimarer. ¶ Secundo, pro iterum, *la seconda volta*, non facile invenies. Itaque malebant dicere, P. African. iterum consul, ut dixit *Cic. de Aruf. resp. c. 12.* quam secundo consul. Affert tamen solent a Lexicographis hæc Ciceronis verba: Semel hominem allocutus fueram; an secundo mihi redeundum esset, ignorabam. Verum quia locus assignatur a nemine, unde hæc ducta sint, merito suspecta esse debent, donec certius aliquid afferatur.

Secundum, appresso, *2ος*, Ger. *nach*, Gal. *pres, apres*, Hisp. *segun cerca, κατά, παρά*, juxta, prope, præpos. ex iis, quæ accusativo servant. *Cn. Pomp. ad Domit. l. 8. Attic. post ep. 12.* Si secundum mare ad me ire cœpisset, lungo il mare. *Ser. Sulpit. Cic. l. 4. Fam. ep. 12.* Duo vulnera accepisset, unum in stomacho, alterum in capite secundum aurem. ¶ Sumitur etiam pro post, *dopo. Cic. 2. Offic. Proxime autem, & secundum Deos, homines hominibus maxime utiles esse possunt. Id. 2. Ver. Ut secundum binos ludos mihi responderè incipias.* ¶ Item pro conformiter, convenienter, *secundo. Cic. ad Q. Fr. Cum testimonium secundum fidem, & religionem gravissime dixissem. Id. 1. Fin. Necesso esse, quid aut secundum naturam, aut contra sit, a natura ipsa iudicari.* ¶ Item pro juxta opinionem, vel sententiam, vel scriptum. *Cic. pro Rosc. Com. c. 1.* Tuas, C. Fanni, tabulas flagitamus, & quominus secundum eas lis detur, non recusamus. *Gel. l. 1. c. 17.* Secundum eam sententiam Varro quoque scripsit, &c. *Sueton. in Claud. c. 15.* Secundum eos se sentire, qui vera profouissent. ¶ Item pro præpos. *pro, e, vel ex, in favore. Cic. 3. Att. l. 4. ep. 2.* Nuntiat jam populo, Pontifices secundum se decrevisse. *Idem id.* Quisque horum sententiam rogatus, multa secundum causam nostram disputavit. *Tac. 3. hist. c. 7.* Principia belli secundum Flavianos. ¶ Item pro in. *Cic. 1. de Div. Et secundum quietem vitam esse Junonem prædicere, ne id faceret.* ¶ Item pro ad. *Cic. 7. Ver. c. 63.* Secundum arbitrium tuum testes dabo. ¶ Item pro de, *super, circa. Sallust. in Jugur. Secundum ea uti delibereis.* ¶ Denique pro secundo, *secundariamente. Var. apud Non. c. 2. n. 621.* Animadvertendum primum, quibus de causis constituerint paces, secundum qua fides coluerint.

Secundus, a, um, *secundo, 2ος*, Ger. *der ander*, Gal. *second*, Hisp. *segundo, δεύτερος*, quod immediate sequitur primum, idest quod secundum loco est. Et tam numeri, quam dignitatis ordinem denotat. *Cic. in Orat. c. 15.* Quoniam id secundum erat de tribus. *Id. 3. Fin. c. 16.* Ut secundus sit ad regium principatum. *Virg. 11. Æn. v. 441.* Turnus ego, haud ulli veterum virtute secundus. *Hirc. l. 4. B. Alex. c. 66.* Ut Sacerdos ejus Deæ majestate, imperio, & potentia secundus a Rege confensu gentis illius habeatur. ¶ *Secunda mensæ*, dicuntur fructus, cæteraque bellaria, quæ sublatiis carnis secundo loco apponuntur. Quæ nominis ratio inde ducta est, quod antiqui mensas appellabant ipsos discos, sive quadras, quibus epulæ in convivium inferebantur. *Cic. Attic. l. 14. ep. 6.* Hæc ad te scripti appolita secunda mensa. *Virg. 2. Georg. Non ego te Dnis, & mensis accepta secundis transferam Rhodia.* ¶ Item pro favente, propitio, prospero, felici, ut secunda fortuna, & prospera, quæ nobis adest, & obsequitur. *Cic. 3. Ver. ¶ Secundo populo aliquid tacere, idest favente, non repugnante. Idem 2. Tusc. ¶ Secundo flumine navigare, idest aqua sequente, sive in eam partem fluyente, ad quam tendimus. Ovid. 4. de Pon. elog. 15.* ¶ Ventus secundus, qui a puppe sequitur. *Virg. 5. Æneid. ¶ Res secundæ, idest prosperæ, quæ pro nostro desiderio sequuntur, sive ex animo succedunt. Terent. Heaut. 2. 2. Sic Sueton. in Cæs. c. 2.* Reliqua militia secundo fama tuit, idest meliore. *Liv. l. 8. c. 12.* Leges secundissimæ plebi, adversæ nobilitati. h. e. maxime faventes. ¶ Interdum secundus ponitur pro pari, aut simili. *Horat. l. 1. od. 12.* Nec visget quidquam simile, aut secundum. Proximos illi tamen occupavit Pallas honores. ¶ Aliquando pro eo, quod non usquequaque bonum est in suo genere. *Hor. l. 2. ep. 1. v. 123.* quid non usquequaque bonum est in suo genere. *Flor. l. 3. c. 20.* Servi quasi secundum genus hominum sunt. *Sen. ep. 52.* Secundæ tortis ingenia. ¶ Secundas partes agere in comædis dicitur illi, qui non tam sæpe in scenam procedunt ac illi, qui primas sument, ut ait *Alcon. in Divin. Ferrin. V. Secundæ.*

Secūre, adverb. *securamente, senza timore*, tuto, tute, *ασφάλως, ἀειδώς*. *Pallad. l. 3. c. 9.* Inter caligine securus florent. *Secur. l. 2. ep. 17.* Hæc (fenestra) subjacens mare longius quidem, sed securus intuerur. ¶ Item negligenter, sine cura. *Valley. l. 2. c. 129.* Quam illum & honorare, nec secute continet! *ni senza attenzione, e cura. Justin. l. 5. c. 9.* Cum tunc pro patria summis viribus, inde pro aliena dominatione securus pugnaretur.

Securicla, æ, f. V. Securicula.

Securiculus, a, um, securicula compactus, ut Securiclati cardines, apud *Pitruv. l. 10. c. 15.* V. Securicula.

Securicula, & per syncop. securicla, æ, f. *picciola secura*, parva securis, *πικρὸν κλάδον. Plin. l. 18. c. 19.* Securicula, qua interdundur radices.

P. *Plaut. Rud. 4. 114.* Securicula anceps. ¶ *Apud Plin. l. 4. 2.* Securicula dicitur caput ligni in modum parvæ securis formatum, & altero ligno insertum, ut cum eo tenacissime colligetur, non secus ac si clavus esset compactum; huiusmodi autem connexio lignorum Italici dicitur *incastro a cada di rondinella*, Gallis *quercie d'ironelle*. V. *Subseus*.

Securidaca, α, ἡ, *ἡρακλῶνα*, herba sic dicta a similitudine securis, quæ inter lentem nascens eam enecat. *Plin. l. 18. c. 17. & l. 27. c. 5.*

Securiter, ra, rum, *σεκουριτῶς*, qui ter securim. *Ovid. 12. Metam. v. 460.* Helimimumque, securiterumque Pyracmon.

Securiger, ra, rum, idem ac securiter. *Ovid. ep. 3. v. 117.* Prima securigeras inter virtute puellas Te peperit. *h. e. inter Amazones quæ in bello securibus utebantur.*

Securis, is, f. 3. *seure, μαχαιρα, ἄξιν*, Ger. *ein axl*, Gal. *hache, roignée*, Hisp. *destrai, hacha, ἄξιν*, instrumentum ad secanda ligna. Est a *sems*, & *curis*, vel *curvis*, quod Sabini significabat hastam, a quo & Romulus Quirinus nomen accepit dicitur. *Ovid. 12. Met.* Veluti qui candida tauri Rumpere sacrifici molitur colla securi. ¶ Huius instrumenti inventrix fuit Penthesilea Amazon, teste *Plin. l. 7. c. 56.* Unde & Amazones securigeræ a Poetis dictæ sunt. ¶ In falce vitoria securis dicitur semiformis Lunæ species eius tergo superposita. *Col. l. 4. c. 25.*

¶ **Secures Magistratum Romanorum** insignia erant, quibus illi in fontibus puniendis utebantur. Consules duodecim lictores habebant, qui ante se gestabant duodecim virgarum fasces, in quibus duodecim secures illigatæ erant, Prætores sex, Dictator vigintiquatuor. *Cic. 3. Ver. Securi percutere. Id. ibid. Securi terere. Id. in Pison. c. 34.* Cum miser ille securibus hospitis sui cervicem subjicere gestiret. ¶ Metonymice securis ponitur pro Magistratu. *Hor. l. 3. Carm. ode 2.* Nec sumit, aut ponit secures arbitrio popularis aures. ¶ Translate ponitur pro plaga, seu damno. Hinc securim infligere, seu inicere est vehementer ledere, graviter offendere. *Cic. pro Planc. c. 29.* Graviores poterunt Reipublica infligere securim. *Id. pro Mur. c. 24.* Quam te securim putas iniecisse petitioni tuæ? idest quantum detrimenti patas te attulisse tuæ petitioni?

Securitas, atis, *σεκουριτης, securitetas, סכורה*, Ger. *sicherheit*, Gal. *securité*, Hisp. *seguridad, quietud*, tranquillitas curæ, anxietatis, & periculi expers. *Cic. 5. Tusc.* Securitate autem nunc appello vacuitatem ægritudinis, in qua vita beata posita est. *Id. 5. Fin.* Democrati autem securitas, quæ est animi tanquam tranquillitas, quam appellat *ἄσφαλιον*. *Cato Cic. lib. 15. Fam. epist. 5.* Præstare alicui securitatem. ¶ In plurali num. *Plin. l. 23. c. 1.* Somno, ac securitatis jam Judum vinum profuit. ¶ *Apud Ammian. Marcellin. l. 17. c. 10.* accipitur pro apocha, seu scripto, quo creditor testatur satisfactum sibi a debitore. Securitates, inquit, accipiens pro illatis.

Securus, a, um, *secura, ἡρακλῶνα*, Germ. *sieber*, Gall. *seur*, Hisp. *seguro, ἄξιν*, tranquillitas, qui sine cura est. Dissert a *sutus*, quia securus dicitur is, qui non timet, etiam imminet, periculum, tutus est extra periculum, quævis etiam timeat. *Planc. Cic. l. 10. Fam. ep. 24.* Securus vos ab hac parte redlemus. *Plin. l. 28. c. 9.* Pelles ejusdem animalis sublevis securus præstant ab eo metu fomnos. *Liv. l. 36. c. 41.* Securus de bello. *Cic. Att. l. 12. ep. 52.* Securi animi esse. *Spartian. in Severo. c. 18.* Tripolim, contusit bellicosissimis gentibus, securissimam reddidit. *Ovid. 12. Met. v. 199.* Sint tua vota licet, dixit, securæ repulsa. Elige quid vovent. ¶ Aliquando ponitur pro dissoluto, negligente, incurioso, tuncque sæpe regit genitivum. *Virg. 1. Æneid.* Securus amorum germanæ. *Tacit. 3. hist. c. 13.* Nunquam apud vos verba feci, aut pro vobis sollicitior, aut pro me securior. *Hor. l. 1. od. 25.* Quid Tyriatem terreat, unice securus. *Quintil. l. 8. c. 3.* In quod (tautologice vitium) sæpe incidit etiam Cicero, securus tam parvæ observationis.

Secus, n. indecl. teste *Charisio l. 1.* idem ac *secus*, a *seco*, quia per sexum animal in marem, ac foemina fecatur, ac dividitur. *Sallust. l. 2. Hist. Undique virile, ac muliebres secus per vias, & tecta omnium visabantur.* Ita legendum esse, *Probus in Catholicis* monet: Quod ipsum innuit *Charisius l. 1. Aufon. Idyl. 11. v. 8.* Veia, Ceres, & Juno, secus muliebres, sorores. *A. nob. l. 5.* Secus foemineum.

Secus, *apressus, ἡ, Germ. neben*, Gal. *pres*, Hisp. *cerca, cerca*, juxta, prope, secundum, *pro. p.* ex his, quæ accusativo serviunt, *Cato R. R. c. 21.* Foramina utrinque secus laminas. *Plin. l. 23. c. 15.* Chamæleuce nascitur secus fluvius. ¶ Est etiam adverbium, & significat aliter. *Plaut. Epist. l. 2. 96.* Nisi quid tua secus sententia est. *Cic. in Pison. Reche*, an secus, nihil ad nos. *Id. Att. l. 6. ep. 2.* Ne quid fiat secus, quam volumus, quamque oportet. *Id. pro Mur. c. 4.* Non secus, ac si meus frater esses. *Id. 2. de Nat. Deor.* Quoniam capri secus agere, atque initio dixeram. *Id. 3. de Orat. c. 30.* Paulo secus, atque ab illo partita sunt. *Id. in partitione.* Longe secus. ¶ Comp. secus, *ἄλλο*. Sed non retinet quantitatem primitivi, ut ex Marone constat. Notat autem magis aliter, vel minus. *Ter. Andr. 3. 27.* Sed nihil secus mox deferent puerum huc ante ostium. *Aul. ad Her. l. 1. c. 12.* Impedimento est, quo fecius lex teratur. *Cas. l. 3. B. Civ.* Prætervectoque Dyrrhachium magna vi venti nihilo secus sequebatur. *Virg. 2. Georg. v. 367.* Interea toto non secus aere ningit.

Secutor. V. Sequator.

Secutuleus, a, um, adject. qui sequitur. Mulier secutuleia, apud *Petron. in Satyr.* est ea, quæ virum appetit, & secutatur.

Sed, *μα, סד, Ger. aber*, Gal. *mais*, Hisp. *mas, más*, at, verum, conjunctio adverbialis, seu discretiva. *Cic. 5. Ferr.* Sunt homines Siculi non contemnendi, si per nostros Magistratus liceat, sed homines & satis fortes, & satis plane trugi, ac sobrii. *Plaut. Rud. 3. 5. 20.* Affir duas clavas. La. Clavas? Dæ. Sed probas. ¶ Jungitur sæpe cum *etiam*. *Cic. de Am. Eaque adhibeatur ad monendum non modo aperte, sed etiam acriter, si res postulat.* ¶ Particula *etiam* quandoque omittitur, et si necessaria videatur. *Cic. pro Mil.* Obliti estis, recenti illo nuntio necis Clodianæ, non modo inimicorum Milonis sermone, & opinionibus, sed nonnullorum imperitorum. ¶ Jungitur etiam cum *vero*. *Cic. 7. Ver. c. 6.* O præclarum imperatorem, nec jam cum M. Aquilio fortissimo viro, sed vero cum Paullis, Scipionibus, Martiis conferendum. ¶ Aliquando incipientis particula est, pro *atque*, & transitum significat ad mentionem alterius rei. *Ter. Phorm. 1. 4.* Sed quis hic est senex, quem video in ultima platea? *Id. And. 2. 1.* Sed Pamphilum video. ¶ In hac usurpatione sæpe conjungitur cum conjunctionibus *autem*, *enim*, *enimvero*. *Plaut. Rud. 2. 5. 15.* Sed autem quid, si hanc hinc abstulerit quippiam sacrum urnam Veneris? *Virg. 1. Æn.* Progeniem fed enim Trojana a sanguine duci audierat. *Cic. pro Arch.* Sed enim hoc non solum ingenii, ac literarum, verum etiam naturæ, atque virtutis fuit, ut, *&c. Liv. l. 45.* Sed enim vero, cum detestabilis a terra res, & proxima parricidio est. ¶ Item adhibetur in permissione, seu concessione. *Cic. pro Lig.* Sed ierit ad bellum, differerit non a te solum, sed etiam a fratribus. ¶ Item in correctione. *Cic. 4. Acad.* Sed quid ago? inquit, aut sum ne satis sanus, qui hæc vos docet? ¶ Item in objectione, & antiphrasa. *Cic. 12. Phil. c. 11.* Sed effugi insidias, perrupi Apeninum. Nempe in Antonii congressum, colloquiumque veniendum est.

¶ **Interdum ponitur pro inquam**, repetendæ, continuandæque sententia. *Cic. 3. de Orat. c. 19.* Quare si hac eloquentia, atque hoc oratore contenti sumus, qui, *&c.* & si satis esse putatis, ea, quæ, *&c.* fed, si his contenti estis, oratorem in exiguum (sane egrum compellitis).

Sedamen, inis, n. sedatio, quies. *Senec. Hippolyt. v. 183.* O mors amoris una sedamen mali.

Sedate, adv. *quietamente*, Ger. *ruhiglich*, Gal. *sans trouble*, Hisp. *sosegadamente, tranquilo*, tranquille, constanter, absque ulla commotione. *Cic. 2. Tusc.* Non constanter, & sedate feret? *Id. in Or. c. 27.* Cum sedate, placideque loquitur. *Ammian. l. 25. c. 2.* Sedatus procedere.

Sedatio, onis, *tranquillitas, quies, ἡσυχία, Ger. Stillung*, Gal. *apaisement*, Hisp. *sofiego, quietud*, tranquillitas, quies, moderatio. *Cic. 1. Off. c. 27.* In qua verecundia, & qualiisdam ornatus vitæ, temperantia, & modestia, omnique sedatio perturbationum animi, & rerum modus cernitur. *Id. 3. Tusc. c. 27.* Ut apud Homerum quotidianæ neces, interitusque multorum, sedationem morandi afferunt.

Sedator, oris, m. *pacificatore*. *Arnob. l. 3.* Sedator militaris insaniz.

Sedatus, a, um, *tranquillo, quieto, ἡσυχος, Ger. gestillet*, Gal. *posé, tranquille*, Hisp. *sosegado, tranquilo*, quietus, minime præceps, partic. a *sedor*. *Virg. 12. Æn. v. 18.* Olli sedato respondit corde Latinus. *Hor. l. 1. ep. 19.* Olerunt hilarem tristes, triflemque jocos, sedatum celeres. *Cic. l. 8. Attic. ep. 3.* Sedatore animo scribere. *Aul. ad Herenn. l. 3. c. 14.* Sedatissima vox.

Sedecennis, vel **Sexdecennis**, ne, adject. *di sedici anni*. *Aufon. in Epistaph. n. 32.* Sedecennis matrona.

Sedecies, adverb. *sedici volte, ἑξαδωδεκάκις*. *Plin. l. 6. c. 29.* Sedecies centena millia. Alii leg. *sexdecies*.

Sedecium, vel **Sexdecim**, adverb. *sedici, ἑξαδωδεκάκις*. *Plin. l. 10. c. 33.* Sedecium annos durare existimatur. *Ter. Eun. 3. 3. 20.* Annos nata esse federe. *Liv. l. 37. c. 40.* Sexdecim elephantum. Quædam *Livii* exemplaria notis numeralibus *sexdecies*, non verbis exhibent.

Sedecula. V. Sedicula.

Sedens, entis, partic. a *sedere*. *Cic. 7. Ver.* Ut eum nemo unquam in equo sedentem viderit. ¶ *Sedens lactuca*, eadem ac *sessilis*. *Martial. l. 10. ep. 48.* In quibus est lactuca sedens, & sessile porrum.

Sedentarius, a, um, *ἰσθασιος*, quod sedendo fit, ut Opus sedentarium, quod fit a sedente. *Col. l. 12. c. 13.* Neque enim sedentaria ejus opera, sed molo ad telam debet accedere, modo eos, qui cibum familiaræ conficiunt, inslavere. *Plaut. Aulul. 3. 5. 39.* Propolæ, linteones, calcularii, sedentarii futores, diabathrarii &c.

Sedeo, es, di, sum, n. 2. *sedere, ἰσθασιος, Ger. sitzen*, Gal. *s'asseoir*, Hisp. *assentarse, ἰσθασιος*, est in terra, vel in sella, vel in equo, &c. natibus innoti. *Id. 1. de Div.* Cum virgo stare, & Cæcilia in sella sederet. *Id. Ver. 7. c. 41.* Eum vident federe ad latus Prætoris. *Liv. l. 1. c. 34.* Ibi carpento sedenti cum uxore, aquila suspensis demissa leniter alii pileum aufert. *Quintil. l. 2. c. 4.* Super caput Valerii pugnantis sedisse corvum. *Afin. Poll. ad Cic. Fam. 12. ep. 32.* Gallum histriorem in quatuordecim seffum deduxit. V. *Quatuordecim. Solin. c. 57. de bucephalo.* Cum ab equario quoque etiam alias mollior sederetur. ¶ Translate sumitur pro manere, cessare, otiosum esse. *Cic. l. 16. Fam. ep. 7.* Qui si essent, nos Corycæ non sederemus. *Id. Att. l. 12. ep. 44.* Quid enim federe totos dies in villa ista? *Horat. l. 1. od. 17. v. 37.* Sedit, qui timuit, ne non succederet. *Ter. Adelph. 4. 5. 38.* An sedere oportuit domi virginem tam grandem? ¶ Item pro insidare, inhæerere, imprimi. *Quintil. l. 11. c. 3.* Vox clara, pura, secans aera, auribus sedens. *Flor. l. 4. c. 2.* Cuius in scuto centum, atque viginti tela federe. *Stat. 12. Theb. v. 115.* Nomen in ore sedet. *Senec. ep. 2.* Id in animo fideliter fedet. ¶ Item pro incubare. *Plin. l. 4. c. 51.* Polypus tæminia modo in ovis fedet, modo cœvnam cancellato brachiorum implexu claudit. Sedere alicui dicitur, quod placet, quod decretum, & constitutum est. *Flor. l. 4. c. 5.* Cum bellum federet, de sine tractatum est. *Virg. 4. Æn.* Si mihi non animo fræxum, immotumque federet. *Id. l. 5. v. 418.* Idque ipse sedet Æneæ, probat auctor Accesit. *Plin. l. 2. c. 7.* Sedere cepit sententia hæc, pariterque & eruditum vulgus, & rude in eam curfu vadit. *Senec. epist. 46.* Parum mihi fedet iudicium. ¶ Ponitur etiam pro convenire, aptum esse. *Quintil. l. 11. c. ult.* Nam & ita fedet melius toga, & continetur. *Plin. in Paneg. c. 10.* Quam bene humeris tuis federet imperium. ¶ Est etiam militare verbum, & significat, castra habere posita. *Plaut. Amph. 2. 1. 53.* Ordine omne, dum apud hostes sedimus, ediffertavit. ¶ Item iudicium, & Prætorum, qui federe dicuntur, cum causis, & cognitionibus vacant. *Liv. l. 40. c. 8.* Sedeo miserimus pater iudex inter duos filios. *Cic. pro Lucret. c. 38.* Sedissime iudex in C. Fabricium? *Plin. l. 1. epist. 10.* Sedere pro tribunali. ¶ Præterea elegantè federe dicuntur loca humilia, & depressiora. *Lucan. l. 3. v. 38.* mediifque fedat convallibus arva. *Silius l. 12. v. 162.* Campo Nola fedet. ¶ Item quæ collabuntur, & ruunt. *Stat. l. 5. Silv. v. 200.* de *Capitolii incendio*: Vix requies flammæ, nec dum rogos ille Deorum federat. ¶ Item qui in loco aliquo domicilium figunt. *Flor. l. 2. c. 11.* Reliquæ Gallorum in media Aliz parte federant. ¶ Sedere ad Reipublicæ gubernaculum, & vacare administrationi Reip. ductum a navis reftore, qui sedet ad puppim clavum tenens, ad cursum regendum. *Cic. pro Rose. Amer. c. 18.* ¶ Sedere morbus dicitur, qui contumax est, & obstinatus. *Martial. l. 1. epigr. 90.* Sic *Senec. in Med. v. 746.* Longe gravior pœna fedat conjugis focero me. b. e. fixa hæreat, & iugiter ab eo pendatur.

Sedes, is, f. 3. *sede, sedia, ἰσθασιος, Ger. sitz, sessel*, Gal. *siège*, Hisp. *silla, asiento, ἰσθασιος*, locus, in quo sedemus, qui & sella, & sedile dicitur. *Cic. 1. de Or.* Et omnes in his sedibus, quæ sub platano erant, confedisse dicebat. ¶ Translate sumitur pro loco habitationis, five pro domicilio. *Cic. in Pison.* Mihi ipsa Roma prope convulsa sedibus suis obvium procedere visa est. *Id. pro Arch.* Is sedem omnium rerum, & fortunarum suarum Romæ collocavit. *Tacit. de Germ. c. 30.* Catti initium sedis ab Hercynio saltu inchoant. ¶ Item pro sepulchro. *Virg. 6. Æn.* Sedibus ut saltem placidis in morte quiescam. ¶ Metonymice ponitur pro natibus, & tota ea parte corporis, super quam sedentes innotitur, & sæpe pro pedice, & ani circulo. *Plin. l. 24. c. 7.* Lacryma sedis vitii prodest, nequid ficcari, exalferive opus fit. *Id. l. 21. c. 20.* Sedes procidua. ¶ Denique pro quocunque loco, ubi res aliqua consistit. *Cels. l. 8. c. 10.* Reponere ossa in suam sedem. *Cic. 3. de Orat. c. 5.* Neque verba sedem habere possunt, si rem subtraxerit. *Tacit. 3. hist. c. 8.* Sedem bello deligere.

Sedicula, æ, f. *sedicula, ἰσθασιος*, parva sedes. Ita Valla putat dicendum esse. Alii *sedecula* per secundam vocalem rectum esse asserunt. *Cic. Att. l. 4. epist. 10.* Maloque in illa tua sedicula, quam habes sub imagine Aristotelis federe, quam in istorum sella curuli.

Sediculum, n. fedile. *Paul. apud Fest.*

Sedigittus, a, um, *ἡρακλῶνας*, qui senos habet in manu digitos. *Hinc*

Hinc C. Horatii dux filiz Sedigitæ appellatæ sunt, item Volcatus Poeta Sedigitus est cognominatus. *Plin. l. 11. c. 43.*
 Sedile, is, n. 3. *sedila, ὑπόθηρα, ὑπόθηρα, id, super quod sedemus, sedes, fœbellium, scammum ad sedendum aptum. Virg. l. 1. Æneid. v. 167. Vioque sedilia luxu. Plin. epist. 6. l. 5. Sunt locis pluribus disposita sedilia et marmore. Varr. l. 3. R. R. c. 5. Sedilia avium.*
 Sedimen, inis, n. *deposicione, posatura, subfidentia. Cel. Aurel. Tard. 5. c. 4. In ipsa præterea urina fedimena inveniuntur, aliquando crassiora, & calida, aliquando arenosa, & saxosa.*
 Sedimentum, i, *ὑπόθηρα, subfessio, cum ob fundamenti infirmitatem ædificium subdit, a sîdo. Plin. l. 36. c. 10. Sive inundationibus Tiberis sedimento molis tacto.*
 Seditio, onis, l. 3. *seditione, discordia, בריחה, Ger. auffruhr, Gal. sedition, Hisp. alboroto, sâris, ὑπόθηρα, dissensio, discordia, motus popululi, ubicunque est multitudo hominum adversus Duces, Magistratufve arma capientium, vel imperium detrectantium. Cic. 4. de Rep. apud Non. c. 1. n. 96. Eaque dissensio civium, quod seorsum eunt alii ad alios, seditio dicitur. Id. Att. l. 10. epist. 1. Si quis in seditioe non alterutrum partis fuisset. Id. ad Brut. ep. 2. Seditioem facere. Id. Assic. l. 5. epist. 14. Seditioem sedare. ¶ Dicitur etiam de domestica discordia. Terent. Andr. 5. l. 11. Filiam dare in seditioem, atque incertas nuptias. ¶ Translate seditio maris est tempestas, jactatio, apud Stat. l. 9. Theb. v. 142. Seditiole, adv. *seditionismente, seditiosus, per seditioem, more seditioforum, contentiose. Cic. pro Cluent. Quæ concionibus seditiole concitatis accommodatio est, quam tranquillius, moderatiusque iudicis. Id. Att. l. 2. epist. 21. Multa cum seditiosissime diceret. Tacit. 5. Hist. c. 12. Seditiosius agere.*
 Seditiosus, a, um, *seditionoso, Ger. auffribrisch, Gal. seditieux, Hisp. alborotador, seditioso, proclivis ad seditioem, qui seditioem amat, turbululentus. Cic. 1. Phil. Ut turbulenti, ut seditiosi, ut pernicioli civiles esse velint. Id. in Vatin. Cuni ante Gellius, nutricula seditiosorum hominum, testimonium diceret. Tacit. Ann. 5. c. 44. Seditiosissimum quemque vinclos trahunt. Afton. in Orat. pro Mil. c. 17. Concio seditiosior.*
 Seditio, as, a. 1. *mitigare, placare, ἡρεσκε, Ger. stillen, Gal. appaiser, Hisp. affofegar, ἡρεσκε, mitigo, lenio, placō. Cic. pro Flac. Remittant spiritus, comprimant animos suos, sedent arrogantiam. Id. 1. Leg. c. 20. Sedare controversiam. Id. l. 1. de Orat. c. 46. Sedare motus animi. Lucret. l. 4. v. 848. Sedare Ætiam. h. e. restinguere, Nepos in Eumen. c. 9. Diem unum operitur ad lassitudinem sedandum militum. h. e. reficiendam. ¶ Neutorum more Velley. apud Gell. l. 18. c. 12. Postquam tempestas sedavit, Adherbal taurum immolavit.*
 Seduco, is, xi, ctum, a. 3. *seducere, ἡρεσκε, Ger. neben sich fubren, Gal. tirer a part, Hisp. apartar, ἀποχωρε, seorsum duco ab aliis, quasi de rebus aliquibus locutus. Ter. Heu. l. 2. 69. Post Pamphilus me solum seduxit toras. Cic. Ass. l. 5. epist. 21. Cum hæc dilleruiffem, seducit me Scaptius. Propert. l. 1. el. 9. Quippe ubi non liceat vacuos seducere ocellos. h. e. alio convertere, & ab amica spectanda avertere. ¶ Significat etiam separare, disjungere. Virg. Æn. 4. Et cum frigida mors anima seduxerit artus. h. e. animam a corpore separaverit. Ovid. 13. Metam. v. 485. de Memnonidibus avibus: quarto seducunt castra volatu. h. e. in duas partes dividunt. ¶ Translate Cic. 1. Tusc. c. 31. Animum ad seorsum advocamus, secum esse cogimus, maximeque a corpore seducimus. Alii tamen leg. *abducimus.* ¶ Pro decipere, in errorem inducere, seducere. Tertull. l. 2. advers. Marcion. c. 8. Angelus, qui seduxit. Quod vero addunt quidam Lexicographi ex Terent. Andr. 4. l. 20. Etiam me seducere istis dictis postulas? optime pleræque Editiones habent *ducere, & subducere.*
 Seducillus, le, adjectiv. qui in errorem facile duci potest, *δεδυκατος. Alcim. Avit. l. 2. v. 166. mortiferum seducillus Eva venenum Auribus accipiens. Augustin. l. 2. Confession. c. 3. a med. Seducebat me, quia seducillus eram.*
 Seductio, onis, *il tirat' in disparte, Germ. neben sich fubrung, Gall. doucement, Hisp. apartamiento, ἀποχωρε, abductio a turba. Cic. pro Mur. c. 24. Mœtos amicos, observationes, relictiones, seductiones, seductiones testium, secessionem fubscriptorum animadvertent. ¶ Item separatio. Laftans. l. 2. c. 12. Mors est corporis, animæque seductio. ¶ Item in errorem inductio. Tertull. l. 2. advers. Marcion. c. 2. Adam confessus est seductionem.*
 Seductrix, icis, *seducrice, quæ in errorem inducit. Tertull. l. 2. advers. Marcion. c. 2. Adam non occultavit seducricem.*
 Seductus, us, m. *visiro, seceilus, seductio. Senec. de tranquill. animi. c. 3. Nec, ut leonem impetus caveis coercetur, sic hominum, quorum maxime in seductu actiones sunt.*
 Seductus, a, um, *ἀποχωρε, seorsum ductus, tirato in disparte. Liv. l. 30. Singulos deinde separatim, Lælium, ac Malinissam, seductos obtestatur, &c. Pers. sat. 6. v. 42. Quisquis eris, paulum a turba seductior audi. ¶ Item separatus, disjunctus. Senec. epist. 118. (al. 117.) Proprium habent quiddam, & a corporibus seductum.*
 Seduculum. V. Seduculum.
 Sedule, adv. idem ac sedulo. *Col. l. 9. c. 9. Semper quidem custos sedule circumire debet alvearia.*
 Sedulitas, atis, *diligentia, assiduitas, ὑποθηρα, instans, & fidele officium, diligentia, assiduitas. Cic. 8. Fam. epist. 11. Consilii operam & sedulitatem laudare possum. Ovid. 4. Fast. v. 434. Et non sentitur sedulitate labor. ¶ Aliquando in malam partem accipitur pro nimia diligentia, & affectata cura ea etiam præstandi, quæ supra iustum officium suat, ὑποθηρα. Horat. l. 2. epist. 1. v. 260. Sedulitas autem, stulte quem diligit, urget.*
 Sedulo, adv. *diligentissime, Ger. fleißiglich, Gal. soigneusement, Hisp. con cuidado, ὑποθηρα, diligenter, assidue, impenie, cum sedulitate. Cic. 5. Fam. epist. 10. Faciam omnia sedulo, quæ te sciam velle. Ter. Adel. 3. 3. 59. Fit sedulo; nihil prætermittito. ¶ Item data opera, de industria. Ter. Heu. 4. 2. 1. Non clam me est, gnate, tibi me esse suspexam, uxorem tuam propter meos mores hinc abulle, etfi ea dissimulas sedulo. ¶ Item serio, ex animo, sine dolo. Nonius enim c. 1. n. 171. sedulo, inquit, quasi sine dolo. Plaut. Capt. 4. 2. 106. Quando mihi nihil credis, quod ego dico sedulo. Ter. Phor. 2. 4. 13. Ego sedulo hunc dixisse credo.*
 Sedulus, a, um, *diligente, ὑποθηρα, Germ. fleißig, Gal. soigneux, Hisp. cuidadoso, ὑποθηρα, diligens, officiosus, intentus. Ovid. 13. Met. v. 928. Non apud inde tulit collectos sedula flores. Horat. l. 1. sat. 5. sedulus hospes. Cic. de clar. Orat. c. 47. Eloquentes videbare, non sedulos velle conquirere.*
 Sedum, i, n. 2. *sedum, genus herbæ, ali. sempervivum, a semper sedendo. Vulgus a foliis vermiculorum similitudinem referentibus vermicularem nominat. Plin. l. 18. c. 17. Democritus succo herbæ, quæ appellatur aizoon, in tegulis nascens, tabulifive, Latine vero sedum, aut digitellum, medicata seri jubet omnia femina.*
 Seduni, m. 2. pop. Gallum Lugd. versus fontes Rhodani fl. inter Helve-**

tiõs ad Bor. Veragros ad Occ. Lepontios ad Or. & partim ad Mer. Ex minima tantum parte attingunt Rhætos, ex nulla Allobroges. Eorum regio nunc dicitur Valesia superior, *le haut Valais*, cuius caput est Sedunum. *Plin. l. 3. c. 20.*
 Seges, etis, f. *βιάς, סֵגֶת, Ger. kern fassen, Gal. blé, grain, Hisp. los panes, λίον, fruges eorum seminum, ex quibus conficitur panis, non dum demessa, ut ait Val' l. 4. c. 24. Est a sero, ut seges a sego. Cic. de Sen. Segetibus, & pratris, & vineis, & arbutis res rusticæ læte fuit. Id. in Or. Siquidem est eorum gemmare vites, sicut agros, læta esse segetes, luxur ofa frumenta. Plin. l. 18. c. 17. Si in articulum seges ire cõperit. ¶ Non tantum de frumento, aut ergo frumentum terente dicitur, sed etiam sic vocatur, quicquid frumenti more in arvo scriitur. Quare & lini segetem dixit Maro 1. Georg. v. 77. & ne id poticum legitur, legitur apud Columel. l. 2. c. 14. Omni solo, quod prædictorum leguminum segetibus tificit. ¶ Dicitur etiam metonymice de terra arata, & conita. Festus: Seges dicitur ea pars agri, quæ arata, & conita est, a serendo videlicet. Cic. in Orat. c. 15. Segetes fœcundæ, & uberes non solum fruges, verum herbas etiam effundunt inimicissimas frugibus. Virg. Georg. l. 1. v. 47. Illa seges demum vites respondet avari agricolæ, bis quæ Solem, bis frigora sensit. Adde Cat. R. R. c. 36. Var. l. 1. R. R. c. 50. & Plin. l. 18. c. 11. ¶ Translate sumitur pro causa. Cic. pro Mil. c. 13. Quid enim odisset Clodium Milo segetem, atque materiam suæ gloriæ? Item pro multitudine. Virg. 3. Æn. v. 45. Hic confixum terrea textit telorum seges. Plaut. Aul. 1. 1. 6. Tibi ego reddam causam, stimulorum seges? h. e. digna, in cuius tergo stimuli, velut in arvis segetes, deßxi stent.
 Segesta, sive Segetia, Dea, quæ segetibus præerat, & segetes lætas facere existimabatur. *Plin. l. 18. c. 2. Hos enim Deos tunc maxime novant, Sejamque a serendo, Segestam a segetibus appellabant, quarum simulacra in Circo videmus. Tertiam ex iis nominare sub tecto religio. Macrobi. l. 1. Satur. c. 16. Apud veteres quoque qui nominasset Salutem, Sciam, Segetiam, Tutilianam, ferias observabat.*
 Segesta, f. 1. urbs exc. Siciliæ, in ora Occ. inter Lilybæum, & Panormum. *Cic. Ver. 5. c. 33.*
 Segestanus, i, Segestæ incolæ. *Cic. Verrin. 6. c. 33.*
 Segestensis, fe, adject. qui est Segestæ Siciliæ oppido. *Cic. Ver. 5. c. 36.*
 Segestre, is, & Segestrium, ii, n. 3. & 2. teges, seu stragulum e paleis, & sarmentis segetum confectus, quo ab antiquis lætica sternebantur, & involvebantur, a segete ductum. *Varr. l. 4. de L. L. Lætica qui involvebant, quod fere stramenta erant e segete, segestria appellant, ut etiam nunc in caltris. Quidam leg. segestriam, ut sit fœmin. 2. declinat. Id. l. 1. de vita pop. Rom. apud Non. c. 1. n. 35. Quod frontem lætica struebant, ex ea herba torta torum appellatum, hoc quod inicitur, etiam nunc toral dicitur? læticam quæ involvebant, (alii leg. qui, ablat. pro quo) segestria appellabant. Adde Lucill. apud eund. Non. c. 14. n. 3. ubi Turneb. l. 12. c. 16. legit *segestre*, tanquam a *segete*, & exposit operimentum crassum ex viliori lana. ¶ Ponitur & pro quovis stragulo. Sueton. in Aug. c. 83. narrat, Augustum exercendi corporis causa, interdum segestrio vel lodicula involutum deambulæ solitum. Ita ibi legendum censent plerique Critici: alii *segestrio*. ¶ Et pro quovis involucro ad aliquod involvendum. Plin. l. 13. c. 12. Emporetica (charta) inutilis scribendo, involucris chartarum, segestriumque in mercibus ufum præbet.*
 Segetalis, le, adject. a segete derivatum. Gladiolus segetalis, herba est folia habens gladio similia, eaulum cubitalem, flores purpureos, radices duas parvulas, & rotundas. *Apuley. de herb. c. 78.*
 Segmen, inis, n. *ἀποχωρε, id, quod a re aliqua secatur, a seco. Plin. l. 13. c. 12. Segminibus utrinque amputatis. Gel. l. 10. c. 15. Unguium Dialis, & capilli segmina subter arborem felicem terra operiuntur.*
 Segmentatus, a, um, *intagliato, Ger. eingelegt, Gal. fait de plusieurs piéces, & couleure, Hisp. strepado, pintado, ποικιλια, segmentis variegatus, ut Segmentatæ canæ, quæ confectæ sunt ex tenuissimis ligni segmentis diversorum colorum, & quolam quasi vermiculato emblemate pictæ. Juven. sat. 6. v. 89. Et segmentatis dormisset parvula cunis. ¶ Martial. l. 6. epigr. 74. de calvo: Calvam triflem segmentatus unguento. h. e. qui calvam unguenti veluti segmentis imbut, vel quasi calvam sulcatam unguentis habens. Alii aliter legunt.*
 Segmentum, i, *tagliamento, divisione, סֵגֶת, Ger. abschnitz ling, Gal. piéce, morceau, Hisp. tajada, ἀποχωρε, quicquid ab aliqua re secatur, ut sunt incisure, & virgulæ sectæ ex gemmis, & unionibus, a segmen. Plin. l. 36. c. 6. Crasior arena laxioribus segmentis terit, & plus erodit marmoris. ¶ Per Synecdochen dicitur de ornamento colli, quod monile vocatur, quia ex segmentis fieri consuevit, idest ex bracteolis auri, vel argenti. Juven. sat. 2. v. 124. Segmenta, & longos habitus, & flamea sumit. ¶ Usurpatur quoque de particulis purpureæ, & de bracteolis auri, vel argenti, ex quibus vermiculatum compositis pretiosissimæ conficiebantur vestes, quæ segmentatæ dicebantur, & per Synecdochen de ipsius vestibus. Ovid. l. 3. de Arte: Quid de veste loquar? non jam segmenta requiro. Valer. Max. l. 5. c. 2. Permissit quoque his purpurea veste, & aureis uti segmentis. Nonnulli in his, & alius locis segmenta interpretantur fasciolas, quæ vestis extrema parte affutæ, junctæque ornamento sint indumentis muliebribus, vel quibus nova nupta amictur, ut ait *Probus*. Alii accipiunt pro margaritis, & murenilis. ¶ Translate segmenta dicuntur partes cœli, vel terræ, in quas Aitonomi cœlum, & terram mente, & cogitatione secuerunt. Plin. l. 6. c. 33. Plura sunt autem hæc segmenta mundi, quæ nostri circulos appellavere, Græci parallelos.*
 Segnelco, is, n. 3. segnis ho. *Cal. Auselian. Acus. 2. c. 18. Mitecentibus, & segnelcentibus iputis.*
 Segnipes, edis, o. qui tarde incedit. *Juven. sat. 8. v. 67. Tritoque trahunt ephredia collo segnipedes.*
 Segnis, & gne, o. 3. *pigro, tardo, poltrone, ἄργυ, Ger. rag, Gal. exadis, paresseux, Hisp. pereoso, foco, ἀργός, ἄργυρος, ignavus, iners, piger, tardus. Virg. 3. Æn. Haud segnis strato surgit Palinurus, & omnes explorat ventos. Liv. l. 24. c. 13. Segnior ad credendum. Cic. pro Fom. c. 3. segnior ad imperandum. Apul. in Apol. 1. Segnissimum corpus. Ovid. 5. Trist. eleg. 8. Dextra non segnis dare vulnera. Tac. Ann. 16. c. 14. Iniquis animo, & occasione haud segnis. Id. 12. Ann. c. 26. Segnis indoles, ingenio stupido. ¶ Interdum segne dicitur, quod segnes facit, ut otium segne, Ovid. 1. de Pon. eleg. 6. Sever. in Ætina: Segne pondus. ¶ Ponitur etiam segnis pro infœcundo, inutili. Virg. 7. Geor. segnisque horreret in arvis carduus.*
 Segnitus, atis, idem ac segnitus, apud vet. *Acc. apud Non. c. 2. n. 808. Eo nunc, quod eorum segnitare ardet foveis. Quod vero ibid. addit Non. ex Cic. l. 1. de Orat. c. 41. editi libri omnes habent segnitium pro segnitatem.*
 Segniter, adv. *pigramente, ἄδύμως, pigre, inerte, tarde. Liv. l. 2. c. 58. Segniter, otiose, negligenter, contumaciter omnia agere nec pudor, nec metus coercerat. Id. l. 40. c. 27. Segnius oppugnare. Tacit. l. 2. Hist.**

hij. c. 71. Segniter ferre injuriam. h. e. leniter, non ægre.
Segnitia, æ, idem ac segnitias. *Tarent. Andr. l. 3.* Enimvero, Dave, nihil loci est segnitie, atque foecordie. *Cic. l. Fin. c. 2.* Rudem enim esse omnino in nostris Potitis aut inertissimam segnitie est, aut fastidii delicatissimi. *Juven. in Claud. c. 5.* Super veterem segnitie notam, ebrietatis quoque, & alæ infamiam subit. n. e. stultitie, vecordie, stupiditatis.
Segnitiles, ei, f. s. *pigritia, apyria, iniquitas, pigritia, inertia. Plaut. Trin. In hujusmodi negotio diem sermone terere segnitie mera est. Cic. l. 1. de Orat. c. 41.* Castigemus etiam segnitium hominum, atque inertiam.
Segregatim, adv. *separatim. Prudent. in prefat. Hamantig. v. 39.* Et segregatim nomen æternum colens.
Segregatio, onis, *separazione. Terent. de anim. c. 42.* Segregatio spiritus.
Segregatus, a, um, *separato. Cic. in Tusc. 5. c. 28.* Quid ea vitæ fœditas? quid delirius sola relicta? a comitatu pulcherrimo segregata?
Segrægis, vel Segrex, egis, adject. idem quod segregatus. *Senec. l. 4. de Benef. c. 18.* Quæcumque vaga nascebantur, & vitam actura segregein. *Sidon. l. 9. ep. 3.* Civitates situ segrege.
Segrêgo, as, a. i. *separare, גרעו, Ger. abscondere, Gal. separare, Hisp. aparar, αποκρυψω, εκχωρω, separo ad aliorum grege, sejungo, secerno. Plaut. Trin. l. 2. 42.* Sulpicionem, & culpam ut a se segregent. *Cic. pro Arch. c. 2.* Ut hunc A. Licinium non modo non segregandum, cum sit civis, a numero civium, verum etiam, si non esset, putetis asciscendum fuisse. *Liv. l. 1.* Ergo ut segregaret pugnam eorum, capellit fugam. ¶ Segregare sermonem, est tacere. *Plaut. Pen. l. 2. 136.* Segrega sermonem, tædet. ¶ Repertur etiam divisim usurpatum, per *Timelin. Luer. l. 1. v. 452.* Diffidia potis est sejungi, seque gregari.
Segrêgus, a, um, adject. idem quod segregis. *Auson. in parental. carm. 9.* Ipse tuo vivens segregus arbitrio.
Segrex, V. Segregis.
Segullum, i, terræ genus in summo solo, ex qua metallarii cognoscunt fuisse venam auri. *Plin. l. 33. c. 4.* Aurum qui quærent, ante omnia segullum tollunt: ita vocatur indicium.
Segusiâni, m. 2. Secusiâni, Sebustiani, populi Gallie Celt. inter Æduos, & Sequanos ad Bor. Arvenos ad Occ. Velaunos, & Allobroges ad Mer. uti etiam Allobroges ad Or. ubi hodie prov. le Forest, le Lypo-nois, le Beauvois, & la Bresse. *Caf. de B. G.*
Segusio, vel Segusium, ii, Jusfa, opp. Gallie Subalpinæ ad Duriam fluvium. *Plin. l. 3. c. 17.*
Seia, æ, f. Dea frumentis præposita, quando sub terra essent, sic dicta a ferendo, ut scribit *Plin. l. 18. c. 2.*
Seianus, a, um, ad Sejanum pertinens. *Senec. de consol. ad Marc. c. 1.* Seiani satellites.
Sejanus, a, um, adject. ad Sejum pertinens. Est autem Sejus nomen proprium Romanum. *Var. l. 3. R. R. c. 2.* Sejanæ ædes. *Et ibid.* Seiane pastiones.
Sejanus, i, Ælius Sejanus, præcipuus Tiberii amicus, ejusque favore ad summam potentiam evehctus, tandem ob affectati imperii suspicionem, eodem Tiberio auctore, miserime perit cum magna suorum strage. *V. Tac. 4. Ann. & Juven. sat. 10.*
Sejanus equus, fuit equus Cn. Seji Civis Romani, inusitata magnitudine, omnibusque aliis eorum laudibus præstantissimus, adeo, ut ex eorum genere equorum crederetur, quos Hercules occiso Diomede Argos perdidit. Sed equus iste eo fato fuit, ut quisquis possideret eum, is cum omnia felicia interiret. Primus enim hujus equi dominus a M. Antonio, qui postea Triumvir constituendæ Reipublicæ fuit, damnatus, miserando affectus est supplicio. Hunc deinde emit Cornelius Dolabella H. S. centum millibus, qui & ipse a Cassio victus, in prælio occubuit. Ab hoc ad Cassium victorem equus pervenit, qui ab Antonio victus, sibi manus intulit. Nec multo post Antonius victor, qui equum hunc abstulerat, ab Augusto victus simili mortis genere perit. Hinc ortum est proverbium, ut homines calamitosi Equum Sejanum habere dicerentur. *Hæc Gel. l. 3. c. 9.*
Sejurgatus, a, um, adject. *segregato, separato. Cic. l. 1. Divin. c. 32.* Humanis animi eam partem, quæ sensum, quæ motum habeat, non esse a corpore sejurgatam. *Apul. l. 6. Metam.* Si spiritus corpore semel fuerit sejurgatus.
Sejuges, m. 3. equi seni ad unum currum adhibiti, vel currus, qui a sex equis trahuntur. *Plin. l. 34. c. 5.* Serum hoc, & in his non nisi a Divo Augusto sejuages, sicut & elephantii. *Apul. in Flor. 3.* Uni, cui omnes provinciæ quadrijuages, & sejuages currus ubique gentium ponere gratulantur. ¶ Sejuages etiam dicuntur separati, sejuncti, vel qui sine juco, & legibus sunt. *Solin. c. 10. de Sardinia.* Sejuages gentes ad unum morem conjugare.
Sejunctio, onis, διαζωγίης, actus sejungendi, separatio, divisio. *Cic. 3. de Orat. c. 53.* Propositioque, quod his dicitur, & ab eo, quod est dictum, sejunctio, & reditus ad propositum, &c.
Sejunctus, a, um, διαζωγισμένος, separatus, divisus. *Cic. Ver. 5. c. 84.* Defensio remota ab utilitate Reipublicæ, sejuncta a voluntate legis. *Nep. l. 6. 3.* Et si sejunctum a re proposita est. *Cic. l. Fam. ep. 9.* Si hoc tempore omni, quo sejuncti fuimus, & una, & Romæ fuissetus.
Sejungo, is, xi, ctum, a. 3. *disjungere, separare, גרעו, Ger. abschneiden, Gal. disjointre, Hisp. desunir, χωρίζω, αποχωρίζω, ἀφισμαί, seorsum jungo, per se pono, separo, segrego. Cic. l. 10. Fam. ep. 6.* Se-junge te, quælo, aliquando ab his, cum quibus te non tuum judicium, sed temporum vincula conjunxerunt. *Id. 3. de nat. Deor. c. 24.* Fortunam nemo ab inconstantia, & temeritate sejunget.
Selâgo, inis, f. planta foliis tamaricis, *Plin. l. 25. c. 11.*
Selâche, n. plur. σελάχη, contractum pro σελάχηα, pisces plani, & cartilaginosi, splendentes cute, *Plin. l. 9. c. 24.*
Selas, asis, n. σέλας, splendor, meteoris quoddam genus. *Apul. de Mundo.* Selas Græci vocant incensi aeris lucem.
Selictio, onis, *selektio, εκλογη, actus seligendi. Cic. 2. Fin. c. 13.* Ut eam rerum selectione explorentur.
Selictor, oris, m. qdî selegit. *Augustin. l. 7. de civ. Dei. c. 3.*
Selictus, a, um, *seleto. Cic. l. de nat. Deor. c. 30.* Itaque in illis selictis ejus, brevibusque sententiis, quas appellatis *κυβλας δόξαι*, &c. ¶ Selicti Judices, erant Judices caularum publicarum, qui una eum Prætoribus quæstionum Perpetuarum in Decurias distributi judicia de criminibus publicis, & capitalibus exercebant, ita dicti, quod a Prætoribus Urbano non forte, sed judicio, & jurejurando initio Magistratus seligebantur ex Ordinibus iis, apud quos judicia essent. *Sigon. de ant. jur. C. R. l. 2. c. 18. Cic. pro Cluene. c. 43.* Deinde Prætores tantum Urbani, qui jurati debent optimum quenque in selictos Judices referre.
Selenion, ii, σεληνιον, herba pœonia, apud *Apul. de herb. c. 64.*
Selenitium, ii, genus hederæ. *Plin. l. 16. c. 34.*
Seleno-odonon, herba eadem, quæ Selenion. *Apul. de herb. c. 64.*
Selenusium, ii, genus tritici præcipuum. *Plin. l. 18. c. 7.*
Selencus, us, ium, populi Seleucia. *Plin. l. 5. c. ult.*
Selencia, f. i. cognomento Magna, *Μεσω*, urbs Mesopotamiæ, ad Tigrim

flu. contra Ctesiphontem. *Plin. l. 5. c. 26.* ¶ Selencia cognomento Pieria, *Soldia*, & *Seluche Jelber*, urbs Syriæ, apud ostia Orontis. *Plin. l. 5. c. 12.* ¶ Selencia etiam, cognomento ad Belum, *Diverigi*, urbs Syriæ, in Casotide reg. ad Belum flu. *Plin. l. 5. c. 23.*
Selencianus, a, um, adject. a Seleucia, ut Seleuciana provincia. *Cic. in Att. l. 4. ep. 17.*
Selencides, um, aves, Cassi montis incolie gratæ. *Plin. l. 10. c. 27.*
Selencus, m. 2. unus ex principibus Alexandri, qui primus post ejus mortem annos 40. regnavit in Syria. *Justin. l. 15.*
Selga, f. i. *Philadelphia*, urbs A. Pamphylie, mediet. Lyrbæ proxima, inter Pergen ad Occ. & Cibyra in Or. Hinc
Selgiticus, a, um, adject. a Selga, ut Selgiticum oleum, factitium, ex herbis selectis compositum, nervisque admodum utile. *Plin. l. 15. c. 7.*
Selibra, æ, f. *μεσσαλιβρα, hμισλιβρα*, dimidia libra, a *semilibra*, per Syne. *Plin. l. 14. c. 16.* Malobathri selibris in multo congiis duos additis. *Gel. l. 7. c. 18.* Darent argenti pondo libram selicet, & selibrum. *Martial. l. 4. epigr. 46.* Et thuris, piperisque tres selibræ.
Seligo, is, egi, ctum, a. 3. *fare scielta, eleggere, discernere, גרעו, Ger. aufwählen, Gal. choisir, elire, Hisp. apartarla mayor, απελειψη, αποφαινω, seorsum colligi, secerno. Cic. in Orat. c. 29.* Quæ exemplæ selestem, nisi vel nota esse arbitraret, vel posse eligere, qui quærerent. *Id. ib. c. 15.* Nec vero utetur imprudenter hæc copia, sed omnia expendet, ac seliget.
Selinis, is, f. idem ac Selinus, Siciliz oppidum. *Virg. 3. Æn. v. 705.* palmosa Selinis. *Sil. l. 14. v. 201.* palmis onusta Selinis.
Selinophyllum, *σεληνοφυλλον*, herba, quæ & callitrichon dicitur. *Apul. de herb. c. 47.*
Selinum, i, *σέλινον*, herba, cujus multæ species, ut selinum ægrion, selinum hydacium, &c. *Apul. de herb. c. 8. 106. & 118.*
Selinuntii, orum, m. populi Siciliz, ex Selinunte oppido. *Plin. l. 3. c. 8.*
Selinus, untis, m. 3. *Madiuni*, fl. Siciliz, qui ex agro Hyccarg, seu Panormitano in Austr. fluens, apud Selinunte urb. mari excurrit. ¶ Item *Selino*, fl. Achææ, qui in sin. Corinthiacum fluit. ¶ Item fl. *Siliciz*, *Lucan. l. 8. v. 260.* ¶ Item fl. geminus Ephesi, apud Dianæ templum. *Plin. l. 5. c. 29.*
Selinus, untis, f. 3. *Terra di Pulici*, urbs Siciliz, in ora Austr. inter Thermas ad Or. 18. M. P. & Mazaram ad Occ. 23. condita a Megarenibus, sive a Phœnicibus anno a capta Troja 507. post Urb. conditam 107. eversa a Carthaginensibus. *Plin. l. 3. c. 8.*
Selinusius, a, um, adject. a Selinunte oppido, ut Selinusia terra. *Plin. l. 35. c. 16.*
Seliquastrum, i, genus sedilis. *Var. l. 4. de L. L.* Ab sedendo appellantur sedes, sedile, sedum, sellæ, seliquastrum. *Fest.* Seliquastra sedilia antiqui generis appellantur, quæ non minus a sedendo dicta sunt. Quibus Festi verbis adductus *Godefridus Steuvecchius ad l. 2. Arnobii, in Parronis verbis pro sedum suspicatur legendum folium. Hygin. l. 2. Aÿron. de Cassiopeæ.* Inter sidera sedens, in seliquastro constituta est. *Paul. l. 4. de supellect. legata.* Instrumenti significatione rhedæ, & seliquastra in supellectili adnumerari solent. Ita legit *Haloander*. Alii *sedularia*.
Sella, æ, f. *sedis, ἴδρυς, ἑδραν*, idem quod sedes, a *sedendo*. *Cic. l. de Div. c. 46.* Cum virgo staret, & Cæcilia in sella sederet. *Et paula post:* Ut in ejus sella requiesceret. ¶ Dicebatur etiam de throno, in quo Magistratus sedebant. *Cic. 3. Ver. c. 46.* Qui ordo ad Pisonis sellam isto Prætoris solitus sit convenire. ¶ Item de sede in curru, quæ sella curulis dicebatur, quæ fuit propria Magistratum Curulium, ut Consulium, Prætorum, Censorum, Ædilium Curulium, cum per urbem irent. *Cic. Att. l. 4.* Maloque in illa tua seducula, quam habes sub imagine Aristotelis, sedere, quam in istarum sella curuli. ¶ *Quædambus sellis sedere*, proverbium est de iis, qui duo, vel plura negotia inter se diversa eodem tempore suscipiunt, vel qui duobus certantibus, neutri favent, sed utriusque amicus videri volunt. Hinc in Ciceronem, qui nec Pompejo certus amicus, nec Cæsari fuisse videbatur, sed utriusque adulator, usurpavit *Laberius*, ut narrat *M. Sen. l. 3. controv. 18. sub fin.* ¶ Sellæ familiaricæ, & sellæ familiaris sunt loca ad exonerandum ventrem edificata. *Varr. l. 2. R. R. c. 13.* In eoque (Serquilinio) quidam sellas familiaricæ ponunt. *Cato de R. R.* Equile, sellas familiaris, carnaria, &c. ¶ Dicuntur & sellæ absolute. *Scribon. Larg.* Deinde ex stomacho cruorem rejiciunt, postea per sellas abundantius eundem deiciunt. Hujusmodi etiam erant, quas Patroclianas vocat *Martial. l. 12. epigr. 78.* Sellas ante petit Patroclianas. Et pedie deciesque, viciesque. ¶ Dicitur etiam *sella* de ephippiis, *sella. l. 8. Cod. Theodost. tit. 5. leg. 47.*
Sellæ, arum, m. populi Epiri. *Lucan. l. 3.* Chaonid veteres liquerunt vertice Sellæ. *Plin. l. 4. præm.* Dryopes, Sellæ, Hellopes, Molossi.
Sellarta, æ, f. *ἑδρανιον*, locus, in quo sedes disponi solebant. *Suet. in Tiber. c. 43.* Seceffo vero Caprensi etiam sellariam excoxitavit, sedem arcanarum libidinum. *Plin. l. 34. c. 8.* Violentia Neronis in urbem convecta, & in sellariis domus aureæ disposita.
Sellariolus, a, um, *ἑδρανικος*, quod ad sellariam spectat, ut Sellariolæ popinæ, idest in quibus desidant homines ignavi ad libidinem, & luxum. *Martial. l. 5. epigr. 71.* In sellariolis vagus popinis.
Sellaris, re, adject. a *sella*, ut sellaris gestatio, *Cel. Avel. l. 1. Tard. c. 4.*
Sellarium, a, um, adject. a *sella*. Sellariz dictæ sunt meretrices, quia in sellis sedentes homines alliciebant, auctore *Vet. interper. Juven.* ad illud *sat. 3. v. 13.* Et dubitas alta Chionem deducere sella. ¶ Sellarii etiam dicti sunt pathici, & potentosæ libidinis inventores. *Tac. 6. Ann. c. 1.* Tunc primum ignota ante vocabula reperta sunt sellariorum, & spintriarium, ex fœditate loci, & multiplici patientia.
Sellula, læ, f. *seggata*, parva sella. *Tac. hist. c. 85.* In domum uxoris sellula detetur.
Sellularius, m. 2. *ἑδρανιος*, opifices, qui sedendo opus faciunt. *Liv. l. 8. c. 20.* Quia opificum quoque vulgus, & sellularii, minimæ militum idoneum genus, exciti dicuntur.
Sellularius, a, um, adject. fedentarius, ut sellularii artifices, qui sedendo opus faciunt, apud *Apul. l. 2. Florid.* Sellularii quæstus, qui artes fedentarias factitando sunt. *Gel. l. 3. c. 1.*
Semadapertus, a, um, adject. *mezer aperto. Ovid. 1. Amor. eleg. 6.* adita fac janua parvæ Obliquum capiat semadaperta latus.
Semaxii, orum, m. olim per concivium dicti sunt Christiani, quod ad stipitem dimidii axis vinculi comburerentur. *Terent. Apul. c. 50.* Licet nunc sarmenticos, & semaxios appelletis, quia ad stipitem dimidii axis revincti sarmentorum ambitu exurimur.
Sembella, æ, f. selibra, quasi *semilibella*. *Var. l. 4. de L. L.* Sembella, quod sit libellæ dimidium.
Semel, adv. *una volta, פעם אחת, Germ. ein mal, Gal. une fois, Hisp. una sola vez, ἄνωξ*, unica vice, uno tempore. *Cic. 7. Ver. 3.* Ille semel verum archipirata securi percussus est. *Id. pro Cluene.* Ut re semel, atque iterum præjudicata, condemnatus in judicium veniet. *Id. pro Font.*

Pont. e. 8. Semel, atque iterum, ac saepius dare pecuniam. *Liv. l. 23. c. 9.* Tuam doleo vicem, cui ter prodixit patriæ sustinendum esse crimen; semel, cum dejectionem iniitit ab Romanis; iterum, cum pacis cum Annibale fuisset auctor; tertio hodie, cum restituentæ Romanis Capuz mora tu es. *Plin. l. 7. c. 48.* In sella curuli semel ac vicies sedit, *ventura volta. Id. l. 12. c. 14.* Thus meti semel anno solet, *una voltes all'anno. Colum. lib. 12. c. 30.* Semel in diebus triginta sex. ¶ Aliquando accipitur pro uno loco, pro summam, aut in summa. *Quintil. l. 9. c. ult.* Denique, ut semel finiam, sic fere componendum, quomodo pronuntiandum erit. *Id. l. 11. c. 1.* Et, ut semel omnia complectar. ¶ Metaleptice ponitur pro omnino, penitus, profus. *Cic. pro Dejot.* Cum facile exorari Cæsar, tum semel exorari soles. ¶ I-tem pro immutabiliter, irrevocabiliter, quia quod semel tantum fit, non habet regressum, ut rursus fiat. *Virg. 11. Æn. v. 418.* Et humum semel ore momordit. *Ovid. epist. 5. v. 105.* Nulla reparabilis arte læsa pudicitia est, deperit illa semel, *una volta per sempre.*

Semele, es, f. i. ἑμιέλη, Cadmi Thebarum Regis, & Hermiones filia, ex qua Jupiter Bacchum genuit. *Ovid. 3. Metam. Horat. l. 1. carm. od. 19.* Mater sæva cupidinum, Thebanæque jubet me Semeles puer, &c. **Semeleus, a, um,** quod ad Semelem spectat, ut Proles Semeleia, idest Bacchus. *Ovid. 5. Metam. v. 329.* Delius in corvo, proles Semeleia capro. **Semellitani, m. 2. pop. Siciliæ,** quorum oppidum Semellium. *Plin. l. 13. c. 8.* **Semellium, n. 2. Salemi,** opp. Siciliæ, medium tere inter Mazaram ad Aufr. & Segestam ad Bor.

Seinen, inis, n. seme, semenza, זרע, Ger. *saamen,* Gal. *semence,* Hisp. *simienta. σείμακ, σόρος,* principium illud, ex quo tanquam ex causa materiali res gignuntur, ut semen trumenti, hordei, hominis, &c. *a sero,* quasi serimen, ut *nomen a sero, fumen a suo.* *Lucret. l. 4.* Cum semen forte virile, &c. *Cic. pro Rosc. Amer.* Quem sua manu spargentem semen, qui missi erant, convenerunt. ¶ Antonomastice, seu per excellentiam, semen dicitur trumenti genus, quod zeam duplicem, ζεαυδ δίκωκον, appellat. Ita dicitur a præstantia frugis. *Plin. l. 18. c. 8.* Qui zea utuntur, non habent fur. Est & hæc Italiæ, in Campania maxime, semenque appellatur. *Idem ibidem c. 24.* Serere in jugero temperati soli iustum est tritici, aut siliginis modios quinque, farris, aut seminis (quod frumenti genus ita appellamus) decem, hordei sex. ¶ Dicitur etiam semen de virgultis, & surculis. *Colum. l. 3.* Ex ejusmodi vitibus lecta femina multum, bonumque vitum præbeunt. *Id. de arborib. c. 20.* Semina tritura maxime ponito. ¶ Translate accipitur pro causa, vel pro auctore alius rei, &c., eo a quo quid ortum est. *Cic. 2. Off. Nec vero unquam bellorum civilium semen, & causa deserit. Id. 2. Phil. c. 23.* Ut igitur in feminibus causa est arborum, & stirpium, sic hujus luctuosissimi belli semen tu fuisti. *Sen. epist. 73.* Semina virtutum. ¶ I-tem pro genere, seu stirpe. *Cic. in Rut. 2. c. 35.* Non ingenerantur hominibus mores tam a stirpe generis, ac feminis, quam ex iis rebus, quæ vitæ consuetudine suppeditantur. *Sueton. in Calig. c. 25.* Nec ullo armore indicio sui feminis esse credebatur, quam feritatis. ¶ De stellis minoribus, *Manil. l. 5. v. 726.* Tum conferta licet cæli fulgentia templa Cernere feminibus densis.

Sementatio, onis, sementis factio. *Tertul. de spectat. c. 8.*

Sementarius, V. Semento.

Sementicus, a, um, ἠσιμεύω, quod feminari potest. *Plin. l. 18. c. 7.* Sementica autem triticum, hordeum, tabam, napum, rapam appellant. Alii leg. *sementiva.*

Sementiter, V. Serpenter.

Sementinus, a, um, quod ad semen, vel sementem spectat. Sementina pyra, quæ usque ad sementis tempus durat. Alii dicunt credunt a femininum multitudine. *Cat. c. 7.* Pyra volema, anciana, & sementina. Alii leg. *sementiva.* ¶ Sementina dies, seu Sementinæ Feriæ, festum fuit apud Romanos ex genere eorum, quæ stata non erant, quod agebatur, postquam agricola femina terræ mandasset. *Paul. apud Fest.* Sementinæ feriæ fuerunt institutæ, quæ ex iis fruges grandefcere possent. *Id.* Conceptivæ feriæ festâ diebantur, quæ incertis diebus servabantur quotannis, ut Sementinæ, Compitalitiæ. In plerisque manuscriptis est *Sementivæ. Ovid. l. Fast. v. 658.* Nec Sementina est ulla reperita dies. Alii hic quoque leg. *sementiva.*

Sementis, is, f. semina, sementazione, זרע, Ger. sayung, Gal. semoison, Hisp. sementera, σπόρον, satio, vel sementatio, a semen. Cic. 1. de Orat. Tamen nemo tam sine oculis, tam sine mente vivit, ut, quid sit sementis, ac messis, quid arborum putatio, ac vitium, quo tempore anni, aut quo modo ea fiant, omnino nesciat. *Col. l. 11.* Si autumno sementem facturus est. ¶ Nonnunquam accipitur pro seminandi tempore. *Colum. l. 2. c. 9.* Altero sulco seminari debet post æquinoctium, media tere sementi, læto solo. ¶ Aliquando pro femine jam terræ mandato. *Colum. l. 2. c. 8.* At ubi venit imber, multorum dierum sementis uno die surgit. ¶ Interdum pro segete. *Gal. l. 2. c. 29.* Ea casta in sementes forte concederet tempeliviores. ¶ Eleganter translate usurpatur. *Cic. 2. de Orat. c. 65.* Ut sementem feceris, inquit, ita & meres. *Id. 3. de nat. Deor.* Hanc igitur a Diis immortalibus tantam arbitramur malorum sementem esse factam? ¶ In accusativo aliquando reperitur *sementis,* in ablativo *sementi.* *Cato c. 27.* Sementim facito ita. *Colum. l. 2. c. 12.* Peracta sementi, sequens est cura sarritionis. ¶ Joculariter *Plaut. Men. 5. v. 23.* Hicce ego jam sementem in ore faciam, pugnoscque oberam. h.e. in ore eorum, tanquam in agro pugnosc feram.

Sementivus, a, um, adject. qui seritur, vel serendo aptus est, ut sementivum semen. *Tertul. de seym. c. 4. V. Sementicus, & Sementinus.*

Semento, as, n. 1. σπαραγγίω, semen produco. Plin. l. 18. c. 28. Et in primis inutile nasci herbas sementaturas.

Semeris, & me, o. 3. ἡμισυ, pro dimidia tantum parte armatus. Liv. l. 30. c. 28. Ex agrestium semeris turba. *Tac. Ann. 3. r. 39.* Semeris, ac palantes trucidati sunt. ¶ Sunt qui malunt scribere *semeris.* ¶ Invenitur etiam *semermus, a, um.* *Tacit. l. 1. Annal. c. 68.* Paucos, ac *semermos. Id. 3. Ann. c. 45.* Statuerat a tergo *semermos.*

Semestris, & stre, o. 3. di sei mesi, ἡμικυβήτων, ἡμικυβήτων, quod est sex mensium. Cic. Att. l. 10. epist. 8. Jam intelliges, id Regnum vix semestre esse posse. *Plin. l. 8. c. 39.* Semestrem vitam excedere. *Sueton. in Aug. c. 35.* Sibique instituit consilia fortiri semestria, cum quibus de negotiis ad senatum referendis tractaret. h.e. consiliarios, qui per sex menses sibi in consilio essent, quoque postea alii allestis, removeret.

Semestrium, ii, spazio di un mezzo mese. Colum. l. 11. c. 2. Hoc igitur semestrium, & deinceps sequentia, tempestatibus annotatis percensuimus. V. totum *Colum. locum,* ex quo intelliges, talli eos, qui semestrium exponunt spatium sex mensium.

Semetus, a, um, mezzo mangiato, Ger. *benaget, halb geessen,* Gall. *a demi mangé,* Hisp. *medio comido, ἡμισυφωτος. Hor. l. 2. sat. 6.* Semefaque lardi frusta dedit. *Suet. in Tib. c. 34.* Solemibus ipse cænis pridiana sape, ac semefa oblonia apposuit.

Semet, V. Sui.

Semëtrum, i, quod est sine mensura, non ymmetrum, ut distona femetra, apud Prudent. in psychom. v. 289. ubi quidam aliter leg. **Semiacerbus, a, um,** adject. mezzo acerbo, mal maturo. *Pallad. in Aug. vit. 13.* Utz semiacerbæ succus.

Semiadoperitulus, a, um, adject. mezzo aperto. *Apul. l. 3. Metam.* Oculi udi, ac tremuli, jamjamque semiadoperituli.

Semiagrestis, e, adject. mezzo rusticano, poca civile. Avel. ViFlorin. in Dioclet. n. 17. Maximianum fidum amicitia, quamquam semiagrestem, militæ tamen, atque ingenio bonum, imperatorem jubet.

Semiambustus, a, um, adject. mezzo abbrucato. *Sueton. in Calig. c. 59.* Cadaver tumultuario rogo semiambustus.

Semianctus, a, um, adject. mezzo vestito, mal vestito. *Apul. l. 1. Metam. Sciffili palliastro semianctus.* Adde *l. 7.*

Semianctus, & me, o. 3. & semianctus, a, um, mezzo morto, Ger. *halb tott,* Gal. *a demimort,* Hisp. *medio muerta, ἡμισυφωτος, ἡμισυφωτος,* femivivus, femimortuus. *Virg. 11. Æn.* Semianctus voluntur equi. *Lucret. l. 6. v. 1266.* Languida semianctum cum corpore membra videres. *Cic. 1. de Divin. c. 47. ex Ennio:* Subigit ipsa feris transfrens unguibus anguem semianctum, & varia graviter cervicem micantem. *Liv. l. 28. c. 23.* Et in succenium rogem semianima pleraque injicerent corpora.

Semiannus, a, um, adject. mezzo anno, ut semiannua nox, apud *Martian. Capell. l. 6. pag. 194.*

Semiapertus, a, um, mezzo aperto, ἡμισυφωτος, dimidia sui parte apertus. *Liv. l. 26. c. 39.* Paucos ex multis trepida fuga incidentes, semiapertis portarum toribus, in urbem compulsi.

Semiastus, a, um, mezzo arrostito, semicombustus. *Cic. 1. Tusc. c. 44. ex Poeta:* Heu reliquias semiastis Regis, denudatis ossibus, pro terram sanie delibutas fœde diu vexarier.

Semiatrius, a, um, adject. dimidia parte atratus. *Varr. apud Non. c. 2. n. 298.* Liberti semiatri exsequantur. *Turneb. l. 28. c. 12.* pro propter vix legit protervi. Deinde addit: Atrati solent in funere esse, ac illi protervi semiatri tantum erant.

Semibarbarus, a, um, mezzo barbaro, qui dimidia parte barbarus est. *Sueton. in Cæs. c. 76.* Quosdam e semibarbaris Gallorum recepit in Curiam. h.e. Narbonenses, ut quidam Interpretes putant, quod hi inter barbaros majoris cultus essent, atque elegantiz. *Capitol. in Maxim. Adolescens, & semibarbarus.*

Semibos, ovis, o. ἡμισυς, dimidia sui parte bos. Ovid. l. 4. Trist. eleg. 6. Cestimanturque Gygen, semibovemque vitum.

Semicaniculus, i, m. mezzo canaleto. Virruv. l. 4. c. 3.

Semicanus, a, um, adject. mezzo canuto. *Apul. l. 8. Metam.* Cincinnis semicanis, & pendulis capillatus.

Semicaper, pri, com. mezzo capra, ἡμισυκαρως, qui dimidia sui parte caper est. Epitethon est Faunorum, & Satyrorum, qui inferiore sui parte capris similes pinguntur. Ovid. 5. Fast. v. 101. Semicaper coleris fucinctis Faune Lupercis.

Semicinctum, ii, ἡμισυκίτων, cinctus, sive zona minus lata. Isid. Orig. l. 19. c. 33. Cinctus est lata zona, & minus lata semicinctum, & utriusque minima cingulum. Alii definiunt genus velis brevissimæ, quo veoster, & velanda teguntur. *Petron. in Satyr.* Inclusus ego suspensio vitam finire constitui, & jam semicinctio stanti ad parietem ipondæ me vinxeram, cervicisque nodo condabam. Est & apud *Martial. l. 14. epigr. 153.* in titulo ipsius epigrammatis.

Semicircularis, & re, o. 3. semicircularare, ἡμικύκλιος, quod habet mediū circuli formam. Apud Colum. l. 5. c. 2. quo loco posita est figura semicirculari, leguntur hæc verba: *semicircularis agri forma,* quæ tamen incertum, sicut *Columella,* an alterius, qui ad explicandam figuram ea addiderit.

Semicircularatus, a, um, semicirculari forma factus. *Cels. l. 7. c. 26. tit. 2.* Ferramentum tecit rectum in summam partem labrosam, in imam semicircularatum, acutumque.

Semicirculus, i, m. mezzo circolo, Ger. halbering, Gal. demi cercle, Hisp. medio círculo, ἡμικύκλιος, medius circulus. Cic. 5. Fin. c. 20. Cumque non habeant ingenus ex doctrina oblectationes, circulus aliquos, & semicirculos confectari. *Scalig. legit seffunuculas. Colum. l. 5. c. 2.* Si semicirculus fuerit ager. *Et mox.* Si autem minus, quam semicirculus erit.

Semiclausus, & Semiclufus, a, um, adject. mezzo chiuso. *Apul. l. 10. A. A.* Semiclausus ore balbutiens. *Inscrips. apud Fabret. pag. 230.* Silvane sacra semiclausæ fraxino.

Semicoctus, a, um, mezzo cotto, guastotto, ἡμισυφωτος, dimidia parte coctus, semicrudus. *Plin. l. 18. c. 11.* Ex tritico candidissima, atque grandissima eligunt grana, & semicocta in ollis.

Semicombustus, a, um, adject. mezzo bruciato. *Prudent. in Rom. v. 859.* Alunt olivæ semicombustas faces.

Semiconfectus, a, um, adject. mezzo fatto, ut semiconfectus cæpes, *Sidon. l. 6. ep. 10.*

Semiconspiculus, a, um, adject. qui dimidio conspicitur. *Apul. l. 3. A. A. post inis.* Nonnulli pro fenestras semiconspicui.

Semicorporalis, & le, o. 3. idem ac semicorporis. Firmic. l. 2. c. 12. Aries est signum in cælo masculinum, semicorporale, oculis languidis, erraticum.

Semicorporatus, a, um, mezzo corporale, dimidio corporeus. *Firmic. l. 2. c. 12.* Cancer signum est in cælo femininum, mobile, semicorporale, irracionale.

Semicrematus, a, um, mezzo abbrucato, ἡμισυφωτος, dimidia parte crematus. *Ovid. in Ibin. v. 634.* Membra feras Stygiæ semicremata neci.

Semicremus, a, um, adject. idem quod semicrematus. *Ovid. 12. Met. v. 289.* Semicremoque novat repetitum siphite vulnus.

Semicrudus, a, um, mezzo crudo, ἡμισυφωτος, pro dimidia parte crudus. *Colum. l. 6. c. 26.* Lupini semicrudi conteruntur. *Sueton. in Aug. c. 1.* Semicruda exta. *Starr. l. 4. silv. 9. v. 48.* Quid, si cum bene mane semicrudus illatam tibi dixerò salutem? idest, cibo pro dimidia parte digesto.

Semicubitalis, & le, o. 3. quod dimidio cubito constat. Liv. l. 42. c. 65. Ut palmæ spiculum hastili semicubitali infixum.

Semideus, i, m. semideo, ἡμισυθεος, medius inter naturam humanam, & divinam. V. Heros. Ovid. in Ibin. v. 80. Fluminaque, & Nymphæ, semideumque genus. idest Dii Indigetes. *Lucan. l. 8. v. 831.* Nos in templa tuam Romana accepimus Ilim, Semideosque canes.

Semidigitalis, le, adject. qui habet magnitudinem dimidi digiti. Virruv. l. 10. c. ult. Terebratur foramen digitale, semidigitale, sesquidigitale.

Semidocionus, a, um, mediocremense dosto, ἡμικυβήτων, qui est mediocris eruditionis. *Cic. 2. de Orat. c. 42.* Hæc ut & proptans, & apud doctos, & semidocustus ipse percurrer.

Semiebrus, a, um, adject. mezzo abbrucato. *Sueton. in Satyr.*

Semiernis, V. Semermis.

Semitactus, a, um, mezzo abbrucato, pro dimidia tantum parte factus. *Tac. l. 15. Ann. c. 7.* Semitacta opera fuga perripuit.

Semifastigium, ii, dimidium fastigii. *Vitruv. l. 7. c. 5.*
 Semifer, ra, s, tum, *mezzo bestia*, *ἡμισφαιρα*, quod parte dimidia fera est, cujusmodi erant Centaury, qui anteriore, seu superiore parte homines erant, posteriore, seu inferiore equi. *Cic. 2. de nat. Deor. ex Asato*: Tum gelidum valido de pectore frigus anhelans corpore femifero magno Capricornus in orbe. *Ovid. 2. Metam. v. 633. de Chirone Centauro*: Semifer interea divinx stirpis alumno latus erat. ¶ Semifer etiam dicitur, qui non omnino ferus est, *mezzo selvatico*. *Plin. l. 8. c. 37. de ferice*: Semiferum & ipsum animal, cui vivaria in dolis idem, qui apris insituit.
 Semiformis, & me, o, a, 3. *informe*, o *mezzo formato*, *ἡμισυρμος*, quod dimidiam formam habet. *Col. l. 8. c. 5.* Pullique semiformes interimuntur. *Id. l. 4. c. 25.* Luna semiformis.
 Semifultus, a, um, *ἡμισυρεπτος*, pro dimidia parte fultus. *Marzial. l. 5. epigr. 14.* Subiellioque semifultus extremo.
 Semifumans, antis, *mezzo fumante*. *Sidon. l. 1. ep. 7.* Qui adhuc in eo semifumantem praefectura nuper extorta dignitatem venerabatur.
 Semifunium, ii, dimidium funis. *Car. de R. R. c. 135.*
 Semigætilus, a, um, adject. qui ad Gætulos vel regione, vel moribus accedit. *Apul. in Apul.* Memet professus sum, feminuidam, & semigætulum.
 Semigeranus, a, um, quod de Germanis participat. *Liv. l. 21. c. 38. ad fin.* Utique cum quæ ad Apenninum ferant, oblecta gentibus Semigeranis fuissent.
 Semigræcus, a, um, *ἡμιελλην*, quod de Græcis participat. *Var. l. 2. de R. R. c. 1.* Ut Semigræcis pastoribus dicam Græce.
 Semigrævis, & ve, o, 3. *mezzo affonno*, *ἡμισυρος*, pro dimidia parte gravis. *Liv. l. 25. c. 24.* Quia magna pars in turribus epulati, aut sopiti vino erant, aut semigraves potabant.
 Semigro, as, u, 1. *parvifl.*, *αρουρω*, ad foris habitandum me confero. *Cic. pro Cel. c. 7.* Repehendistis, a patre quod semigrarit.
 Semihians, tis, nom. ex partic. *mezzo aperto*. *Apul. l. 10. A. A.* Semihiantes comprefsit labias. *Catul. carm. 61. Epithal. Jul. & Mani. v. 220.* Dulce rideat ad patrem semihiente labello.
 Semihulcus, a, um, adject. dimidio, vel aliquantum hulcus, semiapertus. *Poeta quidam apud Gel. l. 19. c. 11.* Dum semihulcus favio meum puellum favior.
 Semihomo, inis, com. *mezzo uomo*, *ἡμιανθρωπος*, qui dimidia parte homo est. *Virg. 8. Æn. v. 194.* Hic spelunca fuit vasto submotâ recessu Semihominis Caci.
 Semihora, æ, *mezza ora*, *ἡμιώρα*, spatium dimidium unius horæ. *Cic. pro Rab. perduel. v. 0.* Meque ex comparato, & constituto spatio defensionis in semihoræ curriculum coegisti.
 Semijejunium, ii, *mezzo digiuno*. *Tertul. adv. Ppsych. c. 13.* Stationum semijejunia interponentes.
 Semijugerum, i, *ἡμισυζωον*, medium jugerum. *Colum. l. 4. c. 18.* Vel in semijugera omnibus modis dirimatur.
 Semilacer, ra, s, tum, *mezzo lacono*, *ἡμισυρατος*, dimidia parte lacer. *Ovid. 7. Metam. v. 344.* Semilacereque toro tentat confurgere.
 Semilæter, ris, m. *mezzo matrone*. *Vitruv. l. 2. c. 3.* Una parte lateribus ordines, altera femilæteres ponuntur.
 Semilavata, a, um, adject. *mezzo lavato*. *Catul. carm. 55. in Cesar.* Semilavata crura.
Sido, is, sidici, n. 3. *mettersi a federe, distendera, calare*, *רר*, Ger. *sich nieder lassen*, Gal. *s'asseoir*, Hisp. *assentarse*, *καθίζω*, ad sedendum me demitto, deorsum feror, descendendo. *Virg. 6. Æn. v. 203.* Sedibus operatis gemina super arbore sidunt. *Plin. l. 6. c. 22.* Sed certis canalibus adeo profundum, ut nullæ anchoræ sidant. h. e. fundum invenient, in quo hærent. *Colum. l. 12. c. 24.* Patiempur picem confidere; ubi sidit, aquam eliquabimus. *Plin. l. 12. c. 25.* Sidere ad ima vasis. ¶ Sidere naves dicuntur, cum brevi vado deprehensæ carina in arenam impingunt, & quasiantur; vel cum gravi ictu percussæ, solutis compagibus aquam recipiunt, & merguntur. *Tacit. 2. Ann. c. 6.* Quædam naves planz carinis, ut sine noxa siderent, *soccassero fondo*. *Nepos in Chabr. in fine.* Navis rostro percussa cæpit sidere. ¶ Translate *Senec. de Constant. Sapient. c. 2.* Civitas degenerans, & sua mole sidens. h. e. in pejus ruens. *Tacit. 2. hist. c. 15.* Sidente paulatim metu. *cessando il timore.*

Sidon, onis, f. 3. *Saide*, urbs Syriz, in Phœnicia, in ora maris Medit. cum portu capaci. Nomen accepit, teste *Lidoro*, a Sidone Canaham filio. Alii dictam volunt a Sida Beli filia, vel a picium ubertate, quos Sidonas Phœnices vocant. *Plin. l. 5. c. 19.*

Sidonicus, a, um, adject. idem quod Sidonius. *Sallust. in Jugurb. c. 114.* Legum, cultusque pleraque Sidonica.

Sidonis, idis, adject. læm. quæ est ex Sidone urbe. *Ovid. 10. Met. v. 269.* Collocat hanc fratris concha Sidonide tinctis. ¶ Penultimam corripit *Sisus*, dum ait *l. 8. v. 70.* Sidonis in Latio trepidabat naufragâ terra. Adde *Ovid. 3. Fast. v. 649. & l. 3. de ar. am. v. 252.*

Sidonius, a, um, *σιδωνίω*, vel *σιδώνιος*, quod ad Sidonem urb. spectat. *Virg. l. 1. Æn. v. 613.* Oblitupit primo aspectu Sidonia Dido. *Id. 4. Æn. v. 75.* Sidoniaque ostentat opes. ¶ Sidonii, orum, m. populi Sidonis. *Justin. l. 18. c. 3.* ¶ Apud Sidonem ingens erat marinarum concharum copia, ex quarum sanguine purpureus optimus color efficiebatur, quemadmodum & apud Tyrum urbem. *Martial. l. 14. ep. 154. de luna.* Ebria Sidonizæ cum sim de sanguine conchæ. *Virg. 4. Æn. Sidonia chlamys. Senec. in Herc. Oer. v. 663.* Sidonium ahenum. *V. Ahenum.*

Sidonius, ii, m. C. Sollius Sidonius Apollinaris, Gallus, patria Lugdunensis, religio Christianus, Arverni Episcopus, floruit sæculo Christi quinto, scriptisque epistolarum libros aliquot, & carmina (quæ omnia in extant) stilo non illo quidem inerudit, sed durisculo, præsertim in epistolis, in quibus etiam multa inveniunt Latinæ linguæ rudisimus nullo modo imitanda, verba audacter novata, aut insolenter deducta, phrasæque inconditas, & a Latina gravitate longe abhorrentes. Ille tamen, ut ejus temporis ratio studiorum erat, maximas laudes consecutus est, statua etiam Apollinari laurea, Romæ in foro Trajani collocata, ob poesim, ab Anthemio Augusto donatus.

Sidus, eris, n. 3. *castellazioni, segno celeste*, כוכב, Ger. *gestirn*, Gal. *a. stre*, Hisp. *estrella, costellacion, ארצות*, signum ex pluribus stellis compositum, ut Aries, Andromeda, Leo, &c. *Manil. l. 1.* Formas distinguere tantum contenta, & stellis distinguere sidera certis. Hinc dextro sidere editus, *naso fatto buona costellazione*, apud *Strat. l. 3. Sil. 4.* ¶ Frequentissime pro stella usurpatur reperitur. *Cic. 2. de nat. Deor. Solis, Lunæ, siderumque omnium distinctionem, varietatem, pulchritudinem, ordinem.* ¶ Item pro planetis. *Plin. l. 7. c. 60. de Solis umbra in horologio: A Columna Menia ad Carcerem inclinato sidere. Tacit. Ann. 1. c. 70.* Sidere æquinoctii, quo maxime tumescit Oceanus. h. e. Sole æquinoctium faciente. ¶ Sidera tangere, vel terere, est felicem esse, magnum esse. *Ovid. 7. Met. v. 61.* Quo conjuge felix, & Dis chara ferat, & sidera vertice tangam. *Hor. l. 1. od. 1.* Sublimi feriam sidera vertice. *Propert. l. 1. sat. 8. v. 43.* Nunc mihi summa licet contingere sidera plantis. ¶ Metonymice ponitur pro tempestate, *stagione*, quia quædam sidera tempestatem ænerunt. *Amman. l. 22. c. 13.* Sidere etiam tum instante brumali. ¶ Hinc sidus confici, vel confectum esse dicitur, quando tempestas, quam sidus illud infert, sævit. *Plin. l. 18.* Vertique justit ipsa die solia, ut esset confecti sideris signum. ¶ Item pro cæli temperamento, *clima*. *Plin. in Paneg. c. 15.* Diversam aquarum temperiem, patriumque sidus terre consuevisi. Item pro cæli influenza, *influenza*, & tere de malo influxu. *Liv. l. 8.* sidere pestifero icli. *Petron. in Satyr.* Animos juvenum ad magna surgentes, velut pestilenti quodam sidere afflavit. ¶ Hoc sensu sidus frequenter accipitur pro quodam morbi genere, de quo satis diximus in voce *sideratio*. *Plin. l. 2. c. 41.* Afflantur alii sidere, alii commoventur stas temporibus alvo, nervis, capite, mente. ¶ Sidus fervidum, apud *Horat. epod. 1.* est Canicula. ¶ Translate *Ovid. 4. de Pont. eleg. 3.* O sidus Fabæ, Maxime, gentis ades, h. e. decus, & ornamentum. *Col. l. 10. v. 92.* Pingit & in variis terrestria sidera flores. ¶ Usurpatur interdum hæc vox in amantum blanditiis. *Sueton. in Calig. c. 13.* Super fausta nomina, sidus, & pullum, & pupum appellantium, &c. ¶ Varia hujus nominis ab Etymologis origo adest; ex qua etiam nascitur scribendi varietas. Scribunt enim quidam sidus per *y*, ducuntque a *σῶς*, & *σῶν* videre, quia sidus, qua plures stellas notat, simul conspiciatur: alii scribunt sidus per latinum *s*, derivantque cum *Virg. l. 6. de L. ab infidendo*, quæ quidem scriptio nis ratio probatur est, tum quia sidus vox Latina est, non Græca, tum quia sic legitur in veterib. libris, teste *Manus. in Orbigr.*

Siem, fies, fiet, pro *sim, sis, sit*, frequens est apud Comicos, *Plautum* præsertim. *V. Sum.*

Sifilo, as, n. 1. idem ac sifilo apud veteres. *Non. c. 12. n. 49.* ubi Homeri exemplum adest, & usurpat etiam verbale *Sifilatio* sine Auctoris ullius exemplo.

Sigalion, n. 2. *σῆγαλον*, simulacrum apud Ægyptios in sacris Isthis, & Serapidis, quod digito labii impresso silentium imperare videbatur, quod alio nomine Hieropocates dicebatur, a *σῆγῶ*, *tacet*. *Auson. epist. 25.* Aut tua Sigalion Ægyptius oscula signet.

Sigeus, a, um, adject. a Sigeo promontorium pertinet. *Ovid. Heroid. ep. 1. v. 33.* Hac ibat Sirois, hæc est Sigeia tellus.

Sigeum, n. 2. *Capo Ianzarri, σῆγμα*, prom. Troadis, in ora maris Ægei, apud ost. Scamæadri h. contra Tenedum inf. cum urbe cogn. ubi Achilles sepultus est. Dicitur esse, ut quidam volunt, a *σῆγῶ*, *sikeo*, eo, quod Hercules præmio suo a Laomedonte fraudatus, simulato discessu ibi se occultarit, indeque silentio magno reversus, Ilium repente adortus sit, & ceperit. *Serv. in 2. Æn.*

Sigeus, a, um, adject. a Sigeo promontorio, ut Sigei campi. *Virg. 7. Æn. v. 294.* Sigea freta. *Id. 2. Æn. v. 312.*

Sigillaria, um, n. dies festus Romanorum, ita dictus a sigillum, quod ultro, citroque sigilla, sive imagunculas, & munuscula alia misculerent. Hoc festum *Lucillus* indicat, cum ait: Servorum festus dies est, quem plane hexametro versu non dicere possis. Nam *Sigillarium* vocem versus hexametro non admittit. Ideo sic per Periphrasin *Ausonius Idyll. 26.* festa sigillorum nomine dicta colunt. ¶ Sigillaria continuo erant post Saturnalia. *Macrob. l. 1. c. 10.* Saturnalia uno tantum die, idest quatuordecimo Calendarum solita celebrari, sed post in triduum propagata. Sigillarium adjecta celebritas in septem dies discursum publicum, & lætitiæ religionis extendit: nomen ex eo sigillaribus, quod ultro, citroque sigilla, sive imagunculas, & munuscula alia misculerent. Hæc *Macrob.* Ipsa quæque munuscula, quæ tali festo mittebantur, Sigillaria dicuntur. *Senec. Epist. 11.* Ego sum Felicio, cui sollebas sigillaria afferre.

Sigillaria, um, n. vicus Romæ, ubi sigilla vendebantur. *Gel. l. 5. c. 4.* Apud Sigillaria forte in libraria ego, & L. Paulus poeta confederamus. ¶ Sigillaria etiam dicuntur Deorum imagunculæ. *Tertull. de Orat. c. 12.* Adoratis sigillaribus suis.

Sigillaricus, a, um, adject. ad sigillaria pertinens. *Spartian. in Adrian. c. 17.* Saturnalitia, & Sigillaritia frequenter amicis inopinantibus misit. Subaudi munera. ¶ Sigillaritus annulus est, quo utimur ad obsequandas epistolas, vel aliam quampiam rem sigillo notandam. *Vopisc. in Aurelian. c. ult. Uxori,* & filiz annulum sigillaritum quasi privatus inicituit.

Sigillarius, ii, m. sigillorum confector, & faber, *ἀγαλματοποιός*. *Inscript. apud Reines. class. 11. n. 89.* Flaturario sigillario. ¶ Legitur & Sigillarius apud *Fabret. pag. 177. & pag. 243.*

Sigillatim, adv. *separatamente, in parcellare*, idem ac singillatim, seu singulatim, cui generatim, & univèrse opponuntur. *Cic. 7. Verr. c. 55.* Nam quid ego de cæteris Civium Rom. supplicis sigillatim potius, quam generatim, atque univèrse loquar? *Terent. Phorm. 5. sc. ult. v. 42.* Qualis sigillatim in istum fuerim. ¶ Animadvertendum hæc tria *sigillatim, singillatim, & singulatim* promiscue, & alterum pro altero in optimis Codicibus legi.

Sigillatus, a, um, sigillis, idest parvis signis, seu imaginibus ornatus, ut Scyphi sigillati, idest emblematis, & incruftamentis ornati. *Cic. 6. Ver. c. 14.* Jubet me scyphos sigillatos ad Prætozem statim afferre. *Id. Act. l. 1. ep. 10.* Putealia sigillata duo.

Sigillibulum, i, n. parvum sigillum, seu imaguncula. *Arnob. l. 6.* Sigillibus hominum, & formis supplicatis humanis.

Sigillo, as, n. claudo. Afferitur a Lexicographis quibusdam exemplum *Varronis* apud *Non. c. 2. n. 785.* ubi plerique leg. *Jugillo*.

Sigillum, ii, n. *picciola immagine, sigillo*, סגולת, Ger. *sigel*, Gal. *seau, cachet*, Hisp. *fello, σφραγίς*, parvum signum, imaguncula, parva figura, parva statua, a signum, ut *sigillum a signum*. *Cicer. 6. Ver. c. 22.* Apposuit patellam, in qua sigilla erant egregia. ¶ Speciatim fumitur pro imagine, quam in obsequandis epistolis, vel alius scripturis, in cera, vel in alia materia imprimimus. *Cic. 4. Acad. c. 26.* Quid si ejusmodi cera centum sigilla hoc anulo impreffero?

Sigla, orum, n. *abbreviature, σφαινα, σῆγλα*, notæ compendiariz, litteræ singulares, quæ vocem integram significant, ut S. V. B. E. E. Q. V. singulæ hæc litteræ vocem signant, hoc modo, *Si valet, bene est, ego quidem valeo*. Sunt autem sigla dicta per syncop. pro sigilla, quia sunt parva signa compendii causa in scribendo inventa. *Justinian. in epist. ad Anacessor.* Eandem pœnam falsitatis constituimus adversus eos, qui leges nolitas per siglorum obscuritates ausi fuerint conscribere. Omnia enim, idest & nomina prudentium, & titulos, & librorum numeros per frequentias litterarum volumus, non per sigla manifestari.

Sigma, atis, n. *σῆγμα*, lectus ad mensas rotundas accommodatus, vel ligneum sedile, in quo perpetuus lectulus stratus erat ad convivas recipiendos. Nam veteres olim recta linea sedebant, lectulis ita dispositis, ut ab una tantum parte discumberebunt; postea signa inventum est, ut eidem mensæ plures adire possent. Dicitur etiam signa a figura semicirculari Græcæ litteræ σ, quæ majori forma ad similitudinem latinæ C scribebatur, ut videre est in antiquis monumentis. Itaque *Apul. l. 5.* suggestum semitrotundum appellat. *Lamprid. in Herliog. c. 25.* Primus invenit sigma in terra sternere, non in lectulis, ut a pedibus utres per pueros ad refandum spiritum solventer. *Martial. l. 10. in epigr. 48.* Septem sigma capit, sex fumus, adde Lupum. *Id. l. 14. epigr. 87.* Accipe lunata scriptum testudine sigma: Octo capit: veniat quisquis amicus erit. ¶ Eodem nomine appellatur solium semicirculari in balneis. *Sidon. l. 2. ep. 2.* ita ut ministeriorum se se non impediende famulatu, tot possit recipere fellas, quot solii sigma personas.

Signaculum, i, n. *segnacolo, segno*. *Tertul. in Apol. c. 21.* Signaculum corporis. *Prudent. in Psephom. v. 360.* Inscripta oleo frontis signacula.

Signanter, adverb. signate, expresse, peculiariter, singulatim. *Auson. in gratiar. act.* Signanter, & breviter omnia indicare.

Signate, adv. evidenter, significanter. *Gel. l. 2. c. 6.* Qui proprie, & signate locuti sunt. *Amman. l. 23. c. 6.* Forma hoc vocabulo signatus appellata.

Signatio, onis, f. notatio, significatio. *Aufon dialogi de Orat. c. 16.* Hoc primum interrogabo, quos vocetis antiquos, quam Oratorum ætatem signatione ista determinetis.

Signator, oris, m. *sigillatore, σφραγιστής, σηματωρ*, qui signat. Speciatim signatores dicebantur, qui testamentis, aut causis signandis adhibebantur. *Sallust. in Catil.* Ex illis testes, signatoresque falsos commodore, fidem, fortunas, pericula, vilia habere. *Suet. in Tit. c. 23.* Illatum deinde Augusti testamentum non admittis signatoribus, nisi Senatorii ordinis.

Signatorius, a, um, *σφραγιστικὸς*, quod signat, seu quo ad signandum utimur, ut signatorius anulus, *leg. 74. ff. de V. S.*

Signatūra, æ, f. actus signandi, sigillum. *Suet. in Ner. c. 17.* Cautum, ut in testamentis primæ duæ ceræ, testatorum modo nomine inscripto, vacuæ signaturis ostenderentur.

Signatus, a, um, *segnato, σφραγιστός*, insignitus, qui signum habet. *Virg. 2. Georg.* Et admorso signata in stirpe cicatrix. *Ovid. 2. de Arte 2.* Aspice, signatum sanguine peclus habet. *Id. 8. Metam.* Signata saxo nomina. ¶ Signatæ tabellæ, seu epistolæ, *sigillate*. *Nepos in Pelop. c. 3.* Cum epistola jam accubant in convivio est data, sicut erat signata, sub pulvinum subjiciens, in crastinum, inquit, differo res severas. *Tibull. l. 4. eleg. 7.* signatis mandare tabellis. ¶ Signatum argentum est in pecuniâ redactum, impressa publica pecunie nota, *argento in moneta*. *Cic. Ver. 7. c. 25.* Navis plena argenti facti, atque signati. ¶ Signata pella, est integra, inviolata, quasi clausa, & obsequata. *Lucili. apud Non. c. 2. n. 783.* Primum Chrysidem negat signatum reddere. Eadem ratione signata sacra dixit *Varr. apud eund. c. 4. n. 431.* & signata limina, h. e. obsequata, custodita. *Propert. l. 4. eleg. 1. v. 146.* ¶ Comparativum signatior. *Tertul. de resurr. carn. c. 13.* Quid expretius, & signatius in hanc causam? h. e. significatius.

Signa, l. 1. *Segna, Segni*, urbs Volcorum, in Latio, in fummo jugo Lepini M. ab urbe Roma 30. M. P. a Prænesto. *Virg. l. 1. c. 56.* ¶ Ibi organa inventa fuere, & modulationes, quibus utitur Romana Ecclesia, teste *Petrarcha*.

Significatio, is, eci, actum, a. 3. idem ac significo. *Metian. l. 65. §. 3. ff. ad S. Trebel.* Nam si auditus capaces sunt, vel interrogati nutu possunt significare. Rectius alii leg. *significare*.

Signifer, ri, m. *alfiere, כוכב, Ger. fendersich*, Gal. *portensigne*, Hisp. *alferez, σηματοφόρος*, qui signum fert, vexillifer. *Cic. 4. Ver.* Sit in ejus exercitu signifer. *Id. 1. de Divin.* Quo tempore cum signifer primi hæstati signum non posset movere loco. *Ovid. 5. Fast.* Romanæque aquilæ signifer hostis erat. ¶ Signifer appellatur etiam Zodiacus, quia in eo sunt duodecim sidera, seu signa, per quæ Sol decurrit. *Plin. l. 2. c. 10.* Stati atque menitru sunt utrique (Soli, & Lunæ) detectus, propter obliquitatem signiferi. ¶ Translate signifer fumitur pro duce, & auctore. *Cic. pro Plane. c. 30.* Qui causæ nostræ duces, & quasi signiferi fuissent. *Id. pro Mil. c. 33.* Cum tantum ausus sit ultor pro mortuo, quod signifer pro vivo non esset ausus?

Signiter, ra, rum, *σηματοφόρος*, quod signum fert. Sic orbis signifer dicitur circulus ille cælestis, in quo duodecim signa sunt. *Cic. 2. de Divin. c. 42.* Vim quandam esse ajunt signifero in orbe, qui Græcæ *Ζωδιακός* dicitur. Sic signifer dicitur polus a *Lucan. l. 3. v. 254.* ¶ Signiter crater dicitur a *Valer. Flac. l. 1. v. 337.* in quo artificiose signa, & imagunculæ insculptæ sunt. ¶ Signifera puppis, apud *Lucan. l. 3. v. 558.* est navis prætoris, in qua est vexillum.

Signifex, icis, m. *ἀγαλματοποιός*, qui signa facit, idest statuas. *Arnob. l. 6. pag. 199.* Inter significes ille memoratur Phidias. *Apul. l. 2. A. A.* Egregius ille signifex. Legitur etiam apud *Sidon. l. 6. epist. 12.* & *Martian. Capel. l. 2.*

Significabilis, le, adject. *significativo*, significans. *Var. l. 5. de L. L.* Fatur is, qui primum homo significabilem ore emittit vocem.

Significans, antis, o. 3. *significante, σηματωρ*, apertus, & evidens. *Quintil. l. 9. c. 2.* Dilucidus, & significans descriptio. *Id. l. 8. c. 1.* Quo nihil

nihil inveniri potest significativus. *Gell. l. 1. c. 15.* Quod genus homines a Graecis significativissimo vocabulo *ἀμαύς* appellatos.

Significanter, ad. *σημαίνω*, expressive. *Quintil. l. 6. c. 3.* Non parum significanter etiam illa in scholia *ἴσθ* dixerimus. *Cic. 3. Fam. epist. 12.* Actius, apertius, significativus dignitate tuam defendissem. *Quintil. Declam. 2. 7.* Illud quam fieri potest brevissime, & significativissime comprehendite.

Significantiā, *σημείωσις*, f. idem ac significatio. *Var. apud Non. c. 4. n. 384.* Varia adverbii significantiā. *Arnob. lib. 4.* Ex rerum eventu ipsius nominis significantiā traxit. Et *ibid.* Ad rerum significantiā aptare.

Significatio, onis, f. significatio, *σημείωσις*, *Gell. l. 1. c. 22.* Invenit falsā, atque aliena significatio verbi. *Cic. in Partic. c. 31.* Significationem scripti eo trahere, quo expedit. ¶ Item indicium, indicatio. *Cic. pro Leg. Manil. c. 3.* Uno nuncio, una literarum significatione cives Rom. necandos denotavit. *Cass. l. 6. B. Gall.* Ne qua ejus adventus procul significatio fiat. ¶ Item figura oratoria, h. e. emphasis. *Auct. ad Herenn. l. 4. c. 53.* Significatio est, quae plus in suspitione relinquit, quam positum est in oratione.

Significativus, a, um, adject. qui aliquid significat. *Ulpian. leg. 75. Dig. de Verb. obligat.* Appellatio certae rei significativa.

Significatorius, a, um, adject. significativus, ut significatorium verbum, *Terull. advers. Hermog. c. 32.*

Significatus, us, m. significatio. *Gell. l. 5. c. 12.* Ve particula duplicem significatum habet. ¶ Item indicio. *Plin. l. 18. c. 25.* Ipsi dies raro non aliquos tempestatum significatus habent.

Significo, as, a, 1. *dimostrare, far sapere, far intendere, significare, אָמַר*, Ger. *anzeigen*, Gal. *signifier*, Hisp. *significar*, *σημαίνω*. signum tacito, per signa notum facio, demonstro, ostendo. *Plaut. Trucul. 4. 3. 14.* Etenim sic istuc volo: ne inter vos significetis, ego ero paries. *Cic. pro R. Am. c. 34.* Quid hæc tanta celeritas festinatique significat? *Id. ibid. c. 20.* Ut significet, si fures venerint. *Id. Att. l. 1. c. 20.* Cum ego antea tibi significarem per literas, ne sperare, &c. *Id. l. 1. Tusc. c. 36.* Carere hoc significat, egere eo quod habere velis. ¶ *Gell. l. 18. c. 12.* testatur veteres aliquando *significor* pro *significo* deponuntum forma usurpasse.

Significus, i, m. idem qui signifex. *Apul. de Deo Socras.* Non pudet me non esse significum.

Signinus, a, um, adject. quod ad Signam Volcorum urbem spectat. *Celf. l. 4. c. 5.* Potui quidem aptissimum esse vinum frigidum, maximeque Signinum. *Plin. l. 5. c. 15. de piris:* Et in iis Tarentina, Signina, quæ alio colore testacea appellant. ¶ Signinum opus dicebatur, quod fiebat e tuis testis, addita calce. In pavimentis olim magnopere commendabatur. Nomen ex eo est, quod melioris notæ essent testæ apud Signinos. *Plin. l. 35. c. 13.* Quid non excogitavit ars? fractis enim testis utendo, sic, ut firmius durent, tuis, calce addita, quæ vocant Signina, quo genere etiam pavimenta excogitavit. Adde *Vitruv. l. 2. c. 4. & l. 8. c. ult.* ¶ Signini, orum, Italæ populi, *Plin. l. 3. c. 5.*

Signitēnis, tis, adject. idem qui signifer. *Ennius apud Varr. l. 4. de L. L. Quæ cava cæli signitēnibus conficis bigis, hoc est stellatis.*

Signo, as, a, 1. *segnare, אָמַר*, Ger. *zeichnen*, Gal. *marquer*, Hisp. *señalar, σημαίνω*, signo aliquo noto, signum alicui rei imprimo. *Virg. 3. Georg. v. 171.* Et summo vestigia pulvere signant. *Ovid. 4. Fast. Signare aratro mœnia.* *Id. 3. Amor. eleg. 7.* Signare humum limite. *Cic. de Fato, c. 19.* Signare in animo speciem alicujus rei, *imprimere.* ¶ Signare argentum, aurum, est in pecunia redigere, quod fit impresso publico signo, seu nota Principis *far moneta, coniare.* *Cic. Fam. 13. ep. 29.* Cum signaretur argentum Apolloniæ. *Plin. l. 33. c. 3.* Proximum icelus fecit, qui primus ex auro denarium signavit. ¶ Significat etiam obsignare, claudere, sigillo anuli impresso, *sigillare.* *Marcell. l. 9. epigr. 89.* Num signat meus anulus tagenam. V. Signatus. ¶ Item indicare, ostendere, *significare.* *Plaut. Cistell. 4. 2. 28.* Cui excidit hæc cistella: certe eccum locum signat, ubi ea excidit. *Quintil. l. 6. c. 3.* Et ut proxime utriusque differentiam signem. *Id. l. 2. c. 14.* Signare verba Latina Graecis verbis, *spiegare.* ¶ Item designare, describere. *Virg. 2. Georg. Quin etiam cæli regionem in cortice signant.* *Id. 3. Æn. Potibus adversis figo, & rem carmine signo.* *Colum. l. 1. c. 3.* Quod vir eruditissimus traditum vetus præceptum numeris signavit, *spiegò in verso.* ¶ Signare vota, est vota nuncupata, & in charta, seu libello conscripta obsignare, & Deorum genibus affigere. *Plin. l. 10. epist. 44. ad Trajan.* Solemnia vota pro incoluntate tua & suscipimus, & solvimus, precati Deos, ut velint ea semper solvi, semperque signari. Ita explicat *Turneb. l. 1. c. 17.* Aliis signare vota, est persolvere. h. e. id, quod Diis promissum, postquam voti compotes facti sumus, præstare, *satisficere, adempire il voto.*

Signum, i, n. 2. *segno, אָמַר*, Ger. *zeichen*, Gal. *marque*, Hisp. *señal, σημάδιον*, proprie est parva quædam significatio indicans totius rei qualicatem, inquit *Donatus*, vel res aliqua, quæ aliquid aliud a se diversum indicat, qualis est rubor, quo pudor significatur, qualia item sunt, quæ pro tabernis ad res venales significandas suspendi solent, item characteres, seu notæ literarum, quibus utimur in scribendo; item notæ genitivæ, quæ cum ipsis rebus nascuntur; item notæ quæ pecudibus, vel aliis rebus inurantur, &c. *Cic. 2. de Orat. c. 45.* Nisi et tu signa doloris tui verbis, sententis, voce, vultu, collacrymatione denique ostenderit. *Virg. l. 1. Georg. Aut pecori signum, aut numeris impressit acervis.* *Quintil. l. 3. c. 6.* Signis aliquid colligere. *Terent. Andr. 3. 2.* Quæ oportet signa ad salubrem esse, omnia huic esse video, *segni di salute.* *Rursum Cic. 3. ad Q. Fr. epist. 3.* Occupationum mearum signum tibi sit librarii manus. *Id. de Divin. c. 26.* Signum dare cantandi. *Id. de Arusp. resp. c. 11.* Vis innumerabilis fervorum in scenam, ligno dato, irrupit. ¶ Speciatum signum dicitur de sideribus, idest de cæli constellationibus, ut de sideribus circuli Zodiaci, & aliis. Causa nominis est, quia quorundam an malum imaginem referunt. Zodiaci signa duodecim sunt, Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Pisces. *Cic. l. de Invent. Nam & signorum ortus, & obitus definitum quandam ordinem servant.* *Horat. l. 1. sat. 6. v. 126.* Rabiosi tempora signi, idest dies caniculares. ¶ Item de vexillis, quia nempe sunt signum belli. *Cic. in Cæcil. 2. c. 6.* Cum arma, cum securis, cum talces, cum tubas, cum omnia militaria scire esse præmissa. Hinc conferre signa cum hostibus, *arrear la battaglia, Cic. in Pison. c. 21.* Signis intellus inferri in hostem, & intellu signa hosti inferre, *andar al asaltar il nemico.* *Idem pro Fon. c. 16. & pro Flacc. c. 2.* ¶ Militare etiam signum est illud, quod tribunis militum dari solet ab imperatore, quo dignoscere possint eos, quibus excubias agendi cura demandata est, *il contrassegno della sentinella:* quod quidem signum conitat uno, aut duobus teris verbis, quorum illi solum conficiunt, qui in statione vigilant; quo fit, ut quicumque ea verba ignorant, aditu, & transitu tacite prohibeantur. *Suet. in Claud. c. 42.* Excubitoribus tribuno signum de more notent, non temere aliud dedit, quam *ἀνδρῶν ἑκατόμια*, &c. *Id. in Calig. c. 56.* Tribuno cohortis prætoris signum petenti, Priapum, aut Venerem dare consuevit. ¶ Atque hæc

signa vocalia dicuntur a *Veget.* nam erant alia Vigiliarum signa non vocalia, scilicet ver. gr. tesserae quæ tam lignæ, quæ excubis distribuebantur, & medio stationis tempore a Tribuno repetebantur. Vide de his plura apud *Lips. l. 5. de milit. Rom. Dial. 9. & Veget. l. 3. de re milit. c. 5.* ¶ Dicitur etiam signum d. statum, simulacris, imaginibus, live sculptibus, live tuisibus, ad efficiem hominum, vel bellorum, & aliarum rerum fabricatis. *Cic. 3. Ver. Delum venit, ibi ex Iano Apollini religiosissimo noctu clam sustulit signa pulcherrima, atque antiquissima.* *Virg. 5. Æn. Cymbiaque argento perfecta, atque alpæa argenti idest imaginibus decorata, & ornata.* ¶ Item de instrumento, quo quid obfirmamus, & notamus, vel potius de imagine, quam hoc instrumento in re aliqua imprimimus. *Figillo. Cic. in Cæcil. 3.* Tum ostendit tabulas Lentulo, & quæsi, cognosceret ne signum. *Id. ibid. Literæ omnes integris signis Prætoribus traduntur.* *Id. pro Quintil. c. 6.* Tabule maxime nobilium hominum signis consignantur. Hinc (sub signo aliquid ponere, vel habere, *senec chusio, o forto sigillo. Cic. 9. ad Attic. & Agrar. 2.* ¶ Item, ut diximus, de iis rebus, quæ ad tabernas solent suspendi. *Quintil. l. 6. c. 4.* Tabernæ autem erant circa forum, ac secutum illud signi gratia positum. ¶ Item de miraculis insolitis, de prodigiis, ostentis, auguriis, quæ boni aliquid, vel mali prægnuntiant. *Cic. l. Divin. Equus ejus repente concidit, nec eam rem habuit religioni, objecto signo, ut peritis videbatur, ne committeret prælium.*

Sii, filis, n. 3. genus pigmenti luteum colore, quemadmodum ochra, reddens: inveniturque ceu limus quidam in argenti, & auri fodinis, quemadmodum etiam illud aliud pigmentum, quod cæruleum a colore dicitur. *Auson. in monosyll. Sit ne peregrini vox nominis aut Latini fil. Plin. l. 13. c. 13.* Sile pingere primi insituerunt Polygnotus, & Mycon. Adde *Cels. l. 5. c. 23. n. 1.*

Sila, f. l. *Sila*, sylvæ Brutiorum, in Calabria, juxta Apenninum M. maxima, ad 200. M. P. patens, a Taberna Rhegium ulque perducta, ubi picis laudatissimæ copia. *Virg. 12. Æn. v. 715.*

Silacæus, a, um, ex sile compositus, luteus. *Vitruv. l. 7. c. 5.* Silacæi, & miniaci cunei. *Plin. l. 35. c. 7.* Silacæi colores. ¶ Sunt qui apud *Vitruv.* legendum putant *syllacæus*, derivantque a *Sylla*, quem scribit *Plutarchus* ita appellatum a faciei rubore: sed absurdum est quidquam in Vitruvo mutare.

Silanus, i, m. *canale, o condotto d'acqua*, fistula, seu tubus, unde aqua salit, *xpud Lucr. l. 6. v. 1263.* proque voluta Corpora silanos ad aquarum utrata jacebant. *Cels. l. 2. c. 18.* Conterit etiam aliquid ad somnum silanus iuxta cadens. ¶ *Cuspius l. 11. Observatione c. 2.* his quo attulimus locus legit *Silvanus*, atque significari lapideos tubos figura hominis, & præsertim Silvani effectos.

Silarius, *Silario, Selo*, fl. Picentiorum, illos a Lucanis dividens. Oritur ex Apennino M. in prov. Principatus cit. deinde aliquot auctus fluvius in sin. Salernitanum se exonerat. *Plin. l. 2. c. 103.* In Humine Silari ultra Surrentum non virgulta modo immergunt, verum & tolia lapidecunt, alias salubri potu ejus aquæ. Idem scribit *Sil. l. 8. v. 581.*

Silatium, n. 2. jentaculum. *Fest.* Silatium antiqui pro eo, quod nunc jentaculum dicitur, appellabant, quia ieiunia vinum illi conditum ante meridiem absorbebant.

Silbus, i, herba apii similitudine. *Plin. l. 26. c. 8.*

Silena, æ, f. *Lucret. l. 4. v. 1266.* Simula, Silena aut Satyra est. h. e. ea femina, quæ simula, nempe naso simo & colliso est. *Silena aut Satyra* vocatur.

Silens, entis, o. 3. *σῆλῶς*, partic. a sileo. *Plaut. Epid. 2. 2. 53.* Ego abscessi silens. ¶ Metonymice anni silentes dicebantur quinquæ illi anni, quos totos silebant novi discipuli Pythagoræ, solum ea, quæ dicerentur, audientes. *Claudian. de Consul. Mall. Theod. v. 157.* Pythagoræ nonitus, antiquæ silentes. *Sic Ovid. 15. Metam. v. 66.* cætus silentium vocat Pythagoræos discipulos. ¶ Metaleptice ponitur pro mortuo, ut Animum, vulgus, concilium, cætus, sedes silentium. *Ovid. 5. Fast. Mox etiam Lemures animas dixere silentium.* ¶ Sæpe translate fumitur. Silens cælum, est tempus serenum. *Plin. l. 18. c. 28.* Alia sunt illa, quæ silente cælo, serenisque noctibus sunt, nullo sentiente, nisi cum facta sunt. Sic silentes venti, apud *Col. l. 12. c. 25. h. e.* non spirantes. Sic dies silens a ventis, h. e. tranquillius. *Id. l. 4. c. 29.* Luna silens dicitur quando non amplius apparet super terram, utpote in interlunio, nobis non lucens. *Plin. l. 16. c. 39.* Utilissime in coitu ejus sterni, quem diem alii interlunium, alii silentium Lunæ appellant. ¶ Flos silens, qui non amplius crescit, & quodammodo declinat, vel, ut alii interpretantur, qui nondum se explicat, & aperit. *Col. l. 12. c. 7.* Silentem forem vitis albæ, & asparagi. ¶ Vineæ silens, & surculum silens, nondum germinans. *Col. l. 4. c. 27.* Fossor protinus adhuc silentibus vineis inducendus est. *Id. l. 11. c. 2.* Surculi quoque silentes ad insitionem non præcipue, utiliterque leguntur. ¶ Luci silentes, nox silens, & hujusmodi a Poetis dicuntur. *Virg. 4. Æn. Sil. l. 27. & alii, quia noctu silere cuncta videntur, & similiter in lucis propter hominum infrequentiam nulli prope strepitus exaudiuntur.*

Silenter, adverb. *sacisamente.* *Juvenus l. 3. v. 462.* qua pinguis rura silenter Agmine Jordanis viridis prorumpit amœno.

Silentiarii, m. 2. *σημαίνωσις*, dicitur sunt, quorum ministerio Imperator utebatur ad ea, quæ ad quietem palatii pertinebant. *Juvenius. l. ult. Cod. de excus. tur.* Viros clarissimos sacri nostri palatii Silentiariorum, circa latus nostrum militantes, de tutelis, & curationibus excusari sancimus. *Leg. 30. cod. de inoff. testam.* Spectabiles silentiarii.

Silentiosus, a, um, adject. silens, tacitus, quietus. *Apul. l. 11. Metam. circa inis.* Naclis opacæ noctis silentiosa secreta.

Silentium, ii, n. *silenzio, רַבְּרָבָה*, Ger. *Stille*, Gal. *silence*, Hisp. *silencio, σῆλῶς*, taciturnitas, reticentia. *Cic. de Or. Hæc cum Craffus dixisset, parumper & ipse conticuit, & cæteris silentium fuit.* *Id. l. de Divin. Silentium heri.* *Id. in Bruto, c. 22.* Silentio aliquid præterite. *Id. Att. l. 5. ep. 16.* De Partho silentium est, non se ne parla. *Hor. l. 2. Sat. 6. v. 57.* ut unum scilicet egregii mortalem, atque silenti, *uomo di gran secreto.* *Curt. l. 10. c. 7.* habere silentium, *sacere.* *Quintil. l. 2. c. 5.* Silentium facere. *Terent. prolog. Hecyr. v. 55.* Silentium dare. *Ovid. de arte am. l. 2. v. 603.* Præstare silentia rebus. ¶ *Silentio*, absolute elegantur usurpatur. *Cels. l. 7. B. G. c. 58.* Plagas silentio ferre, *senza lamentarsi.* Eodem sensu dicitur, pro silentium aliquid agere: quod legitur apud *Tacit. 4. Ann. c. 53.* & alibi sæpe, & *Terent. prol. Phorm. v. 37.* ¶ Silentium noctis, est intempestivæ noctis tempus, quod & conticinium dicitur. *Liv. l. 5.* Se noctis silentio vocem audisse majorem humana. Similiter apud *Virg. 2. Æn. v. 255.* tacite per amica silentia Lunæ, est nocte tranquilla, neque enim de interlunio Lunæ intelligi potest, ut quidam putant, cum scribat *Petron. in Sat. in plenifunio accidisse Trojæ excidium, de quo sermo.* ¶ In auspiciis Silentium dicitur cum nullum votum intervenerit. *Cic. l. 2. de Divin. c. 43.* Peritum esse necesse est eum, qui, silentium quid sit, intelligat, id enim silentium dicitur in auspiciis, quod omni vitio caret. ¶ Translate silentium fumitur,

pro quiete, otio, ignavia, cessatione. *Cic. in Pison.* Perpetuum silentium judiciorum. *Sallust. in Catil. c. 1.* Vitam silentio transigere. *Tacit. in Agric. c. 39.* Studia fori, & civilium artium decus in silentium agere. *Id. ibid. c. 3.* Ad ipsos ætatis terminos per silentium venimus.

Silentium, a, um, adject. Silens. *Levius apud Gel. l. 19. c. 7.* Loca silenta.

Silenus, m. 2. *σάλωβος*, Bacchi nutricius, & pædagogus, semper asino vehi solitus, quem Aratus in gratiam alumni inter lidera translatus dicit. Dicitur esse a *σάλωβος*, h. e. petulantem ludere. *Horat. in art. Poet. v. 239.* Cuius famulatusque Dei Silenus alumni. ¶ Silenti quoque ceteri comites Bacchi didi fuerunt. Imo & Bacchus ipse Silenus vocatus est, ut ex Suida constat. *Cic. 1. Tusc.* Fertur etiam de Sileno tabella quedam, qui cum a Mida captus esset, hoc ei muneri pro sua missione dedisset scribitur, docuisse Regem, *Non nasci homini longe optimum esse, proximum autem quam primum mori.* *Virg. 6. Ecl.* Chromis, & Mnafylus in antro Silenum pueri somno videre iacentem, infatum hesterni venas, ut semper, Jaccho. ¶ Hoc nomine item Græcus Historicus tuus, qui res Hannibalis descripsit, *Cic. 1. de Divin.*

Silico, es, lui, sine sup. *sacere*, *DT, Ger. Still sechweigen*, Gal. *se taire*, *Hisp. callar, oryáo*, taceo, silentio utor. Cornelius Fronto *silere*, & *sacere*, ita distinguit, ut illo loquentis sermo comprimitur, hoc vero de iis utamur, qui nec loqui cœperunt. Sed alii contra omnino scribunt, *sileo*, & *sacere* inter se differre, quod *silere* dicitur, qui nondum cepit loqui, tacere qui iam cepit. *Plaut. Pen. prof. v. 3.* Silete, atque tacete, atque animum advertite. ¶ Utcumque sit de huiusmodi horum verborum discrimine, quod præter quorundam Grammaticorum nimis subtilia commenta, nullo certo fundamento nititur, verbum *sileo* usurpatum, vel absolute. *Cic. 1. Acad. cap. 1.* Silent enim dicitur Musæ Varronis, quam volebant, hoc est nihil scribit, nihil edit Varro. *Ovid. Met. 10. v. 389.* Muta silet virgo. ¶ Vel cum abl. & præp. *de. Cic. 6. Verr.* Me non solum de vestris monumentis silere oportebit. ¶ Vel cum acc. *Cic. Att. 1. 2.* Sed nihil affirmo, tu hæc silebis. ¶ Vel passivè. *Cic. pro Flac. c. 6.* Ea res siletur. ¶ Vel cum infinito. *Hist. de bell. Hisp. c. 3.* Unus ex nostris respondit, ut sileat verbum facere. ¶ Translate accipitur pro cessare, quiescere, nihil agere, otiosum esse. *Cic. pro Mil. c. 4.* Silent leges inter arma. *Tacit. 3. hist. c. 47.* Nec cæteræ nationes silebant: subita per pontum arma barbarum mancipium moverat. *Virg. 9. Æneid.* Somno vinoque soluti Procubere: silent late loca. ¶ Silere æquor dicitur, cum placidum est. *Id. Ecl. 4.*

Siler, eris, n. 3. frutex aquosis locis crescens, qui nonnunquam arhorescit, adeo ut baculos rusticæ ex eo faciant, quasi pumila salix, cuius etiam generibus annumerari creditur, auctore Ruelio, qui contendit, non esse id, quod selesi Massiliense Officinæ, & siler montanum appellant. *Virg. 2. Georg. v. 12.* Ut molle siler, lentæque genitæ.

Silex, is, n. 3. *sacere*, *σικωδός*, sileo, tacitus ho. *Ter. Adelph. 5. 2. 10.* Dum hæc sileant turbæ. *Virg. 10. Æn.* Eo dicente Deum domus alta silescit. ¶ Translate sumitur pro quietum fieri. *Catull. carm. 43.* Furor cœli silescit.

Silex, icis, m. vel f. 3. *felice*, *selce*, *שיליס*, Ger. *kifling*, Gal. *caillou*, *Hisp. pedernal*, *σικετης*, lapis durus, ex quo ignis excuti solet. *Virg. 1. Æn.* Ac primum silicis scintillam excudit Achates. ¶ Accipitur nonnunquam latus silicis appellatio, ut etiam de petris, & marmoribus, & etiam de quolibet lapide dicitur. *Plin. l. 36. c. 18.* Idem Lugenfem silicem terra secari, at Tusculanum distillare igni. *Virg. Æn. 8. v. 233.* Stabat acuta Silex præcisus undique faxis. *Ovid. 7. Metam. v. 107.* terrena tornaxe soluti. ¶ Translate *Tibul. l. 1. eleg. 1. v. 78.* Nec in tenero flat tibi corde. ¶ Dicitur etiam *Jaxum silix*, lapis *silex*. *Liv. l. 1. c. 24.* Porcum saxo silice percussit. *Plaut. Pen. 1. 2. 77.* Tu es lapide silice stultior.

Silybum, i, n. *σιλύβιον*, *Cardo Maria*, herba spinosa, chamæleonis alio similis, in Cilicia, Syria, & Phœnicæ nascens, succumque lacteum emittens. *Plin. l. 22. c. 22.* & l. 26. c. 12. ¶ Legitur & *Silybium*.

Silicarius, ii, m. *Frontin. de aquaduct. Rom. l. 2.* Silicarius refert inter opifices aquaductuum.

Silicernium, ii, n. epulum funebre, quod in exequiis celebrabatur. *Varr. apud Non. c. 1. n. 234.* Funus exequiari cum plautu ad sepulcrum, antiquo more silicernium contectum, id est *σικεθιασπον*, quo pransi descendentes dicimus aliis aliis, vale. *Festus*: Silicernium dicitur cœna funebris. ¶ *Paulus* apud *Festum* ait silicernium proprie esse genus farcininis, quod adhibebatur in funebri epulo. Hinc & *Arnob. l. 7.* inter farcinina silicernium refert. ¶ Tribuitur hinc hæc vox seni decrepito, quod ejus causa brevi silicernium tuturum est. *Terent. Adelph. 4. 2. 48.* I sane; ego te exercebo hodie, ut dignus es, silicernium. *Fulgent. Planiad. de prisico serm. n. 8.* Silicernios senes dixit in male genere, additque exemplum *Cincii Alimani* in *hist. de Gorg. Leontino*, his verbis. Qui iam silicernius sui finem temporis expectaret. De etymo vocis multa scripsere *Nonius*, *Servius*, *Donatus*, & alii, quæ omnia utpote vana, & incerta piget hic referre. *V. Voff. in Erymcl.*

Silices, m. 3. pop. Armeniæ majoris, montani, apud quos oritur *Tigris*, & *Tyrium fl.* excipit. *Plin. l. 6. c. 6.*

Silicibus, a, um, adject. quod est ex silice. *Cat. de R. R. cap. 18.* Inibi lapides siliceos in totum torum statuit. *Virg. 1. 8. c. 3.* Silicea fax. ¶ Translate *Senec. l. 3. de ira, c. 8.* Impudicorum coetus lotem quoque, & silicem virum emollit.

Silicifera, æ, f. herba eadem, quæ sænum græcum, sic dicta, quod inter silices nascitur. *Plin. l. 24. c. 19.*

Silicifera, a, um, adject. idem ac siliceus. *Plin. l. 16. c. 16. de mollusco*: Nunc inter pugillares, lectorumque silicios, aut laminas. h. e. operimenta et silice, vel marmore secto lectis addita. Alii leg. *siliceas laminas*. h. e. sili colore tinctas.

Silicula, vel *Silicula*, æ, f. parva siliqua. *Var. de R. R. l. 1. c. 23.* Lupinum necdum silicula cepit.

Siliginarius, ii, m. siliginis venditor, vel distributor. *Ulpian. l. 52. ff. de furtis, & Inscript. apud Spon. Erud. Antiq. pag. 64.*

Siliginæus, a, um, *σικυγινης*, quod est tactum ex siligine. *Plin. l. 18. c. 9.* Siliginæ farinæ modius Gallicæ xxxi. libras panis reddit. *Sen. ep. 123.* Malum panem dicit, Expecta, bonus fiet etiam, illum tenerum tibi, & siliginæuam feres reddet.

Siligo, is, f. 3. *siligine*, *Ger. ro ken*, Gal. *bled a blanc*, *Hisp. trigo candidal*, *σικυγινης*, *δλωρα*, genus frumenti, ex quo laudatissimus panis conficitur. *Plin. l. 18. c. 7.* Siliginem proprie dixerim tritici delicias, candor est, & sine virtute, & sine pondere, conveniens humidis tractibus, quales Italiæ sunt, & Galliæ Comatæ: Sed & trans Alpes in Allobrogum tantum, Arvernorumque agro pertinax: in cæteris ibi partibus biennio in triticum transit. *Col. l. 2. c. 9.* Omne triticum solo uliginoso post tertiam arationem convertitur in siliginem. *Juven. sat. 5. v. 70.* Sed tener, & niveus (panis) mollique siligine tactus servatur domino.

Siliqua, æ, f. *rega*, *siliqua*, *baccello*, *καββίς*, involucrem leguminum,

folliculus, seu integumentum, cui grana leguminum includuntur, & liquid leguminibus est simile. *Virg. 1. Georg.* Granior ut tactus siliquis fallacibus esset. *Plin. l. 18. c. 12. de fabis*: Nam siliques, caulisque gratissimi sunt pabuli pecori. ¶ Per Synedochen siliqua ponitur pro integro legumine. *Horat. l. 2. epist. 1. v. 123.* Vivunt siliquis, & pane secundo. *Perf. sat. 3.* Siliquis, & grandi pasta polenta. In his, & umilius locis quidam dubitant, utrum siliques arboris, de quibus dicemus, an leguminum intelligantur. Sed fatius est intelligere legumina, ut phascolos, pisã, lupina, quibus constat vesci solere, qui tenui victu gauderet. Nam involucris, quæ proprie siliquis, sola pecora vescebantur. ¶ Dicitur etiam de fœno græco. *Colum. l. 12. c. 11.* Fœnum græcum, quod siliquam vocant rusticæ, duo tempora facionum habet, quorum alterum est Septembris mensis, cum pabuli causa feritur, alterum autem mensis Januarii ultimo, cum in mellem seminatur. ¶ Item de fructu arboris cæromæ, qui calcatus est, humani digiti longitudine, prædulcis, imo & de ipsa arbore. Hæc arbor Græcis *κερατρία*, vel *κερατρία*, fructus vero *κερατριν* nominatur, a *κερατριν*, cornu, quia est incurvus inlar cornu. Latine siliqua dicitur, vel siliqua græca, vel etiam taba græca, quia figura siliquam refert, quæ legumina continet. *Plin. l. 15. c. 24.* Haud procul abesse videantur, & prædulces siliques, nisi quod in iis cortex ipse manditur: Digitorum hominis longitudo illis, & interim falcata, pollicari latitudine. *Id. l. 17. c. 18.* Siliques Græcæ, & Perficæ ante brumam per autumnum. *Colum. l. 5. c. 10.* Siliquam Græcam, quam quidam cærotation vocant, & perficum ante brumam per autumnum ferito. ¶ Item de arbore in Syria, & Jonia, & circa Gnidum, & in Rhodo, quam Jones cærauniam vocant. *Plin. l. 13. c. 8.* Similis his siliqua, quam Jones cærauniam vocant, trunco & ipsa fertilis, sed pomo siliques. ¶ Denique siliqua nomen est minimi ponderis. *Vetus Auctor de ponderib.* Ponderum pars minima calculus est, qui constat ex granis cicicris duobus, & apud quosdam siliqua pensante, quæ tribus granis hordei declaratur in pondere. *Et paulo post.* Drachma, quæ constat siliquis 18, & serupulus, qui est ex siliquis 6. &c. *Fann. de ponderib. v. 10.* Semina sex aliis siliquis latitancia curvis Attribuunt serupulo.

Siliquastrum, i, n. *geniosum*, *πικεττης*, herba hortensis, a *siliqua*, quod siliques habeat similitudinem, ut *mentastrum a menta*, ob eandem causam. *Plin. l. 19. c. 12.* panax piperis saporem reddit, magis etiam siliquastrum, ob id piperitidis nomine accepto.

Siliqueor, aris, d. t. est siliquam, seu integumentum emittere, siliqua tegi. *Plin. l. 17. c. 9.* Nihil esse utilius lupini fegete, prius quam siliquetur, aratro, vel bidentibus versa. *Id. l. 18. c. 7.* Siliquantur vero omnia diversis diebus, & ab una primum parte paulatim flore subeunte.

Silius Italicus Poeta, ex Italica Pelignorum urbe, consulatum Romæ gessit eo anno, quo Nero occisus est, vixitque deinde usque ad Trajanum, quo tempore iam senex, inedia vitam finivit in Campaniæ secessu, tædio insanabilis clavi, quo diu afflictatus fuerat. Scripsit de bello Punico libros septemdecim heroico carmine, Plura de eo vide apud *Plin. l. 3. epist. 7.*

Silli, orum, m. *σιλίαι*, genus carminis apud Græcos, simile Latinorum fatyris, cuiusmodi librum in Platonem composuisse Timonein refert *Gal. l. 3. c. 17.* Hinc

Sillybus, V. Silybus.

Sillographus, i, m. *maledico*, *satirico*, *σιλλογραφης*, qui mordacia carmina scribit. *Ammian. l. 22. c. 16.* Sillographos imitatus Scriptores maledicos.

Silo, onis, m. *sigliato*, qui prominentia supercilia habet. *Ita. Non. c. 1. n. 101.* interpretatur. *Varr. ibid.* Non unum ferunt esse grandis superciliis, silonem quadratum, &c. ¶ Rectius tamen exponitur idem ac *silus*, hoc est limis, & repandis naribus, *di namo largo*, & *schicacato*, *ricagnato*. Certe in *Glossis* tam *silo*, quam *silus* dicitur *σικωδός*. *Plaut.* quoque hac ratione usurpat cum ait, *Rud. 2. 2. 11.* Equem recalum, ac silonem senem, statutum, ventrosium torvis superciliis, &c. Nam *silo* esset, qui prominentia supercilia habet, inepte subsessisset *torvis superciliis*. Præterea *Plin. l. 11. c. 37. Ject. 59.* *Hard.* docet cognomina *Silonum* apud Romanos a naribus, non a superciliis orta esse. ¶ In verbis *Plaut.* ait qui legit *silonem*, est qui *silonum*.

Silphium, ii, n. *σιλφιον*, herba quedam, sapore maxime proveniens, quemadmodum & tungi, cuius folia, & radix ad varios in medicina usus adhibentur. Ex ea succus emanat, qui lacur dicitur. *Plin. l. 22. c. 23.*

Silva, æ, f. *selva*, *bosco*, Germ. *wald*, Gal. *forêt*, *Hisp. bosque*, *δρυαδός*, *δύα*, locus, ubi multitudo arborum est. Etymologi ducunt ab *δύα*, ideoque *silva* per *y* scribunt. Rectius tamen per latinum *v* scribitur, quod in omnibus vet. monumentis ita legitur, testibus *Manur. in Orisogr. Daufp.* & aliis. *Cic. Att. l. 12. ep. 16.* Mane me in silvam abstrudo densam, atque asperam. *Virg. Æn. 9.* Iur in antiquam silvam, habula alta terarum. ¶ Dicitur etiam de loco sentibus, virgultis, tribulis densis, & impedito. *Virg. 2. Georg. v. 17.* Pullulat ab radice alius densissima silva. ¶ Differt a *amore*, quod plerumque significat locum deliciarum causa arboribus conitum. *Cic. 1. de Divin. c. 50.* Multos nemora, silvæque commovent. Item a *luco*, qui est silva incædua, & diis sacra; silva vero notat locum, unde ligna cædere, & asportare licet. *Liv. l. 24.* Lucus frequentius silva, & proceris abietis arboribus septus. Item a *jaltu*, qui est locus in silva seclusus, ubi paucorum armenta. *Catull. carm. 34.* Silvarumque virentium saltuumque reconditorum. Hæc tamen discrimina passim non servantur, præsertim a Poetis. ¶ Metonymice silva accipitur pro ipsis arboribus. *Virg. 2. Georg. v. 26.* Silvarumque aliz præflos propaginis arca expectant. ¶ Translate sumitur pro quacumque congerie, & prima veluti materia, ex qua deinde quod volumus, fecerimus. *Cic. 3. de Orat. c. 26.* Primum silva rerum, sententiarumque comparanda est. *Id. in Or. c. 3.* Ubertas, & quæ silva dicens. ¶ *Silvam* comæ dixit *Juven. sat. 9. v. 13.* capillos denios, & incomptos. ¶ *Ligna ferre in silvam*, proverbiali locutione dicitur is, qui aliquid alicui tribuit, quo is maxime abundat: cui respondet Italicum proverbium, *dar acqua al mare*. *Horat. l. 1. sat. 10.* ¶ Interdum hæc vox apud Poetas trisyllaba est, ut apud *Horat. Epod. 13.* Nunc mare, nunc silvæ. *Prijcian. l. 1. pag. 546.* *Pufschii*.

Silvanus, vel *Sylvanus, i, m. Deus silvarum præflos, *δαιαδός*, *δεδός*, quemadmodum Pan pecorum, & agrorum. *Virg. 2. Georg.* Panaque, Silvanumque senem, Nymphæque sorores. Hic *Cyparissium* puerum in deliciis habuisse dicitur, tabulantur enim Poetæ, *Cyparissium* cervam habuisse mansuetam, eamque unice amatissimam: quam cum Silvanus imprudens occidisset, puer doloris impatientia contabuit, cuius mortem ægre tærens Silvanus, in arborem cupressum eum commutavit, quam amant delidario semper dicitur circuntere. Hinc *Virg. 1. Georg. v. 20.* Et tæcram ab radice terens, Silvanæ, cupressum. ¶ *Vetus Auctor de limit. apud Rigalt. pag. 202.* tres esse Silvanos docet, cum inquit. Omnis possessio tres Silvanos habet: unus dicitur domesticus, possessioni consecratus; alter dicitur agrestis, pastribus consecratus; tertius dicitur Orientalis, cui est in confinio lucus politus. Hæc ille. Sed *tertiste* h. omnes unum, eundemque deum constituentem diversis locis, aut titulo cultum. ¶ *Mars**

☞ Mars etiam Silvanus dictus est, apud *Car. de R. R. c. 83.* fortasse, quia in silvis cultus fuit. ☞ Silvani olim dicebantur tubi, ex quibus aqua falit. V. Silanus.

Silvaticus, vel Sylvaticus, a, um, adject. *di selva, selvaggio, selvatico,* ad silvam pertinens, *ὕλητος, Var. l. 1. R. R. c. 12.* Falces vineaticæ saxo silvaticæ quinque, arborarum tres. *Plin. l. 30. c. 9.* Mus silvaticus. *Cato R. R. c. 8.* Laurus silvatica.

Silvestris, vel Sylvestris, is, n. 3. *σῆσι selva, ὑλοφυλῆς,* in silvam redigi, seu silvestris, & infructuosas arbores fieri, quæ antea cultæ erant, & fructuosæ: item in nimiam ramorum, farmentorumque uberatam luxuriant. *Col. l. 4. c. 11.* Nec pati vitem supervacuam frondibus silvescere. *Cic. de Senect. c. 15.* Ne vitis silvescat farmentis.

Silvester, & Silvestris, vel Sylvester, Sylvestris, e, adject. *silvestre, selvaggio, Ger. des uvalds, Gal. suavage, Hisp. selvatico, ὑλῆτος, ἄγχιος,* quod est silvæ, vel in silva. *Cic. de Amic. l. 19.* Delectamur locis montosis, & silvestribus. *Liv. l. 27.* Tumulus erat silvestris inter Punica, & Romana castra. *Plin. l. 16. c. 27.* Silvifraga omnia tardiora. *Horat. l. 2. ep. 2.* Silvifrem flammis, & terro mitiger agrum. h. e. sterilis, & herbis obstitum infructuosus. ☞ Translate ponitur pro agresti, & rustico. *Virg. Ecl. 1.* Silvifrem tenui meditabor arundine musam. *Horat. de ar. poet. v. 391.* Silvestres homines. *Sen. Hippol. v. 459.* Truculentus, & silvester, & vitæ inficius. ☞ *Silvester* in fœmin. genere. *Petron. in Satyr. c. 121.* testis silvester aedon, Atque urbana Progne. *Al. leg. silvestris.*

Silvia, vel Sylvia, æ, f. filia Tyrrheni armentarii Latini Regis Laurentum, cujus cervus manuetus ab Ascanio vulneratus initium iuit belli inter Latinos, & Trojanos. *Virg. 8. Æn. ☞* Est etiam cognomen Rheæ, seu Iliæ filie Numitoris, quæ a Marte compressa Romulum, & Remum peperit. *Ovid. 2. Fast. v. 383.*

Silvicola, vel Sylvicola, æ, m. & f. qui, & quæ silvas colit. *Propert. l. 3. eleg. 12.* Oculca silvicolis empta dedere viris.

Silvicultrix, vel Sylvicultrix, icis, f. quæ in silvis habitat, ut silvicultrix cervæ, apud *Catul. carm. 64. (al. 58.) v. 72.*

Silvifragus, vel Sylvifragus, a, um, adject. silvas frangens. *Lucret. l. 1. v. 275.* monteque supremos Silvifragis vexat flabris.

Silviger, & Sylviger, a, um, adject. idem quod silvofus. *Plin. l. 30. c. 3.* Montes silvigeri ab Aquilonis tantum parte sunt.

Silvius, & Sylvius, ii, m. filius Æneæ, & Latinæ Latini regis filiz, natus post Æneæ mortem, ideoque & Posthumus appellatus; Silvius autem dictus est, quia in silvis a matre editus, & a pastoribus educatus fuit, ut scribit *Dionys. Halicarn. l. 1.* Regnante Albæ Ascanio, majore Æneæ filio, summum sacerdotium iustu populi gessit, regnavitque & ipse post Ascanium annis 29. ab eoque omnes Albanorum reges Silvii Iulo appellati. *Id. ibid. Sed Liv. l. 1. c. 1. 2. & 3.* hunc Silvium cum Iulo confundit, atque fuisse filium Ascanii.

Silvenculus. V. Cilonculus.

Silvofus, vel Sylvofus, a, um, adject. *selvofo, pieno di selve, ὑλῆτος,* silva, vel arborum densitate oblitus. *Liv. l. 9. c. 2.* Saltus duo alti, angusti, silvofique sunt. *Plin. l. 12. c. 5.* Superiores rami emicant silvofa multitudine.

Silurus, i, m. *σῆλυρος,* peculiaris Nili piscis, ex eo appellatus, & quod sæpe *σῆλυρος* h. e. movet caudam. *Plin. l. 9. c. 15.* Sunt & in quibusdam amnibus haud minores, silurus in Nilo, efox in Rheno, attulus in Pado, &c. *Juven. Sat. 4. v. 33.* Vendere municipis fracta de merce siluros.

Silus, a, um, m. *σῆλος,* qui habet nasum fursum versus repandum. *Cic. l. de nat. Deor. c. 29.* Equos filios, flaccos, frontones, capitones, quæ sunt in nobis? *Fest.* silus appellatur naso fursum versus repando: unde galææ quoque ad similitudinem silæ dicebantur.

Silvula, vel Sylvula, læ, f. *silvestra, ὑλοφυλῆς.* *Col. l. 8. c. 15.* Totus locus silvulus occupetur.

Silybius, i, n. *σῆλυβιον,* spina lata, folia ferens chamæleontis albi. *Plin. l. 22. c. 22.*

Simæ, æ, f. suprema pars coronæ, h. e. id, quod coronæ superimponitur, *ἐπιθήκη,* ab *ἐπιτίθημι, impono;* a Latinis ita dicitur, quia est obtutum quiddam, & hebes instar caprini nasi. Italice *goletta* dicitur. *Vitruv. l. 3. c. 3.* Infuper coronas simæ, quas Græci *ἐπιθήκιδας* dicunt.

Simæthæus, a, um, adject. idem quod Simæthius. *Ovid. 4. Fast. v. 470.* Quæque Simæthæas accipit æquor aquas.

Simæthis, idis, f. nomen Nymphæ. *Ovid. 13. Metam. v. 624.* Acis erat Fauno, Nymphæque Simæthide cretus.

Simæthius, a, um, adject. ad Simæthum f. pertinens. *Virg. 9. Æn. v. 584.* Simæthia circum flumina. ☞ Simæthius heros, est Acis filius Simæthidis, apud *Ovid. 13. Metam. v. 753.*

Simæthus, m. 2. *Jarista, f. Siciliz,* qui recipit aliquot fluvios, & Vallem Demoneæ a Nettina separans, infra Murgantium in mare Siculum se exonerat. *Sil. l. 14. v. 232.*

Simia, æ, f. *scimia, ἵψιρ, Ger. aff, Gal. singe, Hisp. mona, πῆθος,* animal sine cauda, hominum figuræ proximum, in Libya nascens, a *simus,* quod sima sit, idest pressis naribus. *Enn. apud Cic. l. 1. de nar. Deor. c. 35.* Simia quam similis turpissima bestia nobis! ☞ Simias etiam dicitur homines aliorum imitatores affectatos; quia simia non solum figura, sed etiam gestibus actiones hominum imitatur. *Plin. l. 1. epist. 5.* Rusticum imitatur, atque etiam Stoicorum simiam appellat. Adde *Capitolin. in Maxim. jun. c. 1.*

Simila, æ, f. *fiore di farina, סמילה, Ger. semmelmehl, Gal. la fleur de farine, farine de pur froment, Hisp. semela, flor de harina, σῆμιδῶν,* farina alba, flos farinæ triticæ, ea pars, quæ media est inter pollinem, & secundarium, potissimum nutriendi vim habens, quæ etiam similago dicitur. Sunt enim molitæ farinæ partes quatuor, pollen, simila, secundarium, sive cibarium, turtures, *Cels. l. 2. c. 18.* Ex tritico firmissima filigo, deinde simula. *Martial. l. 13. epigr. 10.* Nec poteris similæ dotes numerare, nec usus.

Similagineus, a, um, adject. ex similagine factus, ut similagineus panis, apud *Senec. ep. 119.* ubi alii leg. *siligineus.*

Similago, inis, f. idem ac simila. *Plin. l. 18. c. 10.* Similago ex tritico sit laudatissima. Ex Africo justum est et modis redire femodios, & pollinis sextarios quinque. Ita autem appellant in tritico, quod florem in siligine. Hoc ærariz officinæ, chartariæque utuntur. Præterea secundarii sextarios quatuor, furturumque tantundem. Panes vero e medio similagineis cxxii. e floris modio cxxvi.

Simile, adv. idem ac similiter. *Cic. l. Acad. c. 5.* Simile vos cum perturbare, ut illi Rempublicam, sic vos Philosophiam bene jam constitutam vclitis, &c. Plerique tamen leg. *similiter.*

Similagineus, a, um, adject. qui est similis generis. *Cal. Aurel. Acut. 2. c. 19.* Admiscere ubi similigena.

Similis, & le, o. 3. *simile, somigliante, סומך, Ger. gleich, Gal. semblable, Hisp. semejante, ὁμοιος,* quod similitudinem cum re aliqua habet. Ufurpatur vel absolute. *Cic. l. Casil. Simili Senatificulso C. Tom. II.*

Mario, & L. Valerio Coſſ. permittit et Respublica. ☞ Vel cum gen. *Cic. l. 12. Fam. ep. 22.* Spes tamen una est, aliquando Populum Rom. majorum similem fore. *Plin. l. 12. c. 17.* Maltice bituminis similior. ☞ Vel cum dat. *Cic. l. de Leg. Nihil est enim unum cum tam simile, tam par, quam omnes inter nosmetipsos fuimus. Idem pro Marcel. c. 3.* Hunc simillimum Deo judico. Vel cum accus. & præpos. *inter. Cic. 4. Acad. Anaxagoras materiam infinitam, sed ex ea particulas similes inter fe minutas, &c. ☞* Vel præter genitivum, aut dativum, aut accusativum, cum ablativo rei, in qua est similitudo, vel sine præpos. vel cum præpos. *in. Cic. 1. Tusc. Quæretem ex eo, cuius suorum similis fuisset Africani fratris nepos, facie patris, vita omnium perditior ita similis, ut effect facile deterrimus. Id. 4. Ver. Si aliqua in re Verri similis fuero. ☞* Vel apud Poetas etiam cum accus. præ Hellenismum. *Virg. 1. Æn. Os, humerisque Deo similis. ☞* Vel cum membro orationis, & conjunctione *æ,* vel atque. *Cic. 4. Fin. Nec si ille sapiens ad tortoris equulem a Tyranno ire cogatur, similem habeat vultum, ac si ampullam perdidisset. Id. 5. Fin. Itaque & similis erit finis boni, atque ante fuerat. ☞* Vel cum partic. ut. *Cic. de Sen. c. 6.* Similefque sunt, ut siqui gubernatorem in navigando agere nihil dicant. *Al. leg. similefque sunt is, qui &c. ☞* Reperitur simile est, pro similes est, per Hellenismum. *Næv. apud Non. c. 3. n. 205.* Tu pueri pusilli simile es. ☞ Simile, substant. pro similitudine. *Cic. 4. de Fin. c. 27.* Ecce aliud simile dissimile. *Auf. ad Heren. l. 2. c. 29.* Simile vitiosum est, quod ex aliqua parte dissimile est. ☞ Aristoteles similis apud *Juvenal. Sat. 2. v. 6.* est imago Aristotelis, *il ritratto.* Hoc sensu *Sear. l. 3. Ilv. 3. v. 200.* te lucida saxa, Te similem docet referet mihi linea cæcæ. *Erl. 2. Ilv. ult. v. 128.* Ac foliatia vana subministrat Vultus, qui similis notatus auro stratis prænitet.

Similitas, atis, f. idem ac similitudo. *Cæcil. apud Non. c. 2. n. 827.* Vide, Demea, hominis quid fert morum similitas. *Adle. Vitruv. l. 2. c. 9.*

Similiter, adv. *similimente, ὁμοιωτῶς,* pariter, eodem modo. Ufurpatur vel absolute. *Cic. pro Rosc. Amer. Nequaquam tamen similiter oratio mea exire, atque in vulgus emanare poterit. ☞* Vel cum partic. *ac, atque, ac.* *Cic. 3. de nat. Deor. c. 3.* Similiter facis, ac si me roges, &c. *Id. 1. Off. c. 25.* Similiter facere eos, qui inter fe contententur, uter Rempublicam potius administraret, ut si nautæ inter fe certarent, quis eorum potissimum gubernaret. *Id. Agrar. c. 4.* Simillime, ut mihi videretur, atque in illa lege, qua, &c. ☞ R peritur etiam cum dativo. *Plin. l. 11. c. 25.* Similiter his & Geopones terrestres vermiculos ovorum specie pariunt. ☞ *Similiter imitari aliquid,* est proprius ad eas actiones imitatione accedere. *Phædr. l. 5. fab. 5.* Acclamat populus, fœuram multo similis imitatum.

Similitudo, inis, f. *similitudine, דמיון, Ger. gleichheit, Gal. semblance, Hisp. semejanca, ὁμοιωσις,* exemplar, imago, species, forma, collatio. *Cic. l. Off. c. 17.* Nihil autem amabilius, nec copulativus, quam morum similitudo honorum. *Id. 2. Tusc. c. 23.* Sunt enim quædam animi similitudines cum corpore. *Id. 13. Phil. c. 13.* Omnes habent similitudinem inter fe. *Liv. l. 25. c. 16.* Similitudine veri cap. ☞ Similitudo item est genus Figuræ Rhetoricæ, quæ etiam Epagoge græce dicitur. *Aurb ad Heren. l. 4.* Similitudo est oratio traducens ad rem quampiam aliquid ex re dispari simile. *Quintil. l. 5. c. 13.* Eludere similitudines.

Similo, as, a. 1. *somigliare, offrire simile, סומך, Ger. gleich seyn, Gall. valsembler, Hisp. parecer, semejar, ὁμοιωσις,* similis sum, refero, represento. Construitur cum accus. *Martia. l. 2. epigr. 35.* Cum sint crura tibi, similet quæ cornua Lunæ. Plerique leg. *simulens.*

Siminivus, a, um, adject. *disimiva. Jul. Obseq. de prodig. C. Mario, C. Flacco Coſſ.* In Lucanis duo agni equinus pedibus nati, alter siminivus capite. ☞ Siminiva herba est, quæ græce pythecion dicitur, & cynocephalon, & ab Italis cerebrum canis. *Abul. de herb. c. 86.*

Simiolus, i, m. *πῆθῆλιος,* parvus simius. Translate ponitur pro eo, qui utenque alterum imitatur. *Cic. l. 7. Fam. epist. 2.* Hic simiolus animi causa me, in quem inveheretur, delegerat.

Simitu, adv. idem ac simul, a quod Comicos præsertim. *Plaut. Trinum. 2. l. 1.* Multas res simitu in meo corde verſo. *Id. Merc. 1. 2. 8.* Ita tres simitu res agendæ sunt.

Simius, i, m. *seimione,* idem ac simia. *Martial. l. 14. epigr. 202.* Callidus emissas eludere simius hasas: Si mihi cauda foret, cercopithecos eram. ☞ Translate ponitur pro affectato imitatore. *Sen. l. 4. contror. 26.* Quid putatis argentarium esse? Cestii simius est.

Simo, as, a. 1. simum facio, deprimo. *Lucil. apud Non. c. 2. n. 771.* Simavit taxim ad nares, delphinus ut olim. ☞ Ita emendant plerique Critici, cum antea legeretur *suno pro simo.*

Simois, entis, m. *Simoers, Turc. Cibisme, tl. Phrygiæ min. ex Ida M. profluens, cui Xanthus miscetur, qui lacum apud Sigeum cum Scamandro conflente efficiunt. Virg. 5. & 6. Æn.*

Simones, nomine appellatur delphini, cum vocantur. Ad eam enim vocem accedere solent. Ita autem dicuntur a simis, patulifugis naribus. *Plin. l. 9. c. 8. & Solin. c. 12. (al. 22.) ☞* Rectus casus singularis erit *Simo.* Ita enim apud *Teren. in Andria* fenex hoc nomine inducitur.

Simonides, is, m. 3. *σῆμωνιδης,* Poeta Lyricus e Gea inf. qui Melicus dicitur est, Stephochori æqualis. Quatuor literas invenit, ζ, η, ψ, ω, & octavam in iyma chordam. *Plin. l. 7. c. 56.* Idem excogitavit artem memoriz. *Cic. in Orat. l. 2. c. 86.* ☞ Simonides alter, filius fororis Simonidis superioris, cognominatus Melicerta, qui ante bellum Peloponnesiacum fuit, scripsitque genealogiam libris tribus. ☞ Item alius, Poeta Jambicus, filius Crinea, ex Amor inf. qui in commenda miseratione cæteris præstitit. *Quintil. l. 10. c. 2.* ☞ Simonides quoque Poeta Epicus, natione Carystius, sive Erythraeus, qui scripsit Græcorum apud Aulidem conventum, trimetrorum libros duos, & alia. ☞ Item Poeta Epicus, patria Magnes, Antiochi Magni tempore, cuius res gestas scripsit, ac bellum adversus Galatas. *Suit.*

Simonideus, a, um, adject. a Simonide. *Catul. carm. 39. v. 8.* Mæstius lacrimis Simonideis. h. e. lacrimabili commiseratione, qualem Simonides Poeta Cæus flebilis carmine detunctos prosequabatur. nam præcipua ejus laus in funebri carmine fuit, teste *Quintil.*

Simplaris, re, adject. &

Simplarius, a, um, adject. idem ac simplex, a quo deducitur. Hinc simplariæ venditiones dicuntur a JCtis, pro quibus venditor non tenetur de dupla emptori repromittere, sed tantum de simpla, h. e. de simplicis rei venditæ pretio. *Ulpian. l. 37. de evict. & l. 48. q. de vend. edict. edict.* ☞ Simplaris armatura, apud *Veget. l. 2. de re milit. cap. 7.* est ordo militum, qui simplam accipiebant annonam, quem modum duplaris, qui duplam. *Id. ibid.* aklit torquatos duplares fuisse, qui scilicet ob virtutem torque donati duplam præterea annonam accipiebant, & simplares, qui simplam. Atque posteriori hoc loco alii leg. *sesquiplares,* hoc est qui unam, & semis annonam consequabantur. nam *sesquiplaris* significat eum, qui unam rem aliquam, & præterea ejus dimidium habet.

Simplex, icis, o. 3. *semplice, απλῶς, ἀπλῆς,* quod nullo modo compositum est, ut sunt quatuor mundi elementa, terra, aqua, ignis, aer. *Cic. 2. de*

de aut. Deor. Omnem enim naturam necesse est, quæ non solitaria sit, neque simplex, sed cum alio conjuncta, atque connexa, &c. *Plin. l. 25. c. 7.* herba simplici caule. *Teren. prol. Heaur. v. 6.* Duplex quæ argumentum facta est simplici. ¶ Translate accipitur pro puro, aperto, libero. *Cic. 4. Acad.* Cum simplici homine simpliciter agerem, nec magnopere contenderem. *Horat. l. 1. sat. 3.* Simplicitati si quis; qualem me sæpe libenter, &c. *Sen. 2. de Ira, c. 16.* Simplicitissimi omnium habentur iracundi. Sic simplicitas verba, *Sueton. in Tibur. c. 61.* ¶ Item pro vero, & sincero, cui falsum opponitur. *Cic. 2. Fin. c. 14.* His initiis inducti omnia vera diligimus, idest fidelia, simplicitas, constantia, tum vana, falsa, fallentia odimus. ¶ Anni simplices sunt rudes, & doli nondum capaces, cuiusmodi sunt in pueritia, aut prima adolescentia, in quibus etiam simplex toga, & pura, quæ prætexta dicebatur, geri solebat. *Martial. l. 10. epigr. 20.* Tu mihi simplicibus, Mami, dilectus ab annis, & prætextata cultus amicitia. ¶ Simplex cibus, purus, non affectatus, aut aliquo condimento corruptus, vel compositus. *Plin. l. 11. c. 53.* Homini cibus utilissimus simplex. ¶ Simplex etiam notum directum, non flexuosum. *Cic. 2. de nat. Deor.* Flexuosum iter habet, ne quid intrare possit, si simplex, & directum pateret. ¶ Item imperium, rudem, aut nimis credulum. *Ulpian. l. 14. ff. de relig.* Non autem oportet ornamenta cum corporibus condi, quod homines simplices faciunt. *Horat. l. 2. sat. 2.* nec sic, ut simplex Nævius, unctam conviviis præbebit aquam. ¶ Verba simplicita a Grammaticis dicuntur, quæ nulla alia dictione componuntur. *Cic. in Orat. c. 24.*

Simplicitas, atis, f. *simplicitas, schietezza, ἀπλότης,* puritas, sinceritas. *Quintil. l. 5. c. 7.* In paucis, atque humilibus accusator simplicitate gloriosi potest. *Tacit. 6. Ann. c. 5.* Simplicitas convulsiarum fabularum. *Valer. l. 2. c. 125.* Dolabella vir simplicitatis generosissimæ; *schietezza d'animo nobile.*

Simpliciter, adv. *semplicemente,* Germ. *einfeltiglich,* Gall. *simplement,* Hisp. *senzillamente, con simplicidad, απλως,* sine commixtione, singulariter. *Cic. in Top.* Cum autem queritur, quale id sit, aut simpliciter queritur, aut comparate. *Quintil. l. 2. c. 12.* Simpliciter docere. ¶ Translate sumitur pro pure, sincere, sine dolo. *Cic. 1. Off.* Hæc præscripta servantem licet graviter, magnifice, animoseque vivere, atque etiam simpliciter, fideliter, & vitæ hominum amice. *Plin. l. 8. c. 4.* Elephas homine obvio torte in solitudine, & simpliciter obrerrante clemens, placidusque etiam demonstrare viam traditur. idest imprudenter ab itinere deficiente, non venationis causa. *Plin. jun. ep. 3. l. 5.* Amice, & simpliciter reprehenderunt. *Tacit. bist. l. 1. c. 15.* Simplicissimè inter nos loquimur. *Id. de Germ. c. 5.* Interiores (Germani) simplicitus, & antiquis permutatione mercium utuntur.

Simplicitus, adverb. idem ac simpliciter. *Plaut. Mercat. 2. a. 15.* Sed eam simplicitus dicam, si opera est aurius. Ita legit *Non. c. 2. n. 825.* Sed in editis omnibus aliter omnino legitur.

Simplicio, as, a. i. simplici facio. *Pallad. l. 2. tit. 16.* Lapis subter, vel testa ponenda est, ut radicem non simplicet, sed repercutat perspargat.

Simpliciteria tunera sunt, in quibus adhibentur duntaxat simpli ludii, quasi *simpliciteria:* His opponuntur indictiva, in quibus adhibentur non ludis modo, sed etiam defultores. *Festus.*

Simplus, a, um, *semplice, nicanis,* minime multiplex. *Cic. in Top. c. 11.* Alia sunt contrariorum genera, ut duplum, simplex, multi, pauca, longum, breve. *Liv. l. 29. c. 15.* Negare, tantum militum effici posse; vix, si simplex ex formula imperetur, enixuros. h. e. simplicem illum militum numerum, qui ex formula lælesis debebatur. *Plaut. Pæn. 5. 6. 25.* Obsecro te, ut liceat simplum solvere. h. e. tantum quantum debeo, non duplum. ¶ Apud Jctos simpla promitti, & de simpla caveri dicitur, cum ob evictionem simplum rei pretium promittitur. *Leg. 5. § 56. Dig. de eviction.* Similiter *Var. l. 2. R. R. c. 10.* Si mancipio non datur, dupla promitti, aut si ita pacti, simpla.

Simpluatris, icis, f. mulier rebus divinis dedita, a *simpulum.* *Fest.* Simpulvatris vas parvum, non dissimile cyatho, quo vinum in sacrificiis libatur. Unde & mulieres rebus divinis deditæ simpularitæ dicuntur.

Simplio, & contractæ Simplo, onis, m. qui compositionibus indulget, a *simpulum.* *Suetrius apud Fulgent. Planciad. de prisco serm. n. 49.* Summatres viri facti sunt simpulones ganei.

Simpulum, i, n. calix, quo vinum in sacrificiis libabatur, *κύπελλον, Festus:* Simpulvatris vas parvum, non dissimile cyatho, quo vinum in sacrificiis libabatur. Originem hujus vocabuli afferre conatus est *Varro l. 4. de L. L.* his verbis: Quo vinum dabant, ut minutatim funderent, a guttis guttum appellaverunt; & quo sumebant minutatim, a fumendo simpulum nominaverunt. *Apul. in Apol.* Simpulo, & catino fictili sacrificare. *Plin. l. 15. c. 12.* Sed fictilibus prolibatur, simpulis innocentes. ¶ Fluctus in simpulo excitare, est in re minima turbas concire. *Cic. 3. de Legib. c. 16.* Excitabat enim fluctus in simpulo, ut dicitur, Gratiudis: quos post filius ejus Marius in Ægeo excitavit mari.

Simpulvatris dicitur mulier, quæ simpulvium porrigit in sacrificiis. *Vet. Juvenal. Scholast. ad Sat. 6. v. 342.*

Simpulvium, ii, n. vas ligneum, teste *Non. c. 15. n. 12.* sacrificiis aptum, in quo pontifices libare vinum solebant: itaque dictum videtur, quasi *simpulvium,* a simul bibendo, ut notat *Scholasticus veteris ad illud Juv. Sat. 6. v. 342.* Simpulvium ridere Numæ. ¶ Scribitur & *Sympulvium.*

Simul, adv. *inseme, in compagnia, di compagnia, יחד, Germ. mit einander,* Gall. *ensemble,* Hisp. *a una, una, una,* pariter, adv. congregandi. Ultrapar vel absolute. *Cic. Att. l. 5. ep. 10.* Propter propinquitatem loci totos dies simul eramus. ¶ Vel cum abl. & præp. cum. *Cic. de Am. Cum* corporibus simul amicos interire, atque omnia morte deleri. ¶ Et omnia præposit. *Sil. l. 5. v. 418.* avulsa est protinus hosti Ore simul cervix. *Tac. l. 4. Ann. c. 55.* Verum Hypæpeni, & Trallianique Laodicenis, ac Magnetibus simul transmissi. ¶ Usurpatur etiam cum conjunctionibus ac, &c. *Cic. Att. l. 1.* Demonstravi hæc illi, simul & illud offendi. *Plin. l. 9. c. 35.* Superbo simul, ac prociacis fastu, ut Regina meretrix. *Quintil. l. 10. c. 1.* Quo mens simul, visusque perfringatur. ¶ Quandoque geminatur, & habet eandem penne vim, quam cum, & sum, sive *parim.* *Liv. l. 1.* Adeo omnes simul spernebant, simul tantam in medio crescentem molem sibi, ac pollevis suis metuebant. *Tac. in Agric. c. 25.* Cum simul terra, simul mari bellum impelleretur. ¶ Interdum significat *essam.* *Sallust. in Casil.* His amicis, sociisque confusus Catilina, simul quod æs alienum per omnes terras ingens erat. ¶ Est etiam adverbium temporis, & ponitur pro eodem tempore. *Cic. in Brut. Q.* Hortensii ingenium, ut Phidiaz signum, simul aspectum, & probatum est. ¶ Item pro statim, quam primum, postquam, & conjungitur cum particulis ac, atque, et, primum, subito che. *Cic. 3. Ver. Verres simul, ac tetigit provinciam, statim Messanam literas dedit. Id. 2. de nat. Deor.* Quædamque serpentes ortæ extra aquam, simul, ac primum niti possunt, aquam persequuntur. *Id. 1. Fin.* Omne animal simul, atque natum sit, voluptatein appetere. *Id. 4. Acad.* Itaque simul, ut expectati fumus, visa illa contemnimus. ¶ Reperitur etiam sine particulis. *Cic. 4. Acad. c. 2.*

Et simul inflavit tibicen, a perito carmen agnosceitur. *Id. l. 6. Fam.* Simul accepi a Seleuco tuas literas, statim quæsi e Balbo, &c.

Simulacro, i, n. *simulacro, immagine, effigie, ἰδῶν,* Ger. *bild,* Gal. *image, idole,* Hisp. *imagen, εἰκών,* idolum, imago, effigies, forma, a *simulo,* ut *lavacrum* a *lavo.* Proprie enim sic dicitur ficta aliquid imago. Nam simulacra principio ex desiderio mortuorum orta sunt, ut qui iam defecerant, vivere viderentur. *Cic. pro Arch.* An, cum statuas, & imagines non animorum simulacra, sed corporum rudiose multi summi homines reliquerint, &c.? *Id. 4. Ver.* Effigies illa erit, simulacrumque Mithridatis. ¶ Dicitur etiam de rebus incorporeis, pro signo, nota, similitudine. *Cic. l. 10. Fam. ep. 1.* Nec leges ullæ sunt, nec judicia, nec omnino simulacrum aliquid, ac vestigium civitatis. *Id. 2. Fin.* Ergo in bestis simul secreta a voluptate humanarum quædam simulacra virtutum, &c.?

Simulamen, inis, n. *representazione, προσέλιμα,* simulacrum, assimilatio, representatio. *Ovid. 10. Met. v. 726.* de Adonide: Annua plangorisperaget simulamina nostri. Loquitur de sacris annuis in honorem Adonidis, quæ Adonia dicebantur, in quibus Adonis plangebatur, ac luctus Veneris referebatur.

Simulamentum, ti, n. simulatio, fictio, *finzione.* Legitur in titulo *c. 22. l. 15.* apud *Gall.* ubi offert historiam de Sertorio duce, deque astu ejus, commentitiisque simulamentis &c.

Simulans, antis, o. 3. *chisimula, e finge, ὑποκρίνομαι.* *Cic. de Am.* Et litigare se simulans blandiatur. *Ovid. 2. Amar. el. 6.* Non tunc in terris vocum simulatior ales. Al. leg. *simulacior,* ut sit a *simulax, atis.*

Simulanter, adverb. fictè, simulate. *Apulei. l. 8. A. A.* Quoad simulanter revicta Charite suscipit &c.

Simulate, adv. *fiatimente, προσποιήσις, fictè.* *Cic. 2. de nat. Deor. c. ult.* Mala enim, & impia consuetudo est contra Deos disputandi, live ex animo id fit, sive simulate.

Simulatio, onis, f. *simulazione, finzione, ὑπόκρισις, εἰρωνεία,* actus simulandi, fictio. *Cic. l. 1. Fam. ep. 9.* Idque non solum fronte, atque vultu, quibus simulatio facillime sustinetur. *Id. 3. Ver.* Simulatio officii. ¶ Interdum ponitur pro similitudine. *Plin. l. 11. c. 44.* Simiarum genera perfectam hominis simulationem continent facie, naribus, auribus, palpebris. &c. Al. leg. *imitationem.*

Simulatore, oris, m. *simulatore, ὑποκριτής,* qui simulat. *Cic. 1. Off. c. 30.* De Græcis autem dulcem, & facetum, festivique sermonis, atque in omni ratione simulatorem, quem ἄποκρίτης Græci nominaverunt, Socratem accepimus.

Simulatrix, icis, f. 3. quæ simulat. *Strab. 4. Tbeb. v. 551.* Chalcibus, & Æzo simulatrix litore Circe.

Simulatus, a, um, *simulato, finto, ὑποκρίτης,* fictus. *Virg. 1. Æn.* Flagrantefque Dei vultus, simulataque verba. *Nepos 10. 3.* Simulata amicitia. *Peoron. in fragrant.* Simulatus exit Proditionis opus.

Simulo, as, a. 1. *simulare, fingere, κέρω, Ger. gliefjen, Gal. feindre,* Hisp. *fingir, προσποιήματα, ὑποκρίματα,* fingo, imitor, præ me fero, quod non est, pro vero talium offendo. *Plaut. Perj. 1. 3. 4.* Simulabo, quasi non videam. ¶ Simulare, & dissimulare differunt, quia simulare dicitur de eo, quod non est, sive de falsitate, dissimulare versatur circa id, quod est, sive circa veritatem. *Virg. 1. Æn.* Spem vultu simulat, premit alium corde dolore. *Cic. 10. Fam. ep. 18.* Multa & simulavi invitus, & dissimulavi cum dolore. *Plin. l. 3. ep. 14.* Ille sive quia non sentiebat, sive quia non sentire simulabat. *Ovid. 3. Metam.* Simulare te animum, *fingere una vescebia.* ¶ Aliquando tamen *simulare* ponitur pro dissimulare. *Plaut. Curcul. a. 3. v. 21.* simulabo, quasi non noverim. ¶ Simulare in aliquem, pro aliquem inhumilare, accusare. *Plaut. Stich. 1. 2. 19.* Quasi nunquam quicquam in eas simulem.

Simultas, atis, f. *odia occulto, inimicitia, ὀχλή, Ger. grall, feindschaft,* Gall. *haine couverte,* Hisp. *odia cubierto, ἔχθρα,* latens odium inter eos, qui amici esse videntur, & generatim quælibet inimicitia. *Festus, sive Paullus.* Simultas, idest odium, dicta ex contrario, quia minime sint simul. Potest & a simulatione dicta existimari, quia simulate loquuntur ad invicem. *Cic. pro Flac.* An simulates, nescio quas, cum libertis Flaccus exercet. *Cic. pro L. Man. c. ult.* Simulates suscipere. *Cæf. l. 2. B. Civ. c. 25.* Huic simultas cum Curione intercedebat. *Nepos in Attic. c. 17.* In similitate cum aliquo esse. *Quint. l. 5. c. 1.* Simultates cum aliquo gerere.

Simulter, adv. idem ac similiter, apud *vet. Plaut. Pseud. 1. 3. 148.* Exoflabo cum simulter, ut murænam cocus. Alii leg. *simuliter.*

Simulūs, a, um, dim. a *simus.* *Lucret. l. 4. v. 1162.* Simula, (puella) Sibena, ac Satura est; labiosa, Philema.

Simus, a, um, *schiacinto, camuso, σίμω, qui est pressis naribus, a Græca voce allata.* *Virg. 10. Ecl.* Dum tenera attendent simæ virgulta capellæ.

Sin, *max se, Ger. vvan aber, Gal. mais si, si non, Hisp. max si, ei 3, si 3, si, sed si, si vero, si autem, conjunctio conditionalis.* *Cic. Att. l. 9. ep. 15.* Si mihi veniam, quam peto, dederit, utar illius conditione, sin minus, impetrabo aliquid a me ipso. *Id. ad Brutum, l. 11. ep. 14.* Si ita est, omnia faciliora, sin aliter, magnum negotium. ¶ Conjungitur etiam cum *autem.* *Cic. Att. l. 10.* Si vir esse volet, præclara synodia, sin autem, erinus nos, qui solemus. ¶ Aliquando *sin* solum reperitur, non præcedente *si.* *Cic. de Am.* Quamobrem primum danda opera est, ne qua amicorum dissidia fiant, in tale aliquid venerit, ut extingatur potius amicitia, quam oppressæ videantur. ¶ *Sin quis* pro sin aliquis. *Cic. 2. Offic. c. 22.* Danda est opera, ne tributum conferendum sit; sin qua necessitas hujus muneris alicui Reip. obvenerit &c. ¶ Ponitur interdum pro sin aliter. *Cic. Att. l. 16. ep. 13.* Veruntamen hi patres quæ inter se, quiescendum, sin, latius manabit, & quidem ad nos, deinde communiter.

Sina, m. i. *Sinai, Monte Sina, Monte Sinai, Turc. Gibel Moufa,* idest mons Moyses, mons Arabiæ Petrææ, excelsus, ubi Deus Moysi legem dedit. ¶ Sina item locus Phrygiæ marmoribus celebris. *Synnas.*

Sinæ, m. i. *Cibinæ,* pop. Asiæ extremi ad Or. ultra Indiam extra Gangem, quorum regio perampla Sinarum Imperium dicitur, vulgo *la China.*

Sinape, is, n. 3. idem ac sinapi. *Col. l. 11. c. 3.* Sinape, atque coriandrum uti fata sunt, sua sede immota permanent.

Sināpi, n. indecl. *senape, fenapa, σινῆρι,* herba semen ferens tanta acrimonia, ut lacrymas cieat comedenti, in hybernis condimentis utilitissimum. *Plin. l. 19. c. 8.* Et acerrimum sapore, ignei effectus, ac saluberrimum corpori sinapi nulla cultura, melius tamen planta translata.

Sināpis, is, f. *σινῆρις,* idem ac sinapi. *Plaut. Pseud. 3. 2. 28.* Teritur sinapis (scelerata cum illis. *Col. l. 10. v. 122.* Sequæ laceffenti sletum factura sinapis).

Sinapizo, as, a. 1. sinapi compono, vel condio. *Veget. l. 2. c. 6.* Diligenter sinapizare.

Sinapodes, m. 3. pop. Africae, in desertis. Inflexis, & lentis cruribus potius serpere, quam necedere, videntur. *Mela l. 3. c. 11.*

Sincere, adv. *sinceramente, puremente, ἀκεφάλως, ἀκρίβητως,* pure, vere, sine mendacio, ingenue, integre, non simulate. *Cæf. l. 7. B. G.* Hac ut intelligatis, inquit, sincere a me pronuntiari. *Cic. Att. l. 3. ep. 15.* Cruci libertum nihil puto sincere locutum.

Sinceritas, atis, f. sinceritas, puritas, integritas, ἀκεραιότης, ὑπερβολή; puritas, integritas. *Plin. l. 31. c. 7.* Salinarum sinceritas summam fecit suam differentiam. *Col. l. 4. c. 26.* Atque alia convertenda, quae sinceritatem habent, alia summovenda, quae vel cariosa, vel iusto breviora sunt.

Sinceriter, adv. idem quod sincere. *Gell. l. 13. c. 16.* Quas qui sinceriter cupiunt.

Sincerus, a, um, *sincero, puro, reale, εὐκαρῆς, ἀσπίκετος*; purus, simplex, cui nihil admittit esse. Sunt, qui putant scribendum *sincerus* per *y*. Verum semper per latinum *i* in vet. lib. ac Virgilio Carpen- sium, exaratum reperiri, testatur *Manus in Orthographia. Hor. l. 1. ep. 2. v. 55.* Sincerus est nihil vas, quodcumque infundis, aciesit. *Senec. ep. 108.* Ex amphora primum quod est sincerissimum, effluit. ¶ Translate sumitur pro vero, incorrupto, incontaminato, minime fucato. *Cic. Att. l. 1. ep. 16.* Mirabilia multa, nihil simplex, nihil sincerum. *Liv. l. 29. c. 4.* Nihil sincera fide cum Romanis acturum. *Ovid. 7. Metam. v. 453.* nulla est sincera voluptas. ¶ Per Catachresim accipitur etiam pro in- tegro, illaeso, non mutilato. *Lucr. l. 3. v. 718.* Sin ita sinceris membris ablata profugit, Ut nullas partes in corpore liquerit ex se. *Ovid. 2. Met. Rursum sine vulnere corpus, Sincerumque fuit. Cic. l. 13. Fam. ep. 51.* Hoc mihi da, atque largire, ut M. Curium sartum, & teclum, ut ajunt, ab omnique incommodo, detrimento, molestia sincerum, inte- grumque conserves. *Gell. l. 18. c. 10.* Sincero corpulculo fieri. h. e. a febris convalescere, & vires recuperare. *Plaut. Mer. 2. 2. 16.* Porci fa- cres sinceri. h. e. integerrimi, & ad sacrificium idonei.

Sinciput, itis, n. *βήρυξ*, pars capitis anterior, aures, temporaque complectens, ut occiput, pars posterior, quasi *semi caput*, ut inter alios auctor est *Velius Longus de Orthogr.* Nempse quia eo dimidium ca- pitis significatur. Unde *Phi. Sinciput, & κακεφάλιον. Sidon. carm. 5. v. 422.* Fortique lacerto disjuncti accipiti miserabile sinciput ense. ¶ Olim sincipita verina, sive aprugna aceto condita, & ad eum praeparata in deliciis erant. *Plin. l. 8. c. 51.* Interdicta quoque cœnis abdo- mina, glandia, testiculi, vulvæ, sincipita verina. Hinc *Juvenal. sat. 13.* Comedam, inquit, sicibile nati sinciput elixi, Pharioque madentis aceto. ¶ Per Synecdochen ponitur pro toto capite. *Plaut. Men. 3. 2. 41.* Non est tibi facum sinciput, adolescens.

Sindon, onis, f. *σινδών*, velum linteum, subtilissimum. Si *Lazarus Baifio, l. de vestibus*, credimus, ita dicta est a Sidone, quæ sindone nobilis, uti & Tyrus, itidem Phœnicæ urbs, unde & Tyriam sindonem Martialis vocat. *Mars. l. 4. ep. 19.* Nec hic in Tyria sindone tutus eris.

Sine, *senza, sine, Ger. ohne, Gal. sans, Hisp. sin, sans*, abique, præp. ex iis, quæ abl. ferviunt. *Cic. pro Quintil.* Qui ab adolescentulo quæritum sibi infuitisset sine impendio. *Id. pro Cal. Homo sine re, sine fide, sine spe, sine sede, sine fortunis. Id. l. de Orat. sine controversia.*

Singibéri. V. Zingiberi.

Singilio, onis, m. genus vestis brevioris & simplicis, ἀπαλίς. *Trebell. Pell. in Claud. l. 7.* Singiliones Dalmatentes decem. Alii leg. *cingilione- nes.* h. e. parvos cinctus. Alii aliter.

Singillarvis, a, um, adject. idem ac singularis, ut singillarius motus, apud *Tertull. de animæ. 6.*

Singillatim, adv. *singolarmente, Ger. besonder, Gal. singulierement, Hisp. singularmente, singulariter*, secundum singulos. *Cic. 5. Tufc. Hæque voluptates singillatim extenuantur. Id. Div. Var. c. 15.* Singilla- tum unicuique respondere. ¶ V. quæ diximus in Sigillatim.

Singlariter, adverb. per synecopem pro singulariter. *Lucret. l. 6. v. 1065.* Quæ memorare queam inter se singlariter apta.

Singulariter, adverb. idem quod singulariter. Ufus est hac voce *Cicero*, teste *Cœris. Grammat. l. 2.*

Singularis, & re, o. 3. *singularis, unico, Ger. einig, Gal. singulier, Hisp. singular, único*, unicus. *Plin. l. 28. c. 10.* Democritus etianimum effectus auget ejus, qui singularis natus sit. *Senec. in Troas. v. 1026.* Se- cans fluctus rate singulari. *Auson. in Perioch. l. 7. Iliad.* Ab Ajace præ- tium singulare conferitur, *duello.* ¶ Singularis numerus apud Gram- maticos est, quo unica tantum res significatur. *Quintil. l. 1. c. 5.* Ver- bis singularibus gratias agere, est iis verbis, quæ unum tantum, non etiam plures complectantur, in *termini particulari. Cic. 4. Catil. Primum quod mihi gratias egitibus singularibus verbis.* ¶ Locus singularis, a- pud *Suet. in Aug. c. 72.* est solitarius. ¶ Aliquando accipitur pro sepa- rato, simplici, non composito. *Cic. 4. Acad. Quintum genus esse di- cunt, e quo æstra sunt, mentesque singulares.* ¶ Metaleptice poni- tur pro excellenti, & tam in malum, quam in bonum sumitur. *Cic. 4. Acad. c. 43.* Omitto, per ipsum Aristotelem meo judicio in Philoso- phia prope singulare. *Id. 4. Ver. c. 7.* Quo facilius de singulari ejus impudentia exitumare possitis.

Singularitas, atis, f. *singularitas. Tertul. aduers. Gnost. c. 10.* Salva & pro- prietas generis, & singularitate.

Singulariter, adv. *singolarmente, Ger. sonderlich, Gal. singulierement, Hisp. singularmente, único*, numero singulari. *Cæris. l. 1.* Sunt quædam, quæ singulariter cum declinantur, in pluralibus mutant genera, hic locus, pluraliter hæc loca, & hi loci. *Quintil. l. 9. c. 3.* De pluralibus singulari- ter: acer Romanus in armis. ¶ Accipitur etiam pro unico, magno- pere, mirum in modum. *Cic. 4. Ver. c. 47.* Quem ego singulariter in Prætura mea dilexissim. *Plin. l. 4. ep. 15.* Kutim singulariter amo.

Singularis, a, um, idem ac singularis. *Plaut. Capt. 1. 2. 3.* His indito catenas singularias, istas majores, quibus sunt victi, demito, h. e. simplices, minores, & leves, non duplices. *Gel. l. 9. c. 4.* Homo singu- laris velocitatis. *Id. l. 17. c. 9.* Literæ singulariæ sine coagmentis sylla- barum. Adde *Turpilium apud Non. c. 8. n. 60.*

Singulatim, adv. *singolarmente, único*, unumquodque seorsum, vel per se, cui opponitur generatim, univèrse. *Cic. 1. de Invent. Singulatim de unoquoque genere in secundo libro dicemus. Id. 1. Verr. Ut ea, quæ singulatim, ac diu collecta sint, uno tempore univèrse perdamus.* ¶ Vi- de quæ supra in Sigillatim adnotavimus.

Singultans, antis, o. 3. *ἀσπυ*, qui frequentes singultus emittit. *Virg. 9. Æn. v. 333.* Truncumque reliquit languine singultantem. idest cum singultu animam efflantem. *Stat. l. 5. Silv. v. 26.* Verba singultantia. h. e. singultibus interrupta.

Singultatus, a, um, nom. particip. cum singultu emissus. *Ovid. l. 3. Trist. eleg. 5. v. 16.* Et singultans oscula mista sonis.

Singultum, adv. *μὴτὰ λυγρῶν*, cum singultu. *Apul. l. 2. A. A. Lamentabi- les questus singultum instrepebat.* ¶ Singultum loqui, est loqui ser- mone interrupto, & veluti voce identidem composita, quod usuve- nire solet veredendis, & timidis natura. Talem locutionem ἰσχυρῶν καὶ ἐπιφραστικῶν vocant Græci. *Hor. l. 1. sat. 6. v. 56.* Ut veni coram, singultum paucis locutus, idest verbis interruptis.

Singultio, is, ivi, itum, n. 4. *singultio, λυγρῶν*, singultum emittit. *Plin. l. 34. c. 1.* Non singultionibus, nec si cum febre dyspnoea sit, &c. *Colum. l. 8. c. 12. de pullis gallinacis:* Sequitur grex velut matrem, gallinam singultantem.

Singulto, as, n. 2. frequenter singultio. *Stat. 5. Theb. v. 260.* Trepidans in limbo vitæ singultant animas. h. e. cum singultu emittunt. V. *Singultans.*

Singultus, us, m. 4. *singulto, singultio, סנגולת, Ger. das klucken, Gall. boquet, Hisp. follaco, λυγρῶν*, diftentione spiritus, & interruptio in fle- tu. *Cic. pro Planc.* Non modo lacrymulam, sed multas lacrymas, & singultum cum fleru videre potuit. ¶ Neque solum hominum, et si- ngultus, verum etiam brutorum animantium. *Virg. 3. Georg. de equis:* Imaque longo illi singula tendunt. *Col. l. 8. c. 5.* Quod se lacere gal- line testantur crebris singultibus interjecta voce acuta.

Singulus, a, um, *ciascuno da per se, Ger. jelicht, Gall. chacun, Hisp. cada uno, ξεῖνος*, unusquisque per se, hoc est, separatim ab aliis. Fe- re usurpatur in numero plurali, ut cætera distributiva. *Cic. 3. de Or. c. 55.* Refert etiam, qui adiant, Senatus, an Populus an Judices, ire- quentes, an pauci, an linguæ. *Id. Att. l. 9. ep. 18.* Legiones singulas po- suit Brundisii, Tarenti, Siponti, unapertuago. *Id. 4. nat. 2. D.* capit dena jugera in singulos. *diets per uno. Sueton. in Aug. c. 37.* Exegit etiam, ut quoties consulatus sibi daretur, binos pro univulvis colleas ha- beret. *uno in vece di due.* ¶ Quando usurpatur de tempore, usurpatur in abl. sine præp. vel cum præp. in, vel in acc. cum præp. in, ut Singulis horis, diebus, annis, vel in singulis diebus, vel in singulis dies. Fere tamen *in dies, & in dies singulos*, usurpantur cum comparatio, aut verbo incrementi. *Cic. 2. de nat. Dicit.* Quod efficitur in cælo singulis diebus, & noctibus. *Id. ibid.* Sol binas in singulis annis reversiones ab extremo contrarias facit. *Id. 4. Ver. Lex est de religione, quæ in an- nos singulos Jovis Sacerdotem sortitus capi jubeat. Id. Att. l. 5. ep. 7.* Quotidie, vel potius in dies singulos breviores literas ad te mitto. *Id. l. 1. Catil. c. 2.* Crescit in dies singulos holiium numerus. ¶ Interdum singuli dicuntur, qui soli, & solitarii sunt. *Senec. de otio Sapient. c. 27.* Proderit tamen primo in seipsum iccedere: meliores erimus singuli. *Id. l. 4. quæst. nat. pro v.* Quod est miserissimum, nunquam sumus singuli. ¶ Ulurpatur & singulus in singulari num. pro singulari, unico. *Plaut. Cistell. 4. 2. 29.* At et singulum video vestigium. *Gell. l. 18. c. 13.* Nummo singulo multabatur. *Ecl. 19. c. 8.* Singulo numero dicenda sunt. *August. l. 1. de doctr. Christ. c. 5.* Singulus quique deus est. *causano.*

Sinister, stra, strum, *sinistro, סניטר, Ger. linck, Gal. à gauche, Hisp. a sinistramano, סניטר, אצטריפ*, quod est ex parte manus lævæ. *Ca- sul. carm. 12.* manu sinistra non belle uteris. *Liv. l. 3.* Nam cum quæ- set aciem, duo extra ordinem millia, quæ in sinistram cornu Roma- norum in iplo certamine impressionem facerent, tenere. *Quintil. l. 11. c. 3.* Sinister pes. ¶ Metaleptice ponitur pro adverso, noxio, infelici, quod quæ sinistra manu nunt, minus recte fieri videmus. *Virg. l. 6. Georg. Arboribusque, fatisque Notus, peccorie sinister. Id. 9. Ecl. Sinistra cornu. Plin. ep. 28. l. 7.* Igitur ad alio, hanc sinistram diligentiam con- ferant. Sic sinistra tama, & rumor sinister, apud *Tacit. 6. Ann. c. 32. & l. 2. histor. c. 93.* Sinistra interpretatio, *stora, maliciose*, apud eund. in *Agic. c. 5.* ¶ Item pro pravo. *Ovid. 2. Trist. v. 257.* Quodcumque attinger (*masrona*) (i. quæ est studiosa sinistra) ad delinquendum doctior esse potest. ¶ In Augustis apud Romanos accipiebatur pro prospero, felici, lato, sed apud alias gentes pro adverso, infelici, tristi, &c. A- ves sinistrae, auspicia sinistra. *Varro apud Fest. A Deorum sede cum in Meridiem spectes, ad sinistram sunt partes mundi orientes, ad dex- teram occidentes. Hinc tactum arbitror, ut sinistra meliora auspicia, quam dextera esse existimetur. Hæc Varro. Cic. 2. Divin. c. 35.* Sini- strum fulmen, auspiciam optimum habemus ad omnes res. *Id. ibid. c. 39.* Ita nobis sinistra videntur, Gravis & barbaris dextra, meliora. *V. Levis.* ¶ Gradus hujus vocis sunt *sinisterior, & sinistimus. Cels. l. 3. c. 1.* Cor in pectore sub sinistrore mamma situm. *Festus:* Sinistimum auspiciam. *Priscianus l. 3. sub init. sinistrore* contracte scribit.

Sinisteritas, atis, f. *σκηπότης, σκηνωτή, imperitia, rusticitas*, cui op- ponitur dexteritas. *Plin. l. 9. ep. 5.* Perique dum verentur, ne gratiæ potentium nimium impertiri videntur, sinisteritatis, atque etiam ma- lignitatis famam consequuntur.

Sinis, is, m. insignis, & crudelissimus latro Corinthius, qui in Isthmo graffabatur, & comprehensus homines curvatis arboribus alligabat, & discerpebat. *Ovid. Heroid. ep. 2. v. 50. & Senec. in Hippol. v. 1169.*

Sinistimus, V. Sinister.

Sinistra, æ, f. *mano sinistra, mano manca, סניטר, Ger. die lincke band, Gal. la gauche, Hisp. mano izquierda, סניטר, אצטריפ*, manus læva. *Ov. 3. Fast. v. 869.* Dicitur sinistra cornu tenuisse sinistra. *Cic. 1. de Di- vina. Cur a dextra cornu, a sinistra cornu faciat ratum.*

Sinistra, adv. *in אצטריפ*, a parte sinistra. *Cic. 4. Acad. c. 40.* Innume- rables supra, intra, dextra, sinistra, ante, post, alios dissimiles, aios ejusdem modi mundos esse?

Sinistre, adv. *sinistramente, סניטר, male, perverse*, in malam partem. *Tac. 1. hist. c. 7.* Cæterum utraq; cædes sinistra accepta. *Hor. de ar. poet. v. 352.* derisum semel, exceptamque sinistra.

Sinistrorsum, & Sinistrorsus, adv. *verso la sinistra, סניטר, Ger. auff lincke band, Gal. à gauche, Hisp. hacia la mano izquierda, in אצטריפ, versum sinistram. Hor. l. 2. Sat. 3. v. 50.* Ille sinistrorsum, hic dex- trorsum abit. *Cels. l. 6. B. G. c. 25.* Hinc se flectit sinistrorsus, diversis a flumine regionibus.

Sinistroversus, adverb. idem ac sinistrorsum. *Laëtan. l. 3. c. 6.* Aut dex- tro, aut sinistro versus ceciderunt.

Sinritus, i, sacerdos apud Burgundios omnium maximus, & perpetuus, obnoxius discriminibus nullis, ut Reges. *Amnian. l. 28. c. 5.*

Sinnadicus, V. Synnadicus.

Sino, is, sivi, situm, n. 3. *permittere, lasciare, סניטר, הניח, Ger. lassen, zulassen, Gal. laisser faire, permettre, Hisp. dexar, permitir, dejar, סניטר, אצטריפ*, permitto, patio. *Cic. Catil. 1. c. 5.* Non feram, non patiar, non sinam. *Id. Phil. 11. c. 13.* Qui latrocinium in Syria penetrare si- visset. *Id. Q. Fr. 2. ep. 6.* Concionatus est, comitia haberi non siturum. *Id. pro Sext. c. 44.* Accutae eum per Senatus auctoritatem non est situs. *Ter. Andr. 5. 3. 50.* Sine te hoc exorem. *Virg. 4. Georg. v. 6.* Si quem Numina læva sinunt. ¶ Cum dativo *Juvenal. l. 2. v. 24.* Et sine de- functis defunctos condere terræ. Interdum ponitur pro relinquere. *Plaut. Pseud. 6. 7. 14.* Nam me in taberna usque adhuc lineret Syrus. ¶ *Sir- rim, is, it, pro Siverim, is, it, Liv. l. 34. c. 24.* Ne istuc Jupiter Opt. Max. Sirit. *Plaut. Trinum. 2. 4. 120.* Per deos, atque homines dico, ne tu illum agrum tuum liris unquam fieri. *Id. Pan. 5. 1. 20.* Ut meas goatas reperire me liris. *Id. Bacch. 3. 3. 64.* Ne Dii Sirit. ¶ *Sissis* pro *sinissis* legitur apud *Cicero pro Planc. c. 57. in fin.*

Sinon, onis, m. 3. filius Suiyphi. Hic cum Græcis Trojam profectus, post bellum decennale ab isdem subornatus, sua sponte se Trojanis capien- dum obtulit, & ad Priamum deductus, illi, & Trojanis Græcos abiit- se, & equum ligneum pro voto Minervæ relictum, atque ille in ur- bem recipiendum esse persuasit, ex quo Ilii incendium secutum est. *Virg. 2. Æn. Sed secundum Euphronem hoc ab Ulyse factum est.* Hu- jus inventum tuit significatione specularis. *Plin. l. 7. c. 56.*

Sinope, & **Synope**, es, f. *Sinopi*, urbs Atiz min. in Paphlagonia, in ora Ponti Euxini, cum portu, regia Mithridatis, patria Diogenis Cynici, condita a Macritio Coo anno, quo Lipara. Et adiacet fluvius etiam Sinope dictus. *Valer. Flacc. l. 5. v. 109.* Assyrios complexa sinus stat optima Sinope.

Sinopeus, ei, m. *σινωπειος*, qui est ex Sinope urbe. *Ov. l. 1. de Pont. ep. 3.* Non doluit patria Cynicus procul esse Sinopeus. *Plaut. Cure. a. 3. v. 73.* Sinopeas, Arabas, Caras. ¶ Legitur & *Synopcur*.

Sinopicus, a, um, quod ad Sinopem urbem spectat, ut Sinopica rubrica, apud *Cels. l. 6. c. 6.* & *Vitruv. l. 7. c. 2.* V. dictionem seq.

Sinopsis, idis, f. *σινωπία*, *σινωπία*, rubrica genus præstantissimum. Sic dicebatur a Sinope urbe Ponti, unde & *ἡ σινωπία*, terra Pontica, item rubrica Pontica dicebatur. Sed generatim pro rubrica sumebatur, ut magnes proprie, qui ex Magnesia, sed generatim sic vocatus lapis, qui ferrum trahit. *Plin. l. 35. c. 5.* Sinopsis inventa est primum in Ponto, inde nomen, a Sinope urbe. Nascitur & in Ægypto, Balearibus, Africa, sed optima in Lemno, & in Cappadocia, effossa et speluncis, &c. Sed *Syrabo l. 12.* sic scribit, & in Cappadocia nascitur ea, quæ Sinopica rubrica dicitur, omnium optima, quæ cum Iberica decerant. Idcirco Sinopica appellatur, quod ex mercatore eam deterebant, prius quam Ephesorum emporium tam celebre esset.

Sinuamen, inis, n. curvatus, inflexio in modum sinus. *Prudent. in Psychom. v. 873.* Sinuamine tubter subductus conchæ in speciem.

Sinuatus, a, um, *curvato*, *curvo*, *ἠσυνωπία*. *Plin. l. 2. c. 9.* Luna sinuata in orbem. *Ovid. l. 14. Metam.* curvos sinuatus in arcus.

Sinuessa, f. i. prius Sinope, col. & urbs exc. Campaniæ, in ora, ubi Massicus M. definit, ubi nunc *Rocca di Mondragone*. *Liv. lib. 10.* in saltu Vestino Sinope dicitur Græca urbs fuisse, Sinuessa deinde a Romanis colonis appellata. *Silius l. 8. v. 529.* tepentem Sinuessam appellat, propter thermas, quæ ibi fuere. *V. Plin. l. 31. c. 2.*

Sinuessanus, a, um, adject. ad Sinuessam pertinens. *Horat. l. 1. ep. 5.* Inter Minturnas, Sinuessanumque Petrinum.

Sinuos, as, a. i. *torcere*, *incurvare*, Ger. *biegen*, Gal. *courber*, Hisp. *corbar*, *entorcer*, *ἠσυνωπία*, curvo, in sinus hæctō. *Virg. l. 2. Æn.* Sinuatque immensa volumine terga. *Ovid. 2. Met.* Tremulæ sinuantur flamine vestes. idest tormentur, rugantur, in sinus colliguntur. ¶ Interdum nota cavare. *Cels. l. 7. c. 2.* Qui proxima, & adhuc sana rodendo sinuet.

Sinuoso, adv. involute, obscure. *Gell. l. 12. c. 5.* Dicam ego indoctius, ut ajunt, & apertius, quæ fuisse diciturum puto sinuosius, & solertius.

Sinuosus, a, um, *sarto*, *curvo*, Ger. *das viel krumm hat*, Gal. *qui a plusieurs plis*, & *détours*, *καταδύτης*, curvatus, inflexus in modum sinus, *Virg. l. 11. Æn.* Saucius at serpens sinuosa volumina versat. *Plin. l. 11. c. 27.* Cor prima domicilia intra se animo, & sanguini præbet, sinuoso specu, & in magnis animalibus triplici, in nullo non gemino. ¶ Translate ponitur pro involute, obscure, tecto. *Quintil. l. 2. c. 4.* Sinuosa narratio. *Pers. Sat. 5. v. 27.* Sinuoso in pectore figere. h. e. intimo.

Sinus, i, m. vel Sinum, i, neut. valis genus ita dictum, teste *Varr. l. 4. L. L.* quia majorem cavationem, quam pocula, habeat. *Virg. in Æt. l. 7. v. 33.* Sinum lactis, & hæc te liba, Priape, quotannis expectare sat est. *Plaut. Curc. l. 1. 83.* Hic cum vino sinus fertur.

Sinus, us, m. *seno*, *σῆμα*, Ger. *büffel*, Gal. *sein*, Hisp. *seno*, *κάλπος*, pars illa, quæ est intra pectoris, brachiorumque complexum. *Virg. 4. Æn.* Sinum lacrimis implevit obortis. ¶ Gestare aliquem in sinu, est fovere, impense amare. *Terent. Adelph. 4. 5.* Hic non amandus? hicine non gestandus in sinu? ¶ In tuum ipsius sinum inspuere, prov. cum admonemur aliquem, ut domesticorum malorum recordatione, desinat arrogantius insectari vitam alienam. *Pim. l. 28. c. 4.* Veniam quoque a Deis spem alacris audacioris velimus, in sinum pueno. ¶ In sinu gaudere, est tacitam apud se voluptatem sentire, neque vulgo proterre gaudii notas. *Cic. 3. Tuscl. Ut in sinu gaudeant, gloriose loqui desinant. Prop. l. 2. el. 26.* In tacito cohibe gaudia clausa sinu. ¶ Metonymice capitur pro præcordis. *Ovid. ep. 5.* Attoniti micuere sinus, gelidusque cucurrit, ut mihi narrasti, dura per ossa timor. ¶ Translate sumitur pro intima quadam familiaritate, vel amicitia. *Cic. l. 14. Fam. ep. 4.* Iste ve o sit in sinu semper, & complexu meo. *Id. ad Q. Fr. l. 2. ep. 12. de Pompejo.* Mihi crede, in sinu est, neque ego discingor. idest cum amo, est mihi amicitissimus, neque hanc amicitiam dissolvere cogito. *Id. 3. Verr.* Calumniantores ex sinu suo apposuit. idest ex suis inimicis, & maxime familiaribus. ¶ Item pro potestate. *Scævola, l. qui testamentum, ff. de probat.* Quod omnem fortunam, & substantiam, sicut a matre susceperat, in sinu meo habui sine cautione. ¶ Item pro securitate, & præsidio. *Plin. in Paneg.* Gestus Consulatus non in hoc urbis otio, & intimo sinu pacis. ¶ Dicitur item per translationem de laxitatis vestium, quæ inter plicias intermedie sunt. *Virg. l. 1. Æn.* Nuda genu, nodoque sinus collecta fluentes. ¶ In toga Romana sinus erat pars quædam laxior, & tanquam excurrens in dextram partem, ut cum corpus toga amictum, involutumque esset, a dextra in sinistram humerum rejeceretur, & e sinistro humero in brachium plerunque descenderet, & ab eo exciperetur, aut ipsum involveret. *Suet. in Cels. c. 82.* Toga caput obvolvitur, simul sinistra manu sinum ad ima crura deduxit. *Horat. l. 2. Sat. 3. v. 171.* Ferre nudes sinu laxo. ¶ Subdixere sinum bonis, est oblata bona reculare. *Senec. in Thyest.* Cur bonis tantis sinum subducis? ¶ Sinus ex toga facere, est extremas togæ oras ita contrahere, ut in medio sinus, hoc est capacitatis quedam relinquatur. *Liv. l. 21.* Tum Romanus, sinu ex toga facto, hic, inquit, vobis bellum, atque pacem portamus, utrum placet, sumite. ¶ Item dicitur de velis, quæ ventis flantibus curvantur, & sinuosa redduntur. *Virg. 5. Æn.* Colligere arma jubet, validitque incumbere remis, obliquatque sinus in ventum. *Juven. Sat. 1. v. 49.* Totos pande sinus. ¶ Item de cassibus venatoriis. *Mars. l. 13. ep. 101.* Pulcher adest onager, mitti venatio debet dentis Erythraei, jam removeat sinus. *Juven. Sat. 4. v. 21.* Implevitque sinus. ¶ Sinus in mari sunt flexuosilitorum antractus, excavati maris in terram recessus, curva litora mare quasi brachius excavatentia, quæ in fluminibus cornua vocantur. *seno*, *golfo*. *Cic. 7. Verr.* Ubi primum ex alto sinus ad urbem a litore inflectitur. *Id. ibid.* Qui sinus quosdam obfediit maritimos, aut aliqua promontoria, aut prærupta saxa tenuisse dicuntur. ¶ Sinus in serpentibus dicuntur volumina, & spiræ sinuati corporis. *Cic. in Arat.* Et dico conficiens sinus et corpore flexos. ¶ Denique sinus ponitur pro latera, & recessu, quo aliquid tegimus. *Tac. 2. hist. c. 92.* Id omnino servilia ingenia corrumpebant, adbitis pecuniis per occultos, & ambrosios sinus. ¶ In illo *Ovid. Heroid. epist. 8. v. 62.* Perque sinum lacrimæ fluminis instat eunt: quidam sinum exponunt oculorum cavitationem; quot similiter facit *Servius* in verbis Virgilii, quæ primo loco attulimus. Verum ea notio hinc exemplis non satis probatur.

Sion, onis, f. collis in parte meridionalis urbis Hierusalem, in quo structa fuit arx David.

Siparium, ii, *σπιρῆταιμα*, velamentum, quo in fenis utebantur mi-

Sic autem dictum est, quia velandi causa obsparetur, sive obijceretur. *Donat. vel alius quispiam in prol. Ter.* Aulæa in scena in terra sternuntur, quod pictus ornatus erat ex Attalica regia Romam usque perlatus, pro quibus siparia ætas posterior accepit. Est autem minutum velum, quod populo obstitit, dum sabbularum actus commutantur. *Cic. de Prov. Conf. c. 6.* Quibuscum jam in orchestra helluatur, antea post siparium solebat.

Siphnius, a, um, ad Siphnon insulam pertinens, ut Siphnius lapis, apud *Plin. l. 36. c. 22.*

Siphnos, t. 2. *Sifano*, inf. maris Ægæi, una Cycladum, cum urbe satis ampla in colle. *Plin. l. 4. c. 12.*

Sipho, onis, m. *cannone*, *canale*, *צינור*, Ger. *eine rohre*, Gal. *tuyau*, Hisp. *aguatocho*, *atenor*, *σιφος*, fistula, seu canalis, unde aqua effluit. *Col. l. 3. c. 10.* Naturali enim spiritu omne alimentum virentis quædam anima per medullam: trunci veluti per siphonem, quem diabetem vocant mechanici, trahitur in summum. *Plin. l. 2. c. 65. de aqua in summis, jugis erumpente.* Quo spiritu acta, & terræ pondere expressa siphonem modo emicat. *Plin. ep. 43. l. 10.* Et alioqui nullus usquam in publico siphno, nulla hama, &c. Loquitur de instrumento adversus incendium comparato, quod altissime in ipsa usque ædium fastigia aquam exprimit & ejaculatur. *Juvenal. Sat. 6. v. 309. de urina longorstræu emissis.* Effugietque Deæ longis siphonibus implent.

Siphunculus, i, m. *σπιφύνκιον*, exigua fistula ex ære, vel marmore, aliave materia, per quam aqua exilit et fonte, dimin. a siphno. *Plin. l. 3. ep. 6.* A siphonio aqua siphunculis effluit. ¶ Legitur & *sipunculus*.

Sipo, as, a. i. jacio, disjicio. *Fest. in Profopia.*

Sipolindrum, i, n. nomen ficti aromatis, joculariter usurpatum a coquo apud *Plaut. Pseud. 3. 2. 43.*

Sipontum, n. 2. *Siponto*, col. & urbs exc. Apuliam Dauniam, in ora lit. ad rad. Gargani M. Condita fuit a Diomede, & everta a Saracenis. *Plin. l. 3. c. 11.* ¶ A *Silio l. 8. v. 636.* dicitur *Sipus*, *untis*. ¶ Sipontinus, i, qui est ex Siponto. Hoc nomine sæpe laudatur Nicolaus Perortus Siponti Episcopus, qui commentarium linguæ Latinæ edidit, titulo *Cornuopie*.

Sipus, V. Sipontum.

Sipyliæus, vel Sipyliæus, a, um, adject. a Sipylo, ut Sipyliæa genitrix, h. e. Niobe, apud *Stat. l. 5. Silv. l. v. 33.* ubi alii legunt *Sipylea*.

Soranus, i, m. Ditis, seu Plutonis cognomen, a σορῆς, *loculus, sepulchrum*. Aliqui censent dictum esse a Sora oppido ad Soractem montem sito, quod *Plin. l. 2. c. 20.* tradit, eo in tractu tam peltiteros spiritus exhalari, ut avibus sint lethales, unde videri posse Plutonem dictum esse Soranum non dissimili ratione ab ea, qua Avernum pro Inferis Poetae acceperunt. *Servius*.

Sorbio, es, hui, bitum, vel pfi, ptum, a. 2. *sorbire*, ג'ו, Ger. *suffen*, *sursuffen*, Gal. *humer, avaler*, Hisp. *sorber*, ג'ו, aliquid liquidum deglutio. Factum est vel a vocis sono, quem tacuit, qui sorbet, quod *Varro. l. 5. de L. L.* tradit, vel a Graeco ejusdem significationis verbo *σώβω*. *Plin. l. 7. c. 53.* ap. Sauteris, cum a balneo reversus mulsum bibisset, acumque sorberet. *Id. l. 22. c. 23.* His, qui coagulum lactis forbuert. *Virg. 3. En. de Scylla & Charybdi.* imo harabari ter gurgite vasto sorbet in abruptum fluctus. ¶ Simul flere & sorbere haud facile, proverb. apud *Plaut. Mostel. 3. l. 104.* quo significatur, difficile duas res uno eademque tempore peragi posse. ¶ Translate sorbere sumitur pro avidè desiderare, seu praepropera spe devorare. *Cic. Phil. 11. c. 5.* Quem arguitem, quam voraginem, quid eum non sorbere animo, quid non haurire cogitatione, cujus sanguinem non bibere cenitis? ¶ Item pro pertere. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 9.* Ut ejus ista odia non sorbam solum, sed etiam concoquam. ¶ Item pro delere, auferre. *Sil. l. 4. v. 578.* Cruor vestigia sorbet. idest ita replet vestigia, ut non cognoscantur. ¶ Sorberi navigia dicuntur, cum mari remantur. *Senec. ep. 4.* Eodem die, ubi luserunt, navigia sorbentur. ¶ Praetertim sorbi legitur in compositis. *V. Absorbeo.* Sed & in ipsa simplici legi apud Veteres, testis est *Diomed. l. 1. pag. 363. Pufc. & Charif. l. 3. pag. 217.*

Sorbilis, & le, o. 3. γ'ο, quod tacite sorbetur. *Col. l. 8. c. 17.* Quicque sunt cibi sorbilibus proximi, ut mulctra recens caesus. Adde *Cels. l. 4. c. 3.*

Sorbillo, as, a. 1. *bere a zinzinni*, ἀπορροβῶ, minutim, & paulatim sorbeo, parum, sed frequenter sorbeo. *Ter. Adelph. 4. l. 53.* Et cyathos sorbilans, paulatim hunc prodecum diem. *Apul. l. 2.* Sorbillat dulciter.

Sorbillum, i, n. ἀπορροβῶμα, potiuncula sorbitionis apta. *Plaut. Fax. l. 1. 185.* Hem, mihi iam video propter te victitantum sorbillo.

Sorbio, onis, t. γ'ο, sorbeni actus. *Pers. sat. 4. de Socrate.* Sorbitio tollit quem dira cicuta. ¶ Metonymice ponitur pro eo, quod sorbetur, pro jusculo ad sorbendum preparato. *Col. l. 6. c. 10.* Factaque sorbitio pro cornu infunditur. *Cels. l. 4. c. 7.* Ergo primis diebus danda est sorbitio pitanae, vel alicæ, vel orizæ.

Sorbium, ii, n. jusculum sorbendo aptum, sorbillum. *Seren. Sammonic.* Sorbitiuncula, iæ, f. parva sorbitio. Est *Marcelli Empir. c. 10. ante med.*

Sorbium, i, n. *sorba*, ג'ו, sorbi arboris fructus, similis piro, quod etiam malum sorbum appellatur, cui magna vis inest ventrem sitendi. *Ca. 10. c. 7.* Sorba in lupa cum vis condire, vel ficcare, viridia facias. *Col. l. 5. c. 10.* Et mala sorba, pruna, post mediam mensem usque ad Idus Feb. ferito. *Marcial. l. 13. ep. 26.* Sorba sumus molles nimium durantia ventres.

Sorbus, i, f. *sorbo*, ג'ו, genus arboris proceræ. *Plin. l. 16. c. 18.* Aquosus montibus gaudet acer, fraxinus, sorbus, tilia, cerasus.

Sordio, es, n. 2. *effere sordio*, ג'ו, Ger. *verunfluchen*, Gal. *être sale*, Hisp. *ensuzajarse*, ג'ו, sordidus sum. *Marcial. l. 1. ep. 32.* Dum nulla teneri sordet lanugine vultus. ¶ Translate ponitur pro contemni, vilem existimari. *Liv. l. 4. c. 25.* Adeo se suis etiam sordere, nec a Plebe minus, quam a Patribus contemni. *Virg. Ecl. 2.* sordent tibi munera nostra.

Sordes, is, t. 3. *sorcizia, bruttura*, ג'ו, Ger. *verunfluchen*, Gal. *ordure*, Hisp. *suzajada*, immunditia. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 57.* In sordibus aurium tanquam in visco inhæresceret. *Horat. l. 1. ep. 2.* auriculas collectæ sordè dolentes. ¶ Translate dicitur de infima plebe urbis. *Col. Agr. l. 1. ep. 13.* Apud bonos iidem sumus, quos reliquisi, apud sordem urbis, & tæcem multo melius nunc, quam reliquisi. ¶ Item de ægritudine, mœstia, squalore, qualis in lugentibus, & in reis cernitur. *Cic. l. 14. Fam. ep. 2.* Te nunc, mea Terentia, sic vexari, sic

lic jacere in lacrymis, & fordibus. *Quintil. l. 6. c. 2.* At fordes, & squalores, & propinquorum quoque similem habitum scio profuisse. ¶ Item de immoderata parvitas, & de avaritia, minimis etiam rebus luctum captante. *Cic. Q. Fr. l. 1. ep. 1.* Scrutari te omnes fordes, excutere unumquemque eorum. *Id. pro Plac. c. 3.* Nullum huius in privati rebus factum avarum, nullam in re familiari formam posse proferri. *Juven. sat. 1. v. 139.* Sed quis feret istas luxuriae fordes? idest summam prodigalitatem cum insigni avaritia conjunctam. ¶ Per concitium quoque de homine flagitioso, & dedecori pleno haec vox adhibetur. *Cic. in Pison. c. 26.* O tenebrae, o luctum, o fordes, o paterni generis oblite, materni vix memor! ¶ *Sordis* in singulari casu recto usurpavit *D. Ambrosius*.

Sordesco, is, n. 3. *divenire sordido*, סרסר, Ger. *vuust vuerden*, Gal. *devenir ord*, & *sale*, Hisp. *ensuziarse*, *σρζαίνωμαι*, sordidus fio. *Hor. l. 1. ep. 20.* Contractatus ubi manus fordescere vultu cœperis. *Plin. l. 11. c. 12. de mella:* Nunc vero e tanta cadens altitudine, multumque, dum venit, fordescens.

Sordidula, ae, f. parva fordes. *Marcell. Empir. c. 8.*
Sordidatus, a, um, qui vestibus, & corpore sordido est, quales erant rei delati, qui eo tempore, quo nec absoluti, nec damnati erant, & eorum etiam propinqui, & affines, non capillos, aut barbam tondent, non candida, sed obsoleta, triaue veste uti solebant. *Cic. in Pison.* Nec minus lætabor, cum te semper sordidum, quam si paulisper sordidatum viderem. *Sordidum* dixit vilem, & abiectum, ac sine ullo vitæ nitore; *sordidatum* autem, accusatum, & reum. *Id. post red. in Sen.* Cum innumerabilis multitudo bonorum de Capitolio supplex ad eum fordidata venisset. *Plaut. Afric. 2. 4. 99.* Quamquam ego sum sordidatus, frugi tamen sum. ¶ Est etiam idem ac fordisbus maculatus. *Sidon. l. 3. ep. 13.* sordidatissima conscientia.

Sordide, adv. *sordidamēte*, *σρζαίνω*, cum fordisbus, immunde. *Cic. Attic. l. 15. c. 2.* Antonium sordide concionatus. *Lamprid. in Eliogab. c. 33.* Sordidissime pro plateas tractus est. ¶ Translate sumitur pro avaro. *Cic. 2. de Or. Si asperere, si arroganter, si turpiter, si forside, si quoquo animi vitio dictum esse aliqui videatur. Plin. l. 3. ep. 9.* Proconulatum, sed forside, dixerat. ¶ *Sordide* nasci, est humillimis natalibus nasci. *Auctor Dial. de Orat. quem alii Quintil. alii Tacito tribuunt, c. 8.* Quo fordidus, & abiectus nati sunt, quo &c.

Sordido, as, a. 1. *sporcare*, *σρζαίνω*, sordidum facio, *σρζαίνω*. *Lactans. de ira Dei, c. ult.* Templum cordis non fumo, non pulvere, sed malis cogitationibus sordidatur. *Sidon. carm. 23. v. 349.* Moto pulvere fordidus aer.

Sordidulus, a, um, diminut. a fordidus. *Plaut. Pæn. 1. 2. 58.* Servulorum fordidulorum scorta diabolata. *Juvenal. sat. 3. v. 149.* Si toga fordidula est.

Sordidus, a, um, *sordido*, *sporcato*, *σρζαίνω*, Ger. *unstatig*, Gal. *ord*, & *sale*, Hisp. *suzio*, *σρζαίνω*, fordisbus intectus, inquinatus, immundus. *Marcial. l. 1. ep. 104.* Sordidior toga. *Cic. 3. Tusc. c. 23.* Saepe est etiam sub palliolo sordido sapientia. ¶ Translate ponitur pro vili, ignobili, egente. *Liv. l. 21. c. 26.* Unus inventus est suavor legis C. Terentius Varro, qui priore anno Prator fuerat, loco non humili solum, sed etiam sordido ortus. ¶ Item pro turpi, inhonesto, indecoro. *Cic. 1. Off. Illiberales autem, & sordidi quæstus mercenariorum, omniumque, quorum operæ, non quorum artes emuntur. Id. 2. Off. Id cum periculosum ipi est, tum etiam sordidum ad tamam, committere, ut accusator nominare. ¶ Item pro avaro, tenaci, ex rebus vilissimis quæstum captante. Cic. 3. Fin. Quis non odit sordidos, varios, leves, futiles? Hor. l. 2. od. 16. Nec leves somnos timor, aut cupidido sordidus autere, idest avaritia. ¶ Item pro mendaci, impuro, obsceno. *Tibull. l. 3. el. 7.* Aut fasilat blanda sordida lingua fide. ¶ Item pro barbaro inculto, impolitico. *Quintil. l. 8. c. 3.* Quædam habes, fordidæ, jejuna, tristis, ingrata, vilis oratio est. ¶ *Sordidæ* voces appellantur a Grammaticis, quæ a vulgo tantum, & infimis hominibus usurpantur. *Gell. l. 16. c. 7.**

Sordidus, inis, f. *σρζαίνω*, idem ac fordes. *Plaut. Pæn. 5. 2. 10.* Ut mihi absterferent omnem sorditudinem.

Sordulentus, a, um, adject. sordidus. *Tertul. de Pænit. c. 11.* Sordulentus, illoratus.

Sorex, icis, m. *sores*, *σορα*, סרסר, Ger. *Spitzmaus*, Gal. *soavis*, Hisp. *raton*, *μῦς ποικίλος*, & *ἀγροῦ μῦς*, & mus Ponticus, vel sylvestris. Differt a mure domestico magnitudine, & quia clarus strepit. Sed sæpe hæc nomina contumeliantur. *Col. l. 12. c. 31.* Si sperens, aut mus, forexque in multum ceciderit, *Id. l. de arb. c. 15.* Vites, quæ secundum ædificia sunt, a forsicibus, aut muribus infestantur. ¶ *Soricum* occentia auspicia dirimebantur. *Plin. l. 8. c. 57.* ¶ *Sorex* suo indicio perit, proverbialis Metaphora est, qua utimur, quoties significare volumus quem piam a se ipso proditum esse, cui vel imprimis expediebat cautissime latere. *Ter. Eun. 5. 7.* Egomet meo indicio, miser quælibet forex, hodie perii.

Soricinus, a, um, *σορικός*, *σορικός*, quod est forcis. *Plaut. Bacch. 4. 8. 48.* Confoffiore me te faciam soricina nenia. V. *Confoffius*.

Soriculata vestis, videtur fuisse in qua lineæ intextæ repræsentabant quodammodo soricum figuram, a *soriculus*, quod a *sores*. Sane ut a vermis vermiculus, unde opus vermiculatum, sic a *sores* forculus, atque inde analogice vestis forculata. Favet opinioni, quod Plinius jungit veli undulata, cui nomen inde, quod textura undas imitetur. Secundum Becmanum erat vestis variis coloribus conferta. Ita enim vocari conjectat a copia colorum, & plicarum, nempe a Græco *σώρος*, vel *σώροισ*, quo acervus, ac rei alicujus copia signatur. *Turnebus l. 23. c. 19.* testatur, in veteribus libris legi *soriculata*, & *soresolate*, ac vocari ita cenet vestes furis, & latioribus regulis virgatas, ut ita dicantur quasi furo regulatæ, a *furo*, unde *furculus*, & *regula*. Sunt, quibus ita vocari placet vestes ex lino, & sparco confertas, & a conferendo quasi ferulatas dici. *Plin. l. 8. c. 48.* Undulata vestis primo e lautissimis tuit, inde forculata deluxit.

Sorites, æ, m. *σορῖτες*, argumentatio, quæ multas ratiocinationes acervatim convolvit, atque complectitur, a *σώρος*, *acervus*, quia pronuntia multa accumulata. Acervum similiter Perlius appellat *Sar. ult. in fine*. Fuit propria argumentatio Stoicorum, & originem habuit a Chrypsio Philosopho Stoico. *Cic. 2. de Divin. c. 4.* Aut quo modo sortis refutatur, quem, si necesse sit, Latino verbo liceat acervalem appellare. Sed nihil opus est. Ut enim ipsa Philosophia, & multa verba Græcorum, sic sortis fatis Latino sermone tritus est. *Id. 4. Acad. e. 16.* Et primum quidem hoc reprehendendum, quod captiosissimo genere interrogationis utuntur: quod genus minime in Philosophia probari solet, cum aliquod minutatum, & gradatim additur, aut demitur. Soritas hos vocant &c.

Sorix, icis, f. *σώρις*, avis genus, quæ etiam faurix dicitur, ut corus, & taurus, a Græca voce allata. *Marius Victorinus l. 1. extremo cap. de Orsogr.* Sorix, aut faurix, avis tributa Saturno ab Auribus, quia tarditati, & vetustati, & senectuti convenit. Nam & in veteranis maxime veritatur locis, & nocturno est, & noctis maxime primæ, & *Tem. 11.*

quia tempeffatis nuntius, atque index parci Iaris. *Plin. l. 10. c. pen.* Sorices, & ardeolæ invicem fatibus insidiantes. Aptius tamen hoc loco de forsicibus terrestribus intelligitur: nam *Plinius* loquitur de diffiduis avium cum terrestribus animalibus. Itaque hanc vocem plerique Lexicographi merito prætermisunt.

Soror, oris, f. *forella*, סררה, Ger. *schwester*, Gal. *soeur*, *bermana*, אהל-פיה, mulier, quæ ab iisdem genitoribus, a quibus ego, procreata est. *Virg. 2. Geor. Panaque*, Sylvanumque senem, Nymphalique foreres. *Cic. pro Mil. c. 27. de Clodio:* Eum, quem cum forere germana nefarium stuprum fecisse, L. Lucillus juratus fe quæstionibus habitis dicit comperisse. ¶ *Soror*, absolute, vel *foror Phabi*, est Luna, seu Diana. *Ovid. 3. Fast.* Signaque, quæ longo frater percreant Anno, ire per hæc uno mense foreris equos? *Id. 15. Met.* Mota foror Phabi gelidum de corpore fontem fecit. ¶ *Soror* item, est Philomela apud *Ovid. 2. Fast.* Et foror, & Progne, Tereufque duabus iniquis. ¶ *Sorores* doctæ, & novem foreres, sunt Musæ. *Ovid. l. 2. Trist. el. 1.* Doctas odissim jure Sorores. *Id. l. 5. el. 12.* Pace novem liceat vestra dixisse Sorores. ¶ Item *Parce* foreres dicuntur. *Hor. l. 2. ode 3.* Dum res, & ætas, & Sororum filatrum patiuntur atra. *Marcial. l. 6. ep. 58.* Si mihi lanificæ ducunt non pulla Sorores stamina. ¶ Item *Furæ*. *Ovid. 10. Met.* Nec metues atro crinitas angue foretes? ¶ Translate accipitur pro simili, & quasi gemella. *Plin. l. 13. c. 4.* Minus speciosæ, sed saporæ caryotarum foreres, ob hoc adelphides dicitæ. Sic lævam manum dextra forerem appellat *Virg. in Moreto, v. 28.* Et *Plaut. in Pæn. 1. 3. 9. V. Frater.* ¶ Sororum nomine, ut & fratrum, interdum significantur scorta, seu amabæ, quæ turpi conforitione junctæ sunt. V. *Frater*.

Sororella, i, diminut. parva foror. *Plaut. in fragment. Clitellaria.* Germanica mæda fororcula.

Sororicida, æ, com. qui forerem occidit. *Cic. pro Domo, e. 10.* Quid? de me quod tulisse te dicis, parricida, fratricida, fororicida, nonne extra ordinem tulisti?

Sororiculata vestis. V. *Soriculata*.

Sororio, as, n. 1. cresco duarum fororum geminarum instar. *Fest.* Sororiarie mammæ dicuntur pellarum, cum primum tumescunt, ut fratriculare puerorum. *Plautus in Fricularia?* Tum papillæ primum fororiabant: illud volu dicere, fraterculabant. *Plin. l. 35. c. 6.* Mammæ fororiantes, præcordia, maciemque corporis piscinæ magis corrigunt.

Sororius, a, um, quod ad forerem spectat. *Cic. pro Sex.* Qui enim in ejusmodi vita nervi esse poterunt, hominis fraternus in flagitiis, fororitis stupris, omni inaudita libidine intamis? ¶ *Oscula* fororia, idest casta, & pudica, qualia foreres decent. *Ovid. 4. Metam. v. 334.* Pofcenti Nymphæ sine sine fororia saltem Oscula. ¶ *Sororium* tizillum, locus Romæ sacer in honorem Junonis, ubi M. Horatius pug jugum missus, a cade fororis expiatus est. Erat in angiportu, quod ferebat a Carinis deorsum ad Cyprium angiportum, ubi aræ erectæ stabant, & lignum supra eas transversum, duobus parietibus inter fe adversis infixum, quod capiti excentium imminet. *Liv. l. 1. & Festus.* ¶ *Sororia* cœna dicitur a *Plaut. Cursul. 5. 2. 60.* quæ ob repertam soro em celebratur. ¶ *S-quiore* ævo *fororius*, ii, dicitur est maritus fororis mæx, *cognato. Inscrip. apud Gruter. pag. 1052. n. 11.* Cognatus dulcissimus Sororio amatissimo.

Sors, oris, f. *forte*, סררה, Ger. *gluckfall*, Gall. *fort*, Hisp. *suerte*, *αλγος*, fortuitus alicujus rei eventus, id, quod cuique accidit in sortiendo. *Cic. 2. de Divin. c. 41.* Quid enim fors est? Idem propemodum, quod micare, quod talos jacere, quod teleras. Quibus in rebus temeritas, & casus, non ratio, nec consilium valet. Tota res est inventa fallacis, aut ad quæstum, aut ad superstitionem, ut id errore. *Id. Attic. 2. ep. 22.* Quod fors obtulerit, id acturus videatur. *Id. 1. Perr.* Accufavi eum, quicum Quæstor tueram, quicum me fors, consuetudoque majorum, quicum me Deorum, hominumque judicium conjunxerat. *Virg. Ecl. 9.* Sors omnia verfat. ¶ *Inter fortem*, & *fortes* inter est, quia *fortis* est sortitio, *fortes* sunt fortis instrumenta, idest telluræ quædam, seu talcolæ lignæ inscriptæ. *Cic. l. 1. de Div. c. 34.* Simia, quam Rex Molossorum in deliciis habebat, & fortes ipsas, & cætera, quæ erant ad sortem parata, disturbavit, & aliud alio dissipavit. *Id. ib. l. 2. c. 4.* Sortes, quæ pueri manu mifcentur, & tolluntur. V. ibi multa de origine sortium Prænelinarum, & de fortunæ æde Præneste posita. ¶ Usurpatur tamen & in ling. numero fors pro tessella, quæ sorte ducitur. *Cic. pro Ligur. c. 7.* Tuberonis fors coniecta est S. C. cum ipse non adesset. h. e. tabella nomine Tuberonis inscripta in urcum missa est. *Id. Att. 1. ep. 19.* Cum de Confularibus me prima fors exisset. ¶ Sorte ducere aliquem, *trari a sorte. Virg. 2. Æn. v. 205.* Ductus Neptuni forte sacerdos. ¶ Ducere sortem, vel fortes, idem est ac sortiri. *Virg. 6. Æn. v. 22.* Stat ductis fortibus urna. *Id. 9. Æn.* Ducere sortem prædæ. ¶ Conjicere provincias in sortem, *metere illa sorte. Liv. l. 35. c. 1.* Tum prætorum provincia in sortem coniecta. ¶ *Sorte*, in iexto casu, a *forte*, *casuado la forte, Cic. 4. Verr.* Verris forte provincia Sicilia obvenit. *Id. Fam. 11. ep. 20.* Sorte aliquid alicui assignare. *Et Fam. 8. ep. 8.* Sorte in provincias proficisci. ¶ Extra sortem, *senza casu la sorte. Cic. Verr. 4.* Renuntiare extra sortem. ¶ *Poete* usurpant *forti* pro *forte*, quod fit ne ablativus casus, an dativus, an adverbialiter positum, ut vult *Servius*, videntur Grammatici. *Virg. 4. Geor.* Sunt, quibus ad portas cecidit victoria forti. *Silius l. 7. v. 368.* Quis tum cecidit victoria forti. ¶ Saepe fors accipitur pro statu ac conditione cuiusque. *Horat. l. 1. sat. 1.* Sua forte nemo contentus vivit. *Suet. in Aug. c. 19.* Ultima fortis homines. *Horat. l. 4. od. 11.* Telephum, quem tu petis, occupavit non tuæ fortis juvenem puella. ¶ Dicitur etiam de oraculis, seu responfis, seu ymaginibus, in quibus responfa inscripta continebantur. *Valer. Max. l. 1. c. 6.* Retulerunt præcipi fortibus, ut aquam eius lacus emiffam, per agros distunderent. *Virg. 4. Æn. Lycic fortis. h. e. Apollinis oraculum.* ¶ Item de fato, seu fatali necessitate. *Virg. 2. Æn. Hic exitus illum forte tulit. Ovid. l. 5. Trist. el. 3.* Me quoque (si fas est exemplis ire Deorum) terrea fors vitæ, difficillique premit. ¶ Item pro hereditate, patrimonio. *Fest.* Sors & patrimonio significat, unde confortes dicimus, & Dei responsum, & quod cuique accidit in sortiendo. *Liv. l. 1. c. 34.* Puerio in nullam sortem bonorum nato. ¶ Item pro summa, sive capite, & prima pecunia, quæ contetur in societatem, vel fœnori datur, ut inde lucrum fiat, *si capiale. Plaut. Moell. 3. 1. 34.* Qui mihi neque fœnus, neque sortem argenti danunt. *Ulp. l. uxori, ff. de usu, & usufr. leg.* Fœnus quoque sortium, quas deinceps collocavit. ¶ Item pro progenie. *Ovid. 6. Fast. de funane:* Si genus aspexit, Saturnum prima parentem feci, Saturni fors ego prima tui, ¶ *Legitur & fortis* in recto casu pro *fortis. Plaut. Caf. 2. 6. 28.* Vide, ne qua illic inest alia fortis bus aqua.

Sorsum pro forsum quidam auctoritate MSS. legunt apud *Plaut. Epid. 3. 3. 21.* In ædiculam istam forsum concludi volo. Et apud *Caesul. ep. 20. in rapacem viatorem.* Manumque forsum habebis; hoc tibi expedit.

Editi libri plerumque habent *seorsum* : neque obstat ratio carminis nam dæ vocales per *σὺδῶν* in unam coalescent.

Sorticella, æ, f. i. *κληρίδιον*, dimint. a *fortis*. *Suet. in Ner. c. 21.* Sorticulaque in urnam cum cæteris demissa, intravit ordine suo.

Sortilegium, ii, n. *Sortilegio*, *χρησμομαντεία*, rei futuræ per fortes & superstitionis observationes exploratio. Usus *Plinius l. 28. c. 4.* cuius titulus est: De quibusdam sortilegiis, & saliva hominis.

Sortilèges, i, m. *Sortilego*, *fortiere*, *χρησμομαντής*, qui ductis fortibus prædicit futura, sive quæstus sui gratia se prædicere simulat, a *forte* *legenda*. *Cic. i. de Divin. c. 58.* Nunc illa testator, non me sortilegos, neque eos, qui quæstus causa hariolentur, ne ptychomantia quidem, quibus Appius amicus uti solebat, agnoscere. ¶ Adjective *Horat. de art. poet. v. 219.* Sortilèges non discrepuit sententia Delphis.

Sortio, is, a. 4. idem ac fortior. *Varro apud Non. c. 7. n. 22.* Cum venentio Cenores, inter te fortiant. *Plaut. Caf. 2. 6. 43.* Tibi permitto, tute forti.

Sortior, iris, d. 4. *sortire*, *far le sortis*, *cavare a sorte*, *Ger. Iosfen*, *Ioff ueriffen*, *Gal. siver au sure*, *Hisp. sortear*, *καρχαρω*, *κληρω*, fortes duco, sortitionem facio, sorte eligo. Variè constituitur. *Plaut. Caf. 2. 5. 34.* Coniungam fortes in cistellam, & fortiar tibi, & Chalino. *Virg. 3. Æn.* Sternimur optatæ gremio telluris ad undam, sortitii remos. Ubi *Serv.* Sortitii remos, per sortem divisi ad officia remigandi, quis esset prorsuta, qui pedem teneret. *Cic. in Verr. 2.* Cum Prætores designati fortirentur, Q. Metello obtigit, ut is de pecuniis repetundis quæreret. *Id. Att. l. 1. ep. 10.* Prætores nondum sortiti sunt provincias, h. e. provincias inter se sorte diviserunt. *Id. l. 1. Fam. ep. 9.* Se se fortitorem esse cum Collega provinciam. *Id. ad Q. Fr. l. 2.* Sententiam dixit, ut ipse iudices per Prætorum Urbanum fortiretur. h. e. per sortem eigeret. *Id. pro Cluent.* Sortiri ad pœnam, & hominum delictum fortunæ iudicio committere minime Cenforium est. *Id. i. de nat. Deor.* Hoc est non considerare, sed quali fortiri, quid loquere. *Tacit. 2. his. c. 41.* Dum legiones de ordine agminis fortituntur. ¶ Accipitur etiam per sortes aliquid recipere, sorte aliquid consequi, obtinere. *Cic. 6. Phil.* Quorum sua lege, qua cum C. Cæsare Magistratum sortitus est, suffragium fultulit. ¶ Translate usurpatur pro accipere quocunque modo. *Lactant. l. 7.* Unde apparet, hominem, qui eo utitur, immortalem sortitum esse conditionem. *Hor. l. 1. sat. 6.* Sortiri amicum. ¶ Per Catachresim accipitur pro disponere. *Virg. 3. Æn. v. 375.* Sic fata Deum Rex fortitur, volvitque vices. ¶ Item pro substituere, subministrare. *Virg. 3. Georg.* Et fobolem armento fortire quotannis.

Sortis, V. *Sors* in fine.

Sortitio, onis, f. *Sortitione*, *κληρωμακία*, actus fortitendi. *Cic. pro Cluent. c. 46.* Ut, si a multis esset flagitium rei militaris admittum, sortitione in quosdam animadverteretur. *Id. Q. Fr. l. 2. ep. 1.* Sortitionem facere.

Sortitio, adv. a *sorte*, *Ger. durch das loff*, *Gal. en tirant au sort*, *Hisp. fortuando*, *κληρω*, *κατα κληρω*, ex sorte, per sortem. *Cicer. 4. Verr. Quæ in annos singulos Jovis Sacerdotem sortito capi jus erat. Cal. Cic. l. 8. Fam. ep. 8.* Eos sortito in provincias mitti placere. ¶ Interdum accipitur pro naturaliter, vel occulta quadam fati ratione. *Hor. epod. 4. Lupis*, & agnis quanta sortito obtigit, tecum mihi discordia est.

Sortitor, oris, m. *κληρωτήρ*, qui sortitur. *Sen. in Troade v. 982.* Et iniq̄ue ferus sortitor uræ.

Sortitus, us, m. idem ac fortitio. *Cic. pro Domo c. 19.* Quid si etiam pluribus de rebus una sortitio retulisti? *Virg. 3. Æn. v. 323.* Quæ sortitus non pertulit ullos.

Sortitus, a, um, nom. partic. a *sortior*. *Vellei. l. 2. cap. 59.* Sortitus Macedoniam. ¶ Passivè *Amian. l. 18. c. 6.* Morum probitate spectata sortita conjuge, liberisque fuscceptis. *Cic. l. 4. Attic. ep. 16.* Ab his consiliis, quæ erant omnibus sortita. h. e. forte data.

Sory, yos, n. genus Chalchitidis lapidis, quod in Ægypto optimum effoditur, ritu pingui ter nigrescens, & spongiosum, odoremque habens adeo stomacho contrarium, ut quibusdam olfactu modo vomitiones moveat, cæterum curationi oculorum utile. *Plin. l. 34. c. 12.*

Sos, eos, vel suos. *Ennius apud Fest.*

Sosianus, cognomen Apollinis, cuius statua cedrina fuit Romæ, ex Se-leucia advecta: dictum a *σώω*, servo. *Plin. l. 13. c. 5.*

Sospes, itis, com. *fano*, *esalvo*, *שׁוּפֵס*, Germ. *unverletzt*, *Gal. sauve*, *Hisp. salvo*, *σωω*, salvus, incolumus. *Liv. l. 5.* Sospiteque omnes Romam ad propinquos reitituit. *Hor. lib. 1. od. 36.* Vix una sospes navis ab ignibus. ¶ Non solum qui servatur, idest salvus est, sospes dicitur, sed etiam qui servat. Unde *Ennius sospitem pro servatore posuit*, teste *Fest.*

Sospita, æ, f. *σωπυρα*, servatrix. Hinc Juno Sospita apud Lanuvinos. *Cic. i. de nat. Deor. c. 29.* Tam hercle, quam tibi illam vestram Sospitam, quam tu nunquam, ne in somnis quidem vides, nisi cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo, cum calceolis repandis. At non est talis Argiva, nec Romana Juno. *Id. l. 1. de Divin. c. 2.* Quin etiam memoria nostra templum Junonis Sospitæ L. Julius &c.

Sospitalis, & le, o. 3. *σωπυρα*, quod sospitem facit. *Plaut. Pseud. 1. 3. 18.* Quis est, qui moram occupato molestam obtulit? P. Qui tibi sospitalis fuit.

Sospitalitas, aris, f. salus, incolumitas. *Macrob. l. 1. Saturn. c. 7.* Victores Romani ad spectacula Dei sospitalitatis rediit. Al. leg. sospitalis.

Sospitas, atis, f. felicitas, incolumitas, prosperitas. *Macrob. l. 1. Saturn. c. 17.* Apollinem, modo sospitatem, modo pestem significantibus cognominibus adoramus.

Sospitator, oris, m. *σωπῆρ*, servator, a *sospes*. *Apul. l. 9. Metam.* Unus ex his, de cælo scilicet missus mihi sospitator.

Sospitatrix, icis, f. servatrix, ut Dea sospitatrix, *Apul. l. 11. Metam.*

Sospito, as, a. 1. *conferuare sano*, *salvo*, *שׁוּפֵס*, Germ. *gesund erhalten*, *Gal. sauer*, *Hisp. salvar*, *librar*, *σωω*, incolumem servo, salvo. *Liv. l. 1. c. 16.* Uti volens propitius suam semper sospitet progeniem. *Plaut. Aulul. 3. 6. 10.* Diu plus, piusque sospitem istuc quod nunc habes.

Sotades, is, m. *σωπῆδης*, Poeta Maronites, turpissimi illius carminis auctor, in quo omnes nefandarum libidinum referuntur species. Hoc carmen sumpto nomine ex argumento *Cynodis* inscriptum. *Suid.* Frag-menta quædam adhuc leguntur apud *Stobæum*. Hinc *Martial. l. 2. ep. 86.* ipsum Sotadem cinadum appellat.

Sotadeus, a, um, adject. a *Sotade*, ut Sotadeum carmen. *Quintil. l. 1. c. 8. & l. 9. c. 4.* ¶ Quibus autem pedibus hoc carmen conilet, V. *Grammaticos*.

Sotadicus, a, um, adject. Sotadeus, ut Sotadici versus, *Plin. l. 5. ep. 3.*

Soter, eris, m. vox Græca, quæ idem est ac servator, *Σωτήρ*. *Cic. 4. Verr. c. 63.* Eum non solum patronum istius insulæ, sed etiam Sotera inscriptum vidi, &c. is enim nimirum soter, qui salutem dedit.

Soteria, orum, n. pl. munera, a quæ convallescentibus, & a morbo, aut aliquo servatus periculo ab amicis mittebantur. *Martial. l. 12. ep. 56.* Nam quoties surgis, soteria pœsis amicos. ¶ Soteria etiam dicuntur vota, vel sacrificia pro salute amici perfoluta. Unde *Statius l. 2. Jvi. 4.* carmen gratulatorium, quod pro restituta Rutilio

Gallico salute cecinit, inscriptis *Soteris*.

Sotericus, i, m. artifex lignarum valde rudis, unde Soterici lectus ponitur pro impolito, & nulla arte factis. *Senec. in epist. apud Gall. l. 1. c. 2.* Qui hujuscemodi verfas amant, liqueat tibi, eisdem admirari & Soterici lectus.

Sozûfa, æ, *σώσσω*, herba artemisia, seu ferpyllum majus. *Apulei. de herb. cap. 10.*

S A N T E P.

Spacium, V. Spatium.

Spadicarius, ii, m. qui spadice calore inficit. *Jul. Firmic. l. 3. c. 7.*

Spadicum, i, n. idem quod spadix. *Amian. l. 24. c. 3.* Termites, & spadica cernit assidua, quorum ex fructu mellis, & vini conficitur abundantia.

Spadix, icis, m. *σπαδικία*, *σπάδιξ*, proprie significat ramum palmæ cum fructu ab arbore avulsam, teste *Gell. l. 3. c. 9. & l. 2. c. 26.* ¶ Hinc ponitur pro colore fructum eius arboris referente, qui Italis colitur *basjo*, Latinis etiam Phæniceus dicitur. *Gell. l. 2. c. 26.* Rutilus, & spadix phæniceo *σπαδικόν*, qui factus Græce noster est, exuberantiam splendoremque significat ruboris, quales sunt fructus palmæ arboris non admodum sole incocti. *Virg. 3. Georg. v. 81.* de eorum coloribus: honeſi Spadices, glaucique, color deterimus albis. ¶ Est etiam spadix instrumentum quoddam musicum, cuius meminit *Pollux l. 4. c. 10.* sed non describit. *Quintil. l. 10. c. 10.* Pſalteria, & spadices etiam virginitus probris reculanda.

Spado, onis, m. *eunucio*, *כַּרְסִי*, *Ger. verschnittner*, *Gal. chatte*, *Hisp. castrado*, *σπάδων*, ille, cui testes, & cremasteres, hoc est musculi duo, a quibus testes sursum trahuntur, evulsi, extractique sunt, vel distorti, excisi, contusi. *Plin. l. 11. c. 87.* Defluvium capillorum in spadonibus non visum. ¶ Translate spadones dicuntur surculi infrugiteri, seu qui nihil afferunt. *Col. l. 3. c. 10.* Ejusmodi furculos, qui nihil attulerint, spadones appellant.

Spadonatus, us, m. *Eunucibino*, conditio castratorum. *Tertull. l. 2. de cultu fam. c. 9.* Se spadonatus assignant propter regnum Dei.

Spadonius, a, um, quod ad spadonem spectat. Translate sumitur pro sterili. *Plin. l. 15. c. 14.* de piris: A condicione castrati feminis, quæ spadonia appellant Belgæ. *Id. c. 30. de lauro:* Et sine ea spadonia, mira opacitatis patientia.

Spagas, adis, genus piceæ admodum candidæ. *Plin. l. 14. c. 20.*

Spargo, is, si, sum, a. 3. *spargere*, *זרר*, *Ger. apander*, *Hisp. derramar*, *σπάρω*, *σπάρω*, passim aliquid jacto, dissemino, tundo, difundendo. *Col. l. 2. c. 16.* Pulverem stercoreis per segetem spargere. *Plin. l. 4. c. 15.* In quæ effusus Rhenus ab Septentrione in lacus, ab Occidente in amnem Mosam se spargit. *Cic. 2. Catil.* Sed etiam siccas vibrare, & spargere venena didicerant. *Id. Phil. 3.* Qui populo de rostris nummos spargere solebat. *Hor. l. 3. od. 15.* Et stellis nebulam spargere candidis. h. e. nebula stellis obscurare. *Perf. sat. 5.* Totaque impune Suburra permisit sparsisse oculos jam candidus umbo. h. e. libere, & sine metu circumspicere tœcinas in Suburra prostantes. *Virg. 2. Æn.* Hinc spargere voces in vulgus ambiguas. ¶ Metaleptice capitur pro expandere, extendere, dilatare. *Plin. l. 3. c. 9.* Differt, quod in brachia ramorum spargitur. *Id. l. 12. c. 12.* Cacumina in aristas se spargunt. ¶ Item pro sternere. *Virg. 5. Ecl.* Spargite humum foliis. ¶ Item pro macerare. *Lucil. l. 19.* apud *Cic. 1. Tusc.* Latere pendens, saxas spargens tabo, sanie, & sanguine atro. *Virg. 6. Æn.* Corpusque recentis spargit aqua. ¶ Item pro dividere. *Liv. l. 37. c. 20.* Conspersant se toto passim campo. *Plin. l. 21. c. 8.* Genera enim tractamus in species multas se se spargentia. ¶ Spargere se in fuga, dispergi. *Liv. l. 33. c. 15.* in fuga. Ita se in fugam passim sparsferant, ut ab ipsis agrestibus errantes circumvenirentur.

Sparsilis, le, adject. qui spargi potest. *Tertul. de Pudic. c. 2.* Tanta sparsilia eorum, qui Deo adulantur. *Sciopius legit fusilia.*

Sparsim, adv. *sparsamente*, *Ger. hin*, *und her*, *Gal. ca*, & *la*, *pele*, *mele*, *Hisp. acá*, *yaucilla*, *σπάρσιν*, divisim, multis, variisque in locis, hic, & illic. *Plin. l. 36. c. 7.* Augustum undatum crispum in verticibus, Tiberium sparsim convoluta canitie. *Gell. l. 11. c. 2.* Præterea ex eodem libro Catonis hæc etiam sparsim, & interice commeminimus.

Sparsio, onis, f. actus spargendi, *sparsimento*. *Stat. lib. 1. Silv. 6. v. 65.* Jam noctis propioribus sub umbris Dives sparsio quos agit tumultus? Loquitur *Stat.* de Domitiano varia uisilia per ludos populo diripienda spargente.

Sparsivus, a, um, adject. qui spargitur. *Petron. in Satyr.* Pila sparsiva exerceri.

Sparsus, a, um, *sparsus*, *σπάρστος*. *Ter. Heaut. 5. 5. 18.* Rutam ne illam virginem, cæliam, sparsis ore, adunco naso? idest maculoso, lentiginoso. *Virg. 3. Æn.* Sparsatque per æquor Cycladas. h. e. hic, illic existentes. *Lucan. l. 7.* Sparsatque Senatus Corpus, & immensa populos in caede natantes, idest disiectum. *Cic. Att. l. 1. ep. 13.* de *listeris*: Pure loquuntur humanitatis sparsæ sale. h. e. confersæ. *Plin. l. 26. c. 23.* Item selenitium, cuius est minor acinus, sparsior racemus. *Lamprid. in Alex. Severo*, c. 41. Sparsium auro pallium. h. e. distinctum, variegatum. ¶ *Sparsus* particip. pro sparsum. *Virg. Georg. 4.* Prius haustus sparsus aquarum Ora tove. Alii leg. *haustu sparsus aquarum Ora tove*.

Sparta, æ, f. Lacedæmon, *Misera*, *Musera*, urbs Laconicæ, in Peloponneso, ad Eurotam fl. condita a Sparto nepote Inachi. *Plin. l. 4. c. 5.* *Σπάρτα* *Ἰάχης*, *τῆς* *κῆρας*. h. e. *Spartam quam naclius es, banc orna*, proverb. Græcum esse quod eligimus, officiumque nostrum strenue obeundum. ¶ Dicitur & *Sparte*, *es*, præsertim a Poetis. *Quid. 3. Fast. v. 83.* Junonem Sparte, Pelopelidaeque Mycenæ.

Sparticus, ni, 2. *σπάρτικος*, insignis gladiator ex Thracia, non corporis solum robore, sed animi etiam magnitudine præstant. Una cum Chyso, & Oenomao, effracto Lentuli ludo gladiatorio, cum septuaginta gladiatoribus erupit Capua, manuque servorum congregata, quasi iusto exercitu comparato, Cervellum montem in Campania occupavit: ubi cum a Clodio Clabro obsideretur, ejus castra diripuit, & Campaniam populatus, raptis Prætorum fascibus appellatus est Imperator. Inde Lentuli exercitum in Apennino dissipavit: apud Mutinam Cassii castra delevit. Tandem cum de Urbe invadenda deliberaret, a M. Crasso pulsus, fugatusque, cum Brutium angulum occupasset, nec in Siciliam præ navium penuria trahere potuisset, cum suis omnibus fortissime dimicans quasi Imperator occisus est, *Lucan. l. 2.* Ut simili causa caderes, qua Spartacus hostis.

Spartanus, a, um, quod est e Sparta, sive ad Spartam pertinet. *Virg. 1. Æn.* Virginis os, habitumque gerens, & virginis arma Spartana. ¶ *Spartani*, orum, Spartzæ cives, aut incolæ, qui inhæni in terendis plagis patientia tuere, unde & *plagipartidas* eos appellat *Plaut. Captiv. 3. l. 11.* Hinc *Petron. in Satyr.* Tres plagas Spartana nobilitate concoksi.

Spartarius, a, um, adject. Spartarius campus locus est in Hispania prope Car-

leptice capitur pro forma, seu pulchritudine. Nam species est id, quod oculis cernitur, pulchritudo autem in re oculos hominum convertit. *Ovid. 5. Fast.* Et monet ztatis specie, dum moreat, uti. *Juvenal. sat. 10. v. 310.* I nunc, & juvenis specie letare tui. Accipitur quoque pro externo conspectu, simulatione, prætextu, apparenza, *semitianza. Cic. de Am. Specie* quidem blanda, sed re ipsa multis locis repudianda est. *Id. 7. Ver.* Præclara classis in speciem, fed inops, & infirma propter dimissionem propugnationum, atque remigum. *Liv. 1. 9.* Celata morte Tarquinii, per speciem alienæ fungendæ vicissimas opes firmavit. *Id. 1. 40. c. 12.* percussio speciem induit. Interdum species sumuntur pro certis, singulique rebus. *Arcad. 1. ult. Cod. de mun. C. bon. Cura* quoque emendi frumenti, & olei harum specierum curatores creati mos est. *Scevola 1. 19. Dig. de aur. arg. leg.* Mulier testamentum multas species vestis, argenti reliquerat. Hinc de aromatibus etiam dicuntur, *specie.* Nempè lespatiarii species omnes, idest genera omnia aromatum dividunt. *Macrobi. 1. ult. Saturn. c. 8.* Species & acres, & calidæ superficie, cui apponuntur, exulcerant. *Marcian. 1. ult. ff. de Publican.* Species pertinet ad veltigal, cinnamomum, piper longum, piper album, &c. Item de controversia, quæstione, lite. *Ulpian. 1. 18. Dig. de minor.* Divus Severus, & Antoninus non audiverunt restitui desiderantem adversus fratrem post speciem in auditorio eorum finitum.

Speciētas, atis, f. idem ac species. *Fronto Grammar.*
Speciellātus, a, um, adject. *Vopisc. in Probo, c. 4.* Huic igitur dari jubebis tunicas duas, patinam argenteam librario decem speciellata, &c. h. e. quæ habet exculpata crebra parva specula. Quidam leg. *speciellata,* ut sit diminut. a *speculum.*

Specillum, i, n. *taſto,* Ger. *meſſelin,* Gal. *èprouvette, sonde,* Hiſp. *sienta, cala,* & instrumentum, quo utuntur Chirurghi ad scrutationem vulnerum, & bistularum, dim. a *speculum.* *Cic. 3. de nat. Deor. c. 22.* Alcibiades, qui Specillum invenisse dicitur. *Cels. 1. 5. c. 28.* Ante omnia autem specillum dimitti in fistulam convenit. Dicitur etiam de instrumento, quo oculos inungimus. *Varro 1. 5. de L. L.* Hinc quo oculos inungimus, quibus specimus, specillum. *Plin. 1. 7. c. 53.* Super omnes C. Julius medicus, dum inungit, specillum per oculum trahens.

Specimen, inis, a. *moſtra,* Ger. *ſchauſpiel,* Gal. *dèchaniſſion, èpreuve,* Hiſp. *mueſtra, èxèmplo,* exemplar, argumentum, indicium, quale est illud exiguum, quod in mercibus a venditoribus spectandum protulerit, ut ex eo emptores rem totam æstimet, a *specio,* quasi quod spectandum obijcit. *Cic. 3. de Or.* Integri specimen est quoddam transilire ante pedes postea, & alia longe repetita fumere. *Id. 3. de nat. Deor.* Temperantiæ, prudentiæque specimen Pontifex Maximus Q. Scævola. *Id. Ver. 1. c. 8.* Specimen alicujus rei alicui dare. *Id. 1. Tuſc. c. 14.* Specimen virtutis capere ex optima quaque natura.

Specio, is, exi, ectum, a. 3. *vedere,* Ger. *sehen,* Gal. *vior,* Hiſp. *ver,* *èxèmplo,* video, apud vet. *Varro 1. 5. de L. L.* Speciare dictum ab specio antiquo, quo etiam Ennius usus: Vos epulo postquam spexit. *Id. ibid.* Speculum, quod in eo specimus imaginem. *Plaut. Casin. 3. 1. 2.* Nunc specimen spectatur, nunc certamen cernitur.

Specioſe, adv. *èxèmplo, èpulo,* pulchre, ornate, cum ornatu. *Liv. 1. 34. c. 7.* Equus tuus speciosus intratus erit, quam uxor vestita? *Col. 1. 2. c. 2. de bobus:* Quo speciosius ingredientium sublimes, & elatis capitibus. *Quint. 1. 9. c. 4.* Haſta speciosissime contorta.

Specioſitas, atis, f. species, pulchritudo. *Terull. de cultu fam. c. 2.* Naturalis specioſitas.
Specioſoſa, a, um, *viſtoſa, bello,* Ger. *voelgeſtalt,* Gal. *bezu, joly,* Hiſp. *hermoſo, lindo, èpulo,* pulchre, formoſus. *Cels. 1. 2. c. 2.* Si plenior aliquis, & speciosior, & coloratior factus est. *Senec. de benef. 1. 3. c. 7.* Hoc speciosissimum est in beneficio, quod dedimus vel perduri, quod totum permiffimus accipientium arbitrio. Item speciem veri habens, *specioſo.* *Cic. Att. 1. 16.* Reversionis has speciosas causas habeo. *Liv. 1. 1. c. 23.* Sed si vera potius, quam dicta specioſa dicenda sunt. Interdum ponitur pro claro, illustri. *Ulp. 1. specioſas, ff. de verb. ſign.* Speciosas personas accipere debemus clarissimas personas utriusque sexus, etiam eorum, qui ornamentis Senatoriis utuntur.

Specio, as, a. 1. freq. a *specio.* *Plaut. Cist. 1. 1. 92.* Per Dionysia mater pompam me specitatum duxit. Alii leg. *ſpectatum.*

Specium, ii, n. *taſto, èpulo,* instrumentum teres, & parvum, quo Medici ad tentandam vulnerum, ac fistularum viam, & profunditatem utuntur, a *specio.* *Pacuvius:* Ut Medici faciunt, qui prius specio vulnus tentant.

Spectabilis, & le, o. 3. *ſpectabile, riguardevole,* Ger. *achbar,* Gal. *illuſtre,* Hiſp. *illuſtre, èpulo,* dignus, spectatu dignus. *Ovid. 1. 2. de Ponto, el. 2.* Ipse furrer currum placido spectabilis ore. *Tac. in vita Agricole, c. 34.* In quibus pulchram, & spectabilem victoriam ederetis.

Spectabilitas, atis, f. qualitas, qua quis spectabilis, hoc est admiratione, & honore dignus est. *Cod. 1. 12. tit. 26. leg. 1.* In Officio spectabilitatis tuæ. *Adde 1. 9. tit. 27. leg. 5.* Sed hic loquendi modus a latine linguæ puritate, & majestate quam longissime abest.

Spectaculum, i, n. *ſpectaculo, èpulo,* Ger. *ſpectackel, ſchauſpiel,* Gall. *ſpectacle,* Hiſp. *èſpectaculo, èpulo,* quicquid spectatur. *Cic. 3. Verr.* Constituitur in foro Laodiceæ spectaculum acerbum, & miferum, & grave toti Afiz provinciz. *Id. 2. de nat. Deor. c. 57.* Circuitus Solis, & Lunæ spectaculum hominibus præbent. Speciatim dicitur de ludis publicis. *Cic. pro Mur.* Spectacula sunt tributum data. *Id. 5. Pin. c. 18.* Ut pompa, ludis, atque ejusmodi spectaculis teneantur. Aliquando accipitur pro loco, unde spectatur. *Cic. pro Sex.* Excitatus est plausus ex omnibus spectaculis. *Liv. 1. 1. c. 35.* Divisa loca Patribus, Equitibusque, ubi spectacula sibi quique faceret, fori appellati. *Plaut. Curcul. 5. 2. 47.* Exoritur ventus turbo, spectacula ibi ruunt.

Spectamen, inis, n. idem quod specimen, probatio, experimentum. *Plaut. Men. 5. 6. 1.* Spectamen bono servo id est, ut absente hero rem heri diligenter tuteur.

Spectamentum, i, n. spectaculum. *Cornel. Fronto, de differ. voc.* Spectacula loca sunt, unde spectamus; spectamenta, quæ spectantur.

Spectandus, a, um, nom. partic. dignus qui spectetur, spectabilis. *Plin. 1. 10. c. 42.* Nec vulgaris psittaci forma, quamvis non spectanda. *Horat. 1. 4. od. 14.* Spectandus in certamine Martio.

Speciātē, adv. *èpulo,* egregie, feliciter. *Pl. 1. 21. c. 1.* Quæ spectatissime floreat, celerrime marcescere. *Vipſiſſimamente.*
Spectatō, onis, f. 3. *èpulo,* actus spectandi. *Cic. 1. 7. Fam. ep. 1.* Apparatus spectatio tollebat omnem hilaritatem. Ponitur etiam pro probatione pecuniæ. *Cic. 4. Verr.* Primum pro spectatione, & colybo, deinde pro nefcio quo cerario. Item pro consideratione, & respectu. *Flor. 1. 2. c. 7.* Macedonum bellum nomine amplius, quam spectatione gentis fuit.

enim e terra homines non ut incolæ, atque habitatores, sed quasi spectatores superarum rerum, atque cælestium. *Id. 1. de Or.* Quem nunc ineamur ineptiarum testem, & spectatorem fortuna constituit. Speciatim dicitur de iis, qui ad ludos spectandi causa conveniunt. *Cic. de Arusp. Resp.* Quorum ludorum ipsi Dii te spectatorem esse voluerunt. *Plaut. Amph. in fine.* Nunc spectatores clare plaudite. Sumitur etiam pro iudice, probatore. *Tar. Eun. 3. 5.* Cum me ipsum noris, quam elegans formarum spectator siem.

Spectātrix, icis, f. *èpulo,* quæ spectat. *Plaut. 3. 4. 12. de Fortuna:* Divum, atque hominum quæ spectatrix, atque heræ eadem es hominibus. *Lucan. 1. 3. v. 129.* Neque enim tibi turba verenda est Spectatrix scelerum. *Adle Ovid. 1. 2. Amor. eleg. 12. v. 26.*

Spectātus, a, um, *èpulo,* *èpulo,* *èpulo,* *èpulo,* cognitus, & probatus, cujus felicitet plurimum spectata, considerata, & probata virtus est. *Cic. 3. Phil.* Spectata multis, magnique rebus singularis integritas. *Id. 1. Ver.* Ad ineam fidem, quam habent spectatam jam, & diu cognitam, confugunt. *Id. 2. Ver.* Homo in rebus judicandis spectatus, & cognitus. *Gell. 1. 13. c. 20.* Summa vir auctoritate, gravitateque, & a Divo Hadriano in inores, atque literas spectatus. *Rufus Cic. pro R. Am. c. 50.* Cæcilia Balaerici filia, spectatissima lœmina. *Sil. 1. 1. v. 440.* Quo non spectator alter Voce movere lora, atque orando fingere mentes. *Spektatus sum* deponentis forma pro *ſpectavi.* *Var. 1. 2. R. R. c. 4.* In Arcadia fimo esse spectatum suum, quæ præ pinguitudine carnis non modo furgere non posset, sed etiam ut in eius corpore forex exefa carne nidum fecisset, & peperisset mures.

Spectile, V. Spetile.

Specio, onis, f. actus sciendi, seu aspiciendi. Speciatim usurpatur in rebus Auguralibus, in quibus Augures habebant duntaxat spectationem; Magistratus, quippe qui omne jus auspicioium possidebant, & spectationem, & obnuntiationem habebant. Sed tamen specio duplex est: specio avium, fulgurum, &c. & specio, seu consideratio, & iudicium de iis, quæ apparuissent, sineant ne, an impedirent res agendas. Igitur Augures habebant quidem primum genus specionis, sed alterum genus non habebant, quod ad Magistratus pertinebat. Nuntiatis enim ab Augure, quæ visa essent, pertinebat ad Magistratum, ut videret, an iis auspiciis rem gerere vellet. Similiter nuntiatio duplex est: nuntiatio augurii, & nuntiatio avocandæ concionis, quæ tere obnuntiatio vocatur. Augures habebant spectationem, & solum augurii nuntiationem; Magistratus & spectationem, & nuntiationem avocandæ concionis, seu obnuntiationem. *Fest. (us Scaliger corrigiſt)* Specio in Auguralibus ponitur pro aspectione. Specio, & nuntiatio data erat iis Magistratibus, qui omne jus auspicioium habebant, Auguribus specio duntaxat, quorum consilio rem gererent Magistratus, non ut possent impedire nuntiatio, quæcunque viderent. Ad iis specio sine nuntiatione data est, ut ipsi auspicio rem gererent, non ut alios impedirent nuntiatio. *Var. 1. 5. de L. L.* Et quod in auspiciis distributum est, qui habeant spectationem, qui non habeant. *Cic. Phil. 2. c. 32.* Quod te Sacerdotii iure facere posse dixisti, si Augur non esses, & Consul esses, minus tacere potuisses? Vide, ne etiam facilius. Nos enim nuntiationem solum habemus, Consules, & reliqui Magistratus etiam spectationem. Ita leg. Hieronymus Ferrarius, *Manus, & Lambin.* Alii *inspectionem.* Hac Ciceronis verba verbis Festi non repugnant. Sententia enim est. Nos Augures habemus tantum jus nuntiandi Magistratui de eo, quod viderimus, Consules, & reliqui Magistratus habent etiam jus considerandi auguria, & iudicandi, utrum iis res gerendæ impediatur, necne. Igitur secundum Festum Augures habebant duntaxat spectationem, non etiam nuntiationem, idest solum spectationem avium, & fulgurum, & nuntiationem augurii, non etiam nuntiationem avocandæ concionis; Magistratus vero habebant & spectationem, idest iudicium de auguriis, & nuntiationem, idest obnuntiationem ad dissolvenda Comitia. Secundum Ciceronem Augures habebant solum nuntiationem, non etiam spectationem, idest simpliciter jus nuntiandi sua auguria, non vero de iis statuendi; Magistratus autem habebant & spectationem, idest considerationem, & iudicium de auspiciis, & nuntiationem, idest obnuntiationem, qua declarabant Comitia divinitus prohiberi.

Specio, as, a. 1. *guardare, mirare, vedere,* Ger. *ſchauen,* Gal. *regarder,* Hiſp. *mirar, èpulo,* aspicio, intueor, freq. a *specio.* *Varro 1. 5. de L. L.* Speciare dictum a specio antiquo, quo etiam Ennius usus: Vos epulo postquam spexit, &c. Conſtruitur vel absolute. *Cic. in Somn.* Igitur alte spectare si voles, atque hanc sedem, & æternam domum contueri. Vel cum acc. *Cic. 1. Tuſc.* Quodque nunc tacimus, cum laxati curis fumus, ut spectare aliquid velimus, & videre. Vel cum acc. & præp. ad, vel in. *Cicer. de Divin.* Qui ad Meridie spectans in area linea constitit. Translate sumitur pro vergere, verſum esse, e regione esse. *Varro 1. 1. de ver. ruſt. c. 24.* Nisi qui in ventum spectat spectet. *Cel. 1. 5. bel. Gal.* Huius lateris alter angulus, qui est ad Cænitium, ad orientem Solem, inferior ad Meridie spectat. *Cic. 7. Ver.* Quid attinuit, te jubere in ea parte figere, quæ ad tretum spectaret? *Col. 1. 12. c. 16.* Ur obliata ora eorum deorfum spectent. *Plin. 1. 5. c. 1.* Opacus est, & nemorosus, & scatebris tontium rigus, qua spectat Africam. Item pro considerare. *Cic. 1. Phil.* In iudice enim spectari & fortuna debet, & dignitas. *Verg. 3. Ecl.* Si ad vitulam spectes, nihil est, quod pocula laudes. h. e. si vitulæ pretium tecum reputes; vel, ut *Servius* interpretatur, si pocula cum vitula compares. Item pro cogitare, aliquid tanquam finem agendi sibi proponere. *Cic. Att. 1. 9.* Et tamen Græciam spectare potius, quam Hispaniam. *Id. pro R. b.* Ut nihil, nisi sempiternum, spectare videatur. Item pro cavere, etiam atque etiam videre. *Plaut. Men. 4. 1. 33.* Spectandum, ne cuiquam anulum det, neque roget. Item pro tendere, inclinare, pertinere. *Liv. 1. 25. c. 3.* Res ad seditionem spectat. *Cic. 1. 4. Fam. ep. 2.* Omnia utriusque consilia ad concordiam spectaverunt. *Id. 4. Acad.* Quo enim spectat illud, cum artificia tolli quereris a nobis, nisi ut opifices conquirentur? *Id. 1. Tuſc.* Quorfum igitur hæc spectat oratio? *Id. 3. Fin.* Eorum definitiones eodem spectant. *Id. 1. de Or.* Quæ cognitis, penitusque perceptis, & in unum exitum spectantibus, & nunquam talentibus rebus continetur. Item pro spectare, iudicare. *Cic. pro R. ſc.* Nemo enim illum ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio comico æstimabat. *Id. ibid.* Quem tu si ex censu spectes, Eques Romanus est, si ex vita, homo clarissimus est, &c. Item pro probare, examinare. *Ovid. 1. 1. Trist. el. 4.* Scilicet ut solum spectatur in ignibus aurum. Item pro rationem alicujus habere. *Cic. 2. Off.* At vero ille tenuis, cum quicquid factum sit, se spectatum, non fortunam putet. Item pro suspicere, admirari. *Horat. 1. 1. ep. 16. v. 57.* Vir bonus, omne forum quem spectat, & omne tribunal. Usurpatur etiam impersonaliter. *Plin. 1. 10. c. 70. de piscibus.* Plausu congregari teros ad cibum, consuetudine spectatur. Item more deponent. *V. Spectatus.*

Spectrum, i, n. *imagine, fantasma,* Ger. *geſpenſt,* Gall. *ſpectre, èpulo,* *èpulo,* simulacrum, idolum, phantasma, imago rei alicujus, quæ oculis se fe offert, vel phantasmæ occurrit, a *specio.*

Specio. Cic. l. 15. Fam. ep. 16. Qui putant etiam εἰσαγορεύειν: εἰσαγορεύειν
specūs Catianis excitari: nam te fugat, Catius Infuber Epicureus,
qui nuper est mortuus, quæ Democritus εἰσαγορεύει, hic specūta nominat.
V. reliqua ejus epistolæ, & Tell. l. 5. c. 17.
Specūs, us, m. idem ac aspectus, apud vet. a *specio. Pacuvius apud Fess.*
Amplius, rubicundus colore, & specūto protervo terox. Apul. l. 3. Met.
Obliquato tamen specūto rem admirationis maxime confpicio.
**Specūla, æ, f. εἰσπίστη, παύα spes, ut recula, exigua resp. Cic. l. 2. Fam.
ep. 15. Et eo magis, quod in communibus miseris hac tamen oblecta-
bar specūla. Plaut. Pers. 2. 5. 9. Est ne quid in te speculæ?
**Specūla, æ, f. i. specula, uδύρα, εἰσπίστη, Ger. schauuburn, Gal. debau-
gustre, Hisp. atalayá, εἰσπίστη, locus editus, & eminens, unde aliquod
eminus videri, & prospici potest. Varro l. 5. de L. L. Speculum, quod
in eo specimus imaginem: Specula, de qua prospicimus. Virg. 3. Æn.
v. 239. Dat signum specula Misenus ab alta. Cic. 7. Per. c. 35. Prædonum
adventum significabat ignis & specula sublatas. Id. l. 4. Fam. ep. 3. Mul-
to ante, tanquam ex aliqua specula, prospexi tempestatem futuram.
 ¶ Sæpe translate sumitur pro vigilia, observatione. *Cic. pro Dejotaro,*
c. 8. Rex semper in speculis fuit, cum a te animo esset alieno.
Specularis, le, a, ject. qui speculari, & confpici potest. *Stat. l. 12.*
Thebaid. v. 624. Linguitur Eois longe speculabile prors Sunion.
Speculabundus, a, um, speculans. Suet. in Tib. c. 65. Apatius enim navi-
bundus ad quæscunque legiones meditatatur fugam, & speculabundus ex al-
tissima rupe identidem.
Speculamēn, inis, n. speculatio. Prudent. in Apotheosi, v. 20. habes in-
uitus speculamēne glauco.
Specular, ris, & in plur. specularia, rium, & riorum, n. res pellucida,
quæ lumen admittit, quales erant quidam lapides, quibus ab antiquis
obducebantur fenestæ ad imminuendum lumen, & ventos excludendos.
Senec. de Provid. c. 4. Quem specularia semper a flatu vindicantur. Id.
ep. 90. Quædam nostra demum prodisse memoria scimus, ut speculatio-
rum usum perlucende testæ clarum transmittentium lumen. Ulpian. l.
quæstium 12. §. si domus, ff. de instructio, vel instrumento legato; Ita-
que neque specularia, neque vela, quæ frigoris, vel umbræ causa in
domo sunt, debent. ¶ In fella quoque hujusmodi specularia usum
habere. Juven. Sat. 4. v. 21. Quæ vitetur clauso latiss specularibus antro.
 ¶ Etiam arbores, uvas, rosas, & aliæque id genus specularibus pro hye-
 mēne custodiebant, quod ex Columella, Palladio, & aliis constat. *Mari-*
us. l. 8. ep. 14. Pallida ne Cilicum timeant pomaria brumam, Mordeat
& tenerum fortior aura nemus, Hybernæ obiecta Notis specularia pur-
ros Admittunt Soles, & sine fuge diem. ¶ Speculare corneum, quod
ex cornu factum est, quali vulgo utimur in lateris. Tertull. de anim.
c. 53. Velut per corneum specular, obfoletur lux rerum est.
Specularis, re, o, 3. περιεσπαστός, quod ad speculum spectat, quod specu-
li vice fungitur. Specularis lapis, erat lapis vari modo translucidus,
qui ex Hispania, Cappadocia, Arabia portabatur, quo in tenues lami-
nas, sive tessellas dissecto utebantur in fenestris loco vitreorum, quæ
nunc in usu. Ita dicebatur, quia esset perspicuus, idest ad speculi si-
mitilitudinem luceret, atque imaginem redderet. Eoque & εἰσπίστη λίθος
Græci appellant. Plin. l. 36. c. 22. Specularis vero (quoniam & hic la-
pis nomen obtinet) faciliore multo natura finditur in quamlibet te-
nes cruſt. Hispania hunc olim citior tantum dabat, nec tota, fed
intra centum millia passuum circa Segobricam urbem. Jam & Cypros
& Cappadocia, & Sicilia, & nuper inventum Atrica, &c. ¶ Specu-
laris significatio est, quæ fit igne & specula offenso. Plin. l. 7. c. 56.
Specularem significationem Troiano bello Sinon invenit.
Speculatio, onis, f. 3. speculatione, θεωρία, εἰσπίστη, actus speculandi,
contemplatio. Ammian. l. 26. c. 10. Speculationibus doctus.
Speculator, oris, m. speculatore, θεωρητικός, εἰσπίστη, qui tacite, & a
longe speculatur, explorator, a speculo. Varro l. 5. de L. L. Speculator,
quem mittimus ante, ut respiciat, quæ volumus. Cæſ. l. 2. B. G. Hac re
Cæſar statim per speculatores cognita, insidias veritus, &c. Cic. 2. de
nat. Deor. Nam oculi tanquam speculatores altissimum locum obtinent.
 ¶ Speculatores etiam dicebantur milites, qui literas, & mandata Impera-
 torum præferbant, quia plerunque ex cohorte speculatores eligebantur.
Sueton. in Calig. c. 44. Magnificas Romam literas misit, moni-
tus speculatoribus, ut vehiculo ad forum usque pertenderent, nec nisi
in æde Martis, ac frequenti Senatu Coss. traderent. Tacit. 2. histor. c. 73.
Vix credibile memoratu est, quantum superbiæ Vitellio adoleverit,
postquam speculatores & Syria, Judæaque, adactum in verba ejus O-
rientem nunciavere. ¶ Item satellites, qui corpus Principis custodie-
bant, qua ratione usurpat Tacit. 1. histor. c. 25. 27. 31. & 35. V. Speculator.
 ¶ Translate ponitur pro contemplatore, consideratore. *Cic. l. de nat. Deor.*
c. 30. Non pudet igitur Phyticum, idest speculatorem, venatoreque natu-
re, ab amicis consuetudine imbutis petere testimonium veritatis?
Speculatorium, ii, n. locus, ex quo speculamur, specula. Apulej. de
Mundo. Nuncij speculatoriorum incensorum affidui. Alii aliter leg.
Speculatorius, a, um, θεωρητικός, quod ad speculandum spectat. Specu-
latoria navigia, quibus in mari speculamur, quid fiat. Cæſ. l. 4. bel.
Gal. c. 26. Item speculatoria navigia militibus compleri iussit. Liv. l. 22.
Inde duobus Massiliensium speculatores præmissis retulerunt, &c.
Speculatrix, icis, f. specularie, εἰσπίστη, quæ speculatur. Cic. 3. de nat.
Deor. c. 18. Furæ Deæ sunt, specularitrices, credo, & vindices & faci-
onorum, & sceleris. Stat. l. 2. silv. 2. Speculatrix villa profundi. h. e.
quæ ad mare spectat.
Speculatus, us, m. idem quod speculatio. Plin. l. 10. c. 73. Feles quam
oculato speculatu in muscolis exiliunt.
Speculatus, a, um, particip. a speculor. Valles. l. 2. c. 120. Non segni
providentia usi, speculatiq; opportunitatem. ¶ Passivè pro speculis
ornato, ut speculatum cubiculum, Auctor vitæ Horatii, quem quidam
Suetonium esse putant.
Speculor, aris, d. i. speculare, guardare, نگاه, Germ. aufspiehem, Gal.
gutter, Hisp. mirar, atalayá, θεωρητικός, prospicio, observo, explo-
ro. Cæſar l. 8. B. Gall. Qui speculandi gratia essent remissi. Cic. l. de
Or. c. 30. Nec insidiando, & speculando assequi potui, ut, quid Crassus
ageret, suspicari liceret. Id. l. Casil. Multorum te etiam oculi, & aures
non sentientes, sicut adhuc fecerunt, speculabantur, atque cu-
stodiunt. ¶ Item pro considerare, contemplari. Virg. 1. Georg. Nec
frustra signorum obtus speculamur, & ortus.
Speculum, i, n. specchio, آئینه, Ger. spiegel, Gal. miroir, Hisp. espejo, εἰ-
σπίστη, instrumentum ex vitto, chalybe, stanno, argento, & simili-
bus, in quo imaginem nostram videmus, a specio. Cicero de Univ. Id
fit, cum speculum levitas hinc, illincque altitudinem assumpsit. O-
vid. l. 3. de Arve. Et speculum consulat ipsa suum. ¶ Speculum
argenteum primum fecit Praxiteles Pompeji Magni ætate. Plin. l. 33. c. 9.
 ¶ De speculis & stanno mentionem facit *Id. l. 34. c. 17. de lapideis specu-*
lis, l. 36. c. 17. & de smaragdo conteſtis, l. 37. c. 5. ¶ Sæpe speculum
translate usurpatur. Cic. in Pison. c. 29. Vitam alicujus in versibus tam-
*quam in speculo intueri. Ter. Adelph. 3. 3. 61. Inspicere tamquam in spe-*****

culum vitas omnium. ¶ Speculum lympharum pro aqua perlicuda,
 quæ imagines reddit, dixit *Phædr. fab. 4. Sic speculum Lunæ, Tersull.*
de resurreſt. carn. c. 9. Quia lumen liliis repercutit. ¶ Speculum pro
parvo specu, usurpavit Paulin. Aquilejens. apud Barb. l. 43. Adversar. c. 11.
Specus, us, masc. vel f. 4. vel 2. speco, idem ac spelunca, a σῆος, quod
idem notat. Accius apud Non. c. 8. n. 31. Quod Dii interdum interam
penitus interpreſſum altis clauſere specis? Ovid. 3. Met. v. 29. Est specus
in medio sylvis, & vimine denſus. Hor. l. 3. Od. 25. Quæ memora, aut
quos agor in specus? Plin. l. 12. c. 1. Cava specus. Gell. l. 5. c. 14. Spe-
cum quandam nactus remotam, latebrosamque, in eam me penetror,
& recondo. ¶ Usurpatur translate. Sil. l. 6. v. 276. Tabificam expirat
faniem specus ultima. Virg. 9. Æn. Reddit specus atri vulneris undam.
h. e. profunditas. ¶ Legitur & specus, ci, n. 2. Virg. 7. Æn. v. 568.
Hic specus horrendum, & sævi miracula Ditis monstrantur.
Spemga, atis, n. æris micæ, seu ramenta, quæ in ærariis officinis, li-
quato jam ære, atque percocto, additis carbonibus, & accensis col-
liquantur, & colliguntur. Plin. l. 34. c. 13.
Spelæum, i, n. σπήλαιον, spelunca, a Græco nomine allato. Virg. 10.
Ecl. Certum est in sylvis inter spelæa ferarum Malepati.
Spelunca, æ, f. spelonca, סְפֵלֶנְכָא, Ger. hille, Gal. caverne, Hisp. cueva,
boyá, σπήλαιον, σπηλιά, αντρον, antrum, montis cavitas, rupes exca-
vata. Virg. 6. Æn. Spelunca alta fuit, valloque immanis hiatus. Cic. 6.
Verr. c. 48. Etenim propter est spelunca quedam, conversa ad Aquilone-
in, infinita altitudine, qua Ditem Patrem terunt cum curru extitisse.
Speluncosus, a, um, adject. pieno di caverne, ut speluncosa loca, Cal.
Aurelianus Auc. 2. c. 37.
Sperabilis, & le, o, 3. sperabile, εἰσπίστης, quod sperari potest. Plaut. Capt.
3. 3. 3. Hic ille est dies, cum nulla vitæ salus sperabilis est mecum.
Speratus, a, um, sperato, εἰσπίστης, partic. a spero, Plaut. Merc. Spem
speratam cum hanc obtulisti mihi, grates ago. Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1.
Simul & illud cogita, non de re aliqua, & sperata gloria jam laborare,
fed de parta dimicare. ¶ Veteres speratum dicebant sponſum. Afran-
quid Non. c. 2. n. 812. Curre, & nuncia venire, & mecum speratum ad-
duce. Sic speratam sponſam, vel eam, quæ sponſa futura sperabatur.
Hygin. fab. 33. Heicules intervenit, centaurum occidit, & suam speratam
abduxit. Plaut. apud Varron. l. 5. de L. L. Lubenter, mea sperata,
consequor. ¶ Id. Plaut. in Amphitr. Speratam appellat eam quæ jam
nupti, 2. 2. 44. Amphitruo, inquit, uxorem salutat lætus speratam suam.
Sperchias, adis, f. 3. σπερχιάς, patron. læm. a Sperchius. Ovid. 2. Met. v.
250. Æſtuat Alphæus, ripæ Sperchiasæ ardent. Al. leg. Spercheides,
ut sit a recto Sperchæis, idis.
Sperchionides, æ, m. 1. σπερχιονίδης, patron. masc. a Sperchius. Ovid.
5. Met. v. 86. Caucaſeumque Abarim, Sperchionidemque Lycetum. h.
e. habitantem apud fl. Sperchium.
Sperchius, ii, m. Agriamela, al. Selambria, fl. Theſſaliæ, qui ex Pindo
monte oriens rapide in sinum Maliacum labitur. Huic Achilles vove-
rat comas, si redisset & Troja incolumſis. Virg. 2. Georg. v. 487. Sper-
chiusque, & virginibus bacchata Lacænes Taygeta.
Speres, vel speris, is, f. idem ac spes, apud vet. Non. c. 2. n. 788. Sperem
veteres spem dixerunt: unde & prosperè dicitur pro spe. Fess. Speres anti-
qui pluraliter dicebant, ut Ennius l. 2. Et femel effugit speres ita fun-
ditu' nostras. Et libro sexto: sicemio: Spero, si speres quicquam pro-
desse potes sunt. Varro apud Non. loc. cit. Quibus suam deſeſſet ipſe a-
micam, & se se speribus iactet iuris. Eumen. in paneg. ad Constantin. c.
15. Pleni sperum, vacui commodorum.
Sperma, atis, n. seme, σπέρμα, semen. Sulpit. Sev. l. 1. Sperma in ter-
ram effundit.
Spermax, acis, o, 3. σπέρμα, contemptor, Sil. l. 8. v. 465. Ductor Pifo
viros spermaxes mortis agebat.
Spernendus, a, um, ἀσπίτος, sprezzabile. Tac. l. 14. Ann. c. 40. Marcellus
Afinio Pollione proavo clarus, neque morum spernendus habebatur.
Sperno, is, sprevi, spretum, a, 3. sprezzare, rifiutare, סָפַר, Ger. ver-
achten, Gal. méprisier, Hisp. menofpreciar, άράζω, εκφωλιζω, ολιγοψα-
λίστιο, despicio, rejicio, contemno, negligo. Cic. 1. Fin. Qui Enni
Medeam, aut Antioquam Pacuvii spernat, aut rejicit? Id. 2. de nat.
Deor. Veritas auspicioꝝ sperata est, species tantum retenta. ¶ A
veterbis pro separare usurpabatur. Ennius apud Non. c. 4. nu. 435. Me-
lius est virtute jus: Nam sæpe virtutem mali Nanciscuntur; jus, &
atque æquom se a malis spernit procul. Plaut. Captiv. 3. 2. Num spes,
opes, auxiliæque a me segregant, spernuntque se.
Spero, as, a, 1. sperare, avere speranza, סָפַר, Ger. hoffen, Gal. esperer,
Hisp. esperar, εἰσπίζω, fiduciam habeo, aliquid ex voto successurum esse.
Construitur vel absolue. Cic. pro Cluent. Ut neque accusator timere,
neque res sperare debeat. Id. pro Dejot. c. 14. Jubeo, te bene sperare,
& bono animo esse. ¶ Vel cum acc. Cic. pro L. Man. Præterita memini-
ſſe, reliqua sperare videamur. ¶ Vel cum ablat. & præposit. de.
Cic. Att. l. 9. ep. 7. Ita neque de otio nostro spero jam. ¶ Vel cum in-
ſinitivo. Cic. 2. Catil. Si illam meam pristinam lenitatem perpetuam
sperant tuturam. ¶ Aliquando eik existimare, seu confidere, in qua
acceptioe de præterito etiam, & de præſenti usurpatur. Cic. Att. l. 1.
epist. 1. Spero, tibi me causam probasse, cupio quidem certe. Id. ibid.
Cætera spero proluxa esse, his dumtaxat urbanis competitoribus. Mel-
sell. ad Cicer. l. 5. Famil. epist. 1. Te tam mobili in me morosus esse ani-
mo, non sperabam. Terent. Eun. 5. 3. 11. Spero me habere, qui hunc
meo exconſulio malo. ¶ Cum conjunctivo, & utparticula. Q. Cic. de
meo. conful. c. 5. Qui abs te aliquod beneficium aut habent, aut, ut ha-
beant, sperant. ¶ Sperare deos est in deos confidere. Plaut. Caf. 2.
5. 38. Dis sum fretus, Deos sperabimus. Nisi malis Plautum per ellipsis
locutum esse, ut subintelligatur propitios fore, aut quod simile. ¶ Per
Catarchesin ponitur pro timere. Virg. Æn. l. 4. Hunc ego si potui tantum
sperare dolorem. Adde Cic. pro Rosc. Amer. c. 4. & Plaut. Mollit. l. 3. 40.
Spes, ei, f. speranza, סְפֵרָה, Ger. hoffnung, Gal. esperance, Hisp. espe-
ranza, εἰσπίς, expectatio boni, ut Cicero definit 4. Tusc. seu opinio ven-
turi boni, ab antiquo speres. Cæſ. l. 2. B. C. Adulescentem summa spe &
animi ad verſus eos proficiſcitur. Cic. 2. Phil. Adulescentem summa spe &
animi, & ingenii, prædium rei familiaris facultatibus. Quintil. l. 1. c. 1.
nimi, & ingenii, prædium rei familiaris facultatibus. Quintil. l. 1. c. 1.
Spem capere de aliquo. Liv. l. 27. c. 28. Spes affulget. Senec. epist. 8. Spe
spem capere de aliquo. Liv. l. 27. c. 28. Spes affulget. Senec. epist. 8. Spe
decipi. Rufus Cic. 13. Fam. epist. 19. In spe eramus, te facturum &c.
Id. Fam. l. 2. epist. 25. Ingredi in spem. Id. Attic. 2. epist. 22. In spem ad-
duci. Id. 9. Fam. epist. 11. In spem venire. Id. 3. Att. epist. 9. Spe niti. Id.
Agrar. 1. Spe duci. Id. pro Mur. c. 15. Spe infari. Id. 5. Tus. c. 12. Spem
in aliquo reponere. Id. 12. Fam. epist. 27. Spe bona esse. Illa quoque Ci-
ceroanus sunt, Spem alicui afferre, dare, injicere, ostendere, &c. Id. Fam.
12. ep. 1. Republicæ spes omnis in vobis est. Id. 5. Fam. ep. 13. Teneri
aliqua spe. Id. Attic. l. 15. epist. 1. Præter spem. Ter. Andr. 4. 1. 24. Spe
falsa aliquem producere. Tacit. 1. hist. c. 13. Spem concipere. Id. ibid. c.
1. In spem erigi. Id. Ann. 1. c. 8. In spem secundam nepotes pronepo-
tesque (hæredes) scripserat. In secundo luogo: in mancanza de più pro-
pinqui. ¶ Spes interdum dicitur id, in quo aliquid speramus.

3. *Æn.* O lux Dardaniz, spes o fidissima Teucrum. *Id. Ecl. 1. Ge.* welli, spes gregis. ¶ Interdum sumitur pro motu. *Stat. 9. Theb.* Dum spes nulla necis. *Lucean. 1. 5. v. 454.* Naufragi spes omnis alit. ¶ Interdum pro lætitia. *Virg. 1. Æn.* spem vultu simulat, premit alitum corde dolorem. ¶ In num. pl. habet nom. acc. & voc. cæteris casibus caret. *Cic. 3. Catil.* Existimare debetis, omnes Catilinæ copias, omnes spes, atque opes, his depulsis Urbis periculis, eoncidiſſe. ¶ *Salvian.* tamen spes dixit l. 5. de gubernat. ad fin. ¶ *Spes* pretio emere, proverbialiter dicitur pro eo, quod est certum, & præfens detrimentum facere spe incerti lucri. *Ter. Adel. 2. 2. 11.* Spem pretio non emo.

Spettile, vel **Spectile**, i, n. caro infra umbilicum fuis. *Plaut. in fragment. Carbonaria*, interpretate *Paulo apud Fest.*

Speuſippus, i, m. *σπευσιππος*, Philoſophæ Athenienſis, Platonis ex ſore nepos, quem Plato quaſi Philoſophiæ heredem reliquit. Octo annos Platonice ſcholæ præſuit. Compoſuit Dialogos, qui a Diogene commemorantur. Primus inveniit, quo pacto ex gracilioribus lignis fierent vaſa capacia. Ferunt, hunc ſenio conſectum ſibi mortem conſciſiſſe mœrore impuſum. Plutarchus vero ſcribit, illum pediculis efferveſcentibus interſiſſe. *V. Gel. 1. 3. c. 17.*

Speuſticus, a, um, adject. a *σπευſτω*, *feſtino*, ut ſpeuſticus panis, qui celeritate coquitur. *Plin. 1. 18. c. 11.*

Sphaeros, i, *σφαῖρα*, herba ſalvia. *Plin. 1. 23. c. 6.*

Sphæra, *σφαῖρα*, *globo*, *כדור*, *Ger. kugel*, *Gal. ſphæra*, *Hiſp. eſphera*, *σφαῖρα*, globus, corpus ſolidum rotundum unica ſuperficie contentum, in cujus medio punctum eſt, a quo omnes linee rectæ ductæ ad circumferentiam, vel ad ambientem ſuperficiem ſunt æquales. *Cic. 1. 2. de Nat. Deor. c. 18.* Cum duæ forme præſtantes ſint, ex ſolidis globus (ſic enim *σφαῖρα* interpretari placet) ex planis autem circulus, aut orbis. *Id. ibid. c. 21.* Habent ſuam ſphæram ſtellæ errantes, ab ætherea conjunctione ſecretam & liberam. *Id. 3. de Orat. c. 40.* Quamvis ſphæram in ſcenam, ut dicitur, attulerit Ennius, tamen in ſphæra torncis ſimilitudo non poteſt inſeſſe. ¶ *Sphæra* luſus, eſt luſus pilæ, apud *Cal. Avelian. Chronic. 1. 5. c. 11.* ¶ Eſt etiam ſphæra deſcriptio motus ſiderum. Eius plura ſunt genera: alia enim eſt *sphæra Græcænicæ*, alia *Barbaricæ*, alia *Pæſicæ*, alia *Indicæ*. Dicitur *Græcænicæ* illa, in qua explicantur ortus, & occaſus ſiderum, prout a Græcis in ſuo hemiſphærio viſuntur: *Barbaricæ*, quæ accommodata eſt ad climæ Ægyptiorum, & ſic de reliquis. *P. Nigidius* *Χρῆματα* ad inclinationem utriuſque cæli Ægyptiaci, & Græcænicæ ſcripſit: alterum librum vocavit *ſphæram Barbaricam*, alterum *Græcænicam*. Ex utroque fragmenta aliquot afferuntur a *Servio ad 1. Georg. v. 19. & 118.* a *Varr. apud eund. Serv. ad 2. Georg. v. 190.* & a *Probo in 1. Georg. Hæc nos ex Joſ. Scalig. in commentar. ad Manil. ubi plura hæc de re.* ¶ *Jul. Firmic. Barbaricæ ſphære* meminit l. 8. c. 18. & 31. & alibi: ſed videtur eo nomine ſphæram *Græcænicam* intelligere. Perſequitur enim vires, & apotelesmata aſtrorum ſecundum ea nomina, quibus a Græcis vocantur. Porro quemadmodum Græci omnes eos Barbaros vocant, qui exteræ regiones habitant: eadem ratione Latinis licere potuit vel ipſos Græcos vocare *Barbaros*: atque ita *ſphæram* Græcorum potuit *Firmicus* *Barbaricam* appellare.

Sphæralis, le, adject. *sferico*, ad ſphæram pertinens, ut ſphæralis forma, *Macrob. 1. 7. Saturn. c. 16.* Sphæralis globofitas, *Id. 1. 1. in Somn. Scip. c. 11.*

Sphærica. V. **Sphærita**.

Sphæritæ, *σφαῖριται*, nomen collyrii apud *Celf. 1. 6. c. 6.*

Sphæritæ, a, m. *σφαῖριται*, qui pila, vel globus ludit. *Sidon. 1. 2. epiſt. 9.* Ecce huc ſphæriſtarum contrallantium paria inter rotatiles cataſtropharum gyros duplicabantur.

Sphæriſterium, n. 2. *σφαῖρις*, locus pilæ luſui deſtinatus, a *σφαῖρις*, *pila ludo*. Erant ſphæriſteria cubicalia in balineis, in quibus ſe tum aliis rebus, tum pilæ ludis veteres exercebant. *Plin. 1. 5. epiſt. 6.* Apodyterio ſuperpoſitum eſt ſphæriſterium, quod plura genera exercitationis, plureſque circulos capit. *Suſton. in Veſpoſ. c. 20.* Valeridum proſperima uſus eſt, quamvis ad tuendam eam nihil amplius quam tauce cæteraque membra ſibiinet ad numerum in ſphæriſterio deſicicaret.

Sphærita, a, f. *σφαῖριται*, ſupple *ταῦτα*, placentæ genus, in cujus ſolo ſphæraz, ſeu globuli multi poſiti ſunt, a *sphæra*. *Cato c. 85.* Sphæritam ſic facto, ita uti ſpiram, niſi ſic fingito detractis caſeo, melle: ſphæras pugnum altas facto, eas in ſolo composito, denſas eodem modo composito, atque ſpiram, itemque coquito. Sunt qui leg. *Sphæram*.

Sphæroides, is, *globoſo*, *sferico*, ut ſphæroides ſchema, *Virruv. 1. 8. c. 6.*

Sphæromachia, a, f. *σφαῖρομαχία*, certatio quæ fit pila, vel globo. *Stasius in præſar. 1. 4. ſilvar.* Sed & ſphæromachias ſpædamus, & pilaris luſo admittitur.

Sphagittides, um, f. *σφαγιτιδες*, venæ duæ inſignes utrinque ad jugulum apparentes, apud *Celf. 1. 4. c. 1.* ubi tamen græcis literis hanc vocem ſcribit.

Sphagnos, i, *σφαγιτις*, & *σφαγις*, alio nomine bryon, *βρύον*. Hac voce ſignificantur cani arborum villi, quales in quercu maxime videmus, ſed odore præſtantes. *Plin. 1. 12. c. 23. & 1. 24. c. 6.*

Sphingus, ii, m. V. in *Voce* ſequenti.

Sphinx, ngis, f. *σφίγξ*, monſtrum apud Thebas, cujus caput, & manus puellæ, corpus canis, alæ avis, vox hominis, ungues leonis, cauda draconis, *σφίγγος*, *ſringo*, quod in ſcopulo inſidens viæ imminenti ad portam Thebarum ænigmata proponere ſoleret prætercumbitis ita difficilia, ut ſe ſe expedire non poſſent, quod ſi illa ænigmata non diſſolverent, ad eos advolabat, illoſque ad ſe in rupem tractos unguibus lacerabat. *Auſonius Idyll. 11. v. 40.* Terruit Aoniæ volucris, leo, Virgo, triformis Sphinx, volucris pennis, pedibus fera, fronte puella. Hæc in ſubulis. Re vera autem Sphinx erat, quemadmodum ex Socrate tradit Scholiaſtes Euripidis, *εγγυλῖα χηρμαλῖς* *δύο γυνωστὰ μαντιβωμῆν*, vates ejus regionis, quæ reſponſa daret intellectæ difficilia. Indeque a *Sophocle* in *Oedipo tyranno* vocatur *ἡ σφίγγος*, id eſt contextus carminum. Vide, ſis, quæ de Sphingæ notavit *Joſ. Scaliger, Animadv. Euſeb. ad ann. 757. Stat. 1. 1. Theb. v. 66.* Si Sphingis iniquæ Callidus ambages te præmonſtrante relolvit. ¶ Cum Oedipus Thebas ingreſſurus eſſet, Sphinx ænigmata ejusmodi ei propoſuit: Quodnam animal mane quadrupes, meridi bipes, veſperi tripes eſſet. Oedipus ænigmatis nodum diſſolvit, & dixit, hominem eſſe, qui in infantia manibus, & pedibus repens verius, quam incedens, quadrupes eſt: factus vir, ut qui nullo alio, quam pedum adminiculo nititur, bipes: ingravæſcentibus autem annis, aſſumpto ſcapione, tripes. Hanc ſolutionem Sphinx tam ægre tulit, ut ſtatim ſe de ſaxo præcipitaverit. *Plaut. Pan. 1. 3. 34.* Iſti oratione Oedipo opus conjectore eſt, qui Sphingi iſterpres fuit. ¶ Sphinx item animal eſt ex genere ſiumarum, inſigne duabus in maxilla maculis nigricantibus, cauda coloris ſubnigri, oblonga. *Plin. 1. 8. c. 21.* ¶ Dicitur & Sphingus, ii, m. *Id. 1. 10. c. 72.* Et Sphingium, ii, *Id. 1. 6. c. 29.*

Sphondyli, *σφονδύλι*, *orum*, m. *σφονδύλι*, concharum marinarum genus, apud *Colum. 1. 8. c. 16.*

Sphragis, idis, f. *σφραγις*, *ſigillo*, vox Græca. *Scribit Plin. 1. 35. c. 6.* terram Lemniam ſphragidem appellatam, quia non niſi ſignata venun-

dabatur. ¶ *Apud eunt. 1. 37. c. 8.* Sphragides ſunt gemmæ quædam optime ad ſtinandum. ¶ *Apud Celf. 1. 5. c. 20.* Sphragis dicitur paſtilum quoddam ad obſignanda, & glutinanda vulnera utile.

Sphragitis, idis, f. *σφραγιτις*, ſignaculum. *Prudent. Perſiſſep. 10. v. 1076.* Quid ſi ſacrandas accipis ſphragitidas, &c.

Sphyræna, a, f. *σφραῖνα*. V. **Sudis**.

Spica, a, f. *ſpiga*, *שפירא*, *Ger. aber*, *Gal. ſpica*, *Hiſp. eſpiga*, *σπικα*, totum illud in frumento, quo grana continentur, cujus partes ſunt glutina, & ariſtæ. *Var. 1. 1. R. R. c. 48.* Spica in hordeo, & tritico tria habet continentia, granum, glutinam, ariſtam, & etiam primitus, ſpica cum oritur, vaginam. *Cic. de Sen. c. 15.* Culmoque erecta geniculato vaginis jam quaſi pubeſcens includitur, & quibus cum emerit, fundit frugem ſpicæ ordine ſtruſtam, & contra avium minorum morſum muniter vallo ariſtarum. *Ovid. 8. Met. de apio Calydonio*: Et Cererem in ſpiciſ interceptit. ¶ Spica mutica eſt, quæ non habet ariſtas, quaſi cornibus mutilata. *Var. 1. 1. R. R. c. 48.* Spica mutica dicitur, quæ non habet ariſtas. Ex enim quaſi cornua ſunt ſpicarum. ¶ Spicæ vox a frugibus ad alias etiam plantas extenditur. Hinc crocus dicitur a *Poëtis* ſpica Cilicia, nimirum quia filis, ſive capillamentis retetur ariſtas. *Ovid. 1. Faſt.* Et ſonet accenſis ſpica Cilicia focis? *ideſt* crocus adveſtus eſt Cilicia. *Plin. 1. 12. c. 12.* Nardi cacumina in ariſtas ſe ſpargunt, ideo gemina dote nardi ſpicas, ac tollia celebrant. ¶ Dicitur etiam de bulbo herbarum, præteritum vero alii. *Cato R. R. c. 70.* Ulpici ſpicas quatuor. *Colum. 1. 11. c. 3.* Ulpicum habet, velut allium, plures cohærentes ſpicas. ¶ Spicæ tellacæe ſunt, laterculi coctiles, oblongi, & acuminati, quibus pavimenta ſunt. *Virruv. 1. 7. c. 1. V. Spicarius*. ¶ Spica denique eſt ſignum in celo, quod in Virginis parte decima oritur. *Col. 1. 11. c. 2.* Decimoquarto Calendas Octobris ſpica Virginis exoritur.

Spicatus, a, um, *ſpigoſo*, *σπικωτός*, quod habet ſpicas. *Plin. 1. 21. c. 17.* Aliud ruriſ ſpicatum genus herbarum. *Id. 1. 24. c. 15.* Chamæciſſos ſpicae eſt tritici modo, ramis quavis tere folioſa. ¶ Translate ponitur pro omni eo, quod concifum minutatum eſt in modum ſpicæ. *Grævius in Cynegeico*: Spicæque faces terre ad memora alta Dianæ. ¶ Pavimentum ſpicatum eſt, quod factum eſt ex laterculis oblongis, & angulatis ſpicæ figura, a *ſpina di pefe*. *Virr. 1. 4. c. 1. & 1. 7. c. 1. Plin. 1. 36. c. 25.*

Spicæus, a, um, *di ſpica*, *Ger. aberin*, *Gall. d'epie*, *Hiſp. d' eſpiga*, *σπικαῖος*, quod ex ſpiciſ eſt. *Virg. 1. 2. Georg.* Spicæa jam campis cum meſſis inhorruit. *Ovid. 2. Met.* Stabat nuda æſtas, & ſpicae ſerta gerabat.

Spicifer, a, um, *σπικωφόρος*, quod fert ſpicas. *Sen. Herc. Oet. de Cere*: Et ſpiciferæ conceſſa Deæ Attica Myſtas claudit Eleuſis. *Martial. 1. 10. epiſt. 74.* Non Hybla, non me ſpiciter capit Nilus.

Spicilegium, ii, n. *ſpigoſolamentum*, *ſpigoſolazione*, *Ger. nachſtoppelung der aber*, *Gal. amas d'epis*, *Hiſp. cogimient de eſpigas*, *σπικωσυσία*, collectio ſpicarum in agro a meſſoribus præteritarum. *Var. 1. 1. R. R. c. 53.* Meſſe facta ſpicilegium venire oportet.

Spicio, is, exi, ectum, a. 3. *guardare*, *βαῖνα*, video, cerno, intueor. *Plaut. Mil. 3. 1. 100.* Quo ſupercilio ſpicit! *Enn. apud Feſt.* ſpexit de pontibus cellis.

Spiculum, i, n. idem ac ſpiculum, per *Sync. Lucr. 1. 3. v. 199.* At contra lapidum conjectum, ſpiculorumque &c.

Spico, as, n. 1. *ſpigare*, *mandar ſuora* *de ſpigue*, *Ger. ehreſchollen*, *Gal. jester*, *les épis*, *Hiſp. eſpigar*, *σπικωποις*, ſpicas emitto. *Plin. 1. 18. c. 7.* Grana in ſtipula crinito textu ſpicantur. ¶ Spicare quoque eſt concidere aliquod minutatum, ſic, ut aſſulus multis reterat ſpicam cum ariſtis ſuis, vel in modum ſpicæ acere. *Grævius in Cynegeico v. 118.* Quid Macedum immenſos libeat ſi dicere contos, Quam longa exigui ſpicant haſtilia dentes!

Spicula, læ, herba chamæpitys. *Apulej. de herb. c. 26.*

Spiculator, oris, m. *alabardero*, *Ger. trabant*, *Gal. balebardier*, *Hiſp. alabardero*, *δορυφόρος*, ſabellus Principis, carnifex, a *ſpiculum*, quia ſpiculum geſtat. *Tac. 1. hiſt. c. 31.* Dilapſis ſpiculatoibus, cætera cohors non aſpernata concionantem. *Sueton. in Claud. c. 35.* Ut ſpiculatores cum lanceis circumſtarent. Utroque loco alii leg. *ſpeculatores*.

Spiculatus, a, um, adject. acuminatus. *Solin. c. 51.* Cauda veluti ſcorpionis aculeo ſpiculata.

Spiculus, as, a. 1. *aguzza* *la punta*, *ακρωτις*, cuſpidem acuo. *Plin. 1. 11. c. 2. de inſectorum aculeo*: Telum vero perſidendo tergeri quo ſpiculavit ingenio!

Spiculum, li, n. *dardo*, *כדור*, *Ger. glan*, *Gal. javeline*, *Hiſp. lanca*, *ἀόχνη*, *εὐεπίς*, lancea brevis, ſeu (ut *Vegetius* ait l. 2. de re milit. c. 15.) telum miſſile, cujus ferrum eſt triangulum, unciarum novem, haſtilæ pedum quinque, & ſemiſſis. *Cic. in Piſ. L.* Craſſus homo ſapientiſſimus noſtræ civitatis ſpiculus prope ſeruatous eſt Alpes. *Virg. 5. Æn.* Gnoſſia bina dabo levato lucida terro ſpicula. ¶ Accipitur & pro ſagitta. *Virg. 11. Æn.* Spicula converſo fugientia dirigit arcu. ¶ Aliquando pro quacunque cuſpide, & aculeo, ut ſunt ſpicula ſagittarum, & aculei apum. *Curr. 1. 7. c. 6.* Rex ſagitta iſtus eſt, quæ in medio crure reliquerat ſpiculum. *Virg. 4. Georg. v. 237. de apibus*: læſa venenum Moribus inſpirant, & ſpicula cæca relinquunt. ¶ Spicula pro ſolis radiis ponuntur a *Prudent. in bymno ad matutin.* ¶ *Spiculum* per ſyncop. V. ſuo loco.

Spiculus, a, um, adject. in modum ſpiculi factus. *Tertull. de pudic. c. 7.* Non lucernæ ſpiculo lumine, ſed totius ſolis lancea opus eſt. *Schoppius in notis ineditis ad Tertull. legit ſpiculi*.

Spicum, i, n. idem ac ſpica. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 41. de ſigno Virginis*: Spicum illuſtre ferens inſigni corpore virgo. *Varr. apud Non. c. 3. n. 230.* Neque in bona fegete nullum eſt ſpicum nequam, neque in illa non aliquid bonum.

Spicus, ci, m. idem ac ſpica. *Fefſt.* Spicum mafculine antiqui dicebant, ut hunc ſtirpem, & hanc annem.

Spina, a, f. *ſpina*, *קין*, *Ger. dorn*, *Gal. épino*, *Hiſp. eſpina*, *ακρωτις*, aculeus ſentis, vel rubi, quo pungimur. *Virg. 5. Bel.* Carduus, & ſpinis ſurget paliurus acutus. *Col. 1. 11. c. 3.* Ea ſunt varciſſimarum ſpinarum, maximeque rubi, & paliuri, & ejus, quam Græci vocant *κακώβητος*, non ſentem canis appellamus. ¶ Dicitur etiam de herbis. Hinc ſpinam tacere dicitur aparagus, cum percrevit, & ſpinofus ſit. *Col. 1. 21. c. 3.* Deinde cum ſpiam fecerit, collectis feminibus ipſis, &c. ¶ *Spina ſolſtitialis*, eſt frutex, vel herba quæ ſolſtitio provenit, vel floræ. *Col. 1. 2. c. 18.* Alias per ver evellamus, ut intuba, ac ſolſtitiales ſpinas. ¶ Item de beſtiis, pro aculeo, qualis hyſtricus, ſerpentibus, & multis ſpicibus inſit. *Cic. 2. de nat. Deor.* Quarum alæ coriſi tectæ ſunt, alæ villis veſtitæ, alæ ſpinis hirtutæ. *Plin. 1. 8. c. 35.* Hyſtrices general India, & Atrica, ſpina contactas. ¶ Translate ſpina dicitur vertebrarum in quocunque animali contextus inter ſe (quam & Græci *σπονδυλῶν* nominant) qui eſt a collo ad extremum utraque os, & quod ſacrum dicitur. Sic autem appellata eſt, quod ipſæ vertebrae in ſuo contextu proceſſus utrinque oſtendant, ſpinis haud abſimiles. *L'ar. 1. 2. R. R. c. 7.* Scapulis latis, ſpina maxime duplici. *Plin. 1. 11. c. 37.* Spina lumbis oſſæ, ſed tereti ſtructura, per medea foramina a cerebro medul-

medulla descendente. Per translationem item accipitur pro inculo-
to, & horrido dicendi genere, vel pro difficultate. *Cic. 4. Fin. c. ult.*
Quam illorum triftitiam, atque asperitatem fugiens Panætius nec ac-
cerbitatem sententiarum, nec differendi spinas probavit. *Id. 4. Tusc. c.*
5. Spinæ partiendi, & definiendi prætermittuntur.

Spinâlis, & le, o. quod ad spinam pertinet. *Macrob. 1. 7. Saturn. e. 9.*
Animæ per spinalem medullam præbetur effectus.

Spinæa, æ, f. genus vitis, quæ & spinia. *Plin. 1. 14. c. 2.*

Spinæola, æ, f. species rosæ, plurimis sed minutissimis foliis. *Plin. 1. 21. c. 4.*

Spinifco, is, n. 3. spinosus fio. *Martian. Capel. 1. 6. metro ult.* Sentis spine-
nescere membris.

Spinētum, ti, n. luogo piantato di spine, Ger. *dorn gestend*, Gal. *épinaye*,
Hisp. *espinal*, *αἰχμή*, locus spinis abundans, *Virg. 2. Ecl. Nunc virides*
etiam occultant spineta lacertos.

Spinētus, a, um, *αἰχμηδής*, quod e spinis factum est. *Ovid. 2. Met. v.*
789. Quem spinæ tortum Vincula cingebant.

Spinifer, ra, rum, *αἰχμηδής*, quod spinas fert. *Cic. in Arat. 1. 178.*
Spiniferam subter caudam pitricis adhæsit.

Spiniger, a, um, adject. idem quod spinifer. *Prudent. in passione Hippo-
lyti. v. 115.* Spinigeris strigibus hirtus ager.

Spinosulus, a, um, *spinifco*, aliquantum spinosus. *Hieronym. epist. 83.*
ad Ocean. Primum spinosulus noster obmutuit, postea vero, &c.

Spinosus, a, um, *spinifco*, *αἰχμηδής*, spinis abundans. *Var. 1. 2. R. R. c.*
3. Atque in spinosis locis pascuntur. *Plin. 1. 12. c. 15.* Corticem levem
myrrhæ, simileque unedoni, scabrum alii, spinosumque dixere.
¶ Translate sumitur pro duro, aspero, inculo. *Cic. 1. de Or. Sed hæc*
erat spinosa quædam, & exilis oratio, longæque a nostris sensibus ab-
horrebat. *Id. in Orat. c. 32.* Et postea qui Dialectici dicuntur, spinosio-
ra multa pepererunt.

Spinter, sive spinther, *Éris*, n. *ἀρχιέριος*, *βραχιορίστηρ*, fibula in hume-
ris, vel armilla, qua mulieres in summo brachio sinistro utebantur.
Fest. Spinter vocabatur armillæ genus, quod mulieres antiquæ gerere
solebant brachio sinistro sinistro. *Plaut. Men. 3. 3. 4.* Jubeas, spinther
novum reconcinari.

Spintria, æ, com. i. repertor monstrosæ libidinis, novique concubitus,
a *σπινδρία*, *scintilla*, *igniculus*, nempe a monstrosam libidinem ar-
dore. *Suet. in Tib. c. 43.* Monstrosique concubitus repertores, quos spin-
triam appellabat. *Tac. 6. Ann. c. 1.* Tuncque primum ignota ante voca-
bula reperta sunt fellariorum, & spintriarum, ex fœditate loci, &
multiplici patiencia.

Spinturmicus, ii, n. genus avis deformis, & inauspicatæ, diminut. a *spin-
turmic*. *Plaut. Mil. 4. 1. 42.* Pithecium hæc est præ illa, & spinturmicum.

Spinturnix, icis, f. avis quedam deformis & obœcna, ejsdemque cum
bubone ominis. *Plin. 1. 10. c. 13.* & *Festus*.

Spinula, læ, f. *picciola spina*. *Arnob. 1. 2.* Inhærens callo spinula.

Spinus, ni, m. *prugnolo*, *justo salvatico*, Ger. *schiehnbaum*, Gal. *pru-
nus*, Hisp. *ciucelo*, *mones*, *πριμύρα*, agrestis, seu sylvestris prunus.
Serv. in 4. Georg. monet, spinus genere virilis esse arborem prunorum,
at lentes dici spinas in muliebris. rectius tamen in fœm. genere usur-
paveris, sicut cætera arborum vocabula. *Virg. 4. Georg.* Eduramque
pyrum, & spinos jam pruna ferentes.

Spio, us, f. 4. contr. *σπιο*, *Nympha*. filia Nerei, & Doridis, a *σπιο*,
spelunca, quia Nympha in speluncis maris habitare dicuntur. *Virg. 4.*
Æn. Niseeque, Spioque, Thaliaque, Cymodoque.

Spionia, æ, f. vitis species, quæ & spinea quibusdam dicitur. *Plin. 1.*
14. c. 2. Æstum tert spionia, quam quidam spineam vocant.

Spionicus, a, um, quod ad usum spioniam spectat, ut Spionius gustus,
qui est usus spionie. *Col. 1. 3. c. 21.* Sive est ille bituricus, seu basilic-
us, seu spionicus.

Spira, æ, f. *spira*, *revoluzione*, *revolgimento*, *σπείρα*, linea flexuosa fa-
ciens orbem non redeuntes in se, revolutio, sive circulus, qui in se ip-
sum non recurrit. De variis rebus usurpat. *Fest.* Spira dicitur & bas-
is columnæ unius tori, aut duorum, & genus operis pictoris, & funis
nauticus in orbem convolutus: ab eadem omnes similitudine. Pacuvius,
Quid cæstatis focii ejicere spiras parteat? Ennius quidem hominum mul-
titudinem ita appellat, cum ait, Spiras legionibus nexunt. Hæc *Festus*:
Igitur spira sumitur pro basi columnæ unius tori, aut duorum. *Plin. 1.*
36. c. 23. In Ephesæ Dianæ æde primum columnis spiræ subditæ, &
capitella addita. ¶ Item pro genere operis pictoris. *Cato de R. R. c.*
77. Spiram sic facito, quantum voles, pro ratione, ita, uti placenta
fit, eadem omnino facito, &c. ¶ Dicitur & de fasciis galeri sub men-
to stringi solitis. *Juven. sat. 8. v. 208.* De fascibus aurea cum se Porri-
gat, & longo jactetur spira galero. ¶ Item de muliebris capilli orna-
mento. *Plin. 1. 9. c. 37.* Lolliam Paulinam, quæ fuit Caji Principis ma-
trona, nec serio quidem, aut solemnè cæremioniam aliquo apparatus,
sed mediocrium etiam sponfalium cœna, vidi smaragdis, margaritisque
operatam, alterno textu fulgentibus, toto capite, crinibus, spiris, au-
ribus, collo, manibus, digitisque. ¶ Item de sinuosis anguim flexi-
bus. *Virg. 2. Georg.* Nec rapit immensos orbem per humum, neque
tanto Squameus in spiram tractu fe colligit anguis. *Id. 1. 2. Æn.* Spi-
risque ligant ingentibus. ¶ Dicitur etiam de arborum venis, & mo-
dis in orbem convolutis. *Plin. 1. 16. c. 39.* Publicam omnium vitium
vocant spiras, ubi convolvere se venæ, atque nodi.

Spira, *Spira*, Germ. *Speyr*, urbs Germaniæ superioris, in Palatinatu
Inferiori, ad Rhenum, media inter Argentoratam ad Mer. & Mogun-
tiam ad Bor. Dicta est a *spira*, qua globum militarem signat, quia
Constantius Cæsar ibi cohortes Græcas collocarat, de quo *Meckerhus*
lib. de pronunt. Ling. Græcæ. c. 30.

Spirabilis, & le, o. 3. *Spirabile*, *ἰσπυρῶστος*, vitalis, quo spiramus.
Virg. 3. Æn. Per sidera testor, Per superos, atque hoc cæli spirabile
lumen. *Cic. 2. de nat. Deor.* Animum denique ipsum spirabilem, si quis
querat, unde habeamus.

Spiraculum, i, n. *spiracolo*, *πύξ*, Germ. *lofthloch*, Gal. *soupirail*, Hisp.
respiradero, *φωσπύρα*, per quod odor, ærve expiratur, aut exhalat.
Virg. 7. Æn. Hic specus horrendum, & lævi spiracula Ditis monstrantur,
Plin. 1. 2. c. 93. Ut in Sinuesiano agro, & Puteolano sunt, quæ
spiracula vocant, mortierum spiritum exhalantes.

Spiræa, æ, f. *σπείρα*, herba, cujus folia coronamentis apta sunt; qui-
dam eandem esse putant cum illa, quam viburnum vocat Matthiolus.
Plin. 1. 21. c. 9.

Spiræum, n. 2. *Capo Spireo*, prom. Peloponnesi, ad sin. Saronicum, inter
Scyllæum prom. ad Austr. & Cenchreas portum in Bor. ad Isthmum,
apud Epidaurum, & Fanum Æsculapii. *Plin. 1. 4. c. 5.* & 12.

Spiramen, inis, n. *spiragno*, *σπυράτις*, id per quod exit spiritus. *Lucan.*
1. 2. v. 183. Hic aures, alius spiramina naris aduncæ. *Stat. 2. Theb.* Re-
ficit spiramina fossi ignis.

Spiramentum, ti, n. *spiracolo*, *σπυράτις*, id, per quod exit spiritus a
Spiramen. *Virg. 4. Georg.* Nequiquam in tectis certatim tenuia cera
Spiramenta linunt. *Plin. 1. 34. c. 10.* Circumito spiramento in caminis,

donec vasa ipsa percoquantur. *Justin. 1. 4. de Ætna monte*, Ubi acrior
per spiramenta cavernarum ventus incubuit.

Spirans, antis, o. 3. *πυρῶστος*, partic. a *spiro*. *Virg. 4. Georg.* Gravior spi-
rantis copia thymbræ. ¶ Metaleptice, seu metonymice ponitur pro
vivente. *Virg. 4. Æn.* Spirantia consulit exa, h. e. palpitantia, quasi
adhuc viva. *Cic. pro Mil.* Equando ab eo spirante forum potuisset de-
fendi, cujus non resisterit c. daveri curia? ¶ Item ponitur pro vitali,
sive pro eo, quod vitam alit, & conservat, ut *Aura spirans*,
idest qua spiramus, & vivimus. *Virg. 9. Æn.* Ab alto Æthere se mit-
tit, spirantes dimovet auras.

Spiratio, onis, f. *respiro*, actus spirandi. *Scribon. Larg. Composit. 47.* Ne-
que spiratio interpellatur. *Id. Composit. 180.* Opium spirationem impedit.

Spirillum, i, n. barba capræ. *Festus*.

Spiritalis, le, adject. *pneumatico*, *di spirito*, *di fiato*, *o di vento*, *πνευ-
ματικός*. *Vitruv. 1. 10. c. 1.* Genus machinæ spiritale est, cum spiritus
expressivibus impulsus, & plagæ vocæque *σπυρῶστος* exprimuntur.
¶ Item ad spiritum pertinens, & corpori, seu materiæ oppositus, *spi-
rituale*. *Solin. c. 23. (al. 36.) sub fin.* In corporibus nostris commercia
sunt spiritalia. *Tertul. Apolog. c. 22.* Substantiæ spiritalæ. *Prudent. in*
Rom. v. 14. Et spiritali lacte pectus irriget. ¶ Legitur & *Spiritalis*,
quod quidem Grammaticis magis placet, cum sit a *spiritus*; verum
antiquis monumentis non satis confirmatur.

Spiritualiter, adverb. *Spiritualmente*. *Tertul. in exhortat. ad castitat. c. 10.*
Spiritaliter sapit.

Spiritus, us, m. *spiro*, *anima*, *fiato*, *πνεύμα*, Ger. *atem*, *geist*, Gal. *esprit*,
Hisp. *espíritu*, *πνεύμα*, halitus, actus spirandi, spiratio, a *spiro*. *Cic.*
2. de nat. Deor. Tribus rebus animantium vita tenetur, cibo, potione,
spiritu. *Id. ibid.* Excipiatque animam eam, quæ ducta fit spiritu, ean-
demque a pulmonibus respiret, & reddat. *Id. 1. de Or.* Deinde cum spiri-
tus ejus esset angustior. *Et præcis interjectis*, Summa voce versus multos
vno spiritu pronuntiare consuecebat, a *un fiato*. *Id. 1. Cæcil.* Potest
ne hujus vitæ hæc lux, Catilina, aut hujus cæli spiritus esse jucun-
dus? *Id. de Sen.* Quorum usque ad extremum spiritum provecta est pruden-
tia. *Id. 2. Divin.* Spiritum ducere, *respirare*. *Plin. 1. 2. c. 5.* Proximum
spiritus, quem Græci, nostrique eodem vocabulo aera appellant. *Virg.*
in Calice, v. 180. Spiritibus rumpit fauces. h. e. afflatibus, & sibilis, de
angue enim loquitur. ¶ Accipitur aliquando pro vento. *Virg. 2. Æn.*
Boreæ cum spiritus alto insonat *Ægæo*. *Col. 1. 3. c. 19.* Veruntamen præ-
stat eligere fatiōis silentis, vel certe placidi spiritus diem. ¶ Trans-
late sumitur pro animi elatione. *Cic. pro Sylla. c. 9.* Res enim gestæ, credo,
meæ me nimis extulerunt, ac mihi nescio quos spiritus attule-
runt. *Cæf. 1. 3. B. C.* His rebus tantum fiducia, ac spiritus Pompejanis
accessit. *Liv. 1. 36.* Spiritum alicujus frangere. *Curt. 1. 5. c. 8.* Nobilitate
vestra dignos spiritus capiat. *coraggio*. ¶ Interdum spiritus accipitur
pro odore, qui ex aliqua re spirat. *Lucret. 1. 3. v. 223.* Spiritus unguenti
suavis diffugit in auras. *Cæf. 1. 5. c. 26.* Spiritus fœdi odoris. ¶ Item
pro anima. *Cic. pro Marcel.* Vita corpore & spiritu continetur. *Vellej. 1.*
2. c. 87. Spiritum reddere, *morire*. *Id. ibid.* Spiritu privare, *ammazzare*.
Id. ibid. c. 123. Subfectus conspectu & alloquio carissimum spiritus, *di perso-
na a se melto cara*. ¶ Divino spiritu afflari, h. e. Dei afflatu, & in-
stinctu moveri. *Cic. pro Arch.* Poetas divino quodam spiritu afflari.

Spiro, as, n. 1. *spirare*, *esalare*, *πνέω*, spiritum duco, animam attra-
ho, & emitto. *Cic. pro R. Am.* Non modo sine cura quiescere, sed ne
spirare quidem sine metu possunt. *Cæf. 1. 2. c. 4.* Mali morbi testimo-
nium est vehementer, & crebro spirare. ¶ Saepe dicitur de ventis,
pro flare. *Ovid. 11. Met.* Et præcepis spirare valentius Eurus. ¶ I-
tem de floribus, & aliis, pro exhalare, emittere, cum accusat. *Virg.*
1. Æn. Ambrosiæque comæ divinum vertice odorem spirare. *Lucret. 1.*
6. v. 690. Spirat fons dulcis aquai. *Id. 1. 5. v. 29.* Equi spirantes nari-
bus ignem. ¶ Translate *Cic. de clar. Orat. c. 25.* Hanc ob causam vi-
detur Lælii mens spirare etiam in scriptis, Galbæ etiam vis occidisse.
h. e. superflus esse, non secus ac si Lælius adhuc viveret. *Liv. 1. 3. c.*
46. Inquietum hominem, & tribunatum etiam nunc spirantem, locum
seditionis querere. h. e. vim tribunatium representantem. *Senec. in*
Thyest. v. 503. Cum spirat ira sanguinem, nescit regi. h. e. cum concu-
piscit cædem.

Spirula, læ, f. parva placenta in modum spiræ confecta. *Arnob. 1. 2.*
Spirulas, & botulos tacere.

Spissamentum, i, n. *spessereza*, *σπίσιμος*, quod in ungentorum confectio-
nibus, & olivarum, aliorumque id genus fructuum conditur extremum
additur, ne fluat, quod conditum fuerit. *Col. 1. 12. c. 46.* Spissamento
quæcunq; unguento vas pelliculetur. *Senec. ep. 31.* Firmiori
spissamento opus est, quo usum in locis Ulyssæm ferunt.

Spissatio, onis, f. spissamentum, spissitudo. *Senec. ep. 86. sub fin.* Ter-
ram non aggestit tantum, sed calcavit, & pressit: negat quicquam
esse hac, ut ait, spissatione efficacius. Alii leg. *posidione*.

Spissatus, a, um, *condensato*, *inspessito*, *πυκνωθέν*. *Ovid. 15. Met. v. 250.*
Ignis enim densum spissatus in aera transit. *Lucan. 1. 4. v. 77. de nubibus*
Spiratæque fluunt, nec servant fulmina flammæ.

Spisse, adv. *πυκνῶς*, dense, sive ad multam spissitudinem. *Plin. 1. 36. c.*
25. Dein spisse calcatis carbonibus inducitur fabulo, calce, ac favilla
mistis. *Plin. 1. 37. c. 8.* Non translucet molochites spissius virens. *di un*
verde più carico, e più oscurò. ¶ Metaleptice ponitur pro tarde. *Pacuvius*
apud Non. c. 4. n. 422. Habet hoc fenestris in se, cum pigra est ip-
sa, ut spisse omnia videantur confieri. *Cic. in Brut. c. 36.* Cum tamen
spisse, atque vix, ut dudum ad Demosthenem, & Hyperidem, sic
nunc ad Antonium, Craffumque pervenimus.

Spisselco, is, n. 3. *inspessere*, *πυκνωθῆναι*, spissus fio. *Lucret. 1. 6. v. 173.* Fecit,
ut ante, cavam, docuit, spisselcere nubem. *Cæf. 1. 5.* Humor spisselcens.

Spissigradus, a, um, *βραδύπορος*, qui tarde incedit, qui tarso passuum
motu in ambulando utitur. *Plaut. Paen. 3. 1. 3.* Homines spissigradissi-
mos, tardiores multo, quam corbitæ sunt in tranquillo mari.

Spissitas, atis, f. *spessereza*, *πυκνότης*, spissitudo. *Plin. 1. 18. c. 30.* Quo-
niam spissitate sua concalecit.

Spissitudo, inis, f. idem quod spissitas. *Sen. Quæst. Nat. 1. 2. c. 30.* Est
autem nubes spissitudo aeris. *Id.*

Spisso, as, a. 1. *inspessere*, *πυκνῶν*, spissum facio. *Plin. 1. 11. c. 41.* Omne
lac igne spissatur. *Id. 1. 13. c. 4.* Et farinæ modo spissatur in panem.

Spissus, a, um, *spesso*, *denso*, *πυκνός*, densus, cui opponitur *rarus*, a
σπυρῶστος, *densus*, *obscurus*. *Virg. 2. Georg.* Scrobibus superabit terra re-
pletis spissus ager. *Id. 8. Æn.* Interlucetque corona Non tam spissa vi-
ris. *Hor. 1. 1. ep. 19.* Spissis indigna theatris Scripta pudet recitare. h. e.
frequenter. *Plin. 1. 16. c. 40.* Spississima arbor, ideo & gravissima, e-
benuis. *Col. 1. 4. c. 33.* Spissius semen. *Plaut. Epid. 2. 2. 46.* Tunicam ral-
lam, tunicam spissam, h. e. densæ texturæ. ¶ Metaleptice sumitur
pro tarso. Nam res spissa tarde, & cum difficultate penetratur. *Plaut.*
Cist. 1. 1. 77. Spissum istud amanti est verbum, venit, nisi venit. *Cic.*
Att. 1. 10. ep. 18. Sed hoc quoque timide scribo, ita omnia adhuc tar-
da, & spissa. *Id. ad Q. Fr. 1. 2. scribibe illa, quæ dixeram, πάλαι*

sp̄, sp̄ifum sane opus, & operofum.

Spithāma, α, f. *palmus*, αἰθραμῆ, palmus, constans e duodecim digitis. *Plin. l. 7. c. 2.* Supra hæc extrema in parte montium Trispithami Pygmæique narratur, ternas spithamas longitudine non excedentes.

Spithameus, a, um, adiect. *lingua un palmu*, αἰθραμῆος. V. *Trispithami*.

Splanchnoptes, is, m. αἰσχυροπτεῖς, qui ex visceribus victimæ cæcæ futura conjicit, nam αἰσχυροπτεῖς, viscera sunt, & πτεροπτεῖς videre significat. Hoc nomine appellata est statua vernulæ cujusdam Periclis a Stipace Cyprio facta. *Plin. l. 23. c. 17. & l. 34. c. 8.*

Splen, enis, m. *milza*, σπλήν, viscus in sinistra animalis parte situm, succos crassos, & melancholicos in hepate senitos ad se attrahens, quorum parte subtilissima cum se aluerit, quod superest, proprio quodam meatu ad ventriculum remittit, & *iten* dicitur. *Plin. l. 23. c. 1.* Splenem ternis obolis pœta (bryonia nigra) triginta diebus confumit. *Perf. sat. l. v. 12.* Quid faciam? sed fum petulantis splene cachinno. h. e. splene effuso in risum: nam splen risus fedes dicitur.

Splendens, entis, o. 3. μαρμαίρων, lucens, *risplendens*. *Hov. l. 1. od. 19.* Urit me Glyceræ nitor Splendentis Parii marmore purius. *Claudian. de Giganom. 2. v. 77.* Clypeus splendentior igni. ¶ Translate est illu-
stris. *Plin. l. 9. c. 5.* Auctores habeo in equestri ordine splendentes.

Splendō, es, dui, sine sup. *risplendere*, *risplendere*, λειψω, luceo, splendorem emitto. *Virg. 7. Æn.* Splendet tremulo sub lumine pontus. *Martial. l. 3. ep. 79.* Et facies multo splendet alba pilo. ¶ Transferitur etiam ad incorporea. *Cic. pro Sen. c. 28.* Virtus splendetque per se semper, neque alienis unquam foribus obfolescit.

Splendescō, is, n. 3. *risplucente*, λειψυοῦμαι, splendens fio. *Virg. 1. Georg.* Et sulco attritus splendescere vomer. ¶ Eleganter translate usurpatur. *Cic. de Sen.* Omnino canorum illud in voce splendescit etiam, nescio quò pacto, in senectute. *Id. in prof. Parad.* Nihil tam horridum, tam incultum, quod non splendescat oratione, & tanquam excolatur.

Splendico, as, n. 1. splendeo. *Apul. l. 5. A. A.* Splendicant gemmæ. A-
lii leg. *splendidant*.

Splendite, adv. *splendidamente*, λαμπρῶς, cum splendore, lucide, & translate nobilitate, præclare, magnifice. *Cic. 3. Tusc. c. 25.* Et acta ætas honeste, ac splendide tantam assert consolationem, &c. *Id. pro Quint. c. 30.* Magnifice, & splendide ornare convivium. *Id. 1. de Fin. c. 2.* Quid habent, cur Græca antepantur iis, quæ & splendide dicta sint, neque sint conversa de Græcis? h. e. nitide, & eleganter. *Gel. l. 14. c. 1.* Latius ea, & amœnius, & splendidius, & profuentius ex-
sequatur. *Sen. ep. 47.* Splendidissime natus, h. e. illustri genere. *Ho-
rat. l. 3. od. 11.* perjurum fuit in parentem splendide mendax, & in om-
ne virgo Nobilis ævum. h. e. decore, cum virtute, loquitur de Hy-
permetestra, Danaï filia, quæ 49. fororibus jussu patris maritos suos
occiditibus, una Linceo fuo peperit.

Splendidō, das, a. 1. splendidum reddo, polio. *Apul. in Apolog.* Splendi-
dare dentes. ¶ Item splendidum sum. V. *Splendico*.

Splendidus, a, um, *splendide*, *risplendens*, λαμπρῶς, clarus, lucidus, nitidus. *Lucret. l. 2.* Lumina splendida folis. *Horat. l. 3. od. 13.* Fons splendoris vitro. *Cic. in Somn. Scip.* Circulus splendidissimo candore e-
lucens. *Rufus Horat. l. 2. Jan. 3. v. 14.* jussit quod splendida bilis. Ideo
autem bilis splendida dicitur, quia sanguine ipso ejus humor purior
est, liquidior, & magis lucens. ¶ Translate fumitur pro pulchro,
specioso. *Cic. 1. Fin. c. 18.* Quod appellant honestum non tam solido,
quam splendidum nomine. ¶ Item pro magno, excellenti, præstanti,
nobili. *Cic. 1. Off.* Quod in maximis animis, splendidissimisque ingeniis
plerunque existunt honoris, imperii, potentie, gloriæ cupiditates. ¶
Item pro magnifico, lauto, liberali, cui opponitur fordidos. *Cic. ad Q. Fr. l. 2.* Splendidus domi, gratiosus extra domum. *Nepos in Attic. c. 20.* Elegans, non magnificus; splendidus, non sumptuosus, omni di-
ligentia munditium affectabat. ¶ Item pro illustri. *Vellei. l. 2. c. 88.*
Mecænas equestri sed splendido genere natus. ¶ Splendida Minois ar-
bitra dicuntur ab *Horatio. l. 4. od. 7.* h. e. severitatis, & majestatis plena.

Splenditico, as, a. 1. splendidum, & lucidum facio. *Martian. Capell. l. 9.*
Lumina ambrosia splendentem diem.

Splendor, oris, m. *splendore*, *luce*, שֵׁשֶׁב, Ger. *sehern*, Gal. *lueur*, *splende-
ur*, Hisp. *resplendor*, αἰσχυρῆ, lux, nitor, claritas. *Plaut. Merc. 5. 2. 39.*
Cælum ut splendore est plenu, nonne ex adverso vides? *Hor. l. 1. sat. 4.*
Hunc capit argenti splendor, stupet Albius ære. *Lucret. l. 4. v. 211.*
Splendor aq̄. ¶ Per translationem fumitur pro nobilitate, gloria,
dignitate. *Cic. pro L. Man. c. 14.* Nunc imperii nostri splendor illis gen-
tibus lucet. *Id. pro Cluent. c. 69.* Honesti homines, & summo splendore
præditi. ¶ Item pro perfectione, præstantia. *Cic. in Brut.* Actio vero
ejus habebat & in voce magnum splendorem; & in motu summam di-
gnitatem. ¶ Item pro puritate, elegantia. *Cic. in Brut.* Erat in ver-
borum splendore elegans, compositione aptus.

Splendoriter, ra, rum, adiect. splendorem ferens. *Tertul. de Judic. Dom. c. 5.*
Splendoritero qui lumine clarus.

Spleneticus, a, um, *σπληνιτικός*, lienosus, qui ex splene laborat, cui
post inflammationem lien in pristinum non restituitur habitum, sed
tumor permanet. *Plin. l. 20. cap. 9.* Item spleneticus in vino albo per
dies quadraginta.

Spleniatus, a, um, *σπληνωτός*, splenio obvolutus. *Martial. l. 10. ep. 22.*
Cur spleniato sæpe prodeam mento.

Spleneticus, a, um, adiect. idem quod spleneticus. *Plin. l. 21. c. 10.* Polium
medici splenetici propinat ex aceto. Al. leg. *spleneticiis*.

Splentum, ii, n. *σπληνίσιον*, herba, quæ spleni medetur, quæ usitatus
dicitur *asplenium*. *Plin. l. 25. c. 5.* Invenit & Teucer eadem ætate Teu-
crion, quam quidam Hermon vocant, spargentem juncos tenues, fo-
lia parva, aspersis locis nascentem, austero sapore, nunquam floren-
tem. Neque semen gignit. Medetur lienibus. Constatque sic inven-
tam. Cum extra super eam projecta essent, adhæsisse lienem, eumque
exinanisse. Ob id a quibusdam splenion vocatur. Hæc *Plin.* ¶ Est
etiam panniculus, vel fascia medicamentum, aut emplastrum illitas, quæ
fronti, aut oculis aliquo morbo laborantibus imponitur. *Martial. l. 2. epig. 29.* de servo quodam *stigmatiis in fronte notato*, & ad equestrem di-
gnitatem *eveho*. Et numerofa linunt stellantem splenia frontem. Ieno-
tas, quis fit? splenia tolle, leges. ¶ Videtur esse emplastrum ipsum,
quod illinitur, apud *Plin. l. 29. c. 6.* Superimponi oportet splenium e
melle decoctum, lanamque succidam ex oleo, aut vino.

Spodium, ii, n. *σπιδίον*, *σπιδός*, cinis ignitus, seu extinditorum carbo-
num reliquæ, & crassius illud excrementum, quod quidam scortiam
appellant. *Plin. l. 23. c. 4.* Spodiumque et caudiculis vehementius inhibet
rheumatismos. *Et in fine:* Nuclei palmarum cremati in fictili novo, ci-
nere loto spodi vicem efficiunt. ¶ Sumitur etiam pro cinerula, vel
repurgamento, quod ex tornacum parietibus everitur, in quibus æs
Cyprium, aut plumbum, aut aliud metallum decoquitur. *Plin. l. 34. c. ult.* Fit & spodium ex plumbo, eodem modo, quo ex Cyprio ære diximus.

Spodos, f. 2. *σποδός*, idem ac spodium. *Plin. l. 34. c. 13.* Fit & in argenti
tornacibus spodos, quam vocant laureotium: Utilissima autem oculis

affirmatur, quæ fit in aurariis. *Id. l. 35. c. 13.* Etiamnum in ærariis re-
periuntur, quem vocant pompholygem, & spodon. Differentia, quod
pompholyx lotura paratur, spodos illota est.

Stagnatilis, le, adject. *di stagno*, ut stagnatiles pisces. *Plin. Valer. l. 1. c. 42.*
Stagnatum, i, n. genus valis c stanno ad coquendum apti. *Plin. Valer. l. 1. c. 31.* Coquere in stagnato ad ignem.
Stagnatus, a, um, *stagnatus*, aqua stagnante oppletus, paludosus. *Col. l. 10. v. 11.* Nam neque sicca placet, nec quæ stagnata palude. *Ovid. 15. Met. v. 269.* Stagnata paludibus hument.
Stagnæus, a, um, adject. idem quod stanneus, *di stagno*, a *stannum*. *Plaut. in fragment. apud Festum in Narca:* Muriatica autem video in valis sta-

Stagneis. *Scrilas. Larg. compos. 230.* Stagnea pyxis.
 Stagninus, a, um, adject. ut Stagninus color, colore di aqua stagnante, apud *Fronim. de aqueduct. l. 1.*
 Stagnio, as, n. i. *fiar jerno, non scorrere*, Ger. *auffschwellen*, Gal. *fiare étrang*, Hisp. *haxerje éstanque*, *émarázo*, stagnum lacio, & dicitur de mari, aut flumine, cum litora, aut ripas præterfluum, aliquo in loco consistit, ita ut aqua neque effluat, neque forbeat. *Plin. l. 13. c. 11.* Papyrus nascitur in palustribus Ægypti, aut quiescentibus Nili aquis, ubi evagatæ stagnant. ¶ Aliquando active accipitur pro inundare. *Tac. lib. 1. Ann. cap. 76.* Auctus Tiberis plana Urbis stagnaverat. ¶ Sumitur etiam pro aquam continere, nec absorbere, stagnum, vel paludem fieri. *Ovid. l. 1. Met. v. 324.* Jupiter ut liquidis stagnare paludibus orbem, Et superesse videt de tot modo nullibus unum. *Plin. l. 17. c. 26.* Vindemiarum Hispaniarum stagnante solo uvæ demerit.
 Stagnosus, a, um, adject. *pleno di stagni. Annian. l. 17. c. 28. (al. 13.)* Soli natura stagnosa, & retenta salicibus.
 Stagnum, i, n. *stagnio, aqua morta*, DIN, Ger. *see, veyer*, Gal. *étrang*, Hisp. *éstanque*, *éstanque*, locus, ubi aqua manet, & non movetur. *Festus*: Stagnum quidam dici putant, quod in eo aqua perpetuo stet, a Jii, quod is locus a Græcis *στρωγός* dicitur, quia bene contineat aquam. *Virg. 4. Georg.* At liquidi fontes, & stagna virentia musco adsunt. *Cic. l. 1. de Div.* Absurdoque sono fontes, & stagna cietis. ¶ Ponitur interdum pro mari. *Virg. 10. Æn.* Cum pedes incelsit mediis per maxima Nerei stagna viam scindens. ¶ Item pro parte maris profundissima. *Virg. 1. Æn.* Emisamque hycem sensit Neptunus, & imis stagna refusa vadis.
 Stagonias, æ, *σταγονίας*, species thuris stillatim emanantis, a *σταζω*, stillo. *Plin. l. 12. c. 15.*
 Stagonitis, itis, f. *σταγονίτης*, succus stillans resinæ modo ex quadam ferula, qui & galbanum dicitur. *Plin. l. 12. c. 25.*
 Stalagmia, orum, n. in aureas ex bacca pendula, oblongæ, ita dicitur quia guttæ aqueæ pendentes (quæ Græcè *σταλαγμίς*) similitudinem retinent. *Plaut. Mœa. 3. 3. 18.*
 Stalagmias, æ, m. *σταλαγμίς*, stiria seu gutta cujusdam succi stillantis. *Plin. l. 34. c. 12.*
 Stamen, inis, n. *stame, filo*, Ger. *kunkel*, Gal. *etam*, Hisp. *éstambre*, *στέμμο*, filum illud rectum, quod in opere textorio per pectinem transmissum est, cui subtemen, seu subtegmien opponitur, quod stamini transversaliter intertextitur: item illud quod e colo detrahitur, & tuso nequit. *Varro l. 4. de L. L.* Stamen a stando, quod eo stat omne in tela valemunt. Staminis, & subteminis discrimen optime exponit *Salmastius in Tertullianum, de Pallio*, ubi docet, subtemen, quod Græcis *χρόνη*, pretiosius fuisse stamine, quod Græcis *στρίμων*. Mollius quippe, & subtilius subtemen, imo in subfericis vestibus stamen de lino, subtemen de serico, item in auro textilibus stamen ex serico, subtemen ex aureis filis. *Ovid. 6. Met. v. 54.* Et gracili geminas intendunt stamine telas. *Id. 1. de Arte*: Rejice succinctos operoso stamine tufos. *Plin. l. 8. c. 48.* Inde factum, ut nubentes virgines comitarer colos compta, & tufus cum stamine. ¶ Stamina in lya sunt fides, quæ & fila dicuntur. *Ovid. 11. Met. v. 170.* tum stamina docto Pollice sollicitat. ¶ Dicuntur præterea stamina in ligno, vel herbis quædam quali filamenta recta ordine contenta. *Plin. l. 16. cap. 38.* Pulpa mero stamine, & tenui constat. *Id. l. 21. c. 5.* Ita odor, colorque duplex, alius calycis, alius differentia angustia. ¶ Denique stamen pro infula e stamine usurpatur a *Propertio*, ubi *lib. 4. eleg. 9.* alma Sacerdos Puniceo canas stamine vincta comas.
 Staminarius, a, um, adject. a stamine. *Staminaria* titulus est cujusdam Comædæ a Laberio composiitæ, quæ intercidit. *Gell. l. 16. c. 7.* *Laberius in Staminarius*.
 Staminatus, a, um, adject. stamine contextus, ut staminatæ vestes, apud *Petron. in fragment. Tragus*.
 Staminis, a, um, i. *στάμινος*, quod ad stamen spectat. *Propert. l. 3. el. 6. (an. 4.)* Staminea rhombi dicitur illa rota. ¶ Stamineæ venæ in lignis dicuntur, quæ rectæ, & in longum ductæ sunt inter staminis extensio. *Plin. l. 16. c. 43.* Magna glutini ratio, propter ea, quod sectilibus laminis ac in alio genere operantur: staminicam in hoc usu probant vocam &c.
 Stannus, a, um, quod ex stanno factum est. *Plin. l. 29. cap. 2.* Tum in lanca pyxide conatur.
 Stannum, i, n. *stagnio, σταγνόν*, metalli genus, quod in fodinis invenitur cum argento, & in tornace priusquam liquefit. *Plin. l. 34. c. 16.* Plumbo magis origo duplex est. Aut enim sua provenit vena, nec quicquam aliud ex se parit: aut cum argento nascitur, mixtisque venis contrahitur. Ejus, qui prius fluit in tornacibus liquor, stannum appellatur; qui secundus, argentum; quod remansit in tornacibus, galena, quæ porcio est tertia addita venæ. Hæc rursus conflata dat nitrum primum, deductis partibus duabus. *Id. ibid. c. 17.* Stannum illitum æneis vasis saporem gratiore facit, & compescit ærginis virum. ¶ Ex verbis *Plinii* allatis recte notant Eruditi, prave eos sentire qui putant, stannum idem esse cum Græcorum *χαρσίτις*, seu plumbo albo: nam piumbi albi nomine significatur genus quoddam metalli, quod nobis ignotum est. *V. Plin. cit. l. 34. c. 16.*
 Stans, antis, o. 3. *στάσις*, partic. a sto. *Cic. in Catil.* Quod incolomes cives, quod stantem urbem reliquit. *Nor. Satyra 4. l. 1. v. 9. de Lucil.* In hora læpe ducentos Ut magnus verus dicitabat stans pede in uno idest temporis momento. *V. Pes. Ovid. 6. Fast. de strigidus*: Grande caput, stantes oculi, nostra apta rapinæ, idest extantes, vel immobiles. *Id. 7. Met.* Freta stantia, h. e. quæta. *Id. de Pont. eleg. 7.* Vina stantia gelu. h. e. concreta. ¶ In illo *Propertii l. 4. eleg. 5. v. 11.* Quippe & Collinas ad fossam moverit herbas, Stantia currents diluereunt aqua: stantia sunt segetes, frutices, arbores, & quicquid supra terram extat, ac prominere, inquit *Brouckhusius*.
 Staphis, idis, f. *staphis*, *σταφίς*, genus vitis, quæ etiam astaphisagria, & Latinis pituitaria, & pedicularis dicitur. *Plin. l. 23. c. 1.* Astaphisagria, h. e. staphis, quam uvam taminiam aliqui vocant falfo, suum enim genus habet, cauliculis nigris rectis, foliis labruscæ, tert loliculos verius, quam acinos, virides, lumines ciceri, in his nucleum triangulum. Maturisquit cum vindemia, nigrescitque, cum taminiz rubentes nigrum acinos, serisamque illam in apricis nasci, hanc non usi in opacis.
 Staphylegrægia, herba quædam apud *Apl. de herb. c. 74.*
 Staphylinus, i, f. *σταφύλιος*, paltinaca. Duorum generum est, hortenis, quam *σταφύλιος κηράτος* nominat Diofcorides; & agreitis, quam idem *σταφύλιος άγρός* appellat, Romani etiam paltinacæ erraticam. *Col. l. 9. c. 4.* Tum agreitis paltinaca, & ejusdem nominis edonita, quam Græci *σταφύλιος* vocant. ¶ Sed fere hoc nomine paltinaca a greitis vocatur. *Plin. l. 19. c. 5.* Ex his paltinacæ unum genus agreite sponte provenit, staphylinos Græcè dicitur, &c.
 Staphyloedendron, *σταφύλοένδρον*, n. genus arboris, de quo ita *Plin. lib. 16. esp. 16.* Est & trans Alpes arbor simillima aceri albo materia, quæ vocatur staphyloedendron, fert siliquas, & in iis nucleos sapor-

re nucleis avellane.
 Staphylonia, atis, n. *σταφύλιον*, vitium oculi acino uvæ simile. *Piger. l. 2. de re veterin. c. 19.*
 Stapia, æ, f. *stapfa*, instrumentum, in quod pedes ponimus equo sedentes. *V. Inscrip. Romæ.* Equo casu deficiens, pes hæsit stapia, tractus interit. Inscriptio tamen hæc non admodum vetusta videtur, quemadmodum nec ipsa stapia inventio, ut contendit *Galeottus Martius. V. Hieron. Magium Miscell. 2. 14.*
 Stat, abat, statum est, imp. 1. in animo est, certum est, deliberatum est. *Virg. 2. Æn.* Stat casus renovare omnes, omnemque reverti per Trojam. *Cic. 11. l. 3.* Neque adhuc stabat, quo potissimum. *Id. l. 9. Fam. ep. 2.* Modo stet nobis illud, una vivere in studiis nostris. ¶ Ponitur etiam pro cautum esse. *Plin. l. 18. c. 28.* Non stat per me, quominus cælum intelligas, & cœlestia scias.
 Stata Mater, Dea quædam apud Romanos. *Fest.* Statæ Matris simulacrum in foro colebatur. Postquam id collustravit (*Scaliger legit, Cælius stravit*) ne lapides igne corrumpentur, qui plurimus ibi fiebat nocturno tempore, magna pars populi in suos quisque vicus retulerunt ejus Dæe cultum.
 Statantum vinum inter generosiora enumeratur a *Plin. l. 14. c. 6.* provenitque in Campania non longe a Faierno agro.
 Statânus, sive Statulinus, vel Statilius, m. *στατινός*, Deus puerilitatis præses, cui sacrificabant, cum primum pueri inciperent stare, atque ire; ut Fabulinus, cui sacrificabant, cum primum fari inciperent. *Varro apud Non. c. 12. in fine.*
 Stararius, a, um, *fermo, immobilis*, Ger. *stasig*, Gal. *ferme*, Hisp. *firme*, *στάσιος*, *σταδιστος*, fixus, firmus, immobilis. Stataria pugna est, qua collato utrinque pede fici decertatur, ut nemo loco recedat, fed quisque remaneat, ubi steterat. *Amian. l. 14. c. 6.* ¶ Statarius miles, qui in loco suo constanter pugnat. *Liv. l. 9. c. 19.* Statarius uterque miles, ordines servans. ¶ Statarium prandium, quod milites stantes capiunt. *Mamertin. in Paneg. Juliani c. 11.* Qui sæpius statarium prandium ad necessitatem humani corporis capiat. ¶ Stataria comœdia est ea, quæ lenis, tranquillaque, non affectibus æstus. Nam hujusmodi fabulæ a stantibus, non discursantibus, tumultuantibus peraguntur. *Don. in Heaut.* Comœdiæ aut motoriz sunt, aut statariz, aut mixtæ. Motoriz, turbulentæ: statariz, quietiores: mixtæ, ex utroque actu consistentes. *Id. in prolegom. Adelp.* Hujus tabulæ tota actio cum sit mixta ex utroque genere, ut fere Terentianæ omnes, præter Heautontimorumenon, tamen majori ex parte motoria est. Nam statarios locos perpaucos habet. *Id. in prologum Adelp.* Ipsi senes in statario caractere partem aperient, in motorio partem osendent. Nam duo agendi sunt principales modi, motorius, & statarius, ex quibus ille tertius nascitur, qui dicitur *μικτός*. *Ter. Heaut. prol. v. 36.* Date potestatem, mihi statarium agere ut liceat per silentium. ¶ Statariz actores, qui minus actuosi, eoque stataris comœdiis aptiores sunt, quam motoris. *Cic. in Bruto c. 30.* Volo enim, ut in scena, sic etiam in foro, non eos modo ludari, qui celeri motu, & difficili utantur, sed eos etiam, quos stataris appellant, quorum fit illa simplex in agendo veritas, non molesta. *Id. ib. c. 68.* C. deinde Pifo stataris, & sermonis plenus Orator, &c.
 Statera, æ, f. *statera*, *στάριον*, Ger. *balterung*, Gal. *balance*, Hisp. *balanca*, *σταθμής*, *ζυγός*, instrumentum, quo res sine lancibus ponderantur. Est ab *ιστάμινα*, quod interdum est appendo, libro, pondero, unde & *σταθμής*, *μετρίον*, *σταθμής*, *ponderandi* ars. Proprie differt a trutinæ, ut species a genere. Dux enim species trutinæ, libra, quæ binas habet lances; statera, quæ stilo constat punctis distincto, quæ pondera diferimant. *Virruv. l. 10. c. 8.* Id autem ex trutinis, quæ stateræ dicuntur, licet considerare. *Cic. l. 2. de Or. c. 38.* Ad ea probanda, quæ non a sacrificis statera, sed quadam populari trutinæ examinantur. ¶ Erat item statera, vasis genus in argentea supellectili, quod & tympanum, & magida appellant, *Plin. l. 33. c. 11.* Tympana vero he juvenile appellata stateras, & lances, quæ antiqui magidas appellaverant.
 Staticæ, es, f. *στατική*, herba septem caulibus veluti *resm capita* sustinens. *Plin. l. 26. c. 8.*
 Staticillum, i, n. statua, a *statuo*, quia statuitur, sive erigitur, ac defigitur. *Tertull. adv. Gnosticos c. 2.* Commuuetis staticula eorum. ¶ Staticulum item, genus vehiculi, seu gestatorii, sicut effedum, & petorium. *Plin. l. 37. c. 10.* Reddunt species fluminum, nemorum, & iumentorum, & effeda, & staticula, & equorum ornamenta. *Id. l. 34. c. 17.* Ad aurea quoque staticula inanis luxuria pervenit.
 Staticulus, i, m. *στάκιον*, *στάκιον*, saltatio non motoria, sed stataria, qualis erat in choris *στασιμῶν*, ut *Turnebus* docet l. 17. c. 10. & l. 18. c. 4. Hinc staticulos dare, *στακίον*, ballare. *M. Cato apud Macrobius l. 2. Saturn. c. 10.* Descendit de canterio, inde staticulos dare, ridicularia fundere. *Plaut. Pers. 5. 2. 43.* Nequeo, leno quinqu tibi saltem staticulum dem, olim quem Hegea faciebat.
 Statiellenses, & Statielli, vel Statyelli, pop. Liguriæ, inter Apeninnum M. & Tanarum fl. quorum urbes Aquæ Statiellorum, & Alexandria. *Plin. l. 3. c. 5.*
 Statilinus, v. Statanus.
 Statim, adv. *subito*, פראים, Ger. *eins vvege*, Gal. *soudain*, Hisp. *luego*, *ésubito*, *ántes*, cito, illico, continuo, protinus. Usurpatur vel absolute. *Cic. in Or.* Itaque hoc sum aggressus statim Catone absoluto. *Martial. l. 12. ep. 95.* Ridenti domine statim remittit. ¶ Vel cum partic. ut. *Cic. Att. l. 2. ep. 12.* Has literas scripsi statim, ut tuas legeram. *subito che. Id. Att. l. 12. ep. 18.* Nam ut heri me salutavit, statim Romanam profectus est. ¶ Vel cum partic. atque. *Ulp. l. ff. maritus, ff. ad l. Juliam*: Est primum Pomponius putat admitti ad accusationem extraneum posse statim, atque negaverit. ¶ Item cum partic. *quom. Ulp. l. 1. §. habet, ff. usufructuarius quemadmodum cavetur*: Quorum prior statim committitur, quam aliter fuerit usus. ¶ Item cum abl. & præp. a, vel ab. *Plin. l. 27. c. 9.* Sempedalibus ramulis quinis, sensive a radice statim foliosis. ¶ Statim (producta prima syllaba) significat constanter, perseveranter, a stando. *Plaut. Amph. 1. 1. 83.* Nec recedit loco, quin statim rem gerat. Et v. 120. Ita statim stant signa. Ita *Non. c. 4. n. 423.* ¶ Sunt tamen quidam Poetæ qui etiam in prima hujus vocis significatione producerunt. *Avien. in Phœnom. Aras. v. 398.* Tum succisa Ceres statim cum mergite culmi. Adde *Alcim. Avis. l. 2. v. 180.* Qui non videntur imitandi.
 Stata, æ, f. Dea, quæ infantibus stare incipientibus præerat. *Tertull. de Anim. c. 39.* Prima constitutio infantis super terram Statinæ Dæe sacrum est.
 Statinæ, f. i. plur. equæ in Campania, in Pithecusa inf. quæ subito terræmotu natæ sunt. *Plin. l. 2. c. 48. Stat. l. 3. Sylv. car. 5.* Ænæique læcas medicos, Statinæque renatas.
 Statio, onis, f. *confistentia*, *στάσις*, Ger. *stelle*, Gal. *place, bawre, station*, Hisp. *éstanca*, *éstanca*, *στάσις*, actio standi, vel consistendi, commoratio, habitatio. *Cic. Att. l. 6. ep. ult.* Athenis statio mea nunc placet. *Lucret. l. 4. v. 389.* Quæ manet in statione, ea præter creditur ire. *Paiercul.*

cul. l. 2. sub fm. Eique fundo longissima statione mortali destinate succedentes quam ferissimos. idest longissima vita, seu commoratione in hac vita. ¶ Dicitur quoque de stellis errantibus, *Plin. lib. 2. cap. 15.* Postea radiorum eius contactu reguntur & in trquetra a partibus centum viginti, stationes maturitas faciunt, quæ & primæ vocantur, mox in adverso a partibus centum octoginta, exortus vespertinos. Iterumque in centum viginti ab alio latere appropinquante, stationes vespertinas, quas & secundas vocant, donec affequeutus in partibus duodecim occultet illas, qui vespertini occasus appellantur. *Et cap. 16.* Percussæ (stellæ) in qua diximus parte, & triangulo, Solis, radio inhihentur rectum agere cursum, & ignea vi levantur in sublime. Hoc non protinus intelligi potest visu nostro, ideoque existimantur stare, unde & nomen accepit statio. ¶ Metonymice in fluminibus sic vocatur locus, ubi tuto naves stare possunt, ut ait *Ulp. pandect. l. 43. tit. 11. leg. 1.* In mari portus dicitur. Sed tamen etiam de mari statio usurpatur, idest de loco in litore sinuoso, in quo naves ad tempus consistere, minus tamen tuto, quam in portu. *Virg. 4. Georg. Statio tutissima nautis. Id. 2. Æn. v. 23.* Nunc tantum sinus, & statio male fida carinis. *Velley. l. 2. cap. 72.* Exitiale tempestate fugientibus, statio pro portu foret. *Serv. ad loc. cit. 2.* Æn. hanc inter portum, & stationem statuit differentiam, ut statio dicatur locus, ubi naves ad tempus consistunt; portus vero, ubi hiemant. ¶ Appellatur & sic locus, ubi tuto ad tempus milites stant. Hujusmodi loca etiam stativa, & præsidia dicuntur. *Lemul. l. 12. Fam. ep. 15.* Ut etiam a Rhodus urbe, portu, statione, quæ extra urbem est, comætu, aqua denique prohiberentur nostri milites. ¶ Locum item vigilibus ad excubias agendas assignatum, stationem vocamus, quod in eo subsistere cogantur, neque illum sine gravi noxa possint relinquere. *Virg. 9. Æn.* Servantque vices statione relicta. *Cæf. l. 5. B. C.* Et alteras cohortes in statione habere propter hostium multitudinem. *Cic. de senect. c. 29. allegorice:* Vetat Pythagoras injussum Imperatoris, idest Dei, de præsidio, & statione vitæ discedere. ¶ Pericæpe ponitur pro munitibus ipsis, qui in statione dispositi sunt, idest pro militum multitudine. *Liv. l. 5.* Non stationem pro portis excubare, non armatos esse in muris. ¶ Usurpatur quoque de quocunque loco, in quem multi conveniunt, & in quo consistunt, ut de officinis, & de gymnasiis, in quibus artes traduntur, de locis, ubi de jure respondetur, & *Gell. l. 13. c. 13.* Quæritum esse memini in plerisque Romæ stationibus suis publice docentium, aut respondentium. ¶ Item de locis publicis, in quæ post negotia solent cives convenire confabulandi, vel potius desidendi gratia, *pancaccia. Plin. jun. l. 1. ep. 13.* Plerique in stationibus sedent, tempusque audiendi tabulis conterunt. *Juv. sat. 11. v. 3.* omnis Convictus, thermæ, stationes, omne theatrum Deutilo. ¶ Statio jumentorum est stabulum, *Paul. Jctus l. 13. Dig. de usufr.* ¶ Christiani veteres stationes appellaverunt eos conventus, in quibus stantes, non genu flexo in templis orabant; quod diebus Dominicis, jejuniorum, & Paschali tempore servabatur in memoriam Resurrectionis Dominicæ. *Tertull. de orat. sub fm.* Similiter de stationum diebus non putant plerique sacrificiorum orationibus interveniendum, quod statio folvenda sit accepto corpore Domini. Ergo devotum Deo obsequium eucharistia resolvit, an magis Deo obligat? Nonne solemnior erit statio tua, si ad aram Dei steteris? *Et mox.* Si statio de militari exemplo nomen accepit, utique nulla lætitia, sive tristitia obvientiens castris stationes militum rescindit. ¶ Præterea ab idem statio dicta & species quædam jejunii, cum ulque ad vesperam impranshi manebant, de qua V. in *Xerophagia.* Stationalis, & le. o. 3. *στανδαλιος*, quod firmiter stat, vel stare existimatur, a *statio. Plin. l. 2. c. 15. de stela Maris:* Eadem stationalis feris menibus commoratur in lignis, alioqui bimæstris, cum cæteræ utraque statione quaternos mentes non impleant. Stationarius, a, um, quod ad stationem spectat. Stationarii milites sunt prædicatorii, qui in locis hosti finitimis agitant stationes: Item qui in urbibus, aut provinciis tenentur ad populorum quietem tuendam, *Jois. di guarnigione. Ulp. l. 1. §. hoc autem, ff. de fugitivis:* Qua declaratur & Præfides, & Magistratus, & milites stationarios dominum adjuvare debere in inquirendis fugitivis. ¶ Stationarii tabelliones, qui in stationibus cum adiutoribus, ministrisque suis morabantur, & instrumentis subscribebant, quos Justinianus in Novella 44. *Σταθιασταὶ γράφου* appellat, idest contractuum scribas, qui & tabularii dicuntur. *Alicia. l. 6. Paverg. c. 19.* Stativa, orum, n. pl. *στανδαλιός, ἴριος, στρατιωτικός*, loca, in quibus castra habentur, quod ibi milites stent, ac morentur, *campo, quartiere. Liv. l. 6.* Dictator exercitum in stativis tenebat. *Id. l. 3. cap. 2.* In Latino agro stativa habuit, *alloggid, posse quæsiere, s' accamp. Tacit. 1. hist. c. 66.* Ipsa itinerum spatia, & statorum mutationes venditant duce. ¶ *Stativus.* Stativus, a, um, *στανδαλιός*, quod stat, vel quod pertinet ad stationem. Præsidium stativum, quod certis locis custodiæ, & securitatis gratia disponitur. *Cic. l. 2. Pbk. c. 10.* Hac vigilia, hac custodia, hoc prælidium stativum. ¶ *Castra stativa,* quæ & *stativa* absolute, munitiones sunt militares, quibus copiæ sepuntur, ut adversus repentinum hostium incursum tutæ sint. *Cic. 7. Verr. lte* novo quodam ex genere Imperator, pulcherrimo Syracusarum loco, stativa sibi castra faciebat. ¶ *Stativa.* ¶ Aquæ stativæ sunt, quæ non excurrunt, quibus opponuntur aquæ perennes. Prioris generis sunt putei, & lacus, alterius fluvii, & fontes. *Varro apud Non. c. 3. n. 155.* Secundo de stativis aquis, ut sunt lacus, & stagna, & putei, & maria. *Plin. l. 2. c. 88.* In eadem & oppidum haustum profundo, alioque motu terræ stativas emerissæ. Ita recte legit *Scalig. in Conject. ad Varr. Alii leg. stagnum.* Alii *stativus.* Huc pertinere videtur & illud *Cic. Agrar. 2. c. 15.* Numquid caute est, quin omnes agros, urbes, stativa, portus, totam denique Bithyniam decemviri vendiderint? Ubi *stativa* alii interpretantur lacus marinos, piscifcos, qui care venduntur propter piscium copiam: alii intelligunt recessus maris, seu stationes, in quibus naves ad tempus reciperentur, quemadmodum in voce *Statio* notavimus. ¶ Stativa feræ sunt, quæ itatis hixique anni temporibus celebrantur. *Macrobi. l. 1. Saturn. c. 16. V. Feria.* Status, ii, m. Cæcilii Status Poeta Comicus, cui Volcatus Sedigitus primas Comædiæ partes tribuit. Sed a Cicerone nonnquam malus lingua Latine auctor, interdum etiam ferreus scriptor appellatur. *V. Gell. l. 4. in fine.* ¶ Status alter, cognomento Papinius, Poeta Heroicus, Domitiani temporibus, Juvenalis, & Martialis æqualis, cujus multa extant poemata, Sylvarum libri quatuor, Thebaidos libri 12. præterea Achilleidos opus inchoatum, quod morte occupatus absolvere non potuit. Scriptis & Agaven tragediam, quam inopia coactus Paridi hitroni vendidit. *V. juven. sat. 7. v. 83.* Statonia, f. i. *Statonia, στανωρία*, opp. seu pag. Hetruriz, apud oram Austr. inter Saturniam, & Rosetum. Hic vina olim generosa proveniebant. ¶ Populi Statones appellantur a *Plin. lib. 3. c. 5.* Ager vero circa positus, Statoniensis ab *cod. l. 2. c. 95.* Statonicus a *Varr. l. 3. R. c. 12.* Stator, oris, m. *guardiano, custode, שוטר, German. Hattkrecht, Gall. Tom. II.*

huiffet, sergent, Hifp. porte o. alguzel, & λαντις, servus alicuius rei cuius, a stando sic dictus. Auctor Priapeorum, carm. 52. Stator hic libidinofus. h. e. borti cuius. ¶ Præterea stator idem est ac viator, aut tabellarius, qui Magistratui præsto est, ut illius iussu quemlibet accuset, aut literas perferat. *Cic. Fam. 2. ep. 17. ad Cæciliam seu Cæcium proquestorem:* Literas a te mihi stator tuus reddidit Tarfi. *Ulpian. l. 1. Dig. de offic. Proconf. Nemo proconfulum statores suos habere potest, sed vice eorum milites ministerio in provinciis funguntur.* *Rufus Cic. 2. Fam. ep. ult.* Existimavi esse faciendum, ut ad te statores meos, & lictores cum literis mitterem. ¶ Est præterea stator epithetum Jovis apud Romanos, a *stans* impositum illi a Romulo, quod Romanos a Sabinis in tugam verfos stare fecerit. *Græci stator* vertunt, nonnquam etiam *επιστάτορ.* *Liv. l. 1. c. 12.* Deme terrorem, fugamque sædam sisse. Hic ego tibi templum Statori Jovi, quod monumentum fuit posteris, tua præfenti opem servatam urbem esse, voceo. *Ovid. 6. Fast. circa finem:* Tempus idem Stator ædis habet, quam Romulus olim Ante Palatini condidit ora iugi. Statia, æ, f. *stata, στατήρ, Ger. bild, Gal. statua, Hifp. estiva, σταλμα, ἀνδράς*, simulacrum ex ære, aliove metallo, quod alicui vel mortuo, vel etiam viventi antiquitus decernebatur, & in foro, aut alio in loco conspicuo collocabatur, ad alicuius rei bene gestæ memoriam, a *statuo.* Generalius est autem imaginum nomen, quam statuarum, cum pictas etiam tabellas imagines vocemus, ad quas certe statuarum appellatio non extenditur. Imo *Plinius* non temere statuum appellat, nisi ex metallo confectam. Nam quæ ex marmore exculpitur, simulacrum potius, vel imaginem, vel signum appellat. *Plaut. Bacch. 4. 4.* Hunc hominem decet auro expendi, huic decet statuum statui ex auro. *Cic. pro Sext.* Aliquando statua huic ob Remp. interfecto in foro statueretur. *Id. 9. Phil.* Majores quidem nostri statuas multis decreverunt, sepulcra paucis: sed statuas intereunt tempestate, vi, vetustate, sepulcrotorum autem sanctitas in ipso solo est, quod nulla vi moveri, neque deleri potest. *Id. pro Arch. An,* cum statuas, & imagines non animorum simulacra, fed corporum, studiose multi summi homines reliquerint, & *Plin. l. 1. ep. 17.* Neque enim magis decorum est, statuum in foro populi R. habere, quam ponere. ¶ Speciatim statua Romæ dicebatur simulacrum cuiusdam hitronis. *Fest.* Statua est Ludii ejus, qui quondam fulmine ictus in circo, sepultus est in Janiculo, cujus ossa postea ex proterigiis, oraculorumque responsis Senatui decreto intra Urbem relata in Volcani, quod est supra Comitum, obruta sunt, superque ea columna cum ipsis effigie posita est. Statuaria, æ, fæm. i. *επιμαρτυρηθή, ars* statuas conficiendi. Differt a sculptura, quia statuarie nomine intelligitur furoria, quæ ex ære, vel ex alio metallo statuas conficiuntur, sculptura autem est, quæ ex marmore, ebore, ligno, aut alia materia simili, simulacra scalpri exculpuntur. *Plin. l. 35. c. 12.* Laudat & Praxitelem, qui plasticen matrem statuarie, sculpturæque, & cælaturæ esse dixit. *Id. l. 36. c. 5. de sculptura:* Non omittendum, hanc artem tanto vetustiore fuisse, quam picturam, aut statuarum, quarum utraque cum Phidia cæpit 83. Olympiade, post annos circiter 332. Statuarius, ii, masc. *statuarius, scultore, ἀγαλματωρικός, ἀνδραπομορικός*, statuarum artifex, qui ex ære, alioque metallo tutoria arte statuas facit. Celebres statuarii recentiorum Lyppius, Phidias, Praxiteles, Polyctetus, Alcámenes, Myron, & c. *V. Plin. l. 34. c. 7. & 8.* Statuarius, a, um, *ἀγαλματοποιός*, quod ad statuarum conficiendam rationem pertinet. *Plin. l. 34. c. 7.* Fuisse autem statuarum artem familiarem Italiz quoque, & vetustam, indicat Hercules ab Evandro sacratus. Statuliber, ri, a *Festo* dicitur esse is, qui testamento, certa conditione proposita, jubetur esse liber, & si per heredem est, quominus statua liber præstare possit, quod præstare debet, nihilominus liber esse videtur. *Hæc Festus. Adde Paul. Jctura. 2. Dig. tit. 9. leg. ult.* ¶ *Statulibera* in fæm. genere legitur apud *Ulpian. l. 40. ff. tit. 7. leg. 6. & 16.* Statulinus, V. Statulus. Statuaria, æ, f. herba alio nomine proserpinaca, *Apulej. de herb. c. 18.* Statimem, is, n. *στάγιμα*, quicquid ad rem muniendam additur, quo ea stare possit. Hinc dicitur de palo, sive pedamento vitis, *σταγιμα. Col. l. 4. c. 16.* Vehementioribus statuminibus statim impedienda est. ¶ Item de fixis stipitibus cuiusdam machinæ, quæ jumenta clausa curantur. *Col. l. 6. c. 16.* Primis autem duobus statuminibus imponitur firmum jugum, ad quod jumenta capistrantur. ¶ Cæsari quoque statumina sunt, quæ Plinio colzæ, hoc est arretaria ligna, quæ latera navis fuppungunt. Inquit enim *l. 1. B. Civ. c. 54.* Carinæ primum, & statumina ex levi materia fiebant, reliquum corpus navium coriis inregebatur. ¶ Usurpatur etiam pro frato, pro eo, quod alicui rei subsistitur. *Vitr. l. 7. c. 1.* Tunc insuper statuminetur, non minore saxo, quam quod possit manum implere: statuminibus inductis ruderetur. Statuminatio, onis, f. munitio ea in pavementis quæ fit lapidibus, & cementis libralibus, & manualibus sine calce, & arena, cui deinde ruderatio superinducitur, quæ calce, arena, & rudere efficitur. *Vitruv. l. 7. c. 1.* Statuminatione facta, rudis inducatur. Statumino, as, a. i. *sostenere, fortificare, stabilire, ἐπιδο, στανίζω, χαλαροῦ,* statuminibus quibusdam sustinere, fulcro firmo, *Plin. l. 17. c. 22.* Eodem modo vineam statuminato. *Id. l. 18. c. 6.* Ora autem earum (tassarum) binis utrinque lapidibus statuminari, & alio superintegi. *Vitruv. l. 7. c. 1.* Tum insuper statuminetur, non minore saxo, quam quod possit manum implere. Statuncella, æ, f. *Statuetta. Petron. in fragment. Tragar.* Ex hac massa fabri sustulerunt, & fecerunt catilla, paropides, statunculas. Statuo, is, tui, tutum, a. 3. *ponere, ἵστημι, Ger. setzen, Gal. poser, arretet, Hif. establecer, ἵστημι, pono, colloco, figo, extruo. Cic. 2. de Invent. Thebani in sinibus æneum trophæum statuerunt. Virg. 5. Æl. Craterasque duos statuum tibi pinguis olivi. Id. 4. Æn. v. 655.* Urbem præclaram statui. *Liv. l. 1. c. 13.* Equus Curtium in vado statuit. *Terent. Adelph. 3. 2.* Sublimem illum arripserem, & capite in terram statuerem, ut cerebro dispergat viam. *Rurhus Cic. 1. de Or. c. 57.* Statueret aliquid ante oculos. ¶ Significat etiam sistere. *fermare. Plaut. Bacch. 2. 3. 57.* Navem exemplo statuumus. *Arnob. l. 1.* Statuerunt errantes. ¶ Translate sumitur pro judicare, decernere, constituere, *deliberare, stabilire. Cic. 3. Verr. lte* certe statuerat, ac deliberaverat non adesse. *Id. l. 3.* Neque tamen possum statuere, utrum magis mittere, & *Id. Ast. l. 9. ep. 17.* Ex illius sermone statuum, Arpinum ne mihi eundem sit, an alio. *Liv. l. 6. c. 39.* Proinde ipsi primum statuerent apud animos, quid vellent, *deliberasseto seco seffo.* ¶ Item pro damnare, punire. *Cæf. l. 1. B. Gall. Ne* quid gravius in fratrem statueret. *Tac. l. 2. Ann. c. 85.* Satis visum de Vistilia statuere. *Id. l. 12. Ann. c. 54.* Jus statuendi etiam de procuratoribus dederat. ¶ Item pro censere, existimare, prorsus ita opinari. *Cic. 2. Fin. Qui* summum bonum statuit, non dolere. ¶ Item pro præfinire, præscribere, H h 3 affi-

assignare. *Cic. 5. Verr.* Ego in isto reo legem hanc mihi status, vivendum esse, &c. *Id. 6. Fam. ep. 23.* Statuere sibi finem aliquid. *Liv. l. 28. c. 35.* Statuere locum colloquio. *Id. l. 21. c. 44.* Statuere terminos. *Id. l. 1.* Statuere alicui stipendium de publico, assignare. ¶ *Exemplum statuere in homine, vel in hominem, idem est, quod edere exemplum. Cic. 4. Verr.* In quo homine tu statueris exemplum ejusmodi. *Id. 5. Verr.* in quos aliquid exempli Populus R. statui putat oportere. ¶ *Statuere documentum, est idare, tradere. Cic. ad Brutum, 15.* Et in posterum documentum statuere, ne quis talem amentiam vellet imitari. ¶ *Statuere de se, est sibi ipsi mortem afferre, non expectata Judicium, vel Principis damnatione. Tac. 6. Ann. c. 29.* Forum, quid de statuabatur, humabantur corpora, manebant testamenta. ¶ *Usurpatur etiam imperionaliter. Cic. 2. Phil.* Statuatur, ne post M. Brutum Proconsulem sit Creta provincia. **Statūra**, *α, f. statura, נטרי, Germ. die leib maß, Gal. Statuer, Hisp. altura, מלך, & c.* Statu, seu modus, seu quantitas corporis. *Cic. 2. Phil. c. 16.* Velim mihi dicas, mihi molestem est, L. Turfecius qua facta fuerit, qua statura. *Sueton. in Tiber. c. 68.* Corpore fuit amplo, statura, quae iustum excederet, puerché ordinaria. ¶ *Translaté Cal. l. 5. c. 5. de arboribus.* Producat in tantam staturam, quantum permittit agricola. hoc est crassitudinem, & altitudinem. **Statūrus**, *a, um, partic. futuri temporis, a sto, stas. Liv. l. 3. c. 60.* Haud scio, an magno detrimento certamen staturum fuerit, se labragia glis sarebbe costata cara. *Plin. l. 25. c. 13.* Anaxilaus auctor est, mammam a virginitate illitas semper staturas. **Status**, *us, m. stato, lo stat fermo, נטרי, Germ. stat, Gal. etat, Hisp. estado, שטרי, נטרי, actio standi, consistencia. Cic. 3. Fin.* Per se, ut quidam habitus oris, & vultus, ut status, & motus, in quibus sunt praeponenda quadam, & rejicienda. *Id. 1. Off.* Status, incessus, sessio, accubatio. ¶ *Item lo stat in predi. Gell. l. 2. c. 1.* Stare solitus Socrates dicitur pertinaci statu perditus, atque perniox. ¶ *Sumitur etiam pro statura, habitu, & positione corporis, sive, postura, statura. Cic. Attic. l. 6. ep. 1.* Quam statuum esse ejusdem, status, amictus, annulus, imago ipsa declarat. *Id. 3. de Orat.* Hic status est totius mundi atque naturae, rotundum ut caelum, terraque media sit. *Ter. Eun. 3. 5. 49.* Tum equidem illuc os tuum impudens videre nimium vellem, quis esset status, stabellum tenere te alium tantum, che bella figura facevi. *Col. l. 7. c. 9.* Scrofae probantur longissimi status. Hoc sensu spectantur dicitur habitus ille, quo pugiles, gladiatores, milites ad lucandum, & praeliandum se componunt. *Petron. in Satyr. c. 95.* Forza de carnario rapta, statum praestant componit, si pone in ato di combatters. *Plaut. Mil. 4. 9. 12.* In statu stat senex, ut adoriatur moechum. Hinc translate *Cic. in Orat. c. 37.* Quo genere saepe adversarios de statu omni deiecitimus. ¶ *Translate accipitur pro fortunae conditione, ordine, dignitate, loco. Cic. de Arusp. Resp.* Hinc statum, qui nunc est, qualiscunque est, nulla alia re, nisi concordia retinere possumus. *Id. ibid. c. 28.* Deteriore statu esse. *Id. in Pison. c. 2.* Convellera statum Reip. h. e. labefactare, sconvogliare. *Id. Verr. 4. c. 4.* Deducere aliquid de statu vite suae, statlo nautae itineris di via. *Id. Verr. 2. c. 4.* Restituere provinciam in statum pristinum. *Id. Fam. 6. ep. 2.* Statum suum tenere. *Id. 1. Off.* Res acerbas ita ferre, ut nihil a naturae statu discedas. *Liv. l. 32. c. 32. c. 11.* Cum in statu hoc res esset. *Tacit. 3. Ann. c. 28.* Multorum exciti status, & terror omnibus intentabatur. h. e. multis vita adempta, ceptae fortunae, dignitates &c. ¶ *Per Metaphoram item in dejectionibus forensibus status dicitur id, in quo defensor primum insidit ad repugnandum. Cic. in Top. c. 25.* his verbis definit; Retutatio accusationis, in qua est depulso criminis, Graece *σδοι* dicitur, Latine status appellatur, in quo primum insidit quasi ad repugnandum congressa defensio. *Vide eund. l. 1. de Invent.* ubi constitutionem explicat, item Auctorem ad *Her. l. 1.* Alii Rhetores ita describunt, Status est quaevis, quae ex prima causam conditione nascitur. E. g. intentio accusatoris est, *Sylla consurasti cum Catilina*, depulso vero defensoris est, *Non consurasti.* Ex hac conditione nascitur illa quaestio, *Consuraverit ne Sylla cum Catilina*, quam Oratores statum, vel constitutionem appellant. *Quintil. l. 3. c. 5.* **Status**, *a, um, presentato, partic. a sistor. Nevatius l. si procurator, ff. si quis cautionibus:* Tantum ex ea stipulatione non stato ideo, procuratori debeat. ¶ *Ponitur etiam pro constituto, τικυμνισ. Fest.* Status dies vocatur, qui iudicii causa est constitutus cum peregrino. Eius enim generis ab antiquis hostes appellabatur, quod erant pari iure cum Populo Romano, atque hostie ponebatur pro aequare. *Plaut. in Curcul.* Si status conditus cum hoste intercedit dies, tamen est eundem, quo imperat ingratu. *Hæc Fest. Cic. 1. Off.* Inducant enim duodecim tabulae, Aut status dies cum hoste. ¶ *Item pro firmo, stabili, ut Stata Sacra, vel sacrificia, σταται θυσια, quae certis, ac statutis diebus fiebant, quae non mutabantur, sed firma, & stabilia erant, diversa ab illis, quae indicta vocabantur, quae nimirum vel in alia tempora rejici poterant, vel etiam omitti penitus. Fest.* Stata sacrificia sunt, quae certis diebus fieri debent. *Caseo.* Tu, quod in te tuit, sacra stata solemnia, capite sancta deseruisti. *Cic. 1. Tusc.* Cum enim illam ad solemne, & statum sacrificium curru vehi jus esset. *Ovid. 1. Fast.* Quid a Fastis non stata sacra petis? *Plin. l. 18. c. 29.* Jam primum hanc injuriam omnibus annis accidere non posse propter statos siderum cursus. *Plinius alter l. 9. ep. 39.* Stato die. ¶ *Item pro medio, mediocri, temperato, ut Stata forma. Gell. l. 5. c. 11.* Inter enim pulcherrimam taminam, & deformissimam media quaedam forma est, quae a nimia pulchritudinis periculo, & a summo deformitatis odio vacat, qualis a Q. Ennio in Menalippa perquam eleganti vocabulo stata dicitur, quia neque *καρη* futura sit, neque *σινη*: quam formam modicam, & modestam Phavorinus non meretice inficite appellabat uxoriam. Ennius autem in ista, quam dixi, tragedia eas fere feminas ait incolumi pudicitia esse, quae stata forma forent. *Hæc Gell.* **Statutio**, *onis, f. actus statuendi, & collocandi. Virruv. l. 10. c. 5.* Una statutio tigni. **Statutus**, *a, um, statuito, decretato, נטרי, Ger. angesetzt, Gal. ordonne, arreto, Hisp. establecido, τικυμνισ:* constitutus, datus, decretus ex conventione. *Cic. 5. Verr. c. 41.* Cum animo statutum deliberatumque aliquid habere. *Id. l. 12. Fam. ep. 25.* Neque enim statuti quid in tanta perturbatione habere potuisti. *Liv. l. 31. c. 28.* Concilium Aetolorum statuta die, quod Magnætolium vocant, futurum erat. ¶ *Statutus homo dicitur, qui magnæ statutz est. Plaut. Rud. 2. 2. 11.* Recalvum, ac silem senem, statutum, ventriosum. **Statutiles**, *α, στυατις, gemma sic dicta quod sevo similis sit, quod a Graecis στυαρ appellatur. Plin. l. 37. c. 11. **Statutima**, *atis, n. στυατις, tumor foris in corpore apparens, pinguem intus materiam continens, sevo similem, a στυαρ, sevom. Plin. l. 26. c. 14.* Eadem & contra Neatomata efficit. **Stega**, *α, f. castro, στιγη, locus in navi constructus, tabulatum navis, in quo nautae ambulant, a στιγη, sego. Patronius* appellat constructum puppis. Quia ratione & Cicero navem constructam dicit, quae*

Cæsari testā. *Plaut. Bacch. a. 2. sc. 3. v. 44.* Forte affedi in stega. *Id. Stich. 3. 1. 12.* Sine advocatis ibidem in circuro, in stega, in amicitiam, atque gratiam convortimus. **Stegæ** febres dicuntur, quæ cutem aditringunt, ejuisque spiracula præcludunt, impediuntque humorum transpirationem, & *στυγος, confestus. Plin. l. 23. c. 7.* **Stella**, *læ, f. pila lapidea, seu columna. στήλη. Plin. l. 6. c. 28.* Stellæ lapideæ literis ignotis. **Stelephoros**, *1, f. herba ex genere spicatarum, foliis perpetuo virentibus. Plin. l. 21. c. 17. **Stellis**, *idis, f. στήλη: genus visci ex arbore larice defudans. Plin. l. 16. cap. ult.* **Stella**, *α, f. stella, נטרי, Ger. Stern, Gal. étoile, Hisp. estrella, ἀστὴρ, corpus caeleste lucidum, ab ἀστὴρ, per Aphætelin. Latini enim ab obliquis Graecorum rectos suos formare solent. Differunt stellæ a sideribus, quod stellæ singulae sint, sidera vero ex pluribus stellis composita, quæ & signa caelestia vocamus, cuiusmodi sunt Aries, Taurus, &c. V. Jidus. Cic. l. 2. de Div. c. 6.* Ita te nec terræ tremitus, nec cæli discensus, nec lapideus, aut sanguineus imber, nec trajectio stellæ, nec faces visæ terrebunt. *Stella che fémors correte, e cadere. Id. 1. de nat. Deor.* Errantibus etiam stellis divinitatem tribuit. ¶ *Diurna stella, est Lucifer, ut nocturna, seu noctifera, est Hesperus. Plaut. Men. 2. 1. 26.* Inde usque ad diurnam stellam castrinam perpotabimus. ¶ *Interdum ponitur pro sidere, idest signo ex multis stellis compacto. Ovid. l. 3. Fast.* Stella Lycæoniam vergit declivis ad Arcton Milvius. ¶ *Stella signum lætum, & prosperum est. Fest.* Stellani significare ait Atejus Capito lætum, & prosperum, auctoritatem secutus P. Servilii Auguris. ¶ *Est & picus hoc nomine, mire calidi temperamenti, sic, ut urere etiam, quæ congerit, credatur, pefce stella.* Tantam vim habet conqueendi, ut cochleas cum tellis suis totas voret, & comminuat. *Plin. l. 9. c. 60.* ¶ *1-tem figura stellam referens. Colum. l. 4. c. 17.* Vitem in stellam dividere. *Et ibid.* Juzum in stellam decurrere. **Stella Aruntius**, Poeta Patavinus lepidissimus, familia Consulari ortus. Violantillam amavit, puellam Neapolitanam, quam tandem uxorem duxit. Hæc in deliciis habuit columban, avem dicatam Veneri, quam Stella Revit detunctam pulcherrimo carmine, opusque ipsum Columban inscripsit. *Martial. l. 1. ep. 8.* Stellæ delictum mei, columba. **Stellans**, *antis, o. 3. ἀστειζου, stellæ instar micans. Cic. 1. de Div. ex Poeta.* Et subito stellanti nocte perempta est. *Ovid. 1. Met. de pavone.* Et gemmis caudam stellantibus implet. ¶ *Ponitur etiam pro stellis distincto. Cic. 1. de Divin. c. 12. ex Post.* Nam Pater altitonans stellanti nixus Olympo. *Virg. 7. Æn. v. 210.* Stellantis regia cæli. ¶ *Stellans volatus, qui a stella fit. Plin. l. 18. c. 26.* Ita appellant rustici stellantes volatus, Graeci vero lampyridas. **Stellaris**, *re, adject. di stella. Macrobi. l. 1. in Somm. Scip. a. 14.* Anima est scintilla stellaris essentia. **Stellates** ager, Stellates campus, *Campo Maximo*, ager Campaniæ, in territorio Calensi, miræ fertilitatis, in quo 16300. Samnites a Romanis Ap. Claudio Cof. cæsi sunt. *Cic. Agrar. 2.* ¶ *Item ager Hetruriam prope Capenam oppidum. Festus.* **Stellatrina** Tribus rustica fuit in agro Stellate in Hetruria, facta a Centoribus A. U. 369. simul cum Arniensi. *Liv. l. 6. & Festus.* **Stellatūra**, *α, f. lucellum illud, quod confeguebantur Tribuni annonam erogantes, detrahendo militibus aliquid annonæ ab Imperatoribus ipsis assignatz, quod hodie etiam Tribunis, & Prætoribus iniolens non est. Hæd. Junius in Nomenclatore, & plures alii scribunt, stellaturam dici annonam militarem. De etymo valde disceptatur. Præterius in Lexico censet stellaturas fuisse teleras, per quas annonæ species militibus mitterentur, & ita dictas ἀπὸ τῶ στήλλου, hoc est a mittendo. Sed στήλλου etiam notat dimittere. Nec dubium, quin princeps, & honestissima ratio, cur aliquid Tribuni militibus detraherent de stipendio, fuerit ea nomine vocationis, sive dimissionis temporaria. Quare quæ eo potius stellatura dicta sit. Nec minus placet sententia Jo. Baptiste Egnatii, cui id vocabulum factum videtur a vatrie stellionum: unde & stellionatus crimen nomen accepit: Nempe ut stellatura contractum sit ex stellionatura, stellator ex stellionator. Vide præter eos, quos diximus, Cafaubonum, & Salmasium, Notis in Spartanum, *Lamprid. in Alex. c. 15.* Qui per stellaturas militibus aliquid abstulissent. *Spartian. in Pescennio c. 3.* Quos constitit stellaturas accepisse. **Stellatus**, *a, um, stellato, Ger. gestinet, Gal. étoile, Hisp. estrellado, ἀστειζος, stellis distinctus, vel ornatus. Proprie est cæli epitheton, cum est clarum, & serenum. Cic. 5. Tusc. cap. 3.* Nec stellatus Cepheus cum uxore, genero, filia traderetur. ¶ *Transfertur etiam ad alia. Virg. Æn. 4. v. 161.* Olli stellatus jaspide fulva Enis erat. h. e. capulus distinguebatur multa jaspide. *Plin. l. 10. c. 67.* Salamandra animal læcerti figura stellatum. ¶ *Per translationem quoque sumitur pro splendido, magifico, ornato instar cæli, splendente instar stellarum. Claudiān. l. 2. de rapt. Prof. v. 130.* Hæc graditur stellata rolis, hæc alba liquoris. **Stellifer**, *ra, rum, stelliferus, Ger. Sterntragend, Gal. qui porte étoiles, Hisp. que trabe estrellas, ἀστειζου, quod stellas fert. Proprie est cæli epitheton. Cic. in Somm. c. 5.* Quam ob causam summus ille cæli stelliferi cursus, cujus conversio est concitator, acuto, & excitato movetur sono. **Stelliger**, *ra, rum, idem ac stellifer. Stat. 12. Theb. v. 565.* Radios declinat, & horret Stelligeri jubar omne poli. **Stellimicans**, *antis, stellatio, stellis micans. Varro:* Limbus pictus bisseæ signis stellimicantibus. **Stellio**, *onis, m. tarantola, ἀσφαλθωτης, γαλιωτης, animal non di. n. le lacerte, multo tamen minus, tergum habens luccntibus quibusdam guttis depictum ad modum stellarum. Duplex Latine vocis etymon ponit Festus: Stellionem genus ajunt lacertæ, quod Verrius dictum ait, quia virus stillet cibo, potius, quam quod alibi dicit) a stellarum similitudine, quia varium est. Hinc Ovidius l. 5. Met. fab. 7.* Aptumque colorum Nomen habet variis stellatus corpora guttis. Glossæ Latino-Graecæ Phloxoan interpretantur ἀσφαλθωτης. Quam vocem Perotus ait esse a Graeco ἀσφαλθω, circulus, quia, ut ait, circulus quibusdam hoc animal sit depictum. *Donatus ad Eum. Terent.* etiam γαλιωτης vocari scribit: ubi refert, Terentium a quibusdam erroris argui, quod pro Menandro illo γαλιωτης γισω, dicat colore muscellum, cum γαλιωτης quidem mustela sit, sed γαλιωτης stellio. Est & tertia appellatio, γαλιωτης, colotes. *Plinius l. 29. c. 4. al. 4.* Hinc (stellionem) Graeci coloten vocant, & ascalabotes, & galcotes: Rore, & araneis venitur, teste *Plin. l. 11. c. 26.* Morsus ejus raro interimit hominem, tamen semihumidum facit, & varie afficit. *Virg. 4. Georg.* Nam saepe favos ignotus addit Stellio. ¶ *Translate dicitur de homine malo, doloso, fraudulento, invidio, quia hoc animal exiit quotannis cutem, exutatum devorat, inviden. homini commutialis morbi remedium. Plin. l. 30. c. 10.* Operis pretium est ferre, quomodo præripiatur, cum exiit membrana hylci-**

na, alias devoranti eam, quoniam nullum animal fraudulentius invide- re homini tradunt. Inde Stellationem nomen ajunt in maledictum trans- latum. Hæc Plinius, quibus confirmatur interpretatio veteris Glossarii, in quo Stello exponitur *στέλλω*, *στέλλω*. *Apul. l. 5. Mes. Sed* nunc irrilius habita quid *στέλλω* quo me conteram? quibus modis Stellationem istum cohibeam? &c. Ubi Venus irata filium Cupidinem Stellationem vocat. Stellationatus, us, m. criminis genus, cum dolo quod factum est, & ti- tulus criminis deficit, ut si quis rem alienam sciens obliget, vel au- pium pignoratam alii denuo oppigneret, vel in pignore dando pro au- ro *σ* subjecerit, vel sciens ratu liberum dissimulata ejus conditione venderit, vel creditor numeratum iam sibi pecuniam iterum acceperit. *J. Civ. l. 7. §. 1. ff. ad Turpil. l. 1. ff. Stellationarius. l. 35. ff. de pign. act. l. 29. §. pen. ff. mand. l. 9. §. ff. de statu lib. &c.*

Stello, as, a. 1. lucidum instar Stellæ tacio, illustro, orno. *Plin. l. 37. c. 7. de quibusdam gemmis.* Quoniam Stellarum Hyadum & numero, & dispositione Stellantur. *Symmach. l. 3. ep. 2. Oratio verborum Stellatur auro.*

Stemma, atis, n. corona, *ghirlanda*, *סמטה*, Ger. *krantz*, Gal. *guirlande, couronne*, Hisp. *guirnalda*, *στέμμα*, *στέμμα*, corona, sertum, a *στέμνω*, coronare, idest a perf. pass. *στέμμαι*, *Farmic. l. 3. c. 8.* Magnos viros faciet Mercurius, qui sacris, & gloriosis stemmatibus coronentur. *¶* Speciatim accipi solet pro coronis illis, in quarum medio cera expressi erant ma- jorum vultus, lineis discurrentibus ad imagines pictas, & signantibus cognationum gradus. Qua de re v. *Tiraquellum de Nobilitate. c. 6. Plin. l. 35. c. 2.* Expressi cera vultus singulis disponebantur armatiis, ut essent imagines, quæ comitentur gentium tuncra, semperque de- sua dolo aliquo, totus aderat familiaris ejus, qui unquam fuerat populus. Stemmata vero lineis discurrebant ad imagines pictas. Hæc *Plin. Senec. l. 3. de benef. c. 28.* Nomina familiaris multus stemmatum obligata flexuris. *¶* Hinc ponitur pro ferie generis, seu familiaris. *Senec. l. 7. de benef. c. 3.* Totum Regni Persici semina percense. *Martial. l. 4. ep. 40.* Atria Pi- sonum stabant, cum stemmate toto. *Juv. sat. 8.* Stemmata quid taciunt? quid prodest, Pontice, longo sanguine cense? *Just. in Ner. c. 73.* Quod in veteri gentium stemmate C. Cæthi percussoris Cæsaris ima- gines retinuisse. *¶* In illo *Martial. de Spectac. epigr. 16.* Cæsaris atque Jovis conferunt nunc stemma: juvenici Par onus ut tulerint, altius iste tulit. quidam Interpretes stemma exponunt machinam, quæ aliquid sustinet, a Græco *στέμματα*: alii intelligunt de re mire, & præclare gesta: alii denique aliter leg.

Stenocorialis, f. 3. *στενωχόρις*, morbus equorum, cum amissis viribus visus eorum constringitur, & debilitatur. *Veget. l. 2. de re veterin. c. 16.*

Stentor, oris, m. *Στέντωρ*, clamorose ille tubicen apud Homerum, in exercitu Græcorum, qui clamore aliorum quinquaginta immani voce superabat, ut *Id. Iliad. E. v. 786.* ait. Hinc *Juv. sat. 13. v. 112.* Tu mi- ser exclamas, ut Stentora vincere possis.

Stentoreus, a, um, adject. a stentore, ut Stentorea vox pro maxima. *Annob. l. 2.* Infantes sub uberibus matrum stentoreos ediderunt vagitus.

Stephaniscidium, ii, n. nomen proprium diminutivum a *Stephanium*, quod est nomen mulieris. *Plaut. Stich. 5. 4. 57.*

Stephanitæ, vites, idest coronatæ, dicuntur quæ per statumina cala- morum materis ligatis, in orbiculos, gyroloque Æctuntur, & materiis submissis earundem statuminiibus per orbem, & in coronam connectun- tur. *Col. l. 3. c. 2.* Nec folium quæ jucunditate saporis, verum etiam quæ specie commendari possint, censeri debent, ut Stephanitæ, ut tri- pedantæ.

Stephanitis, idis, f. *στέφανιτις*, uva vitis Stephanitæ seu coronariæ. *Plin. l. 13. c. 3.*

Stephanomellis, is, f. herba ita dicta, quod melino colore in coronis placeat. *Plin. l. 26. c. 13.*

Stephanoplocos, m. & f. *στέφανοπλόκος*, *δ*, *καὶ ἡ*, qui, vel quæ ferta textit. Et

Stephanopollis, is, fœm. *στέφανόπολις*, quæ ferta, & coronas vendit. *Plin. l. 35. c. 11.* Glyceram inventricem coronarum pinxit sedentem cum corona, quæ e nobilissimis ejus tabula Stephanoplocos, ab aliis Istephanopolis appellata est, quoniam Glycera coronas venditando sustentave- rat paupertatem.

Stephanos Alexandri, herba, species chamædaphnes, frutice ramofo, folio crassiore, ac molliore, quam lauri. *Plin. l. 15. c. 30.* *¶* Latine dicitur pervinca, & folium victoriæ. *Apulei. de herb. c. 58.* *¶* Stephanos aphroditis, alia herba est, quæ & silybrium. *Apulei. de herb. c. 105.*

Stercorarius, a, um, *καρπικός*, quod ad stercorea pertinet. *Varro l. 1. R. R. c. 22.* Atrata cum vomeribus sex, crates stercorearias quatuor.

Stercorator, nis, f. *il letamare*, Ger. *das missen*, Gal. *sumement de terre*, Hisp. *estercolamiento*, *καρπικός*, stercoreandi actus. *Col. l. 2. c. 16.* Si tamen aliqua causa tempevitam stercoreationem tacere prohibuerit. *Ad- de Plin. l. 17. c. 27. & Varr. l. 1. R. R. c. 38.*

Stercoratus, a, um, *letamato*, *καρπικισμένος*, stercore fecundatus. *Plin. l. 18. c. 23.* Nisi stercoreato feri non oportere. Subaudi agro, ut sit partici- p. absolute positum. *Colum. l. 11. c. 2.* Quam pinguislimo, & novo loco, si minus, quam stercoreatissimo.

Stercoratus, a, um, *καρπικός*, plenus stercore. *Plaut. Mil. 2. 1. 12.* Sterco- reus, plenus perjurii, atque adulterii.

Stercoris, as, a. 1. *letamare*, Ger. *missen*, Gal. *fumer*, *amander la terre*, Hisp. *estercolar*, *καρπίζω*, stercore agros aspergo, sinum agris fecundatis gratia adhibeo. *Plin. l. 18. c. 23.* Ager si non stercoreatur, alget: si nimium stercoreatus est, aduritur. *Cic. de Sen. 6. 15.* Homerus Laertem lenientem desiderium, quod capiebat e filio, colentem agrum, & eum stercoreantem tacit. *¶* Ponitur etiam pro pinguefacere quocunque modo, adhibita alia quavis re, quæ simi vicem supplet. *Col. l. 12. Vic- cia, & faba stercoreare agrum dicuntur.*

Stercorosus, a, um, pleno di sterco, *καρπικός*, plenus stercore. *Col. l. 8. c. 3. de aqua.* Nam stercoreosa pituitam concitat. *Id. l. 9. c. 4.* Villati- cum, quod nascitur in oleribus, & stercoreis herbis. *Cato c. 53. R. R. Locus stercoreosissimus.*

Sterculinum, v. Sterquilinum.

Sterculius, vel Stercutius, dictus est Picumnus Fauni filius, qui primus stercoreandi rationem invenisse dicitur; ob id eo nomine a Romanis cultus. *Laetant. l. 1. c. 20.* Colitur & Sterculius, qui stercoreandi agri ra- tionem primus induxit. *Plin. l. 17. c. 9.* Italia regi suo Stercutio ob hoc inventum immortalitatem tribuit. *Macrob. l. 1. sat. c. 7.* scribit, hoc no- mine Saturnum appellatum esse.

Stercus, oris, n. sterco, *σκατ*, Ger. *dreck*, *mist*, Gal. *fieste*, Hisp. *estercol*, *σκατ*, cibi excrementum. *Cic. l. de Divin. c. 27.* Se inter- fectum in plautrum a caupone esse conjectum, & supra stercus injec- tum. *Col. l. 2. c. 9.* Novalia stercore saturare. *¶* Per Metaphoram usurpatur de homine vitiosissimo, quæ tamen Metaphora vitanda est. *Cic. 3. de Orat. Nolo, stercus Curia dici Glauciam.*

Sterelæitis, itidis, f. spuma argenti durata, & soluta instar pulveris. *Plin. l. 33. c. 6.*

Stereobata, æ, f. fulcimentum e muro extruatum, in quo columna cum sua basi, seu stylobata nititur, a *στέρεος*, *firmus*, *solidus*. A nonnullis architectis Italici vocatur *zocco*. *Petrus. l. 3. c. 3.* Uti firmiora sint in- teriora superioribus, quæ stereobatæ appellantur, nam excipiunt onera. Stergæthron, i, n. *στέργηθρον*, ita nominatur ab aliquibus semperviva her- ba, quia, ut ait *Plin. l. 25. c. 13.* amatorius convenit. *Apul. de herb. c. 123.*

Sterigmus, i, m. *στέργυμύς*, meteoris genus, nempe lux quædam in celo apparens immobilis, ut exponit *Apulei. de Mundo.*

Sterileto, is, anom. 3. *divenit sterile*. *Solin. c. 27.* ubi alii aliter leg.

Sterileto, is, n. 3. *divenit sterile*, Ger. *unfruchtbar werden*, Gal. *devenir sterile*, Hisp. *boluerse esteril*, *στυργίζω*, sterilis fio. *Plin. l. 8. c. 50.* Cap- pre pinguedine sterilecunt. *Id. l. 7. c. 15.* Fruget tactæ sterilecunt.

Steriliçilla, læ, f. vulva portæ virginis. *Petrus. in fragm. Tragur.*

Sterilis, & le, o. 3. apud veteres sterilius, a, um, *sterile*, *στυγ*, Ger. *unfruchtbar*, Gal. *sterile*, Hisp. *esteril*, *ἀστέρως*, infœcundus, fructum non terens, sine prole. *Fest.* Sterilam mulierem appellabant, quam Græci *στέρα* dicunt, quæ non concipit semen genitale. *Lucret. l. 2. v. 844.* Et sonitu sterila, & succo jejuna feruntur. *Virg. 3. Æn. Sterilis æger. Plin. l. 11. c. 39.* Sterilis in gignendo est, seu maculus, seu femina. *Id. l. 16. c. 12.* Arboreo steriliore. *Cassul. de Berecynth. c. 58.* Vir sterilis, *castrato*. *¶* Usurpatur sæpe translate. *Plin. in Pan. c. 56.* Quod momentum, quod imo temporis punctum aut beneficio sterile, aut vacuum laude? *Tacit. l. 1. hist. c. 3.* Sæculum virtutum sterile. *Martial. l. 10. ep. 58.* Sterilis labor. *Plaut. Mil. 3. 1. 15.* Sterilis propefectus, *vedula inamena*. *Perf. sat. 5. v. 75.* Heus steriles veri, quibus una Quiritem vertigo tacit! h. e. nescii, a vero alieni.

Sterilitas, atis, f. *sterilitas*, *סטריות*, Ger. *unfruchtbarkeit*, Gal. *sterilitate*, Hisp. *esterilidad*, *στυργίσις*, infertilitas, infœcunditas. *Cic. l. de Div. c. 57.* Nonnunquam etiam quæ sit vel sterilitas agrorum, vel fertilitas futura. *Plin. l. 10. ep. 24.* Agrorum continuæ sterilitates. *Col. l. 2. c. 10.* Sterilitas annonæ, *carestia*.

Sterilus, V. Sterilis.

Sternax, acis, o. 3. qui sternit, ut Sternax equus, qui sefforem excutit, ac in terram dejicit. *Virg. 12. Æn. v. 344.* Et sternacis equi lapsum cervicæ Thyæteten. *¶* Hac voce etiam usi sunt pro suplice, & hu- mi se sternente. *Sidon. l. 5. ep. 14.* Cervicum humilatarum, & sternax civium suspiriosa contubernia, *Et l. 4. ep. 12.* Respondit ipse, quamquam esset trepidus, & sternax.

Sterno, nis, itravi, stratum, a. 3. *aterrare*, *gettare per terra*, *סטרן*, Ger. *niederwerffen*, Gal. *abbattre*, Hisp. *derribar*, *σπινδω*, in humum dejicio. *Hor. l. 4. ode 14.* Primoque, & extremos metendo, Stravit hu- mi sine clade victor. *Liv. l. 24. c. 38.* Sternite omnia ferro. *Id. l. 31.* Cæde ingenti sterni. *Virg. 12. Æn. Sternere aliquid morti. Id. l. Georg. Pavor stravit mortalia corda, abbattit gli spiriti.* *¶* Sternere se, *cor- ricarsi*. *Virg. 4. Georg. Sternunt se somno diverso in litore phocæ. Liv. l. 27. c. 47.* Felixque aliquot somno, ac vigiliis sternunt corpora passim. *¶* Præterea quia quæ alta sunt, in terram dejiciendo, ipsam terram, vel aliam complanant, sterno etiam notat complanare, æquare, componere. *Virg. 5. Æn. Placidi straverunt æquora venti. hoc est plana fecerunt, quæ prius intumuerant, tranquillum mare reddiderunt. Id. 9. Æn. Et nunc omne tibi stratum silet æquor.* *¶* Item quia sternendo fit, ut id, supra quod sternimus, tegamus, sternere etiam pro tegere sumitur. *Virg. Æn. 9. Sternitur omne solum jaculis. Liv. l. 9. Sternere locum saxis, Avel. Vig. de vir. lib. 3. c. 34.* Viam usque Brun- dum stravit lapidibus. *¶* Denique ponitur pro instruere, appa- rare, ornare. *Cic. 2. Verr. Publice sibi convivia parari, item triclinia etiam in loro jubebat. Id. pro Cluent. Lectum illum geniale, quem biennio ante filix suæ nubenti straverat, in eadem domo sibi orari, & sterni, expulsa, atque exturbata filia, jubet. Sic sternere equos. V. Stratus.* *¶* Sternere sibi viam, *farfi strada*. *Lucret. l. 3. v. 1044.* Xeres ipse viam qui quondam per mare magnum stravit. *Sic Stat. 12. Theb. Fama tibi stravit benignum iter.*

Sternumentum pro sternutamento habent quædam Gellii editiones *l. 12. c. 5. ad fin.*

Sternutio, is, nui, nutum, n. 3. *sternutare*, *sternutire*, *σπινδω*, est flatu- et pectore exurgentem cum capitis concussione emittere. *Plin. l. 7. c. 6.* Oscitatio quidem in exitu lethalis est, sicut sternuisse a coitu a- bortivum. *Col. l. 8. Naribus inseruntur, versanturque, donec sternuat ovis.* *¶* Translate sternuere dicitur lumen lucernæ cum crepitu scintillantis. *Ovid. Heroid. ep. 19. v. 151.* Sternut & lumen: posito nam scri- bimus illo. Sternuit, & nobis prospera signa dedit. *¶* *Sternuere omis* apud *Propert.* est sternutamento omen dare. Sic enim ille *l. 2. eleg. 2. v. 34.* Num tibi nascenti primis, mea vita, diebus Aureus argutus sternut omen Amor? *Macrob. in l. de differenti. Græci, & Lat. ferm. c. de frequenti. legit, Candidus Angustia sternuit omis Amor.* *¶* Ex quo alit emendarunt *augustinus*. Fuit etiam qui legeret, *Aridus augustinus*.

Sternutamentum, i, n. idem ac sternutatio. *Cic. 2. de Div. Pedis offensio nobis & abrupto corrigiæ, & sternutamenta erunt observanda. Plin. l. 20. c. 12.* Semen tritum, & hauritum naribus sternutamenta movet. *¶* Ponitur etiam pro medicamento sternutationem evocante. *Plin. l. 25. c. ult.* Eadem siccata concita sternutamentum est.

Sternutatio, onis, f. *sternuto*, *σπινδω*, actus sternutandi. *Apul. l. 9. Me- tam. Ut est ingenium metalli, crebras et sternutations commovebat. Scribon. Larg. compos. 10.* Sternutationem invitare.

Sternutio, as, n. 1. *sternutare*, *σπινδω*, *σπινδω*, iteq. a Sternuo. *Plin. l. 28. c. 8.* Proboscicidii tactu capitis dolor levatur: efficacius, si & sternutet. *¶* Cur sternutantibus salutem solemus precari (cujus ritus etiam meminere Xenophon, *l. 3. de expeditione Cyri, Plinius, l. 28. c. 2. Apuleius, l. 9.* atque alii) in causa est, quod sternutamenta sint a ca- pite, caput autem cum sit Jovi sacrum, certissima, maximeque divi- pite, hinc omnia proficisci, creditum fuit. Vide hoc de more *Plutarchum, lib. de Homero*, e junioribus *Alexandrum ab Alexandro, l. 2. c. 26.* & *Jan- num Duzam in Petronium, l. 2. c. 4.*

Sterope, es, f. 1. *στέροπη*, filia Atlantis, una Plejadum, quam nonnulli Asteropen vocant. A Marte amata fuit, ex quo Parthenon peperit, qui fuit Rex Calydoniæ. *Ovid. 4. Fast. Nam Steropen Marti concubis- se ferunt.* *¶* Relata est inter alia. *Ovid. l. 1. Trist. el. 10.* Sæpe mi- nax Steropos fidere pontus erat.

Steropes, is, m. filius Neptuni, & Amphitrites, frater Brontis, & Py- racmonis, unus ex Vulcani ministris, a *στέροπη*, *fulgor*, per Aphæ- resin, pro *σπερπη*, *Virg. 8. Æn. Brontique, Steropique, & nudus membra Pyracmon.*

Sterquilinum, ni, n. *fossa da sterco*, *סטרין*, Ger. *mistgub*, Gal. *fumier*, Hisp. *muladar*, *καρπία*, *καρπία*, locus stercoreibus plenus, seu stercoreis receptaculum. *Col. l. 1. c. 6.* Sterquilinia duo sint; unum, quod nova purgamenta recipiat, & in annum conservet: alterum, ex quo vetera vehantur. *¶* Translate usurpatur de homine vili. *Plaut. Persa. 3. 3. 3.* de lenone: Eho lutum lenonium Commissum, eho tu sterquilinum publicum. *¶* Legitur & *Sterculinum* tum in *Vet. Gloss.* tum apud *Marcell.*

stimulis inopinantes induebant. Per Translationem ponitur pro cruciati, & omni eo, a quo vexatur. Cic. 2. Tusc. Non modo stimulos doloris, sed etiam salma fortuna contemnamus, licebit. Item pro incitamento, incitatione. Cic. pro Arch. Quae noctes, & dies animi gloriæ stimulis concitat. Id. pro Sex. c. 5. Quot stimulos admovent homini fortassis studioso victoriæ. Lucan. l. 1. v. 263. Stimulos addere.

Stinguo, is, nxi, nctum, a 3. eslingere, deleo, tollo, extinguo. Cic. in Aras. apud Prifian. l. 10. Neque longa vetustas Intermet flingens præclara insignia cæli. Lucret. l. 2. v. 287. Evanescere paulatim, stinguque colorem.

Stipa, vel styra, æ, f. idem ac stupa. Serv. in 1. Æn. Stipant, densant. Translatio a navibus, in quibus stupa interponitur valis, quam stipam dicunt.

Stipatio, onis, f. actus stipandi. Plin. l. 10. c. 22. Felli (anferes) profertur ad primos; ita cæteri stipatione naturali propellunt eos, collo stitit unis l'un l'altro qui spingono. Quintil. l. 5. c. 14. Agrestionum, & entymematum stipatio, folia di prouve. Cic. Item caterva hominum aliquid comitantium, sequitio, convegio. Cic. pro Syl. c. 23. Eius aspectus, concursatio, stipatio, greges hominum perditorum metum nobis, feditioesque afferbant. Plin. l. 4. ep. 16. Adeundi mihi locus, nisi a tribunali, nisi per ipsos iudices, non fuit, tanta stipatione cætera tenebantur, tanta era la calca.

Stipator, oris, m. chi è di guardia, qui alterum stipat, & ad ejus latus astat tutelæ, seu amicitie causa. Quintil. l. 2. c. 13. Stipator corporis constituit eisdem ministros &c. Id. 2. Offic. c. 7. Præmittebat de stipatoribus suis, qui scrutarentur arculas muliebres. Servus in 2. Æn. scribit, eos etiam stipatores vocari, qui stipam in naves induunt: nam & stipam pro stupa usurpant.

Stipatus, a, um, adject. circumdato, accompagnato, cinto. Cic. pro Mur. c. 24. Catilina stipatus choro juvenutis. Plin. l. 6. ep. 33. Stipatum tribunal, cinto da calca di gente. Liv. l. 33. c. 18. Stipata phalanx, condensata, e unita in se stessa. Sidon. l. 3. ep. 2. Ab omni ordine, sexu, ætate stipatissimus.

Stipendiarius, & le, o, 3. idem ac stipendiarius, ut Fœdus stipendiaria, apud Sidon. Apollin. in carm. post ep. 9. l. 8. confederazione tributaria.

Stipendiarius, a, um, tributarius, Ger. der das Jahrszuegen geben muss, Gal. fermier, Hisp. pechero, υπεταξ; tributarius, vectigalis, qui solvendo stipendio obnoxius est, ut Civitates stipendiariæ, quæ servitute oppreßit aliquid populo victori, ex. gr. Populo Romano, pependunt. Cæf. l. 1. B. G. c. 30. Reliquasque civitates stipendiarias habent. Stipendiarium vectigal est tributum certum, quod nulla habita ratione fertilitatis, vel sterilitatis anni solvitur. Cic. 5. Verr. Quod cæteris aut impositum vectigal est certum, quod stipendiarium dicitur, aut Censoria locatio constituta. Stipendiarii, absolute dicuntur populi, qui stipendia, seu tributa solvunt. Cic. 1. Verr. Socii, stipendiariique Populi R. afflicti, miseri, jam non salutis sperni, sed exitii solatium querunt. Cæf. l. 7. B. G. Ne stipendiarii Hæduorum expugnatis juncta Gallia desceret. Sumitur interdum stipendiarius pro eo qui stipendia accipit, ut stipendiarii milites. Liv. l. 8. c. 8. Clypeis antea Romanis uli sunt: deinde postquam stipendiarii facti sunt, scuta pro clypeis fecere. Apud Veget. l. 1. de re milit. c. 18. Stipendiarii milites dicuntur, qui aliquot jam stipendia fecere, & opponuntur tyronibus. Ejus verba sunt: Non tantum a tyronibus, sed a stipendiariis militibus tantio Equorum diffidit esse semper exacta.

Stipendiatus, a, um, adject. stipendiatus, is cui stipendium alendi causa solvitur. Tertull. l. 3. advers. Marcian. c. 13. de infantibus Ponticis: Pannis armati, & butyro stipendiati.

Stipendior, aris, d. i. servire a stipendio, Ger. versolden, Gal. erre a la soldo, Hisp. merced sueldo, υπεταξ; stipendia facio, vel mereor. Plin. l. 6. c. 19. Regi eorum pedum sexcenta millia, equitum triginta nulla, elephantorum novem pro omnes dies stipendiantur.

Stipendiösus, a, um, adject. qui stipendia facit, ut stipendiösus miles, soldato pagato. Veget. l. 2. c. 25.

Stipendium, ii, n. stipendio, paga, שכר, Ger. lohn, kriegsold, Gal. soldo, gage, Hisp. sueldo, υπεταξ; res militare, seu præmium, quod militibus datur. Ita dicitur quasi stipendium a stipe pendenda. Nam ante nummum signatum Quæstiones stipe militibus appendere solebant, non annuere. Non tamen milites Romani ab initio Urbis stipendium acceperunt, neque eodem anno equites, quo pedites. Peditibus enim datum est anno Urbis 347, Anxure Volscorum oppido capto, ac direpto; equitibus anno 350, bello Veientii. V. Liv. l. 4. & Sigon. de ant. jure C. R. l. 1. c. 15. Stipendium diurnum peditis secundum Polybium erant duo oboli, centurionis duplex, equitis drachma, seu denarius; qui quidem denarius, teste Plinio l. 33. c. 3. decem assis valebat, bello Punico fœdæ. Aliis temporibus stipendium peditis erat denarius, centurionis duplex, equitis tres denarii; imo & pro varietate militiæ varium. Lege Tac. Ann. 1. Cic. pro Cæl. c. 5. Merare stipendia. Id. pro Corn. Balb. c. 27. Victorem exercitum stipendio afficere. Id. Fam. 11. epist. 26. Dare stipendium militibus. Sic stipendium alicui decerere, persolvere, numerare, &c. apud eund. Fam. 1. epist. 7. l. 5. ad Attic. epist. 14. & in Pisos. c. 36. &c. Stipendia alicui constituit. Quintil. l. 3. c. 8. Interdum milites Romani propter ignominiam stipendio privabantur. Atque hi ære diruti appellabantur. Liv. l. 40. Fæst. & Sigon. V. Æs. Metaleptice, seu Metonymice stipendium pro annis militariibus usurpatur. Legitima stipendia Romanis lege Servii Tullii triginta annorum spatium conclusa fuisse, intra annum 16. & 47. ætatis. Intra hoc spatium stipendia ex lege necessario concitanda, equiti decem annorum fuerunt, pediti sex, aut, si Honores petere vellet, decem: sæpe tamen ad senectutem usque in castris detinebantur: quare sub initium Principatus Tiberii suborta hoc nomine feditio in castris Pannonicis, placuit post senadua stipendia milites exauctorari, quatuorve post annos, antequam missionem adipiscerentur, sub vexillis retineri indulgentiore militiæ genere, quo tempore veterani dicebantur. V. Tacit. Annal. l. 1. c. 36. Hinc milites emeritis, vel conscriptis stipendiis. Ita enim dicebantur, qui legitima stipendia contecerant omnia, id est qui annos a lege præscriptos militaverant, & soluti juramento ab exercitu dimittebantur. Cic. pro L. Man. Partem militum, qui jam stipendium collectis erant, dimisit. Id. de Sen. per translationem: Ad illa quanti sunt, animum tanquam emeritis stipendiis libidinis, ambitionis, contentionis, inimicitiarum, cupiditatum omnium secum esse, secumque, ut dicitur, vivere? Liv. l. 39. Ut Ebutio emerita stipendia essent, ne invitum militaret. Tacit. 1. Ann. c. 36. Dare missionem vicena stipendia facturos promittunt, che avrebbero militato con cavalli propri. Id. l. 3. c. 27. Stipendia pedibus tacere, esse soldato di fantasia. Tributum quoque stipendium vocatur, teste Pomponio J. C. Cæf. l. 1. bell. Gall. Stipendium capere jure belli, quod victores vicis imponere consueverunt. Liv. l. 2. Pauperes satis stipendii pendere, si liberos educunt.

Catul. de nupt. P. l. & Theb. v. 173. Indomito nec dira ferens stipendia Tauro. h. e. tributum septem juvenum, & totidem puellarum, quod ab Atheniensibus Minotauro pendebatur. Quæ hinc interdum pro multa, seu pœna usurpatur. Horat. epod. 17. Quæ finis, aut quod me manet stipendium? Effare, jußas cum fide pœnas luam.

Stipes, itis, m. tronco, stipite, κορυβ; truncus, aut validus fußis. Ovid. in Ibin. v. 237. viridi de stipite factas faces admorant. Id. Heroid. epist. 10. v. 101. Maclare aliquem nodoso stipite. Cæf. l. 1. B. Civ. c. 27. Fossus transversas viis perducit, atque ibi fudes, stipiteque præcatus defigit. Per translationem accipitur pro stulto, insulso, & fatuo. Cic. de Arusp. Resp. c. 3. Itaque eum nunquam a me accusandum esse putavi, non plus quam stipitem illum, qui quorum hominum esset, nesciremus, nisi fe Ligurem ipse diceret. Terent. Heaut. 5. 1. 4. Caudex, stipes, alnus.

Stipidiösus, a, um, adject. durus, ligneus, stipitem referens, ut stipidiöfa radix, Apul. de herb. c. 67. Stipidiösus fruticis rami, Id. ibid. c. 74.

Stipo, as, a. 1. riempire lo fissure, επεχω, στενω, πυκνω, calco, condendo, in unum coquo, claudendo coarctato, a στενω, inßpßo, condendo. Unde styppo, sive styppo quidam scribendum existimant, vel a στενω, quod idem tere significat. Virg. 1. Æn. v. 432. Aut cum liquentia niella Stipant, & dulci distendunt nectare cellas. Id. l. 3. Æn. v. 465. Stipatque carinis Ingens argentum, Dodonicoque lebetas. Frequenter ponitur pro circumdato. Sic stipari dicuntur Principes, qui custodiæ causa satellitio cinguntur, item qui amicorum, clientium, & contumæ turba sepuntur. Cic. 3. Phil. c. 12. Senatam stipaverit armatis. Id. pro Mil. c. 4. Non enim corona confessus vester cinctus est, ut solebat, non usitata frequentia stipati sumus. Interdum est adungere. Horat. l. 2. Sat. 3. v. 11. Stipare Platona Menandro. id est tanquam stipatorem, & comitem Platoni Menandrum adungere.

Stips, f. vel stipes, is, asse, moneta, æs, assis, pecunia ex ære. Varro l. 4. L. L. Nam quod asses libra pondo erant, qui acceptant majorem numerum, non in arca ponebant, sed in aliqua cella stipabant, id est componebant, quo minus loci occuparet, a stipando stipe dicere cœperunt. Ulpian. l. 17. ad Edictum: Stipendium a stipe appellatum est, quod per stipes, id est modica æra, colligitur. Fæst. Stipem esse nummum signatum, testimonio est & id quod datur stipendium militi, & cum spondetur pecunia, quod stipulari dicitur. Plin. l. 33. c. 10. Populus R. stipe spargere cœpit Sp. Postumio, C. Marcio Coss. tanta abundantia pecuniæ erat. Liv. l. 38. c. 45. Stipem a tyrannis, castellanice colligere. Fere sumitur pro pecunia, quæ vel medicamentibus dabatur, vel Diis offerebatur. Liv. l. 25. Stipem Apollini conferre. Cic. 2. de Leg. c. 9. ex xii. tab. Stipem cogere. Sueton. in Aug. c. 91. Stipem emendicare a populo. Ovid. Fast. v. 190. de Jano. Stipis adipe causam, Pars mihi de teito ne labet ulla tuo. Auson. Paneg. ad Pison. v. 114. Miferum parva stipe lociat. Item pro pecunia, quæ strena loco offerebatur. Sueton. in Calig. c. 42. Stipem in vestibulo ædium Cal. Januar. ad captandas stipes. Item pro quocunque. Colum. l. 8. c. 1. Villaticæ pastiones, sicut pecuniæ, non minima colono stipe conferunt. Cæteri casus hujus nominis, præter eos, qui in allatis exemplis usurpantur, non sunt in u. u. Affert quidem Charisius Grammat. l. 1. rectam stips, sed nullam affert exemplum. Stipes vero in recto casu singulari usurpat Tertull. de Spectac. c. 17.

Stipticus, a, um, stitico, lazzo, asfringente, στενωπός, quod stipat, sive obstruit, quod habet vim stipandi, seu densandi. Plin. l. 24. c. 13. Inter medicamenta, quæ stiptica vocant, nihil efficacius radice rubi mora terentis. Pallad. l. 3. tit. 31. Quod vinum efficacius quodque proderit, ubi stipticus est utendum. Sunt qui scribunt stypticus, nam a στενω, obstringo, derivant.

Stipula, æ, f. paglia, stoppia, σπ, Ger. Stoppel, Gal. eteul, etouble, Hisp. paja, καλαμ, arundo agrestis, calamus frumenti, puta tritici, hordei, & similibus, quod scilicet continet spicam, cujus internodia genicula dicuntur. Ovid. 4. Fast. Moxque pro ardentis stipulæ crepantibus acervos Trajiciat celeri strenua membra pede. Virg. 1. Georg. Sæpe etiam steriles incendere profuit agros, Atque levem stipulam crepantibus urere flammis. Spicæ etiam, quæ post mesorum terga lequantur, stipulæ vocantur. Cajsul. 30. Dig. de verb. signif. Stipulæ illucæ sunt in messe dejectæ, necdum lectæ, quas sufficit, cum vacaverit, colligunt. Terent. Adelph. 5. 3. 62. Meridie ipso faciam, ut stipulam colligant. Accipi etiam videtur stipula pro parva fistula ex pluribus stipulis cæra compacta. Virg. Ecl. 3. Strident miserum stipula disperdere carmen.

Stipulatio, onis, f. stipulazione, contratto, ἐπιρωτημα, genus contractus, quod verbis obligationem pariebat. Nam contractus alii nominati erant, alii innominati. Nominati alii re pariebant obligationem, alii verbis, alii literis, alii solo, nudoque consensu. Re obligatio contrahebatur, cum ea non nisi re tradita, acceptaque concipiebatur, ut in mutuo, commodato, deposito, pignore. Verbis contrahebatur obligatio per stipulationem, ad quam fidejussio pertinebat. Literarum obligatio ea erat, quæ per scripturam fiebat, neque tamen omnis, sed præcipue ad nomina, quæ in tabulis accepti, & expensi fiebant, contrahebatur: Obligatio ex consensu erat, quæ sine rei traditione, sine stipulatione, sine nominibus, nudo consensu, solaque conventionne contrahebatur, unde & inter absentes, & inter surdos, ac mutos recte fiebat. Erant autem quatuor, emptio, locatio, societates, mandatum. Sigon. de Judiciis, l. 1. c. 5. Stipulationem ita Pomponius definit, l. 5. §. stipulatio, ff. de verb. oblig. Stipulatio est verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur, daturum, facturum se, quod interrogatus est, respondet. Hoc nomen rure natum est, & a stipula profectum, ut Isidorus tradit l. 5. c. 24. Causa ex eo esse videtur, quia in contractibus agrariis stipulam manu solerent tenere, quæ agrum integrum repræsentaret. Varro l. 4. de L. L. & Festus in Stipem, dicit putant a stipe, quia impronius sit postulare, quam veteres stipem dixerunt. Ita stipulari sit stipe proposita postulare aliquid sibi promitti, idque verbis conceptis. Alii malunt, ita vocari a firmitate, quod firmandum obligationum causa interponeretur. Nam veteres, quod firmum esset, id a stipite dixerunt stipulum. Ita Paulus, l. 5. Recept. Sentent. Justinianus, in initio Tit. de verb. oblig. & l. 1. §. 10. Orig. Cic. l. 1. de Leg. stipulationum, & judiciorum formulas componam. Id. Art. l. 16. Et si nondum stipulationes legeram. Acceptam facere stipulationem, est eum, qui per stipulationem promittit, obligatione liberare. Ulp. l. Julianus, ff. de doli mali, & de metus exception. Et amplius agendo cum stipulatore confueat, ut mihi acceptam faciat stipulationem.

Stipulatio, a, f. επιρωτημα, parva stipulatio. Cic. 1. de Or. c. 38. Cum in circulo decipere adverteris stipulatio.

Stipulator, oris, m. επιρωτητής, qui stipulatur, seu per interrogationem obligat promissorem. Cæterum sicut judiciorum, & cæterarum actionum forensium, ita & stipulationum certæ erant formulæ, quarum qui periti essent, stipulatores dicebantur, adhibebanturque in iis, ne stipulantes circumvenirentur. Hoc sensu Sueton. in Vitell. c. 14. Genera-

torum, inquit, & stipulatorum vix ulli pepercit. Ubi stipulatores i-
deo cum fœneratoribus conjungit, quia usuræ non nisi ex stipulatione
debeantur. Adde Cic. pro Quinctio. c. 17. ubi tamen alii leg. stipulator.
Stipulator, us, m. idem ac stipulatio. *Quintil. Declam. 12.* Stipulator le-
gati nostri perimus. *Ulp. l. 1. ff. de verb. oblig.* Acquiret ei ex stipulatu
actioem.
Stipulator, a, um, particip. passivæ signif. stipulando promissus. *Cic.
pro Rosc. Com. l. 5.* Hæc pecunia necesse est, aut data, aut expensa la-
ta, aut stipulata sit.
Stipulator, aris, com. 1. fare contracto, interrogare, ἰτερωτά, διαρωτοῦ-
μαι, est certis, & solemnibus quibusdam verbis aliquem interrogare,
an velit a liquid dare, vel facere, quo respondente, & promittente,
oritur legitima obligatio. *V. Stipulatio. Cic. pro Rosc. Com. c. 5.* Stipula-
tus es? ubi? quo tempore? quo præsentē? quis spondidisse imē dicit?
nemo. *Juvenal. sat. 6. v. 165.* Quantum vis, stipulare, & protinus acci-
pe quod vis. Stipulandi formula legitur apud *Plaut. in Pseud. 1. 1.*
ubi Callidorus inquit: *Dabis ne argenti mihi hodie viginti minas?* re-
spondet Pseudolus: *Dabo.* Et *ibid. 4. 6. 14.* Nullum, inquit Simo, peri-
culum est, quod sciam, stipularier, ut concepisti verba: *viginti minas
dabin?* respondet Ballio, *Dabuntur.* Stipulari stipulationem idem
est ac stipulari simpliciter, fare stipulatione. *Ulpian. l. 3. Dig. Judic.
solus.* Dicimus stipulari ad aliquo. *Pompon. l. 9. Dig. rem pupill.
fatu. for.* Pupillus a tutore stipulatur, rem salvam fore. h. e. obligat tu-
torem. Et stipulari alicui. *Ulpian. Dig. l. 46. in. 4. leg. 8. & Paul.
Dig. l. 44. tit. 7. leg. 43.* Priscian. l. 8. pag. 794. *Puseb.* hoc verbum
refert inter communia, quod tam activa significatione, quam passiva us-
urpatur, diciturque stipulari a se, pro interrogo te, & interrogo a te.
Hinc est, ut pro promittere a quibusdam usurpatur, non quia revera
promittere significet, sed quia qui legitime promittit, antea interroga-
tur. *Sueton. apud eund. Priscian. ibid.* Lætoria lex, quæ vetat minorem
xxv. annis stipulari. Stipulo, as, activa forma usurpatum legitimus apud
Symmach. l. 1. epist. 17. juxta quosdam Codices, sed juxta alios aliter.
Stirra, æ, f. goccia, stilla, σαρκαχυδὸς, gutta. Felt. *Stirricidium*, quasi
Stillicidium, cum stilla concretæ frigore cadunt. *Stiria enim principale
est, stilla diminutivum.* *Virg. 3. Georg. v. 366.* Stiriaque impexis indu-
xit horrida barbis. *Martial. l. 7. ep. 36.* Turpis ab invisio pendeat sti-
ria natio. *Plin. l. 34. c. 12.* Quarum & latebris desillantates hyberno gelu
itritas, stalagmias vocant.
Stirra, æ, f. inc. *Steyer*, Ital. *Stiria*, Gall. *Stiria*, prov. Germaniæ, ubi
alias pars Norici, & Pannonia sup. versis Muram, & Dravam fl.
Stiriacus, a, um, adject. stillans, stillatius, a *stiria*, gutta. *Salin. c. 40.*
Pinque rosicidum cum arefactum inolevit, guttis stiriacis legitur.
Stiriacium, ii, n. idem ac stillicidium, *stiria*. Felt. *Stirricidium*, quasi
stillicidium, cum stilla concretæ frigore cadunt.
Stirpescio, is, hinc præc. & sup. ἰσχυρῶτα, in stirpem convertor. *Plin.
l. 9. c. 8. de asparago.* Nam si detringatur, stirpescere, & intermori.
Stirpitus, adver. *stirpale radice*, ἰσχυρῶτα, utque ab ima stirpe, radicibus,
funditus. *Cic. 4. Tusul. c. ult.* Hunc errorem quasi radicem omnium
malorum stirpitis Philosophia se extraxerunt pollicetur.
Stirps, pis, f. *stirpe*, *stirax*, ἰσχυρῶτα, radix, vel truncus arboris. Vox
est dubii generis, nam cum notat arboris partem, in utroque usurpa-
tur; cum de hominibus dicitur, in feminino plerumque effertur. *Virg.
12. Æn. v. 238.* Cum semel in sylvis imo de stirpe recisum. *Hor. l. 3. od.
29.* Stirpescere raptas, & pecus, & domos. Positur etiam pro teru-
la, seu virgulto, quod de radice nascitur. *Col. l. 3. c. 17.* Stirpes arbor-
es dicuntur, quæ sua sponte proveniunt. *Virg. 2. Georg. Inde*, ubi jam
validis amplexæ stirpibus ulmos Excitant. *Cic. 7. Ferr. Ego* naves inanes
fuisse dico, remiges, nautasque dimissos, reliquos stirpibus vixisse pal-
marum. Item pro planta. *Cic. 5. Fin. Aristoteles* animantium omnium
ortus, victus, figuras persecutus est, Theophrastus autem stirpium natu-
ras, omniumque feræ rerum, quæ a terra gignerentur, causas, atque
rationes. *Id. de nat. Deor. l. 2.* Quarundam stirpium, & herbarum utili-
tates longo usu percepimus. Translate dicitur etiam de hominibus,
pro principio, origine, genere, item pro gentis propagatione, agnatione,
sobole, stirpe, progenie, γένος, Ger. *ursprung*, Gal. *race*, Hisp. *linaje*,
yesed. *Virg. 3. Æn.* Quæ vos a stirpe parentum Prima tulit tellus.
Cic. de Am. Qui aliquando propter ignorantiam stirpis, & generis in
famulatu fuerunt. *Id. in Brut. O* generosam, inquit, stirpem, & tan-
quam in unam arborem plura genera, sic in istam domum multorum
insitam sapientiam. *Liv. l. 1. c. 1.* Brevis stirps quoque virilis ex novo
matrimonio fuit. h. e. proles. Hoc sensu etiam in masculino ge-
neris usurparunt Veteres, *Enn. Liv. & alii*, quorum exempla refert *Festus*.
Dicitur item de quocunque principio, vel origine, vel fundamen-
to. *Cic. 3. Tusul. c. 6.* Ita sunt altæ stirpes stultitiæ. *Id. 4. Fin. c. 2.* Di-
fero eam partem, quæ quasi stirps est hujus questionis. *Id. in Catil. 1.*
Extinguetur, atque debilitur non modo hæc tam adulta Reipublicæ
pestis, verum etiam stirps, ac semen malorum omnium.
Stiti præteritum est verbi *stisso*, quod V.

rebus animatis, & de inanimitatis. *Plaut. in prol. Cap. v. 2.* Mi stant hic
ambo, non sedent. *Ter. Eun. Interim*, dum ante ostium sto, notus mi-
hi quidam obvium Venit. *Virg. 8. Æneid.* Stabat acuta flexa. *Cic. 4. A-
cad. c. 39.* Qui adversus vestigiis stent contra nostra vestigia. Ponitur
etiam pro quiescere, morari, consistere. *Plaut. 5. 2. 26.* Sta, Charine.
fermati. Virg. 2. Ed. Cum placidum ventis staret mare. *Id. 3. Æn.* Stare
loco nescit. *Cic. 2. Catil. Hos*, quos video volitare in foro, quos stare
ad curiam. Item pro promittere. *Lucill. apud Non. c. 4. n. 421.* Hi
corpus solidum invenies. hic stare papillas Pectore marmoreo. Item
Iteni pro horrere. *Cælius ibid.* Familiæ fame perant, ager stet senti-
bus. Item pro plenum esse. *Virg. 12. Æn. v. 407.* Jam pulvere cœ-
lum stare vident. Item pro manere, permanere, durare. *Cic. pro
Rab. perd. reo.* Idemque violavit, si in fide non stetit. *Virg. 4. Æn.* Et
bene apud memores veteris stas gratia facti. Item pro manere in
pristino statu. *Cic. 4. Acad.* Ut hodie stas Aia Luculli intilicis servan-
dis, & quasi vestigiis persequendis. *Id. 2. Off. c. 1.* Atque utinam Respu-
blica stetitisset, quod cœperat statu. *Id. l. 13. Fam. ep. 30.* Per quos homi-
nes, ordinisque steterim. Item pro dignitatem, & auctoritatem
suam retinere. *Cic. l. 1. Fam. ep. 4.* Ad 16. Cal. Febr. cum in Senatu pul-
cherrime staremus. Item pro constantem esse, in sententia manere.
Cic. ad Brutum. Qui si steterit idem, inihique paruerit. *Id. Att. 15.* Stas-
mus animis, & quia consilis, ut videmur, bonis utimur, speramus.
Item pro immobile esse, fixum esse. *Ovid. 3. Met. Sic stas* senten-
tia. *Id. 2. Æn. v. 250.* Stat casus renovare omnes. *Liv. l. 21. c. 30.* An-
nibali sententia stetit pergere ire, atque Italiam petere. *Cic. Attic. l.
3. ep. 14. extr.* Nos in Asiam convertemus: neque adhuc stabat, quo pos-
situm: sed scies. Item pro præstitum, prædeterminatum, præ-
finitum esse. *Virgil. 10. Æneid.* Stat sua cuique dies, breve, & irrevoc-
abile tempus Omnibus est vitæ. Item pro possum esse. *Virg. 1.
Æn. v. 650.* Omnis in Ascanio chari stat cura parentis. Item pro
consistere, valere, æstimari, magno pretio emptum esse. *Liv. l. 23. c. 30.*
Multoque sanguine, ac vulneribus ea Pœnis victoria stetit. *Quintil.
Decl. 13.* Quanti steterit mihi, quod semel imperata non feci. *Paterul.
l. 2. c. 64.* Utrique vindicta libertatis morte stetit. *Horat. l. 1. Sat. 2. v.
122.* Magno pretio stare. Item pro favere, tueri causam alicujus,
sequi ejus partes. *Cic. in Bruto:* Ut nemo contra civium perditorum
popularem, turbulentamque demeritiam a Senatu, & a bonorum causa
steterit constantius. *Liv. l. 26.* Ad Dii prope ipsi cum Annibale starent.
Id. l. 38. Pro Juba, atque Afris inimicissimis Populi R. stetit. Item
pro contrarium esse, adversari, resistere. *Cic. in Bruto.* Cum is con-
tra populi studium stetit. Item pro inhærere, persistere, præstare,
observare. *Cic. Att. l. 7.* Omnes cupiebant, Cæsarem stare, abductis
prædiis, conditionibus his, quæ tulisset. *Id. 3. Off.* Facere promissa,
stare conventis, reddere deposita, commutata utilitate sunt inhone-
stæ. *Liv. l. 21. c. 19.* Stare priore federe. *Id. l. 18.* Quo satis certo auctore ste-
tur. h. e. cui inhærere possumus, cui assentiri, credere, &c. *Quintil. l.
7. c. ult.* Verbis ne legis standum sit, an voluntate. Item pro ob-
edere, obtemperare, parere. *Cic. 2. Fin. c. 12.* Sed stare etiam oportet
eo, quod sit judicatum. *Id. Acad. l. 8.* Tuo tamen potius stam judicio,
quam meo. *Id. ibid.* Uterque Consul Genforis opinione standum non put-
avit. Item pro placere. *Ter. in prol. Hæc* Partim sum earum exactus,
partim vix steti. *Ubi* Don. Agitur fabula, cum recitatur; stat,
cum placet. *Sic Horat. l. 2. ep. 1. v. 176.* Securum, cadat, an dextro stet
fabula talo. Est etiam verbum fervorum, & significat præsto esse
ad ministrandum. *Gall. l. 15. c. 12.* Nulla apud me fecit popina, neque
pueri eximia facie stabant. *Sueton. in Cæs. c. 49.* Etiam ad cyathum &
vinum Nicomedis stetit, aver servito di coppiere. Item militan-
tium, pro consistere in loco suo. *Nepos in Epamin. c. ult.* Postquam ad
Cadmeam pugnare cum Lacedæmonis cœpit, in primis stetit, *combasta
nelle prime file.* *Cic. 2. Tusul. c. 23.* Ut sit in prælio, ut ignavus miles
fugiat, quantum possit, & ob eam causam pereat nonnunquam, cum ei
qui steterit, nihil tale evenerit. Item meretricium cum præstant,
& amatores captant. *Horat. l. 1. sat. 2. v. 30.* olenti in fornice stantem.
Juvenal. sat. 10. v. 238. Quod steterat multus in carcere fornicis annis.
Per me non stat, quominus &c. in non impedio. *Terent. Andr. 4. 2. 26.*
Si poterit fieri, ut ne pater per me stetit credat. *Quintil. l. 3. c. 8.*
Non per me stetit, sed per illa. Et cum inbntio, *Scævola in leg.
Pater. Dig. de legat. 3.* Si per eum non stetit parere defuncti voluntati.
In æquo alicui stare, est æquale esse. *Sen. de Benef. l. 2. c. 29.* Quod
infra Deos sumus, quod non in æquo illis sumus, quod non in æquo
illis stetimus. Stare extrema fortuna, est summo in periculo situm
esse. *Cic. vel quisquis est auster in Sallust.* Bis ad subellia attractus ex-
trema fortuna stetit. Usurpatur etiam imperonaliter. *Ter. Eun. 2.
2. 40.* Quid agitur? P. Statur. *Cic. 1. Off.* Jam illis standum non esse
quis non videt, quæ coactis quis metu, quæ deceptis dolo promiserit?
Participia stans, & staturus, V. suis locis. Vide etiam stas, & stabar.
Stoebe, es, t. *σάβη*, genus herbæ spinosæ in folio simum & in caule,
quæ alio nomine pæleos dicitur, nostrisque temporibus incognita est.
Plin. l. 22. c. 15.

Stœcædes, f. 3. *las isles d'Hyeres*, inf. Galliæ Narb. in ora Provinciæ, con-
tra Olbiam, & inter sin. Sambraicitanum ad Or. & Telonem ad Occ.
Tres sunt præcipuæ, eisque adjacent duæ altæ parvæ ahnodum. *Plin.
l. 3. c. 5.* Stœcas, adis, herba quædam est, in insulis proveniens,
hyssopo similis, odorifera, gustu anaro, *stœcade.* *Plin. l. 27. c. 12.*

Stœcas, V. vocem præced.

Stoicæ, adv. *Stoicamente*, *σωμικῶς*, Stoicorum more. *Cic. in prof. Pœnd.*
Stoicæ solet, nullis oratoris ornamentis adhibitis, dicere. *Id. pro Mur.
c. 36.* Agis mecum severe & Stoicæ.

Stoici, m. 2. *Stoici*, *σωμῖται*, genus Philosophorum, qui a Zenone Cittico
originem habuere, ita dicti a *σῶς*, porticus, quod Zeno Athenis in
portico Philosophiam docuit, nempe in portico illa, quæ Pœcile di-
cta est a varietate picturæ, idest a *σωμῖταις*, variis, quam Polygnotus
gratuito pinxit. Deum dicebant esse rationem quandam per omnem
naturam rerum pertinentem, item legem naturalem, recta imperan-
tem, prohibentemque contraria: idem divinitatem tribuebant ætheri,
astris, annis, mensibus, annorumque mutationibus. Nihil bonum ex-
istimabant, nisi honestum. Felicitatem in sola virtute consistebat.
Itaque eorum axiomata fuerunt, solum honestum bonum esse; in quo
virtus sit, ei nihil deesse ad beate vivendum; solum sapientem esse di-
vitem, formosum, regem; omnes stultos servos esse, peccata esse æqualia,
& hujusmodi. Funditus perturbationes animi subulerunt. hoc est vol-
uerunt, sapientem omnino esse sine perturbationibus. Hæc & alia ma-
ta eorum placita passim leges apud Ciceronem. præsertim in libris philo-
sophicis. V. etiam orationem ejus pro Murena, ubi falsè eos ridet in
personâ M. Cætonis, c. 29. & 30.

Stoicida, dæ, m. patronym. idem ac Stoicus, sed per contumeliam, quasi
sit is, qui Stoicus videri velit, & tamen meritis sit omnino contrarius
Stoicæ disciplinæ, & severitati. *Juvenal. sat. 2. v. 64.* Fugerunt trepidi
vera, ac manifesta canentem Stoicidæ. Quidam volunt hanc vocem si-
gnifi-

gnificare virum mollem, & Stoicidam nomen esse femininum de viro dictum, ea ratione, qua apud *Virg. Æneid.* 9. quidam Rutulorum Troianos per convivium sic ridet: O vere Phrygiæ, neque enim Phryges; &c. **Stolicus**, a, um, quod ad Stoicos spectat, ut Philoſophia Stoica, Secta Stoica, Libelli Stoici, &c. *Hor. Epod.* 8. Quid? quod libelli Stoici inter fericos Jacere pulvillus amant? **Stolidus**, f. 3. inf. maris Perfici, apud fretum, seu fauces illius, in qua margaritiæ proveniunt. *Plin.* 1. 6. c. 25. **Stola**, æ, f. *Stola*, 722, *Ger. lang kleid*, Gal. *habillement*, Hiſp. *vestidura eſtola*, *στώλα*, genus vestis utque ad imos pedes demissæ; sic dicitur a *στώλα*, quod inter alia significat *ἐπιέναι*, περιβάλλειν, induere, circumdare: quare a Veteribus de quovis indumento usurpabatur, ut notat *Non. c. 14. n. 6. Ennius apud eand. ibid.* Cedo & caveo veltitus squalida septus stola. Speciatim vero stola fuit vestis peculiaris, qua Græci, & Latini usi sunt. Sed stola Latinis erat vestis muliebris, Græcis etiam virilis. Hinc *Plutarchus* scribit, ab Alexandro cuidam esse permiffum, ut stola Perfica uteretur. Idem in *Dione* narrat, Dionysium maiorem eo diffidenter processisse, ut ne fratrem quidem, aut filium in cubiculum admitteret, nisi prius illi suam stolam posuissent, & aliam sumpsissent. De Latinis vero ita *Ulpianus l. vestis, ff. de auro, & arg. leg. muliebria* sunt, quæ matris familias causa parata sunt, quibus vir non facili uti potest sine vituperatione, velut stolæ, pallia, tunice, &c. *Hor. l. 1. sat. 2. v. 99.* Ad talos demissa stola, & circumdata palla. *Cic. 2. Phil. c. 18.* Sumpſisti virilem togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti. *¶* Fuit propria honestarum matronarum. Erat ad imos utque demissa pedes, cujus extremam partem ambiebat infita aſtuta, quæ erat fasciola quædam, sive limbis. *Ovid. l. 2. Trist. Ecquid* ab hac omnes rigidas summovimus artes, Quas stola contingi, vitæque sumpta vetat? *Martial. lib. 3. ep. 93.* Rugosorem cum gestas stola frontem. *¶* Metonymice stola nonnunquam pro ipsa matrona, sive honesta muliere accipitur. *Jrar. l. 1. Sju. 2. v. 235.* Hinc eques, hinc juvenum coetu stola mista laborat. *¶* Stola etiam accipitur pro veste sacerdotali, qua Sacerdotes in rebus sacris utuntur, quæ & orarium vocatur. Hoc sensu vestis longa, sed angusta, in modum fasciæ, quæ in humeris gestatur. *Apul. l. ult. Met.* Processi duodecim sacratus stolis, habitu quidem satis religioso, &c. **Stolatus**, a, um, *στωλάτωρ*, stola ornatus, & quoniam stola honestarum tantummodo matronarum vestis erat, factum est, ut stolatum accipiamus pro matronali, & honesto. *Martial. l. 1. ep. 36.* Quis foraliam vestit, & stolatum Permittit meretricibus pudorem? idest matronalem verecundiam. **Stolide**, adv. *ſolidamente, pazzamente*, *Ger. sorechtig*, Gal. *ſottement*, Hiſp. *locamente, άνοήτως*, ſulte, inepte. *Liv. l. 25. c. 19.* Id non promiffum magis stolide, quam stolide creditum. *Ammian. l. 19. c. 8.* Stolidus erumpentes. *Tacit. 1. Ann. c. 3.* Robore corporis stolide terox. *Plin. l. 15. c. 14.* Pulmonea mala stolide tument. *Juar. di. misura.* **Stoliditas**, atis, f. *ſoliditas, pazzia*, tautitas, ſultitia. *Florus l. 3. c. 3.* Quædam stoliditate barbarica. *Gel. l. 18. c. 4.* Qui ignorat, ejuſdem ſultitiz esse vanitatem, & stoliditatem. **Stolidus**, a, um, *ſolido, pazzo*, 722, *Ger. ſorechtig*, Gal. *ſot, niais*, Hiſp. *bovo, άνοήτο, άνοήτως, μωρός*, excors, ſtultus, fatuus. *Cic. de Divin. l. 2.* Semper fuit, ut apud Ennium est, stolidum genus Æacidarum. *Liv. l. 34.* Ut & stolidam fiduciam hoſti augetet. *Plaut. Mil. 4. 2. 33.* Nullum est hoc stolidius ſaxum. *Ovid. 13. Met. v. 774.* Rūst, & O vatum stolidissime falleris, inquit. **Stole**, onis, m. *μύθος*, id, quod e radicibus circum arbores enaficitur, fruticatio inutilis ex arborum radicibus, a Græco *στέλλω, mitto*, quia emittitur e radicibus, aut caudicis lateribus. *Varro l. 1. de re ruſt. c. 2.* Quod effodiebat circum arbores radices, quæ nascerentur e solo, quos stolones appellabant. *Plin. l. 17. c. 1.* Stolonum Liciniaz genti. Ita enim appellatur in ipsis arboribus fruticatio inutilis. *¶* Metaphorice accipitur pro stolido. Nempe homo imprudens plane inutilis est, eoque optime confertur colliculus istis, qui ex arboribus succrescunt. *Auson. ep. 4. v. 94.* Sed jam non potes, o stolo, doceri. **Stolo**, onis, m. cognomen familiaris Liciniaz. *Varro l. 1. de re ruſt. c. 2.* Nam Stolonis illa lex, quæ vetat plus quingenta jugera habere Civem Romanum, & qui propter diligentiam culturæ Stolonum confirmavit cognomen, quod nullus in ejus tum reperiri poterat stolo, quod effodiebat circum arbores radices, quæ nascerentur e solo, quos stolones appellabant. *Adde Plin. l. 17. c. 1.* **Stomacæce**, es, f. 1. *στωμακική*, vitium genivæ cum dentes decidunt, a *στώμα*, & a *κνήκος*, quod oris vitium est. *Plin. l. 25. c. 3.* In Germania, trans Rhenum caſtris a Germanico Cæsare promotis, maritimo tractu tons erat aquæ dulcis solus, qua pota intra biennium dentes deciderent, compæqueque in genibus solverentur. Stomacacem medici vocabant, & sceloturbem ea mala. **Stomachabundus**, a, um, adject. indignabundus. *Gell. l. 17. c. 8.* Puer atrocibus oculis stomachabundus. **Stomachans**, antis, o. 3. *στωμακων*, partic. a stomachor. *Cic. in Bruto c. 95.* Sæpe videbam cum irridentem, tum etiam irascentem, & stomachantem Philippum. **Stomachanter**, adverb. stomachantis more. *Augustin. de vita beata, circa med.* Quasi stomachanter arridens. **Stomachicus**, a, um, *στωμακικός*, qui ex stomacho laborat. Proprie is dicitur, teste Ægineta, cujus stomachus, sive ventriculus cibum assumptum non retinet. *Plin. l. 25. c. 5. de helioboro.* Medetur ista morbis commitalibus, ut diximus, vertigini, melancholicis, infanientibus, podagricis, hydropticis, incipientibusque tympanicis, stomachicis, spasticis, &c. **Stomachor**, aris, d. 1. *mauseare, abominare*, *μύχο*, *Ger. zornen*, Gal. *ſe dépiter, ſe corrauer*, Hiſp. *enſanarſe, άγχακτιω*, abhorreo, abominor, indignor, perturbor. *Cic. l. 15. Fam. ep. 16.* Si enim stomachabere, & moleſte ferere, plura dicemus. *Id. l. 4. Acad.* Et homo natura leniffimus stomachari tamen cœpit. *Id. Att. l. 13. ep. 21.* Amariorem enim me ſeſectus facit, stomachor omnia. *¶* Vel cum dat. *Cic. l. 10. Fam. ep. 26.* Itaque jucundiffimis tuis literis stomachatus sum in extremo. *¶* Vel cum ablat. & præpoſit. cum. *Cic. 2. de Orat. c. 66.* Illud, quod Scipio, cum stomacharetur cum C. Metello, dixisse dicitur, &c. h. e. C. Metellum abominaretur. *¶* Vel cum membro orationis. *Id. Capitoni, in ep. ad Att. l. 16.* Non dubito, quin mirere, atque etiam stomachere, quod tecum de eadem re agam sæpius. **Stomachole**, adverb. *con ira, idegnofamente*. *Cic. 10. Att. ep. 5.* Refcripsi ei stomachofus. **Stomachofus**, a, um, *ſaſtidioſo, collico*, *μύχο*, *Ger. unvuirſch*, Gal. *depié*, Hiſp. *ſanudo, epíaco*, qui cuncta ſaſtidit, qui facile irascitur, vel indignatur. *Hor. l. 1. ep. 15.* Læva stomachofus habena dicit eques. *Firmic. l. 5. c. 10.* Erunt hi quoque animo malo, & stomachofo. *¶* Ponitur etiam pro eo, quod iram movet, seu indignationem. *Cic. l. 2. de Or.* Me quidem hæcucle valde illa moveat stomachofo, & quæ submorfoſa ridicula, &c. *Id.*

Struma, æ, f. *scrofolia*, Ger. *kropff*, Gal. *scrovelles*, *goitre*, Hisp. *puerca*, *lamparon*, *χρῆμα*, tumor cervicem præcipue infestans, cum scilicet circa guttur glandulæ quædam pure, & sanguine plene oriuntur, quamvis & in aliis interdum corporis partibus gignantur, ut in aliis inguinibus, lateribus. *V. Cels. l. 5. c. 28.* Dicitur etiam *scrofula*, *scrophis*, seu *scrofos*, quæ id morbi genus patiuntur, quemadmodum & Græcis eadem de causa *χρῆμα* vocatur. *Cels. l. 1. e. 9.* Frigida aqua Strumas excitat. *Cic. pro Sex. c. 65.* li medentur Reipublicæ, qui execrant pestem aliquam tanquam strumam civitatis. ¶ *Strumam dibapho regere*, proverb. h. e. alicuius turpia facta dignitate aliqua, vel honesto munere tegere & obliterare. *Cic. Att. l. 2. ep. 9.* Denique etiam Vatinius strumam sacerdotii *dibapho* veliant.

Strumatiscus, a, um, idem ac strumofus. *Firmic. lib. 8. cap. 19.* Vicefima tertia pars Arietis in horoscopo fuerit inventa, strumatiscum facit.

Strumæa, vel strumia, æ, f. genus herbæ, quarta ranunculi species, ita dicta a *struma*. *Plin. l. 25. c. ult.* Nostri herbarii strumeam vocant, quoniam medetur strumis, & panis, parte in fumo suspensa. ¶ Hæc herba est, quæ medicantes bene valentes sibi crura, & lacertos dilaniant, quo possint impudentius stipem extorquere, vel hæc impostura pecuniam aucupari. Hinc nonnullis herbariis ulceraria vulgo dicitur, aliis scelerata. *Ruellius*.

Strumella, im, f. parva struma. *Marcell. Empir. c. 15.*

Strumentum, i, n. idem quod instrumentum, a *struo*. *Tertullian. l. 1.*

ad uxore. c. 7. Continencia ad instrumentum æternitatis demonstrata.
 Strumolus, a, um, *στρουμολός*, qui Strumas patitur. *Juven. Sat. 10. v. 239.* Nec prætextatum rapuit Nero loripedem, vel Strumolium, &c.
 Strumus, i, herba eadem que Strychnos, & cucubalium, fopositera. *Apul. de herb. c. 74. & Plin. l. 27. c. 8.*
 Struo, is, xi, ctum, a, 3. *ordinare, mettere in ordine*, בנה, Ger. *stru-ven*, *στρουφέν*, *στρουφέν*, ordino, ordinate apto, compono. *Serv. in 1. Æn. Struere est ordinare, componere: unde & structores dicuntur ferulorum compositores. Cic. 3. de Or. Collocationis eis componere, & struere verba, &c. Ovid. 1. Met. Atque congelitos struxit ad sidera montes.* ¶ Speciatim sumitur pro edificare, facere, efficere. *Hor. l. 2. od. 18. Et sepulchri Immemor, struis domos. Hist. l. 8. E. G. c. 41. E regione eius vineas agere adveit montem, & ageres struere cepit.* ¶ Item pro moliri, machinari, parare. *Ter. Heaut. 3. 2. 3. Num me tellitit, hoicid id struere? Cic. pro Cluens. c. 64. Ut velle, atque optare aliquid calamitatis filio potius, quam id struere, & moliri videretur. Liv. l. 23. Struere invidios infidias. Sic dicimus struere alicui crimina, mortem, &c. Tacit. 11. Annal. c. 12. & l. 4. c. 10.* ¶ Item pro excitare, movere. *Cic. 2. de Or. Atque iidem his ex locis & odium in alios struere discemus, & a nobis, ac nostris dimovere.* ¶ Item pro instruere. *Tac. l. 4. Ann. c. 67. Struebantur, qui moneret perfergere, &c.* ¶ Struere rem, est augere, *far saba. Pers. Sat. 2. v. 34. Rem struere verba: casu bove, Mercuriumque arcellis fibra.*
 Struppus, i, m. Strophium, corona, seu vitia, apud *Fest.* cuius verba V. in *Strophium. Paulus apud eund. Fest.* scribit Struppum fuisse fasciculos de verbis factos, qui *Deorum* capitibus in pulvinariibus imponebantur.
 Struthæa mala, quæ & *Struthiæ* unica voce dicuntur, *στρουθιακά*, mala Cydonia, seu cotonea minima, teste *Plinio l. 15. cap. 11. Fortasse nomen sit ex passerina parvitate. Nam στρουθίς, passer. Plaut. Pers. 1. 3. 7. Commisce mulsum, struthæa, colutheaque appara. Col. l. 5. c. 10. Cydonia, quorum genera tria sunt, struthia, chrysiomeliana, multæa.
 Struthæum, i, n. pars virilis, a *στρουθίς, passer*, quæ avis est salacissima. *Festus: Struthæum in mimis præcipue vocant obscenam partem virilem, a salacitate videlicet passeris, quæ Græce στρουθίς dicitur.*
 Struthio. V. in dictione sequenti.
 Struthiocamelinus, a, um, adject. *di struzzo*, ut struthiocamelinum seivum, apud *Plin. l. 29. c. 5.*
 Struthiocamelus, i, m. *struzzo, στρουθιοκάμηλος*, passer marinus, hoc est trans mare advectus, maxima omnium avium. Antiquiores Græci *στρουθίον μγάλο*, aut *στρουθίον διβύλο* appellaverunt. Dicitur videtur a *στρουθίς*, non quia passerem significat, sed quia generatim pro omni ave accipitur, & a *κάμηλος, camelus*, quia colli, ac crurum longitudine camelo similis est. Hanc avem ita describit *Plin. l. 10. c. 1. Sequitur natura avium, quarum grandifimæ, & pene belliarum generis struthiocameli Africi, vel Æthiopicæ, altitudinem equitis indidentis equo excedunt, celeritate vincunt: ad hoc demum datis pennis, ut currentem adjuvent, cætero non sunt volucres, nec a terra tolluntur. Ungulæ iis cervinis similes, quibus dimicant, bisulcæ, comprehendendis lapidibus utiles, quos in fuga contra sequentes ingerunt pedibus. Concoquendi similes delectu devorata mira natura, sed non minus stoliditas, in tanta reliqui corporis altitudine, cum colla frutice occultaverint, latere se existimantium. Præmia ex iis ova, propter amplitudinem pro quibusdam habita vasis, conoque bellicos, & galeas adornantes pennæ. Hæc *Plin.* Adde *Tertullian. de virg. veland. c. ult.* ¶ Vocatur etiam Struthio, onis, abiecta compositionis parte. *Vopiscus in Firmo ad fin. Sedentem ingentibus struthionibus vestum esse. Lamprid. in Heliog. Sexcentorum struthionum capita una cæna exhibuit.*
 Struthium, ii, n. *στρουθίον*, herba, quæ & radícula, & lanaria appellatur, quia succum habet purgandis, & albicandis lanis aptum. *Plin. l. 19. c. 3.*
 Struthopodes, qui pedes similes struthii habent. *Plin. l. 7. c. 2. Indiæ faciniosas plantas adeo parvas, ut Struthopodes appellentur.*
 Strychnus, i, *στρυχνός*, herba eadem que strumus. *Plin. l. 18. c. 8.*
 Strygis, is, f. *στρυγίς*, genus trumentum vilioris, ingrati in cibis saporis, apud *Hippocratem*. Hinc *Plaut. Pseud. 3. 2. 31. Non condimentis condunt, sed strygis. Alii leg. strygis.*
 Strymon, onis, m. Conozus, *Strymonis*, al. *Rudine*, al. *Radini*, al. *Marmara*, al. *Istbar*, B. Macedonia, qui ex Orbe M. al. ex Scomio M. manat, & per Graecos, & Læos in mare Ægeum fluit, & unum Strymonicum denominat, qui nunc il *Golfo di Costessa. Virg. 4. Georg. delerti ad Strymonis undam.* ¶ Item urbs Thraciæ.
 Strymonius, a, um, adject. ad Strymonem pertinens, ut Strymonis græves, *Virg. l. Georg. v. 120. Strymonis Matres, Ovid. in Ibin.*
 Studæo, es, dui, sine sup. *studiare, procurare, attendere*, *στύδειν*, Ger. *studium*, Gal. *studier*, Hisp. *estudiar*, *στυδίζω*, studium adhibeo, alicui rei operam do. Usurpatur vel absolute. *Quintil. l. 12. c. ult. Nunc conputamus annos, non quibus studiuimus, sed quibus vivimus.* ¶ Vel cum dativo. *Cic. 1. de Or. Ut nemo fere studuisse ei scientiæ vehementius videatur. Id. 4. Fin. Sed quia studebat laudi, & dignitati, multum in virtute procecerat.* ¶ Vel cum accus. & præp. in. *Quintil. l. 10. c. 2. Poetæ, & pictores in id solum student, ut describere tabulas mentiaris, ac lineis sciunt.* ¶ Vel cum abl. & præp. in. *Gell. l. 11. c. 2. ex Castone: Siquis in ea re studebat.* ¶ Vel cum solo accusativo, præfertim communi. *Cic. post redit. in Sen. c. 6. Cum vero literas studere incipit, & heluo immanis cum Græcis philosophari. Meliores tamen codices habent *litteris. Id. 5. de Fin. c. 2. Ut id ipsum quod audit, tacere possit ornatus. Ter. Andr. 1. 1. 31. Horum ille nihil egregie præter cætera studebat.* ¶ Interdum notat conari, curari, & conlruitur cum infinitivo, vel cum membro orationis. *Cic. 1. de Or. Qui studeat omnium rerum vim, naturam, causaque nosse. Idem de Ara. Fieri que studebam eius prudentia doctor.* ¶ Interdum causas agere. *Martial. l. 10. ep. 19. de Plinio juniore: Dum centum studet auribus virorem. h. e. dum causas agit apud Centumviros iudices.* ¶ Accipitur etiam pro favore, alicuius partes sequi. *Sallust. in Catil. inor. Cæfaris: Neque studere, neque odire, sed minime irasci decet. Cic. pro Cal. c. 4. Studuit Catilinæ, cum iam aliquot annos esset in foro, Cælius.* ¶ Item pro curam habere, cum genit. *Cic. 3. de nat. Deor. ex Poeta: Parentem habere avarum, illepidum in liberis, Difficilem, qui te nec amet, nec studeat tui.* ¶ Item pro cupere, fere velle. *Nepos in Pelop. c. 2. Cum tempore ipso, quo studuerant, pervenissent. Cic. Phil. 6. Unum omnes sentitis, unum omnes studetis. Plaut. Mil. sc. ult. Minus has res studeant, &c. In his & similibus loquendi modis quidam volunt ellipticum esse, & subaudiendum aliquod infinitum, ut *habere, consequi, &c.* Aliquando etiam infinitus exprimitur. *Cic. in Partit. Studes, mi pater, Latine ex te audire ea, quæ &c. Ter. Eun. 5. 5. Dum studeo dare verba nobis.* ¶ Usurpatur etiam passivè impersonaliter. *Plin. l. 35. c. 12. Hic & similitudinem reddere instituit; ante eum quam pulcherrimas facere studebat.*
 Studiose, adv. *studiosemente, diligentermente*, Germ. *stetiglich*, Gal. *seignement*, Hisp. *estudiosemente*, *στυδῆ*, cum studio, diligenter. *Cic. Tom. II.*****

2. de Orat. Qui cum studiose pila luderet. *Id. in Brut. Hunc studiose duo adolescentibus ingeniosissimi audire soliti sunt. Plin. l. 4. epist. 26. Libellos studiose comparare. Nep. in Agefil. c. 3. Armari studiose.*
 Studiofus, a, um, *studiofo, diligente, sollicito*, *στυφός*, Ger. *stetig*, Gal. *studiose*, Hisp. *estudiofo*, *στυφός*, diligens, assiduus, perseverans, qui alicui rei deditus, atque addictus est. Usurpatur vel absolute. *Cic. de opt. gen. Or. c. 5. Putavi mihi suscipiendum laborem, utilem studiofus, mihi quidem ipi non necessarium. Id. 4. Acad. Homo & acutus, ut Pænus, & valde studiofus, ac diligens.* ¶ Vel cum genitivo. *Cic. l. 4. Fam. ep. 3. Te autem ab initio memoria teneo summe omnium doctrinarum studiofum fuisse. Id. 1. de Orat. Tamen nemo suaverit studiofus dicendi adolescentibus. Idem 4. Fin. Studiofissimus Philosophiæ.* ¶ Item cum ablat. cum præposit. in. *Id. Fam. 5. ep. 9. Studiofiosem in aliquo colendo esse.* ¶ Repentur & cum dativo. *Plaut. 3. 1. 207. Qui nisi adulterio, studiofus nulli alia rei est.* ¶ Item pro amatore, fautore, benevolo. *Cic. in Brut. c. 16. Habet enim certus sui studiofus, qui, &c. Id. 6. Fam. ep. 8. Viri sunt optimi, & tui simillium studiofus.*
 Studium, ii, n. *studio, diligente, στυδῆ*, Ger. *stetig*, Gal. *etude, soin*, Hisp. *estudio*, *στυδῆ*, diligentia, cura, opera attentior, quæ ad aliquid incumbimus. *Cic. 1. de Inv. c. 25. Studium autem est animi assidua, & vehementis ad aliquam rem applicata magna cum voluntate occupatio, ut Philosophiæ, Poeticæ, Geometriæ, literarum.* ¶ Plus est, quam diligentia. Nam studium cum animo jungitur, diligentia interdum operæ tantum est. *Ces. l. 4. B. G. Non omnes eadem alacritate, ac studio, quo in pedestribus uti præliis consueverunt. Cic. 2. de Div. Quorum studio legendi meum scribendi studium vehementius in dies incitatur. Id. de elar. Orat. Studium in aliqua re collocare.* ¶ Sæpe ponitur pro simplici exercitatione. *Terent. Andr. 1. 1. 29. Ut animum ad aliquod studium adiungant. Virg. 1. Æn. Studiisque asperima belli. Col. in præf. l. 1. Studium agere.* ¶ Sumitur etiam pro voluntate, sententia, ardore animi, &c. *Cic. ad Brut. 14. Quare omni studio a te, mi Brute, contendo, ut Ciceronem meum ne vincas. Id. de Amic. Voluntatum, Auditorum, sententiarum summa consensio. Virg. 2. Æn. v. 39. Scinditur incertum studia in contraria vulgus.* ¶ Item pro cupiditate, desiderio. *Cic. de Sen. Equidem efflor studio patres vestros, quos colui, & dilexi, videndi. Id. 1. Acad. Cum Zenone Arcefilas sibi omne certamen instituit, non pertinacia, aut studio vincendi.* ¶ Item pro amore, favore, officio. *Cic. pro Plane. Comitibus, præfertim Mædiciis, studium esse populi, non iudicium.* ¶ Item pro opera. *Marcian. l. si prægnans, ff. de fideicom. liberi. Si prægnans ancilla inoram non studio manucifixoris, sed fortuito patiatur, ne manumittatur, &c.* ¶ Item significatim pro studio litterarum, & scientiarum. *Quintil. in proem. lib. 1. Studia alicuius ab infantia formare. Sueton. de illust. Grammat. c. 9. Studia leviter attingere. Horat. l. 2. ep. 2. Annos dare studis. Velles. l. 2. c. 59. Apollonium eum in studia miserat.* ¶ Item pro loco, in quem studendi causa convenitur. *Cic. in M. Anton. Philof. c. 16. Apud Ægyptios civem se egit, & philosophum in omnibus studiis, templis, locis. Salmast. legit stadiis.* ¶ Studio in sexto casu significat de industria, data opera, a postea. *Cic. pro Sex. Rose. c. 32. Ut omnes intelligant, me non studio accusare, sed officio defendere.*
 Stulte, adv. *stoltamente, pazzamente*, Ger. *narrisch*, Gal. *stement*, Hisp. *locamente*, *stoutos*, insipienter, imprudenter. *Cic. 2. de Leg. c. 7. Quid est enim verius, quam neminem esse oportere tam stulte arroganter? &c. Id. de nat. Deor. c. 28. Hæc & dicuntur, & creduntur stultissime. Sen. l. 5. Controv. 34. Gargius multo stultius, quam Prometheus Parrasus supplicium pinxisset.*
 Stultesco, is, n. *diventare stulto*. *Plaut. Most. 4. 2. 49. Pucre, præter speciem stultescis. Alii rectius leg. stultes es.*
 Stultiloquentia, æ, f. idem ac stultiloquium. *Plaut. Trin. 1. 2. in fin. Occulsioremque habeant stultiloquentiam.*
 Stultiloquum, ii, n. *μυρολογία*, imprudens sermo. *Plaut. Mil. 2. 3. 25. Ni reprimas tuum stultiloquium.*
 Stultiloquus, a, um, adject. qui stulte loquitur. *Plaut. Pers. 4. 3. 45. Tace stultiloque; necis quid inster boni.*
 Stultitia, æ, f. *pazzia, אורכר*, Ger. *narrheis*, Gall. *folie*, Hisp. *locura*, *μυρολογία*, *amra*, amentia, dementia, imprudentia. *Cic. 2. de Div. c. 43. O delirationem incredibilem! Non enim omnis error stultitia dicenda est. Id. 3. Tusc. c. 30. Est enim proprium stultitiæ aliorum vitia cernere, oblivisci suorum. Plin. l. 11. c. 52. Auricularum magnitudo loquacitatis, & stultitiæ nota est.* ¶ Interdum gravia quædam crimina stultitiæ nomine appellatur, elevandi, & extenuandi causa. *Plaut. Aulul. 4. 10. 22. Tibi ultro supplicatum venio ob stultitiam meam. h. e. ob stuprum filiarum tuarum. Adde *Mostel. 5. 2. 34. & Terent. Heaut. 5. 2. 8.*
 Stultividus, a, um, adject. qui stulte, & prave videt. *Plaut. Mil. 2. 3. 64. Vin' jam faciam, ut stultividum te fatearis!*
 Stultulus, a, um, adject. dimin. a stultus. *Apul. l. 9. Metam. Tu stultule aine, intra terminos pistrini contentus.*
 Stultus, a, um, *stolto, pazzo*, *בבב*, Ger. *narr*, Gal. *fou, sot*, Hisp. *bovo, loco*, *μυρολογία*, *amra*, amentis, imprudens, improvidus, incautus. *Cic. l. 9. Famil. ep. 22. Stultorum plena sunt omnia. Idem pro Mil. Homines stultissimi. Idem Ver. 7. c. 39. Stultum consilium. Idem 3. de Orat. Stulta loquacitas. Plaut. Curcul. 4. 3. 19. Sulto stultior. Ovid. 2. de Pont. eleg. 9. Iultam artem vocat libros suos de arte amandi, quia propter eos in exilium missus fuit. ¶ Differt a fatuo, quia levius est stultum esse, quam fatuum. Fatuus enim dicitur, qui omnino desipit. *Asian. apud Irid. l. 10. Ego stultum me existimo, fatuum esse non opinor. Cic. 3. Phil. c. 9. Ut hominem stultum magis etiam infatuet merce de publica.* ¶ Differt etiam ab infano; nam infanus est, qui abiecta ratione, cum furore, & impetu omnia facit. *Terent. Eun. 2. 2. 23. Hic homines profus ex stultis infanos facit.* ¶ Dies stulti, sunt ætas adulescentiæ. *Tibul. l. 1. eleg. 4. Vidi jam juvenem, premeret cum tenior ætas, Mærentem, stultos præteritæ dies.* ¶ Stultorum feriæ, seu festum, idem dies erat, qui Quirinalia, quo illa sua Fornacalia celebrabant, nempe 18. (al. 17.) Februarii. *Fest. Quirinalia mense Februarii, dies, quo Quirino festi sacra. Idem stultorum feriæ appellatur, quod quidam, qui suorum Fornacalium sacra Romæ ignoraverant, eo potissimum rem divinum faciunt.*
 Stupa, vel Stuppa, æ, f. *stoppa*, *בבב*, Ger. *vvergek*, Gal. *étoupe*, Hisp. *stopa*, *στυπα*, *στυπία*, *στυπία*, pars vilior lini, vel cannabis, quæ cortici proxima est. *Plin. l. 19. c. 1. Quod proximum cortici fuit, stupa appellatur, deterioris lini, lucernarum fere luminibus aptior. Fest. Stuppam linum impolitum appellam Græci Dorii. Liv. l. 1. Id sicut in pilo, quadratum Stuppa circumligabant, linebantque pice.*
 Stuparius, a, um, *στυπιαδης*, quod ad stupam pertinet, ut Stuparius mallearius, quo lina tunduntur, *μαλλια*. *Plin. l. 19. c. 1. Mox artefactæ tunduntur in saxo stupario malleo.*
 Stupetatio, is, feci, factum, a. 3. *stupescere, ἐκστασία*, stupentem reddo. *Liv. l. 5. c. 39. Privatos deinde luctus stupetecit publicus pavor.*
 Stupefactus, a, um, *stupescito*. *Sen. Thyeste: Fratri aspectu stupefactus hæsit.***

hærit. *Cic. 3. de Orat. c. 14.* Stupetanti dicentem intuentur.
 Stupendus, a, um, adject. *Stupendo, amissibile. Nazar. in paneg. Con-
 stant. c. 6.* Venire ad ingentium virtutum stupenda penetrat.
 Stupens, entis, o. 3. *Stupens, partic. a stupere. Plin. 1. 14. c. 21.* Quo-
 niam vini natura non gælat, alias ad frigus stupens tantum, *perden-
 do la sua forza. Curt. 1. 8. c. 4.* Calor stupentia membra commovet. *le
 memoria stupideæ. Id. 1. 6. c. 9.* Attonito stupentique similis hætit.
 Stupēs, es, pui, sine sup. n. 2. *effere stupide, stupis, maravigliarsi, שטם,
 Ger. estumen, Gal. être étonné, Hisp. estar pasmado, εἰς ταραχὴν, est quod-
 dammodo tenum rerum non habere, torpore quodam captum languere
 immobilem, aut inopia consilii, aut aliqua alia re tarditatem injicien-
 te. *Petrus scribit, se in oblongo illo codice, quem delicias suas vocat
 Pomponius Letus, tum item in aliis antiquis Maronis, Horatii, Teren-
 tii, aliorumque Scriptorum libris stipes, & obstupuit invenisse per
 s. Atque hæc scribendi ratio eorum confirmat opinionem, in quibus placet
 & stupere, sive stupere a stipes mutata quantitate dici, quia stiptis,
 vel trunci instar sit, qui stupet. Usurpatur vel absolute. *Cic. 7. Ver.
 Confirmant ipsi se, cum is etiam tum consilium stuperet. Sen. Hip-
 pol. v. 607.* Curæ leves loquuntur, ingentes stupent. *Ovid. 2. Amor. e-
 leg. 6.* Verba stupuerunt ignavo palato. ¶ Vel cum ablat. sine præ-
 pos. *Ovid. 1. 1. Trist. eleg. 2.* Ambigua ars stupet ipsa malis. h. e. na-
 vigandi peritiam propter ventos adversos, & inter se pugnantem stupet,
 incerta quod agat. *Pers. sat. 3.* Sed stupet hic vitio. h. e. infans est
 factus vitio. ¶ Sumitur etiam pro admirari cum quodam stupore,
 cum accus. vel abl. *Horat. lib. 1. sat. 4. v. 28.* Hunc capit argenti splen-
 dor, stupet Albius ære. *Id. ib. sat. 6. v. 15.* Qui stupet in titulis, & im-
 magnibus. *Virg. 2. Æn. Pars stupet innuptæ donum exitiale Minervæ.*
 Stupescō, is, n. 3. *stupescō, εὐλαστῆσαι, stupescō, stupidus fio. Cic.
 3. de Orat. c. 26.* Incidat, aspiciat, admiretur, stupescat.
 Stupēs, vel Stupēus, a, um, di stoppa, quod ex stoppa factum est.
Virg. 2. Æn. Et stoppa vincula collo intendunt. Id. 8. Æn. v. 694. Stupe-
 ra flamma manu spargitur. h. e. fax et stoppa.
 Stupiditas, atis, f. *stupiditas, stupiditas, ἀρῆστος, ἰσχυρὸς, Stupor, Cic.
 2. Phil. c. 32.* In quo primum incredibilem stupiditatem hominis cognoscite.
 Stupido, as, a. r. stupidum facio. *Martian. Capel. l. 1.* Pectore saxificam di-
 cunt horrere Medusam, Quod pavidum stupidet sapiens solertia vulgus.
 Stupidus, a, um, stupido, שטם, Ger. *erstunnt, Gal. étonné, Hisp. pas-
 mado, ἀρῆστος, εὐλαστῆσαι, qui torpore quodam captus languet im-
 mobilis, aut inopia consilii, aut aliqua alia re tarditatem injicien-
 te. *Aul. ad Heren. 1. 4. c. 52.* Omnes stupidi timore obtulerunt. *Cic. de
 Fat. Zopyrus physiognomon stupidum esse Socratem dixit, & bardum.
 Plaut. Epid. 4. 2. 13.* Quid flas stupida? quid taces? *Var. apud Non. c. 4.
 n. 437.* Andromeda vincita, & propoliata ceto non debuit patri suo ho-
 mini stupidissimo in os expuere vitam? hoc est stulto, iniquo ut ipse
 Nonius exponit.
 Stupor, oris, m. *Stupore, שטם, Germ. erstunung, Gal. étonnement, Hisp.
 estupido, ἐκστασις, alienatio quædam sensuum. Cic. pro Dom. Eamque
 animi durtitem, sicut corporis, quod, cum uritur, non sentit, stuporem
 potius, quam virtutem putarem. Id. in Pison. c. 1.* Stupor, debilita-
 tique lingue. *Id. 2. Phil. c. 26.* Tantis igitur te stupor opprædit, ut
 non scias? &c.
 Stuporatus, a, um, adject. stupore affectus. *Tersul. de cult. fam. c. 3.* O-
 mnium gloria vana, & ituporata.
 Stupratio, onis, f. violatio. *Arnob. 1. 3.* Ad oris sacri comparatæ stupra-
 tionem.
 Stuprator, oris, m. *stuprator, violatore, διακοφῆτης, qui stuprat. Sen.
 in Hippol. v. 897.* Hic dicit entis, quem tumultu terribus liquit stu-
 prator. *Quintil. 1. 7. c. 5.* Stuprator an decem millia dare debeat, quæ
 pœna huic crimini constituta est.
 Stupratus, a, um, stupratus. *Cic. 2. Fin. Stupratus pro vim Lucretia a
 Regis filio, testata cives se ipsa interemit.*
 Stupre, adv. *vergognojanente, ἀίχμης, turpiter. Neleus apud Fest.* Fœ-
 de, itupreque castigat cotidie.
 Stupro, as, a. 1. *stuprare, שטם, Ger. huseren, Gal. violer, corrompere,
 Hisp. violar, defurgar, μολοχῆσαι, vitio, stuprum infero. Cic. 5. Fin. Qui
 interficeret filiam, ne stupraretur. *Varin. Cic. 1. 5. Fam. epist. 10.* Qui tot
 ingenuas matremfamilias stupravit. ¶ Sumitur etiam pro tœdare, macu-
 lare, polluere. *Ci. de Arusp. resp. Pulvinar, quod stupratur.*
 Stupratus, a, um, *μολοχῆσθαι, qui ad ituprum propensus est. Val. Max.
 1. 6. cap. de pudicitia, n. 8.* Metellus quoque Celer stuprozæ mentis a-
 cer punitor exitit.
 Stuprum, i, n. *stupro, שטם, Ger. huseren, Gal. violatium, Hisp. violacion,
 μολοχῆσαι, φθορῆσαι, proprie significat illicitum coitum cum virgine,
 vel vidua, ut scribit *Papinian. lib. 6. ff. ad leg. Jul. de adult. Sic Cic. 4.
 Tusc. Stupra dico, & corruptelas, & adulteria, incesta denique. Id.
 3. Offic. c. 19.* Inferre stuprum virgini, ¶ Ponitur tamen & pro adulte-
 rio. *Cic. 5. de Fin. Lucretia per vim oblatum ituprum voluntaria morte
 luit. Id. 3. Offic. Gyges reginæ ituprum intulit. Plaut. Amph. 3. 2.
 1.* Ita me stupri a virgo argutam meo! ¶ Et pro incesto. *Cic. pro Mil.
 Clodius cum fore geramam nefarium ituprum fecit. ¶ Et translate
 pro turpitudine, & dedecore. *Næv. apud Fest. si perire mavolunt ibi-
 dem, quam redire cum itupro ad suos populares.*
 Stura, m. 1. h. Galliz Subalpinæ, qui ex Alpibus Cottis per Marchiam
 Saluciensem fluit, ac apud Calaricum opp. Tanaro congregitur. ¶ I-
 tem Hu. ejusdem Galliz, qui per fines Taurinorum in Padum inter
 Augustam Taurinorum, & Clavallum labitur. *Plin. 1. 3. c. 16.*
 Sturnus, i, m. *stornello, שטף, שטפים, genus avis gregatium volans. Plin.
 1. 10. c. 24.* Sturnorum generi proprium catervatim volare, & quodam
 pilæ orbe circumagi, omnibus in medium agmen tendentibus. *Id. cap.
 42.* Habebant & Cælares juvenes item sturnum, lusciniæ Græco, at-
 que Latino fermeone dociles.
 Stygalis, le, adject. *Stige, idem ac Stygius. Virg. in Cyri, v. 374.*
 Hinc magico venerata Jovi Stygalia sacra.
 Stygius, a, um, *Stigio, infernalis, ad Stygem paludem spectans, infer-
 nalis. Virg. 4. Æn. Sacra Jovi Stygio, quæ rite incepta paravi, &c.*
 idest Diti, seu Plutoni. *Sen. Herc. Fur. Hic lævus umbras terreat Sty-
 gius canis. idest Cerberus. ¶ Aqua Stygia, est aqua Stygis fontis.
 De hac sic *Virg. lib. 8. c. 3.* Est in Arcadia Nonacris nominata, quæ
 habet in montibus stillantes, ex faxo frigidissimos humores. Hæc au-
 tem aqua Stygos hydor appellatur, quam neque argenteum, neque æ-
 neum, neque terreum vas potest sustinere, sed dissilit, ac dissipatur.
 Conservare autem eam, & continere, nisi ungula mulina, nil potest.
 ¶ Interdum Stygius sumitur pro mortifero, venenato. *Ovid. 3. Metam.
 de Jerpente:* Quinque halitus exit Ore niger Stygio, viciatias inficit
 herbas.
 Stylobata, æ, vel Stylobates, æ, m. *pedestalio, στυλοβάτης, basis, sive pes
 columnæ, quia eo στυλοβάτης, columna, differt a stereobata, qua
 stereobata sunt parietes, qui subjunguntur columnis, & onera excipiunt,
 stylobata sunt ea, quæ stereobatis superimponuntur, & super quæ de-********

mun disponuntur columnæ. *Virg. 1. 3. c. 3.* Extractis fundamentis,
 ad libramentum stylobata sunt collocati: supra stylobatas columnæ
 disponende. *Var. 1. 3. R. R. c. 5.* Subter columnarum stylobaten.
 Stylus, V. Stilus.
 Stymma, atis, n. *Stymma, spissamentum, & domitura unguenti ex odo-
 ramentis constans, a styma, stringo, condense. Vulgo marcum vocant.
 Plin. 1. 13. c. 1.* Ratio unguenti facienda duplex, succus, & corpus. Il-
 le olei generibus fere constat, hoc odorem: hæc styminata vocant, il-
 la hedyfymata.
 Stymphalicus, a, um, adject. ad Stymphalum lacum pertinet. *Plaut. Perf.
 2. 1. 4.* Cum avibus Stymphalicis, cum Antæo deluctari mavelim.
 Stymphalides, f. 3. aves in lacu Stymphalo, tantæ magnitudinis, ut
 Solis radios obumbrare dicerentur, omnem Arcadiam devastantes, do-
 nec ab Hercule ænei crepitaculi sonitu pellerentur. *Virg. seu quisvis a-
 lius, qui auctor est carminis de 12. laboribus Herculis:* Stymphalides pe-
 pulit volucres discrimine quinto.
 Stymphalis, idis, f. *Stymphalis, quæ ad montem, seu lacum, seu flu-
 vium Stymphalum spectat, vel quæ est e Stymphalo urbe. Ovid. 2.
 Fast. v. 273.* Tellus erit Pholoe, testes Stymphalides undæ. *Hieron.
 cont. Jovin. Aristocleides Orchomeni tyrannus adamavit virginem Sty-
 phalidem, quæ, &c.*
 Stymphalius, a, um, adject. Stymphalicus. *Catull. carm. 69. ad Mall. v.
 112.* de Hercule: Tempore, quo certa Stymphalia monstra sagitta Per-
 culit imperio deterioris heri.
 Stymphalius, i, m. & Stymphalum, i, n. *Monte Poglisi, mons Pelopon-
 nelli, in Arcadia, altissimus: item lacus, & Avius, qui ex eodem
 monte pro agrum Argivorum fluens, mutato nomine Erasinus dicitur,
 teste Pausania. Item urbs ad radices ejusdem montis posita. Lucan. 1.
 5. v. 31.* unctisque timendæ Unquibus Arcadiæ volucres Stymphala
 colentes. *Stat. 1. 4. Silv. 5. ad fin. de Hercule:* quantumque nivalem Stympha-
 lum, quantumque jugis Erimanthon aequalis Terræris.
 Stypa, V. Stipa.
 Stypteria, æ, f. *stypteria, allume, alumen, a styto, astringo, quia adstrin-
 gendi vim habet. Ulpian. 1. 3. ff. de reb. cor. qui sub tus. Si lapidicinas, vel
 quæ alia metalla pupillus habuerit stypteria, vel alterius materiz.*
 Stypticus, V. Stipticus.
 Styra, acis, f. *stora, styra, arbor cotoneæ malo similis, fructu majore,
 quam vellana, specie candidi pruni. Manat ex ea liquor ejusdem no-
 minis, quem officinæ storacem appellant, coloris flavi, resinosi, albi-
 cantibus fragmentis, odoris perseverantis. Plin. 1. 12. c. 17.* Ex Syria re-
 vehunt styracem, acri odore ejus in focis abigentes liquor fastidium.
Virg. in Cyri, v. 178. Non styrae Idæo fragrantis tincta capillos.
 Styx, ygis, f. *Styx, στυγ, fons Arcadiæ, ex Phæno lacu, & ex Nonacri
 monte manans ex saxo, & in fluvium evadens, tam frigidus, ut ejus aqua
 pota statim enecat, ferrum, & æs erodat, solaque mulæ ungula possit in
 ea contineri, cætera vasâ frigoris vehementia statim dirumpantur. Plin.
 1. 2. c. 109. & 1. 32. c. 2.* ¶ Hoc veneno quidam Alexandrum ab Antipa-
 tro, non sine Aristotelis consilio, putant peremptum. *Thesphastus tradit,
 in Styge pices parvos esse, qui & ipsi lethales sunt, auctore Plin.
 1. 31. c. 2.* ¶ Styx etiam palus est Thehalizæ, teste *Plinio, ex qua Ti-
 tarellus flu. egreditur. ¶ Est & alia palus in Ægypto, juxta Memphim,
 quam veteres Stygem vocaverunt, ambiens Abaton int. ¶ Hæmorus etiam
 fixit, Stygem Inferni esse paludem, cujus tabule occasione cepit ex
 Styge fonte Nonacridis regionis, cujus aqua, ut diximus, tanti frigoris
 est, ut moriantur, qui inde biberint. *Serv. ad Æneid. 6. v. 295.* scribit,
 Stygem paludem ex Acherontis ætuariis nasci. Hanc Superi tanta in-
 veneratione habuerunt, ut per Stygem jurare soliti essent, & nescias du-
 cerent quidam eorum, quæ per Stygem jurassent, non observare: siquis
 autem Deorum hoc jusjurandum violasset, centum annis a nectare ab-
 stineret, & nummis majestate esset privatus. Hac re *Servius* sic scri-
 bit, enarrans illum locum *Virg. 6. Æn. v. 134.* Quod si tantus amor
 menti, si tanta cupido est, Bis Stygios innare lacus, bis nigra videre
 Tartara. Dicitur, *inquit, Victoria Stygis filia bello Gigantum Jovi fa-
 vite: pro cuius remuneratione Jupiter tribuit, ut jurantes Dii per ejus
 matrem, non audeant fallere. Ratio autem hæc est. Styx merorem si-
 gnificat: uode ἀπὸ τοῦ στυγῆς, idest a tristitia, Styx dicta est. Dii au-
 tem læti sunt semper: unde & immortales. Ergo quia merorem non
 sentiunt, jurant per rem suæ nature contrariam, idest tristitiam, quæ
 est æternitatis contraria. Ideo jusjurandum per execrationem habent.
 Hæc *Serv. Hinc Virg. 6. Æneid.* Stygiæque paludem, Dii cuius jurare
 timent, & fallere numen. ¶ Ponitur etiam Styx pro ipsius Inferis. Hinc
 ad Styga mitti, est vita privari. *Martial. 1. 4. epigr. 60.* Cum Tiburti-
 nas damnet Curvatus auras, Inter laudatas ad Styga missus aquas.**

S AN T E U.

Suada, æ, f. 1. *suada, persuasivonis Dea, a suadeo. Ac Græce eodem mo-
 do vocatur Pitho, πῖθος, ἀπὸ τοῦ πείθειν, persuadere. Cic. de Cl. Or.
 Suadeque medulla. Πείθος quam vocant Græci, cujus effector est Ora-
 tor, hanc Suadam appellavit *Ennius:* Ejus autem Cethegum medullam
 fuisse vult, ut quem Deam in Periculis labris scripsit Eupolis sessitavisse,
 hujus hic medullam nostrum Oratorem fuisse dixerit.
 Suadela, æ, fœm. idem ac Suada, Πείθος. Aliqui dicunt, ex *Plutarcho*
 Suadelam nuptiis una cum Venere præfuisse. *Pbarnutus* etiam scribit,
 assidere Veneri Gratas, Suadelam, Mercurium, quod Suadela oratio-
 ne, & gratia amatores pelliciat. *Hor. 1. ep. 6.* Ac bene nummatum
 decorat Suadela, Venufque. ¶ Est etiam idem ac suasio. *Plaut. Ci-
 stell. 2. 3. 24.* Jam perducebam illam ad me suadela mea.
 Suadens, tis, partic. *persuasivo, ut suadentia verba. Stat. Theb. 11. v. 435.*
 Suadenter, adject. *conpersuasivo. Arnob. 1. 1.* Suadenter loqui in litibus.
 Suadēs, es, si, sum, a 2. *persuadere, פרה, Ger. rathen, Gall. exhorter,
 suader, Hisp. induzir, persuadir, πείθειν, accommodatus, & suavis
 verbis aliquem in opinionem meam inducere conor, hortor, moneo,
 auctor sum alicui alicuius rei. Usurpatur vel absolute. *Cic. Att. 1. 8.*
 Quo in suadendo plus auctoritatis haberem. ¶ Vel cum acc. perso-
 næ, per Zeugma, si sit conjunctum alteri verbo petenti accusativum.
Cic. 1. 3. Fam. ep. 4. Hæc, quæ supra scripta sunt, eo spectant, ut te
 hortet, & suadeam: reliqua sunt, quod pertinent ad rogandum. ¶ Vel
 cum acc. rei, ut Suadere legem, quod est populum ad accipiendam
 legem adhortari. *Cic. de Sen. Cum legem Viconiam magna voce,
 & bonis lateribus suassim.* ¶ Vel cum dat. personæ. *Cic. 1. 2. Fam.*
 Nemo est, qui tibi sapientius suadere possit te ipso. ¶ Vel cum acc.
 rei, & dat. personæ. *Cic. 2. Phil. Quibus aliquid contra Cæsarem
 Pompeio suaserim. Id. Att. 1. 8.* Memini, quid mihi tum suaseris per
 Thephanem Culeonem. ¶ Vel cum ablat. & præposit. *de. Quintil.
 1. 3. c. 10.* Suasurus de pace hæc duo præcipue nota esse voluit. ¶ Vel
 cum conjunctivo, & partic. ut. *Cic. de Prov. Conf. Nam postea me,
 ut sibi esset legatus, non solum suavit, verum etiam rogavit. ¶ Vel
 cum ignitivo. Curt. lib. 7. cap. ult.* Cophas admissus suadere cepit**

Arimazo, Petram tradere. ¶ Transfertur & ad res inanimatas, quæ tum suadere dicuntur, cum rei aliquid faciendæ nobis præbet occasionem. *Virg. 2. Æn.* Suadentque cadentia sidera fomnes. *Ovid. lib. 1. Am. eleg. 6.* Nox, & amor, vinumque nihil moderabile suadent. ¶ Suadere silentia digito, id est digito silentium indicare. *Ovid. 9. Met.* ¶ Ufurpatur & passivè. *Plaut. Trinum. 3. 2. 44.* Minus placet, magis quod suadet; quod dissuadet, placet. ¶ Differunt *suadeo*, & *persuadeo*, in eo, quod *suadere* significat hortari, *persuadere* autem est vincere dicendo animum auditoris, & id obtinere, quod contenditur. *Cic. 2. Phil. c. 11.* An C. Trebonio persuasi? cui ne suadere quidem ausus essem. Hoc tamen discrimen perpetuum non est. nam *persuado* usurpantur inventur pro simpliciter *suadeo*. Vide *Persuadeo*.

Suadulidus, V. Suavulidus.

Suadus, a, um, adject. *persuasivus*, suadendi vim habens. *Apul. l. 11. Metam.* Suada majestas. *Symmach. l. 3. ep. 6.* Delenifica, & suada facundia.

Suarfus, ii, m. *porcæso*, *συσφύρις*, custos fœvus, qui sues pascit. *Plin. l. 8. c. 51.* Compertum, agnitam vocem suarii furto abactis (suis) meroque navigio inclinatione lateris unius remeasset. ¶ Item qui carnem suillam vendit. *Inscript. apud Gruter. pag. 361. n. 1.* Corpus suariorum, & confectuariorum.

Suarrius, a, um, quod ad sues pertinet. *Plin. l. 7. cap. 12.* Is erat suarii negotiatoris vile mancipium. *Ulpian. l. 1. §. cura carnis, ff. de Off. Praefecti Urb.* Ideo & forum suarium sub ipsius cura est.

Suasio, onis, f. *persuasione*, *esortazione*, Ger. *rahegeben*, Gal. *suasion*, Hisp. *persuasion*, *παρακλιση*, *παρακλιση*, actus suadendi, adhortatio. *Cic. in Brut.* In suatione legis Scæviliæ fummis ornat Senatam laudibus. *Id. ibid.* Et talium suasionum, qualem Iocrates fecit Panegyricum. *Id. 2. de Orat.* Cur feceramus ea præcepta, quæ de suasionibus tradenda sunt, aut laudationibus.

Suasor, oris, m. *esortator*, *כַּפְרָה*, Germ. *rahegeber*, Gal. *exhortator*, Hisp. *induzidor*, *αποκλιση*, qui suadet. *Cic. 3. Off. c. 30.* Atque huius deditiois ipse Posthumus, qui debebat, suator, & auctor fuit.

Suasorius, a, um, *esortatorio*, *παρακλιση*, *συμβουλευτικος*, quod pertinet ad suadendum, ut *Suasorium munus*, id est officium suadendi; *Suasorium genus cause*, id est genus deliberativum, quo suademus, vel dissuademus. *Quintil. l. 8. in proem.* Suasorius accedere tertiam partem ex coniectura, potest ne ferri, an esset futurum, quod deliberaretur. *Adde l. 3. c. 10.* ¶ Suasoria orationes, quibus aliquid suadet, quales sunt declamationes M. Anniæ Senecæ.

Suasum, i, vel suasus color, genus coloris pulli. *Fest.* Suasum, color appellatur, qui fit ex stitillidico fumo in vestimento albo. *Plautus Truc. 2. 2. 16.* Quia tibi suaso infectis propudiosam pallulam. Quidam autem legunt *insuasum*. Nec desunt, qui dicant, omnem colorem, qui fiat inficiendo, suasum vocari, quod quasi persuadeatur in alium ex alio transire. *Idem:* Insuasum appellabant colorem similem luteo, qui fiebat ex fumo stitillidico. Hæc *Fest.* Suasum, an insuasum colorem dicere oportet, dubitari potest. Et jam olim fuisse dubitatum, patet ex verbis *Festi*. Præterea in Gloss. vet. legas, *Insuasum*, *αἰμα* *δενε* *εὐκαρτερου*. Ubi *Joseph Scaliger* legit, *αἰμα* *δενε* *εὐκαρτερου*. Nempe quia est color iste, quem videmus in trabibus diutino fumo infectis.

Suasus, a, um, partic. *persuasus*, *esortatus*. In *argumento Aulul. Plauti* v. 6. Megadorus a forere suasus ducere uxorem.

Suasus, us, m. idem ac suasio. *Sulpic. Apollinar. in argum. Andr. Terent.* Davi suasu non repugnat Pamphilus. *Ulpian. l. item si obsterix, §. 1. ff. ad leg. Aquil.* Siquis per vim, vel per suasum medicamentum alicui infundit.

Suatim, adv. *da porco*, *σὺα*, ad similitudinem suis. *Nigid. apud Non. c. 2. n. 190.* Sunt etiam adulteranter dicta hæc, canatim, suatim, bovatim, quæ ab animalibus sumuntur.

Suave, V. Suavis.

Suaveolens, tis, di odor *foave*, ut suaveolens amaracus, apud *Catul. carm. 62. v. 7.* ¶ Legitur & *suave olens* livifum.

Suaveolentia, æ, f. odor *foave*. *Sidon. l. 8. ep. 13.* Ad suaveolentiam pudicitæ impellere. *Adde Augustin. l. 8. Confession. c. 6.*

Suaviatio, onis, f. *φιλαρισ*, actus suaviandi, osculatio. *Gal. l. 18. c. 2.* Suavitationes puerorum, & puellarum. *Plaut. Bœch. l. 2. 8.* Suavis suaviatio.

Suavidicus, a, um, adject. suavis, vel suavia dicens, ut suavidici verfus, apud *Lucrer. l. 4. v. 181.*

Suavidus, a, um, adject. suavis. *Theod. Priscian. de dicta, c. 20.* Suavidus fit potio ad bibendum.

Suavillum, vel Savillum, i, n. genus plantæ ex farina, caseo, & ovo, & mille, apud *Cat. de R. R. c. 84.*

Suaviloquus, entis, o. 3. *ἡδυσπῆς*, *ἡδύς*, qui suaviter loquitur. *Cic. in Brut. cap. 15. ex Ennio:* Adhuc Orator Cornelius suaviloquenti ore Cethegus. *Lucrer. l. 1. v. 944.* Suaviloquus carmen.

Suaviloquentia, æ, f. *ἡδυσπῆς*, loquendi suavitas, facultas suaviter loquendi. *Cic. in Brut. c. 15.* Et Oratorem appellat, & suaviloquentiam tribuit.

Suavilocus, a, um, idem ac suaviloquens. *Lurres. lib. 2. v. 528.* Nunc suaviloquis age paucis Versibus ostendam, &c.

Suavitudus, ii, m. qui ludis alios oblectat. *Terent. de Spectac. c. 20. & de cor. mil. c. 6.* Al. leg. *suavitudus*, & exponunt de eo, qui ludum suadet.

Suavio, as, a. 1. idem ac suavior. *Pompon. apud Non. c. 7. n. 49.* Ego illam non amplectar, non suaviem?

Suaviodlum, i, n. *φιλανθροπία*, dicitur a suavium. *Catul. ad Juvenium, carm. 98.* Suaviodlum dulci dulcius ambrosia.

Suavior, aris, seu favior, aris, d. 1. *baizare*, *בַּיֵס*, Ger. *kuessen*, Gal. *baifer*, Hisp. *besar*, *φιλιω*, suavius, dum, cum voluptate, aut præ gudio osculor. *Cic. Att. l. 16. ep. 3.* Atticam nostram cupio suaviari: ita mihi dulcis salus visa est per te mihi ad illa. *Gal. l. 3. c. 15.* Quum ibi cum tres adolescentens amplexi, coronis suis in caput patris positus, suaviarentur. Alii leg. *suaviarentur*. *Catul. ad Veranium.* Lucidum os, oculofoque suaviabor.

Suavis, & ve, o. 3. *foave*, *dolce*, *בְּרִיק*, Ger. *sufs*, Gal. *doux*, *sones*, Hisp. *suave*, *ἡδύς*, dulcis, jucundus. *Cic. pro Corn. Balbo*, *Comit.*, *ἡδονῆς*, faciles, suaves homines esse dicuntur. *Id. l. 13. Fam. ep. 27.* Quam suavis esset inter nos, & quanta conjunctio. *Id. l. 8. Fam.* Suavillimum mihi est tuæ memoriæ dare operam. *Hor. l. 1. sat. 10.* At sermo lingua concinnus utraque suavior. ¶ *Suave* neutrum eleganter adverbii modo ponitur pro suaviter. *Virg. Ecl. 3.* Suave rubens hyacinthus.

Suavitas, atis, f. *suavitudo*, *δολεικῆς*, *ἡδονῆς*, *χαλυπτος*, dulcedo, jucunditas. *Cic. 2. Phil.* Ut quidam morbo aliquo, & sensus (stupore) suavitatem cibi non sentiunt. *Idem Ap. l. 13. Fam. ep. 1.* Charissimum te mihi esse cum propter multas suavitates ingenii, officii, humanitatis tuæ, &c.

Suaviter, adv. *foavemente*, *ἡδύως*, jucunde. *Cic. 4. Acad.* Quam suaviter voluptas sensibus nostris blanditur. *Id. l. 15. Fam. ep. 21.* Nunc ad epistolam venio, cum copiose, & suaviter scriptæ, nihil est, quod multa respondeam. *Id. 4. Fam. ep. 12.* Gratia illa, de qua suavissime quodam in præmio scripsisti. *Horat. lib. 2. sat. 8.* Et leporum avulsos, ut multo suavis armos, Quam si cum lumbis quis edat.

Tom. II.

Suavitudo, inis, fem. idem ac suavitas. *Plaut. Stich. 5. 5. 14.* Age multa mea, suavitudo, salta. *Aurb. ad Her. l. 3. c. 12.* Quoniam igitur res eadem vocis firmitudini, & pronuntiationis suavitudini profuit.

Suavius, ii, seu Savius, u, n. *baicio*, *בַּיֵס*, Ger. *sanfter*, *kaft*, Gal. *baifer*, Hisp. *beso*, *φιλιω*, osculum. Falluntur, qui *Donatum* sequuti, suavius tantum libidinum esse autant. Nam *Cic. l. 16. Att. ep. 11.* Atticæ, inquit, quoniam hilarula est, meis verbis suavius des. ¶ Est a *suavis*, ut *Var. apud Non. c. 4. n. 11.* docet: neque aliter videtur ab osculo differre, quam quod osculum ab ore dicitur, suavius a *suavitatis*, ut *Non. ibid.* notat. *Plaut. Pseud. 4. 1. 38.* Savia super savie. *Id. Caf. 5. 3. 3.* Savius pottere. *Id. Caf. 5. 2. 38.* Savius impingere alicui. *Id. Cure. 1. 1. 56.* Savius pangere. *Id. Afric. 4. 1. 53.* Savius alicui facere. ¶ Est etiam vox blandientis. *Ter. Eun. 3. 2. 3.* Meum suavius quid agitur? ¶ Videtur interdum usurpari pro ipso ore, vel pro ipsis labiis ad suaviandum compositis. *Petru. Poeta apud Gel. l. 19. c. 11.* Dum semihulco favio meum puellum favior. *Plaut. Mil. 2. 1. 16.* Itaque meretrices dum labiis ducunt eum, majorem partem videas valgis suaviis. *Adde Rud. 2. 4. 10.*

Sub, *סוּב*, Ger. *unter*, Gal. *sous*, Hisp. *debaxo*, *סֹבֵר*, subter, præp. ex tis, que interdum abl. interdum acc. ferviunt, ab *סוּב*, ut *ab ex סוּב*. Aliquando denotat motum ad locum, & acc. petit. *Cic. 2. Phil. c. 9.* Nisi ille se sub scalas tabernæ librarie conjiciet. *Id. 3. Fin. c. 18.* Illa sub iudicium sapiens, & delectum cadunt. ¶ Aliquando refertur ad statum in loco, & tunc abl. exigit. *Her. l. 1. od. 1.* Manet sub Jove frigidò Venator teneræ conjugis immemor. *Virg. 8. Æn.* Arma sub adversa posuit radiantia quercu. *Cic. 5. Phil.* Sub nomine pacis bellum lateret. ¶ Translate *Cic. pro Arch. c. 10.* Justit Potæ præmium tribui sub ea conditione, ne quid postea scriberet, con conditione hæc, &c. *Liv. l. 25. c. 40.* sub Annibale magistro omnes belli artes edoctus. *Sueton. in Calig. c. 48.* sub pœna mortis aliquid denunciare. ¶ Aliquando refertur ad tempus, & cum ablat. significat in. *Quintil. l. 7. c. 10.* Sub Alexandro, *in tempore Alexandro*. *Sueton. in Tito, c. 8.* Quædam cum ore fortuita ac tristia acciderunt, *sub suo imperio*. *Flor. l. 2. c. 17.* Cum pari temeritate sub nocte castra confulis adisset, *in tempore noctis*, *o furtiva nocte*. *Cef. l. 1. Bel. Civ. c. 27.* Ne sub ipsa professione milites oppidum irruerunt, *in tempore della partenza*. ¶ Significat etiam paulo ante. *Sueton. in Claud. c. 43.* sub exitu vitæ signa quædam penitentis dedit, *poco avanti di morire*. ¶ Item statim post cum accusat. *Cef. l. 1. B. C. c. 28.* Pompeius sub noctem naves solvit. h. e. incipiente nocte. *Id. l. 2. B. C. c. 33.* Sub vesperum Cæsar portas claudi, militeque ex oppido exire iussit. *Sic Liv. l. 27. c. 15.* Sub ortum lucis, *sub far del giorno*. Eadem constructione significat etiam paulo ante. *Sueton. in Aug. 16.* Sub horam pugne tam arcto repente fomno devinctus est, ut ad dandum signum ab amicis excitaretur. ¶ Item in, vel per. *Liv. l. 1. c. 22.* Utrinque Legati fore sub idem tempus ad res repetendas missi. *Virg. Æn. 1.* Sub noctem cura recurat. ¶ Aliquando ordinem importat, idemque valet, quod *post*, cum acc. vel etiam cum abl. *Cic. l. 10. Fam. ep. 16.* Sub eas literas statim recitatæ sunt tux. *Virg. 5. Æn.* Quo deinde sub ipso Ecce volat, calcemque terit jam calce Diore. ¶ Ponitur etiam pro juxta, cum abl. *Varro l. 1. de R. R. c. 50.* Tertio modo metitur, ut sub urbe Roma, & locis plerisque. ¶ Item pro ante, cum acc. vel abl. *Virg. 2. Æn.* Postetque sub ipso nituntur gradibus. *Cef. de B. C. l. 1. c. 57.* Sub oculis domini suam probare operam. ¶ Sub armis esse, *effert armato*. *Virg. 3. Georg. v. 116.* Sub icu habere aliquid, *esser a vivo, aver a colpo*, prope, seu vicinum habere. *Senec. ep. 73.* ¶ Sub manus, *facilmente*. *Plaut. Mil. 3. 2. in fine.* Lepide hoc succedit sub manus negotium. ¶ Sub manum esse, h. e. in promptu, ad inanum. *Plaut. ad Cic. Fam. 10. ep. 23.* ¶ Jungitur interdum sub cum præposit. *de Flor. l. 2. c. 3.* Si de sub Alpibus, id est de sub ipsis faucibus Italix, &c. ¶ *Sub vos placere*, in precibus idem est ac supplicio vobis. *Fest.*

Subabfurdo, adv. *σπαρτατος*, aliquantum inconvenienter. *Cic. 2. de Or. c. 68.* Quæ a prudentibus, quasi per dissimulationem non intelligendi, & subabfurde, fallacque dicuntur.

Subabfurdis, a, um, *un poco inconveniente*, *σπαρτατος*, aliquantum absurdum. *Cic. 2. de Or. c. 67.* Sunt. nim illa subabfurda, sed eo ipso nomine sepe ridicula, non solum nimis perappata, sed etiam quodammodo nobis.

Subaccuso, as, a. 1. *σπομαριζομαι*, nonnihil, & leviter accuso. *Cic. pro Plane. c. 35.* Quod meum discessum, quem sæpe deheras, nunc quasi reprehendere, & subaccusare voluisti.

Subacidulus, a, um, *acidetto*, aliquantum acidus. Quidam legunt hanc vocem in Catone *R. R. c. 108.* Sed lectio minime certa est.

Subacidus, a, um, *un poco forte*, *o garbo*, *σπῆξ*, aliquantum acidus. *Plin. l. 12. c. 25.* Esse enim debet lenis, non subacidus.

Subactio, onis, f. *σπομαριζομαι*, actus subugendi. *Vieruv. l. 2. c. 4.* Arena suviatica bacillorum (al. *liaculorum*) subactionibus in testorio recipit soliditatem. *Arnob. l. 3.* Subactionibus ciborum dentes tertio generis habere. ¶ Translate *Cic. 2. de Or. c. 30.* Subactio mihi ingenio opus est: subactio autem est usus auditio, lectio, literæ.

Subactor, oris, m. qui subigit, & obsceno sensu qui alterius pudicitiam violat. *Lamprid. in Heliogab. c. 5.* Posterioribus (corporis partibus) eminentibus in subactorem rejectis, & oppositis. *Adde eund. in Commodo, c. 3.*

Subactus, us, m. idem ac subactio. *Plin. l. 18. c. 7.* Quod in subactu congium aquæ capiat.

Subactus, a, um, *foggiogato*, *χαυραδης*, victus, domitus. *Cic. pro Font. Galli* a nostris Imperatoribus subacti, & bello domiti. *Luc. l. 1.* Genereque subactas vix impune feret. ¶ Interdum ponitur pro coacto. *Tac. l. 6. Ann. c. 16.* Multitudine periclitantium subactus. *Id. l. 13. Ann. c. 13.* Donec vi amoris subactus. ¶ Interdum pro molliato. *Col. l. 4. c. 29.* Fissura diligenter subacto luto linitur. ¶ Item pro culto, arato. *Cic. de Sen.* Quæ cum gremio molliato, ac subacto semen sparsum accipit. ¶ Translate sumitur pro exercitato, exulto. *Orc. 2. de Or. c. 30.* Subactio mihi ingenio opus est, ut agro non semel arato, sed novato, & iterato. *Liv. l. 42.* Ipsi a pueris eruditi artibus militiæ, tot subacti, atque durati bellis.

Subadiuva, æ, m. *subto adiuvante*. *Cod. Theodof. leg. 3. de agent. in reb. Ut periculum fe & adiutor, & subadiuvæ subituros esse cognoscant.* *Adde leg. ult. Cod. Justin. tit. eod.*

Subadmoveo, eri, a. 2. aliquantum admoveo, *avvicinare*. *Col. l. 6. c. 36.* Huiusmodi mari sensim magistri subadmoveere debent generis ejusdem feminas.

Suberatus, a, um, *ἡδύχαλυπτος*, quod subter se æs habet, ut *Aurum suberatum*, quod foris quidem aurum ostendit, intus autem æs occultat. *Pers. sat. 5. v. 106.* Nequa suberato mendosum tinniat auro.

Subagitatō, onis, f. actus subagitandi, & rem obscenam perficiendi. *Plaut. Captiv. in fine:* Ad pudicos mores facta hæc fabula est, neque in hac subagitationes sunt, neque ulla amatio. In quibusdam Codicibus leg. *subagitationes*.

Subagitatix, icis, f. quæ subagitat, & cum sui sexus æqualibus obscena

patrat, quæ Græce τράδα; dicitur. *Plaut. Pers.* 1. 2. 45. Ne me attrita, subagitatricem.

Subagito, vel Subigito, as, a. 1. ὑπαγίω, lascive contrecto. *Plaut. Mil.* 3. 1. 57. Neque unquam alienum scortum subagito in convivio. *Id. ib.* 5. 9. Subagitare alienam uxorem. In plerisque *Plauti* Codicibus legitur *subigito* pro *subagito*.

Subagrestis, & ste, o. 3. un poco selvatico, un poco brusco, ὑπαγρησίδης, aliquantum agrestis. *Cic. de clar. Or.* c. 74. Sonabatque contrarium Caltulo, subagreste quiddam, planeque subruticum.

Subalaris, & re, o. 3. ὑπαλαρῖος, quod sub alis est. Unde scribit *Lamprius* in *Helio*, c. 39. Nec cubuit in accubitis facile, nisi iis, quæ pilum leporinum habent, aut plumas perdicum subalares, (sæpe culcitas mutans. h. e. plumas sub alis perdicum: Al. leg. plumas perdicum, subalares culcitas sæpe mutans. h. e. pulvinos, quibus humeri, & brachia cubando tulerunt. *Nep. in Alcib.* c. 10. Familiaris sui subalare telum eripuit. h. e. quod sub alis, seu brachiis gestatur.

Subalbicans, tis, nom. ex partic. idem ac subalbidus. *Var. l. 3. R. R. c. 9. de gallis.* Oculis ravis, ac nigris, palea rubra subalbicante.

Subalbidus, a, um, bianchetto, ὑπαλβιδός, aliquantum albidus. *Plin. l. 21. c. 25.* Ramulos habet candidos, folia subalbida, abrotono similia. Adde *Cels.* l. 5. c. 28.

Subalpinus, a, um, ὑπαλπιῶς, quod est ab alpibus. *Plin. l. 25. c. 7.* Radice lenta, subnigra, sine odore, aquosa, montibus Subalpinis plurima. ¶ Italia Subalpina, pars illa, quæ hodie Pedemontium, seu Pedemontana regio vocatur, *Piemonte.* *Plin. l. 16. cap. 11.* Nisi in paucis locis Subalpinæ Italix.

Subamarus, a, um, amareto, ὑπαμαρῖος, aliquantum amarus, in amaritudinem nonnihil declinans. *Cic. de Fato*, c. 4. Ut alios dulcia, alios subamara delectent. ¶ *Subamarum* adverbii more positum. *Ammian.* l. 8. Subamarum arridens.

Subaperio, is, a. 4. aprire aliquanto. *Arnob. l. 2.* Qui nivem in plumæ, subaperiat cruciulæ. *Apic. l. 8. c. 7.* Subaperies auriculam sub cutem.

Subaquanus, a, um, adject. cbi sta sott'acqua, ὑπακῦος. *Tertul. de anim.* c. 32. Subterraneum, & subaquaneum videntia carent haustu aeris.

Subaquilus, a, um, adject. aliquanto buvo, o fosco, colorem habens ad aquilum accedentem. *Trebel. Poll. in Zenob.* Fuit vultu subaquilo, fusci coloris. *Plaut. Rud.* 2. 4. 9. Eja, corpus cujusmodi! subvoluturium! illud quidem, subaquilum volui dicere.

Subarator, oris, m. qui subarat. *Plin. lib. 17. c. 24.* Vel etiam subarator imprudens luxavit radices.

Subaratus, a, um, partic. a subaro, *Plin. l. 16. c. 28.* Et subarata ocyus nascuntur.

Subarefcens, tis, nom. particip. aliquantum arefcens. *Vitruv. lib. 7. c. 3.* Trullificatione subarefcens.

Subargutus, a, um, aliquantum argutus. *Gel. l. 15. c. 30.* Si forte iidem garruli natura, & subargutuli sunt.

Subarmalis, le, adject. Subarmalis vestis, & subarmale, is, absolute, est genus vestimenti, quod sub armum rejicitur, & complicatur. *Vopisc. in Aurel. c. 13.* Togam pictam subarmalem. *Trebel. Pol. in Claud. c. 14.* Subarmale unum cum purpura Maura. *Spartian. in Sever. c. 6.* Prætoriano cum subarmalibus inermis sibi iussit occurrere. Alii subarmale exponunt vestem, quæ sub armum gestatur.

Subaro, a, a. 1. ὑπαρίω, subter arando terram moveo. *Plin. l. 16. c. 27.* Item quæ suba antur, aut quæ ablaqueantur, celeriora neglectis.

Subarroganter, adv. ὑπαρρογάντως, aliquantum arroganter. *Cic. 4. Acad. c. 36.* Verone subarroganter facias, si tuam dixeris.

Subasper, a, um, adject. aliquantum asper. *Alphestro. Cels. l. 5. c. 28. de virilgine.*

Subatentivus, tis, nom. particip. accordantefi aliquanto. *Quintil. l. 11. c. 3. a med.* Sunt & illi breves gestus, cum manus leviter pandata, parvis intervallis, & tubatentivibus humeris movetur.

Subballi, as, a. 1. cuocere lentamente, lente, vel aliquantum asfo. *Apic. l. 4. c. 2.* Pices curatos subballis.

Subbalto, onis, 1. appetitus in Venerem. *Plin. l. 8. c. 51. de sibus:* Remedium, ne prima tubatione, neque ante flaccidas aures coctus incipiat.

Subaudito, is, a. 4. jottuntendere, *Ascon. in Action. 1. in Per. c. 2.* Senatorio enim bis subauditur, & senatorio ordini, & nomini senatorio. Et ad c. 9. ad illa verba: sed etiam Q. Metellum. Subaudito consulem. *Ulpian. l. 1. in ff. de hered. instituen.* Non putavit valere, quoniam deest aliquid: sed & ipa valetur, subaudito tubeo.

Subausculto, a, a. 1. ascoltare di nascosto, ὑπακροάομαι, leviter, & quasi pære indo ausculto. *Plaut. Mil.* 4. 2. 3. Tace, subauscultemus, e qua de qua me fuit mentio. *Cic. 2. de Orat.* Subauscultando tamen excipere voces eorum, & procul, quid narrent, attendere. *Id. Att. l. 10. ep. 18.* Omnes enim κωνῶντι videntur subauscultare, quæ loquor.

Subausterus, a, um, adject. aliquantum austerus. *Cels. l. 3. c. 6.* Vinum austerum, vel certe subausterum. Adde *l. 6. c. 6.*

Subbalbe, adv. aliquantum balbe. *Spartian. in Getz. c. 5.* Subbalbe canorus.

Subballio, onis, m. Ballionis (quod est servi nomen) vicarius. *Plaut. Pseud. 2. 2. 13.*

Subbalnicianus, a, um, qui sub basilicis versatur, ut *subrostranus*, qui primum obambulat sub rostris. *Plaut. Capt. 4. 2. 35.* Quorum odos subbalnicianos omnes abigit in torum.

Subbibo, is, a. 3. ὑποπιῶ, aliquantum bibo, aliquanto liberalius bibo, & subnebor. *Plaut. Truc. 4. 3. 58.* Qui improbus est, sive subbibit, sive adeo carit temeto, Tamen ab ingenio est improbus. *Suet. in Ner. c. 30.* Si paulum subbibisset.

Subbini, æ, a, adject. idem quod bini. *Manil. l. 4. v. 846.* Ipsa (docet titulus causæ) quæ Ecliptica signa Dixere antiqui, pariter subbina laborant, Nec vicina loco, sed quæ contraria fulgent, due per velsa.

Subblandior, iricus, d. 4. ὑπαερεσκώομαι, paululum, & leviter blandior. *Plaut. Caf. 3. 3. 22.* Non matronarum est officium, sed meretricum viris. Ilenis, Mi vir, subblandierit. ¶ *Subblandibitor, subblandierit*, antiquæ. *Plaut. Bacch. 3. 4. 19.*

Subbævis, ve, adject. aliquantum brevis. *Plin. l. 21. c. 7.* Saliunca folio quod dem subbrevis, & quod necli non possit.

Subcæcitis, te, adject. qui est sub cælo. *Tertul. adv. Valent. c. 31.*

Subcæruleus, a, um, adject. aliquantum cæruleus. *Cels. l. 6. c. 5. ad Plin. Creta tubcærulea.*

Subcandidus, a, um, ὑπαλάκος, aliquantum candidus, ad colorem candidum nonnihil accedens. *l. 27. c. 8.* Folia bovis linguæ similia, minor, subcandida.

Subcavus, a, um, adject. concavo, subter cavus. *Lucret. lib. 6. v. 536.* Ventus per loca subcava terræ collectus.

Subcenturio, onis, m. ὑπαερεσκώομαι, qui centurioni subicitur, seu centurionis vices gerit. *Liv. l. 8. c. 8.* Ut subcenturionem sibi, quem vellet, legeret.

Subcerno, vel Succerno, is, a. 3. passare per straccio, ὑπαερεσκώομαι, idem quod per cribrum cernere. *Plin. l. 18. cap. 11.* Farinatio cribro subcer-

nunt. ¶ Translate *Plaut. Pan.* 3. 1. 10. Iste quidem gradus subceretis (vel succeretis) est cribro pollinario. h. e. valde iardus est, & veluti subfulans, non secus ac si cribro agigaretur. *Sever. in Ætina, v. 403. de mari:* Progreffiens late diffunditur, & subcernens. h. e. fluctus succerentiens, crispans, & exagitant.

Subcilles. V. Subfilles.

Subcingulum. V. Succingulum.

Subcivis. V. Subcivius.

Subcnaçtum, i, n. tegumentis genus ex lana coacta. V. in Coactilia.

Subceno, as, n. 1. cenar di sotto, o di nascosto. *Quintil. l. 6. c. 3.* Et Galba de piscibus, qui cum pridie ex parte adest, & versati postero die appostiti essent, Festinemus, inquit, alii subcenant.

Subcontumeliose, adv. ὑποβλασφημῶς, aliquantum contumeliose. *Cic. Att. l. 2. ep. 7.* Hercule, verum ut loquamur, subcontumeliose ferat noster Publius.

Subcõque, is, a. 3. Est Marcelli Empir. c. 36. a med.

Subcraçsulus, a, um, adject. aliquantum craçsus. *Capitolin. in Gordian. c. 6.* Corporis qualitate subcraçsulus.

Subcretus, vel Succretus, a, um, nom. partic. erivellato, ut calx cribro succreta. *Cato R. R. c. 18.* Testa tusa, & subcreta. *Vitruv. l. 2. c. 5.*

Subcrisfus, a, um, aliquanto crespa, o riccio, qui crines habet aliquantum crispos. *Cic. 4. Verr. c. 44.* Videtis illum subcrisfo capillo nigrum?

Subcrudus, a, um, mezzo cruda, non cotto in salsa, & Ger. erwahart, oder rauch, Gal. encors cru, Hisp. un poco crudo, ὑποκῦος, quod non omnino coctum est. *Car. c. 156.* Coquito paulisper, uti subcruda fiet. *Cels. l. 6. c. 13.* Subcrudum incidendum, ne, si diutius ibi pus permanferit, os lædat.

Subcruentus, a, um, ὑποκῦος, aliquantum cruentus. *Cels. l. 4. cap. 18.* Descendunt autem pituitæ, nucifuge similia, interdum etiam leviter subcruentia; idest cruentum aliquid mistum habentia.

Subcuboneus, i, m. qui alteri subicitur. *Titin. apud Non. c. 3. n. 104.* Ancillarum subcuboneum esse.

Subcultro, as, a. 1. cultro subter incido, seco. *Apic. l. 4. c. 2.* Subcultrare pulpas. Adde *l. 8. c. 8.*

Subcuneatus, a, um, adject. cuneis subter firmatus, & fultus. *Vitruv. l. 6. c. 11.* Subiecti, & subcuneati postes.

Subcurator, oris, m. ὑπακροάομαι, qui curatoris locum tenet. *Julian. l. ex factio. ff. de neg. gest.* Eidemque alium subcuratorem constitutum.

Subcurfor, oris, m. equus cursorius. *Lucret. apud Gel. l. 1. c. 16.* Campanus sonipes subcurfor nullus sequetur.

Subcurvus, a, um, adject. aliquanto curvo. *Ammian. l. 26. c. 27. (al. 9.)* Corpore non indecoro, nec mediocri staturæ, subcurvus.

Subcusosus, odis, com. ὑποκῦος, ἀποκῦος, qui pro alio custode substitutus est. *Plaut. Mil. 3. 2. 54.* Hunc subcusosum suum Foris ablegavit.

Subcutillæ, arum, f. locus in Sabinis, ubi aquæ sunt frigidissimæ, & stomacho utilissimæ. *Cels. l. 4. c. 5.*

Subdealbo, as, a. 1. Var. apud Non. c. 2. n. 28. Leges ruina ne iacentem subdealbe algu danti frigore. *Scaliger* aliter omnino legit, quæ sit autem horum verborum sententia, non ita facile dixeris.

Subdebilis, le, adject. aliquanto debole, ut subdebile femur. *Sueton. in Vitel. c. 17.*

Subdeblitatus, a, um, ὑπεκῦος, aliquantum debilitatus. *Cic. Att. l. 11. ep. 14.* Te subdeblitatum novas rationes tuendi mei quæzere.

Subdefcens, tis, nom. partic. manando a poco a poco. *Curt. l. 7. c. 7.* Hæc quæstia adhuc voce subdefcens, vix proximis extaudientibus dixerat.

Subdialis, & le, o. 3. ὑπαλιός, quod est sub dio, hoc est sub ipso aere, & sine tecto. *Plin. l. 34. c. 12.* Quod illa super terram est subdialis, bus petris cæditur. ¶ Subdialia pavimenta, quibus conteguntur domus, pedali crassitudine, ex contusa testa fistucata. *Plin. l. 36. c. 25.* Subdialia Græci invenere, talibus domos contegentes, &c. ¶ Subdiale deambulationes, quæ sine tecto, sub aperto aere constructæ sunt, quas *Vitruvius* vocat hypæthras. *Plin. l. 14. c. 19.*

Subdifficilis, & le, o. 3. ὑποδύσκαλος, aliquantum difficilis. *Cic. de Amic. c. 19.* Existit autem hoc loco quæstio quædam subdifficilis.

Subdiffido, dis, n. 3. diffidare aliquanto. *Cic. Att. l. 15. ep. 20.* Ego, quo die audivi, subdiffidere corpi.

Subdisjunctivus, a, um, adject. *Proculus Jctus leg. 124. ff. de verb. signif.* Hæc verba, ille, aut ille, non solum disjunctiva sunt, sed etiam subdisjunctiva: disjunctivum est, veluti cum dicimus, Aut dies, aut nox est, quorum posito altero, necesse est tolli alterum: Subdisjunctivi autem genera sunt duo; unum cum ex propositis sibus ita non potest utrunque esse, ut possit neutrum esse, ut, Aut sedet, aut ambulat: alterius generis est, cum ex propositis sibus ita non potest neutrum esse, ut possit esse utrunque, veluti cum dicimus, Orane animal aut facit, aut patitur.

Subdistinctio, onis, est nota interruptionis in legendo, qua pronuntiationis terminus ita suspenditur, ut statim id, quod sequitur, succedere debeat. *Diomed. Grammat. l. 2.*

Subdistingno, is, a. 3. fare una seconda distinzione. *Ascon. Pedian. in Ver. de jurisd. Sicil. ad fin.* Multi subdistingunt, & separatim addunt, &c.

Subditivus, a, um, finto, supposito, ὑποβλημαῖος, ὑποβλητος, suppositivus. *Cic. 7. Ver. c. 17.* Si hunc subditivum archipiratam in eandem custodiam dedisset. *Quintil. l. 1. c. 4.* Et libros, qui falso videntur inscripti, tanquam subditivis summovere familia.

Subditivus, a, um, ὑποβλημαῖος, idem quod subditivus, & in alterius loco positus. *Plaut. Amph. 2. 2. 198.* Namque de illo subditivo Sotia mirum nimis est. *Arnob. lib. 5. advers. Genes. de Allegorisis fabularum:* Sed allegorisis sensibus, & subditivis intelliguntur omnia illa secretis.

Subdito, as, a. 1. frequent. a subda. *Lucret. l. 6. v. 603.* vis ipsa periculi Subdit hunc stimulum quadam de parte timoris. h. e. addit, subdit.

Subditus, a, um, messo sotto, وبتحت, Ger. unvorgelegt, Gal. soumis, fuset, Hisp. subdico, sometido, εὑρητιστομενος, subitus iramibus, partic. a subdor. *Cic. 2. de Nat. Deor. c. 10.* Quæ effervescant subditis ignibus. *Id. 3. Ver.* Quos in eorum locum subditos domi suæ reservavit. ¶ *Judex* subditus dicitur, qui in alterius locum successit est. *Fest.* ¶ *Subditus* partus, est suppositus, hoc est sublatas ab ea muliere, quæ peperit, & alteri apponitur. *Tertul. Heaut. 5. 3. 11.* Subditum se suspicatur. ¶ *Subditus* etiam dicitur, qui alteri subiectus est. *Tibul. l. 4. eleg. 1. v. 67.* interno Plutoni subdita regna. *Pers. sat. 5. v. 124.* unde datum fumis, tot subdit rebus?

Subdium, adv. fra il giorno, ὑποδῖομαι, idem quod die, sive interdiu. *Plaut. Mofell. 3. 2. 78.* Nam subdium Sol agit hic perpetuum diem.

Subdival, lis, n. pars domus superior, quæ sub die est. *Tertul. adv. Jud. c. 11.* Subdival domus.

Subdivalis, le, adject. idem quod subdialis. *Ammian. l. 19. c. 23. (al. 11.)* Nostris pruinis subdivales moras difficile tolerabant. Alii leg. *subdivales*.

Subdivido, is, a. 3. quod divitum est rursus dividit. *Tertul. advers. Jud. c. 11.* Septem dimidiæ hebdomadarum sunt subdivisivæ.

Subdivisio, onis, f. *subdivisione*, alia divisio post primam divisionem.

Vox est cadentis latininitatis, legiturque *Cod. l. 6. tit. 2. leg. 22. & l. 3. tit. 28. leg. 37.*

Subdo, is, diti, ditum, a. 3. *fosstoporre, mester fosse*, וַחַב, Ger. *underelegen*, Gal. *jourmettre*, Hisp. *soneter*, ὑποτάσσειν, suppono, subduco, *Cato de R. R. c. 105.* Ignem subdito: ubi bullabit vinum, ignem subduco. *Plin. l. 9. c. 16.* Subdere leones iugo. *Tacit. 4. Ann. c. 62.* Fundamenta per folium subdere. *Lucret. l. 5. v. 102.* Nec tamen hanc possis oculorum subdere visu. h. e. ante oculos ponere. *visu pro visui positum est. Plaut. Cure. 2. 3. 18.* Et dutores, & tactores omnes subdam sub folium. h. e. humi sternam. ¶ Subdere ignem, ac materiam seditioni, per translationem ponitur pro augere, & fovere seditionem, animoque jam satis incitatos vehementius inflammare. *Liv. l. 8. c. 32.* Ita irritatis militum ammis subdere ignem, ac materiam seditioni, non esse etatis, non prudentiæ ejus. ¶ Subdere equo calcaria, est ventrem equi calcariis pungendo ad cursum incitare, *spronare*, quod & per translationem accipitur pro quovis modo urgere, *incitare. Ovid. l. 2. de Art. v. 732.* Cum mora non tuta est, totis incumbere remis utile, & adinso subdere calcari equo. ¶ Aliquando subdere accipitur pro subducere, sufficere. *Cic. pro Dom. c. 32.* Quis in meum locum iudicem subdit? Sic subdere puerum, est partum supponere, & unum pro alio matri apponere. *Paul. Leg. Qui falsam, Dig. ad leg. Corn. & in Argumento Mercatoris Plaut.* Sic subdere testamentum, apud *Tacit. 14. Ann. c. 40.* est vero testamentum occultato, fictum aliud, & suppositivum ostendere. Et, subdere reos, est falso inculpate. *Id. Ann. 15. c. 44.* Et subdere crimina, *ingere accuse false. Id. 3. Ann. c. 67.* ¶ Item pro suggerere, lupeditare. *Liv. l. 7. Ac sicuti eens, sicuti sua virtus, sicuti etiam majestas, sicuti honores subdere spiritus potuerunt.*

Subdoco, es, a. 2. ὑποδιδάσκω, vicem præceptoris occupo, vel horis subsecivis docen. *Cicer. Assic. l. 8. epist. 4.* Ciceroneque nostris meo potius labore subdoceri, quam me alium vis magistrum querere.

Subdoctor, oris, m. qui post alium docet, *isto maestro. Aulon. in Professoribus. 22. tit.* Victorio subdoctori, sive profcollo.

Subdole, adv. *con inganno, ὑπόλως*, caute, & fraudulenter. *Plaut. Trin. 2. 1. 12.* Eos consolatatur, subdole blanditur, ab re consulit. *Cic. in Brut. c. 9.* Nihil acute inveniri potuit in eis caulis, quas scripsit, nihil, ut ita dicam, subdole, nihil veritate, quod ille non viderit.

Subdulus, a, um, *ingannator, astutus, ἀπατηλός*, fraudulenter, astutus, dolosus, occulte decipiens. *Plaut. Epid. 2. 3. 13.* Quo pacto fiat subdola adversus senem. *Ovid. 1. de art. v. 598.* Fac, tucidit blælo subdola lingua sono. *Martial. l. 3. ep. 58.* Sed tendit avidus rete subdolum turdis.

Subdūmo, as, ui, itum, a. 1. valde domo, subigo. *Plaut. Aïn. 3. 3. 112.* Sic isti solent superbi subdūmani.

Subdubito, as, n. 1. *subitare aliquando, Germ. etivas zuweifeln*, Gall. *se douter acumenten*, Hisp. *dudar un poco, ὑπερδιδίχθη*, nonnihil addubito, parumper dubito. *Cic. l. 2. Fam. ep. 12.* Te subdubitare, qua essem erga illum voluntate. *Id. Att. l. 14. epist. 15.* Jam enim dico meum: antea, crede mihi, subdubitabam.

Subduco, is, xi, ctum, a. 3. *fosstrare*, וְחָב, Ger. *entvenden*, Gal. *fosstrare*, Hisp. *fosstrar*, ὑποβάλλω, subtraho, aufero, eripio, demo, cui contrarium est subdo. *Virg. 3. Ecl. Et succus pecori, & lac subducitur agnis. Cic. 2. Tusc. c. 17.* Subducit unum diem cibum athletæ. *Ovid. l. 1. de Ponto el. 6.* Subducunt oneri colla perusta boves. *Juven. sat. 1. Et nos ergo inanum ferula subducimus.* ¶ Interdum est turrim subtrahere, surari, surripere. *Plaut. Cure. 2. 3. 81.* Cum dormiscit, ego ei subduco annulum. *Martial. l. 12. ep. 29.* Subduxit mappas quatuor Hermogenes. ¶ Subducere se de aliquo loco, vel ex aliqua societate, est lenium, & clandestinum discedere, ita ut nullus videat. *Ter. Eun. 4. 7.* Et cum eo clam subduxit te mihi. *Id. ad Q. Fr. l. 3.* De circulo se subduxit. *Virg. 9. Ecl. Qua se subducere colles incipiunt.* h. e. retrahere, recedere, & vallem latiore facere. ¶ Subducere rationem, summam, calculum, est computare, quod & inire, & habere, & facere rationem dicimus. Nam minor numerus majori in calculatione subtrahitur. *Plaut. Capt. 1. 2. 89.* Ibo intro, atque intus subducam ratiunculam. *Cic. l. 1. Fam. ep. 9.* Rationibus subductis, summam tei cogitationum mearum. *Id. 2. Fin. Voluptatum calculus subductis, prælium ineunt.* *Id. Att. l. 5. ep. 21.* Quid opus est, inquam? rationes conteratis. Adidiunt, subducunt, ad numerum convenit. *Id. ibid.* Recte, inquit Scaptius, sed subducamus summam. ¶ Accipitur etiam pro sursum ducere, levare, extollere, ut *Subducere naves*, idest in terram trahere, quod terra aliorum mari sit, sicut e contrario deducere est e terra in mare ducere. *Virg. 1. Æn. Qualitatem ventis liceat subducere classem. Cels. B. C. l. 3. c. 23.* Naves reliquas, si vellet, subduci, & refici juberet. ¶ Succum subducere spiritui, est sursum trahere. *Plin. l. 20. c. 14.* Recentis fuccus narium vitæ spiritui subductus emendat. ¶ Subducere supercilium, est erigere, quod est ferri hominis, superbi, & despicientis. *Senec. l. 1. de benef. c. 1.* Aut timide negavit, aut promittit, sed difficulter, sed subductis superciliis, sed malignis, & vix excuciantibus verbis. *Sic Propert. l. 2. eleg. 8. (al. 11.)* Nunc volo subduco gravior procedere vultu. ¶ Subducere animam, est anhelum sursum atrahere. *Cato R. R. c. 157.* ¶ Subducere alvum, est ciere, ut excrementa facile egerat, *lubricare. Gel. l. 4. c. 11.* Aristoxenus dicit, nullo sæpius legumento Pythagoram usum, quam fabis, quoniam is cibus & subduceret sensum alvum, & levigaret. *Adde Cels. l. 3. c. 4.* ¶ Subducere pro subduxisse dixit *Varro l. 2. R. R. c. 1.*

Subduclarius, a, um, quo quid subducitur, seu levatur. *Cato R. R. c. 12.* Funes loreo, quinque, subduclarios quinque, medipontos quinque.

Subduclio, onis, f. ὑποδύκω, ὑπεξαγωγὴ, ὑποδύκω, actus subducendi, idest subtrahendi. *Cels. l. 5. B. C. c. 1.* Ad celeritatem onerandi, subductione paulo facit humiliores, quam quibus in nostro mari uti consuevimus. ¶ Item ratio, computus, *fosstrazione. Cic. 2. de Orat. c. 30.* Statim occurrit naturali quadam prudentia, non his subductionibus, quas isti docent.

Subductus, a, um, nom. ex particip. *detratto, computato. Cic. 3. de nat. Deor. c. 29.* Inita subductaque ratione scelera meditantas. ¶ Item *vabato. Horat. l. 1. ep. 17.* subducta viatica ploret. ¶ Item *tratto juuri. Virg. 3. Æn. v. 135.* Subductæ litore puppes. ¶ Item *tristato, sicuro, misse. Plin. l. 2. ep. 17.* Cubiculum subductum omnibus ventis. *Martian. Capel. l. 6.* Concavis subductionis terræ latebris abdere. ¶ Subductus vultus, V. in Subduco.

Subdulcis, & ce, o. 3. *un poco dolce, ὑποδύκω*, nonnihil habens dulcedinis. *Plin. l. 26. c. 8.* Radix subdulcis, in petris nascens, aut sub arboribus vetuitis.

Subdurus, a, um, adject. aliquantum durus, subdifficilis. *Q. Cic. de pe. tit. consul. c. 12.* Hoc probabile est; illud alterum subdūrum tibi homini Platonico suadere.

Subduo, is, edi, ctum, a. 3. *mangiar sotto, ὑποτάσσειν*, subtus edo. *Ovid. 1. Met. v. 783.* Dixit, & e scopulo, quem rauca subfederat unda, Decidit in pontum.

Subdo, is, ivi, vel ii, itum, n. 4. *andar sotto, sotto entrare*, וְחָב, Ger. *darunder geben*, Gal. *entrer*, Hisp. *subir*, ὑποτάσσειν, subtus eo, intro,

ingredior, ascendo. Varie confruitur. *Cels. l. 1. B. C.* Qui intra annos quatuordecim tectum non subissent. *Liv. l. 25.* Ut subeundi sæpe ad mœnia urbis recursum pateret. *Virg. 4. Æn.* Quem subissiis humeris confectum ætate parentem. h. e. parenti humeros supposuisse, parentem humeris gestavisse. *Id. l. 6.* Pars ingenti subiere teretro. *Liv. l. 34. c. 16.* Subire ad portam. *Rufus Virg. Æneid. l. 10. de Laufo.* Jamque assurgentis dextræ, plagamque ferentis Æneæ subit mucronem, ipsumque morando sustinuit. h. e. se supposito ensi Æneæ jam subiato ad plagam intendam, ictumque parma sustinuit. *Hor. l. 1. sat. 9.* Subire onus. ¶ Subire vultum alicujus, est in ejus conspectu venire. *Cic. pro Quir. Denique ipsius inimici vultum superbißimum subit.* ¶ Cum inñitio *Claudian. de consul. Theod. v. 45.* affiduo cum Dorida vicerit usu, Jam clavam totamque subit torquere carinam. ¶ Usurpatur etiam pro scendere, ascendere. *Liv. l. 2.* Quia loco iniquo subeundum erat ad hostes. *Plin. l. 4. c. 11.* Hæmi excelßitas sex millia passuum subit. *Id. l. 31. c. 3.* Nec levitatis in pluvia aqua argumentum est subuisse eam in cœlum. ¶ Item pro succedere. *Liv. l. 27.* Primæ legioni tertia, dextræ alæ sinistra subit. *Ovid. 1. Met. v. 130.* In quorum subiere locum fraudeque, dolique. *Sil. l. 1. v. 566.* Detestis subeant rebus. ¶ Item pro succedere. *Virg. 2. Georg.* Ne subeant heribæ, neu pulvere victa fatiscat. ¶ Item pro aggredi. *Val. Flacc. l. 6. Argos.* Illum ubi congressit subit Gefander iniquo. ¶ Translate sumitur pro suscipere. *Cic. Att. l. 3.* Istos labores, quos nunc in suffragiis suscipis, non subisses. *Id. Verr. c. 71.* Inimicitæ sunt? subeantur. Labores? suscipiantur. ¶ Item pro incurere. *Cic. ad Brut. ep. 18.* Subire tamam temeritatis. *Id. Divin. in Verr. c. 14.* Subire invidiæ orationis, pro invidiam. *Id. Att. l. 11. ep. 6.* Minus sermonis subissim, minus accepissim doloris. h. e. non tantus de me sermo sinister est. ¶ Item pro pati. *Cic. 3. Off.* Qui retinendi officii causa cruciatum subierit voluntarium? ¶ Item pro advenire, venire. *Virg. 3. Georg.* Subeunt morbi, tristifque senectus, &c. *Ovid. l. 4. de Ponto. el. 15.* Ne subeant animo tædia iusta tuo. *Curt. l. 3. c. 2.* Sera prænitentia subit Regem. *Cic. 1. de Orat. c. 33.* Omnes sententiæ, verba omnia sub acumen stili subeant, & succedant necesse est. ¶ Item pro in mentem venire, succurrere. *Liv. l. 36. c. 20.* Subit animum cogitatio. *Plin. l. 7. c. 46.* Subeunt in hac reputatione Delphica oracula. ¶ Subire iudicem, est quodammodo obrepere, & latenter ad id quod volumus, eum inducere. *Quintil. l. 4. c. 5.* Fallendus est iudex, & variis artibus subeundus, ut aliud agi, quam quod nos petimus, putet. ¶ Subire loquentem, est loquenti respondere. *Claudian. de Consul. Mall. Theod. v. 173.* Subit ille loquentem talibus.

Subello, is, quidam exponunt subere detricor, in illo Lucilii apud *Non. c. 2. n. 202.* Rador, subellor, defquamor, pumimor, ornor. Sed alii rectius subvellor legunt.

Suber, eris, n. sovero, *subhero*, Ger. *korck*, *pantoffelholz*, Gal. *liege*, Hisp. *suro*, *alcornoque*, φασκός, arbuscula glandifera, corticem habens præcratium, cui inniti solent, qui natare discunt. *Plin. l. 16. c. 8.* Suberi minima arbor, glans pessima, rara, cortex tantum in fructu præcratius, ac renascens, atque etiam in denos pedes undique explanatus, &c. *Id. c. 25.* Serotino autem germinæ malus, tardissimo suber. Ubi perperam aliqui legebant *ardiffimus*, ut probarent etiam masculini generis esse posse. *Col. l. 4. c. 26.* Nam est præcipua cuneis filia olea, quercus, & suber, & siqua sunt familia robora. *Perf. sat. 1.* Ut ramale vetus vegrandi subere coctum.

Suberectus, a, um, aliquantum erectus. *Marcell. Empir. c. 20.* Artus suberecti, recubantemque. *follevari, e appoggiati.*

Subereus, a, um, adject. *di sovero. Seren. Sammonic. carm. 35.* subereus cortex.

Suberies, ei, f. idem fere quod Suber. definitur enim a *Festo*, genus arboris, ex quo cortex natatorius detrahitur, confirmaturque auctoritate *Lucilii*.

Suberigo, is, exi, ctum, a. 3. subtus erigo. *Silius l. 15. v. 155.* Isthmon curvata sublime suberigit unda. ¶ Hinc suberectus apud *Apul. l. 2. Mer.*

Suberinus, a, um, adject. idem quod subereus, *Sidon. l. 2. ep. 2.* Piscator retia suberinis corticibus extendit.

Suberros, as, n. 1. ὑποβαρύνωμαι, sub aliqua re erro, ut Suberrare montibus, hoc est errare sub montibus. *Claud. de consul. Prob. & Olybr. v. 255.* Indigenas fluvios, Italiam quicumque suberrant Montibus. h. e. sub Italiam montibus fluvios.

Subex. V. Subices.

Subexhibeo, es, a. 2. idem quod exhibeo, vel subtus exhibeo. *Arnob. l. 6.* Præsentiam vobis quamdam his nimum subexhiberi simulacris.

Subexplico, as, a. 1. subtus explico, expando. *Arnob. l. 7.* Æsculapius reptit ut coluber, non pedibus se ferens, neque suas subexplicans itiones, sed ventre nixus, ac peccore.

Subfermentatus, a, um, nom. particip. aliquantum fermentatus. *Terul. advers. Valentinian. c. 17.*

Subfervecio. V. Suffervefacio.

Subflavus, vel Sufflavus, a, um, adject. *gialliccio, biondetto*, aliquantum flavus. *Sueton. in Aug. c. 79.* Capillum leniter inflexum, & subflavum.

Subfrigide adverb. *alquanto freddamente, ὑποψυγής*, aliquantum frigide. *Gel. l. 2. c. 9.* Nimis minute, ac prope etiam subfrigide.

Subtrigidus, a, um, *un poco freddo, ὑποψυγής*, nonnihil frigidus. *Amman. l. 17. c. 22.* Oblatrones argumento subtrigido.

Subgrandis, & de, o. 3. ὑπομεγέλης, grandiusculus, aliquantum grandis. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 1. c. 1.* Subgrande cubiculum autem, & hybernum alium valde probavi.

Subgravis, & ve, o. 3. ὑποβαρῦς, aliquantum gravis. *Plin. l. 27. c. 9.* Radice tenui, nigra, subgravi odore. Al. leg. *gravi odore.*

Subgrunda. V. Suggrunda.

Subhæreo, es, fi, sum, n. 2. sub aliqua re hæreo. *Cels. l. 5. c. 28.* At cartilago ubi subhæsit, ipsa sedes docet. *Valer. Max. l. 6. c. 3. n. 10.* In suspensione, & crimine subhæreat necesse est.

Subhastarius, a, um, adject. qui sub hasta, seu auctione ponitur, ut subhastariæ possessiones. *Cod. Theod. l. 3. tit. 6.*

Subhastatio, onis, f. *venta all'incanto. Leg. 2. Cod. de rescind. vendit.* Sub nomine subhastationis publicæ.

Subhasto, as, a. 1. *vendere all'incanto*, Ger. *in auff ruff verkauffen*, Gal. *vendre à l'encant*, Hisp. *vender en almoneda, λατρευτικώδω*, et subhastam mittere, hoc est per auctorem vendere. Solebat enim hasta figi in publicis auctioibus. *Cod. l. 7. tit. 53. l. 5.* Et allegaveris res soli, quæ pigriori datæ sunt, diu subhastatas. *Solin. c. 10. de Thracis:* Nupturæ non parentum arbitrio transeunt ad maritos, sed quæ præ aliis specie valent, subhastari volunt.

Subhorresco, scis, rui, n. 3. nonnihil horresco. *Sifen. apud Non. c. 5. n. m.* V. Subito mare subhorrescere, cæcophage fluetus in se provolvere.

Subhorridus, a, um, ὑποβροχῆς, aliquantum horridus. *Cic. pro Sext. c. 9.* Quia eum tristem semper, quia taciturnum, quia subhorridum, atque incultum videbant.

Subhumidus, a, um, adject. aliquantum humidus. *Cels. l. 3. c. 6.* Subhumidi oculi.

Subiacco, es, cui, n. 2. *giacere, o effor posto sotto, υποκειμαι. Plin. l. 5. ep. 6.* Tuscis Appennino saluberrimo montium subjacent. *Colum. l. 10. v. 195.* Et mater facili mollissima subiacet arvo.

Subiacco, as, a. 1. *trarre in su, lanciare, ἀναρπάζω, sape in altum jacto, ut cum in areis frumenta vanno a paleis feceruntur. Varr. l. 1. R. c. 5.* His vitiis oportet e terra subjactari vallis, aut ventilabris.

Subices pro alto arve, seu pro nubibus posuit *Eru. apud Gell. l. 4. c. 17.* vel a subjiciendo, qua significat in altum tollere, vel quod proxime Diis subjiciantur.

Subicillium, i, n. quod subjiciuntur. Hinc a *Plauto* fubiculum flagri dicitur *μυσταγίας*, qui flagris subjicitur. *In Persa. l. 3. v. 14.* Vir summe, populi flabulum fervitrium, Scortorum liberator, fubiculum flagri, Compedum contritor, pistrinorum civitas.

Subidus, a, um, adject. *Æditi*us vetus poeta *apud Gell. l. 19. c. 9.* Dicere cum conor curam tibi Pampilia cordis, Quid mi abs te queram? verba lahris abeunt: Per pectus miserum manat mihi subido sudor: Sic tacitus, subidus; duplo ideo pereor. *Subidus* videtur esse a *subando*, & significare libidine æquantem, mollem, delicis amorum deditum, minime durum, aut rusticum. Alii interpretantur scientem, videntem, peritum rei amatoriam: unde *insubidus* ponitur pro rudi, rustico, ignaro.

Subiecte, adverb. demissa, humiliter, more hominis subiecti. *Cæsar. l. 1. B. C. c. 84.* Hæc quam potest demississime, atque subiectissime exponit.

Subiectio, onis, f. *il soggiungere, Ger. fustellung, Gal. susjection, Hisp. juccion, ὑποκειναι*, actus subjiciendi. *Auct. ad Her. l. 4.* Illud quoque probandum est genus sententiarum, quod confirmatur subiectione rationis. *Speciatim* accipitur pro suppositione rei adulterinæ pro vera. *Liv. l. 39. c. 19.* Qui talis testimonii, ignis adulterinis, subiectione testamtorum, fraudibus aliis contaminati, eos capitali pœna afficiantur. *Ponitur* quoque pro eo, quod subjicitur, pro basi. *Vitr. l. 10. c. 15. in casapula descriptione:* Subiectio foraminum duodecim. *Subiectio* etiam, Græce Antipophora, est Figura sententiarum, per quam Orator, vel Poeta post interrogationem ipsæ responsum subiungit, ita dicta a *subicio*, qua notat subiungere. *Auct. ad Her. l. 4.* Subiectio est, cum interrogamus adversarios, aut querimus ipsi, quid ab illis, aut quid contra nos dici possit, deinde subicimus id, quod dici oportet, aut quod non oportet, aut nobis adjuvamento futurum sit, aut oblatum illis e contrario. *Intervit* etiam ad explicandum aliud Figuræ genus, nempe Hypotyposis. *Cic. 3. de Or. c. 53.* Rerumque, quasi gerantur, sub aspectum quasi subiectio, quæ & in exponenda re plurimum valet, & ad illustrandum id, quod exponitur.

Subiectivus, a, um, adject. qui subjicitur, seu postponitur. *Tertull. de virg. veland. c. 4.* Subiectivum prius est antecessivo. *Apul. de syllog. c. regorem.* Pars subiectiva nominatur, veluti subdita.

Subiecto, as, a. 1. *lanciare, ἀναρπάζω*, in altum ejaculor. *Virg. 3. Æn. v. 241.* Nigramque alte subiectat arenam. *Ponitur* etiam pro subjicere, seu supponere. *Ovid. 4. Met. de Salmacida Nympha:* Subiectatque manus, invitate pectora tangit. *Hor. l. 2. Sat. 7. v. 94.* Et acres Subiectat lassos stimulos.

Subiectior, oris, m. *ὑποβλάσθε*, qui subjicit, & fere in malam partem accipitur. *Cic. 2. Cass. c. 4.* Quis tota Italia veneficus, quis gladiator, quis latro, quis vicarius, quis parricida, quis testamtorum subiectior &c. h. e. qui falsa testamenta pro veris subjicit.

Subiectus, us, m. 4. idem ac subiectio. *Plin. l. 26. c. 15.* Vulvas quoque procedentes inhibet lotu, vel suffitu, vel subiectu.

Subiectus, a, um, *soggetto, sottoposto, נכבד*, Ger. *unders hon*, Gal. *sujez*, Hisp. *jugeto, suddito, ὑποταχθῆναι*, subditus, alterius imperio parens, obnoxius. *Cic. 2. de nat. Deor.* Nulli naturæ est obediens, aut subiectus Deus. *Id. 4. Tusc.* Tanquam in mare, quod est ventis subiectum. *Id. 5. Tusc.* Sin autem virtus subiecta sub varios, incertoque casus famula fortunæ est. *Virg. 6. Æn.* Parcere subiectis, & debellare superbos. *Hor. l. 2. Sat. 6.* Per totum hoc tempus subiectior in diem, & horam invidiæ. *Item* quod subjicitur in aliquo rerum ordine. *Cic. 4. Tuscul.* Sub metum subiecta sunt pigritia, pudor, terror, timor &c. *Phædr. fab. 19.* Habent insidias hominis blanditiæ mali, quas ut vitemus, verus subiecti monent &c.

Subigito. V. Subagito.

Subigo, is, egi, actum, a. 3. *soggiogare, sottomettere, נכבד*, Ger. *undersich zuwingen*, Gal. *confiner, ὑποτάξω*, subicio, domo, in potestatem, vel ditionem redigo, ex sub, & ago. *Cic. pro Corn. Balbo c. 30.* Quos Gaditanis adiutoribus armis subegimus, atque in ditionem nostram redegitimus. *Plaut. Mostell. 5. 2. 52.* Ego illum verberibus, ut sit quietus, subegero. *Accipitur* etiam pro impellere, sursum agere. *Virg. 1. Georg.* Non aliter, quam qui adverso vix flumine lembum Remigius subigit. *Item* pro cogere. *Tac. l. 14. Ann. c. 24.* Notos quoque equites Romanos operas arenæ promittere subeipit. *Id. 2. Ann. c. 40.* Ue ederet socios, subigi non potuit. *Id. 3. hist. c. 8.* Subigere exercitum ad ditionem. *Item* pro attrahere, agitare, miscere. *Cato c. 74.* Farinam in mortarium indito, aquam paulatim addito, subigitoque pulchre. *Item* pro terere, ut *Gallam subigere*, quod futores faciunt, cum atramentum futurum conficiunt: & translate pro rem habere cum muliere. *Macrob. l. 2. Saturn. c. 3.* Plancus in iudicio forte amici, cum molestum testem destrueret vellet, interrogavit (quia futorem sciebat) quo artificio se teretur: Ille urbane respondit, *Gallam subigo*. Sutorium hoc habetur instrumentum: quod non inlacet in adulteriæ exprobationem ambiguitate convertit. Nam Plancus in Mævia Gallia nupta male audiebat. Hæc *Macrob.* *Item* pro bene arare, bene colere, terram probe versare. *Virg. 1. Georg.* Ante Jovem nulli subigebant arva coloni. *Cic. 2. de nat. Deor.* Quibus cum terræ subigerentur fistione glebarum, &c. *Item* pro ludere. *Virg. 2. Georg.* Aut scrobibus mandet mutata subactis. *Item* pro acure. *Virg. 7. Æn.* Subiguntque in cote secures. *Per translationem* usurpatur de ingenio, pro exercere, translatione sumpta a cultura agrorum. *Cic. 2. de Orat.* Subactio mihi ingenio opus est, ut agro non semel arato, sed novato, & iterato. Subigere aliquem maledictis, est insectari. *Plaut. Trinum. l. 2. 103.*

Subicio, is, jeci, jectum, a. 3. *sottoponere, sottomettere*, Ger. *unterverweisen*, Gal. *soumettre, assujettir*, Hisp. *someter, ὑποτάξω*, suppono. *Cic. 3. Verr. Ligna.* & tarmenta circumdare, ignem subijcere cœperunt. *Id. 2. Off. c. 7.* Subijciunt se homines imperio alterius, & potestati. *Id. ib.* Hastam in foro ponere, & bona civium voci subijcere præconis. *Id. ibid.* Huic verbo omnes, qui ubique sunt, qui Latine sciunt, duas res subijciunt, lætitiæ in animo, commotionem suavem jucunditatis in corpore. h. e. duo significata dicunt esse sub hoc verbo. *Liv. l. 3. c. 69.* Fœdiora his, quæ subijciuntur oculis nuntiantes. *Id. l. 29.* In locum alterius subijcere. *Quintil. l. 8. c. ult.* Nam Translatio promovendis animis plerumque, & lignandis rebus, ac sub oculos subijciendis reperta est. *Subijcere arietem*, est illum pro se immolare. *Fest. ut Scaliger*

corrigit Subjici aries dicitur, quem quis agit, ut pro se cedatur, ut ait Antistius: Quod fit, ut ait Cincius libro de officio Jurisconsulti, ut exemplo Atheniensium, apud quos expandi gratia aries inquit ab eo, qui scelus admisit pœnæ pendendæ loco. *In leg. Numæ:* Pro capite occidi, & natis ejus in concione arietem subijcitur. *Item* pro falsa, seu adulterina pro veris supponere. *Cic. 1. Phil. c. 3.* Testamenta, credo, subijciunt, aut eijciunt vicinos. *Plin. l. 10. c. 9.* Causa subijcendi pullos putatur, quod &c. *Item* pro colere, arare. *Cic. 2. de Leg. Terræ cultum* segniori fupior fore, si ad eam tuendam, ferroque subijciendam superstitionis aliquid accesserit. *Item* pro submittere, fubornare. *Quintil. l. 5. c. 7. de testibus:* Nam frequenter ad adversario subijci solent. *Cæsar. l. 1. B. Civ. c. 33.* Subijcitur L. Metellus, qui hanc rem diftrahat. *Item* pro fuggerere, submonere, in memoriam redigere. *Ter. Phor. 2. 3. 40.* Si meministi, quod olim dictum est, subijce. *Liv. l. 45. c. 18. in fi.* Subijcere consilia certiora. *Cic. Verr. 7.* Cupio mihi ab illo subijci, si quid prætereo. *Item* pro subdere, addere, adiungere. *Cic. 2. de Div.* Et quidem, cur sic opinetur, rationem subijcit. *Id. 7. Verr.* At quæ causa tum subijciatur ab ipso, Judices, hujus tam nefariæ crudelitatis? *Item* pro respondere. *Virg. 3. Æn.* Subijcio, & raris turbatur vocibus hisco. *Item* pro sursum jacere. *Virg. 12. Æn. v. 287.* Et corpora saltu subijcitur in equos. *Id. Ecl. 10.* Quantum verè novo viridis fe subijcit alnus. h. e. fe erigit, & altior fit. *Ovid. 10. Metam. v. 183.* Tollere Tanarides orhem properabat; at illum Dura repercutsum subijcit in aera tellus in vultus, Hyacinthe, tuos. *Item* pro exponere, obijcere. *Liv. l. 28.* Subijcere aliquid calumniæ. *Cic. 1. de Orat.* Subijcere fraudem nocentis odio civium. *Item* pro haste subijcere, venderi all'incanto. *Sueton. in Calig. c. 38.* Auctione propofita, reliquias spectaculorum subijcit, & venditavit.

Subijcio, as, a. 1. *ὑποκρίνω*, frequenter subijcio. *Plaut. Cas. 5. 4. 2.* Nunc tu si venis subijcitur me, proba est occasio. Alii leg. *subigitara.*

Subimpetro, as, a. 1. affertur a quibusdam Lexicographis ex *Tacit. Ann. 4. c. 23.* sed ibi legitur *ubi impetrando, non subimpetrando.*

Subimpudens, entis, o. 3. *alquanto sfacciatto, ὑπαναγκυρωτος*, nonnihl impudens. *Cic. l. 7. Fam. ep. 17.* Interdum timidus in labore militari, sæpe autem etiam subimpudens videbare.

Subinanis, & ne, o. 3. *ὑπόκετος*, nonnihl vacui habens, aut inanitatis. *Cic. ad Att. l. 2. ep. 17.* Quin etiam, quod est subinane in nobis, & non ἀρηγόροτος, &c.

Subinde, adv. *poi, postea, פריע*, Ger. *eins vwegs darauff*, Gal. *incominent apres*, Hisp. *loego, אמת*, deinde, post. *Hor. l. 1. ep. 8.* Si dicit recte, primum gaudere, subinde Præceptum auriculis hoc inflillare memento. *Vell. l. 1. c. 7.* Qui dicit, Capuam ab usdem conditam, ac subinde Nolan. *Ponitur* etiam pro identidem, sive crebro, & per intervalla, *di quando in quando.* *Suet. in Tib. c. 37.* Subinde in objurgando appellans eum lutum a sanguine maceratum. *Plin. l. 2. ep. 7.* Erant ergo pergratum mihi hanc effigiem ejus subinde intæri, subinde respicere.

Subindo, is, a. 3. *soggiungere, aggiungere.* *Avel. Vist. de orig. Rom. c. 3.* Secundum quod nolter cognomento sic intulit *Hanc Janus Pater*, &c. ac subindit *Jantulum huic*, &c.

Subinflatus, a, um, adject. inflatus, superbiens. *Arnob. l. 2.* In opinione scientia subinflati pectoris tumore tolli.

Subinfluo, is, n. 3. *subtus fluo.* *Senec. l. 3. Quæst. nat. c. ult.* Aliæ aquæ subinfluent terras, aliæ circumfluent.

Subinjectus, a, um, particip. a sub, & injectio. *Senec. Controv. 13.* Subinjecta manu fatelles, quid moraris? inquit, jam exposita tormenta sunt. *poste le mani addosso.*

Subinfulsus, a, um, *ὑποβαλως*, aliquantulum infulsus. *Cic. de opt. gen. Or. c. 3.* Est enim vitiosum in sententia, si quid absurdum, aut alienum, aut non acutum, aut subinfulsum est.

Subintrodo, is, *subintrare.* *Arnob. l. 6.* Qui Mars fuerat, subintroire speciem Jovis possit Hammonis. h. e. Jovis personam induere.

Subinvideo, es, n. 2. *ὑποβλέπω*, aliquantulum invideo. *Cic. l. 7. Fam. epist. 10.* Subinvideo tibi ultra te etiam accesserit ab eo.

Subinvisus, a, um, *ὑποβλεπόμενος*, aliquantulum invisus. *Cic. pro Rab. Post. c. 14.* Subinvisum apud malevolos Posthumi nomen propter opinionem pecuniarum nescio quam.

Subinvito, as, a. 1. *ὑποκαλεω*, aliquantulum invito, & provoco. *Cic. l. 7. Fam. epist. 1.* Quod me quadam epistola subinvitaras.

Subirafcor, eris, d. 3. *adirarsi alquanto, ὑπερηχόμενος*, nonnihl irafcor. *Cic. 2. Fin. c. 4.* Et tu satis clemens sum in disputando, tamen interdum soleo subirafci.

Subiratus, a, um, aliquantum iratus. *Cic. 1. de Or. c. 16.* Sed ut solebat C. Lucellius sæpe dicere homo tibi subiratus, mihi propter eam ipsam causam minus, quam volebat, familiaris.

Subis, his, f. avis ex genere picorum, quæ aquilatum nodos infestat, & earum ova frangit. *Plin. l. 10. c. 19.* *Ab Aristotele* vocatur *σπίπτα*, vel ut alii leg. *σπίτα*, sitta.

Subitarus, a, um, idem quod subitus. *Col. l. 1. c. 6.* Si subitaneus imber accesserit.

Subitarius, a, um, idem ac subitus. Subitarii milites, qui subito colliguntur. *Liv. l. 5. c. 4.* Ad eum expellendum Latini, Hernicique, & Colonia Antium dare Quintio subitariis milites (ita tum repentina auxilia appellabant) iussit. *Id. ib. c. 30.* Exercitium subitarium scribere.

Subito, adv. *all'improvviso, פתאום*, Ger. *gestilgen*, Gal. *soudain*, Hisp. *subitamente, ἄμετρος*, repente, confestim, ex tempore. *Cic. pro Pone. c. 15.* Cum tot bella aut nobis necessario suscipiantur, aut subito, atque improvviso nascantur. *Virg. 4. Georg.* Dixit, & ex oculis subito, ceu finnis in auras Commisit tenuis fugit. *Item* reflexivè, præpropere, *alla presta, in prestia.* *Cæsar. l. 2. B. Gall. c. 33.* Scutis ex cortice factis, aut viminibus intextis, quæ subito, ut temporis exiguitas postulat, pellibus inluserant.

Subitus, a, um, *subito, repensino, improvviso, פתאום*, Ger. *schnell*, Gal. *subit, soudain*, Hisp. *subito, αἰσθιδως*, repentinus. *Cic. l. 10. Fam. Neve* in rebus tam subitis, tamque angustis a Senatu consilium petendum putem. *Id. l. 13. ep. 2.* Nam propter opera instituta multa multorum subitus est ei remigrare. *Substantivi* more *Tacit. in Agris. c. 37.* Quatuor equitum alæ ad subita belli retentæ. *Id. 15. Ann. c. 59.* Subitæ etiam fortes viros terrenti.

Subjugalis, & le, o. 3. *ὑποζυγίος*, sub jugo affuetus, domitus. *Prudent. in Rom. v. 333.* Jumentæ, pecuæ, subjugales beluas.

Subjugator, oris, m. *soggiogatore*, ut, malorum subjugator, *Apul. de morib. Philof.*

Subjugatus, a, um, nom. ex partic. *soggiogato*, ut subjugata provincia, *African. in Verin. de præ. urb.* subjugatus exercitus. *Veger. l. 3. de re milit. c. 10.*

Subjugis, & ge, o. 3. *ὑποζυγίος, ὑποζυγίδης*, quod sub jugo est, quod jugo affuevit. *Plin. l. 11. c. 49.* Nero ostentabat hermaphroditas subjuges carpento suo equas. *Al. leg. subjugatas.* *Subjugia* lora, quibus jugum

3. cap. 28. Pustulæ eminent sublivida, aut pallida. Adde r. 16. m. 20.
 Sublivianus, a, um, dell' Aurora, ἀυρολιανός, quod est circa lucem, ut
 antelucanus, quod lucem antecedit. *Plin. l. 11. c. 12.* Venit mel ex ac-
 re, nec omnino prius Vergiliarum exortu, sublivianis temporibus.
 Sublivio, es, n. 2. *risplendere alquanto*, Germ. ein venenigscheinen, Gal.
 enveleure, luire un peu, Hisp. luzir un poco, ὑποσπλαγίω, aliquidan-
 tum luco. *Cic. in Arato*: Hunc retinens Arias sublivet corpore totus.
Orat. 1. Amor. eleg. 3. Qualia sublivent fugiente crepuscula Phæbo. *Id.*
epist. 20. Candida nec misto sublivet ora rubore.
 Sublividus, a, um, adject. *alquanto lucido*, ut sublividus lucus, *Apul.*
l. 6. A. A. post princip.
 Sublivo, as, a. 1. *ragliare, ὑποκλάω*, ramos arborum supputo, & *Festus*:
 Sublivare arbores, est ramos earum supputare, & veluti subtus lucem
 mittere: conlivare autem fecissis arboribus locum implere luce.
 Sublugo, es, a. 2. idem quod lugo. *In Cenotaph. Pisano C. Cæsaris*. Ma-
 tronas, quæ in Colonia nostra sunt, sublugere &c.
 Subludo, is, lui, lutum, a. 3. *lavare di sotto, ὑπολάω*, subtus lavo, ex-
 purgo. *Martial. l. 6. ep. 87.* Inguina sic toto subluis in folio. *Col. l. 6.*
c. 32. Intertrigo bis in die subluitur aqua catida. *Ces. l. 7. B. Gall. c.*
69. Cujus collis radices duo duabus ex partibus flumina sublivebant.
 h. e. subter fluendo alluebant.
 Subluridus, a, um, ὑποκλάω, aliquidantum luridus. *in suppositis*
Amphib. Plauti, scena que incipit, Quis tam vasto in sine. Ut primum
 convit cicatrix rutula, sublurida.
 Sublustris, & stre, o. 3. *alquanto chiaro, ὑπὸ λαμπρος*, idem quod subil-
 lustris, hoc est obcurus quidem, sed tamen lumine aliquo illustratus, ut
 sublustris nox, & sublustris umbra, quæ habet aliquid luminis.
Virg. 9. Æn. Et galea Euryalium sublustris noctis in umbra Prodidit im-
 memorem. *Liv. l. 5. c. 47.* Noctē sublustris cum primo incremi, qui
 tentaret viam, præmississent. ¶ Translate ponitur pro eo, quod ha-
 bet aliquid ornamenti. *Gell. l. 13. c. 24. de Catonis oratione.* Quæ quoniam
 sunt eloquentiæ Latine tunc primum exorientis lumina, verba
 quædam sublustris libitum est ἀγλαυροσύνη.
 Subluteus, a, um, adject. aliquidantum luteus. *Arnob. l. 7.* Color purpu-
 rei luminis offensione subluteus. *Apulei. l. 2. Florid.* Non color lacteus
 ille, vel lividus, vel utrinque subluteus.
 Sublutos, a, um, partic. a subluor. *Martial. l. 2. epist. 42.* Zoile, quid
 solum subluto podice perdis?
 Sublucies, ei, f. 5. *bruttaria, jordanizza, πότρη*, sordes, & immunditiæ,
 quas & illuvium, proluviem vocamus. *Apul. l. 9. Metam.* Via sublucie
 cenosa lubrica. ¶ Est etiam genus morbi in discrimine unguæ ovium
 nascens. *Col. l. 7. c. 5.* Clavi quoque dupliciter insistant ovem, sive
 cum sublucies, atque intertrigo in ipso discrimine unguæ nascitur,
 seu cum idem locus tuberculum habet.
 Submanans, tis, nom. particip. subtus manans. *Vitruv. l. 8. c. 1.* Aquæ
 ex montibus sub terra submanantes.
 Submanus. V. Summanus.
 Submassa. V. Massa.
 Submicio, is, n. 3. subtus micio. *Marcell. Empir. c. 8.*
 Submeilus, li, m. qui in lectulo mingit. *Marcell. Empir. c. 26.*
 Submemoratio, onis, f. ὑπομνήσις, commentarius, scriptura, documen-
 tum, in quo aliquid memorie causa perscribitur. *Modesl. leg. 13. Dig.*
de excusat. tutor. &c. Opportet autem unam testari ante Tribunal, vel
 aliter in submemoratoriibus.
 Submergo, is, si, sum, a. 3. *sommergere, annegare, ὑποβύω*, Ger. *vasser*
das vasser trucken, Gal. *enfoncer*, Hisp. *abogar, anegar, vaxar*, sub
 aquas mergo. *Virg. l. Æn.* Pallas ne exurere classem Argivum, atque
 ipsos potuit submergere ponto?
 Submersio, onis, f. actus submergendi, ut submersio seminum, apud
Arnob. l. 5. h. e. feminum in terram depositio.
 Submersus, a, um, *sommerger*, Βιδιος, ὑποβύσιος, partic. a submergor.
Cic. l. de Div. c. 33. Submersus equus voraginibus non exitit. *Id. 2. de*
nat. Deor. c. 39. Quot genera, quamque disparia partim submersarum,
 partim fluitantium, & innatantium beluarum, partim ad saxa nativis
 testis inhærentes? *Col. l. 12. c. 4.* Ubi non innatent, sed semper sint juve
 submersa. *Claudian. de IV. Consul. Honor. v. 221.* Virtus submersa tenebris.
 Submersus, us, m. *sommerfione*. *Tertull. de anima, c. 32.*
 Submersus, a, um, ὑπὸ κέλευτος, tere merus. *Plaut. Stich. a. 1. ad fin.* Næ ite
 ædepol vium poculo pauxillulo sæpe exantlavit submerum scitissimum.
 Submista, æ, f. velis genus, a minium, propter coloris rubedinem.
Plaut. Epid. a. 2. fr. 2. v. 48. Crocotulam, Supparum, aut submisti-
 am, basilicum, aut exotium.
 Subministratio, onis, i. actus subministrandi. *Tertull. in Apolog. c. 48.*
 Subministratio incorruptibilitatis.
 Subministrator, oris, m. suppeditor, largitor. *Sen. epist. 115.* Submini-
 strator, testisque libidinum, quarum sibi usum capiendo abulit.
 Subministratus, us, m. actus ministrandi. *Mærob. l. 7. Saturn. c. 12.* Ci-
 bus exiguo subministratu paulatim penuriam consolatur.
 Subministratus, as, a. 1. *subministrare, porgere, dare, γῆν*, Ger. *dargeben*,
 Gal. *fourrir*, Hisp. *basfecer, prover, उपपय*, subservio, porrgo, sup-
 pedio. *Ces. l. 1. bell. Gall. c. 40.* Hæc sibi esse curæ, frumentum Sequan-
 os, Leucos, Lingones subministrare. *Cic. l. 1. de Invent.* Qui huic arti
 plurima adjumenta, atque ornamenta subministravit. *Id. pro Cæl. c. 9.*
 Palam in eum tela jacitur, clam subministrantur.
 Submissè, vel summissè, adv. *umilmentè, ταπεινός, ὑψιμαίως*, humiliter,
 demissè. *Cic. pro Planc.* Qui mihi non nimis submissè supplicavit. *Id. 1.*
Offic. c. 26. Submissus se gerere. *Id. 2. de Orat. c. 53.* Submissè dicere
parlar basso.
 Submissum, adv. *con bassa voce*. *Suet. in Aug. c. 74.* Nam & ad commu-
 nicationem sermonis tacentes, etiam submissum labiantes provocabat.
 Submissio, onis, f. *sommissione, abbasione, ταπεινωσις, χυδασις*, a-
 ctus submittendi, depressio. *Cic. 1. Offic. c. 41.* Ex locutione, ex reticen-
 tia, ex contentione vocis, ex submissione, ex cæteris similibus facile
 iudicabimus, quid eorum apte fiat. *Id. in Orat. c. 25.* Submissio oratio-
 nis. *Id. in Top. c. 18.* Parium comparatio nec elationem habet, nec sub-
 missionem: est enim æqualis.
 Submissus, us, m. immissio, inductio. *Tertullian. l. 5. contra Marcian. c.*
16. Ex submissu erroris ulscitur.
 Submissus, a, um, *sommeffo, abbasio, νηλαμαίως*, nom. ex partic. a
 submittor. *Liv. l. 1.* Eam submissas infantibus adeo mitem præbuisse
 mammas. *Id. l. 44. c. 6.* de *sestusie militari*: Stantibus primis, secundis
 submissioribus, postremis etiam genu nixis. ¶ Translate ponitur
 pro humili, non elato, non claro. *Cic. pro Planc.* Submissa voce agam,
 tantum ut iudicos audiant. *Ces. l. 3. bell. Civ.* Submissa oratione loqui
 ad animum, pro vili, & abjecto. *Cic. 1. Offic.* Privatum autem oportet
 æquo, & pari cum civibus jure vivere, neque submissum, & abjectum,
 neque fefferentem. *Id. 4. Tusc.* Nam videndum est in utrisque, ne-
 quid humile, submissum, molle, effœminatam, tractum, abjectumque

faciamus. ¶ Item pro placato. *Stat. 1. Theb. v. 463.* ardentem ten.:
 reverentia cædis Latoilem, tristemetque viro submissum honorem Lar-
 gitor vitæ.
 Submittit, is, si, um, a. 3. *sottomettere, ὑποβάλλω*, Ger. *nieder laffen*, Gal.
soumettre, Hisp. *someter, υποβαλλω*, subdo, subijcio. *Hor. l. 2. epist. 1.* Et
 mihi res, non me rebus submittere conor. ¶ Submittere falces populo,
 vel januæ domus alicuius dicebantur Magistratus, cum transeuntes
 ante populum, vel ad populum concionem habentes, vel alicuius ædes
 ingredientibus, inclinari eos, & deprimi jubebant, & non surrectos
 teneri. *Liv. l. 2. de P. Valerio Poplicola.* Vocato a.1 concionem populo,
 submissis faucibus in concionem ascendit. *Pl. l. 7. c. 30.* Falces licitoris
 januæ submissit is, cui se Oriens, Occidentique submiserat. ¶ Hinc
 falces submittere per Metaphoram est cedere. *Cic. in Brut.* Et cum tibi
 ætas nostra jam cederet, fascesque submitteret. ¶ Submittere factum
 matris est supponere, seu alendum præbere. *Col. l. 7. c. 4.* Singuli a-
 gni bonis matribus submittendi. ¶ Tauros submittere, est subijcere
 iugo ad arandum, domare, subiugare. *Virg. 1. Ecl. Pascite*, ut ante,
 hoves pueri, submittite tauros. Quidam interpretantur, educate, atque
 alite propagande joubolis gratia. ¶ Accipitur etiam pro demittere,
 deorsum mittere, lascivis cadere, lascivis andare, lascivis cecidere, ut Sub-
 mittere capillum, vel barbam, Submittere progeniem, vel pampinum
 vitis, idest non refecare, sed sinere, ut crescat, & uvæ progneret.
Col. l. 3. c. 10. Ideo in refecem submitti, ut prognerare possit. *Id. l. 11.*
c. 2. Submittere prata in sænum. *Plin. l. 7. epist. 27.* Reis moris est sub-
 mittere capillum. ¶ Submittere genua, est hestere, & incurvare.
Plin. l. 8. c. 1. de elephantis: Nam, quod ad docilitatem attinet, Regem
 adorant, genua submittunt, coronas porrigunt. *Id. l. 11. c. 48.* Hæc de
 caufa inter initia pasci, nisi submissis genibus, non possunt. ¶ Sub-
 mittere se, per Translationem, est se humiliare. *Cic. de Am. Quamobrem*
 ut ii, qui superiores sunt, submittere se debent in amicitia,
 sic quodammodo inferiores extollere. *Id. pro Planc.* Appellavi Populum,
 Tribubus submissi me, & supplicavi. ¶ Submittere animum, est ani-
 mum despondere, demittere. *Brutus ad Antonium l. 11. Fam. epist. 2.*
 Neque enim decet, aut convenit nobis periculo ulli submittere animum
 nostrum. *Liv. l. 23. c. 25.* Ne, qui Cannensium ruinæ non succubissent,
 ad minores calamitates animos submitterent. ¶ Vocem submittere,
 est demittere, remittere. *Cic. 1. Verr.* Sæpe illum, qui est secundarium,
 est tertiarium partium, cum possit aliquanto clarius dicere, quam ipse
 primarium, multum submittere, ut ille princeps quam maxime excellat.
 ¶ Usurpatur quoque pro minuere, extenuare. *Plin. l. 29. c. 1.* Sed æ-
 mulli pretia submittunt. ¶ Item pro calanculum, & fartum mittere,
 eos allegare. *Cic. 5. Verr.* Submittat iste Timarehidem, qui moneret
 seos, qui aspernet, ut transigerent. *Ces. l. 4. bell. Gall.* Et quos laboran-
 tes conflexerat, iis subsidia submittitabat. *Suet. in Ces.* Submissis non-
 nunquam licitoribus, atque militibus. ¶ Item pro subornare. *Suet.*
in Ner. c. 28. Submissis Confularibus viris, qui regio genere ortam pe-
 jerant. ¶ Item pro subrogare, vel successorum mittere alicui. *Cic.*
de Prov. Conf. Huic vos non submittetis? hunc diutius manere patie-
 mini? ¶ Item pro substituere. *Ulp. l. verus fuit questio, in fine, ff.*
de usufructu: Debetur ex natis gregem supplere, idest in locum capi-
 tum defunctorum, vel inutilium alia submittere. ¶ Item pro admis-
 sarios facere, alere procreandæ causa sobolis. *Virg. 3. Georg. v. 160.* Et
 quos aut pecori malint submittere habendo. *Id. ibid. v. 73.* Tu modo
 quos in spem status submittere gentis.
 Submulus, a, um, adject. *alquanto mello*, subtristis. *Amman. l. 30. c.*
1. Demisse ambulans, semperque submulus.
 Submolestè, adv. ὑποσφοπός, aliquidantum molestè. *Cic. Att. l. 5. epist. 27.*
 Te non esse Romæ meo tempore pernecessario, submolestè fero.
 Submolestus, a, um, ὑποσφοπός, nonnihil molestus. *Cic. ad Att. l. 16. epist.*
4. Illud est mihi submolestum, quod parum properare Brutus videtur.
 Submondo, es, a. 2. ὑπομυμνέω, latenter, leviter, paucis moneo.
Ter. Eun. 3. 22. Submonuit me Parmeno, quod ego arripit. *Plin. l.*
1. epist. 2. Quoties paulum itinere decedere non intemptivis amoniti-
 vibus submonebamur.
 Submorosus, a, um, ὑποσφοπός, nonnihil morosus. *Cic. 2. de Or. c. 69.*
 Me quidem hercule valde illa movent itomachosa, & quæ submorosa
 ridicula.
 Submōtor, oris, m. qui submovet. *Liv. l. 35. c. 29.* Submotor aditus,
 præco, accensus, infueta omnia oculis, auribusque.
 Submōtus, a, um, *rimosso*. *Cic. pro Flacc.* Quis scisceret Plebs, aut quæ
 Populus juberet submota concione, distributis partibus, &c. *Plin. l. 2.*
Subvulus, as, a. 1. *olare* in su, Ger. *auffisgen*, Gal. *voler* *non peu en haut*, Hisp. *volar*, *ὑποίπικη*, sursum volvo. *Cic. 1. Tusc. c. 17*. Sic hæ sursum rellis lucis in cœlestem locum subvulens. *Ovid. 4. Metam.* Numerusque ex ordine major Subvolut, & remos plausis circumvolat alis.

Subvolutus, V. Subvolutus.

Subvolvō, vis, a. 3. *ὑπβαλίω*, sursum volvo. *Virg. 1. Æn. v. 424*. Moli- que arcem, & manibus subvolvete saxa.

Subvura, æ, f. vel Subvura, la Subvura, vicus, & via Romæ, in 2. regione, quæ Cœliomontana vocatur, & vulgo *Riane de Monti*, ubi olim metrices habitabant. Nomen Subvuræ ex eo fortasse est, quod locus is sub urbe foret. Nam muro terreo suberat, ut docet Junius apud *Var. l. 4. L. L.* Verum idem *Varro ibid.* & *Festus* scribere, Subvuram a pago Succulano dictam, hoc vero maxime probari eorum auctoritate, qui ejus ita appellatam & regionem urbis, & tribum, a stativo præfio, quod solium sit succurrere Equilibus, infestantibus eam partem urbis Gaminis, indicioque esse, quod adhuc ea tribus per C literam, non B, scribatur. *Martial. lib. 6.* Famæ non nimium bonæ puellam, Quæ les in media sedent Subvura. *Perf. sat. 5.* Totaque impune Subvura Permissit spæritæ oculos mihi candidus umbo.

Subvuranus, vel Subvuranus, a, um, quod ad Suburam spectat. *Festus*: Subvuranam Tribum antea Succufanam per C appellabant ex nomine regionis. Nam partem illam quoque tradunt fuisse Succufanam dictam. Verrius autem ait, se miratum esse, cur non a nomine pagi Succufani, in quo milites exercebantur. *Hor. Epod. 5.* Senem, quod omnes nuceant, adulterum Latrent Subvuranæ canes.

Suburbanitas, atis, f. *πρωστῆριον*, locorum suburbarum situs, urbis vicinitas. *Cic. 4. Per. de Sicilia. c. 3.* Sic populo Romano jucunda suburhanitas est hujusce provincie.

Suburbanum, ni, subit, n. *πρωστῆριον* *ἢ ἐν τῷ πρωστῆρι χωρίον*, prædium urbi vicinum. *Suet. in Aug.* Nutritiorum ejus ostenditur adhuc locus in avito suburbaro, juxta Velitras permodicus. *Cic. pro Rab. Post. c. 10.* In hortis, aut suburbanis suis.

Suburbanus, a, um, *vicino alla città*, *πρωστῆριος*, *ὁ ἄστυ παρακείμενος*, quod urbi vicinum est. *Cic. 2. de Div.* Ita aqua albana deducta ad utilitatem agri suburbari, non ad arcem, urbemque retinendam. *Id. 1. de Or. c. 21.* Et longe Academie illi, ac Lycio tuum hoc suburbanum gymnasium antepo-nam.

Suburbicatus, a, um, idem ac suburbanus, ut Suburbicariæ regiones, Suburbicariæ partes, *Cod. Theodos. l. 9. deannonis, & tributis*.

Suburbium, ii, n. *πρωστῆριον*, *subborgo*, frequentes extra urbem domus inlita vici urbani adificatæ. *Cic. 12. Phil. c. 10.* Qui Terminalibus super in suburbium, ut eodem die reverteter, ire non ausus sim?

Suburdo, es, a. 2. aliquantum urgeo. *Virg. 5. Æn.* Dum protam ad sagæ suburget.

Suburo, is, fi, sum, a. 3. leviter uto. *Suet. in Aug. c. 68.* Solitiquæ fit cura suburere nuce ardentis.

Subvura, V. Subura.

Subvultio, onis, f. *Leg. 31. Cod. Theodos. de operibus publ.* subvultio, Thermanarum, vocatur, quæ ab *Anniano l. 31. c. 1.* succennio Iasacri dicitur,

hoc est calefactio, quia lavacra ex inferiore loco calebant.

Subvulus, vel Subvulus, a, um, nom. ex particip. *pelato*, *neto da peli*. *Scipio apud Gel. l. 7. c. 12.* Qui barba volva, leminibusque subvulus ambulet.

Subvulturium, a, um, qui tusco colore est instar vulturis. *Plaut. Rud. 2. 4. 9.* Eja corpus cujusmodi subvulturium illud quidem, subvulturium volui dicere.

Succæus, us, m. *il cadere all'ingio*. *Varro apud Non. c. 6. n. 21.* Ventus succæus vehementius fufflare. Alii leg. *suo casu*.

Succedaneus, a, um, *successore*, Ger. *nachfolger*, Gal. *successor*, Hisp. *sucessor*, *διαδοχῆς*, *ἀνταρῆς*, quod alteri succedit, seu quod pro alio subijcitur. *Plaut. Epid. 1. 2. 37.* Ut meum tergum fultitæ tue fubdas succedaneum? *Ulp. l. 3. in fine*, ff. *de administr. tutor.* Nec patitur, ut succedanei sint alieni periculi. *Id. l. 4. ff. de Magistr. conv.* Hæres ipsius, dolo proximæ culpæ succedaneus est. Eoipso modo in *Cod. legas*, succedaneum damni, solutionis, functionis, &c. ¶ Succedanea, seu succedanea hostia dicebatur, quæ in locum alterius succedebat, & mactabatur. *Sen. in 2. Æn. v. 145.* More antiquo hostia si effugisset, effugia dicebatur, quæ autem supposita fuerat, succedanea appellabatur. *Id. l. 4. c. 2.* Si primis hostiis litatum non erat, alia post eadem ductæ hostiæ cedebantur, quæ quasi prioribus iam cæsis, luendi piacui causa subiebantur, & succedebant; ob id succedanea nominatæ. *Apul. l. 8. Metam.* Postquam non cervam pro virgine, sed alium pro homine succedaneum videre. ¶ Disputant Grammatici, & Etymologi, sit ne succidanea hostia a succedendo, an a succidendo, quod scilicet posteriore loco cadatur: hoc acriter defenditur a *Gellio loc. cit.* illud a Mario Visorino, & aliis: sed tota hujusmodi lis nihil ad notionem, usumque verbi facit.

Succedo, is, effi, eilum, n. 3. *andar sotto*, *entrare*, Ger. *undergehen*, Gal. *succeder*, Hisp. *sucesser*, *επιβήμιμα*, subeo, ingredior. *Cic. pro Dom. l. 1.* testum quo imbris vitæ causa succederet, nullum haberet. *Cef. l. 2. B. G.* Testudine tacta portis succedunt, murumque subruunt. *Virg. 3. Æn. Parvæ succedimus urbi. L. v. l. 1.* Nec manere ergo, nec transire aperte ausus, sentim ad montes uccedit. *Sallust. apud Serv. in Ælog. 5.* Cum murum hostium succedisse, pœnas dederat. *Rursus Cic. 1. de Orat. c. 33.* Sub acumen sili subeant, succedant, necesse est. ¶ Sumitur etiam pro in alterius locum venire succedere. *Cef. l. 5. B. G.* Integrique, & recentes delatigatis succederent *Cic. l. 12. Fam. ep. 4.* Dolabella valde vituperabatur ab hominibus non insulsis, quod tibi tam cito succederet. *Id. 3. Off.* Ut veros hæredes noveat, in eorum locum ipse succedat? ¶ Usurpatur etiam imperf. *ic. in Pison.* Cum tu non solum, quod tibi succederetur, sed quod Gbinio non succederetur, exanguis, & mortuus concidisti. *Id. l. 13. Fam. ep. 30.* Qui, cum forte Quæstor Macedoniam obtineret, neque ei succulsum esset. ¶ Est etiam prospere cadere, felicem exitum habere, *av. buon successo*, *andar bene*. Varie constituitur. *Ter. And. 4. 1. 46.* Hæc non succellit, alia egrediemur via. *Cic. Q. Fr. l. 2. ep. 13.* Si ex fententia succellerit, bene erit opera posita. *Plaut. Misl. 3. 2. in fine.* Lepide hæ succedit sub manus negotium. *Liv. l. 21.* Non ita prospere, ubi ad exitum operis ventum est, cæpiis succedebat.

Succendo, is, endi, ensum, a. 3. *accendere*, *ἑρῆν*, Germ. *anzunden*, Gal. *enflammer*, Hisp. *encender*, *επικαίω*, ignem subijcio, accendo, incendio. *Lucan. l. 6. v. 78.* Alterius flamma crinesque, genasque succendit. ¶ Translate enflaccare. *Id. ibid. v. 171.* movit tantum vox illa furorē, Quantumton primo succendit clastica cantu.

Succensio, es, fi, sine sup. *adarsis*, *ἔρη*, Germ. *zornig sein*, Gal. *so marrire*, Hisp. *elajar*, *ἀνυπαξία*, irasci. *Cic. pro Deiot. c. 13.* Non enim jam metu, ne illi succensas: illud vereris, ne tibi illum succensere aliqui suspicere. *Ter. And. 2. 3. 2.* Si id succenset nunc, quia non det tibi morem Chremes. *Gel. l. 16. c. 11.* Pyllos re aquaria defectos, eam iram graviter Austro succensuisse. *Plaut. Bacc. 3. 4. 27.* Ne quid ei succenset mea causa de auro.

Succensio, onis, f. calefactio, ut succensio lavacri, *Ammian. l. 31. c. 1. V. Subulsi*. ¶ Item accensio, illustratio. *Tertull. de rever. carn. c. 25.* Redaccensur enim & stellarum radii, quos matutina succensio extinxerat. ¶ Item indignatio, ira, a *succensio*. *Symmach. l. 5. ep. 35.* Literæ tuæ officii plenitudine memoriam succensiois obtulerant.

Succensus, a, um, nom. particip. *accensio*. *Liv. l. 28.* In succensum rogam injicere corpora. *Cic. in Pison. c. 18.* Succensus ignibus torreris. ¶ Translate *Senec. in off. Fur. v. 779.* Lapithæque multo in bella succensus mero. *Ovid. heroid. ep. 15. v. 197.* Succensus amore. *Silius l. 1. v. 169.* Succensus ira.

Succentivus, a, um, adject. qui cum alio cant. *Var. l. 1. R. c. 2.* Dexterâ tibi alia, quam sinistra, ita ut tamen sit quodammodo conjuncta, quod est altera ejusdem carminis modorum incentiva, altera succentiva *accordata con l'altre*.

Succentor, oris, m. qui succinit, & cantem suum cum alio, sed submissim accomodat: hanc enim eandem significationem habet *succentor*, quæ usit verbale. Translate *Ammian. l. 19. c. 38.* Paulo succentore fularum crudelium. h. e. impulfore. ¶ *Isidorus l. 6. Orig. c. 19.* aliter succentorem definit: ait enim tres esse in cantando gradus, primum succentoris, (h. e. ejus, qui cantum incipit) secundum incentonis, tertium accentoris.

Succenturiatus, a, um, *ὑπερπύραπτο*, qui additus est in supplementum centurie, partic. a succenturior. *Ter. Phorm. a. 1. sc. 4. in fine*: Nunc prior modo tu, ego in insidiis hic ero succenturiatus, liquid deficiet. Ubi sic *Dante*: Tota Metaphora de re militari est. Succenturiati dicuntur, qui splendens centuriæ gratia subijcitur se ad supplementum ordinum.

Succenturio, as, a. 1. *reclutare*, *επιπυραπτο*, est in locum occisorum militum alios substituire, a *centuria*. *Fest.* Succenturiare est expendæ centuriæ gratia supplere, subijcere. Plautus in Saturatione: Succenturiam centum, require, qui te delectet domi. Et Cælius in Triumpho: Nunc meæ malitiæ astutia opus est succenturiata. ¶ Translate dicitur de quacunque re, cum in locum rei, quæ aulterur, alia statim substituitur. *Gel. l. 15. c. 8.* Et alia efca melior, atque amplior succenturietur.

Succerda, V. Sucerda.

Succerno, V. Subcerno.

Succesio, onis, f. *successione*, Ger. *nachveretzung*, Gal. *succession*, Hisp. *sucession*, *διαδοχῆς*, actus succedendi. *Cic. 1. Fin.* Sic in omni re doloris amotio successioem efficit voluptatis. *Cal. Cic. l. 8. Fam. ep. 1.* Quod adhuc nihil retulit de successione provinciarum Galliarum. *Brutus ad Atticum, in epist. ad Brutum, 17.* Si merces Antonii oppressi postitur in Antonii locum successio? ¶ Item successus. *Cic. in fragmen. in Horens. apud Augustin. de vita beata*: Eiusque omne institutum voluntatemque omnem successio prospera consecuta est.

Succesive, adv. *successivamente*, *ἐκ διαδοχῆς*, per successioem. *Spartian. in Carac. c. 8.* In advocatone hîci successive. Ita quidam Lexicographi, sed alii ibi leg. *successisse*.

Succesivus, a, um, adject. *che succede*, qui post alium succedit. *La Font. de epif. Dei. c. 12.* Duobus sexibus maris, ac fœminæ copulatis, successive proles paritur.

Successor, oris, m. *successore*, Ger. *nachfabr*, Gal. *successor*, Hisp. *sucessor*,

Succor, ἰσχυρῶς, qui alteri succedit. *Cic. l. 2. Fam. ep. 17.* Marium quidem succorem tarde video esse venturum. *Ovid. de remed. am. v. 462.* Successore novo tollitur omnis amor. ¶ Successore alicui dare, & imperium ei abrogare, summoovere, exauctorare: utebantur enim eo dicendi modo ad invidiam inmolentiam. *Spartan. in Adrian. c. 11.* Septicio Claro Praefecto, & Suctonio Tranquillo epistolario magistro successoris dedit. *Id. in Pio. c. 5.* Factus imperator nulli eorum, quos Adrianus provexerat, successoris dedit.

Successorius, a, um, adject. ad successionem pertinens. *Ammian. l. 14. c. 8.* Seleucus cum post Alexandrum successorio jure teneret regna Persidis. *Ulpian. l. 1. ff. l. 38. tit. 9.* Successorium edictum idcirco propositum est, ne bona hereditaria vacua sine domino diutius jacerent.

Successus, us, m. *buon successo*, Ger. *uffgang*, Gal. *aventure*, *bonheur*, Hisp. *sucesso*, ἔγχε, eventus prosper. *Virg. 2. Aen.* Atque hic successu exultans, animisque Chorea. *Liv. in pref. operis.* Ut oris tanti operis successus prosperos darent. *Ovid. de remed. amor. v. 624.* Succesum artes non habere mem. *Idem Heroid. ep. 1. v. 18.* Succesum carere. ¶ Sumitur & pro cursu temporis continuo, & succedente. *Justin. l. 1. c. 8.* Cyrus regnavit annos xxx. non initio tantum regni, sed continuo totius temporis successu admirabiliter insignis. ¶ Proprie est actus succedendi, & subeundi, h. e. accessus a loco ad locum. *Cels. l. 2. B. G. c. 20.* Quarum rerum magnam partem temporis brevitatis, & successus, & incurfus hostium impediabant.

Successus, a, um, *buon successo*, quod prospere cessit, partic. pass. a succedo. *Cic. l. 16. Fam. ep. 21.* Nam cum omnia mea causa velles mihi successa, tum etiam tua. ¶ Succesum, i, more subilantivi, *buon successo*. *Ovid. Met. 2. v. 788.* de Invidia: Murrura parva dedit, successorumque Minerva indoluit. Alii leg. *succesurumque*.

Succidantēs, V. Succedaneas.

Succidia, ἄ, f. *carne porcina salata*, Ger. *speck saite*, Gal. *fische de lard*, Hisp. *lardo salado*, *καρνεῖον*, tergem suis, sive massa carnis porcinae sale durata, & in quotidianis usus servata. *Varro l. 4. L. L.* Succidia ab suisbus concidendis. Nam id pecus primum occidere ceperunt domini, & ut servarent, salire. *Id. l. 2. R. R. c. 4.* Ignavum, & sumptuosum esse, qui succidiam suspenderit in carnario potius ab laniano, quam ex domestico fundo. ¶ Translate de aliis rebus usurpatur. *Cic. de Sen. Jam hortum ipsi agricola succidiam alteram appellant. Cato apud Gel. l. 13. c. 24.* Succidias humanas tacere. h. e. homines occidere.

Succido, is, succidi, succisum, a. 3. *tagliare*, גרע, Germ. *abbauen*, Gal. *couper*, Hisp. *corrar*, ὑπολαύω, ὑπολάττω, idem ac cado, vel subtus cado, subseco, a sub, & cado. *Virg. 1. Georg.* At rubicunda Ceres medio succiditur aestu. *Plin. l. 16. c. 12.* Postea tota arbor succiditur, & medulla ejus uritur.

Succido, is, succidi, succisum, n. 3. *cadere sotto*, ὑποπίπτω, subtus cado, sub onere cado. *Plaut. Curc. 2. 3. 32.* Genua media succidunt lassitudine. *Sen. de Prov.* Etiam si succiderit, de genu pugnabit. *Lucret. l. 5. v. 110.* Succidere horrore possi: omnia victa tragore.

Succidus, a, um, o. 1. 2. succido, succidicium, immondo, Ger. *feucht*, Gal. *seveux humide*, Hisp. *sucio*, succi plenus, pinguis, fordidus, a succus, ut Lana succida. *Lans di fresco sojasa, e non purgata. Var. l. 2. R. R. c. 11.* Tonitrua tempus inter æquinoctium verum, & solstitium, cum sudare inceperunt oves: a quo sudore recens lana tonia succida esse appellata. *Martial. l. 1. v. 24.* Vinum, quod succida nolit Lana pati. ¶ Succida mulier, est bene habita, bene valens, succi plena, bene in carne. *Plaut. Mil. 3. 1. 192.* Siccam, succidiam, quam lepidissimam potes, quamque adolescentem maxime.

Succidulus, a, um, *chino*, ὑποπίπτω, pronus ad cadendum, sive ferme cadens. *Ovid. l. 10. Met. v. 358.* At illi Poplite succiduo genua intremuere. *Id. ep. 13.* Succiduo dicor procubuisse genu. *Claud. l. 3. de rap. Prof. v. 153.* Succidui titubant gressus.

Succine, & Succineum, adverb. *succinamente*, breviter. *Claud. Mamert. in prefat.* Succineum, atque uti digito denotare. *Ammian. l. 28. c. 1.* Nec pignabit docere succine. *Sidon. l. 1. ep. 9.* Fabor super his aliqua succineus.

Succinctorium, ii, n. *περίζωμα*, campestre subligar. *August. serm. 10. de verb. Dom. sub fm.*

Succinctorius, a, um, adject. diminut. a succinctus. *Apul. lib. 2. Miles.* Ipsa linea tunica mundule amicta, & rustica, fasciola altiuscule ab ipsas papillas succinctula.

Succinctus, a, um, *succincto*, διαζωμύτος. *Cic. 13. Phil. c. 16.* Galbam eodem pugione succinctum videtis. ¶ Translate ponitur pro agili, & parato. *Quintil. l. 2. cap. 2.* At nunc prouti, atque succincti ad omnem clausulam non exurgunt modo, fed etiam excurrunt. ¶ Item pro circumdato, circumsepto. *Cic. 2. Agr.* Deleta Carthago est, quod cum hominum copiis, tum ipsa natura, ac loco, succincta portibus, armata muris, excurrere est Africa, immiare ita fructuosissimis insulis P. R. videbatur. *Sist. l. 4. silv. 1.* Succincta curis pectora. ¶ *Plin. l. 26. c. 10.* Arborea graciles, succinctioresque, & enodes. hoc est minus ramosa. *meno sparfa.*

Succineus, a, um, *νεκτεράς*, quod est ex succino. *Plin. l. 22. cap. 23.* Succineis novaculis, aut argenteo apparatu comitante.

Succingo, is, inxi, inclum, a. 3. *cingere*, ὑποζώνω, subtus cingo, vestis lacinias cingulo coercere, ut solemus, quo expeditiores simus ad aliquod opus faciendum. *Hor. l. 2. sat. 6.* Veluti succinctus curisat hospes. ¶ Translate fumitur pro circumdare, circumsepire, munire. *Cic. 7. Ferr.* Quod multo se pluribus, & majoribus canibus succinxerat. id est pluribus copiis, majore potentia, ut ait *Budeus*. *Ovid. l. 13. Met. de Scylla:* Illa feris atram canibus succingitur alvum. *Plin. in P. neg. c. 49.* Frustra se terrore succinxerit, qui tepus charitate non fuerit: armis enim arma irritantur.

Succingulum, vel subcingulum, i, n. balteus, a succingo. *Festus:* Succingulum appellabant antiqui balteum. *Plautus (Men. 1. 3. 17.)* Ab Hippolyta Succingulum Hercules æque magno nequitiam abstulit periculo.

Succino, is, cinui, centum, a. 3. *canere dopo*, ὑρῶδο, canendo subsepor, posteriori loco cano, cui opponitur præcino. *Hor. l. 1. ep. 18.* Clamat, Victum date; succinit alter, Et mihi dividuo findetur munere quadra.

Succinum, ni, *ambra*, ἄλεκτρον, idem quod electrum. Succinum vocatur, quia fit arborum succus, ut *Plinius* scribit *l. 37. c. 3.* Siquidem in Septentrionalibus Oceani insulis sudat ex arboribus pinei generis, ac tempore, aut mari induratur, & Oceano intumescente detertur in litus. Merito itaque ab *Ambrosio Hexameron. l. 3. c. 15.* dicitur esse lacryma virgulti. *Plin. lib. 37. cap. 3.* Succina etiam gemmis, quæ suat translucidæ, adulterandis magnum habent locum, &c. Plura de succino V. apud *eund. l. 4. c. 16. & l. 17. tit. 11.*

Succinus, a, um, idem ac succineus. *Martial. lib. 6. c. 15.* Implicuit tenuem succina gutta teram.

Succipio, is, pro succipio quidam putant legi apud *Lucret. lib. 5. v. 403.* sed non est consuetæ & optima scribendi ratione recedendum. *Jem. 11.*

Succisio, onis, f. actus succidendi. *Sidon. l. 1. ep. 2.* Pili infra narium antra fruticantibus quotidiana succisio.

Succisivus, V. Subsecivus.

Succisus, a, um, *tagliato*. *Cels. l. 4. B. G. c. 19.* Omnibus eorum agris vallatis, trumentis succisus.

Succlamatio, onis, *το σφιδάρε*, idem quod acclamatio. *Liv. l. 40. e. 26.* Si ex eo, quod aut inter se loquantur, aut succlamationibus apud concionantem Imperatorem significant, quid sentiant, &c.

Succlamio, as, n. 1. *gridare*, ἰσχυρῶς, idem quod acclamo, sive alterius orationem clamore excipio. *Liv. l. 3. c. 50.* Hæc Virgino vociferanti succlamabat multitudo, nec illius dolori, nec fux libertati se defuturos. ¶ *Ufurpatur & imperf. Brutus Cic. l. 11. Fam. ep. 13.* Succlamatum est & frequenter a militibus. ¶ *Passive Quintil. declam. 19.* Omnium maledictis succlamatus. h. e. exagitatus, oneratus.

Succollatus, a, um, *portato sulle spalle*. *Suet. in Othone, c. 6.* Succollatus, & a præfente comitatu Imperator consalutatus.

Succollo, as, a. 1. *portar su le spalle*, ἰσχυρῶς αἰσῆσαι, in collum attollo, cervicibus portor, quod proprie eorum est, qui aliquem in leætica gefant, a sub, & collum. *Suet. in Claud. c. 10.* Ab his leætica impofitus, & quia servi diffugerant, vicifim succollantur in castra delatus est. *Plin. l. 35. c. 10.* Succollantium specie mulieres labentes, trepidæque feruntur. *Var. l. 3. R. R. c. 16.* Apes Regem suum succollant.

Succonditor, oris, m. qui in factionibus circi, ludicis circensibus subcurrum, & jugum se se condebat, si forte male juncti essent equi, aut loris se impedirent. *In epig. vet. quod affert, & explicat Turneb. lib. 11. Advers. c. 11.* M. Vipfiano tulloni tinctori, M. Vipfiano Mignioni viatori, M. Vipfiano Quartino succonditori, M. Vipfiano Eroti aurigatori.

Succofus, a, um, *succoso*, pieno di succo, ὑπόψυς, plenus succo, succulent. *Plin. l. 12. cap. 31.* Exit & in Pamphylia, sed acrior, minusque succofus. *Colum. l. 4. c. 29.* Stipes succoforis libri. ¶ Ponitur etiam pro eo, quod natura humectum, & irriguum est. *Colum. l. 2. c. 17.* Meliulque habetur fœnum, quod natura succofa gignitur cœlo, quam quod irrigatum aquis elicitur.

Succresco, is, evi, etum, n. 3. *crefcere*, ἰσχυρῶς, Ger. *surhin wachfen*, Gal. *croître peu, a peu*, Hisp. *erocer*, ὑποφύωμαι, idem ac cresco, vel succresco. *Plaut. Trin. 1. 1. 8.* Interim mores mali quasi herba irrigua Succreverunt uberrime. *Ovid. 9. Met.* Succrescit ab imo, Tortaque paulatim lentus premit inguina cortex. *Cic. 3. de Orat. in fine.* Non enim ille mediocris orator vestra quasi succrescit ætati, sol & ingenio peracri, & studio flagranti.

Succretus, V. Subcretus.

Succrotulus, a, um, tenuis, exilis. *Fest.* Succrotula tenuis dicebatur, & alta vox. *Tinnius* Fœminina fabulare succrotula vocula. Afranius in epifolia: Loquebatur succrotula voce serio. *Plautus in describendis mulierum curvibus gracilibus*, Cum extortis talis, cum succrotulis cruculis belle, quæ non pedibus trent. Sed *Festus* ipse verum humi aliter, atque aliter citat. In *Crocotulus* legit, cum *crocotilis cruculis*, sive, ut in manuscripto est, *crocotillis*. In *Todi* vero cum *rodillis cruculis*.

Succuba, æ, m. & f. qui, vel quæ sub aliquo cubat: & speciatim qui in re Venerea se alteri subjicit, ὑποκύνω. Igitur succuba est mulier adultera, quæ in locum legitime uxoris se alteri viro subjicit. *Ovid. Heroid. epist. 6. v. 153.* Lecti quosque succuba nostri Mœreat, & leges sentiat ipsa fuas. *Heinsius* legit *subnuba*. *Apul. l. 5. Metam.* Tunc indignata Venus exclamavit, vel maxime Phycem illam meæ formæ succubam, mei nominis æmulam. h. e. quæ debitum meæ puichritudini cultum intercepti. Adde *l. 10.* ¶ In mascul. gen. *Stolurum succuba*: dixit *Prudent. in Rom. v. 192.* scortum masculum intelligens.

Succubus, as, hui, bitum, n. 1. ὑποκύνω, cubo sub aliqua re. *Apul. l. 1. Metam. post princ.* Humi prostratus lectulo succubans jacet. Et *l. 9. Illum*, qui instar testudinis alveum succubabat, depulso tegmine cautiss palam fecere.

Succubonæus, V. Subcubonæus.

Succudo, is, udi, ubum, a. 3. idem quod cudo, seu cudento fabricor. *Var. l. 4. de L. L. Loricæ* a loris, quod de corio crudo pectoralia faciabant: postea succuderunt Galli et ferro, sub id vocabulum, ex anulis ferream tunicam.

Succulentus, a, um, *succoso*, καλύψωτος, succo plenus. *Apul. l. 10. A. A.* Corium arvinia succulenta moliveram. Et *l. 2.* Inenormis proceritas, succulenta gracilitas.

Succumbo, is, ubui, ubitum, n. 3. *cadere sotto*, ὑποπίπτω, Ger. *under erligen*, Gal. *succomber*, Hisp. *caer*, *ser vencido*, ὑποκύνω, succubere, a sub, subjicor, oneri impar sum. *Liv. l. 6.* Cum succumbere oneri coacta plebes. *Ovid. l. 4. Trist. eleg. 2.* Jam fera Cæsariibus Germania, totas ut orbis, Victa potest flexo succubuisse genu. ¶ Usurpatur etiam pro rem Veneream pati. *Var. l. 2. de R. R. c. 10.* Quibus mos eorum non denegavit, ante nuptias ut succumbere, quibus vellent. ¶ Translate dicitur de animo pro frangi, ac debilitari. *Cic. 2. de Fin.* Turpe esse viro debilitari, dolere, frangi, succumbere. *Idem 2. Tus.* Non quod dolent, animove succumbant. *Id. l. 9. Fam. ep. 11.* Aut fortunæ succumbendum putem. ¶ Item pro subjacere, cedere, dedere se. *Virg. 4. Aen.* Huic uni forsitan potui succumbere culpæ. *Ovid. Heroid. epist. 3.* Succumbere precibus alicujus, *lasciarsi vincere*.

Succurro, is, succurri, ursum, n. 3. *soccorrere*, *sovv venire*, *porgere sals*, *soccorso*, ἰσχυρῶς, Germ. *zu hulf kommen*, Gall. *secourir*, Hisp. *soocar*, *βοηθεῖν*, ἰσχυρῶς, auxilium præsto, suppetias fero, subvenio. *Virg. 1. Aen.* Non ignara mali, miseris succurrere disco. *Cic. 2. Ver.* Sed ut intamæ communi succurrerem. *Id. 3. Ver.* Ut & vitæ patris, & pudicitia fororis succurreret. ¶ Usurpatur etiam pass. impersonaliter. *Liv. l. 3.* Cujus adversæ fortunæ velit succursum. *Cels. l. 8. c. 4.* Os fractum, nisi succursum est, gravibus inflammationibus afficit. ¶ Significat etiam subire, accurrere, *correr sotto*, *sottoporsi*. *Cic. pro Rosc. Amer. c. 11.* Licet hercules omnes in me terrores, periculose impendat omnia, succurrat, atque subibo. ¶ Item in mentem venire, *veniri in mens*: & hac ratione impersonaliter usurpatur. *Virg. 2. Aen.* Pulchrumque mori succurrit in armis. *Cic. in Fam.* Neque enim mihi succurrebant verba, quæ ante discessum a Dolabella audieramus.

Succus, ci, m. 2. *succo*, *umore*, Ger. *safft*, Gal. *suc*, Hisp. *cumo*, *χυλός*, *χυμός*, humor tam in animalium, quam in plantarum corporibus, quo illa aluntur, ita dictus a *sugendo*, ut quidam volunt, quod singula membra, quantum cuique opus est, ex eo exugant, attrahantque. Si gemino scribatur *ee*, erit a lupino *suctum*, s in c. converso. Verum ex *Picrii castig. ad Ecl. 3.* constat in antiquis codicibus, ac iis etiam, quæ geminatione consonantium gaudent, vocem hanc unico scribi e. Ac similiter in Philoxeni Glossis exaratum, *Sucus*, *χυλός*. Ideoque magis verifimile sit esse a præfenti *sugo*, ut ita dicatur quasi *sugur*, ut est apud *Donat. in Eun. 4. 2. sc. 3. Cic. 1. de nat. Deor.* Principio eorum, quæ gignuntur et terra, stirpes & stabiliatentur dant iis, quæ sustinentur, & ex terra succum trahunt, quo alantur ea, quæ radicibus

caibus continentur. *Virg. 3. Ecl.* Et succus pecori, & lac subducitur a-
 cisbus. *Terent. Eun. 2. 3. 36.* Corpus solidum, & succi plenum. Ubi *Do-*
sotus: Succus est humor in corpore, quo abundant bene valentes.
 ¶ Qui rein herbariam ex professo tractandam susceperunt, succum di-
 stinguunt a lacryma, & liquore, ut *lacryma* sit, quæ sponte profuit,
liquor, qui scarificato cortice emanat, *succus*, qui ex planta costufa
 exprimitur. Quæ differentia, ut cognitu digna est, ita a Scriptoribus
 nullo pacto observatur. Nam & *Plinius* succum accipit pro resina, si-
 ve picæ, ex arboribus sponte profluente. Ita enim habet l. 14. c. 20. Ar-
 borum succo manantim, picem, resinasque, aliæ ortæ in Oriente, a-
 hæ in Europa ferunt. ¶ Interdum ponitur pro sapore. *Virg. 2. Georg.*
 Pomaque degenerant succos obliata priores. ¶ Translate usurpatur pro
 ratione, seu substantia cuiuscunque rei, pro plenitudine, copia, vigo-
 re, ducta metaphora a corporibus bene valentibus. *Cic. Att. l. 4. epist.*
 16. Amifimus, mi Pomponi, non omnem modo succum, & sanguinem,
 sed etiam colorem, & speciem pristinam civitatis. *Id. in Brut.* Ut opi-
 nio mea fert, succus ille, & sanguis incorruptus usque ad hanc æta-
 tem Oratorum fuit, in qua naturalis inest, non fucatus nitor. *Quin-*
til. in proam. l. 1. Ebibere omnem ingenii succum, *indebolit l'ingegno.*
 ¶ Succuum in genit. plurali pro succorum habet *Apul. l. 10. A. A.* Sapi-
 difimus succuum intrinsecus condita pulmenta.
 Succusani, m. 2. pop. Latii, Fregellanis finitimi, ad Lirim fl. qui &
 Lirinates dicti sunt. *Plin. l. 3. c. 5.*
 Succusator, oris, m. *cavallo, che trota e sbatte la vita, sbattoris*, e-
 quus, qui duriore gressu sefforem occucit. *Lucil. apud Non. c. 1. n. 55.*
 Succusatoris tardi, rarique caballi.
 Succusatura, s. *sbattimento*, succus equi prave ingredientis. *Non. c. 6.*
 n. 60. Gradarius equus est, molli gradu, & sine succusatura nitens.
 Succusio, onis, f. *sbattimento. Sen. lib. 6. quæst. nar. c. 21.* Succusio est,
 cum terra quatitur, & sursum, ac deorsum movetur.
 Succusso, as, a. 1. *sbattere*, Ger. *auff hostlen*, Gal. *secouer*, Hisp. *facu-*
dir, sbattimento, freq. a succuto, proprieque dicitur de equis, qui du-
 rior gradu incedentes, sefforem succutiunt, ut notat *Non. cap. 1. n. 55.*
Actius ibid. Agite, ac vulnus ne succusset gressus, caute ingredimini.
 Succussor, oris, m. idem ac succusator. *Lucil. apud Non. c. 1. n. 55.* Cam-
 panus fonipes succussor nullus sequetur.
 Succussus, us, m. *sbattimento, di cavallo, che trota, sbattore*, Ger. *erschut-*
lung, Gal. *secousse*, Hisp. *facudimento, sbattimento, sbattimento*, actus
 succutiendi, seu succussandi. *Cic. 2. Tusc. c. 21. ex Poeta*: Pedetentum,
 inquit, ite, & sedato nisu, ne succussu arripiat maior dolor.
 Succussus, a, um, nom. ex partic. *sbattuto*. Translate *Valer. Max. l. 6. c.*
9. extern. n. 5. Semel duntaxat vultum mutavit, perquam brevi tristitæ
 falebra succussum.
 Succuto, is, cussi, cussum, a. 1. *sbattere*, subtus quatio, *sbattere*. *O-*
vid. 2. Met. v. 167. Succutitur alte, similisque est currus inani.
 Succerda, s, f. *stercio di porco*, suillum stercus. *Lucil. apud Non. c. 2. n.*
813. Hic in stercore humi, fabulique fimo, atque succerdis. ¶ *Ti-*
tim. apud Fest. Scribit succerda.
 Suco, onis, m. 3. *Xucar*, f. Hisp. Tarraconensis. Oritur ex eodem monte,
 quo Tagus, in Castellâ nova, & in lim. Aragoniæ, deinde Con-
 cham urb. & Alarconium rigat, hinc ductus fl. *Gabriel, Algarra*, a-
 liisque minoribus, in mare Ibericum, in sinum Sacronensem ab eo di-
 ctum se exonerat, inter Dianium, & Setabim. *Plin. l. 3. c. 3.* ¶ Est
 etiam Suco oppidum in eadem Hispania Tarraconensi, hodie *Succa*.
Plin. ibid.
 Suctus, a, um, adject. *succiato*, emunctus. *Pallad. in Februar. tit. 26.*
 Porca fæ nutrire debet, quia frequentiore numero sucta deficit.
 Suctus, us, m. *succiamento, miltz*, actus sugendi, humoris attractio.
Plin. l. 8. c. 30. Aliis diebus reindunt, ac priorum pedum iustu vivunt.
Id. l. 28. c. 3. Tactu ipso levant percussus, suctuæ medico.
 Súcula, s, f. *porcelletta, sùca, xuculion*, parva porca, dim. a *sus*, qua-
 si, *sucula*, ut *bucula* a bos. *Plaut. Rud. 4. 4. 125.* Post est securicula
 argenteola, & duæ connexæ maniculæ, & fucula. Gr. Quin tu i diere-
 sta cum fucula, & cum porculus. Ubi *Plaut.* alludit ad machinam tra-
 ctoriam, de qua statim dicemus. ¶ Súcule etiam Latini dicuntur
 stellæ in capite Tauri, quæ Græci *stêllai*, Hyades appellantur: quod
 sidus vehemens est, & terra, marique turbidum, tamque in ortu suo,
 quam occasu, pluvias, tempestates, largosque imbres concitat. *Plin. l.*
2. c. 9. & Serv. ad 1. Georg. ¶ Nomen id ex veterum imperitia origi-
 nem cepit. Putarunt enim, quia stêllæ fuculam, sive porcellam
 notat, sidus hoc ita appellatum, quia fuculæ similitudinem referat.
 Sed errorem hunc refellit *Tullius l. 2. de nat. Deor. Tauri*, inquit, cap-
 ut stellis conspersum est frequentibus; Has Græci stellæ stêllas vocare
 fuerunt, a pliendo, *stêllai* enim est plueri. Noltri imperite fuculas,
 quasi a suisbus essent, non ab imbribus nominatæ. Adde *Plin. l.*
8. c. 26. & Gell. l. 13. c. 9. ¶ Est etiam fucullæ appellatio translata ad
 machinas: de qua notatione *Turneb. in Adversariis l. 6. c. 25.* Fuit autem
 machina tractoria, quam ita describit *Budeus*: Súcula est machina tra-
 ctorii generis: conilat autem tereti ligno, duobus, aut pluribus ver-
 tribus trajecto utrinque, æqua extantibus longitudine. Hæc dum ver-
 satur, funis, qui ductarius dicitur, circa eam obvolvitur. Sic vocata
 est a scrophæ similitudine. Nempe quod etiam hæc machina suum
 porculum haberet. Nam in media circiter fucula batillus, aut uncus,
 qui figebatur, ut teneret funem, qui dum verfabatur, fucula circum-
 plicabatur, porculus vocabatur. *Cat. de R. R. c. 19.* Porculus in media
 fucula facito. *Vitr. l. 10. c. 2.* Cum autem funis habet caput ad fucula-
 lam religatum, & veches ducentes eam versant, funis se involvendo
 circa fuculam extenditur; & ita sublevant onera ad altitudinem, &
 operum collocationes.
 Sucleus, a, um, adject. *da porco, bestiale, brutale. Prudent. in proam.*
Hamartig. v. 57. Caro in forem tela mentem dirigit; mens illecebro
 ventilatur ebrio, Ex quo ferores fucleus colligit.
 Súcillus, i, m. *picciolo porcello. Justinian. Institution. de ver. divis. §. 37.*
 Agni, hædi, vituli, equuli, & fuculi.
 Sudabundus, a, um, adject. *pieno di sudore*, sudans. *Auct. Panegy. ad*
Pison. totaque ludus Turba repente suos jam sudabunda relinquit.
 Sudariolum, i, n. dimin. a sudarium. *Apul. in Apol.* Si hodie illud su-
 dariolum tu interceptiss.
 Sudarius, ii, n. *Judario, fazzoletto, פרייה*, Ger. *Schnup tuch, Gal. mou-*
choir, Hisp. *panuelo, sudario, sudario*, linteam, quo sudor fa-
 ciei detergitur, & nares purgantur. *Martial. l. 11. epigr. 40.* Jam mihi
 nigrescunt tonsa sudaria barba. *Sueton. in Nerone, c. 48.* Adaperto ca-
 pite, & ante faciem obtento sudario, equum ascendit quatuor solis
 comitantibus. *Quintil. l. 6. c. 3.* Cum reus, agente in eum Calvo, can-
 dido frontem sudario tergeret.
 Sudarius, ii, m. qui sudat. *Jul. Firmic. l. 3. c. 7.* Faciet ex coitu sudarios.
 Sudatio, onis, f. actus sudandi. *Sen. epist. 87. (al. 86.)* In quas cor-
 pora multa sudatione exinanita demittamus. ¶ Ponitur & pro ipso
 loco in palæstra, vel balneis, in quo sudor elicitur. *Vitr. l. 5. cap.*

11. Concamerata sudatio.
 Sudator, oris, m. *Βρωτήρ*, qui sudat. *Plin. l. 23. c. 1.* Dyfentericis, su-
 datoribus, in longa tussi, in epiphoris, meracum.
 Sudatorium, ii, n. *stufa, luogo da sudare, ὑδρωσάριον*, caldarium, vapo-
 rarium, Laconicum, locus in balneis, testudinis instar constructus,
 aerem plane continens ab igne sine fumo accenso, ita dictum, quia
 ad eliciendum sudorem factum est. *Sen. de vita beata*: Circa balnea,
 & sudatoria, ac loca ædilem mentuientia. *Id. epist. 51. (al. 52.)* Quid
 mihi cum istis calentibus stagnis? quid cum sudationibus? in quæ sicca
 vapor corpora exhausturus includitur.
 Sudatorius, a, um, *ὑδρωσάριον*, quod pertinet ad sudationem. *Plaut. Stich.*
2. 1. 73. Vel unctiones Græcas, sudatorias vel alias malis.
 Sudatrix, icis, f. *Martial. l. 12. epigr. 18.* Dum per limina te potentium
 Sudatrix toza ventilat. h. e. quæ sudorem elicit.
 Sudatus, a, um, *ὑδρωσάριον*, sudore madefactus. *Quintil. l. 11. c. 3.* Et vigi-
 landæ noctes, & iuligo lucubrationum bibenda, & in sudata veste
 durandum. ¶ Interdum ponitur pro eo, quod per sudorem emittit-
 tur, vel in modum sudoris fluit. *Ovid. 10. Metam.* Sudataque ligno
 Thura ferat. ¶ Interdum active pro eo, quod sudorem facit, seu
 pro eo, quod cum sudore fit. *Srat. 5. Theb. v. 189.* Labor gelido fuda-
 tus in *Æmo. Claudian. l. 2. de rapto Proserp. v. 16. de Venere*: illi fuda-
 tata marito Fibula purpureos gemma suspendit amictus. hoc est cum
 sudore, & arte multa elaborata. *Prudent. 2. advers. Symmach. v. 550.*
 Romanum nomen, sudataque bella.
 Sudes, is, f. *persica, bastone, سدر*, Ger. *psaal*, Gal. *pieu*, Hisp. *palo*,
سدر, pertica, contus, vallus. *Virg. Georg. 2. v. 25.* Quadrifida ve (sudes,
 & acuto robore vallos. *Cæf. l. 1. B. Civ.* Atque ibi sudes, sipitesque
 præcucos defixit. *Liv. l. 26. c. 51.* Tertio die sudibus inter se in
 modum iustæ pugnæ concurrerunt.
 Sudertani, m. 2. pop. Hetruriz, quorum opp. Sudertum, *Souretteo*, inter
 Populonium, & Maflam. *Plin. l. 3. c. 5.*
 Sudicium, n. parva sudes, qua fervorum terga subinde cædebantur.
Fest. Sudiculum genus flagelli, quod vapulantes sudantes facit. Alii
 leg. *sediculum*, eodem sensu.
 Sudifficus, a, um, adject. *cho fa sereno*, serenum, seu sudum inducens.
 Affertur hæc vox in Thesuro. L. L. confirmaturque duobus carminibus
 ex *Gel. l. 2. c. 22. & ult.* quæ quidem carmina in Gellio non inveni-
 untur nisi Græca, quæ aliquis forte in Latinum vertens. Græcum
αὐθιγερνός, translulit *sudifficus*.
 Sudis, vel ut *Vossio* placet, Sudes, is, f. *pesca argentino, sfrena, σφραγδα*,
 piscis, insigni magnitudine, & sapore non ingrato. Ita vocatur a sudis
 similitudine. *Plin. l. 33. c. 11. in fin.* Sunt præterea a nullo auctore nomi-
 nati, sudis Latine appellata, a Græcis sphyræna, rostro similis nomine,
 magnitudine inter amplissimos, rarus, sed tamen non degener.
 Sudo, as, n. 1. *sudare*, Ger. *schweizen*, Gall. *suer*, Hisp. *sudar*, *ἰδρῶν*,
 sudorem emitto. Usurpatur vel absolute. *Cic. l. 2. de Orat.* Cum ille diceret,
 se sine causa sudare. *Id. 2. de Divin. c. 27.* Nuntiatum est Senatu-
 i, Deorum sudasse simulacra. *Horat. de Ar. Sudavit*, & alfit. ¶ Vel
 cum ablativo. *Virg. 1. Georg.* Unde cavæ tepido sudant humore lacunæ.
Liv. l. 27. c. 4. Quatuor signa sanguine multo diem, ac noctem sudasse.
 ¶ Vel cum accus. pro exudare, sive sudando producere. *Virg. 4. Ecl.*
 Et duræ quercus sudabant roscida mella. ¶ Metaphorice ponitur pro
 vehementer laborare. Nam magnos labores solet & sudor comitari.
Cic. pro Sex. Sudentum est his pro communibus commodis. *Prudent.*
Peristeph. 2. v. 76. Sudavit impar prælium.
 Sudor, oris, m. *sudore*, *سودر*, Ger. *schweiss*, Gal. *sueur*, Hisp. *sudar*,
ἰδρῶν, excrementum aqueum, per cutem exundans. *Cic. 2. de Divin.* Nec
 enim sanguis nec sudor, nisi e corpore fluo. *Cæf. l. 2. c. 17.* Sudorem
 elicere. *Virg. 2. Æn.* Salsusque per artus sudor it. *Id. l. 3.* Tum gelidus
 toto manabat corpore sudor. ¶ Reperitur etiam pro humore. *Lucrat. l. 2.*
v. 464. Sudor uii maris est. Metonymice ponitur pro labore. *Cic. pro*
Font. c. 1. Multoque ejus sudore, ac labore sub Pop. Rom. imperium,
 ditionemque ceciderunt. *Id. l. 1. de Orat. c. 60.* Ac stylas ille tuus, quem
 tu vere dixisti perfectorem dicendi esse, ac inaspiratum, multi fororis
 est. ¶ In plur. num. *Claudian. in Il. Consul. Sicilic. v. 243.* Sudoribus
 ora Pulverulenta rubent.
 Sudorus, a, um, adject. sudore madens. *Apul. l. 3. Florid.* Sudoro affa-
 tim corpore, diutine obrigui.
 Sudum, i, n. *luogo sereno tra le nuvole, سدر*, Ger. *schon himmel*, Gal.
seraim, Hisp. *sereno, y claro, سدر*, pars serena inter nubes. *Virg. 8.*
Æn. Arma inter nubes cæli in regione serena per sudum rutilare vi-
 dent. ¶ Accipitur etiam pro scititate, sive serenitate, cum scilicet
 nulla est pluvia. *tempo sereno ed asciutto. Plaut. Mil. 1. 1. 1.* Curate, ut
 splendor meo clypeo lit clarior, Quam Solis radii esse olim, cum su-
 dum est, solent. *Cic. l. 16. Fam. epist. 18.* Horologio mittam, & li-
 bro, si erit sudum.
 Sudus, a, um, adject. *sereno, ed asciutto. Virg. 4. Georg. v. 77. de apibus.*
 Ergo ubi ver nactæ sudum, campoque patentes; Erumpunt portis.
Apul. l. 11. Metam. Nudo sudoque luminis splendore.
 Suecia, s, f. inc. *Sueden*, Ital. *Svezia*, Gal. *Suede*, Regnum Europæ,
 versus Septentrionem. Majorem Scandinaviæ partem complectitur.
 Terminatur a Septent. Lapponia Norvegia, a Mer. mari Baltico, ab
 Or. Moscovia, ab Occ. Dania, & Norvegia. Alias Daniæ, & Norve-
 giæ unitum fuit: hodie proprio subest Regi. Totius Regni caput est
 Holmia, *Stockholm*, prope Melerum lacum.
 Suëo, es, evi, etum, n. 2. *essere solito, ἰδρῶν*, soleo. *Lucrer. l. 1. v.*
301. Usurpare oculis, nec voces cernere suemus. Et v. 54. per *Symere-*
sim: Appellare suemus, & hæc eadem usurpare. ¶ Præteritum *suëvi*
 commune est cum *suëco*, ideo quæ pro eo afferri solent, exempla hoc
 congestimus. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 43. ex poets.* Has Græci stellæ, hya-
 das appellare fuerunt. Per syncope. pro *suëverunt*. *Id. l. 15. epist. 8.* A
 te id, quod suëvi, peto. Est autem *suëvi* per syncope. pro *suëvisi*.
Claudian. in Conf. Prob. & Olybr. v. 44. Suëverat innumeras hominum
 ditare catervas.
 Suëra, s, f. caro suilla. Affertur hæc vox *Turnebo l. 22. cap. 6. ex Parr.*
l. 4. de L. l. ubi alii aliter leg.
 Suëco, is, n. 3. *assuescisci*, consuetudinem capio, *ἰδρῶν*. *Tac. 2. Ann.*
c. 44. Drusus in Illyricum missus est, ut suëceret militiæ. ¶ Inter-
 dum active sumitur pro assuetacere. *Id. ibid. c. 52.* Divisusque exerci-
 tus, ut Tacfarinas lectos viros, & Romanum in medium armatos ca-
 stris attineret: disciplina, & imperiis suëceret. Sunt tamen, qui hio
 quæque neutrum esse putant, ut *suëceret* non ad viros, sed ad *Tacfa-*
rinam referatur. ¶ Præteritum *suëvi* V. in Suco.
 Suëffa, s, f. olim Aurunca, *Jessa*, urbs, & col. Campaniæ, agro mire
 fertili, in colle, inter Cajetam, & Capuam. *Sil. l. 8. v. 399.* Suëffa,
 atque a duro Erufino haud imbells aratro. ¶ Fuit patria *Lucilii*,
Hinc Auson. epist. 15. vers. 9. rudes Suëffæ cammas, dixit.
 Suëffiones, m. 3. Suëffones, Suëffones, Vessones, pop. Galliz Belg. quo-
 rum tractus ager Suëffionensis, *le Saissonnois*, & Laudunensis, *le Laon-*

nois, urbs vero Suefones, feu Augusta Sueffonum, *Soiffons*, ampla, & munita. *Plin. l. 4. c. 17.*

Suetonius Tranquillus, Grammaticus, & Rhetor Romanus, scriptor, Vopitici iudicio, emendatissimus, & candidissimus, Plinii junioris amicus, scripti filo eleganti, & erudito duodecim priorum Imperatorum Vitae, librum de illustribus Grammaticis, alterum de claris Rhetoribus; quae omnia extant. Vitae quorundam Poetarum, ut Horatii, Lucani, Juvenalis; libellus item de Viris illustribus, ejusdem Suetonii sint, nec ne, disputant Critici, aliis affirmantibus, aliis negantibus.

Suevus, a, um, *solito*, *avvezo*, *sveto*, solutus, partic. a. sueco. *Virg. 5. Aen.* Quibus acer Eryx in praelia luetus Ferre manum. *Cic. Att. lib. 6.* Ita multae civitates omni aere alieno liberatae, multae valde levatae sunt, omnes suis legibus, & iudiciis suetae, *avvezo* adepta revixerunt. *Liv. l. 5.* Nec secus, quam divino spiritu tactus, cum se in median concione intulisset, abstineret suetus ante talibus consiliis.

Suavi, m. r. pop. Germaniae Sept. sub Vindiliis, valde extensi, sub quibus septem nationes fuerunt, teste Britio, nempe Angli, Varini, Caviones, Deuringi, Eudofes, Huithones, & Suardones, ubi hodie Duc. Megalopolitani, & Pomerania. Gaspar Peucerus credit, Suevos totam illam oram Sept. tenuisse, quam nunc incolunt Gassubii; Poloni ex parte, & Pomerani universi, ad Austrinum litus maris Baltici, quod Suevicum mare ab eis denominatum, ea in parte, ubi & fl. Suevi nomine, *Dne Schvovia*, in mare influit. Inde profecti circa Danubium confederare, & hodie sunt in parte Australi Germaniae, versus fontes Danubii, ubi prov. Suvia dicta. *Lucan. l. 2. v. 51.* Fundat ab extremo flavos aquilone Suevos. *V. Cluver. Germ. antiq. l. 3. c. 24.*

Suevia, f. i. inc. *Schwaben*, Gal. *Souabe*, Ital. *Svevia*, prov. ampla Germaniae, inter Franconiam ad Bor. Helvetios ad Mer. Rhenum ad Occ. quo separatur ab Alsatia, & Bavariam ad Or. *Tacit. de Germ. c. 43. & 45.*

Suevicus, a, um, adiect. &

Suevus, a, um, adiect. ad Suevos pertinens. *Propert. l. 3. eleg. 2.* Suevo perlatus sanguine Rhenus. *Tacit. de Germ. c. 45.* Dextro Suevici maris litore. ¶ Ponitur & pro flavo, seu rutilo, quia Suevorum crines hujus coloris erant. *Silius l. 5. v. 134.* Triplex crista juba effundit crine Suevo.

Suevus, m. a. *Spree*, fl. Germaniae, qui oritur ex montibus Bohemae, per Lusatiam, & Marchiam fluit, mixtusque Havellae in Albim influit. Ortellio est *Pene*, qui medius fluit inter Oderam ad Or. & Havellam ad Occ. ¶ Nisi est Odera, *l. Oder*.

Sufes, vel Suffes, etis, m. summus Magistratus Carthagine. *Festus in seditis Pomponii Livi:* Sufes dictus Paenorum Magistratus, ut Oseotum Mediae tuiticus. *Liv. l. 8. c. 38.* Ad colloquium Suffetes eorum, qui summus Paenis est Magistratus, cum Quaeitore elicit. *Sen. de tranquil. c. 3.* Non vis enim, nisi Consul, aut Prytanes, aut Ceryx, aut Sufes, administrare Rempublicam.

Suffarcinatus, a, um, *caricato*, *aggravato*, *עומק*, Ger. *auffgesulles*, Gal. *chargé de baillions*, Hisp. *chargado*, *querecuducado*, gravatus, oneratus, sarcina quapiam oneratus. *Terent. Andr. 4. 5.* Verum vidi Cantharam Suffarcinatam. *Plaut. Curc. 2. 3. 10.* Qui incedunt suffarcinati cum libris.

Suffarctio, a, m. a. i. *caricare*, *empire*, onero, impleo, a *sub*, & *farcio*. *Apul. l. 9. Metam.* Veteratricem tamen multis exorat precibus, multique suffarcinat maneribus.

Suffarranens, a, um, qui far in castra convehit. *Plin. l. 7. c. 34.* Mulionem castrensem suffarranem fuisse, &c. Notat tamen Harduin. variare MSS.

Suffectio, onis, f. *sostituzione*, substitutio. *Arnob. l. 5.* Putorem temperare suffectione unguentorum.

Suffectura, a, f. idem quod suffectio. *Tertul. l. 1. adv. Marcion. c. 28.*

Suffectus, a, um, *sostituto*, subrogatus, substitutus, partic. a. sufficio. *Liv. l. 2.* Suffectus est in Lucretii locum M. Horatius Pulvillus. ¶ Accipitur etiam pro infecto, maculato, *Virg. 2. Aen.* Ardentesque oculos suffecti sanguine, & igni. *Valer. Flac. l. 2. v. 104.* Et maculis suffecta genas. *Sen. l. 1. Quaest. nat. cap. 5.* Dicitur tibi, nubem Sole esse suffectam. h. e. Solis lumine coloratam, & veluti tinctam. Sunt qui leg. *suffertam*. h. e. lumine oppletam.

Sufferentia, a, f. *sufferenza*, *tolleranza*. *Tertul. de Orat. c. 4.* Et l. 4. *adv. Marcion. c. 14.*

Suffero, ers, a. anom. *suffire*, *sostenero*, *עזר*, Germ. *ertragen*, Gall. *souffrir*, Hisp. *cufrir*, *padecer*, *υποφέρω*, *υποφέρω*, *ταχω*, *υάχω*, *ἀνίσχο*, *υπόσταμαι*, perfero, sustineo, patior. *Terent. Heaut. 3. 1. 4.* Satripes si licet amator, nunquam sustinere ejus sumptus queat. *Virg. 2. Aen.* Nec claustra, nec ipsi Custodes sustinere valent. *Plaut. Merc. 1. 1. 4.* Vix sustinere anhelitum, non posse pio, nisi sentio crepare, verba sunt follicite currentis. *Id. Aen. 3. 1. 10.* Quis me tortior ad sufferendas plagas? ¶ Ponitur etiam pro pati. *Ter. Andr. 5. 3. 17.* pro hujus peccatis ego supplicium ut sustinam? *Cic. Catil. 2. cap. ult.* Ut ne improbus quidem quisquam in hac urbe poenam sui sceleris sufferat.

Suffertus, a, um, *suaviter*, partic. a. suffertor, sicut *refertus* a *refertor*. Significat plenum, densum, spiritum. *Stevon. in Ner. c. 20.* Medicae in orchestra frequenti populo epulatas, si paulum subbibilet, aliquid se suffertus tinniturum, Graeco sermone promittit. h. e. cantaturum se aliquid, quod Graeci dicunt *suaviter*, idest magnum quiddam, & succi plenum, quod auditoris aures implet: vel voce plena, & sonora. *Egnatius legit sufferisum.* Aliud exemplum ex *Seneca in Quaest. nat. V. in Suffectus*.

Suffervetatio, is, a. 3. *scaldare* aliquanto, Ger. *ein vuenig siedig machen*, Gal. *faire un peu bouillir*, Hisp. *hazer poco caliente*, *υποθραύω*, subtervidium reddo. *Plin. l. 18. c. 11.* Vulgo nec suffervetatiunt. ¶ Hinc passivum *suffervetio*, *υποθραύω*. *Id. l. 27. c. 9.* Affirmant lapillos, qui suffervetant, rumpi.

Suffervetatus, a, um, *υερεσθη*, paulum servetatus, partic. e. suffervetio. *Plin. l. 22. c. 25.* In venae vero dolore semencia amyli cum ovo, & passu tribus (uncis) ovus suffervetata a balneo. *Id. lib. 24. c. 7.* Ad mulierum mammas brutia ex vino suffervetata cum polline farraceo.

Suffervetio, V. Suffervetatio.

Suffervo, es, bui, n. 2. *bullire* aliquanto, Ger. *ein vuenig sieden*, Gall. *bouillir un peu*, Hisp. *berus un poco*, *υερεσθη*, aliquantum terveo. *Apul. de her. c. 115.* Rutae calciculos conterito, additis aequae cyathis tribus, & aceti heminis, & sufferveat. ¶ Scribitur & *subservo*.

Suffes, pro Sutes legitur in nonnullis *Livii* codicibus.

Suffibulum, i, n. *Fest.* Suffibulum est vestimentum album, praetextum quadrangulum, oblongum, quod in capite Virgines ventales, cum sacrificant, semper habere solent, idque hula comprehenditur.

Sufficiens, entis, a. 3. *sufficente*, *bastante*. *Liv. l. 2.* Non sufficientibus jam viribus ad Consularia munera obeunda, intra paucos dies moritur. *Curr. lib. 8. c. 4.* Regem sufficientem inalis, quibus ipsi cesserant, deserere erubescabant. h. e. adversus mala constantem. *Leg. ff. de var. ca. l. i.* Sufficientium testium facultatem habere. *Tertul. l. 5. adv. Marcion. c. 3.* Sufficientissima definitio.

Sufficienter, adv. *sufficientemense*, *αρκύτως*, satis. *Ulpian. l. 1. ff. si quid, §. 1. ff. de usufr. & quemadmodum:* Sufficienter autem alere, & vestire debet secundum ordinem, & dignitatem Mancipiorum. *Adde Pallad. l. 1. tit. 5.*

Sufficientia, a, f. *sufficiency*. *Tertul. l. 1. ad uxor. c. 4.*

Sufficio, is, eci, ectum, a. 3. *sostituire*, *υποτίταμαι*, *αποκαθιστάμαι*, substituo. *Virg. 2. Georg.* Atque aliam ex alia generando suffice prolem. *Cic. pro Mur.* Nam ne sufficiatur Consul, non timent. *Vatin. Cic. l. 5. Fam. epist. 10.* Si mehercule Appii os haberem, in cujus locum suffictus sum. ¶ Accipitur etiam pro subministrare, *sumministrare*, *dare*, *porgere*, *επαγειν*. *Virg. 2. Aen.* Ipse Pater Danais animos, virefque secundas sufficit. *Liv. l. 3. c. 61.* Milites excursions sufficere. h. e. subinde mittere. ¶ Item pro maculare. *Cic. in Hort. apud Nov. c. 4. n. 405.* Ut ii, qui combibi purpuram volunt, sufficiunt prius lanam medicamentis quibusdam. ¶ Item neutro more pro satis esse, *esser sufficienter*, *basitare*, *απτεν*. *Curt. l. 9. c. 5.* Adeo resolutus, ut ne ad evellendum quidem telum sufficeret dextera. *Virg. 5. Aen. v. 21.* Nec nos obitii contra, nec tendere tantum sufficimus. *Liv. l. 29. c. 31.* Sufficiebat hic modis abunde alimentis hominum. *Cic. 2. Phil. c. 7.* Nec scribere sufficere, nec tabulae nomina illorum capere poterunt.

Suffigo, is, xi, xum, a. 3. *ficcare*, Ger. *auffkessen*, Gal. *ficber deffous*, Hisp. *hincar*, *παραπέδη*, *παρανήδη*, idem, quod affigo. *Horat. l. 1. Carm. sat. 3.* Si quis eum teruum, patinam qui tollere iussu, Semeles perces, tepidumque ligurierit jus, In cruce suffigat. *Hist. de bel. Afric. c. 60.* Postero die Juba Numidas esse, qui loco amiso fuga se receperat in castra, in cruce omnes suffixit. *Plin. l. 33. c. 3.* Aureis clavibus suffigere crepidas. *Sen. in Theb. a. 1.* novos stimulos dolori suffigere. ¶ Legitur & *suffigo* apud *Jul. Firm. de err. proph. relig. c. 8.*

Suffimen, inis, n. *profumo*, *كافور*, Ger. *beruchung*, Gal. *parfument*, Hisp. *sabumerio*, *δουλαμα*, *δουλασος*, suffitio, suffitus, *Ovid. 4. Fast. v. 731.* I, pete virginea, populus, suffimen ab ara.

Suffimento, as, a. 1. *profumare*. *Veget. l. 3. rei veterin. c. 2.* Suffimentare aliquid.

Suffimentum, i, n. idem ac suffimen. *Fest.* Suffimenta sunt, quae faciunt ex faba, milioque molito, mulso (sparo) : Ea Diis dabuntur eo tempore, quo vix calcatae praelo premebantur. *Cic. 1. de Leg. c. 14.* Nam & iis sine illius suffimentis expiati sumus.

Suffio, is, ivi, vel ii, itum, a. 3. *profumare*, *קפר*, Ger. *bersuchen*, Gal. *parfumer*, Hisp. *sabumar*, *υποδουλαμα*, significat adolere, & suffumigare, ut docent *Serv. in 4. Georg.* & *Glossae veteres* tum *Cyrilli*, ubi *δουλοισω* exponitur *suffio*, tum *Philoxeni*, in quibus est *sufficio*. *υποδουλασος*. *Lucret. l. 2. v. 1096.* Ignibus aetherei terras suffire teraces. *Virg. l. 4. Georg.* At suffire thymo, cerasque recidere inanes Quis dubitet. *Colum. l. 12. c. 18.* Cella quoque vinaria omni serore liberanda, & bonis odoribus suffienda. *Plin. l. 20. c. 12.* Suffire rutam vulvarum causa. *Id. l. 28. c. 8.* Nervis (hyane) a dorso, armisque sufficiendos nervorum dolores.

Sufficus, i, m. faccus, marsupium. *Fest.* Sufficus dicebatur folliculus testium arietinorum, qui celebris usus erat pro marsupio: forsitan dictus sufficus a hici similitudine.

Sufficio, onis, f. *profumo*, *υποδουλασος*, actus sufficendi, suffitus, suffumentum. *Plin. l. 25. c. 22.* Orpheus, & Hesiodus sufficiones commendaverunt. *Col. l. 1. c. 6.* Ne rufus nimia sufficione medicata sint.

Suffitor, oris, m. *υποδουλασος*, qui suffit, seu suffumigat. *Plin. l. 34. c. 8.* Lycus & ipse puerum suffitorem.

Suffitus, us, m. *profumo*, *δουλασος*, suffumigatio, a suffio. *Plin. l. 24. c. 11.* A multis in suffitus pro thore affumitur.

Suffitus, a, um, *profumato*, *υποδουλασος*, suffumigatus. *Plin. l. 20. c. 17.* Animum dolores capitis levat suffitus naribus. *Col. l. 9. c. 14.* Suffitus deinde, & aetivantes apes refrigerare oportet.

Suffixus, a, um, *υποδουλασος*, conficatus, partic. a. suffigor. *Cic. in Pison. An ego, si te, & Gabinium cruci suffixos viderem? &c. Silius l. 1. v. 153.* Erecto suffixus robore.

Sufflabilis, le, adiect. *spirabilis*. *Prudent. in Apothef. v. 842.* Spiramus quotiens animae sufflabilis auras.

Sufflans, inis, n. lignum illud, quo currus in declivibus locis nimio impetu ruentes cohibentur. *Juven. sat. 8. v. 148.* Ipse rotam stringit multo sufflamine Consul. ¶ Accipitur etiam translate pro quocunque retinaculo, impedimento, retardatione. *Juven. sat. 16. v. 50.* Nec res atteritur longo sufflamine litis.

Sufflamino, as, a. 1. ruentem currum sufflamine sistere. *Seneca in Apocolocyntos.* Aliquando Ixionis miseri rotam sufflaminandam. ¶ Per translationem accipitur pro comprimere, retinere, refragare in univerfum. *Sen. in praefat. l. 4. excerpt. controvers.* Tanta illi erit velocitas orationis, ut vitium fieret. Itaque D. Augustus optime dixit, Aterius noster sufflaminandus est. Adeo nedum currere, sed decurrere videbatur, nec verborum tantum illi copia, sed etiam rerum erat.

Sufflammo, as, a. 1. inflammo, accendo. *Sidon. l. 4. ep. 6.* Calumniam plecibili sufflammata invidia.

Sufflatio, onis, f. *υποθραύω*, *εμφύω*, gonfiamento. *Plin. l. 9. c. 7.* Praeterea bullantium aquarum sufflatio, Lunaeque effectu concharum quoque corpora augetcentia.

Sufflatus, a, um, vento inflatus, *enfuso*. *Plin. l. 8. c. 38.* Sufflatae cutis distentis ictus hominum, & morsus canum lynces arcent. ¶ Hinc fumitur pro tumido, superbo. *Var. apud Non. c. 1. n. 27.* Noctae auro, aut genere, aut multiplici scientia inflatus querit Socrates vestigia. ¶ Translate *Auct. ad Heren. l. 4. c. 10.* Nam gravi figurae, quae laudanda est, propinqua est ea, quae fugienda est, quae recte videbitur appellari, si sufflata nominabitur.

Sufflavus, V. Subflavus.

Sufflo, as, a. 1. *sufflare*, *עזר*, Ger. *blasen*, Gal. *soufflar*, Hisp. *soplar*, *quarar*, *πνέω*, est flare in rem aliquam, vel subtus flare, vel flatu excitare. *Plin. l. 34. c. 8.* Buthyreus Lycius Myronis discipulus fuit, qui fecit dignum praetore puerum sufflantem languidos ignes. ¶ Sumitur etiam pro inflare, sive flatu extendere. *Plaut. Stich. 5. 4. 42.* Age tibicen, quando bibisti, refer ad labia tibias, suffla celeriter tibi buccas. ¶ Translate usurpatur pro iramutecere, irasci. *Plaut. Caf. 3. 3. 19.* Hic sodalis tuus, amicus optimus, nescio quid se sufflavit uxori suae. Alii omittunt *se*, & exponunt, nescio quid dixit in aurem.

Suffocabilis, le, adiect. *che soffoca*. *Cal. Aurel. l. 1. Acut. c. 9.* Parvus locus suffocabilis erit aeris paupertate.

Suffocatio, onis, f. *πνέω*, *ακρυω*, actus suffocandi. *Plin. l. 20. c. 5.* Ejus semem contritum, & in vino potum tumentem alium, & suffocationes mulierum, doloresque lenit. Ubi *suffocationes* appellat, cum vulvæ conversatione mulieres animo deficiunt, & pene exanimantur. Quae hujusmodi morbo laborant, *hysterica* vocantur.

Suffocatus, a, um, *suffocato*. *Arator in Act. Apost. c. 15.* ne suffocata, cruore Quae maculantur, edant. *Quintil. l. 11. c. 3.* Vox ultra vires urgenda non est. nam est suffocata saepe, & maiore nisu nimis clara est. *Plin.*

Suffragium, n. 2. Sinapi vulvarum conversione suffocatas (mulieres) excitat odore, *domne isteriche*. V. Suffocatio.

Suffoco, as, a. 1. *suffocare*, *שָׁפַק*, Ger. *ersticken*, Gal. *souffoquez, drauffer*, Hic. *ahogar*, *שָׁפַק*, spiritum proclivis obstrictis taucibus, a *sub*, & *fax*. Au in o abut, quomodo ab *sulla* est *olla*, a *plaudo explodo*. *Lucr. l. 3. v. 905*. Aut in melle sicum suffocari, atque rigere. *Cic. pro Mur. c. 29*. Qui gallum gallinaceum suffocaverit. ¶ Translate sumitur pro quovis modo enecare, opprimere, extinguere. *Cic. Att. lib. 9. ep. 7*. Confilium primum est suffocare Urbem, & Italiam tamen.

Suffoco, as, a. 1. *sub*, & *focus*, significat, igni subicere, idne purgare, & quasi sub focum mittere. *Præter. l. 4. eleg. 8. v. 84*. Dein quemcumque locum externæ tetigere puellæ, Suffocat, & pura limina tergit aqua. Ita cum *Scaliger* plerique. *Beroaldus* leg. *suffit*: quod & *Brouckus* probat.

Suffodio, is, di, flum, a. 3. *cavare fossa*, *שָׁפַק*, Ger. *graben*, Gall. *creuser*, Hic. *cavar por de bazo*, *שָׁפַק*, subtus fodio, ab inferiore parte fodio, excavo. *Col. l. 2. cap. 18*. Neque suem velimus, quoniam nostrum suffodiat, & celsities excitet. ¶ Suffodere equum, est eum contodere, & proprie sub ipso fessore occidere. *Cels. 4. B. G. c. 12*. Suffosique equis, compluribusque nostris dejectis, reliquos in fugam coniecerunt. *ammazzare sotto i cavalli*.

Suffosio, onis, f. *stauamento*, *שָׁפַק*, actus suffodiendi. *Sen. ep. 50. al. 49*. Et ipsum solum suffosionibus tremeret, & cuniculis.

Suffosus, a, um, *שָׁפַק*, partic. a suffodio. *Virg. 11. Æneid.* Quorum alter habenas Suffosus revolutus equo dum colligit. *Cic. de Arusp. Resp. c. 15*. A Sex. Sarrano sanctissima facelia suffosia, incensa, inædificata, oppressa. V. *Suffodio*.

Suffrenatio, vel Suffrenatio, onis, f. colligatio, & arcta structura, quæ lapidem veluti træno retinet. *Plin. l. 36. c. 22*. Sed ad structuram, infidelis, nisi multa suffrenatione devinctus.

Suffragans, antis, o. 3. *suffragante*. *Cic. l. 10. Fam. ep. 5*. Fortuna suffragante videris res maximas consecutus. *Q. Cic. de pet. Conf. c. 7*. Nemo ab ignotis hominibus nullis suffragantibus meritis honore afficitur.

Suffragatio, onis, f. *ballotazione* in favore, *raccomandazione*, *brogio*, *שָׁפַק*, actus suffragandi. *Cic. pro Mur. c. 18*. Tum vero in Consulæ declarando multum etiam apud univèrsam P. R. auctoritatis habet suffragatio militaris. *Id. ibid.* Suffragatio urbana.

Suffragator, oris, m. *שָׁפַק*, qui suffragatur, qui suffragium fert. *Cic. pro Mur. cap. 7*. Tua vero nobilitas, Servi Sulpitii, tametsi summa est, tamen hominibus literatis, & historicis est notior, populo vero, & suffragatoribus obscurior. *Plin. ep. 20. l. 3*. Addebat quosdam ex suffragatoribus, illi graviter, & paucis loquebantur.

Suffragatorius, a, um, *שָׁפַק*, quod pertinet ad suffragatores, vel ad suffragia. *Q. Cic. de pet. Conf. c. 7*. Fore ex eo non brevem, & suffragatoriam, sed himam, & perpetuam amicitiam. h. e. familiam favori, & benevolentie suffragatorum.

Suffraginofus, a, um, cuius suffragines morbo vitiatæ sunt. *Col. l. 6. c. 38. de mula*: Suffraginofæ hordeacea farina imponitur.

Suffragium, ii, n. *suffragio*, *בַּלּוּטָה*, *שָׁפַק*, significatio voluntatis, iudicium nostrum in creandis Magistratibus, legibus sub odis, reis iudicandis, &c. quæ fit vel voce, vel tabella, vel calculis. *Cic. 1. de Leg.* Si hæc suffragiis, aut scitis multitudinis probarentur. *Juven. sat. 8*. Libera ita duntur populo suffragia. quis tam Perditus, ut Senecæ dubitet prætere Neroni? *Vellej. l. 2. cap. 49*. Suffragiis populi se committere. *Rufus Cic. pro Dom. c. 18*. terre suffragium de capite alicuius, *ballotare*. *Id. l. 5. Fam. ep. 12*. Fieri contulim cunctis suffragiis, o *veni voti*. *Horat. l. 2. ep. 2*. captare populi suffragia. *Liv. l. 3. c. 17*. Inire suffragium, *far' una ballotazione*. Populus R. initio suffragia voce tulit; deinde, variis latis hac de re legibus, per tabellas: quæ tabellæ citius deterebantur, & a diribitoribus populo distribuabantur. V. *Hænan. in l. de leg. Rom.* In his tabellis variz inscribentur literæ: A, h. e. antiquo, & *abjولو*: C. *contemno*: N. L. *non liquet*: U. R. *uti rogat* &c. ¶ Suffragium, pro ruina, & casu quidam accipiunt in illo *Ovidii de nuc. v. 119*. Quid nisi suffragium nimbis ruitantibus effem? sed legendum est ex metiorib. codicib. *suffugium nimbo vitantibus*. nam & secunda syllaba in *suffragium* longa est, & ea ratione nimis obscura, & veluti extorta est sententia.

Suffrago, inis, f. *piegatura*, *giuntura*, *gavetta*, Ger. *biegung verknie*, Gall. *les joint desymbes devrées des bbes*, Hic. *quartilla*, *שָׁפַק*, flexura in posterioribus quadrupedum cruribus retrorsum incurvata, quæ in prioribus contrario modo inflexa genu dicitur, sic appellata, quod ibi cruris continuitas divisa, ac quodammodo tracta appareat. *Plin. l. 8. c. 45*. Viclium probatio in vitulo, ut cauda articulum suffraginis contingat. *Id. l. 11. c. 45*. Aves, ut quadrupes, alas in priora curvant, suffragines in posteriora. ¶ Dicitur etiam per Catachresin de quadam vitium sobole. *Col. l. 4. c. 24*. Et, si foboles, quam rusticæ suffragine vocant, radicibus adbareat, diligenter explantanda, terroque evellenda est.

Suffragor, aris, d. 1. *dar la balla in favore*, Ger. *sim geben*, Gall. *donner sa voix*, Hic. *dar su voto*, o *favor*, *שָׁפַק*, suffragium ferendo alicui laevo. Et contrarium *refragor*, quod est adversor. *Cic. pro Mur. l. 3*. nihil erit præter ipsorum suffragium, tenue est, si, ut suffragantur, nihil valent gratia. ¶ Sumitur etiam generatim, pro adjuvare, auxilio esse, favere. *Cic. 7. Verr.* Cui legi cum vestra dignitas vehementer adversaretur, istius spes tallæ, & insignis impudentia inaxime suffragatur. *Idem ad Brut. ep. 18*. suffragari cupiditati alicuius. *Quintil. l. 11. c. 3*. Ornata est pronuntiatio, cui suffragatur vox facilis, magna, beata, flexibilis. V. *Suffragans*.

Suffrenatio. V. *Suffrenatio*.

Suffrendens, tis, partic. infrendens. *Ammian. l. 15. c. 29*. Inflata cervice suffrendens.

Suffrigo, as, cui, flum, a. 1. *sfregare*, *שָׁפַק*, leviter frico. *Col. lib. 12. c. 23*. Et, si quid læcis aut labris valorum, aut lateribus inhælit, eradi, ac suffricari.

Suffringo, is, egi, actum, a. 3. *rompere*, *שָׁפַק*, idem quod frango. *Plaut. Truc. 2. 8. 8*. Ut ego hinc Suffringam talos. *Cic. pro R. Amer. c. 20*. Opinor, iis crura suffringantur.

Suffritio, as, a. 1. *שָׁפַק*, idem quod frico, hoc est, friatum, sive comminutum inspergo. *Col. l. 12. c. 38*. Scopulis aridæ myrti scoria suffricatur. Quidam legunt, *seria suffricatur*.

Suffructam, præter. plusquam pert. a subsum. Felt. *Suffruat*, sub eodem modo fueras.

Suffugio, is, gi, gitum, n. 3. *rifugiare*, *שָׁפַק*, idem ac fugio, vel contugio, vel clam fugio. *Liv. lib. 24. cap. 46*. Imber a nocte media courtus cultodes, vigilesque dilapsoe & stationibus suffugere in tecta coegit. *Lucr. l. 4. v. 361*. Suffugit sensum. h. e. effugit.

Suffugium, ii, n. *rifugio*, *שָׁפַק*, German. *zufucht*, Gall. *refuge*, Hic. *recogida*, *שָׁפַק*, quo quis suffugit, hoc est securitatis causa se se recipit. *Ovid. de Nuc. v. 119*. Quid, nisi suffugium nimbo vitantibus effem? *Tac. de Germ. cap. 16*. Subterranci specus suffugium hiemi,

& receptaculum frugibus.

Suffulcio, is, fi, flum, a. 4. *sostenere*, *שָׁפַק*, Ger. *understutzen*, Gall. *appuyer*, Hic. *sustentare*, *שָׁפַק*, sustento, subtus sustinendo suffulcio. *Plaut. Ml. 1. 2. 34*. Ecce autem ædificat, columnam mento suffulcit suo. *Lucr. l. 4. v. 865*. Propterea capitur cibus, ut suffulciat artus, Et recree vires.

Suffultus, a, um, *שָׁפַק*, *sostenato*. *Varro l. 1. de re rust.* Ut majoribus porticis suffultæ vites auræ non pertimescant. *Lucr. l. 4. v. 428*. Porticus suffulta columnis.

Suffumigo, as, a. *fumigare*, *שָׁפַק*, Ger. *undenauff rauchen*, Gall. *par-fumer*, Hic. *hazer*, *burno*, *שָׁפַק*, idem quod fumigo, vel subtus fumum excito. *Cels. l. 7. c. 20*. Vulva dolens sulphure suffumigari debet. *Id. l. 5. c. 27*. Quidam super prunam eo (scorpione) imposito, vulnus suffumigant.

Suffundatus, a, um, nom. ex partic. subtus fundatus, *posso sotto per fundamento*. *Varro apud Non. c. 1. m. 236*. In domibus lateritiis paululum modo lapidibus suffundatis habitabant.

Suffundo, is, tudi, flum, a. 3. *spargere*, *שָׁפַק*, Ger. *angießen*, Gall. *épandre*, Hic. *derramar*, *שָׁפַק*, effundo, infundo, superfundo. *Plaut. Cure. l. 3. 3*. Mane, suffundam aequalam. *Col. l. 6. Laßz*, & æstanti mulæ ad os in faces demittitur, utrunque in os suffunditur. ¶ Pontur etiam pro spargere generatim, pro dilatare, extendere. Sic suffundi robore faciem dicimus, cum sanguis subter cutem se se disperdit, faciem inficit robore. *Virg. 1. Georg. de Aurora*: At si virgineum suffuderit ore roborem, Ventus erit. *Sen. l. 2. de Clem. c. 6*. Imbecillos oculos esse facis, qui ad alienam lippitudinem suffunduntur. *Id. 2. de Ira*: Suffundere oculos aciem. h. e. turbare. *Stat. 11. Theb.* Suffundi maculis. *Par. l. 2. R. R. c. 8*. Suffundere vires cito animalibus ad feturam, h. e. suppeditare, vires augere.

Suffuror, aris, d. 1. *rubare occultamente*, *שָׁפַק*, Ger. *verstecken*, Gall. *de-rober*, Hic. *hurter*, *שָׁפַק*, clam iuror. *Plaut. Truc. 2. 7. 15*. Hæc cum video fieri, suffuror, suppillo, de præda præjam capio.

Suffusculus, a, um, adject. aliquantum fuscus. *Apulej. l. 2. A. A. Procerus*, & fuscusculus.

Suffucus, & Subfuscus, a, um, adject. aliquanto fosco, obscuro. *Tac. in Agric. c. 12*. Gignit & Oceanus margarita, sed suffuca, & liventia.

Suffusio, onis, f. *suffusione*, *שָׁפַק*, actus suffundendi, aspersio, inspersio. *Plin. l. 21. c. 23*. In tusti, uva, tellis veteri suffusione. ¶ Speciatim suffusio dicitur morbus oculorum, qui fit ex concreto humore inter tunicas ante ipsam pupillam collecto, quo visus ufque adeo impeditur, ut discretas rerum species, & colores apprehendere non possit, *catarracta*. *Plin. l. 21. c. 20*. Habet suas utilitates contra suffusiones oculorum. *Cels. l. 6. c. 6*. Suffusio quoque, quam Græci *שָׁפַק* nominant, interdum oculi potentia, qua cernit, se opponit.

Suffusus, a, um, *asperfo*, *שָׁפַק*, *שָׁפַק*, inspersus, aspersus. *Cic. l. 1. Fam. ep. 9*. Novi animam cum mihi amicum, tum nulla in ceteros malevolentis suffusum. *Id. 2. de nat. Deor.* Nam tenuis, ac perlucentis, & æquali calore suffusus æther non satis aptus ad stellas continendas videtur. *Id. 1. Tusc.* Empelocles animum esse cenlet cordi suffusum sanguinem. *Liv. l. 30. c. 15*. Månile hæc adhaenti non rubor solum suffulsum, sed lacrimæ etiam obtortæ. *Ovid. 2. Trist.* Sales tollæ suffusi, *facere pungenti*. ¶ Comparativum *suffusior* legitur apud *Terul. de anim. c. 38* ubi usurpat pro eo, qui maioris pudoris est.

Sugambri, orum, m. idem qui Sicambri, populi Germanici, Rheni annis accollæ, ubi nunc Westphaliæ ducatus. *Tacit. Ann. 2. c. 26*. Sic Sugambri in dedicationem acceptos. ¶ Adjective *Id. Ann. 4. c. 47*. Recepti subsidio Sugambriæ cohortis.

Suggero, ris, gessi, gessum, a. 3. *dare*, *sumministrare*, *שָׁפַק*, Ger. *unterhalten*, *geben*, Gall. *bailler*, & *fournir*, Hic. *do lo que otro hi menester*, *שָׁפַק*, subministrare, suppeditare. *Cic. 2. de Or.* Singulis generibus argumentorum copiam suggerunt. *Liv. l. 3*. Suggestere materiam criminum. ¶ Pontur etiam pro adjuvare. *Cic. 2. de Or.* Ambiguum explicatur, cum ea verba, quæ desunt, suggesta sunt. ¶ Item pro in locum substituere, sufficere. *Liv. l. 2. Bruto* itam, Horatium suggerunt. ¶ Item pro in memoriam redigere. *Cic. 2. Fin. c. 14*. Ubi si memoria forte detecerit, tuum est, ut suggeras. ¶ Item pro suadere. *Ulp. l. sed et, §. item*, ff. *ex quibus causis maiores*, &c. Unde quoties æquitas restitutionem suggerit. ¶ Item pro exigere, postulare. *Ulp. l. ex factis circa fin. ff. de her. instit.* Quæ res in proposito quoque suggerit, ut Italicum rerum esse credantur eæ res, quæ in Italia testator esse voluit.

Suggestio, onis, *suggestione*, *suggestimento*, actus aliquid consulendi, vel monendi, seu proponendi. *Vopisc. in Aurelian. c. 14*. Hoc igitur quod Nerva in Traiano adoptando, quod Trajanus in Adriano, & cæteri deinceps proposita suggestione fecerunt &c. *Id. ibid. c. 19*. Referimus ad vos, P. C., Pontificum suggestione. *Symmach. l. 9. ep. 22*. Sed plura tribus vel tuo provisio studio, vel illorum suggestione comperta. ¶ Additur a quibusdam locus *Quintil. l. 9. c. 2*. ubi agens de figura Responsionis, inquit: Quod schema quidam per suggestionem vocant. Sed legendum omnino est *subjectionem* optimis quibusque Codicib. ¶ Proprie suggestio significat agitionem, additionem unius rei ad aliam: quo sensu *Cal. Aurel. Tard. 2. 13*. Potus suggestione auctus. h. e. subinde addendo largius datus.

Suggestus, us, m. & Suggestum, i, n. omne id, quod in altum est ægellum, a *suggere*, quod est sursum gerere. *Strabon. l. 1. §. 16. v. 113*. Celsæ procul aspice frontis honorem, Suggestumque comæ. Quo significatur *שָׁפַק*, *שָׁפַק*, id est, tutulus cincinnorum, vel globus capillorum. *Par. l. 3. R. R. c. 5*. Ex suggestu taleris predeunt anates in stagnum. ¶ Speciatim sumitur pro loco editiore, unde ad populum verba fiunt, *pulpito*, *שָׁפַק*, Ger. *cantzel*, *predigstul*, Gall. *chaie*, Hic. *pulpito*, *אֲבָזָאָפּוּ*. *Liv. l. 8. c. 14*. Roftricus enim suggestum in foro exstructum adornari placuit. *Plin. l. 14. c. 5*. Eodemque in Consulatu in suggestu rostra devictis Antiatibus deherat. *Cic. 1. Davin.* Ascendere in suggestum. *Id. 5. Tusc. c. 20*. In suggestis communibus consistere. ¶ Pontur etiam suggestus pro actu suggerendi, *suggestione*. *Ulpian. l. 1. Dig. de Magistr. conven.* Si ex suggestu eorum vel nominibus ab eis acceptis Præses dederit.

Suggillatio, onis, f. *lividura*, *contusio*, *שָׁפַק*, actus suggillantidi. *Plin. l. 32. c. 7*. Reliquæ carnes impositæ suggillatione rapiunt. ¶ Translate sumitur pro contumelia, ignominia. *Plin. l. 7. c. 45*. Juxta hæc Variana clades, & majestatis ejus tæda suggillatio. *Ado Liv. l. 43. c. 14*. Scribitur & Suggillatio.

Suggillatiocula, læ, f. parva suggillatio. *Claudius Momer. l. 2. c. 9*.

Suggillatus, us, m. idem ac suggillatio. *Ter. l. 4. adv. Marcion. c. 34*.

Suggillatus, & Sugillatus, a, um, *livida*, *contuso*, percussus, lividis maculis detorturatus. *Plin. l. 20. c. 6*. Cinis alii ex oleo, & garro illitus suggillata, aut liventia ad colorem reducit. *Id. l. 28. c. 9*. Cafæ recens cum melle suggillata emendat. ¶ Translate est intamia notatus, contumelia affectus. *Liv. l. 4. c. 35*. Viros spectatos primis annis suggillatos, repulos, risu patribus tuisse, deinde postremo præbere ad contumeliam oæ.

Suggillo, vel Sugillo, as, a. 1. *percuotere, machinare*, Germ. *kollfß machen*, Gal. *marquer de coups*, Hisp. *magullar, uramirko*, est ita percutere, ut sub ictu contingant vibices, ac maculæ luridæ. ¶ Translate est alicuius existimationem lædere, contumelia afficere, *infamare, pungeri*. *Ulpian. l. Sed si hac lege. Dig. de in jus voc.* Si famosa actio non sit, & pudorem non fugilet. ¶ Sudant Etymologi in assignanda huius verbi origine: alii putant esse a *sub* & *etium*, ut proprie significet cilium, seu oculum lividum ictu facere: scribuntque duplici eg: alii derivant a *sugo*, & unicum q' appingunt. *V. Voff. in Etymol.*

Suggredior, eris, d. 3. *andare occultamente, accollarsi*, Ger. *bemlich geben*, Gal. *aller en cachette*, Hisp. *andar a escondidas, úrscaivo*, latenter gradior, accedo. *Tacit. Ann. 15. c. 11.* Cæsis qui barbarorum propius suggrediebantur. *Id. 2. Ann. c. 12.* Suggressi propius speculatores.

Suggrunda, & subgrunda, æ, f. *grondaja, γρόσθη, γρόσθη*, pars tecti prominens, qua stitilicidium a pariete arcetur, a *grunda*, quo nomine in *vet. Gloss.* idem significatur, nempe prominentia, & veluti supercilium parietis arcentis pluviis inventum. *Varro l. 3. de R. R. c. 3.* Apes enim subter suggrundas, ab initio villaticæ usq' tecto. *Vitruv. l. 10. cap. 21.* Testudo habet superne suggrundas proclinas.

Suggrundarium, ii, n. sepulcrum infantium, qui nondum excessissent diem quadragessimum. Fulgentius Planciades l. de fermeone pisco. Suggrundaria antiqui dicebant sepulcra infantium, qui necdum quadraginta dies impleverint, quia nec basta dici poterant, quia ossa, quæ computarentur, non erant, nec tanta cadaveris immanitas, qua locus tumefeceret, unde neque tumuli appellari merebantur. Adducit deinde *Rustilius Gemini* locum in *Astynacte*. Melius suggrundarium misero quæretes, quam sepulcrum.

Suggrundatio, vel Subgrundatio, onis, f. *γρόσθησις, γρόσθησις*, suggrundiorum, h. e. prominentium tectorum, structura. *Vitr. l. 3. cap. 2.* Sub tectis si majora spatia sunt, columnen in summo fastigio culminis, unde & columnæ dicuntur, & transtra, & capreoli, si commoda, columnen, & cantherii prominentes ad extremam suggrundationem.

Suggrundum, ii, n. idem ac suggrunda. *Plin. l. 25. cap. 13.* Alii stergethron vocant, quod amatoris conveniat, alii hypogæson, quoniam in suggrundis fere nascitur.

Sugillo, V. Suggillo.

Sugo, is, xi, Æum, a. 3. *suggere, Ger. saugen, Gal. succer, Hisp. chupar, μολίω, μολίω*, succum labris extraho, leu elicio. *Cic. Tusc. 3. c. 1.* Ut pene cum lacte nutricis errorem luxisse videamur. *Id. 2. de nat. Deor. c. 47.* Alia sugunt, alia carpunt, alia vorant, alia mandunt.

Sui, sibi, fe, *de se, iuræ*, pronomen reciprocum primitivum. Est generis omnis, & utriusque numeri. *Cic. 2. Fin. ut sui, & Metrodori* memoria colatur. *Id. Fam. 13. ep. 20.* A te peto, ut des operam, ut intelligat, meam commendationem usui magno sibi fuisse. *Id. in Orat. c. 28.* Ne ipse quidem sua tanta eloquentia mihi persuasisset, ut se dimitterem. *Id. Q. Fr. l. 3. ep. 1.* Cum ad illum scribas, nihil te recordari de se. ¶ Nonnunquam usurpatur extra reciprocum, quemadmodum & *juus*. *Horat. l. 2. Sat. 1.* Grande malum Turius, si quis fe iudice cetero. ¶ Interdum *se* reperitur. *Virg. Ecl. 3.* At mihi sese offert ulro meus ignis Amyntas. ¶ Quando ablativo se adiungitur, præpoit. *cum* semper postponitur. *Cic. de Senect. c. 14.* Secum esse, secumque, ut dicitur, vivere. *uiver' a se seffe*, quod *Perf. Sat. 4. v. 52.* dixit, secum habitare. ¶ Additur sæpe huic pronomini syllabica particula *mer*. *Sil. lib. 13. v. 662.* Ipsa quidem virtus fibimet pulcherrima merces, a *se seffe*. *Liv. lib. 2. c. 12.* Ne, ignorando regem, semet ipse aperiret, quis ellet. *Sueton. de illustr. Grammat. cap. 10.* Philosophus ab semet nominatus. ¶ Interdum sui usurpatur pro *iuus*. *Cic. de Univers. c. 13.* Imitantes genitorem, & effectorem sui. ¶ Dativus sibi eleganter adiectivo *juus* adiungitur. *Terent. Adelph. 5. 8. 36.* Suo sibi hunc jugulo gladio, *col suo proprio coltillo*. *Cic. de Amic. c. 3.* Factus est confusus bis, primum ante tempus, iterum sibi suo tempore. *Col. l. 12. c. 34.* Singula suo sibi iure eluito. *col suo proprio brodo*. ¶ Ire ad se, est ad domum suam. *Plau. Men. 5. 2. 11.* Repente expetit me ut ad sese irem. *Sic Cic. pro Mil. c. 19.* Deverit Clodius ad fe ad Albanum.

Sulle, is, n. *porcile, Ger. seuffal, Gal. drable a porceaux, Hisp. ca barda, σουσαρία, σουφία, σουφία*, stabulum suum, septum, in quo nutriuntur porci. Differt ab hara, quod eo nomine significetur scropharum cubile, cui lingule scrophæ separatum cum suis fuculis includuntur. *Colum. l. 7. cap. 9.* Diligens autem porcolator frequenter fucile convertat, & sæpius haras.

Suillus, a, um, *di porco, porcino, úidos*, dim. est a *suinus*, ejsdem tamen cum illo significacionis. *Luv. l. 22. c. 10.* Ex suillo, o-cillo, capri-nogre. *Plin. l. 8. c. 52.* At in Arabia suillum genus non vivit in ullo genere.

Suinus, a, um, *di porco, úidos*, quod ex sue est. *Parr. lib. 2. c. 4.* Hinc enim conciliator lincæ carnis datur populo. Alii leg. *suille*.

Suiones, m. 3. Svvedt pop. Germaniz, in ora maris Baltici, in Pomerania, inter Lemovios, & Rugios, a quibus *Suvine* tretim, inter Use domiam, & Julinam inf. videtur nominari. *Tacit. de Germ. c. 44. & 45.*

Sulcamen, inis, n. idem quod sulcus. *Apul. l. 6. A. A. Glibz Siculz sulcamina.*

Sulcator, oris, m. *ωλκωτής, qui sulcat*. Translate navigator. *Sil. l. 7. v. 363.* Sulcator navita ponti. *Stat. l. 11. Theb. v. 588.* Nigri sulcator Averni. ¶ Item qui rodit. *Claudian. l. 2. de vapt. Proserp. v. 340.* lateris sulcator opaci vultur. ¶ Proprie adhibuit *Prudent. l. 2. advers. Symmach. v. 939.* Leontini sulcator campii.

Sulcatus, a, um, *ωλκωμένος, sulcato*. *Lucan. l. 1. v. 168.* Et quondam duro sulcata Camilli Vomere.

Sulci, vel Sulci, orum, m. *Solo*, urbs Sardiniz in ora Australi, *Claudian. de B. Gildon. ad fin.* Pars adit antiqua ductos Carthagine Sulcos. ¶ Eius incolæ Sulchitani dicuntur a *Plin. l. 3. c. 7.*

Sulco, as, a. 1. *sulcare, far solechi*, Ger. *furch machen*, Gal. *couper ou are par rayons*, Hisp. *afultcar, ωλκωτής*, sulcos facio, profcindo. *Col. l. 11. c. 2.* In subacta iam terra latiores porcz sulcantur. ¶ Ponitur etiam pro effodere, excavare. *Plin. lib. 9. c. 6.* Satianisque se per complures dies, alveum in valde sulcaverat. ¶ Translate usurpatur pro navigare. *Virg. 10. Æn.* Sulcat maria alta carina. *Ovid. l. 1. de Ponso el. 4.* Nos fragili ligno vastum sulcavimus æquor. Eadem ratione *Propert. l. 4. eleg. 8.* pedibus teneris sulcare pruinis. h. e. ambulando findere. ¶ Item pro corrugare, asperum, & inæqualem facere. *Ovid. 3. Met.* Sulcavitque cutem rugis.

Sulcillus, i, m. *σολκίλλος, ωλκωτής*, parvus sulcus. *Col. l. de Arb. cap. 30.* Sulcillus disponi per sulculos pedales convenit.

Sulcus, ci, m. *solca, δόχ, Ger. furch, Gal. rasyon, Hisp. sulco, ωλκωτής*, fossa oblonga, quæ inter arandum fit vomere. Differt a scrobe, quod sulcus est profcissio terræ in longum producta, scrobs in figuram quadratam, vel circulatam, aut similem. Vel quia sulcus non tantz profunditatis est, quanta scrobs efficitur. *Cic. l. 2. de Divin. c. 23.* Cum terra araretur, & sulcus altius esset imprefcus. *Virg. l. Georg. At si non fue-*

rit tellus fecunda, sub ipsum Arcturum fat erit tenui suspendere sulco. *Id. Ecl. 4.* Telluri infundere iulcos. *Plin. l. 18. c. 19.* Arvum sulcis subigere. ¶ Interdum accipitur pro ipsa aratione. Hinc fit, ut tertio, quarto, quinto sulco ferere dicamus, pro eo, quod est tertia, quarta, aut quinta aratione. *Plin. l. 18. c. 20.* Quarto ferri sulco, Virgilius existimavit voluisse, cum dixit, optimam esse segetem, quæ bis Solem, bis frigora sensisset. *Adde Plin. Jun. l. 5. ep. 6.* ¶ In vitum quoque, cæterarumque arborum plantationibus sulcum appellamus fossam in longum ductam, in qua plantantur semina. *Virg. 2. Geor.* Ausim vel tenui vitem committere sulco. ¶ Translate dicitur de quacunq' re, quæ in longitudinem excavata est, ut de rugis in veste, & in fronte, de vulneribus, & *Claud. l. 3. v. 425. de vapt. Proserp.* Et ora fatiscunt Vulneribus, grandæque rubent in pectore sulci.

Sullur, V. Sulphur.

Sulla, V. Sylla.

Sulmo, onis, m. *Sulmona, Solmona*, urbs parva Pelignorum, in Apertio apud Sarum fl. inter Aquilam & Venatrum, patria Ovidii Poetz. Hinc ille 3. *Trist. eleg. 10.* Sulmo mihi patria est, gelidis ubertibus undis, Millia qui novies distat ab urbe decem. ¶ Conditæ est, & nominatæ a Solymo Phrygio, ut *Idem* docet 4. *Fest. v. 79.*

Sulmonensis, fe, adiect. *di Sulmona*, ad Sulmonem pertinens. *Juvenal. Sat. 6. v. 186.* De Sulmonensi mera Cecropis.

Sulphur, uris, n. *solfo, zolfo, נפרי, Ger. Schwefel, Gal. soufre, Hisp. sulfre, Sulfur*, terræ pinguedo, quæ a *Plinio l. 35. c. 15.* terræ generibus assignatur, ab aliis quibusdam in metallica corpora, seu mineralia enumeratur. *Virg. 3. Georg.* Et fumas miscent argenti, ac sulphura viva. *Id. 2. Æn.* Et late circum loca sulphure fumant. *Plin. l. 35. c. 15.* In terræ autem reliquis generibus, vel maxime mira natur: est sulphuris, quo plurima domantur. Nascitur in insulis Æolis inter Siciliam, & Italiam, quas ardere diximus. Sed nobilissimum in Melo insula. In Italia quoque invenitur in Neapolit: 10, Campanozæ agro, collibus, qui vocantur Leucogæi. Quod est cuniculis effosum, perficitur igni. Hæc *Plin.* ¶ Sulphur sacrum, est fulmen, quia ubi cecidit, sulphureo odore relinquit. *Parf. Sat. 2. v. 25.* oculus illex Sulphure dicitur sacro. ¶ *Vossius in Etymol.* putat rectius scribi *sulfur* quia hæc vox apud Latinos tan um in usu est. At *Manus. in Orthogr.* consuetudinem probat scribendi cum *ph*, additque in quibusdam vet. monumentis legi *sulpur*, quia Veteres, aspirationem parce adhibebant.

Sulphurans, antis, nom. ex particip. idem ac sulphureus, ut aquæ sulphurantes, *Tersul. advers. Valentianum. c. 15.*

Sulphuraria, æ, f. *solfonaria*, sulphuris fodina, vel locus ubi sulphur præparatur. *Leg. 8. Dig. de Penis, & l. 52. Dig. de Furtis.*

Sulphuratio, onis, f. mixtura sulphuris subterranea, sulphuris locus sub terra. *Sen. l. 3. Nat. Quest.* Aut sulphuratio contraxit humorem.

Sulphuratus, a, um, *info forato, Sulfuratus*, quod sulphur habet admixtum. *Martial. l. 10. ep. 3.* Sulphurato empta ramento. *Plin. l. 31. c. 3.* Depressis puteis sulphurata, vel aluminosa occurruntia putearios necant. *Tersul. l. 1. cont. Marcion. c. 28.* Sulphurationi eis gehennam præparabit. ¶ Sulphurata, orum, absolute, sunt ligna exilia, vel fila sulphure imbuta ad ignem accendendum, *sulfanelli*. *Martial. l. 1. ep. 42.* Pallentia sulphurata fractis permutat vitreis. *Plin. l. 36. c. 19.* Scintillæ exceptæ sulphuratis, aut fungis.

Sulphureus, a, um, *sulfureo, Sulfureus*, quod ex sulphure est, sive sulphuris naturam, odorem, colorem refert. *Virg. 7. Æn.* Auduit annis Sulphurea Nar albus aqua. *Plin. l. 36. c. 19.* Cum uritur, odorem sulphureum reddit. ¶ Sulphureus, a, um, adiect. idem ac sulphureus, ut Sulphureus fontes, *Vitruv. l. 8. c. 3.*

Sulpicia, æ, f. poetria Romana nobilis, cujus ingenium, castitatem, fidemque erga maritum laudat *Martial. lib. 10. epigr. 35. & 38.* Extat ejus carmen, fe satyra, qua in Domitiani tempora invenitur. Duos præterea senarios jambicos ex eju carminibus allegat vetus *Juvenalis Scholiastes ad Sat. 6. v. 535.*

Sulpicia, ii, (rectius quam *Sulpitius*, ut ex vet. monum. ostendit *Manus. in Orthogr.*) nomen Romanum multorum illustrium virorum. C. Sulpicus Gallus, P. Sulpicus, & Serv. Sulpicus nobiles eloquentia ture; quos laudat *Cic. in Brut. c. 20. & 55. & de Harusp. resp. c. 19.* ¶ Sulpicus Apollinaris Grammaticus, Pertinacis Imperatoris præceptor, laudatur a *Gal. l. 4. c. 17.* ut vir præstanti literarum scientia. Hic Terentii fabularum perichas jambicis versibus scripsit. ¶ Severus Sulpicus Niobrix Gallus, æqualis D. Hieronymi, scripsit eleganti, & terfo stilo, ut illis temporibus, vitam B. Martini, & duos præterea sacræ historie libros. Hunc *Josephus Scaliger in prolegom. de emendas. temp. Ecclesiasticorum* scriptorum purissimum merito appellat.

Sultis, fe volete, *eidhere*, si vultis, apud veteres, qui eo utebantur ad imperium leniendum. *Pisut. Capt. 2. 3. 96.* Servate istum, sultis, intus servi, ne quoquam pedem efferat sine custode. *Id. Asin. prol. v. 2.* Hoc agite, sultis, ipeatores, nunc jam.

Sum, es, sui, n. anom. *effere, נתי, Ger. seyn, Gal. être, Hisp. ser, çui, úarçay*, habeo essentiam, existo. Putatur esse ab *çui*, sive, ut *Æoles* dicebant, *çui*, vel, ut *Dores*, *çui*, vel a futuro *çorum* per *Aphe* resim, & Apocopen. *er* ab *çis*, *est* ab *çeri*, abjecto *e*. A Grammaticis appellatur verbum substantivum, quod, cum cætera omnia verba actionem importent, aut passionem, solum hoc fit verbum, quod substantiam rei denotet. In hac acceptioe est primi ordinis neutrorum, & constituitur cum nominativo præcedente. *Cic. l. de nat. Deor. De Diis*, neque ut sint, neque ut non sint, habeo dicere. ¶ Vel cum duobus nominativis, uno præcedente, altero subsequente. *Cic. l. de Am. Nihil enim stabile est, quod infidum est.* ¶ Aliquando verbo sum omittitur. *Virg. l. 1. Æn.* Tu ne ille *Æneas*, quem Dardanio Anchizæ, & c. *Id. l. 3.* Nam Polydorus ego. ¶ Accipitur etiam pro vivere. *Cic. Att. l. 12.* Longumque illud tempus, cum non ero. ¶ Item pro manere, commorari. *Cic. l. 4. Fam. ep. 7.* Nonne mavis sine periculo domi tuæ esse, quam cum periculo alienæ? *Id. l. 2. de Or.* Ut hic sitis hodie. ¶ Item pro expositum esse, vergere, *effere a Garumna* flumine ad Pyrenæos montes, & eam partem, quæ est ad Hesperiam. ¶ Item pro solere. *Cic. lib. 12. Fam. epist. 20.* Quod si, ut es, cessabis, lacessam. ¶ Nonnunquam pretium importat, idem fere significans, quod valeo, sive æstimor, in qua significacione genitivum exigit pretii incerti, seu indeterminati, vel ablativum pretii certi, aut determinati. *Ter. Adelph. 5. 9. 20.* Argentum, quanti est, sumito, h. e. quanto pretio valet. *Cic. l. Off. lta fit*, ut considerate agere pluris sit, quam cogitare prudenter. *Id. 3. Verr.* Cum in Sicilia festertis binis tritici modius esset, ad summum ternis. ¶ Usurpatur etiam cum dativo personæ æstimantis. *Cic. l. 15. Fam. ep. 15.* Magni erunt mihi tuæ literæ. ¶ Interdum refertur ad dominium, vel possessionem, & genitivum poscit. *Cic. l. 2. Fam. ep. 13.* Jam me Pompeji totum esse scis. ¶ Interdum ad proprietatem, cum genitivo. *Cic. de Sen.* Ut petulantia, ut libido magis est adolefcentium, quam senum. ¶ Interdum ad convenientiam, congruentiam.

tiam. Cic. 1. de Orat. c. 18. Nitidum quoddam genus est verborum, sed palæstræ magis & olei, quam hujus civilis turbæ atque fori. ¶ Interdum ad opus, munus, officium cum gen. Cic. pro L. Man. Erat igitur humanitatis vestræ magnum eorum civium numerum calamitate prohibere. ¶ Significat etiam habere. Tunc est tertii ordinis. Cic. 3. Off. Nulla enim nobis cum Tyrannici societas, sed potius summa distractio est. Terent. Hecyr. prol. Hecyra est huic nomen fabulæ. Plaut. Amph. prol. v. 19. Nomen Mercurii est mihi. ¶ Item asserere, afficere. Usurpatur cum duobus dativis. Cic. 1. Off. Qui dedecori esse nefas, & vitium iudicandum est. Id. 1. 2. Idque etiam Republicæ est ornamentum, homines externos hoc liberalitatis genere in Urbe nostra non egerit. ¶ In hac acceptione reperitur etiam cum dat. & ablat. Plaut. Mil. 3. 1. 145. Nihil me ponit jam, quanto sumptu fuerim tibi. Sed forte quanto sumptu datus est. Nam datus quartæ declinationis præfixis seculis etiam in u. exibat. Adde, quod eo loco alii leg. sumptui. ¶ Signat quoque aptum esse, cum dativo. Ulpian. l. qui penum legat, ff. de pen. leg. Aristot. notat, etiam quæ elui, potiusque non sunt, contineri legato. ¶ Denotat etiam laudem, vel vituperationem, partem, statum, affectionem corporis, vel animi, vel quid simile. Et usurpatur vel cum gen. vel cum abl. ut neutrum secundi ordinis, vel quinti. Cum quibusdam tamen nominibus usurpatur necessario cum ablativo, ut Esse animo bono, virili, presenti, vacuo, Esse mira alacritate, esse capiti, vel superciliis raris: cum quibusdam alius usurpatur potius in secundo ordine, quam in quinto, ut Esse nullius consilii, Esse ciliis minimi, & fere vulgaris. Cic. pro Sext. Niniuum me timidum, nullius animi, nullius consilii iudice confiteor. Id. 1. 6. Fam. ep. 16. Fac, animo forti, magnoque sis. Id. 4. Verr. c. 35. Esse summo honore. Id. 14. Fam. ep. 3. Esse studio mirifico erga aliquem. Id. de Am. Quin etiam quis ea asperitate est, & immanitate naturæ. Id. 3. de Leg. Quia quisque sit lege, conditione, iocunde. Id. 1. 16. ep. 13. Incredibili sum sollicitudine de tua valetudine. ¶ Significat etiam accidere, evenire. Horat. lib. 3. od. 1. Est, ut vir virio latius ordinat arbuta sulcis. Cic. Attic. l. 5. ep. 21. Si erit, ut volumus. ¶ Item licere, cum infinito. Virg. Æn. 6. v. 595. Nec non & Tityon terræ omniparentis alumnum Cernere erat. Gell. l. 13. c. 24. Est tamen non nunquam invenire, ita scriptisse quoddam. ¶ Esse ab aliquo, & pro aliquo est cum aliquo sentire, ab aliquo stare, alicui favere. Cic. 2. de Orat. c. 38. Critolaus erat ab Aristotele. Id. pro Cluent. Judicia partim nihil contra Habitum valent, partim pro eo sunt. ¶ Esse ab aliquo significat etiam ex alicuius familia, vel domo esse. Terent. Andr. 3. 1. 3. Ab Andria est ancilla hæc. Plaut. Curcul. a. 3. v. 82. Credo, te esse ab illo. ¶ Apud aliquem recte esse, est cum, ejuisque omnia bene se habere. Cic. Att. l. 1. ep. 7. (al. 5.) Apud matrem recte est, eaque nobis curæ est. iusto va bene. Eodem sensu dicimus, bene, vel male esse alicui. Cic. Fam. 16. ep. 22. Spero ex tuis literis, tibi melius esse. Terent. Adelph. 1. 1. 8. Cogitat, tibi bene esse soli, cum sibi sit male. ¶ Esse apud aliquem, vel cum aliquo, interdum ponitur pro cœnare apud aliquem. Ter. Heaut. 1. 1. 210. Dionysia hic sunt: hodie apud me sis, volo. Et 1. 2. 11. Quam vellem Menedemum invitatum, ut nobiscum hodie esset lautius. ¶ Adhibetur interdum eleganti circumlocutione. Terent. Phorm. 5. 8. Sin est, ut velis manere illam apud te. h. e. Sin vis illam manere, &c. Horat. l. 1. ep. 12. non est ut copia major ab Jove donari possit tibi. h. e. non potest tibi donari &c. ¶ Præterea infiniti prope sunt huius verbi usus. Esse in intimis alicuius, esse de præd intrinsicè. Cic. Att. 4. ep. 16. Sic esse in amore, in deliciis, esse in gratia cum aliquo, apud Eund. 6. c. 1. & Attic. 2. ep. 9. ¶ Est mihi in animo. h. e. intentione, hoc stabilito. Id. Attic. 3. ep. 21. ¶ Esse in spe, sperare. Id. Fam. 14. ep. 3. ¶ Esse in mora alicui, impedire, strastenero. Terent. Andr. 2. 5. 13. ¶ Esse in noxa, esse reo. Ter. Phorm. 2. 1. 36. ¶ Est mihi minus cum illo. non son troppo suo confidente. Cic. Famil. 15. epist. 10. ¶ Esse in aliqua re aliquando significat habere, possidere. Cic. Fam. 13. epist. 30. Nullam arbitramur de ea hæreditate controversiam cum habiturum: & eit hodie in bonis. Adde Verr. 6. c. 6. ¶ Esse ad aliquod eit prodesse. Cato R. R. c. 12. Est ad alvum crudam. ¶ Infinitum esse ponitur aliquando pro rei natura, l'essenza, το ήρην. Lucret. l. 4. v. 98. necesse eit Esse in imaginibus misis consistere eorum. ¶ In conjunctivo olium usurpabatur sem, ses, set, pro sim, sis, sit. Cic. Sin Orat. c. 47. Sset plenum est, sit imminutum; licet utare utroque. Ter. Phorm. 5. 4. Sin pæst, in probro stem. Plaut. Amph. l. 1. 54. Sin aliter sicut animati. Et 3. 2. 43. Irata ne lies. ¶ In imperativo secunda persona est, & esto. Terent. Eun. 1. 2. 4. Bono animo esse. Plaut. Afin. 4. 1. 56. Si dixerit, hæc eit multa esto. ¶ Sæpe esto est assentientis, & concedentis, sis cois, disis. Ter. Heaut. 3. 3. 10. At mihi fides apud hunc est, &c. Ch. Esto: at certe concedes, &c. Virg. 7. Æn. Non dabitur regnis, esto, prohibere Latinis. ¶ Participia ens, & futurus V. suis locis.

Sumen, inis, n. σμα, σμῶν, extimus venter suillus infra umbilicum cum ipsis uberibus, summus olim Romæ in deliciis habitus, præcipue si ex primpura excisus esset suo die post factum editum. G. Cyr. ὑποκάλιον, submen, subventrale. Item σμα, σμῶν, sumen. Didum est a jue. Nam suis est abdomen. Vel potius est a fugendo, quasi fugiendum: quæ Nonii sententia est, qui & Lucillium pro mulieris uberibus ufum docet c. 6. n. 54. Lucillii autem verba sunt: Quod si nulla potest mulier tam corpore duro esse, tamen tenero moveat succussa lacerto, Et manus uberior lætanti in fumine sidat. ¶ Proprie tamen est sumen ea pars suilli ventris, qua ubera continetur, ut dictum est. Plin. l. 11. cap. 37. Proxima eiectione est occisæ uno die post partum. Hujus & fumen optimum, si modo factus non hauserit: eiectione deterrimum. Martial. l. 13. dist. 44. Esse putes nondum fumen: sic ubere largo etluit, Et vivo lacte papilla tumet. Alii leg. esse potes nudum fumen. ¶ Translate usurpatur pro pinguedine, ubertate. Varro l. 1. de R. R. cap. 7. Campos Roseæ Italicæ dixit esse fumen, in quo relicta petrica postredie non apparet propter herbas.

Suminatus, a, um, adject. ut fuminata caro, apud Arnob. l. 2. h. e. caro fuminis. ¶ Suminata etiam dicitur scrofa, quæ læctat fuculos. Lamprid. in Alex. Severo. c. 21. Jusit, ne quis fuminatam occideret, ne quis læctantem. h. e. neque scrofam, neque fuculum, seu porcellum. Summa, æ, t. somma, ΣΑΡ, Ger. ein foun, baupfingriff, Gal. somme, abregé, Hisp. suma, κεφαλαίον, collectio, seu quantitas rerum, quæ numerantur. Ita dicitur a summus, quia vere summus est is numerus, quo colligitur totum. Cic. in Hort. apud Non. c. 3. n. 18. Quid tu, inquam? soles, cum rationem a dispensatore accipis, si æra lingua probasti, summam, quæ ex his confecta sit, non probare? Id. 1. Off. cap. 18. Addendo, deducendoque videre, quæ reliqui summa fiat. Id. Attic. 5. ep. 21. Summam subducere, sommare. Sic summam conficere. Id. in Somn. Scip. c. 2. & summam tacere. Id. Verr. 4. cap. 53. Apud Sueton. in Domitian. c. 17. actor summam non dicitur, qui rationibus disponendis præest. Plin. lib. 9. c. 35. Quæ summa quadringentis fectertium colligebat, ascendeva, montava, faveva, &c. ¶ Usurpatur sæpe transla-

te. Quintil. l. 1. c. 1. Majora tamen aliqua dicitur puer eo ipso anno, quo minor didicisset. Hoc per singulos annos prorogatum in summa proficit. h. e. in cumulum excrevit. ¶ Dicitur etiam de capite eufucunque rei. Ovid. 1. Amor. eleg. 9. v. 37. Summa ducum Atrides. h. e. princeps, & caput cæterorum ducum. Cic. l. 13. Fam. ep. 76. Summa est, in quo mihi gratissimum facere possis, si curaveris, &c. quæstio de la conclusion. Id. pro Res. Am. c. 51. Summa Reipublicæ in hujus periculo tentatur. Sen. extrema epist. 40. Summa ergo summorum hæc est: cardiloquum te esse jubeo. Quintil. l. 3. Altero, quo significamus summam illam, in qua causa vertitur. il punto principale. ¶ Summam habere, est primum locum obtinere. Plaut. Trucul. 4. 2. 15. Salus summam habet hic apud nos. Summa rerum, tutte le cose. Liv. l. 1. Qui summæ rerum præessent. Id. l. 3. Venissetque in periculum summa rerum. ¶ Ponitur etiam pro complemento. Quintil. l. 3. c. 2. Huic studium, & incrementum dederit utilitas, summam ratio, & exercitatio. ¶ Ad summam, in somma, ut summam comprehendam, ne plura, breviter. Cic. 1. Off. c. 41. Ad summam, ne agam de singulari, &c. Id. 4. Fin. c. 21. Ad summam ea, quæ Zeno æstimanda, & sumenda, & apta naturæ esse dixit, eadem illi bona appellant. ¶ In summa, idem ac ad summam. Cic. Q. Fr. l. 2. ep. ult. Drusus erat de prævaricatione a tribunis ærariis absolutus, ut summa quatuor sententis, cum senatores, & equites damnassent. Id. ib. l. 3. ep. 5. Et in omni summa me ad otium convertio. in somma delle somme. Adde Plin. l. 1. ep. 22.

Summalls, le, s, adject. qui summam continet, completus. Tertullian. advers. Hermog. c. 31. Summanalla, ium, n. 3. liba farinacea in modum rotæ efficta, ut ait Festus, a Summanus, quia eorum in sacris Summani usive erat. Summano, as, a. 1. omnia rapio, ac devoro, Plutoni, sive Orci inflar, a Summanus. Quidam deducunt a manus, ut sit idem, ac involare, sive manus vola arripere. Verum obstat, quod secunda sit prorecta, ut verus tertius, & quintus ex his, quos infra asserimus, ostendunt. Sunt enim jambici senarii, qui trochæum respuunt. Plaut. Curc. a. 3. v. 43. L. E. Quid tu homo es? CU. Libertus illius, quem omnes Summanum vocant. L. E. Summane, salve. Qui Summanus? fac, sciam. CU. Quia vestimenta, ubi obdormivi ibi ebrui, Summano. O eam rem me omnes Summanum vocant.

Summānus, i, m. Σάνης, Plutonis cognomen, a Manibus, quasi summus Manium, ut scribit Capella l. 2. quanquam Ovid. 6. Fastor. v. 733. tanquam incerti alicujus Dei meminit, & de quo non constat, cum inquit: Reddita, quisquis is est, Summano templa feruntur. Huic Deo nocturna fulgura attribuebantur, sicut Jovi diurna, ut Plin. l. 2. c. 52. docet. Templum habuit Romæ, eodem Plin. teste l. 29. c. 4. non longe ab æde Juventutis. Mentionem eius fecit & Cic. l. 1. Divin. c. 10. & Plaut. Bacch. 4. 8. 34. ubi & Submānus legitur.

Summariū, ium, n. sommario, Ger. aufzug, Gal. sommaire, Hisp. sumario, ερωτησῖον, idem quod breviarium, a summa. Sen. ep. 39. Vide, ne plus profectura sit ordinaria oratio, quam quæ nunc vulgo breviarium dicitur, olim cum Latine loqueremur, summarium dicebatur. Summarius, ii, m. primario, princeps, primarius. Cic. Attic. l. 10. ep. 1. Nisi forte iste summarius ei potest persuadere, ut &c. ita legit Lambinus. Videtur autem Cicero perstringere aliquem ex factione Cæsaris, qui cæteris antecellere vellet, vel etiam ipsi Cæsari, qui summæ rerum imperium affectabat. Verum Critici fere omnes eam lectionem suspectam habent: itaque alii Summanus, alii nummarius, alii Nummānus, alii denique aliquid aliud omnino dissimile substituant.

Summas, atis, com. primæ, principe, primario, ΠΡῆ, Ger. derochst, Gal. primar, Hisp. grande principal, αεας, optimas, primas, princeps civitatis, a summus. Plaut. Pseud. 1. 2. 90. Nunc tibi hæc ego loquor, delicis summatum virum. Apul. l. 11. B. nevolis præceptis summatis Deæ recreatus. h. e. Iñdis Deæ præpotentis. Siden. l. 9. ep. 6. Puella moribus, natalibusque summas.

Summātia, adv. sommariamente, brevemente, Ger. zu oberst, Gal. sommariamente, brief, Hisp. brevemente, κεφαλαιωδῆς, συνοδῶς, ἐν ἑπιτομῇ, in summa, breviter, & omnibus quasi summi comprehensis. Cic. Att. l. 5. ep. 16. Dum hæc, quæ longiorem desiderant orationem, summatis tibi perferberem. Id. l. 10. Fam. ep. 18. Sed illa cognosces ex aliis, a me pauca, & ea summatis. ¶ Aliquando etiam summatis a summus fit, & significat a summa extremitate, per summum. Cal. de arb. l. 3. c. 6. Sin autem eo usque exaruit (scilicet vineæ truncus) ut curvari non possit, primo anno summatis, ita ne radices eruas, aut lædas, ablaqueato.

Summātus, us, m. signoria, κρατικός, ἀρχή, imperium, & rerum summa, principatus. Lucret. l. 5. v. 1141. Imperium sibi cum, ac summatum quique petebat.

Summe, adv. sommamente, Ger. zum besten, Gal. extremement, Hisp. muy grandemente, τις τῶ κρείστων, maxime, excellenterque. Jungitur fere nominibus positivis; raro superlativis. Cic. lib. 13. Fam. epist. 19. Tale enim tuum judicium de homine eo, quem ego unice diligo, non potest mihi non (summe esse) jucundum. Plin. epist. 11. (al. 27.) lib. 10. Habui illum Quæstorem in Consulatu, mei summe observatissimum.

Summergo. V. Submergo. Summittas, atis, f. sommitas, αλτεzza, Σ, Ger. die hohe, Gal. sommet, Hisp. cima, cæpa, vertex, sive fastigium, altitudo. Pallad. l. 1. tit. 6. Ut quatuor pedibus a terra summitas ejus (vitis) infurgat. Macrob. l. 1. Sat. c. 6. Cum duæ summitates duabus interjectionibus vinciantur. Censorin. de die nat. c. 13. Ad terræ summitatem.

Summitto. V. Submitto. Summo, adverb. in fine. Quintil. l. 7. c. 2. Ut putet primo firmum esse ponendum, summo firmissimum, imbecilliora medio; quia & initio movendus sit iudex, & summo impellendus.

Summœnianus, a, um, adject. Summœnianæ dicebantur meretrices, quæ Romæ sub ipsis urbis nignibus in fornicibus habitabant. Martial. l. 3. epigr. 82. Summœnianas cænet inter uxores. Adde l. 11. ep. 62.

Summœnium, ii, n. locus Romæ sub menibus, ubi meretrices probabant. Martial. lib. 1. ep. 35. At meretrix abigit testem velleque, fœraque: Nullaque Summœni) fornice rima patet. Alii leg. si memini.

Summopere, adv. sommamente, τῶς τῶς, Ger. zum bestigsten, Gal. extremement, Hisp. muy grandemente, κρείστων, maxime, vehementissime. Cic. de Invent. l. 1. c. 8. Vitia vero hæc sunt certissima exordiorum, quæ summopere vitare oportebit.

Summoterētis, adverb. fino alla sommità. Apulei. l. 3. Metam. Floribus ceteris terētis, ac florescentibus summotenus.

Summovēo. V. Submovo. Summūla, æ, f. parva summa. Sen. ep. 76. Summulas minutas distribuit stentibus servis. Juvenal. sat. 7. v. 174. Summula ne preat.

Summum, i, n. summa, seu altissima pars, fastigium, vertex. Cic. de Divin. c. 17. Bacillum incurvum, & leviter a summo inflexum. Id. 3. Fin.

Fin. c. 14. Qui demersi sunt in aqua, nibilo magis respirare possunt, si longe non abfunt a fummo, quam etiam si essent in profundo.

Summum, adv. *at più, το μίσιον, το σύμαρον*, ad fummmum. *Cic. 5. Verr.* Duo millia nummum, aut fummmum tria dedisset. *Id. Att. lib. 12. ep. 43.* Scies igitur fortasse cras, fummmum perendie.

Summus, a, um, *summo, supremo*, ὑψιστος, ὑπεριστος, ἕχτος, supremus, altissimus, a supremo per Syncope. *Virg. 4. Æn.* Summoque ulularunt vertice Nymphæ. *Nepos in Annib. c. 9.* Amphoras complet plumbos, summus operit auro. h. e. fummmam amphorarum partem. *Cic. 4. Fin. c. 23.* Ad fummmam aquam appropinquare, a *for d'acqua*. ¶ Ponitur etiam pro extremo, sive ultimo. *Virg. 2. Æn.* Venit fumma dies, & ineluctabile tempus Dardanizæ. *Cic. in Horr. apud Non. c. 5. n. 440.* Vixit ad fummmam senectutem valetudine optima. ¶ Item pro maximo, præstantissimo, amplissimo. *Cic. pro L. Man.* In fummo Imperatore quatuor has res inesse oportere, &c. *Id. ibid.* Omnia fumma in eo sunt. *Id. 3. de Leg. c. 16.* Utinam isto animo, atque virtute nobiscum versari in fumma republica, quam in municipalibus maluisses. h. e. in Romana. ¶ Aliquando pro laudabili, glorioso. *Virg. 9. Æn.* Me ne igitur focium fummis adjungere rebus, Nise, fugis? ¶ Item pro nobili, illustri. *Cic. 2. Fam. ep. 18.* Summo loco natus. *Plaut. Mostell. 5. 2. 20.* Summis nati generibus. ¶ Summa hiems dicitur, cum maxime sævit, *il cuor dell'inverno*. *Cic. 13. Fam. ep. 60.* Quod pro salute mea multa pericula adierit, sæpe fumma hieme navigarit. *Sic Verr. 7. cap. 31.* Summa æstas. ¶ Summa res, est idem quod fumma rerum. *Virg. 2. Æn. v. 322.* Quo res fumma loco, Panthu? *Tacit. hist. 4. c. 71.* Summæ rei periculum facere. ¶ Summus amicus, amico *intimico*. *Ter. Phorm. 1. 1.* Amicus fummus meus, & popularis Geta. ¶ Aliquando fummmis sine substantivo ponitur, sed intelligitur *amicus*. *Ter. Eun. 2. 2.* Plurima salute Parmenonem Summmum suum impertit Gnatho. ¶ Ad fummmum, *al più, al più*. *Cic. pro Mil. Unus*, aut ad fummmum duo inventi sunt, qui Milonem causam non probarent. hoc est non plures, quam unus, aut duo ex omnibus. ¶ A fummo bibere, est quod Græci dicunt *in κάλυ τίναν*, h. e. ab eo convivia, qui fummus, h. e. primo loco accumbit, usque ad imum. *Plaut. Pers. 5. 1. 19.* A fummo letentis cyathis committe hos ludos. *Id. Afin. 5. 2. 41.* Da, puere, ab fummo; tu interibi ab imo da suavius. *V. Accumbo.*

Summifus, as, n. 1. tacite musso. *Ennius apud Festum.* Quintus in occulto summifusabat. *Accus ibid.* Non decet jam summifusare.

Summifusus, i, m. *Festus*: Summifusi dicebantur murmuratores: *Nævius*, odi, inquit, summifusos.

Summuto. V. *Submuto*.
Symbolum, & li, n. *contrafægne*, ἰσχυρίο, συμβόλιον, Græcæ ponitur pro quocunque signo, indicio, nota a συμβάλλω, conjicio. Latinis symbolum usurparunt pro anulo, quia eo pro signo utebantur ad literas, & vasa obfignanda, &c. *Plin. 1. 33. c. 1*. Græci anulum a digitis appellavere, apud nos præfixi unguum vocabant, postea & Græci, & nostri symbolum. V. *Symbola*. ¶ Item tessera, qua loco synographæ utebantur in contractibus. *Plaut. Pseud. 1. 1. 53*. Miles hic reliquit symbolum, expressam in cera ex anulo suo imaginem. Sæpiissime hanc eandem vocem repetit *Plautus* in eadem Fabula, & fere in gen. inausculino usurpat. V. *vocem seq.*

Symbólus, i, m. *συμβόλιον*, idem quod symbolum, idest anulus, tessera, chirographum, &c. *Plaut. Bæch. 2. 3. 29*. Eo præfente homini extemplo ostendit symbolum, Quem tute dederas ad eum, ut ferret filio. *N. Quid?* ubi ei ostendit symbolum? C. Infit dice: adulterinum, & non eum esse symbolum. *Id. Pseud. 2. 2. 57*. Dato eum symbolum illi. *Justin. 1. 2. c. 12*. Sollicitare inquietos in partes suas statuit, & cum colloquendi copiam non haberet, quo applicari erant, symbolos proponi, & saxis proferri curat, &c. Quo in loco *symbolus* videtur appellare notas, quas Themistocles proposuerat, ut Jones his notis procul admouiti eo naves appellerent, & verba legerent, quæ in saxis proferri curaret.

Symmachus, i, m. *σύμμαχος*, Orator Romanus, qui missus fuit a Senatu Constantinopolim ad Theodosii liberos, rogatum, ut Vestales a Christianis destrui minime pateretur. Cujus rei gratia putabant se adversa multa a Diis esse passos. Eius orationem & Prudentius, & Ambrosius, qui hujus meminerunt, acerrime consularunt. Extant ejus epistolæ, viris tamen magis, qui sana a corruptis possunt discernere, quam adolescentulis legendæ. ¶ Fuit & Symmachus, factorum librorum interpres, doctrinæ parum syncræ, ejus meminit Eusebius.

Symmetria, æ, f. *proporzioe, simmetria*, Ger. *gleichförmigkeit*, *proporzioe*, Gal. *symmetrie*, Hisp. *simetria*, *συμμετρία*, commensuratio, convenientia mensurarum, apta membrorum, & partium omnium proporzio, quæ quibus adest, *symmetria*, *σύμμετρον* dicuntur. *Vitruv. 1. 1. c. 2*. Symmetria est ex ipsius operis membri conveniens consensus, ex partibus separatis, ad universæ figuræ speciem, ratæ partis responsus. *Plin. 1. 34. c. 8*. De Myrone statuario: Numerosior in arte, quam Polycletus, & symmetria diligenter. *Id. ibid.* dicit, symmetriam non habere Latinum nomen; quam tamen alii scriptores variis vocabulis exprimeret conati sunt, nam *Plin. jun. 1. 2. ep. 5*. congruentiam, & æqualitatem appellat; *Sueton. in Augusti. c. 79*. commoditatem; *Gell. 1. 1. c. 1*. competentiam; *Vitruv. etiam 1. 3. c. 1*. commensum.

Symmetrus, a, um, adject. congruens, *proporzionato*. *Vitruv. 1. 1. c. 2*.

Symmonianum, trifolium, vel (ut Ruellio placet) symmoniacum, herba genus. *Col. 1. 6. c. 17*. Plus enim ejusdem radix confusa prodest, vel symmonianum trifolium, quod invenitur contragofis locis, & efficacissimum traditur, odoris gravis, neque abfimilis bitumini, & idcirco Græci eam ἀσφάλιον appellant, nostri autem propter figuram vocant acutum trifolium. Nam longis, & hirsutis tolis viret, caulemque robustiorem facit, quam pratense.

Symmylta, æ, m. ejusdem Dei, vel collegii sacerdos. *Apulej. in Apolog. Unius Liberi patris symmylta*, qui adest.

Sympasma, ætis, n. *σύνπασις*, hoc est aspergo, seu id, quod asperguntur: a σύν, cum, & πασις, aspergo, confpergo. *Sympasmata* vocant Medici medicamenta, quæ corpori insperguntur. *Gal. Aurel. Acut. 1. 2. c. 38*.

Sympathia, æ, f. *simpatia, inclinazione naturale*, Ger. *mitleidung*, Gal. *sympathie*, Hisp. *sympathia*, *συμπαθεια*, compatio, naturalis consensus, & convenientia, qualis est maris cum Lunæ natura, & heliotropii cum natura Solis. Græca vox est, & Græcis perpetuo literis scribitur a Cicerone, quem quidam Lexicographi afferunt ad ejus usum confirmandum. Ulus est tamen Latine. *Vitruv. 1. 1. c. 1*. ubi ait: Similiter cum Astrologis, & Musicis est disputatio de sympathia stellarum. Item *Var. apud Non. c. 6. n. 57*. Quam sympathiam lumini ad oculos habentur.

Symphonia, æ, f. *sinfonia, concenno musicale*, Ger. *zusammen stimmung*, Gal. *symphonie*, Hisp. *sinfonia*, *συμφωνία*, consonantia, & musicus contentus, *αὐτὸ τὸ συμφωνῶν*, quod est consonare, live concinere. *Norat. de ar. poët. v. 374*. Ut gratas inter mensas symphonia discors ostendit. *Senec. ep. 12*. Ad symphonicam canere. *Cic. Fer. 5. c. 44*. Cum in eis conviviis symphonia caneret, maximisque poculis ministraretur. *Id. pro Cæl. c. 15*. Bujis æta convivia, comissiones, cantus, symphonias &c. ¶ Sumitur etiam pro organo musico. *Id. 1. 3. c. 21*. Symphonia vulgo appellatur lignum cavum ex utraque parte, pelle extensa, quam virgulis hinc, & inde Musici feriunt, fitque in ea ex concordia gravis, & acuti suavissimus cantus. Id vero *Isidorus* cum nullo exemplo confirmet, non facile usurpandum videtur. ¶ *Symphonia* item genus herbæ est,

quæ & gomphena dicitur. *Apulejo* eadem est, ac Apollinaris, Gve hyrciamus. *Plin. 1. 25. c. 7*. Symphonia, vel gomphena alterius viridibus, roseisque per caulem foliis, in posca sanguinem rejicientibus videtur.

Symphonicus, a, um, adject. *sinfonicæ*, ad symphoniam pertinens. Symphoniaci homines, servi, vel pueri, *sonatori, musici, συμφωνιακοί*, sunt qui ad modulationes musicas concentulque conficiendos comparantur. *Cic. pro Mil. c. 21*. Milo tum casu symphoniacos pueros uxoris ducebat. *Id. Divin. Ver. c. 17*. Ab hac præfectus Antonii quidam symphoniacos feros abducebat per injurias, quibus vel in classe tili vel dicebat. *Acon. Pedian.* ad hunc locum notat, adhibitos fuisse etiam in navibus symphoniacos, qui remigantibus celestium canerent, vel per assam vocem, hoc est ore proliant, vel per citharam, ut in Argo navi. ¶ *Symphonica* herba, eadem ac symphonia. *Pallad. 1. 9. tit. 12*. Si cerasus æstu canicularum fatigetur, herbam symphoniacam circa arboris truncum torquebimus in coronam, vel ex ea juxta imum caudicem cubile faciemus.

Symphreatides, dum, m. 3. vel potius symphreatidæ, arum, m. 1. *συμφρηάτιδες*, qui iidem utuntur puteis, & per Metaphoram, qui sunt ejusdem patriæ, seu civitatis. *Cic. 1. 2. de Leg. c. 2*. Ut vestri Attici, priusquam Theſeus eos demigrare ex agris, & in asly quod appellatur, omnes fe conferre jusfit, & symphreatidas ex Atticis fieri. Alii aliter legunt.

Symphyton, n. *συμφύτων*, genus herbæ. Duplex est. Unum dicitur symphyton petræum, estque herba in faxis nascens, origani similis. aut cunilæ bubulæ, ramis tenuibus, & parvis, tribus, aut quatuor a radice, capitulis thymi, furculosa tota, odorata, gustu dulcis, salivam ciens, longa radice, subruſa, digiti crassitudine. Alterum dicitur symphyton majus, quod caule nascitur duorum cubitorum, aut majore, anguloso, inani, ut sonchus, & crasso, qui per brevia intervalla circumdatur foliis lanuginosis, oblongis, &c. Officinæ nomen symphyti retinuerunt. Herbaris, & vulgo *consolida major* vocatur, *consolida maggio*, *rigaligo*. *Plin. 1. 26. c. 8*. Symphyti radix illita enterocolas cohibet.

Symplectos, pes est metricus constans duabus longis syllabis, & tribus brevibus. *Diomed. Grammatic. 1. 3*.

Symplegædes, dum, f. 3. *Je Pavonæ*, *συμπλεγῆδες*, infusæ duæ sunt, vel potius scopuli maris Euxini, apud os Bospori Thracii, inde 13. M. P. al. mille, & quingentis passibus ab Europa distant, quæ alias Cyaneæ, item Planetæ dicuntur, quod errare videantur. Diflat sunt a *συμπλεγῆδες*, quod est connecti, conjungi. Nam Poetæ fabulæ sunt, olim eas inter se concurrisse. Fabulæ occasione præbuit, quia tam modico vultu inter se difcretet intervallo, ut ex adverso quidem intrantibus geminæ cernantur, paulum vero deflexa acie, coeuntium speciem præbeant. *Plin. 1. 4. c. 13*. & *1. 4. c. 12*. *Ovid. 15. Met.* Timuit concursibus Argo Undarum sparsas Symplegades elisarum, Quæ nunc imotæ persant, ventisque resistunt. *Id. 1. 1. Trist. el. 9*. Altera namque parat Symplegades ire per altis. ¶ Poetæ etiam in nomina singulari Symplegades dicunt, quali una tantum infusa sit. *Claud. in Europ. 1. 2. v. 30*. Vitant instabilem rursus Symplegada nautæ. *Lucev. 1. 2*. Vanaque percussit pontum Symplegas inanem. ¶ Usurpatur etiam hoc nomen translate. *Martial. 1. 11. ep. 100*. Si consingantur gemina Symplegade culi, Et Minyas intrant, Cyaneaque nates. Ubi per geminam *symplegadem* nates intelligit, simulque alludit ad Symplegades infusas, quas inter Minyæ navi Argo prætervecti sunt.

Symplegas. V. *vocem præcedentem*.

Symplegma, atis, n. *συμπλεγμα*, amplexus, complicatio. *Martial. 1. 12. ep. 4*. Quo symplegmate quinq; copulenter. *Plin. 1. 36. c. 5*. Cephifodori Praxitelis filii laudatum est Pergami symplegma, signum nobile, digitis corpori verius, quam marmoris impressis.

Symphosiacus, a, um, adject. *ad convivio, συμποσιακός*, convivialis, ad symposium, seu convivium pertinens. In titulo *c. 13. l. 6. A. Gellij* ita legitur: De quæstionibus apud Taurum philosophum in convivio agitatæ, quæ symposiacæ vocantur. ¶ Notatur etiam hoc adjectivo liber Platonis, & Plutarchi, quod Symposium inscribitur, quia scilicet hujusmodi quæstiones continet. *Gel. 1. 4. c. 11*. Plutarchus in Symposiacis dicit. *Id. 1. 17. c. 11*. Plutarchus in libro Symposiacorum.

Symposium, ii, n. *convivio, συμπόσιον*, Ger. *zeste*, Gal. *festin*, *banquet*, Hisp. *comiite*, *συμπόσιον*, compositio, convivium, a *σύν*, simul, & *τις*, *bibio*. *Cic. 1. 9. Fam. ep. 24*. Ut sapientius nostri, quam Græci: illi *συμπόσια*, aut *σύνδηπια*, idest computationes, aut conationes, nos convivivia, quod tum maxime simul vivitur. ¶ Hoc nomine inscriptus est Platonis liber *περί ἔρωτος*, h. e. de amore, in quo Alcibiadem cum aliis inducit in convivio disputantem. *Gel. 1. 1. c. 9*. A Symposium Platonis incipere gestit, propter Alcibiadis comissionem. *Nepos in Alcib. c. 2*. De quo mentionem facit Plato in Symposium.

Sympvium. V. *Simpvium*.

Synada. V. *Synnada*.

Synæthesis, f. 3. *συνῆσις*, contractio, Figura, qua duæ syllabæ in unum contrahuntur, nullo sublato elemento, quæ etiam *Epiphylaphe*, & *Synephephesis* vocatur, cui contraria est *Dieresis*, seu *Dialysis*, qua una syllaba in duas dividitur. a *σύν*, simul, & *αἰσις*, capio. *Virg. Æn. 1. 6*. Ferreque Eumenidum thalami. ¶ Vox Græca est, & Græcæ scribenda.

Synagoga, æ, f. *sinagoga, congregazione, συναγωγή*, congregatio, cœtus, a *συνάγω*, *congrego*. Hoc nomine præcipue Hebræorum Ecclesia, sive societatis in rebus sacris appellata est. *Tersul. advers. Jud. c. 8. & 13. & 1. 3. advers. Marcion. c. 22*.

Synalopæ, es, f. 1. *συναλοπή*, Figura Poetica, qua ultima vocalis, aut diphthongus præcedentis dictionis a prima vocali, vel diphthongus sequentis excipitur, & quodammodo absorbetur, a *σύν*, simul, & *αἰσις*, pressio, vel *αὐτὸ τὸ συναλλοφῶν*, hoc est a conglutinando, propterea quod per eam duæ syllabæ in unam coalescant. *Virg. 1. Æn. Conticire omnes*, intenteque ante tenebant. V. *Grammaticos Charif. 1. 4. Diomed. 1. 2. & alios*. ¶ Vox ipsa Græca est, & græcæ scribenda.

Synanche, es, f. *σύνανχια, σινάγχη*, morbus acutus, quo fauces tumescunt, & spiritus intercluditur: Græca vox ab ἄγχω, strangulo, Latine *angina* dicitur. ¶ Cum Mileſii oratores Athenas venissent petritum auxilium, Demosthenes acriter contendit apud populum, ut eis negaretur. Re in postero diem dilata, noctu Mileſii Demosthenem adierunt, multaque postea pecunia obtinuerunt, ut postero die contra fe dicere abſtineret. Postridie Demosthenes lana multa collum fauceque convolutas habens in concionem prodit, & quod contra Mileſios non diceret, synanches morbum excusavit. Tum unus e populo, qui rem totam forte noverat, exclamavit, *non synanche Demosthenem, sed argynanche laborare*, hoc est argenti angina, quia pecunia corruptus fuerat. Rein narrat *Gel. 1. 11. c. 9*.

Synanchicus, a, um, adject. *chi pistico di scaranzia*. *Apulej. de herb. c. 109*. Synanchica patio. *Theod. Priscian. 1. 1. c. 17*. Synanchicos efficeret.

Synapothnefcontes, *συναποθνεσκοντες*, simul morientes, commorientes; titulus cuiusdam Græcæ Comædiæ. *Plaut. in fragm. apud Priscian.* Synapothnefcontes Diphili est Comædia: Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.

Synaristifæ, arum, *συναριστίσαι*, mulieres simul epulantes, quas representavit in fabula quadam Menander, quæ ideo hoc nomine appellatur. *Plin. l. 23. c. 9. de jamine myrsi*. Apud Menandrum Synaristifæ hoc edunt.

Synathræmus, i, m. *συναθρημῖς*, Figura, qua multa simul coacervantur, *ἀπὸ τοῦ συναθροίζω*, quod est congerere, seu congregare. Potest autem & singulis verbis, & plurium verborum conjunctione fieri. Singulis verbis, ut apud *Terent. Heaut. l. 2. 53*. Mea est, procax, potens, magnifica, sumptuosa, nobilis. Plurium verborum conjunctione, ut apud *Callist. in Casil. c. 5*. Audax animus, cuiuslibet rei simulator, alieni appetens, sui profusus, ardens in cupiditatibus &c. ¶ Ipsa vox Græca est, & Græce scribenda.

Synceraftum, i, n. *συνκράστω*, Græce est rerum commixtio, quasi contempteratum, a *συνκράσσω*, *commisco*, *contempo*. Per Synecdochen ponitur pro omni edulio. *Varro l. 6. de L. L. Pacuvius* in Phagone, Honos syncerafto perit. Synceraftum est omne edulium antiquo vocabulo Græco.

Synceraftus, i, m. nomen servi, apud *Plautum in Pænulo*, a cibo sic dictum. *Beroaldo* ita dicit videtur quasi medulla plenus, & pinguis.

Syncerus cum derivatis. V. *finctus*.

Synchysis, f. 3. *σύνχυσις*, Græce est confusio, turbatio ordinis, a *σύνχυνω*, seu *συνχύνω*, *confundo*. A Grammaticis accipitur pro Hyperbato obscuro, seu transgressionem confusa, & perturbata, idest pro vitio Grammaticali, quo verba inter se longius permiscuntur, & contunduntur, quam æquum sit, ut apud *Hor. l. 1. Serm. Sat. 5*. Namque pila lippis inimicum, & ludere crudis. Reftus ordo erat: Namque pila ludere inimicum est lippis, & crudis. V. *Charifium l. 4. & alios*. ¶ Vox Græce scribenda.

Syncopa, æ, vel Syncope, es, f. 1. *σύνκωπη*, conficis, Figura Poetica, per quam litera, vel syllaba de medio dictionis subtrahitur, a *σύνκωπτω*, *cedo*, *abscindo*, ut *periculis*, pro *periculis, vixit pro vixisset*, cui contraria est Epenthesis. *Virg. 4. Æn.* Cum genere extinxim, memet super ipsa dedim. ¶ Ulitata etiam est Oratoribus, aliisque Scriptoribus in quibusdam vocabulis. *Cic. in Or.* Atque etiam a quibusdam sero jam emendatur antiquitas, qui hæc reprehendunt. Nam *Pio Drum* atque *boninum fidem*, *Deorum* ajunt. Ita credo, hoc illi nesciebant, an dabat hanc licentiam confuetudo? Itaque idem Poeta, qui iniustitias contraxerat; *Patris mei meum factum pudet, pro meorum factorum*, & *Textitur existam examen rapit, pro existiorum*, non dicit *liberum*, ut plerique loquuntur, cum *Cupidos liberum*, aut *la liberum loco* dicitur, sed, ut isti volunt, *Neque suum usquam in gremium extollas liberorum ex te genus*. &c. Hæc *Cicero*. V. *eund. ibid. c. 45. & 46.* ubi multa ad hanc rem. ¶ Vox ipsa Græca est, & Græce scribitur a plerisque antiquis Grammaticis, *Charif. l. 4. Dioned. l. 2. & aliis*. ¶ A Medicis ponitur Synocopa pro animi subita deteptione, *deliquio*. Sed neque hoc sensu Latini usum habet.

Synocopa, as, n. 1. Synopare dicuntur jumenta, quæ subita virium deteptione in itinere corruunt. *Veget. l. 1. de ve. c. 56.*

Synocritus, f. 3. Figura, eadem quæ Antithesis, qua res, atque personæ contrariæ inter se comparantur, ut apud *Cic. pro Mur. cap. 9*. Vigilas tu de nocte, ut consultius tuis respondeas, ille, ut mature, quo intendis, cum exercitu perveniat, te gallorum cantus, illum buccinarum strepitus excitat. ¶ Vox Græca est, a *σύνκωπη*, *simul iudicio*, *compro*.

Syndicus, i, m. *Syndico*, *representante de quælibet università, collegio, o Citta, o viciis*, qui ab aliquo collegio vel civitate ad causas ipsius agendam, eiuque iura tuenda electus est. A *Cic. in Divina. Ver.* actor dicitur. *Hermogenian. l. 1. Dig. de numeris. & honoris.* Munerum civilium quædam sunt patroniis, alia personarum; personalia sunt civilia munera, defensio civitatis, idest ut Syndicus fiat, ut &c. *Arcadius leg. ult. c. 17. tit. Defensores* quoque, quos Græci *συνδικας* appellant, qui ad certam causam agendam vel defendendam eliguntur. *Cajus Dig. l. 3. tit. 4. leg. 1.* Quibus autem permiffum est corpus habere, collegii, foecitatis, live cuiuscunque alterius nomine, eorum proprium est, ad exemplum reip. habere res communes, arcam communem, & actorem, live syndicum, per quem tanquam quod communiter agi, fieri oporteat, agatur, fiat.

Synecdoche, es, f. 1. *συνεκδοχή*, Comprehensive, Intellectio, Tropus, per quem totum pro parte, vel vice versa, vel antecedenentia pro consequentibus usurpantur. Hæc definitio completitur octo illos modos, quibus Synecdoche fit. V. *Quintil. l. 8. c. 6.* ubi interdum Græcis, interdum Latinis literis hanc vocem scribit. ¶ Est etiam Figura verborum per detractionem, per quam aliquod vocabulum præmittitur, quod facile ex cæteris intelligitur. Hæc Figura ab Auctore ad Heron agnoscitur, vel cum Apophoræ contunditur. Huiusmodi est illa apud *Cic. Att. l. 16*. Ego, si Tiro ad me, cogito in Tufculanum. h. e. si Tiro ad me venerit, cogito proficisci in Tufculanum.

Synecphondis, f. *συνεκφώνησις*, figura metrica, eadem quæ Synæresis, Græce originis, atque usus. *Mar. Victorin. Grammat. l. 1.*

Synedrüs, m. 2. *συνεδρῖς*, confessor, adfessor, consiliarius. *Liv. l. 45. c. 32. de Macedonibus*: Senatores, quos Synedros vocant, legendos esse, quorum consilio Republica administraretur.

Synemmenon, i, *συνήμενον*, adiunctum, connexum, uti explicat *Gell. l. 16. c. 8.* ubi ostendit quid sit *συνήμενον ἀξιωμα* apud Græcos. ¶ *Neque synemmenon, trite synemmenon, parante synemmenon* nomina sunt chordarum musicarum apud *Vitruv. l. 5. c. 4.* quarum prior *trite synemmenon*, h. e. ultima conjuncturam, respondere videtur ei, quæ a recentioribus Musicis dicitur *D la sol.* altera *parante synemmenon*, h. e. penultima conjuncturam, *C sol fa.* tertia *trite synemmenon*, h. e. tertia conjuncturam, *B fa b mi.*

Synephebi, m. 2. *συνεφεβῖαι* adolescentes, simul pubescentes. Quod nomen inditum est comædiæ Statii Cæcili. *Cic. l. de Fin.* Synephebos ego, inquit, potius Cæcili, ut Andriam Terentii, quam utranque Menandri legam? *Id. de Sen. c. 7.* Ait Statius in Synephebis.

Synephtes, æ, m. *συνεφθῆς*, gemma lactei coloris, alio nomine galactites. *Plin. l. vit. cap. 10.* Galactites est uno colore lactis est. Eandem dicitur leucogemam, & leucogrophiam, appellant, & synephten, tritam lactis succo, & sapore notabilem.

Synestus, ii, m. *συνεστος*, Philofophus Christianus, & Pentapoli Africæ. Præful Ptolemæidis tactus, scripsit Græce libros in Grammatica, & Philofophia, Panegyricos, Epistolas, & alia. *Suid.*

Syngrapha, æ, f. *scriptura, cautio, obligo in scripto*, Ger. *handfchreff*, Gal. *cedula*, Hisp. *cedula*, *συνγραφή*, scriptura, sive schedula, quæ sit propria manu contrahentium ad pactorum fidem, & ab utroque subscribitur, ac ab utraque parte servatur, a *συνγράω*, *confcribo*, *simul scribo*. Differt a chirographo, ut ostendunt hæc *Ajconii verba* in 3. *Ferr.* Inter syngraphas, & cætera chirographa hoc interest, quod in cæteris tantum, quæ gesta sunt, scribi solent, in syngraphis etiam contra fidem veritatis pacto venit, & non numerata quoque pecunia, aut non integre numerata, pro temporaria voluntate hominum scribi solent more, institutoque Græcorum: & cæteræ tabulæ ab una parte scribuntur.

vari solent, syngraphæ signatæ utriusque manu, utriusque parti servandæ traduntur. Hæc *Ajconius. Cicero. l. 7. Fam. ep. 17.* Tamquam enim syngrapham ad Imperatorem, non epistolam attulisses, licet pecunia ablata, domum redire properabas. *Id. de Arusp. resp. c. 13.* Alterum putabo regem, si habuerit, unde tibi solvat, quod ei per syngrapham creditur. *Id. pro Dom. c. 50.* Facere syngraphas cum aliquo. *Id. pro Mur. c. 17.* Agere ex syngrapha, *servite populi una cautio, o scriptura. Id. Attic. l. 5. ep. 21.* Postulare aliquid ex syngrapha. *pretendere in vigor d'una scrittura d'obbligo.*

Syngraphus, i, m. idem ac syngrapha. *Plaut. Afn. 4. t. 1.* Age, istum ostende, quem conscripsi, syngraphum Inter me, & amicum, & lenam. ¶ Idem Plautus syngraphum posuit etiam pro chirographo, quod belli tempore datur, ut liber tranquillus quoquo sit, *passaporto, salvocondotto*. Sic enim ait *Captiv. 2. 3. 90.* Eadem opera a Prætoribus sumam syngraphum, quem hic terat secum ad legionem, hinc ire huic ut liceat domum.

Synizëlis, is, t. *συνίζησις* a *σύν*, *simul*, & *ίζω*, *sedeo*: figura est apud Grammaticos, cum duæ vocales, aut vocalis, & diphthongus, in unam syllabam quasi confunduntur, ut in illo *Virg. Æn. l. v. 702.* Aurea comantur (ponda, mediamque locavit: & *Lucret. l. 1. v. 306.* Uvscunt: eadem dispanfit in sole ferebant: & apud Græcos *Πηγάδες Αχλῆς*. *Servius ibid.*

Synada, æ, f. & Synada, orum, n. 2. Synada, *Sinada*, urbs Phrygiæ Magnæ, hodie pene jacens, apud Juliolopolim, & Emmentiam, marmore clara. *Cic. l. 3. Fam. ep. 8.* Iisdem diebus meus conventus erat Apamæ, Synnadis, Phtiomeli; tuus Tarfi. *Plin. l. 5. c. 29.* Alter conventus Synnada accipit nomen.

Synnadenis, se, adject. ad Synnada urbem pertinet, ut *Synnadenis forum*, *Cic. Att. l. 5. ep. 21.*

Synnadicus, 2, um, adject. idem quod Synnadenis, ut *Synnadicus lapsus*, apud *Plin. l. 35. c. 1.* ¶ Legitur & *Synnadicus*.

Synanas, vel Synas, vel Sinas, adis, (tot enim modis scriptum invenitur) f. urbs Phrygiæ, eadem quæ Synnada, marmoribus pulvere maculosis celebris. *Stat. l. 1. silv. 5. v. 36.* Sola nitet flavis Nomadum decisa metallis Purpura, sola cavo Phrygiæ quam Synnados antro Ipsæ creuant vitæ maculis lucentibus Atys. *Id. l. 2. silv. 2. v. 87.* Synnade quot mœtia Phrygiæ fodere secures.

Synochitis, idis, f. *Συνωχίτις*, gemma, qua Magi umbras inferorum evocatis teneri asserunt. *Plin. l. ult. c. 11.* Ananchitide in hydromantia dicunt evocari imagines Deorum, synochitide umbras inferorum evocatis teneri.

Synodia, æ, f. *Συνωδία*, *congresso*, *colloquio*, congressus, colloquium, a *σύν*, *simul*, & *ὄδω*, *via*. *Cic. Att. l. 10. ep. 7.* Injecta autem mihi spes quedam est, velle mecum Servium Sulpicium colloqui: Si vir esse vollet, præclara synodia: Sin autem, erimus nos, qui solemus. Pleraque editiones habent *συνωδία* Græcis literis exaratum.

Synodicus, a, um, adject. in itinere conjunctus. Synodica Luna dicitur a *Jul. Firmic. l. 3. c. 6.* cum est in conjunctione cum sole, quo scilicet tempore lumine omnino caret.

Synoditæ, arum, m. *Συνωδίται*, videntur esse monachorum comites in itinere, solent enim Monachi iter facientes aliquem ex collegii sui inferiori ordine comitem eligere, huiusmodi monachos nunc Itali vocant Laici, aut *Conversj. Acad. & Honor. l. 7. Cod. de episcop. audiens.* Addictos supplicio nulli clericorum, vel monachorum, eorum etiam, quos Synodatas vocant, liceat vindicare.

Synodontes, *συνωδόντες*, pisces, qui & synagrides dicuntur. *Plin. l. 37. c. 10. Ovid. in Halieus. v. 107.*

Synodontites, m. 1. *συνωδόντις*, gemma ex cerebro synodontis piscis. *Plin. l. ult. c. 10.* Synodontites et cetero piscium est, qui synodontes vocantur.

Synodulus, di, f. 2. *synodo*, *congresso*, *σύνωδος*, conventus, live cætes Ecclesiasticæ religionis causa collectus. Scribitur & *Synodus*. est enim ab *ὄδω*, *via*. *Leg. 23. Cod. de episc. & cler.* A suæ Diocælesis synodis audiantur. *Ammian. l. 15. c. 7.* Synodus, ut appellant, removit (Athanasium) a sacramento quod obtinebat.

Synœciis, i, f. 3. *συναικίσις*, Figura verhorum per detractionem, per quam duæ res inter se diversæ in oratione conjunguntur. Dicta est a *σύν*, *simul*, & *οἶκος*, *domus*. Nam res diversas in unam fedem orationis congregat. Habet magnam vim, ut ait *Rustilius Lupus*, vel ex laude vitium, vel ex vitio laudem exprimendi. Huiusmodi est tritum illud: *Tam deest avario, quod habet, quam quod non habet.* *Quintil. l. 9. c. 3.* ubi tamen Græcis literis scribit.

Synœcium, ii, n. contubernium, cohæbitatio, a *σύν*, *simul*, & *οἶκος*, *domus*. *Petron. in Satyr. pag. 26.* Aliquis ex his, qui in eodem synœcio potant. Alii leg. *synœcio*, seu *synœcio*.

Synœctium, i, n. *συναικίσις*, publica specierum comparatio, quæ in commune fit, ut trumentis, vestium, armorum, & limitium rerum ad publicum usum conquiruntur. *l. 1. Cod. Theodos. de publ. comparat.*

Synonymia, æ, f. *συναγωγία*, Figura verborum per adjectionem, per quam plura verba eiusdem significationis in oratione ponuntur, quæ Latine dicitur Interpretatio, a *simul*, *σύν*, & *ὄνομα*, *nomen*, quasi nomen cum alio in significatione communio. *Cic. 1. Casil.* Hic tu qua læticia perfrueret? quibus gaudis exultabis? quanta in voluptate bacchabere? *Id. 2. Casil.* Abiit, exceitit, evasit, erupit. *V. Quintil. l. 8. c. 3.* ubi hanc vocem Græce scriptam ulurpat.

Synope. V. *Sinope*.

Synopsis, is, f. *compendio*, *ristretto*, *σύνωψις*, a *σύν*, *simul*, & *ἵπταμαι*, *video*. Usurpatur passim pro compendio multarum rerum sub uno aspectu positarum: sed hoc sensu caret idoneo latini scriptoris exemplo. ¶ Est item Ital. *inventario*, per scriptio compendiaris bonorum, ut simul omnia conspici possint. *Ulpian. l. 5. Dig. de reb. cor. qui sub tur. &c.* Si nemo invenitur, aut suspecti sunt, qui inveniuntur, iubere edirationes, itemque synopsis bonorum pupillarum, advocatumque pupillo dare. *Atii leg. itemque*, si opus sit, pupillarum bonorum advocatum pupillo dare. ¶ Apud *Jul. Frontin.* Synopsis vocatur descriptio ædificii. *disegno*, *modello*.

Synoris, idis, f. un *pago*, par duarum rerum: a *συνωρίς*, biga. *Hieronym. epist. 7. ad Demetriad.* A sancta Christi synoride virgini traditum. *Al. aliter leg.*

Syntagma, atis, n. *tractato*, tractatus, documentum, *σύνταγμα*. Habet hanc vocem *Cic. l. Fam. 8. epist. 3. l. 12. ad Attic. epist. 45. & l. 16. epist. 3.* Sed ubique Græce scribit: est autem a *σύν*, *cum*, & *τάξις*, *ordo*, *compono*.

Syntaxis, is, f. ordo, compositio, *σύνταξις*, a *συντάττω*, *ordino*, *compono*. Cicero habet hanc vocem ad *Att. l. 13. ep. 16. & l. 15. ep. 14.* sed græcis literis scribit. ¶ Adhibetur etiam a Grammaticis pro ordinatione, seu constructione partium orationis. *V. Priscian. l. 17. in princip.*

Syntecticus, 2, um, *συντεκτικός*, qui syntecti frequenter corripitur, & animi deliquio laborat, vel cuius corpus longo morbo exhaucatum est, & colliquatus. *Plin. l. 22. c. 23.* Præcordiorum vitis, syntecti-

Sicis, comitialibus in vino, in aqua mulla linguæ paralyti.
Syntexis, l. 3. *σύντηξις*, colligatio, & tabes corporis ex diturno morbo, extenuatio præ macie, item, defectio, & animi deliquium, quæ alias fyncope dicitur, a *σύντηξις*, quod est liqueferi. *Plin. l. 22. c. 25.* Tali forbitonibus genere emendantur syntexes.
Synthetis, is, f. *σύνθεσις*, compositio, rerum quarumvis congetio, ac constructio, a *σύνθεσις*, compono, *constituo*. *Seren. Samonic. c. 60. de venenis prohibendis.* Antidotus vero multis Mithridatica tertur Coniociata modis: sed Magnus serena regis (*Mithridatis*) cum raperet victor, vilem deprehendit in illis Synthetis, & vulgata fatis medicamina risit. *ingrediens diu potu valore, e virtute.* Speciatim fit vocatur vestium variarum copia in arca constructa, & asseruata. *Scævola l. 38. Dig. de iur. arg. leg.* Quæro, an ex universa veste, id est an ex lynthetis tunicis singularis, & palliis Sempronia eligere possit. ¶ Eadem ratione vasorum congeries synthetis dicitur. *Stat. lib. 4. silv. v. 44.* Aut unam dare lynthetis quid horres Alborum calcium, unum *servizio di bicchieri*. *Martial. l. 4. ep. 46.* Et crasso figuli polita cæno Septemaria synthetis Saguntis. ¶ Sæpiissime accipitur pro veste quadam cænotia, cujus usus erat domi in cœna, foris vero Saturnalium tempore. Erat autem veluti linteum pallium, quo cæteris vestibus depositis involvebantur cœnatori, itemque in Saturnalibus eo amicti probabant, quia eo tempore crebrius convivia agitabant. Extra hæc tempora synthetis indutum prodire, mollietate dabatur, & probo: hinc reprehendit Neronem *Suetonius in eius vita c. 51.* quod tali cultu incederet. *Martial. l. 5. ep. 80.* Undecies una furrexiti, Zoile, cæna, & mutata tibi est lynthetis undecies. *Id. l. 14. ep. 1. de Saturnalium celebratione:* Synthetibus dum gaudet eques, dominusque senatus: Dumque decent nostrum pilea sumpta Jovem. ¶ Denique synthetis est figura syntaxeos, ubi constructio non ad verba, sed ad verborum sensum refertur: estque duplex: alia, cum nomini collectivo singularis numeri verbum plurale subijcitur, ut in illo *Virg. Æn. l. 1. v. 216. Pars in frangula fecant:* Alia, cum altero substantivo nomineposito, alterum subintelligitur, & cum illo adiectivum concordat, ut in illo *Virg. Æn. l. 12. v. 899.* Vix illud lecti bis fex cervicæ fubrent, Qualia nunc hominum producit corpora tellus. *corpora enim possit, sed solum lecti ad homines, quod in mente habebat retulit.* Utrumque syntaxeos genus est in illo *Strab. Theb. 7. v. 605.* Subeant Tegeæa juvenuts Auxilio tardi.
Synthetismus, a, um, adject. a synthetis. *Sueton. in N. r. c. 51.* Plerumque lynthetiam indutus. *fubaudi vestium. h. e. lynthetiam.*
Syntonus, a, um, adject. *σύντονος*. *Quantil. l. 9. c. 4. prope fin.* Quotidie magis lascivimus, lynthetia modis fluctitantes. Ubi *lynthetia* videtur esse musica quædam scabella, quæ pedibus pulsata symphoniam quandam, & ejusdemque semper tenoris sonum edebant moderandæ voci aptum. Alii tamen leg. *Syrbarium*.
Syntrophium, ii, n. *σύντροφον*, herba, quæ rubus, seu erucus dicitur. *Apulej. de herb. c. 8.*
Syphax, acis, m. *σύνφαξ*, Numidix Rex, qui cum Scipioni per Lælium fuisset conciliatus, bellique societatem cum eo iniisset, postea violata fide Annibali adhaerit. Tandem victus a Masinissa, vivus in Scipionis manus perductus est, a quo in triumphum ductus, & deinde in carcerem inclusus veneno, vel inedia vitam finit, ut Polybius narrat. *Nam Liv. l. 30. c. ult. dicit.* eum mortuum fuisse Tybure ante triumphum. Regnum eius Masinissa concessum est. Ejus regia fuit Siga urbs. *Plin. l. 5. cap. 2.* In obliquis pensulimam longam habet. *Ovid. 6. Fast. v. 769.* Postera lux melior vincit Masinissa Syphacem. Reperitur tamen correpta. *Claud. de bello Gild. v. 91.* Haurit venena Compulsi- mus dirum Syphacem, fractumque Metello, & c.
Syracusus, V. *Syracusa*.
Syracuse, arum, l. 1. *Syracusa*, *Saragosa*, *συνταξία*, urbs Sicilia, quatuor urbibus constans, Neapoli, Achradina, Tyche, & Insula, teste *Cicerone 6. Verr. Diodoro, & Livio*; ambitu supra 22. M. P. Est in ora orientali Vallis Neetina, ubi fons Arethusa, inter Catinam & Pachynum prom. Prius Ortigia dicebatur. Conditâ fuit ab Archia Corinthio, teste Stephano. Fuit pulcherrima, & potentissima. Genuit multos magnos viros, in his Archimedeum summum illum Mathematicum, Theocritum, qui Bucolica scripsit, Epicharmum, & Demolchem ejus filium insignem Comicum Olympiade 73. Philemonem novæ Comædiæ scriptorem, ætate Alexandri Magni, qui anno 90. nimio ritu obiit, Phocionem item Comicum sub Gelone Tyranno. Vino etiam celebris est. *Solinus in Polyhistoro* scribit, in Sicilia primum Comædiam inventam fuisse. *Ovid. 4. Fast. Utque Syracusas Arethudidas abstulit armis Claudius, & bello te quoque cepit, Eryx.*
Syracusani, orum, m. pl. cives Syracusarum, qui & Syracusii, & Arethufii. Divitissimi erant. Eo divitiarum pervenire, teste *Serabone l. 6.* ut proverbio diceretur, *Ne decima quidem Syracusanorum pars*, in eos, qui se divites vendiderunt. Ut autem olim erant opibus florentissimi, sic fuere & voluptatibus addictissimi, ut propterea *Menfa Syracusana*, proverbio fati vulgato, apud Aristophanem, Athenis, & alios, de menta laudissima diceretur. Olim longum bellum cum Catanienfibus gessere. *Justin. l. 4. c. 3. & 4.*
Syracusani, & Syracusii, & Syracusanus, a, um, adject. *Syracusano*, ad Syracusas pertinens. *Claud. in epiogr. de sphaera Archimedis:* Ecce Syracusius tranfiliit arte senex. *Ovid. 6. Fast. Arte Syracusia suspensus in aere clauso stat globus. h. e. arte Archimedis.* Alii leg. *Syracosa*, *l. l. salbin.* Utque Syracosio perstricta fauce Poetæ. h. e. Philemoni, qui Syracusius fuit. *Virg. Ecl. 5.* Syraculo versu ludere. h. e. bucolico, quale fuit carmen Theocriti Syracusii. Hic quoque alii leg. *Syracosa*. *Plaut. Men. 5. v. 10.* Siculus sum Syracusanus.
Syræum, V. *Syræum*.
Syri, orum, m. pl. pop. Syriæ, qui etiam in Cappadocia sunt, teste Strabone, qui & Leucosyri *Plinio, & Ptolemæo. Cic. 2. de Or.* Nostros homines similes esse Syrorum venalium, ut quisque optime Græce sciret, ita esse nequissimum. ¶ Fortunam colere. Pices etiam venerati sunt, quibus vesci nefas putabant. Causam *Ovidius 2. Fast.* affert, quia, cum olim Venus una cum Cupidine Typhonem fugeret, bello Gigantum, & in Euphratem cannarum strepitu perterrita profuissiet, duo pices accurrere, qui eos trans flumen incolentes vixerunt, qui etiam eo merito in cœlum a Poetis translati fuisse finguntur. ¶ Horrorum cultores fuisse feruntur, ut *Multa Syrorum olera*, apud *Plinium l. 20. c. 5.* vice proverbii habeatur in eos, qui in rebus plus voluptatis, quam utilitatis afferentibus occupantur. ¶ Callidi, & fraudulentissimi sunt. Hinc *Syri ætæus Phanicæ* apud *Suidam* proverbium est in versipelles, & fraudulentos mutuo, qui hoc agant, ut dolis se mutuo circumveniant, quales erant inter se Syri, & Phœnicæ. Nisi dicamus, hoc proverbium in maleficos proferri, quales Syros fuisse tradunt. ¶ Plurimi Syrorum servi erant apud Romanos: unde *Syrus* servile nomen est apud Comicos. *Juven. Sat. 6.* Quam, quæ longorum vehitur cervicæ Syrorum.
Syria, æ, l. *Joria*, Turcis *Souristan*, *συρία*, prov. Asiæ. Ejus fines sunt

a Sept. Amninus mons, quo a Cappadocia, & Armenia separatur, a Mer. Arabia Petræa, & Ægyptus, ab Occ. eisdem Arabia Petræa pars, & mare Syriacum, & Phœnicum, usque in Ægyptum, & Amanus mons, quo a Cilicia submovetur, ab Or. Euphrates amnis, quo discernitur a Mesopotamia, usque ad Thapfacum opp. atque inde Arabia deserta. ¶ Differt ab Assyria. Nam Assyria est ultra Mesopotamiam, & trans Tigrim fl. Mediam, & Susianam versus. Cæterum multi hæc nomina contundunt, ut *Herodotus*, qui Syros a Græcis dictos, Assyrios a Barbaris dici scribit, & illis Chaldæos annumerat. *Aeron* quoque, & *Porphyrus* infignes Grammatici, apud Horatium, eam, quæ nunc Syria dicitur, olim Assyriam dictam, addita syllaba, scribunt. Ammianus Marcellinus similiter *l. 23.* scribit, quæ olim Assyria dicebatur, nunc omnem Syriam appellari.
Syriacus, a, um, *συριακός*, quod ad Syriam pertinet, ut Boves Syriaci, id est qui sunt in Syria. *Plin. l. 8. c. 45.* Syriaci non sunt palæaria. ¶ Syriacus Prætor, qui Syriam regit. *Cic. Q. Fr. l. 1. ep. 2.* Nam si te interioribus vicinis tuis, Ciliciensis, & Syriaco anteponis. ¶ Syriacum, vel Syrium mare, Phœnicum *Plinio*, Sidonium Eustathio, Judaicum *Tacito, Mare di Joria*, mare apud Syriam, quod Phœnicum, Palæstinumque alluit. ¶ Radix Syria, idem ac silphium, quod Latini laferitium vocant, quia, ut inquit Dioscorides, ex Syria, & Media optima hujusmodi radix afferebatur. Vulgus nostrum hanc herbam, ut inquit Ruellius, pariter & radicem ab auctoritate, & nobilitate Angelicam, & radicem S. Spiritus, & Imperatoriam appellat. *Col. l. 11. c. 13.* Nec minus, si verum, & æstivum fructum voles habere, Syriacæ radicis, & rapi, nappique semina obrues. ¶ Syriacus ros, *εσσυριακός*, cœli sudor, sive aeris se fe expurgantis succus, in foliis stirpium concretus, præcipue in Syria, iuxta Libanum montem, unde & nomen accepit. Arabes manna appellant: quo nomine utuntur & Officinæ. Quidam accipiunt pro succo radicis silphii, qui Græcis *ὄσος κρηναῖος* etiam dicitur, hoc est succus Cyrenaicus, quod in Cyrenaica provincia, quemadmodum & in Syria, optimus nasceretur in silphio. *Col. l. 9. c. 13.* Vel uvæ passæ cum rore Syriaco cum pari mensura pinisite. ¶ Syriacus raphanus, species raphani cæteris raphani speciebus suavior, & tenerior, & patientior hœmisi. A Syria, unde primum advectus fuit, nomen retinuit. *Plin. l. 19. c. 5.* Alterum rapi figura, quod vocant Syriacum, suavissimum fere, ac tenerissimum, hœmisi que patiens: Præcipuum tamen est, quod e Syria non pridem advectum apparet, quoniam apud Auctores non reperitur: id autem tota hœmæ durat. ¶ Lapis Syriacus, idem ac teololithus, qui calculus renem frangit, qui alias Judaicus vocatur, ut Aetius auctor est. Causa utriusque nominis est, quia nascatur in Judæa, sive Syria Palæstina. Meminit & *Solinus*, & alii.
Syriaticus, a, um, adject. idem quod Syriacus. *Florus l. 2. c. 9.* Syriatico bello succellit, ut debebat, Ætolicum. *Salmastus* notat, in antiquis colicibus frequentius reperiri *Syriaticum*, quam *Syriacum*. Alii tamen in loco Fiori allato leg. *Syriaco*.
Syriacæ, m. l. *συριακή*, pop. inter Nomades Indiæ. *Plin. l. 7. c. 2.* Megasthenes gentem inter Nomadas Indos narium loco foramina tantum habentem, anguim modo loripedem, vocari Syriacæ.
Syrifcus, a, um, adject. idem quod Syriacus, ut Syrica mala. *Colum. l. 5. c. 10.* Syricum atramentum. *Plin. l. 35. c. 6.* fandi docet, ita vocari colorem quandam factitium ex sinopide, & sabylicæ mixtis, quo minium adulteratur.
Syringatus, a, um, adject. excavatus in modum fistulæ, intus inanis factus. Hædus syringatus dicitur ab *Apic. l. 8. c. 6.* cujus intestina probe expurgata, omni emissâ tæce, & vacua facta sunt, ut condimentis farciri possint, quibus postea confusis, integrum coquitur, & menta interitur.
Syringia, æ, f. genus calami, qui totus concavus est, utilissimus fistulis, quoniam nihil est ei cartilaginis atque carnis. *Plin. l. 16. c. 36.*
Syringites, æ, m. l. *συνγίτης*, gemmæ genus, a *σύνγυξ*, fistula. *Plin. l. 37. c. 10.* Syringites fistulæ internodio similis, perpetua fistula cavatur.
Syrinx, gis, f. Nympha Arcadiæ, quæ cum Panos vim effugere non posset, miseratione Deorum mutata est in palustris calamos. *Ovid. 1. Met.* Inter Hamadryadas celeberrima Nonacrinus Najas una fuit, Nymphæ Syringa vocabatur. ¶ Ex iis calamis idem Pan concinnavit fistulam, quam sæpe instabat ad Nymphæ desiderium levandum, eodemque nomine *σύνγυξ* appellavit, quæ vox Græce calamus, seu fistulam pastoritiam significat: item canaliculum, seu cavitatem in caputula. *Vitruv. l. 10. c. 15.* Canaliculi, qui Græce *σύνγυξ* dicitur, longitudo &c. Alii leg. *σύνγυξ*. ¶ Sunt etiam syringes cavitates subterraneæ. *Amian. l. 22. c. 39.* Sunt & syringes subterraneæ quidam, & flexuosi fecerunt. *Id. l. 17. c. 15.* Aut in cavernis minutis terrarum, quas syringas vocamus.
Syrifcus, i, adject. diminut. a *Syrus*, *Συρίσκος*. Apud *Terent. Ateiph. 5. 1.* ita appellatur Syrus servus blandiendi causa.
Syriffa, æ, f. *σύνγυξ*, mulier e Syria, a *Syrus*, ut Libyssa a Libys, Cutila a Cilix. *Virg. in Copi, v. 1.* Copi Syriffa, caput Graja redimita mitella.
Syrize, es, f. l. inf. Jonizæ, apud Ephesum, quæ nunc mediterranea effusa est. *Plin. l. 2. c. 89.*
Syrites, æ, m. l. *σύνγυξ*, genus lapidis. *Plin. lib. 11. c. 37.* In vesica lupi lapillus, qui syrites appellatur.
Syrîum, ii, n. *σύνγυξ*, oleum, seu succus lilii expressus. *Plin. l. 21. c. 19. c. l. 23. c. 4.*
Syrîus, a, um, *σύνγυξ*, quod est ex Syria. *Virg. 2. Georg.* Crustumis, Syriusque pyris, gravibusque volemis. *Col. l. 5. c. 10.* Ea sunt Crustumina regia, Signina, Tarentina, quæ Syria dicuntur. ¶ Syriam minus unguentum e Syria. *Prop. l. 2. el. 11.* Cum habuit Syriam manere plenus onyx. ¶ Syria Dea, eadem videtur esse quæ Cybele Deum inater, ut probat *Selden.* in libro de Diis Syris. Alii Venerem esse voluerunt, alii Junonem. *Flor. l. 3. c. 19.* Syrus quidam, fanatico turbine simulato, dum Syriæ Deæ comas jactat, ad libertatem servos concitavit.
Syrma, atis, n. *σύνγυξ*, genus vestis longæ, humum verrens, a *σύνγυξ*, traho. *Donar. sive alius prolegom. in Ter.* Syrmata dicta sunt ab eo, quod trahuntur, quæ res ab Icenica luxuria instituta est. Nempesyrma vestis erat oblonga: unde *profundum* appellat *Sidonius l. 8. ep. 11.* Hoc vestis genere in tragædiis utebantur, teste Polluce, quo pertionæ heroum, vel heroinarum viderentur proceriores. *Valer. in Phormione, apud Priscian. l. 6.* Quid hic cum tragicis vestibus, & syrma facis? Ubi syrma antequam usurpat pro *syrmate*. *Juven. Sat. 8. v. 229.* Longum tu pone Thyetice syrma, vel Antigones. Quo ex loco patet, syrmas ad utrunque sexum pertinuisse. *Prudent. in Psephomachia v. 365.* Ut teger inaccessus vestigia syrmae verrat. ¶ Metonymice ponitur pro tragædia, pro stylo tragico. *Martial. l. 4. epiogr. 49.* Mula nec infans syrmae nostra tunet. id est stylo tragico. *Id. l. 12. ep. 96.* Aptasti longum tu quoque syrma tibi. h. e. tu quoque te ad tragicædian contulisti.
Syrmaticus, a, um, adject. ut syrmatium jumentum, apud *Viger. l. 3.*

Rei veter. e. 22. h. e. claudicans, & dolore aliquo covam trahens.
Syrna, f. i. Συρνα, opp. in Cherroneo Cariz adhzrente, & Podalyrio conditum, & a nomine Syrnæ uxoris eius ita appellatum. Ferunt enim, Podalyrium, cum in Cariam efferet ejetus, & caprario quodam fuisse servatum, & ad Damæthum regem deductum, cujus filiam de tecto delapsam cum detracto ex utroque brachio sanguine fervasset, admiratus hominis ingenium Damæthus, filiam, ejus beneficio servatam, ei uxorem tradidit, Cherroneo illi in dotem attributa: in qua Podalyrius duas urbes condidit traditur, quarum alteri uxoris, alteri patris nomen indidit. *Steph.*

Syrobatæ, m. i. pop. Æthiopicæ, altitudinis octo cubitorum, ad Arahum fl. inter Nomades. *Plin. l. 6. c. 30. l. 7. c. 2.*

Syrophœnicia, æ, f. regio Phœniciz proxima Syriz maritimæ.

Syrophœnicus, icus, com. 3. qui est ex Syrophœnicæ, idem ac Phœnicus.

Juvén. sat. 8. Obvius affiduo Syrophœnicus udus amomo.

Syros, i, f. Syra, insula maris Ægæi, una ex Cycladibus, patria Phercydis. *Plin. l. 4. c. 12.*

Syrpe. V. Sirpe.

Syrpticus, a, um, adject. ad Syrtim pertinens. *Senec. de vitæ best. c. 14.*

Deprehensî in mari syrtico, modo in sicco relinquuntur, modo torrente unda fluctuantur. *Id. epist. 90. Gentes Syrticæ. ¶ Ponitur & generatim pro arenoso, sterili. Lucan. l. 10. c. 38. Syrticus Ammon. Sîdon. l. 8. ep. 12. Syrticus ager, & vagum solum.*

Syrtis, is, vel idis, f. *syrtis, solum, locus arenosus in mari, & Σύρτις, trabo, quasi sypis, tractus.* Etymon id approbat Sallustius in Jugurtha, ubi a tractu Syrtis Africæ nominatas ait. Ac respexit eodem Festus Avenius, cum ait, Late trahit æquora Syrtis. *Virg. 10. Æn.* In Syrtis, in faxa volans vos Turnus adoro. Ubi Syrtis accuatiivus pluralis est per contractionem pro *Syrtis, vel Syrtis* more Græcorum. ¶ Speciatim, per excellentiam, dicitur de mari vadolo, & scopulo Africæ, inter Byzacenam ad Occ. & Cyrenaicam ad Or. longe, lateque diffuso, *le secche di Barbaria*, quod apud Senecam mare Syrticum. In magnam, & parvam dividitur. Magna, vel major sinus est magnus maris Mediterrænei in ora Africæ, inter Septim magnam ad Occ. & Berenice urb. Cyrenaicæ ad Or. vulgo *Golfo di Solocho, & Golfo di Palo, al. Golfo di Sidi.* Syrtis parva, seu minor est sinus maris Mediterrænei in ora Africæ, inter Taphuras ad Occ. & Zetham prom. ad Or. apud Septim magnam, *Golfo di Caps Ortelio, & Golfo di Beriso Fazello.* Utraque Syrtis navigantibus est periculossima, quod mare ibi vadofum fit, arenæ vehens cumulos, qui loci faciem vicissim immutant, dorfaque, & brevia in alia, atque alia loca transferunt. *Sallust. in Jug. c. 78.* Duo sunt sinus prope in extrema Africa, imparis magnitudine, pares tamen nitura, quorum proxima terris perla sunt, cæterum, uti forsulit, alta, alias tempestate vadofa. Nam ubi mire magnum esse, & ventis sœvire cœpit, limum, arenamque, & faxa ingenia fuctus trahunt: ita facies locorum cum ventis simul mutatur. *Virg. 4. Æn.* Et Numidæ intræni cingant, & inhospita Syrtis. ¶ Aliz quoque celebres Syrtis sunt, ut in America Septentrionali, in mari Æthiopico, &c. de quibus V. Geographos. ¶ Translate Syrtis patriomonii; h. e. vorago: quam tamen metaphoram minus probat *Cicero l. 3. de Orat. c. 41. & scopulum aptius esse scribit.*

Syrtites, æ, gemma, ita dicta quod circa Syrtis Libyæ permixta arenis, fluctibus expulsa fervente fredo reperitur. *Plin. l. 27. c. 10.*

Syrus, i, scrobus subterranea. V. Sirus.

Syrus, a, um, adject. idem quod Syrius, & Syriacus, ut Syra lagena.

Martial. l. 4. epigr. 46. Syra vina. Horat. l. 1. od. 31. ¶ Syri, populi Syriz, V. sup. a Syri.

Syistema, matris, n. sistema, σύστημα, compages, constructio. Solet adhiberi pro rerum dispositione, quo sensu nonnum vilium idoneum Latini scriptoris exemplum. ¶ Transfertur ad explicanda genera multorum tonorum musicalium, qua de re V. *Mast. Capellam l. 9. sit. quid sit systema.*

Systole, es, f. i. σύστωλη, Figura Poetica, per quam syllaba natura longa corripitur. *Virg. 6. Æn.* Ille autem, paribus quam fulgere cernis in armis. ¶ Lœcum etiam habet, cum syllaba longa positione, altera consonante extrita, brevis fit. *Lucan. lib. 8.* Cur obicis Magno tumulum, Maneque vagantes? V. *Diomed. l. 2. & Charif. lib. 4.* qui tamen Græce semper hanc vocem usurpant.

Systylos, i, σύστυλος, species ædium columnas habens rariore pycnostylo, crebriores autem distylo, ita ut inter unam alteramque columnam duarum columnarum crassitudo interjaceat. *Vitruv. l. 3. c. 2.*

Syzygia, vel Syzygia, σύζυγία, conjugatio, conjunctio, a σύζ, & ζύγῳ, copulo, iungo. Figura est Poetica, quæ fit variorum pedum, velut in unum pedem collecta conclusione, ut definit *Sergius Grammaticus. in Donat. pag. 1832. editionis Putschii.* ut si v. g. dictio aliqua quatuor syllabarum numerum excedens, in duas partes, aut tres dividatur, hæc partes syzygiæ appellantur, ut *edificatio* nullum per se pedem efficit, at si dividatur hoc modo *edifi-catio*, duos dactylios facit; si hoc modo *edifica-tio*, choriambum, & pyrrhichium.

DE L I T E R A T.

Litera consonans muta, cognationem quandam habet cum d, ut ait *Quintilian. l. 1. c. 4.* Veteres namque *Alexander, & Cassandra* olim scripsere, quod postea *Alexander, & Cassandra.* ¶ In veteribus Senatus consultis litera T subscripta significabat, illud Senatusconsultum a tribunis pl. quoque approbatum fuisse. *Valer. Max. l. 2. c. 2.* ¶ In prænominibus T significat *Titus*, ut T. Livius, T. Manlius.

T A N T E A.

Tæutes, Deus apud Phœnices, ut Saturnus apud Latinos. *Varr. l. 4. de L. L. Principes dei Cœlum, & Terra, hi iidem, qui in Ægypto Serapis, & Ius, qui sunt Tæutes, & Astarte apud Phœnices.*

Tabanus, i, m. 2. tafano, Ger. brame, Gal. taon, Hil. ταυνο, μέσος, vel μέσος, prout Glossæ Cyr. interpretantur, muscæ genus, quod & alium Latini nominant, in ore aculeum habens, quo armenta maxime infestat. Unde Poetæ fingunt, Jo puellam, tabano a Junone immisso, verlam fuisse in infamiam. *Varro l. 2. de R. R. c. 5.* Itaque quod eas zitate tabani concitare solent, & bestiole quedam minutz sub cauda. *Plin. l. 11. c. 28.* Reliquorum quibusdam aculeus in ore, ut asilo, sive tabanum dici placet, item culicibus, & quibusdam muscis.

Tabetaclus, a, um, nom. particip. liquefacto. *Solin. c. 8.* Tabetaclus nivibus, & liquentibus.

Tabella, æ, f. ταβέλλα, τινάκιον, parva tabula. *Plin. lib. 16. c. 39.* Lignum tabellis pictorum immortale. *Cicero. 7. Fam. ep. 32.* Exhedria ta-

bellis ornare, di quæ. *Martial. l. 11. ep. 32.* Pistor multiplices struit tabellas. h. e. placetas in modum tabellarum. ¶ Dicitur etiam de codicillo, in quo scribebant, *scriptura, lettera. Fest.* Tabellis pro chartis utebantur antiqui, quibus ultro, citrove, sive privatim, sive publice opus erat, certiores absentes faciebant. Unde adhuc tabellarii dicuntur, & tabellæ missæ ab Imperatoribus. Hæc *Fest.* Fiebant tabellæ itæ & tago, abiete, buxo, tiliæ, sive phylira, acere citro, ebore. His vero cera inducebatur: unde *ceras tabellas* legimus, & *ceram* simpliciter pro *tabellis*. Hæc tabellas postquam scripserant, lino obizabant, & ceram anulo pro obizabant. Hinc *Plaut. Pseud. 2. i. sc. 1. v. 39.* Phœnicium Callidoro amatori fuo Per ceram, & lino, literaque interpretes Salutem mittit. Et *Bæch. 4. 4. sc. 4. v. 96.* Cedo tu ceram, ac lino acutum, æge, oblige, oblige cito. Et *Cicero. 3. Catil. c. 5.* Tabellas proterri julianus, quæ & quoque dicebantur datæ. Primum ostendimus Cethego, signum cognovit. Nos lino incidimus, legimus: erat scriptum ipsius manu, &c. *Rurhus Plaut. Curo. 2. 3. 86.* Tabellas obzignare, sigillare. *Juvenal. sat. 6. v. 199.* Si tibi legitimus patetam, junctamque tabellis Non es amaturos. h. e. uxorem ductam rite, & secundum leges, conventionem matrimonialium in tabellis perscripta. Tabellis obzignatis cum aliquo agere, est suo illum scripto convincere. *Cic. 5. Tusc. c. 11.* Tu quidem tabellis obzignatis agis mecum, & testificaris, quid aliquando dixerim, aut scripserim. ¶ Tabellæ item dicebantur, in quibus populus suffragium, aut iudices sententiam perscribebant, *voti. Cic. in Pis. Me universa civitas non prius tabella, quam voce priorem Consulem declaravit. Id. 1. Verr. Ceratam unicuique tabellam dari cera legitima, non illa intami, ac nefaria. ¶ In Comitibus de legibus diribitores duo tabellarum genera populo distribuiebant, unum, in quo duæ literæ U. R. scriptæ erant, idest *Uti rogat, Uti tu, qui legem fers, nos rogat, ita solumus*, alterum, in quo litera A, quæ significabat *Antiquo*, idest *legem respicimus*. Si igitur cives legem acciperent, punctum scribebant in tabellis, in quibus erant literæ U. R. illoque puncto significabant, se velle, sicuti interrogabantur: si improbant, punctum scribebant in tabellis, in quibus erat litera A, & eo puncto significabant, se antiqua velle, legemque illam repudiare. *Sigon. de Judiciis, l. 3. c. 15.* In Comitibus de reis ternæ tabellæ dabantur, si e iudicium a Populo, sive a Iudicibus fieret, quarum in una scriptum erat A, idest *Abfolvo*; in altera C, idest *Condemno*; in tertia N. L. idest *Non liquet, h. e. causam plane non intelligo, quare neque absolvo, neque condemno.* Igitur cives, in qua veient tabella, punctum scribebant, quemadmodum cuique videretur. *Sigon. de Judiciis, l. 2. c. 22.**

Tabellarius, ii, m. corriero, portalestere, ταβηταριος, Ger. briefträger, Gal. courrier, Hisp. correo, γραμματεὸς, qui tabellas, idest literas pertert. *Cic. 2. Phil. c. 31.* Janitor, quis tu? a Marco tabellarius. *Id. l. 14. Fam. ep. 22.* Nos quotidie tabellarios vestros expectamus. ¶ Accipitur item pro eo, qui rationes conficit, & data, acceptaque in tabulas refert, *compusista. Sîdon. l. 4. ep. 11.* Sed & ille suscipiebat hunc granditer, habens in eo consularium in iudiciis, vicarium in ecclesiis, procuratorem in negotiis, villicum in prædiis, tabellarium in tributis, in lectionibus comitem, in expositionibus interpretem, in itineribus contubernalem. Alii leg. *tabularius.*

Tabellarius, a, um, ταβηταριος, quod ad tabellas pertinet. Lex tabellaria fuit, ne suffragia posthæc a Populo voce, sed tabella, idest ne palam, & aperte, sed clam, & occulte ferrentur. Hac lege constitutum fuit genus illud libertatis Civium Romanorum, quo Civium suorum gratiæ non erant obnoxii; qui enim palam alicui repugnare non audebant, per tabellas quidvis poterant efficere sine ullius offensione. Huius generis leges quatuor fuere. Prima Gabinia, lata a Gabinio, ut populus in creandis Magistratibus suffragium non, ut antea, voce, sed per tabellas ferret: altera Cassia, lata a L. Cassio Longino, ut in iudiciis quoque tabellæ adhiberentur, excepto perduellionis crimine. Tertia Papiria, lata a C. Papirio Carbone, oratore illo eloquentissimo, ut leges etiam per tabellas iuberentur, aut vetarentur: quarta denique Cælia, lata a quodam Cælio trib. pl. qua sanxit, ut etiam in iudiciis perduellionis usus tabellarum esset: atque his quatuor legibus complexi sunt ea omnia, quæ suffragis ferendis tranzigi poterant. *Cicero. 3. de Legib. c. 15.* Quis autem non sentit, auctoritatem omnem optimatium tabellariam legem abtulisse? quam populus liber nunquam desideravit: idem oppressus dominatu, ac potentia principum flagitavit. *V. eund. lib. 4. c. 16.* ubi de hac res multa, *Plin. l. 3. ep. 20. & l. 4. ep. 15.* ¶ Tabellariæ naves sunt, quæ præmitti solent, & nuntiare secuturæ classis adentum. *Senec. ep. 77. (al. 78.) initio.*

Tabellio, onis, m. notario, γραμματεὸς, notarius, qui tabulas, hoc est testamenta, & publicas scripturas conficit. *Farrus. l. 4. c. 5.* Tabelliones publicos facit, & qui ex literis querant vitæ subidia. *Capitolin. in Maximo, c. 4.* Venator primo, mox etiam tabellio. ¶ Utrum idem notarius dici possit, V. *Notarius.*

Tabæo, es, bui, sine sup. n. 3. liquefacti, τήκωμαι, languero, deficio, confusior. *Ovid. 7. Met. v. 541.* Lanæque cadunt, & corpora tabent. ¶ *Virg. 1. Æn. v. 172.* Sale tabentes artus in litore ponunt. h. e. fessos, & languidos incommodis navigationis, & nauca.

Taberna, æ, f. i. bottega, Ger. Laden, Gal. boutique, logis, Hisp. tienda, venta, τῆραςήσιον, dicta est quasi *tabulæna* per syncop. a *tabula* nam proprie significat ædificum, seu casam ex tabulis constructam, ut ait *Ulpian. l. 183. Dig. de Verb. sign.* quo sensu fortasse usurpavit *Horat. l. 1. od. 4.* Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas, regumque turres, quamquam & de loco, ubi merces venduntur, commode accipi potest. Differt ab officina, quia in hac res abopificibus efficiuntur, in taberna vero venduntur. *Cic. 2. Philipp. c. 9.* Taberna libraria. *Id. pro Cluent. c. 63.* Instructa, & ornata taberna medicinz exercendæ causa, una *Speziera. Varr. l. 7. de L. L.* Taberna vinaria. *Plaut. Men. 3. 2. 81.* Taberna diversoria. *offeris. Cic. 2. de Invent. c. 4.* Divertere in tabernam, *andar all' offeris. Liv. l. 26. c. 11.* Taberna argentaria, *bottega da orefice.* ¶ Romæ in foro plures erant tabernæ, præcipue argentariæ, apud quas auctiones fieri solebant, ut ex *Cic. pro ac. & Quintil. l. 6.* colligitur. Alij veteres dicebantur, aliq novæ, quarum mentio fit a *Plaut. in Curcul. 4. 1. 19. & Liv. l. 26. c. 27.* ¶ Pro officina *Juvenal. sat. 13. v. 45.* & jam siccatu nectare tergens Brachia Vulcanus Lipargæ nigra taberna.

Tabernacularius, ii, m. qui tabernas conficit. *Inscript. apud Græcor. pag. 612. n. 8.* Collegium tabernaculorum.

Tabernaculum, li, n. tabernacolo, alloggiamento, padiglione, ταβη, Ger. bussen, Gall. tabernacle, Hisp. tienda delienzo, o stable, oxirugy, subitarium quoddam tectum frondibus, aut stragulis operatum, aditus Solis, tempestatisque injuriam, cuiusmodi sunt, quæ in castris excitantur, & modo huc, modo illuc transferuntur, a taberna quod veluti taberna quedam sit. *Cæf. l. 6. bell. Gall.* Hic, dicitur fuz, a comium saluti, inermis ex tabernaculis prodit. *Cic. in Pison. c. 25.* Donum mihi biduo ante conduxerat, quæ si vacua non fuisset, in campo Martio nisi tabernaculum

lum collocasset. F: translate. *Id. 3. de Orat. c. 20.* Qui in una philo-
sophia quali tabernaculum vitæ suæ collocarunt. Capere taberna-
culum augures dicebantur, cum ad augurium captandum locum eligent,
tabernaculumque statuebant, ex quo de cælo fervarent. *Cic. 1.*
1. Divin. c. 17. Cum tabernaculum vitio cepisset imprudens. *Id. ib. l. 2.*
c. 35. Tabernaculo recte capto.

Tabernarius, ii, m. *boitegaio*, טברני, Ger. *kramer*, Gal. *tavernier*, Hisp.
tendero, o *mejorero*, τραπεζογράφος, κερματός, infitor, qui in taberna
merces suas venales habet, & qui rebus minutatim vendendis præest.
Cic. pro Placco c. 8. Opifices, & tabernarios, atque illam omnem scem
civitatum, quid esset negotii concitare? Sumitur etiam pro eo, qui
præest curandis tabernis, ut aquarum, & aquæductuum
curatore. *Cal. Cic. l. 8. Fam. ep. 6.* Nisi ego cum tabernariis, & aquariis
pugnarem, veteribus civitatem occupasset. Tabernarios *Calius* hic vocat
non omnes omnium mercium infitores, verum eos omnes, quorum
in tabernis homines cibi gratia conveniunt, h. e. caupones. *V. Manut.*
ad hunc loc. Adjective tabernarias blanditias dixit *Apuley.*
in Apolog. hoc est, rusticas, plebeias, viliores, quales adhiberi solent
ab hominibus cauponas frequentantibus, vel ab ipsis cauponibus ad
hospites alliciendis.

Tabernula, æ, f. *picciola bottega. Apulei lib. 7. Met.* Nocte tabernulam
quandam, vitatus maris fluctibus, incubabat.

Tabes, is, f. *liquefazione, liqueore*, τήξις, colligatio, liquefactio, liquor,
a Dorico τήξω pro τήξω, idest liquo, liquefactio. *Ovid. 9. Met. de Hercu-
le in Oeta monte:* Ambulique sonant nervi, cæcæque medullis Tabes li-
quefactis, &c. *Id. 3. de Pont. eleg. 1.* Tinctæque mortifera tabe sagitta madet.
Liv. l. 21. c. 36. Fluentem tabem liquefactis nivis. *Plin. l. 9. c. 35.*
de Cleopatra. Cujus (aceti) vis in tabem margaritas resolvit. Item
sæpe pro corporis humani colligatione ex morbi diuturnitate, vel ni-
mia extenuatione ex cura, animique ægritudine procedente, pro mor-
bo, quo corpus consumitur, *sifica, sifchezza*, Ger. *schwinducht*, Gal.
siste, Hisp. *sifca*, τήξις, φθίσις, ἀσθία, ὑγρὰσις, ὑγρασις, quia, ut
calor ignis metalla, sic morbus is corporis soliditatem liquefacit, & sol-
vit. Hujus tres sunt species. Una, cum corpus non alitur, & ita sum-
ma oritur macies, quæ, nisi occurrat, occidit; ἀσθία dicitur a
Græcis, & qui hoc malo laborant, ἀσθη. Altera, ubi malus corpo-
ris habitus est, ideoque omnia alimenta corrumpuntur. Hanc Græci
ἄσθησις nominant. Tertia, quam Græci φθίσις vocant, ἀσθία τῆ φθί-
σεως, quod est consumi, & tabescere, cum in pulmonem descendit a
capite pituita, & frequens tussis oritur, cum exulceratione. Ex hac
febricula levis fit, ex qua frequens tussis est, unde pus excreat. Hæc
Celf. l. 3. c. 22. Cic. 3. Tusc. Habet ardorem libido, levitatem lætitiæ
genuas, humilitatem metus, sed ægritudo majora quædam, tabem, cru-
ciatum, afflictionem, &c. *Virg. 6. Æn.* Hic quos durus amor crudeli
tabe peredit. Ubi *S. r. v.* Tabes, corpore deficiente paulatim. Eadem
ratione tabes in arboribus dicitur, cum inareferunt, & paulatim defi-
ciunt. *Plin. l. 17. c. 24.* Sicuti tabes cum invaserit arborem, aut ure-
do. Translate ponitur pro corruptela, pernicie. *Sallust. in Catil.*
apud Fest. Uti tabes plerosque civium animos invaserat. *Tacit. Ann.*
11. c. 6. Ut quomodo vis morborum pretia medentibus, sic tori tabes
pecuniam advocatis ferat. h. e. litium contagio.

Tabesco, is, bui, n. 3. *liquefari*, τήσασθαι, liqueho, in humorem dissol-
vor, a *tabeo*. *Celf. l. 6. c. 15.* In aeris aceti heminam frictum saltem con-
juncti, donec tabescere desinat. *Cicer. 2. de Nat. Deor. c. 10.* Itaque &
Aquilonibus, reliquique frigidibus adjectis, durefcit humor, & idem vi-
cissim mollitur tepetactis, & tabescit calore. Translate sumitur
pro consumi, deficere, languere. *Plaut. Capt. 1. 2. 31.* Ego, qui tuo
merore maceror, macesco, confinesco, & tabesco miser. *Cic. Att. l. 2.*
ep. 14. Otio tabescere. *Id. 2. Catil. cap. 4.* Desiderio alicujus tabescere.
Rurhus Plaut. Stich. 5. 1. 8. Dies quasi senex tabescit. h. e. occasui proxi-
mus est. Eodem modo locutus est *Lucret. l. 5. v. 679.*

Tabidus, & **Tabidus**, a, um, adject. idem ac tabidus. *Tertull. in Ap-*
olog. c. 13. Enecta, & tabidosa, & scabiosa quæque maculatis. *Id. de*
Pudic. c. 14. Cadaver tabidum.

Tabidulus, a, um, adject. diminutivum a *tabidus*. *Virg. in Ciris, v. 182.*
Tabidulamque videt labi per viscera mortem.

Tabidus, a, um, adject. *liquefacto*, συντηκτός, quod colliquefcit, seu solvitur.
Liv. l. 21. c. 36. Itaque in levi tantum glacie, tabidaque nive volutaban-
tur jumenta. Translate accipitur pro eo, quod quovis modo cor-
rumpitur. *Ovid. l. 1. de Pont. el. 1.* Si mens mea tabida facta, De nive
manantis more liquefcit aquæ. Sumitur etiam active, pro tabifi-
co, quod corruptum. *Ovid. l. 4. de Pont. el. 8.* Tabida consumit ferrum,
lapidemque vetustas. *Martial. l. 1. ep. 79.* Indignas premeret pestis eum
tabida fauces.

Tabificabilis, & **le**, o. 3. idem ac tabificus. *Accius apud Non. c. 2. num.*
852. Pari neci orbifcor liberorum letho tabificabili.

Tabificus, a, um, *liquefactivo*, φθισικός, quod liquefacit. *Lucr. l. 6. v.*
737. Albas decedere nungues Tabificus subigit radis Sol omnia lustrans.
Translate sumitur pro omni eo, quod vim habet corrumpendi. *Cic.*
4. Tusc. c. 16. Atque ut hæc tabificæ mentis perturbationes sunt, ægritu-
dinem dico, & metum. *Lucan. l. 5.* Tabificus aer. *infesto*.

Tabifluis, a, um, adject. tabe fluens. *Prudentius in Apothecis, v. 890.*
corpus vocat hospitium cratis tabifluis.

Tabidus. V. **Tabidus**.

Tabis, m. 3. *Tabim*, prom. Scythiæ, in ora maris Eoi, al. inter Seres,
& Scythas. *Plin. l. 6. c. 17.*

Tabitudo, inis, f. idem quod *tabes*. *Plin. l. 22. c. 25. de alica:* Peculiariter
tamem ad tabitudinem longo morbo redactis subvenit.

Tablinum, i, n. *archivio*, γραμματοθήκαιον, γραφοθήκαιον, tabularium,
locus, in quo tabulæ, & instrumenta, monumentaque rerum gestarum
asservabantur. Factum est per Syncopen ex *tabulnum*, quod a *tabula*,
quomodo & a *figulo* figulum dicitur, pro figulino. *Fest.*
ex Scaligeri restitutione: Tablinum proxime atrium locus dicitur, publi-
carum rationum causa factus, quod antiqui Magistratus in suo impo-
sitas tabulas rationum ibi habebant. *Plin. l. 35. c. 2.* Tablina edicibus
implebantur, & monumentis rerum in Magistratu gestarum. Accipitur
etiam pro loco, in quo tabulæ pictæ, & signa disponuntur orna-
tus causa, *galleria*, πινακοθήκαι. *Apulei lib. ult. Florid.* Medici cum
intraverint ad ægrum, uti visant, nemo eorum quod perpulcra tabli-
na in ædibus visant, & lacunaria auro oblita, &c. *Varro* etiam tor-
tasse hoc sensu usurpavit apud *Non. c. 2. n. 112.* Ad focum hyeme cœ-
nitabant, æstivo tempore in propatulo, rure in corte, in urbe in tabli-
no, quod *Menianum* postsumus intelligere. Legitur & *tabulinum*
præfertim in adductis *Varronis*, & *Apulei* locis.

Tabo. V. **Tabum**.

Tabarca, f. 1. *Tabarca*, col. & urbs Africa, in ora maris Medit. in R.
Algeris, & Constantina prov. cum portu capaci. *Juv. sat. 10. & Sil. l. 3.*

Tabula, æ, f. *ιστοια*, τῆβη, Ger. *tafel*, Gall. *table*, Hisp. *tabla*, *plavak*,
πλάξ, asser, pars arboris, quæ in longitudinem secta est, varia crassitu-

dine. *Cic. 3. Off. c. 23.* Si tabulam de naufragio stultus arripuerit.
Quoniam vero tabulis ad multas, & varias res antiqui usi sunt,
hinc tabula speciatim varie accipitur. Nam tabula dicebatur instrumen-
tum, quo telluris, seu talis ludebant, quæ *in iuryia tabula* vocabatur, &
larruncularia, item *alveus*, & *alveolus*, in quo pyrrus erat, seu turris,
in quam tali coniciebantur. *Senec. de tranquill. anim. c. 14.* Lufite tu
Canium in illa tabula putas? illufit. Item sumitur pro pictura,
quæ: nam veteres in tabulis ligneis pinxerunt. *Cic. 5. de Fin. c. 1.* Epi-
curi imaginem in tabulis habent. *Propert. l. 1. eleg. 2.* Qualis Apelleis est
color in tabulis. Item usurpabatur pro instrumento, in quo scribe-
bant, & metonymice pro quacunque scriptura. Nam scribebant plerun-
que in tabulis ligneis cera obductis, interdum etiam in tabulis ex ære. Igi-
tur tabula primum liber erat, quem sibi quisque privati facere consue-
vit, quasi quoddam memoriz promptuarium eorum, quæ agebat, idest
ephemeris, seu diarium actionum suarum. *Liv. l. 4.* Constitutum est
eam domum unicuique nostrum debere existimari, ubi quis sedes, &
tabulas haberet, suarumque rerum constitutionem fecisset. Hinc *tabu-
la accipit*, & *expensæ*, idest codices, in quibus describebant pecuniam,
quam accipiebant, & expendebant. *Cic. pro R. Com.* Si tabulas C. Fani-
us accipit, & expensæ proferat suas in suam rem suo arbitratu scrip-
tas. *Id. 6. Attic. epist. 2.* Tabulæ Diczæaræ. h. e. liber de Geogra-
phia. Item tabulæ erant codices, in quibus via testamenta scribe-
bant, quo nomine & ipsa testamenta vocabantur. *Ulp. l. 1. ff. de bonor.
poss. secund. tabul.* Tabulas testamenti accipere debemus omnem matre-
riæ figuram. Sive igitur tabulæ sint lignæ, sive cuiuscunque alterius
materiz, sive chartæ, sive membranz sint, vel si corium alicujus ani-
malis, tabulæ recte dicuntur. *Cic. pro Calp. Cælius* tabulas nullas
fecit. *Martial. l. 5. epigr. 33.* Quadrantem Crispus tabulis, Faustine,
supremis Non dedit uxori. Cui dedit ergo? sibi. Literæ item, &
syngraphæ omnes tabularum nomine appellabantur. *Cic. pro Flac.* Tri-
duo lex ad Prætores deterræ, iudicum signis obfignari jubet. Trige-
simo die vix deterrunt. Non corrupti tabulæ facile possint, idcirco lex
obligatas in publico poni voluit. *Plaut. Afin. 4. 1. 18.* Ne epistola qui-
dem ulla fit in ædibus, nec cerata adeo tabula. Erant etiam tabu-
læ autionariæ, in quibus argentarii, quarum rerum auctio tunc ef-
fect, præscribebant. Hinc metonymice *tabula* pro autione ponitur.
Cic. pro Cæc. Adest ad tabulam, licetor Ehatius. *Id. l. 14. Fam. ep. 2.*
Quemadmodum a Vestæ ad tabulam Valerium ducta esses, h. e. a tem-
plo Vestæ ad tabulam, in qua scripta erat lex Valeria de venditione
bonorum proscriptorum, & protugorum, ut & tu ipsa bona nostra ven-
dere cogeres. Alii explicant, ad tabulam Valeriam, h. e. ad tabernam
Valerii argentarii. nam ad hujusmodi tabernas auctio fieri perferre-
bantur, & præsertim autiones. Hujusmodi autem fuit *tabula Sextæ*,
de qua idem *Cic. pro Quint. c. 6.* Tabulæ quoque in comitiis, & in iu-
diciis locum habuerunt. *V. Tabella.* *Cic. in Piscon.* Cui primam comi-
tius tuis dederas tabulam prærogativæ, quem in Senatu sententiam ro-
gabas tertium. Deum in tabulis ex ære leges scribebantur, deinde
in foro pro Rostris illæ tabulæ figebantur, ut ab omnibus legi possent.
Unde per Metonymiam tabula etiam legem lignat. *Cic. 12. Phil.* Num
figetur rursus hæc tabulæ, quas vos decretis vestris reffixistis? *Id. l. 12.*
Fam. ep. 1. Tabulæ nuntiar, immunitates dantur. Tabulæ novæ
erant lex de ære alieno plebis creditoribus invitis relaxando. *Sigon. de ans.
jure C. R. l. 1. c. 6.* Alii ita definiunt: Tabulæ novæ appellatur, quando
debitores creditas pecunias cum usuris perfolvere non coguntur ipsis ere-
ditoribus, & abolitis prioribus debitis, novæ tabulæ conficiuntur. Hanc
legem ut nemo unquam nisi perturbatis Reipublicæ cupidus pronun-
ciavit, hoc optimus semper quisque, & otit amantissimus repudiavit. *Cic.*
2. Off. c. 23. Tabulæ vero novæ quid habent argumenti, nisi ut emas mea
pecunia fundum, & eum tu habeas, ego non habeam pecuniam? *Sallust.*
in Catil. Tunc Catilina polliceri cœpit tabulas novas, proscriptio-
nem locupletum. Duodecim tabulæ, idem est, ac leges duodecim ta-
bularum, quæ erant leges Romanorum, ab Atheniensibus, aliisque Græ-
corum civitatibus, quæ sapientissimæ tunc habebantur, acceptæ. Cum
enim ob crebras plebis contentiones cum Patribus, ob nexorum inju-
rias a tenerandis, ob legem agrariam ferendam, ob alterum Consul-
lem de plebe creandum, aliisque de causis maxime turbaretur Respub-
licæ communes quasdam leges ferri, quibus æque omnes teneren-
tur. Itaque illis in Græciam tribus Legatis, descriptæ sunt inde var-
iæ leges, ex quibus a Decemviris optimæ quæque selectæ, & in duo-
decim Tabulis perscriptæ sunt, circa annum Urbis 302. æque popu-
lo promulgatæ centuriatis Comitiis perlatæ sunt. His legibus quan-
tum auctoritatis tributum sit, docet *Cic.* apud quem *Craffus l. 1. de Or-*
ator. c. 44. Fremant, inquit, omnes licet; dicam quod sentio: biblio-
thecas mehercule omnium philosophorum unus mihi videtur XII. Ta-
bularum libellus, si quis legum fontes & capita viderit, & auctoritas
ponderare, & utilitatis ubertate superare. Vide *Rofin. l. 8. antiq. Rom.*
c. 6. ubi hæc leges collectæ habentur & explicatæ. Apud rei ruti-
cæ Scriptores tabula sumitur pro agrorum mensura. *Pallad. l. 3. tit. 9.*
Nonnulli ternos pedes inter singulas vites dimitunt: sed hoc genere
divisionis in jugerali tabula pangentur tria millia. quod si duos semis
pedes inter vites relinquitur placuerit, in eadem tabula ponentur vites
quatuor millia. *jugeralis tabula* est idem ac *jugerum*.

Tabulamentum, i, n. *ιστολιστο*, tabularum, seu afferum colligatio.
Frontin. l. 1. stratag. c. 1. Junxit dolia, contravitque tabulamentis.

Tabularia, æ, f. idem quod tabularium, ut *Tabulariæ publicæ*, *Claud.*
apud Non. c. 3. n. 110.

Tabularis, & **re**, o. 3. *πινακικός*, quod ad tabulas pertinet, ut *Temper-*
atura æris tabularis, quæ accommodatissima erat consociendis æreis ta-
bulis, quibus ea incidebantur, quorum memoriam posteritati traditam
volebant. *Plin. l. 34. c. 9.* Æs omne frigore magno melius fundi, se-
quentisque temperatura statuaris est, eademque tabularis, hoc modo
massa confatur, &c. Substantive *tabularis*, *rium*, dicuntur laminæ
æreæ igne candentes, quæ reis torquendis admovebantur. *Senec. 3. de*
Tra. c. 19. Fidiculis, tabularibus, equileo, igne torquere. Alii leg-
tribularibus.

Tabularium, ii, n. *archivio*, *cancellaria*, γραμματοθήκαιον, locus, in
quo tabulæ, hoc est instrumenta, & literæ, & acta publica, reponun-
tur. *Virg. 2. Georg. v. 502.* Nec terrea jura, insanumque forum, aut
populi tabularia vidit. *Cic. pro Arch. c. 4.* Hic tu tabulas desideras He-
raclensium publicas, quas Italico bello, incendio tabulario, interitisse
scimus omnes.

Tabularius, rii, m. ratiocinator, supputator. *Senec. epist. 88.* Non esse
feliciorem, cujus patrimonium tabularius lassat, imo quam superva-
cua possideat, qui infelicissimus futurus est, si quantum habet, per
se computare cogatur. *Ulp. l. ult. ff. mensur. falsum modum dixerit.* Ego
& adversus tabularium puto actiones dandas, qui in computatione fe-
ellit. Dicitur etiam de tabellionibus, qui Magistratus in publicis,
aut privatis negotiis cautiones, acta, & rationes conscribebant, *notari pub-*
lici: quo munere ante Arcadii constitutionem, servi publici fungebantur.

Differunt tamen tabularii a tabellionibus, quod his rationum tabulæ nullæ committuntur. *Arad. l. ult. ff. de mun. & honor. Logographi, vel tabularii. Ulpian. l. 3. ff. de tab. exhib. Si cuñodiam tabularum ædituus, vel tabularius suscepit.*

Tabularius, adverb. a *misura di savole*, dispositione per tabulas jugerales facta. *Pallad. l. 3. tit. 9. Maxime expedit genera (armentorum) tabularum disponi.*

Tabulatio, onis, f. 3. *ταβυλιωσις*, tabularum compositio, & textura. *Cef. l. 2. B. C. c. 9. Ne aut tela tormentis missa tabulationem perfringerent.*

Tabulatum, i, n. *solatio, palco*, Germ. *Suffafel*, Gall. *plancher*, Hisp. *jabrado, αταβου*, solarium, idest plana superficies, tabulis constrata. *Cato. l. 3. R. R. Si in terra, vel tabulato olea nimium diu erit, putrefcet. Cef. l. 6. B. G. c. 28. In extremo ponte turrim tabulatorum quatuor constituit. ¶ Rursus tabulata dicuntur rami extenti in arboribus in plana tendentes, non in altiora crescentes. Col. l. 5. c. 6. Cum deinde adolefcere incipient ulmi, falce formandæ sunt, & tabulata instituentur: Hoc enim nomine usurpat agricolæ ramos, truncosque prominentes: eos vel propius ferro compescunt, vel longius promittunt, ut vites laxius diffundantur. *Virg. 2. Georg. v. 361. summaque sequi tabulata per ulmos.**

Tabulatus, a, um, adject. tabulis constratus. *Plin. l. 2. ep. 17. Adhæret dormitorium membrum transitu interjacente, qui suspensus, & tabulatus conceptum vaporem salubri temperamento huc illuc digerit, & ministrat.*

Tabulinum. V. Tablinum.

Tabum, i, n. corruptus sanguis, juxta Servium, vel *αταβουσις*, sanguis mortuus, ut Philoxeni Glossæ interpretantur, a *tabes*, vel a *ταβω*: Dorico, pro *τακω*, *liquo, liquefacio*. Est nomen diptoton, idest duorum tantum casuum, genitivi, & ablativi. *Virg. 3. Æn. Et terram tabo maculant. Ovid. 2. Met. v. 760. Protinus Invidiæ nigro squalentia tabo Tecta petit. Cic. 1. Tusc. ex Pœta: Saxa spargens tabo, Sanie, & sanguine atro. Lucan. l. 6. v. 537. Stillantis tibi sanieum, virtusque coactum. ¶ Tabus m. g. Senec. in *Herc. Oes. v. 520. Tabum fluentem vulneris dextra excipit, Traditque nobis unguis infertum fuz. Al. leg. tabem infertam.**

Taburnus, m. 2. *Taburo*, mons Campaniæ, in conf. Samni, apud Caudium, inter Capuam, & Nolam, Cafertæ urbi finitimus, olivis inter alios abundans. *Virg. 2. Georg. v. 28.*

Tacæpe, f. 1. *Capet, Caps*, col. & urb. Africæ, ad Syrtim parvam, & ostia Tritonis, inter Thezæis & Zetham promi. Hic ager fertilissimus, & vites biteræ. *Plin. l. 18. c. 22.*

Tacapensis, e, adjectiv. a Tacapu, ut Tacapensis ager, apud *Plin. l. 16. c. 27.*

Tacæ, es, cui, citum, a. 2. *tacere, flar cheto*, Ger. *schweigen*, Gall. *se taire*, Hisp. *callar, αταβω, αταβω*, nihil loquor, silio, obmutesco. Usurpat vel absolute. *Cic. 3. Agr. Si illa locum anciret, quæ a Sylla essent data, tacereum. ¶ Vel cum acc. Cic. 1. de Or. c. 26. Enuntiabo apud homines familiarissimos, quod adhuc semper tacui, & tacendum putavi. ¶ Vel cum abl. & præp. de. Cic. Att. l. 1. ep. 19. Nimis diu de rebus alicujus tacere. ¶ Usurpat & impetionaliter. *Ter. Adel. 3. 4. 28. Ignotum est, tacitum est, creditum est. Cic. 3. Agr. Ut doceam Rullum posthac in his saltem tacere rebus, in quibus de se, & de suis factis taceri velit. ¶ Translate etiam dicitur de iis, quæ sine voce sunt, pro quiescere. Sic agrum, & mare tacere dicimus, in quo nullus auditur strepitus. *Virg. 3. Æd. Cum tacet omnis ager. Ovid. heroid. epist. 21. Plestra dolore tacent. ¶ Quoniam vero, cum aliquid laude dignum est, laudamus, & e contrario malefacta non laudamus, tacitum est, ut tacenda non laudanda, & non tacenda laudanda dicantur, per Metalepsin. *Ovid. l. 2. de art. v. 603. Eximia est virtus præitare silentia rebus, At contra gravis est culpa, tacenda loqui. Martial. l. 1. ep. 90. Vir Celtiberis non tacende genibus.****

Tacitabundus, a, um, adject. tacens. *Donat. in vita Virgilii: Quare ille sæpe tacitabundus discedebat.*

Tacite, adv. *tacitamente, αταβω, αταβω*, cum silentio, secreta, submissè. *Plaut. Pæn. prol. v. 32. Matronæ tacite spectent, tacite rideant. Liv. l. 42. c. 16. Et nunquam dissimulare, & tacite habere id, patique constituerat. Cic. pro Leg. Man. c. 5. Tacite rogare.*

Tacito, adv. idem quod tacite. *Justin. l. 18. c. 4. Mitigato interim vultu, fugam tacito molitur.*

Tacitulus, a, um, adject. diminutivum a *tacitus*. *Varro apud Non. c. 1. n. 234. Novus maritus tacitulus taxim uxoris solvebat cingulum.*

Taciturnus, i, n. *secreto, res arcana*. *Ovid. 3. amor. eleg. 7. v. 51. Taciti vulgator. Senec. epist. 54. Et, qui solent ebrius fieri, non dari tacitum. ¶ Per tacitum, est per silentium. *Senec. in Thyest. v. 396. Nullis nota Quiritibus ætas per tacitum fluat. Tacitum terre. Cic. Attic. l. 2. ep. 3. & Liv. l. 3. c. 45.**

Taciturnio, is, n. 4. tacere cupio. *Sidon. l. 8. ep. 16. Et si tacere nondum cœpimus, certe taciturnie jam deliberavimus.*

Taciturnitas, atis, f. *taciturnitas, αταβω, αταβω*, actus tacendi, silentium. *Cic. l. 1. Fam. ep. 5. Sed noli hominis taciturnitatem, & taciturnitatem. Id. Att. l. 7. ep. 8. Suspicionem mihi majorem tua taciturnitas attulerat.*

Taciturnus, a, um, *taciturno*, Ger. *still*, Gall. *taciturne*, Hisp. *taciturno, αταβω, αταβω, αταβω*, qui natura tacite tacet, qui paucorum est verborum, & minime garrulus. *Cic. pro Sext. c. 9. Quia tristissemper, quia taciturnum, quia subhorridum, atque incutum videbant. Horat. l. 2. epist. 2. v. 83. Ingenium statua taciturnus. ¶ Translate sumitur pro quieto, in quo nullus auditur strepitus. *Hor. l. 2. ode 29. Carete Ripa vagis taciturna ventis. ¶ Superlat. Plaut. Cure. l. 1. 20. Valet ne otium? PH. Bellissimum hercle vidi, & taciturnissimum.**

Tacitus, a, um, *taçito*, Ger. *stillschweigend*, Gall. *taçite, quoy*, Hisp. *taçito, αταβω, αταβω*, qui tacet. *Cic. 4. Verr. c. 73. Cum id quoque constabat, vos jam me tacito intelligetis. ¶ Tacitum os alicui præbere, est nihil proferri respondere. *Cic. 1. Verr. Qui testes priore actione interrogare nolueris, & iis tacitum os præbere malueris, &c. ¶ Aliquando passivè sumitur, pro eo, quod tacetur. *Virg. 6. Æn. Quis te, magne Cato, tacitum, aut te, Coffe, relinquat? Cic. l. 3. Fam. epist. 8. Sed prima duo capita epistolæ tuæ tacita mihi quodammodo relinquenda sunt. ¶ Tacitæ induciæ sunt, quæ verbis non exprimitur. *Liv. l. 2. Intercessere pauci dies, velut tacitis induciis utrimque quiete sumpta. ¶ Tacitum terre aliquid dicitur is, de quo tacetur aliquid, quod taceri maxime cupit. *Liv. l. 3. c. 45. Ferro hinc tibi summovendus sum, Appi, ut tacitum terras, quod celari vis. Cic. Attic. l. 2. epist. 3. Cætera si reprehenderis, non tacitum teres. non la parvæ suæi senectudè io mi resista. ¶ Metonymice ponitur pro eo, quod tacere tacit, vel cum taciturnitate conjunctum est. *Cic. pro Cluent. Vocat me alio jandudum tacita vestra expectatio. Liv. l. 1. Sed silicium triste, ac tacita nescitia ista debuit omnium animis. ¶ Translate sumitur pro quieto, quod sine strepitu fit. *Ovid. l. 6. Fast. Tacitisque senescimus annis. h. e. qui fluunt absque eo, quod sentiamus. Stat. 2. Jpiv. 2. Timide primum*******

vestigia jungit Accessu tacito. ¶ Item pro occulto. *Cic. Att. l. 4. ep. 16. Senatus decrevit, ut tacitum iudicium ante comitia fieret.*

Tactus, prænomine Cornelius, Orator clarissimus, æqualis, ac familiaris Plinii junioris, sub Vespasianis, Domitiano, Nerva, Traiano, Hadriano. A Vespasianis, & aliis ad honores evectus est. Galliae Bellicæ rationes procuravit. Historiam Principum conscripsit ab Augusto usque ad Hadrianum, quæ ad nos haud integra pervenit. Scripsit & de claris Oratoribus: præterea vitam Agricæ & Cæciliæ scripsit. Scripsit quoque de moribus, ac situ Germanorum: atque hec omnia stilo sub. ni, pressò, arguto, & sententioso. *Flavius Vopiscus* tradit hunc doctorem tanquam e suis progenitoribus, Tacitum Imp. quotannis decies describit, ac hoc periret, eumque in omnibus bibliothecis apponi iussisse.

Tactilis, & le, o. 3. quod tangi potest. *Lucr. l. 5. v. 159. Tactile nil nobis quod sit, contingere debet.*

Tactio, on s, f. *toccamento, tactus*, actus tangendi. *Cic. 4. Tusc. c. 9. Et qualis est hæc aurium, tales sunt oculorum, & tactionum, & cooracionum, & saporum. Plaut. Aulul. 4. 10. 14. Quid tibi ergo meam me invito tactio est? h. e. quid meam rem tangis?*

Tactus, us, m. *tacto*, Ger. *berührung*, Gall. *touchement*, Hisp. *tacto, tacto*, tangendi actus. *Virg. 2. Æn. Tacuere innoxia molli Lambere flammam comas. ¶ Tactus item est usus ex quinque corporis sensibus a cerebro per nervos in totum corpus diffusus. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 56. Tactus autem in toto corpore æquabiliter usus est, ut omnis scitus, omnique nimio, & trigroris, & calor appulsus sentire possimus. Plin. l. 10. c. 69. Ex sensibus ante cætera homini tactu, demumque gustus: reliquis superatur a multis.**

Tactus, a, um, *toccato, tactus*, partic. a tangor. *Cic. pro Cæc. c. 13. Verum ita est, ut dicis, te deiectione dæbeo intelligere, etiam si tactus non sis. Id. post red. c. 3. Tribuni sanctissimum corpus non solum tactum, ac violatum minui, sed etiam vultu neratum ferro, confectumque vidistis. Item 2. de Orat. c. 10. Illud tertium, quod & a Crasso tactum est, *toccato brevemente, accennato. Manil. l. 3. el. 22. Tacta loqui, esse vere, e come torcate con mano. ¶ Tactus de celo, idem est ac fulmine percussus. *Cic. 2. de nat. Deor. Natæ statua de celo tacta. Plin. l. 36. c. 4. Sima icrum et cælo tactum. ¶ Translate accipitur pro commoto, incitato. *Ovid. 4. Trist. eleg. 5. Tactus cupidine laudis.****

Tæda, æ, f. *face, facella*, Ger. *tallen, silken*, Gall. *torche*, Hisp. *tea, tea, dæda*, tax ex arbore, quæ picea tert. Est a *daus*, siue *daus*, quod faculam, vel lampadum signat. Ab accusativo *daedæ* est *tæda*, ut ab *δεδαι* dicimus *τῶ δεδαι*, unde *hebiomada* dicunt Latini. *Cef. l. 3. B. G. M. gno vento, & secundo completas on rarias naves tæda, & pice, & lupæ, reliquique rebus, quæ sunt ad incendia, in Pomponianam classem immittit. Cicero pro Roje. Anec. c. 24. Agitari, ac perterriti turiarum tædis ardentibus. ¶ Per Synecdochem, Latini tædam usurpant etiam pro ipsa arbore. *Juvenal. sat. 12. v. 57. I nunc, & ventis animam committe, dolato Confusus ligno, digitis a morte reinotus Quatuor, aut septem, si sit latissima tæda. h. e. tabula ex pinu, vel picea, ex qua navis componitur. Adde *Plin. l. 16. c. 10. ¶ Per Metonymiam dicitur de mo ho arborum, qui ex abundantia succi, & ubertate larga luxuriantis naturæ proferunt. *Plin. l. 17. c. 24. Alique vero & obelites, ut omnia, quæ retinam ferunt, nimia pinguedine in tædam mutantur. ¶ Item de nuptiis. Mos enim antiquiorum erat, ut in nuptiis taces, & tædæ semper prærent, quod antea non nisi per noctem nubentes ducebantur a sponsis, ut *Varro* inquit. *Virg. 4. Æn. v. 18. Si non pertædam thalami, tædæque fuisset. Sen. in Agamem. v. 259. Nec regna socium tædæ, nec tædæ sciunt. Stat. l. 3. Jpiv. 4. Jungere tædas. ¶ Scribitur & *tæda* sine diphthongo.*****

Tædescit, ebat, imperf. 3. idem quod tædet. *Manut. Fl. in Othav. Quos prius tædescit impudicitia suæ, quam pudicitia.*

Tædet, ebat, tæsum est, imp. 2. *vincere, infastidire*, Ger. *verdruff haben*, Gall. *s'ennuyer*, Hisp. *enojarse, αταβω, αταβω*, idest tædium, idest satietatem, & fastidium capere. Con dicitur a parte anteriore cum genitivo, vel infinitivo, a posteriore cum accusativo, vel expresse, vel tacite. *Terent. Eun. l. 1. Et tædet, & amore ardeo. Id. Phorm. 3. 2. At enim tædet jam audire eadem milites. Cic. Att. l. 5. Quid quæris? tædet omnes nos vitæ. Id. 2. Verr. Quo libidinis, infamiaeque (suz neque pudeat, neque tædeat. *Plaut. Moli. l. 3. 5. Convivii, sermionisque tæsum est. Alii leg. perire, quod e te est usitatum. ¶ Reperitur etiam præteritum tæsum. *Sidon. 8. epist. 15. Cœperam scribere, sed operis arrepti tæce perspeto tæsum incitasse.***

Tæditer, a, um, *ταδω*, qui tædam tert. *Tæditer* dea est Ceres, quæ dicitur tædas ad ignem Ætnæ inthalamæ, cum investigare vellet filiam Proserpinam a Plutone raptam: cuius etiam sacra nocturne fiebant, in quibus Sacerdotes Deam imitati taces delerebant. *Ovid. 2. epist. v. 42. Et per tæditeræ myrica sacra Deæ.*

Tædio, as, n. 1. *tediaris*, tædio affecor, fastidio. *Lamprid. in Alexand. Severo, c. 29. Si necessitas cogeret, ante lucem actis operam dabat, & in longam horam producebat, neque unquam tædiavit, aut morosus, aut iratus secedit. Adde *Veget. l. 3. res veterem. c. 2. ¶ IJaci Casaubonus* iudicio verbum hoc elegantissimum est, at nostro corruptam potius Latinitatem sapit.*

Tædiöse, adv. Tribuitur *Apul. de Deo Sacrat. sed varia ibi lectio.*

Tædiösus, a, um, *tedioso*, quod tædiu plenum est. *Firmic. l. 1. c. 3. Ille invidius longam, ac tædiolam lucis sustinet sarcinam.*

Tædium, ii, n. *tedio, fastidio, noia*, Ger. *verdruff*, Gall. *ennuy*, Hisp. *enjoy, αταβω, αταβω*, tædium, satietas. *Ovid. 9. Metam. Nec tædia cœpi Ulla mei c. prim. Juvenal. sat. 7. Tædia tunc subeunt animos. Quintil. l. 2. c. 12. Lectiois tædium vicibus levare. Liv. l. 34. c. 34. Tædium afferre. Id. l. 8. c. 2. Cepit cum tædium belli. Plin. l. 30. c. 15. Tædium addecre.*

Tædiulus, a, um. *Feft. Tædiulum antiqui interdum pro fastidioso, interdum quod omnibus tædio esset, ponere soliti sunt.*

Tænariæ, æ, m. qui est ex Laconia. *Ovid. 10. Metam. v. 183. Tollere Tænariæ orbem properabat. Loquitur Ovidius de Hyacintho ab Apolline adamato.*

Tænarius, idis, adject. f. ad Tænarum, seu Laconiam pertinens. *Ovid. Heroid. epist. 17. v. 6. Excepti portu Tænaris ora suo.*

Tænarius, a, um, adject. ad Tænarum pertinens; nam Lacedæmonius. *Virg. 4. Georg. 2. 487. Tænarias etiam tauces, alta otia Ditis, Plin. l. 36. c. 2. Tænarius lapis. h. e. qui circa Tænariæ promontorium effoditur. *Ovid. Heroid. epist. 13. v. 45. Tænariæ cœcum culpa te maritæ. h. e. Helenæ Menelæi Lacedæmoniorum regis uxoris.**

Tænarius, is, f. & Tænarium, i, n. *ταναρ*, & *ταναρ*, *Capo de Manzan*, alius, *Capo Manzan*, promontorium Peloponnesi in Laconia, dividens sinum Mæliæiacum a Laconico, cum rapido corromine, abundantum tamen ditante, quod hodie dicitur *Manzan*, & *ape delle Quaghe* a copia cuturcum, quæ illis est. Hoc loco specus horrendum, & pro-

fundissimo hiatu cernitur: propter quod ibi descensum esse ad inferos olim existimatum est, tabularumque Poetae hac extractum Canem Cerberum ab Hercule fuisse, ut est apud *Senec. in Herc. Fur. v. 806. & Segg.* Quare Poetice interdum pro ipsi Ineris ponitur. Celebre etiam fuit viridi marmore, quod Tænarius lapis a *Plinio* dicitur. *Plin. l. 4. c. 5.* Opida (a Laconiz) Tænarium, Amyclæ, Phæzæ, Leuctra. *Lucan. l. 9. v. 36.* Dorida tunc Maleam, & apertam Tænaron umbris, Inde Cythera petit. *Horat. l. 1. od. 33.* Styx, & iuvili horrida Tænari fedes.

Tænias, æ, f. *tænias*, fascia, & speciatim vitta, infula, item vittæ extremitas. *Festus ita scribit:* Tænias Græcæ vocem sic interpretatur Verrius, ut dicat ornamentum esse laneum capitis honorati, ut sic apud *Cæcilium in Androgyne*, Sepulcrum plenum tæniarum. Et alias, Dumtæniam, qui vulnus vinciret, petit. *Ennius in Alexandro*, Volans de cælo cum corona, & tæniis. *Artius in Neoptolemo*, Decorare est satius, quam urbem tæniis. Hæc *Festus*. Sed in primo Cæcilii versu non accipitur pro capitis ornamento, verum pro fasciis, quibus mortui involvi solent a Græcis, quas *ιψικεφίαι* appellant. Palliatam enim comœdiami, non togatam scripsit. Cæterum si Romano more interpretaris, eorundem sepulcræ intelliguntur: & ita locum habebit sententia *Verrii*. Ad sepulchra enim lane cum frondibus, atque floribus afficiebantur. *Jos. Scal. Castig. ad Fest. Græcæ est tæniæ*, quod a *τῆνας*, *extensus*, a *τείνω*, *extendo*. *Virg. 5. Æn.* Puniceis ibant evincti tempora tæniis. Ita *Vossius* legit. Pes ultimus spondus est per Synæresin. Alii legunt *tænis*, & dicunt esse a *tæna*, non a *tænias*, nam & *tæna*, & *tænias* dici, testatur *Serv. l. 1. lib. 7.* Fit tortile collo Aurum, ingens coluber, fit longæ tæniæ vittæ. *Plin. l. 13. c. 12. de chrytra:* Deprehenditur & lentigo oculis, sed inferta mediis glutinamentis tæniæ, fungo, papyro bibula, vix nisi litera fundente se, tantum inest fraudis. ¶ Tænias præterea dicitur lapides sub aquis candicantes, in longum porrectos, a fasciarum similitudine. *Plin. in Præfat. lib. 3.* Frequentes quippe teniz candicantes vadi carinas terrant. ¶ Est & tæniæ, piciculi genus, a fragilitate, & longitudine dictum *tænias*. *Plin. l. 32. c. 7.* Idem tæniæ jecur siccatum cum oleo cedrino perunctis pilis novem mensibus. ¶ Item dicitur de lumbicis ventris, quod initar fasciarum sint lati, ac longi. *Plin. lib. 11. c. 33.* Sicut intra hominem tæniæ tricennum pedum, aliquando & plurimum longitudine. ¶ In architectura tæniæ dicitur pars epistylii Dorici, in modum regulæ ducta, epistylio sub triglyphis adpacta, & triglyphis ipsi perpetuum quodammodo Galli efficiens: hanc quidam Italice *libbia*, alii *corrente* appellant. Galli *plastebande*. *Vitruv. l. 4. c. 3.*

Tænioda, æ, f. *tæniodon*, parva tæniæ. *Colum. lib. 11. c. 3.* Ita, ut radix ejus liquido fimo illita, & involuta tribus algæ tæniolis pangatur. h. e. quibusdam quasi fasciis.

Tæpocōn, inquit *Festus*, appellatur Græci genus scribendi deorum versus, ut nunc dextrorsum scribimus.

Tæter, V. Teter.

Tagaste, f. i. Tagastha, Tagastense oppidum, *Tagasta*, urbs Africae, in Numidia, in medietate in Reg. Algeri, & prov. Conitantina, patria D. Augustini, inter Hipponem Regium ad Bor. & Siccam Veneriam in Mer.

Tagax, acis, o. 3. turunculus, ab antiquo *tago*, quod idem est ac tango. Nempe ab ea tangendi significatione, qua pro furari accipitur. *Festus*. Tagax, turunculus, a tangendo dictus, ejus vocabuli Lucillius meminit: Et mutonis manum pericribere posse tagacem. *Cic. Att. l. 6. epist. 3.* Quæstor levis, libidinolosus, tagax. Sic eum locum corrigi *Cassianus*: Alii leg. *fagax*.

Tagenia, orum, n. pices quidam, qui *ταγηνιαίαι*, Græcè appellantur. *Plaut. in fragm. Fest. in Navica.* Bonam maritam, & camarum, & tagenia. Vide *Athenæum*.

Tagis, is, m. 3. *ταγίς*, filius Terræ, vel, ut aliis placet, filius Geniis, & nepos Jovis, qui Etrurizæ populos harupicinam traditur docuisse. *Festus*. Tagis nomine, Genii filius, nepos Jovis, puer dicitur disciplinam aruspicum dedisse duodecim populis Etrurizæ. *Ovid. 15. Met. v. 558.* Indigenæ dixerunt Tagem, qui primus Etruscum Edocuit gentem calus aperire luturos. V. *Cic. l. 2. de Divin. c. 23.*

Tago, is, a. 3. idem ac tango, apud vet. ut *frago* dixere pro *frango*. *Plaut. apud Festus*. Ut ego, si quis me tagit, & tagam.

Tagus, m. 2. Tagus, Monte di *Sintra*, mons Lusitaniz, apud ostia Tagi fl. quod Cascajum opp. & Sintram. Ibi equus vento concipere tradunt *Varro*, & *Columella*. Aliis est *Monte Juncto*.

Tagus, in 2. mc. *Tais*, Ital. *Tago*, Gal. *Tagæ*, Il. Hispaniz. Oritur in Castellâ nova, & in ipso limite Aragoniz, prope fontes Sucronis, & Turizæ, deinde per Castellam novam fluens, auctus aliquot fluviis minoris notæ, juxta Toletum, & Talaveram labitur: hinc rigatis Nubæ, Cæfarea, & aliquot oppidis Extremaduræ prov. per Portugalliam fluit, ubi receptis aliquot fluviis, æquarium amplum efficit, & intra Ulyssiponem Oceano miscetur. Aureas arenas trahit. Circa hunc fluvium, si *Plinio* credimus, equæ planti Favonio oberfæ animaleem spiritum concipiunt, eoqueque gignunt perniciosissimas, sed qui tertium vitæ annum non excedant. *Ovid. 1. Amor. eleg. 15.* auriteri ripa beata *Tagi*.

Talaionides, æ, m. Adrastus Talai filius. *Stat. Theb. 5. v. 18.* Dux Talaionides.

Talæon, onis, m. 3. five Talæus, i, m. 2. *ταλαίων*, filius Jasi, & nepos Abantis, frater Amphionis, & Atalantzæ, qui Argis regnavit. Filios habuit Eurydicem, Phlegemon, Adrastum. *Ovid. in Ibm:* Quam Talai, Tyndareique gener. *idest* Orpheus, qui duxit Eurydicem filiam Talai, & Menciaus, qui Helenam filiam Tyndari.

Talaria, ium, n. pl. *τῆλια*, calcamenta alata, qualia Mercurio tribuuntur, a *talas*, quia talis annexerentur. *Virg. 4. Æn.* Pedibus talaria necitæ Aurea. ¶ *Talaria induere*, proverbialis Allegoria, pro eo, quod est fugam adornare, quasque velle quopiam avolare. *Cic. l. 1. lib. 24. epist. 23.* Nemo est istorum, qui otium non timeat: quare talaria induamus. ¶ *Talaria* quoque dicuntur, quæcumque ad talos spectant, ut tumores, quos in talis generat podagra. *Senec. epist. 54.* Dubio, & incipiente morbo quæritur nomen, qui ut cœperit talaria intendere, necesse est fateri podagram.

Talaris, & re, o. 3. *τῆλιος*, quod ad talos pertinet, ut *Vossius talaris*, quæ ad talos usque descendit. *Cic. 7. Verr. c. 13.* Sicuti soleat Prætor Populi Romani cum pallio purpureo, tunicaque talaris, muliercula nixus, in hore. ¶ *Talaris ludus*, id est ludus talorum. *Quintil. l. 11. c. 3.* Ipsam fore sanctitatem ludorum talarium licentia solvere.

Talaris, a, um, *τῆλιος*, quod pertinet ad talos, ut *Talaris ludus*, id est ludus talorum. *Cic. 1. Offic. c. 42.* Adde his, si placet, unguentarios, saltatores, totumque ludum talarium. ¶ Lex talaria erat de talorum ludo recte, & sine fraude exercendo in conviviis, cum talorum jactu convivii magistrum lortiebantur. Hinc ambigue apud *Plaut. Mitr. 2. 1. in princ.* cum Periplectomenes jussisset, talos defringi omnibus, quicunque in suas regulas ascendissent: atque adeo, inquit, ut ne legi tradem faciant talarizæ, accuratote, ut sine talis domi agitent convivium. Ubi & ad talos pedis contractos, & ad lufo-

rios lepide alludit.

Talasio, seu Talasio, onis, m. vel Talaffus, i, seu Talaffus, ii, vox quadam, qua apud Romanos sponsa (sponsi domum ingrediente magna voce clamabatur, quemadmodum in inare tres illi prætextati pueri, a quibus deducebatur, respondentibus vicissim pueris puellisque, clara voce concinebant, *Hymen*, o *Hymenæe*. *Sigon. l. 1. de ant. jur. C. R. c. 9.* Quidam Lexicographi dicunt, Talasionem apud Romanos carmen nuptiale fuisse, & Deum ipsum nuptiarum prælidem, quem Græci vocant *Hymenæum*. Ab alius scriptum est, fuisse Deum virginitatis. De nominis causa sic *Liv. l. 1.* quo loco de *raptu Sabinarum virginum tractat*: Unam longe ante alias specie, ac puritudine insignem a globo Talalii cujusdam raptam ferunt, multisque seiscitantibus, cumnam eam ferrent, identidem, nequis eam violaret, Talasio terri clamitatum: inde nuptialem hanc vocem factam. At *Servius* ea de re sic scribit, *ad 1. Æn.* Hinc etiam apud Romanos Talasio invocatur. Cum enim in raptu Sabinarum Plebejus quidam raptam pulcherrimam duceret, ne ei auferretur ab aliis, Talassionis eam ducis nobilis esse simularit: cuius nomine tuit puellæ tuta virginitas. Non abisimilem historiam narrat *Plutarch. in Romulo*, & *Quæst. Rom.* Sed in his alteram quoque adducit nominis causam, ut nempe sit a Iansicio, quia Græci τῆς τῆλασίου, hoc est calathos, sive quasillos, quibus lana contineretur, τῆλασίου: quoque appellarent, in nuptiis autem eam vocem usurpatam, ut novæ nuptæ ad opera, & labores, ac Iansicia imprimis excitarentur. Eadem *Varronis* sententia tuit, & *Festus*. Ab antiquis omnibus recedit in *Originibus suis Boemianus*. Censet enim, quia falso stimulet Venere, unde & Venus e mari orta fingitur, hinc Talasionem, seu Talassionem, vel potius Thalasionem, appellatum a *Θάλασσα*, hoc est nauare. *Martial. l. 1. epigr. 36.* Quid si me jubeas Talasionem Verbis decere non Talasionem? *Id. l. 12. epigr. 42.* Nunc tua defuerunt verba, Talafese, tibi. *Catul. carm. 72.* Lubet jam scribere Talasio.

Talæus, V. Talaus.

Talæa, æ, f. *tagla*, *piantar*, *ἡ τῆς*, Ger. *zwelzig*, Gal. *scion*, *plantal*, Hisp. *estaca para plantar*, *εὐλακων*, *θαλίς*, *θαλίνα*, id, quod ab arbore reciditur, ut in solo deponatur, ac plantetur, furculus præcisus ex utraque parte, ut in terra inferatur, quemadmodum illud, quod inferitur ramo, calamus, & testæa, seu tessella vocatur. Præcisus enim lignis vel pedali, vel cubitali magnitudine nonnullæ arbores feruntur. *Non. c. 4. n. 473.* exponit scissiones lignorum, vel præsemina. *Var. l. 1. de R. R. c. 40.* Demum in oleaginis feminibus a botes videndum, ut sit de tenero ramo ex utraque parte æquabiliter præcisum, quas alii clavolas, alii taleas appellant. *Plin. l. 17. c. 17.* Myrtus & taleis ferunt, morus talea tantum, quoniam ramo eam ferri regio fulgurum prohibet. Quapropter de talearum fatis nunc dicendum est. Servandam in eo ante omnia, ut taleæ ex feracibus fiant arboribus, ne curvæ, ne scabræ, aut bifurcæ, neve tenuiores, quam ut innum impieant, ne minores pedibus, ut illibato cortice, atque ut sectura interior ponatur semper, & quod erit ab radice, accumulaturque germinatio terra, donec robo planta capiat. Hæc *Plin.* ¶ Accipitur etiam pro lude, seu pallo oblongo. *Cef. l. 7. B. G. c. 73.* Ante hæc taleæ pedem longæ ferreæ hamis infixis totæ in terram detodiebantur. ¶ In Architectura taleæ sunt graciliores trabes, quibus murorum compages intus connectuntur. Ita vero dicuntur, quia talearum instar sunt rectæ, & teretes. *Vitruv. lib. 1. c. 5.*

Talentiarius, a, um, adject. a *talentum*. Talentiariæ balistæ dicuntur, quæ pondera jaciunt pondere talenti, h. e. 60. librarum. *Sifen. apud Non. c. 18. n. 22.* Balistæ quatuor talentarias.

Talentum, i, n. *talento*, *טלנט*, Ger. *talent*, Gall. *talent*, Hisp. *talento*. *τῆλαντον*, nummus imaginarius apud veteres, qui continebat sexaginta minas, seu libras, h. e. sex millia drachmarum, sive denariorum. Si ad pecuniaz Venetæ æstimationem redigas, valebat fere mille ducatos argenteos. Nam drachma Attica ejusdem valoris fuit, ac denarius Romanus, denarius autem idem fere erat, ac libella Veneta. Ex uncia enim argenti olim Romæ septem percussere denarios, deinde octo terri cœperunt. Secundum monetam Gallicam valebat sexcentos coronatos, singulis coronatis solidis Turonenibus triginta quincque æstimatis, ut *Budeus*, & alii *Scriptores Galli* tradiderunt. *Cic. 5. Tusul.* Cum legati ab Alexandro quinquaginta talenta attulissent, quæ erat pecunia temporibus illis, Athenis præsertim, maxima. ¶ Porro plura talentorum genera fere secundum gentium varietatem, *Atticum*, *Ægineticum*, *Euboicum*, *Hebraicum*, *Babylonium*, *Ptolemæicum*, *Syrium*, *Tyrium*, *Antiochicum*, &c. Hæc talenta in hoc inter se conveniebant, quod omnia ex sexaginta sui generis minis constarent, sed omnia fere inter se diversa erant pondere, & pretio, quod minæ illæ in quibusdam civitatibus majores erant, in aliis minores, quæ similiter minarum diversitas ex varietate drachmarum nata est, quæ apud alios populos majoris erant pretii, & ponderis, quam apud alios. Talentum Atticum continebat sexaginta minas Atticas, seu sex millia Atticarum drachmarum. *Rhezanus Favianus*: Cecropium superest post hæc docuisse talentum, Sexaginta minas, seu vis, sex millia drachmas, Quod summum doctis perhibetur pondus Athenis. ¶ Fuit & alterum talenti Attici genus, quod talentum magnum vocant, quod ad minus talentum sesquicertium habebat proportionem. Nam cum talentum minus sexaginta tantum haberet minas, magnum talentum minas habebat octoginta. Utrunque autem talenti genus Atticum erat. Neque mirum videri debet, Atheniensibus duplici talento fuisse usos, cum etiam duplex apud eos fuerit mina, major, & minor, quæ eandem inter se proportionem habebant, quam talentum majus, & minus. Erat enim mina Attica major centum drachmarum, cum minor septuaginta quincque tantum haberet drachmas. Antiqui etiam Græci uti sunt talento centum, & viginti minarum, teste *Vossio*. Denique Atheniensibus in usu fuit etiam talentum minarum triginta, ut idem *Vossius* tradit. *Talentum Ægineticum* erat centum minarum Atticarum, seu decem mille drachmarum Atticarum. Habebat enim se talento Atticum ad Ægineticum ut 6. ad 10. *Talentum Hebraicum* quintuplex fuit. Unumquodque autem dividebatur in mille siclos, qui quidem sicli in quintuplici fere differentia. Siclus duas drachmas valebat. *Talentum publicum minus* tantumdem valebat, ac *Talentum Atticum*. *Talentum sacrarum* Hebræis erat altera parte majus, quam Atticum, id est valebat 120. minas, seu duodecim millia drachmarum. Ac tuit hoc talentum omnium longe antiquissimum, quo & Abrahami, Isaaci, & Jacobi tempore Hebræi utebantur, quanquam necdum sacrarum talentum dici potuerit. Imo, ut diximus, & antiquis Græcis hujusmodi talentum in usu fuit, quod ex *Dionysio Halicarnassensi*, *Vitruvio*, & *Herfychio* probari potest. *Talentum regium*, hoc est quo Judæi sub Regibus uti sunt, habuit se ad talentum sacrarum, ut dodrans ad as, hoc est ut novem ad duodecim; continebat enim nonaginta minas, seu novem millia drachmarum. *Talentum numismaticum*, prout *Suidas* in voce *obolus* vocat, se ad talentum Atticum habuit, ut scmidis, ad talentum vero sacrarum, ut quadrans, sive tris unciz. Valebat igitur triginta minas, seu tria millia drachmarum. *Vossius* scripsit, Lo.

hoc talentum fuisse ad talentum sacrarii ut unciam. Athenienfibus quoque, ut supra diximus, in usu fuit. *Talentum publicum majus* ad sacrarii talentum se habuit, ut dextans ad as, h. e. ut decem ad duodecim, valuit enim centum minas Atticas, seu decem millia drachmarum. *Talentum Babylonium* fuit septuaginta Atticarum minarum, seu septem millium drachmarum, coque se ad Hebraicum talentum sacrarii habuit, ut septuagint ad as. *Ælian. l. 1. c. 22. de var. hist.* scribit, talentum Babylonium fuisse septuaginta duarum minarum Atticarum, idest septem millium, & ducentarum drachmarum: *Herodotus* vero scribit, fuisse septuaginta minarum Euboicarum. *Euboicum talentum* fuit sexaginta minarum Euboicarum, seu sex mille drachmarum Euboicarum. Septuaginta minæ Euboicæ æstimabantur septuaginta duabus Atticis. Eadem proportio erat in drachmis, sive denariis. Ex. gr. triginta quinque drachmæ Euboicæ triginta sex drachmas Atticas valebant. Quare talentum Euboicum æstimabatur drachmis Atticis centum, & septuaginta supra sex millia. *Syrium talentum* valebat drachmas Atticas mille & quingentas. *Fest.* Talentorum non unum genus. Atticum est sex millium denarium. Rhodium, & Cistophorum quatuor millium quingentorum denarium. Alexandrinum duodecim millium denarium. Neapolitanum sex millium denarium. Syracusanum trium millium denarium, &c. *V. Gronov. de pecun. vet. l. 3. c. 3.* Ceterum quoties apud Scriptores talenti mentio occurrit, nisi aliud addatur, de minore talento Attico tere intelligimus, quod fuit minarum sexaginta, quæ quidem minæ singulæ drachmas Atticas centum continebant. *Virg. 5. Æn. v. 248.* Et argenti magnum dat terre talentum.

Taleola, æ, f. *Ευλαία*, parva talea. *Col. l. 3. c. 17.* Complures taleolas terræ mandaverunt.

Talis, æ, f. *Ιολιεύς* cepæ. *Festus*.
Talio, onis, f. *ταλίων*, *pena æquivalente*, *ἀμοιβή*, æqualis retributio, vindicta, hoilimentum. Sumitur in malam partem, & dicitur a *talio* quod nempe aliquis tale quid patitur, quale fecit, e. g. si quis manum alicui amputavit, illi etiam manus amputatur, si quis alicui oculum eruit, ipsi quoque oculus eruitur. *Fest.* Talionis mentionem fieri in duodecim ait *Verrius*, hoc modo. Si membrum raperit (alii corrigunt *ruperit*, vel *rupit*,) ni cum eo pacit, talio esto. Neque id quid significet, indicat. Puto, quia notum est. Permittit enim lex paræm vindictam. *Plin. l. 7. c. 54.* Sicut in Cornelia familia nemo ante Syllam Dictatorem tradit crematus: idque voluisse, veritum talionem, erudit C. Marii cadavere. *Gal. l. 21. c. 1.* Taliones illæ tuz reciproce argutores profecto, quem veriores luerunt.

Talipedo, as, n. 1. *scappucciare, sdruciolare, σκαπυζήματα*, pedibus vacillo, & quoti supra talos inhit. *Fest.* Talipedare antiqui dicebant pro vacillare pedibus lassitudine, quasi trahat pedes, ut talis videatur inhitere, aut identidem tollere pedes. *Lucr. l. 3. v. 505.* Tum quasi talipedans primum confurgit. Alii leg. *veillans*.

Talis, & le, o. 3. *ταλε*, *Γαλ. Gal. sel*, *Hisp. tal*, *ταλίνος*, æquusmodi, ejus generis. *Virg. l. Æn. Haud equidem tali me dignor honore. Cic. 2. Off. c. 13.* Quales sumus, tales esse videamur. *Id. pro Quinct. c. 13.* Tot, taleque viri. *Id. Fam. 15. ep. 4.* Tale, ac tantum iusturandum. *Id. Attic. 16. ep. 8.* Tale aliquid putavi fore, *qualche cosa di simile.* *Id. l. Leg. c. 5.* Talibus quibusdam argumentis docent, *con tali*, o simili argumentis. *Liv. l. 5. c. 1.* Tale quid dicunt referre. ¶ Jungitur æquanter cum participiis, *ac, atque, us, qui.* *Cicer. in Vatin. c. 4.* Honos talis paucis est delatus, ac mihi. *Id. l. Off. c. 26.* Tales enim tunc nos esse putamus, ut jure laudemur. *Id. Fam. 10. ep. 6.* Talem te esse oportet, qui te ab impiorum societate sejungas. *Ter. Phorm. 5. 8. 39.* Tali, atque hic est, infortunio.

Taliscumque, lecumque, idem ac talis. *Auct. Priapeor. carm. 5. (al. 28.)* Taliscumque puer dominus florentis agelli Imposuit mensæ, nude Priape, tuz. V. integrum epigramma.

Taliter, adv. *ταλιν*, *Γαλ. Gal. solter gestalt*, *Gal. sellement*, *Hisp. en tal manera*, *ταλινος*, tali modo. *Cic. Att. l. 10.* Etiam audieram nemini taliter licere. Alii rectius leg. *aliter.* *Plin. l. 35. c. 11.* Nec cameras ante eum taliter adornari mos fuit. Adde *Marital. l. 5. ep. 7.* Talitrum, i, n. *buffetto, κολλητομας*, ictus digiti altero digito contorti, & vibrati. *Sueton. in Tiber. c. 68.* Articulis ita firmis, ut caput pueri, vel etiam adolescentis talitro vulnereat.

Talla, vel Thalla, æ, f. cortex sex folliculis cæpæ. *Lucill. apud Non. c. 3. n. 67.* Lucrymoleque ordine tallæ.

Talpa, æ, f. & m. *talpa*, *תולדה*, *Ger. Maulwurf*, *Gal. saupe*, *Hisp. topo*, *ασπιδας*, animal mu i simile, nigri coloris, captum oculis, quod arva, & hortos suffodit. *Virg. 1. Georg. v. 183.* Aut oculis capti fodere cubila talpæ. Ubi *Servius*: mutatit genus. nam hæc talpa dicitur. *Cic. 4. Acad. c. 25.* Quid? talpam nun desiderare lumen putas?

Talpanus, a, um, adject. Talpana vitis, apud *Plin. l. 14. c. 3.* fortasse dicta est, quia multum colore talpæ tert.

Talpius, a, um, di talpa, ad talpam pertinens. *Cassiodor. l. 9. Variaz. epist. 3.* Talpinum animal imitantes itinera fodiunt, quæ nullis ante patuerunt.

Talphybius, m. 2. *ταλφύβιος*, præco Agamemnonis in Græcorum exercitu, qui una cum Eurybate ab Agamemnone missus est ad Achillis castra, ut Briseidem ab eo abduceret. *Ovid. in epist. Briseid. 3. v. 6.* Nam simul Eurybates, me, Talphybiusque vocarunt, Eurybati data sum, Talphybioque comes.

Talus, i, m. prænomen apud Sabinos. *Fest.* Talus in Sabinorum nominibus prænominis loco videtur fuisse.

Talus, li, m. *sallone*, *תולדה*, *Ger. die versen*, *Gal. talon*, *Hisp. carnalis*, *ἀσπιδας*, os in articulo pedis animalium bifurcorum, extuberans, concava vertebra ligatum, quadratum forma, altera parte concavam, altera tere planum. Tali proprie homini non sunt, neque animalibus digitos, aut solidas habentibus unguas, sed tantum (ut diximus) bifurcis. *Plin. l. 11. c. 46.* Talos asinus Indicus ungu solipedum habet. Hominem qui exilitantur habere, facile convicti. Lynx tantum digitos habentium simile quiddam talo habet. Leo etiamnum tortuosus. Talus autem rectus est in articulo pedis ventre emicans, concava in vertebra ligatus. Hæc *Plin.* ¶ Per Catachresin tamen talos quoque in homine dicimus pro ima parte cruris. *Cic. pro Cluent. c. 40.* Purpura usque ad talos demissa. *Horat. l. 2. epist. 2.* talos a vertice pulcher ad imos, *da capo a piedi.* Translate *Id. l. 2. ep. 1. v. 176.* cadat, an recto stet tabula talo. h. e. placeat, an explodatur; ducta a talo pedis translatione. *Perf. sat. 5. v. 105.* recto vivere talo. h. e. celfo, & erecto gradu in via virtutis incedere, honeste vivere. ¶ Tali item dicebantur officula quædam quadrilatera, quibus olim luditabant, quæ similiter Græcis *ἀσπιδας* vocabantur. Differrebat a cubis, sive tesseris, quia tesserae lapsus fex habebant, tali quatuor duntaxat. Est enim fex essent tali latera, tamen quatuor tantum in usu ludentium erant. Nam duo erant ita incurva, ut illis talus vix posset consistere. Proinde sciendum, in talo binarium, & quinarium, qui duo numeri sunt in tessera oppoiti, desiderari. Talis autem quatuor ludebant, coque

coniciebant fere in orcam, seu pyrgum, seu turriculam, unde agitati in abacum, seu tabulam lusoriam cadebant, ad evitandas hominum fraudes, qui subdola manu uti vellent. *Cic. de Sen. Ex multis lusionibus nobis talos relinquunt, & tesseras. Id. 3. de Or. Ut si velim ego talis optime ludere, aut pilæ studio teneat. Id. 2. de Div. Quid est tam incertum, quam talorum jactus? Senec. in Apocolocynt. Talos mittere.* ¶ Ex tali partibus, præter incurvas, una supra dicebatur, & tertio, quæ ternarii vices obibat, altera prona, & quaternio, quæ quaternarii, tertio Cubus, & xous, idest canis, vel canicula, quæ significabat unitatem, quarta xous, & *ἔξτερος*, Latine *Cous*, & senio, quæ sex continebat. Omnes autem casus talorum ex consuetudine ludentium annumerati quinque, & triginta erant, ut ait *Eufestibus*, nempe quatuor simplices eadem omnes facie, duodeviginti geminati, duodecim triplices, unus quadriformis, ultimus omnium, quippe quo nullus numerosus accrevit. Quidam ex his a Divs, alii ab Heroibus, alii a claris hominibus, aut a meretricibus nomen accipiebant, nonnulli ab eventibus, qui cum laude, aut probo acciderant. Inter eos enim casus quidam *Venus* dicebatur, aut *casus Venereus*. Non enim Venus unius tali facies fuit, ut canis, & semio, sed Venus dicebatur, quoties tali quatuor ita excidebant, ut diversa esset omnibus facies: qui jactus inter triginta quinque ultimus numerabatur, quod *Marialis* significat *l. 14.* his verbis: Cum steterit nullus vultu tibi talus eodem, Munera me dices magna dedisse tibi. Item casus quidam erat, qui dicebatur *Sesechurius*, octonarum significans, quod sepulcrum Stelichori, quod erat in Himera urbe Siciliæ, ostio fuerit angulorum. Item alius, qui *Euripidius*, qui quadraginta significabat. Nam Euripides unius fuisse traditur et quadraginta Præfectis post triginta Tyrannos Athenis expulso. Qui canem, sive unitatem jecerat, nummum unum deponebat. Hinc damnosus vocabatur. *Perf. sat. 3. v. 49.* Damnofa canicula quantum raderet. Senio dexter, sive felix erat, quia qui eum jecerat, quatuor nummos auretbat. Aliqui dicunt, senionem significavisse quaternarium, quod qui jecerat duos seniones, ille quatuor nummos lucrabatur. *Perf. sat. 3. v. 48.* Quid dexter senio ferret, Scire erat in voto. Erat tamen & ludi quædam ratio, in qua senio æque damnosus erat, atque canis. *Aug. in epist. ad Tib. apud Suet.* Talis enim jactatus, ut quisque canem, aut senionem miserat, in singulos talos singulos denarios conferebat in medium, quos tollebat universos, qui Venereum jecerat. ¶ Venereus jactus felicissimus erat. Nam qui Venereum jecerat, sex nummos lucrabatur, & quicquid caniculæ jactu amiserat. *Cic. l. de Div. c. 13.* Quatuor tali jacti casu Venereum efficiunt. Num etiam centum Venereos, si ecce talos jeceris, casu futuros putas? *Id. l. 2. c. 59.* Tamen nemo est, quin sæpe jactans, Venereum aliquando jaciatur, nonnunquam etiam iterum, ac tertium. *Propert. l. 4. eleg. 9.* Me quoque per talos Venereum quærentem secundos, Semper damnosi sublihere canes. ¶ Talorum jactu Venereus, quod lætissimus foret, in computatione principatum fortiebantur veteres, seu, quod idem est, creabant Symposiarum, seu Regem convivii, seu arbitrum bibendi. *Horat. l. 1. od. 4.* Nec regna vini fortiere talis. *Id. l. 2. od. 7.* Quem Venus arbitrum dicit bibendi?

Tam, adv. *santo*, *Ger. ulso*, *Gal. tant*, *si*, *Hisp. tanto*, *ταύτον*, tantum, adeo, ita. Fere cum nominibus positivis usurpatur, subsequente, vel præcedente adv. *quam.* *Cic. l. de Or. Nemo Orator tam multa ne in Græco quidem otio scripsit, quam multa sunt nostra.* ¶ Usurpatur etiam cum diminutivis. *Ter. Adelph. 2. 4. 10.* Tam ob parvulum rem. ¶ Interdum adverb. *quam* subintelligitur. *Cic. de Am. Nihil est enim tam naturæ aptum, tam conveniens ad res vel secundas, vel ad vicias.* ¶ Interdum pro adv. *quam* adiungitur particula *atque*, vel *ut*, vel relativum *qui*, *que*, *quod.* *Plaut. Amph. 1. 1. 287.* Tam confamilis est, atque ego. *Cic. de Am. Quæ enim domus tam stabilis, quæ tam firma civitas est, quæ non odus, atque dissidiis funditus possit everti? Id. 6. Fam. ep. 1.* Neque tam eramus amantes, ut explorata nobis esset victoria. ¶ Reperitur etiam cum comparativis. *Cic. pro Dejot. Per dexteram te istam oro, istam, inquam, dexteram non tam in bellis, & præliis, quam in promissis, & fide firmiorem.* *Virg. 7. Æn. v. 787.* Tam magis illa tremens, & tristibus effera flammis, Quam magis effuso crudescunt sanguine pugæ. ¶ Item cum superlativis. *Ter. Hæcur. 5. 2. 44.* Namque adolescentis quam minima in spe situs erit, Tam facilitate patris pacem in leges conficiet suas. ¶ Cum superlativis etiam separatim sine adv. *quam* reperitur. *Cic. 12. Phil. Nondum erat veltis tam gravissimis, tamque multis judiciis, ignominisque concisus.* ¶ Usurpatur quoque cum nominibus substantivis. *Cic. in Brut. Utinam non tam tratri pietatem, quam patriæ præstare voluisset.* ¶ Item cum pronominiis. *Cic. l. 5. Fam. ep. 2.* Tam enim sum amicus Republicæ, quam qui maxime. *Id. 13. Fam. ep. 3.* Tam mihi gratum id erit, quam quod gratissimum. ¶ Item cum verbis. *Cic. 1. Offic. Nihil est autem, quod tam deceat, quam in omni re gerenda, consilioque capiendo fervare constantiam.* ¶ Item cum adverbis. *Cic. 1. Verr. Equis unquam tam palam de honore, tam vehementer de salute sua contendit, quam ille, atque illius amici, ut ne hæc mihi delatio detur?* ¶ Aliquando cum adverbis superlativis. *Sall. in Jug. c. 31.* Quam quique pessime fecit, tam maxime tuse est. ¶ Veteres etiam pro *tamen* uti sunt. *Nonius apud Festum: Qui, si taceat, dum videat, tam etiam sciat, quid scriptum sit. Titinius ibid.* Quanquam estis nihili, tam simul vobis consului.

Tama, æ, f. genus tumoris. *Fest.* Tama dicitur, cum labore vix sanguis in crura descendit, & tumorem facit. Lucullus, Inguen ne exilit, papulæ, tama, ne boa noxit.

Tamarici, m. 2. pop. Gallicæ, per quos Tamaris fl. excurrit, in quorum peninsula Aræ Sestianæ Augusto dicitur. *Plin. l. 4. c. 21.*

Tamarici fontes, tres fontes in Gallicæ, octonis pedibus distantes, & in unum alveum magno amne coeunt, qui singulis diebus duodecies, & aliquando vices fluctant. *Plin. l. 31. c. 2.*

Tamæris, m. 2. *Tamar*, *Tambre*, fl. Hupaniæ, in Callacis, sive in Gallicæ, qui in Oceanum Atlanticum cadit prope opp. *Muros.*

Tamariscus, i, f. idem quod Tamarix. *Pallad. in Novembr. tit. 8.* Apes ex tamaricis floribus mella conficiunt.

Tamaritæ, m. 1. pop. Atiz Hyrcanis finitimi, qui Bacchum ex India victoriam redeuntem summo honore excipientes, illi sacra tempore vindemice constituerunt, choreas circum torcularia multo desumptantia agentes.

Tamarix, icis, f. *tamarice*, *ταμρίς*, humilis frutex, Amerinz ramis, folio angusto, carnoso, & tere pinnato, qui alter myrica dicitur. Duo ejus sunt genera, unum sylvestre, omnino sterile, unde & intellix lignum appellatur: alterum fructiferum, quod in Ægypto altissimas æquat arbores, ramis ex herbeo, sulvoque varietatis, ligno fructu, galla majore, in quo semen gustu asperum, ejusdem effectus cum galla. *Lucan. l. 9. v. 97.* Et tamarix non læta comis. *Plin. l. 24. c. 9.* Myricen, quam & tamaricem vocat Lenæus, similem scopis Amerinz dicit. *Et paulo post:* Vulgus intellixem arborem appellat, ut diximus, quoniam nihil ferat, nec feratur unquam. Corinthus, & quæ circa

est regium, bryonium vocat; ejusque duo genera facit, sylvestrem plane sterilem, alteram mitiorem. Hæc fert in Ægypto, Syriacæ etiam abundanter lignosum fructum, majorem galla, asperum gustu, quo Medici utuntur vice gallæ, & in compositionibus, quas antheras vocant. Hæc *Plin.*

Tamde, idem quod *tam* antique. *Lucil. apud Fest.* Tamde mihi infestus, quam &c.

Tamen, *nientedimeno, nulladimeno, nondimeno, tuastavoi, puro*, &c., Ger. *jedoch*, Gal. *nequamom*, Hisp. *empero, èpuro, mètro*, nihilominus, conjunctio adverbativa. Respondet particule, *quamquam, quamvis, licet, etsi, tametsi, etiamsi*. *Cic. 1. Off.* Et quamquam omnis virtus nos ad se allicet, tamen justitia, & liberalitas id maxime efficit. *Id. 1. 3.* Quod turpe est, id quamvis occultetur, tamen honestum fieri nullo modo potest. Adde *eund. Cic. ad Att. 9. ep. 9. pro Rosc. Amer. c. 20. & Fam. 4. epist. 12.* Ururpatur interdum sine illis particulis. *Cic. Attic. 1. 6. ep. 2.* Pro Appio nos hic omnia facimus, honeste tamen. *Id. Attic. 1. 3. ep. 2.* Me quidam boni nuntii, non optimis tamen auctoribus, adhuc Theflalonice tenebant. Interdum ponitur in principio orationis, ubi alteri responderetur, & ad aliam orationem referri potest. *Cic. 9. Fam. epist. 19.* Tamen a malitia non discedis. Tamen ne, & interdum solum *tamen* ponitur in interrogationibus. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 29.* Tamen ne ista tam absurda defendes? *Id. Divin. Verr. c. 6.* Tamen his invictissimis te offeres? tamen in aliena causa loquere? tamen eos defendes? &c. *¶ Si tamen, & nisi tamen* servit correctioni. *Ovid. 3. Trist. eleg. ult.* Nunc incursum populi pervenit in ora, in populi quidquam si tamen ore meum. *Plin. in Paneg. c. 93.* Ullam ne tibi pro beneficiis referre gratiam parem possumus, nisi tamen illam, ut semper nos meminerimus consules fuisse? *Id. 1. 8. ep. 17.* Parvulum differt, patiens adversa, an expectes; nisi quod tamen &c.

Tamenestis, *benchi*, idem quod etiamsi, quamvis. *Poll. Afn. ad Cic. 1. 10. Fam. ep. 33.* Tamenestis tantam calamitatem Reip. quam tardissime audio optandum est. *Cic. 3. de Orat. c. 42. ex poeta:* At Romanus homo, tamenestis res bene gesta est, Corde suo trepidat. *Id. 5. Attic. ep. 17.* Tamenestis hoc te audire ex aliis malo.

Tames, m. 3. prom. Indiæ, inter Iadum, & Gangem, quod Taurus M. attollit. *Mela 1. 3. c. 7.*

Tameti, *benchi, febbene, quantunque*, Ger. *obwohl*, Gal. *bien que*, Hisp. *aunque, quando, como, et si*, etiamsi, quamquam, quamvis. Fædum est per syncope ex *tamenestis*. In principio periodi indicativo gaudet. *Cic. 4. Verr.* Id tametsi priore actione ex Heraclii Syracusani testimonio cognovistis, tamen vobis alio loco demonstrabitur. Cæteris in locis non respicit conjunctivum. *Ter. Eun. 2. 1. 10.* Memini, tametsi nullus moneas. *¶ Ururpatur eleganter cum interrogatione. Cic. 6. Verr.* Tametsi quæ est ista laudatio, cum laudator interrogatus lædat, necesse est? Reperitur etiam pro tamen. *Ter. And. 5. 2. 23.* Ego jam te commotum reddam. D. Tametsi hoc verum est. Alii legunt: *est*.

Tamiacus, a, um, adject. unde prædia tamiaca, h. e. possessiones proprie patrimonii principis, ita dictæ, quod earum reditus cellario Principis, quod proprie *tamiaci* dicitur, deputati essent: neque solum prædia, sed coloni, & inquilini, & servi, qui in eis erant, tamiaci dicebantur. *Jug. 1. c. 2. Cod. de prædiis tamiac. c. 6.*

Tamina, vel Taminia uva, genus uvæ, acinos habens rubentes. *Plin. 1. 23. c. 1.* Aflaphis agria, sive flaphis, quam uvam taminiam aliqui vocant falso (suum enim genus habet) cauliculis nigris, foliis labrufcæ, fert folliculos verius, quam acinos, virides, similes ciceri, in his nucleum triangulum. Maturescit cum vindemia, nigrescitque, cum taminia rubentes norimus acinos, sciamusque illam in apricis nasci, hanc non nisi in opacis.

Tamne? *tanto? a tal segno?* adeo ne? *Afran. apud Fest.* Tamne arcuata tu. plena est araneorum?

Tanquer, gri. m. *il Negro*, fl. Lucanæ, qui oritur prope lacum Nigrum, in lim. Basilicatæ prov. ad rad. Apennini, deinde in Br. Itendens, rigatis Actina, Auleta, aliisque oppidulis, in Silarum fl. se exonerat, receptus prius aliquot fluviis minoribus, & nominatim *la Botta*, qui prope Picernum oritur. *Virg. 3. Georg. v. 151.*

Tanagra, æ, t. *Anatoria*, oppidum Bœotici, ubi galli gallinæci nascuntur ad prælia afflicta nobiles. *Plin. 1. 10. c. 21.*

Tanagræus, a, um, adject. a Tanagra. *Stat. 9. Theb. v. 745.* Prima Tanagræum turbavit arundo Choræbum.

Tanagræus, a, um, adject. ad Tanagram pertinens, ut Tanagræci galli, apud *Varr. 1. 3. R. R. c. 9.* Tanagræicum gallinarum genus, apud *Col. 1. 8. c. 2.*

Tanais, m. 3. inc. *Don*, Ital. *Tanai, la Tana*, fl. Sarmatiæ Europææ, in Moscovia, antiquus limes inter Asiam, & Europam. In Rezan Ostra oritur, ex lacu *Juvanovo Lezero*, & primum recta per Tartarorum Precopentium agros versus Or. labitur, & haud longo a Volga fl. intervallo, & Sanisæ opp. cubito se flectens, atque aliquot aliis amnisbus actus, in Mœotidem psl. prope Tanaim urb. se exonerat. *Horat. 1. 3. od. 10.* Extremum Tanaim h. biberes, Lyce.

Tanaitæ, m. 1. Tanais fl. accolæ, qui a Sautis, Anchetis, & Satarnis deleti sunt. *Plin. 1. 6. c. 7. Ammian. 1. 31. c. 8. (21. 3.)*

Tanaiticus, a, um, adject. ad Tanaitas pertinens. *Sidon. carm. 11. v. 479.* Scythicæ poter Tanaiticus undæ. *Id. idem. 11. v. 96.* Strinxit hyperboreis Tanaitica crustra pruinis.

Tanquil, is, f. Tarquinii Prisci uxor, magni animi mulier, Hetruscæ disciplinæ peritissima, cujus opera, interfecto Prisco, Servus Tullius Regnum Romanorum occupavit. *Dionys. Halic. 1. 3. & 4. Rom. Ant. Liv. 1. 1. c. 34. & seq.* Ponitur & pro quavis uxore viro imperante. *Auson. ep. 23. v. 31.* Tanauqui tua nesciat istud.

Tanrux, m. 2. *Tanaro*, fl. Liguriæ, navigabilis, qui ex Apennino M. oritur, & in Padum apud Augustam Batienorum influit, irrigatis Ceba, Alba Pompeja, Afla, & Alexandria, quam intereat.

Tandem, adv. *finalmente, alla fine, ultimamente*, באחרונה, Ger. *endlich*, Gal. *enfin*, Hisp. *ultimadamente, a la postre, postè, τέλος, τέλος, τέλος*, postremo, postremo, denique, ad extremum, post longam moram. *Fest.* Tandem cum significet aliquando, interdum tamen ex supervacuo ponitur, ut apud Terentium in Phormione, cum ait: Ita ne tandem uxorem duxit Antipho injussu meo? non enim hic tempus ullum significat: At Cicero verum duplicat temporalem significationem, cum ait: Tandem aliquando. *Virg. Æn. 1. 5.* Jam tandem Italæ fugientis prendimus oras. *Cic. 1. Cassil.* Ibis tandem aliquando, quo te jam pridem tua ista cupiditas effrenata, ac furiosa ræpebat. *Id. pro Quinct. cap. 30.* Aliquando tandem posse consistere. Sæpe est particula expletiva, quæ tamen vim quandam addit orationi. *Cic. 1. Cassil.* Quouque tandem abutere, Catilina, patientia nostra? *sino a quando mar?* *Id. 1. de na. Deor.* Hoc per Deos ipsos, de quibus loquimur, quare tandem est? *Ter. Ad. Iph. 4. 5.* In qua civitate tandem te arbitrare vivere? Tandem tandem, reverentia quædam est cum abrupto sermone, nonnihil ornatus habens. *Plaut. Cur. 1. 1. 7.* At tandem tandem. PH. Tandem

es odiosus mihi. Tandem denique per pleonasmum dixit *Apulej. 1. 4. Metam.*

Tandiu, & Tandiu, adv. *tanto tempo*, Ger. *so lang*, Gal. *si long vems*, Hisp. *tanto tiempo, en tanto tiempo, en tanto tiempo*, tanto tempore. *Cic. 7. Verr.* Nam tandiu tuit in carcere Apollonius. Sæpe ei responderet quandiu, vel una ex his particulis *quoad, quam, dum, donec*. *Cic. 7. Verr.* Ignominia autem illa gravis tandiu in illo homine fuit, quandiu iste in provincia mansit. *Id. 1. Off.* Et dices, quandiu voles, tandiu autem velle debebis, quoad te, quantum proficias, non pœnitebit. *Id. 1. 2.* Tibi enim Gracchus P. F. tandiu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum manebit. *Id. in Brut.* Vixitque tandiu, quam licuit in civitate bene, beateque vivere. *Col. 1. 12. c. 12.* Itaque subinde alium saltem tandiu ingeret, donec in totum permaneat integer.

Tangibilis, le, adject. qui tangi potest. *LaFont. 1. 7. c. 11.* Manu tangibilis. *Id. ibi. c. 12.* Corpus tangibile, & vitibile.

Tango, is, tetigi, tactum, a. 3. *toccare*, 223, Ger. *anrühren*, Gal. *toucher*, Hisp. *tocar, aptar*, tactus sensu investigo, seu deprehendo, manu apprehendo, a *τῆγο*, aut *τῆγομαι*, quod idem notat. *Lucr. 1. 1. v. 304.* Tangere enim & tangi, nisi corpus, nulla potest res. *Cic. 2. Fam. ep. 17.* De præda mea teruncium nec attigit, nec tacturus est quiquam. Translate accipitur pro contiguum esse. *Cic. pro R. Am. c. 7.* Fundos decem, & tres reliquit, qui Thiberim tere omnes tangunt. Item pro pervenire. *Cic. 3. Verr.* Verres simul, ac tetigit provinciam, statim Melsanam literas dedit. Item pro commovere, perturbare, quia tangendo quodam modo moveri videntur ea, quæ tanguntur. *Cic. Attic. lib. 2. epist. 19.* Cætera in magnis rebus, minæ Clodii, contentioneque, quæ mihi proponuntur, modice me tangunt. *Virg. 1. Æn.* Sunt lacrymæ rerum, & mentem mortalia tangunt. Item pro describere, mentionem facere, obiter attingere. *Cic. pro R. Am. c. 30.* Tametsi neque omnia dicam, & leviter unumquodque tangam. *Id. 4. Acad.* Sed ubi Socrates, ubi Aristoteles ista tetigit? Item pro pungere acri dicto. *Terent. Eun. 3. 1. 30.* Quo pacto Rhodium tetigerim in convivio. Item pro clam aliquid attrahere, furari. *Plaut. Mil. 3. 2. 10.* Tetigit calicem clanculum. h. e. exhausti. *Id. Epid. 5. 2. 40.* Istis adeo te tetigi tringinta minis. h. e. tibi per fraudem furrupii. *Id. Pæn. 5. 5. 7.* Ære militari tetigero leniculum. Quo loco notat *Muretus*, verbum *tango* hic usurpari ad inveniendum invidiam, quæ figura *μῦθος* dicitur, h. e. imminutio. Huc pertinet & illud *Plauti Pseud. 1. 1. 118.* Tuum tangam patrem. h. e. decipiam, circumveniam. Item pro percutere. *Horat. 1. 3. od. 26.* Sublimi flagello tangæ Chloem. Hinc, de celo tangere est fulmine icere. *V. Tacitus.* Tangere mulierem, est cum ea rem habere. *Horat. 1. 1. sat. 2.* matronam nullam ego tango. Tangere plantam fimo bibulo, est linere, tingere, *Pallad. 1. 2. sir. 16.* Tangere rem acu, *toccar in punto, indovinare*, *Plaut. Rud. 5. 2. 19.* Tangere rem acu, *ritoccar la piaga, rinvovarsi dolore*. *Terent. Phorm. 4. 4. 9.*

Tangomenz. V. Tiagomenz.

Tani, is, f. *Tanis*, civitas Ægypti, cui proximum quoddam Nilii ofium Taniticum appellatur. *Plin. 1. 5. c. 10.*

Tanos, m. 2. gemmæ genus, *Plin. 1. 37. c. 5.* Inferitur smaragdus, & quæ vocatur tanos, e Persis veniens gemma, ingrate viridis, atque intus fordida.

Tanquam, & Tanquam, adv. *come*, 223, Ger. *als, ob*, Gall. *comme, ainsi, que*, Hisp. *como, óquasi, como*, veluti, sicut, quemadmodum. Sub eodem verbo casum antecedenti similem expocit. *Cic. in Bruto c. 74.* Etatis illius ista fuit laus, tanquam innocentæ. Interdum tamen vocabulorum proprietates aliud exigunt, ut in statu, & motu locali. *Cic. 1. 13. Fam. ep. 76.* Apud eum sic fui, tanquam domi mez. Admittit etiam partic. sic, vel ante, vel post. *Cic. ad Q. Fr. 1. 1. ep. 1.* Neve te obrui tanquam fluctu, sic magnitudine negotii finas. *Id. post redit. ad Q. Cur. c. 1.* Sed tanquam bona valetudo jucundior est eis, qui et gravi morbu recreati sunt; sic ea omnia desiderata, magis, quam aliquid percepta, delectant. Jungitur etiam verbus. *Plin. 1. 2. c. 63.* Tanquam nesciamus, hanc esse solum, quæ nunquam irascitur homini. Quando cum verbis constituitur, sæpe flagitat partic. sic. *Cic. 1. 2. Fam. ep. 15.* De Dolabella quod scripsi, suadeo, videas, tanquam si tua res agatur. *Id. 1. 12. Fam. ep. 9.* Tanquam enim si clausa sit Asia, sic nihil perfertur ad nos. Interdum ei additur syllabica particula *met*, quæ emphasim quandam addit sententiæ. *Plaut. Mil. 5. 2. 29.* Tanquammet genium meum.

Tantalæus, a, um, *τῆνταλῆος*, quod ad Tantalum spectat. *Prop. 1. 2. el. 1. v. 68.* Tantalæa poterit tradere poma manu. *¶ Tantalæus*, i, pro *Tantalus*. *Propert. 1. 4. eleg. 1.* Silyphæ mole vaces; taceant Ixionis orbes; Fallax Tantalæo corripere liquor. Ductum est a Græco *τῆνταλῆος*, pro *τῆνταλῆος*.

Tantalicus, a, um, *τῆνταλῆος*, quod spectat ad Tantalum, seu Tantalii proprium est. *Claud. de varis Profersp. 1. 2. v. 336.* Non aqua Tantalicus lubricatur invida curis. Alii leg. *Tantalæus*.

Tantalidæ, arum, m. pl. Atreus, & Thyestes, filii Pelopis, nepotes Tantalii. *Ovid. 2. Fast. v. 627.* Tantalidæ fratres absint, & Jalonis uxor.

Tantalidæ, æ, m. 1. Pelops filius Tantalii. *Ovid. in Ibin.* Tantalides tu sis, Threjiacique puer. *Id. 1. 2. Trist. eleg. 1.* Quid? non Tantalides agitante cupidine currus Pizæam Phrygiis vexit eburnus equis? Item Thyestes filius Pelopis, nepos Tantalii. *Ovid. 1. 4. de Ponto, el. ult.* Trinacriusque suæ Perseidos auctor, & actor, Tantalidæ reducis, Tyndaridæque Lupus. Item Agamemnon filius Atrei, vel potius Pliithenis, pronepos Tantalii. *Ovid. 12. Met. in Ibin.* A se Tantalidos onus, invidiamque renovit. *Id. 1. 5. Fast.* Respicit Tantaliden: eadem Dea telio tenebat, &c.

Tantalus, idis, f. *τῆνταλῆος*, Niobe filia Tantalii. *Ovid. 6. Met. v. 210.* Diro convicia tacto Tantalus adject.

Tantulus, i, m. *τῆνταλῆος*, filius Jovis secundi, antiquissimus Rex Corinthiorum. Poetæ fabulantur, hunc propter pietatem mensis Deorum dignatum fuisse. Fabula fortalite originem traxit a turris Corinthiæ altitudine, in quam aquis ascendisset, videbatur in celum ascendere, & cum Diis esse. *Boet. 1. 5. Gen. Dior.* Tantulus alter, filius Jovis tertii ex Plote Nympha, pater Pelopis, & Niobes, avus Atrei, Thyestis, Pliithenis, & Lydidæ, proavus Agamemnonis, & Menelai, Rex Phrygiæ. Scelestissimus tuit. Nam hic Jupiter ille fuisse dicitur, qui Ganymedem Trois Regis Dardaniæ filium rapuit, qua de causa etiam illi cum Troe bellum fuit, teste *Eusebio*. Hic præterea, cum Deos convivio excepsisset, ut eorum divinitatem experiretur, Pelopem filium, membratim discerptum, coctumque iis apposuit comedendum. Illi vero, cum abhorruissent a cibo, non solum abstinuere, sed collectis in unum membris puerum in formam pristinam reducere, & revocata per Mercurium anima, eam illi restituerunt. Sed cum adverterent, humerum deesse puero, quem devoraverat Ceres, loco consumpti, eburneum refecere. Tantalum autem ad Interos detruserunt, ubi perpetua fame & siti torqueretur, in puteo immersus, in quo poma capiti imminerent,

vent, quæ cum carpere vellet, eleventur, aquæ vero ad mentum ufque afcenderent, quæ cum fe inclinans vellet bibere, delaberentur. *Cic. 1. Tufc. c. 5.* Mento iumam aquam attingens fiti enectus Tantalus. ¶ Sunt, qui dicant, hoc tormenti genus Tantalus inditum eſſe, quod Deorum ſecreta mortalibus revelaverit. *Quid. l. 2. Amor. cl. 2.* Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat Tantalus, hoc illi garrula lingua dedit. Secundum *Platonem in Cratyllo* dicitur eſſe Tantalus quaſi τῶν ἀνθρώπων, id eſt intellictiſſimus, quod videnti aduſt adverſa plurima, & gravia contingerent, tandemque patria eius omnis ſubverſa eſt, & deſuncto autem ſaxum in caput ſuſpenſum eſt, & ipſi ſuſpendit. *Cic. 1. 4. Tufc. quaſt. c. 16.* Cui miſeræ proximus eſt iſ, qui appropinquans aliquid malum metuat, exanimatusque pendet animi: quam vim mali ſignificant Poetæ, impendere apud Interos ſaxum Tantalus faciunt, ob ſcelera, animique impotentiam, & ſuperbiloquium. ¶ Tantalus alter, filius Thyefæ ex Merope uxore Atrei filius fratris, qui una cum Priſthene, & Harpagide fratribus ab Atreo interfectus eſt, & ap-poſitus eſca patri. *Sen. in Thyef.*

Tanti, *perſanto*, *πεπρωσάντω*, gen. pretii, & jungitur cum verbis æſtimandi. *Ter. Adelph. 2. 1. 49.* Ubi me dixerò dare tanti. *Plaut. Merc. 2. 4. 22.* Tanti quanti poſcit, vin' tanti illam emi? *Cic. de Amic. c. 16.* Ut quanti quique fe ipſe faciat, tanti ſat ab amicis, *santo ſiſtimato dagli amici*, quanto *Cic.* ¶ Aliquid eſſe tanti, eſt tanti æſtimari, levi dignum eſſe, ob quod aliquid fiat. *Cal. ad Cic. l. 8. Fam. ep. 14.* Tanti non ſuit Arfacem capere, Seleuciam expugnare, ut earum rerum, quæ hic geſtæ ſunt, ſpectaculo careres, non pagò *la ſpeſa*. *Cic. 2. Catil. c. 7.* Eſt mihi tanti, Quiritis, huius invidiæ tempeſtatem ſubire, dummodo a vobis belli periculum depellatur.

Tantidem, *alreſtando*, tanti etiam, æque magno pretio. *Cic. 5. Verr. Tantidem* frumentum emerunt, quanti, &c. *Id. ibid.* Coegit Segeſtanenſes a Docimo tantidem publice accipere. *Enn. apud Var. l. 6. de L. L.* Tantidem quaſi tanta canes line dentibus? latrat.

Tantillus, a, um, *santo picciolo*, *santo poco*, dim. a tantulus, quod a tantus. *Ter. Adelph. 4. 2.* Quem ego modo puerum tantillum in manibus geſtavi meis. *Catull. ad Juventium, 9.* Nec poſſum ſtitibus ullis Tantillum veſtræ demere ſævitæ. ¶ *Tantillum* accuſativus adverbii more poſitus. *Plaut. Rud. 4. 4. 106.* Si hercle tantillum peccaſſis.

Tantiſper, adv. *santo tempo*, *Ger. ſo lang*, *Gal. ſandis que*, *Hiſp. entre tanto que*, *μικρὸν*, *μικρὸν ὄν*, tandiu, a tantus, & per, ubi per eſt paratcon, ut ab *ὄν*. Poſtulat poſt fe dum, & quoad. *Cic. 1. 2. de Inv.* Deinde eſt in carcerem deductus, ut ibi eſſet tantiſper, dum culeus, in quem dejectus in profluente deterritur, compararetur. *Ulp. l. 3. §. hoc autem, ff. de inſtr. ad l. que privas.* Qui vult ire, agere tantiſper, quoad deſervitue conſiſt. ¶ Uſurpatur etiam ſine prædicitis particulis, pro aliquanto tempore. *Plaut. Aul. 4. 5. 6.* Tantiſper hic ego ad januam conceſſero. *Cic. Att. l. 12. ep. 13.* Totos dies ſcribo, non quo proficiam quid, ſed tantiſper impediatur. ¶ Interdum notat interea. *Cic. 5. Tufc.* Sed videro, quid efficiat: tantiſper hoc ipſum miagni æſtimo, quod pollicetur. *Liv. l. 1. c. 3.* Tantiſper tutela muliebris res Latina, & regnum avitum, paternumque puerò ſtetit.

Tanto adv. *santo*, *ποσῶν*, *ποσῶν*, idem ac tantum, niſi quod cum comparativus uſurpatur. *Cic. 5. Verr.* Reperietis, quinquies tanto, Iudices, amplius iſtum, quam quantum ei in cellam ſumere licitum ſit, civitatibus imperaſſe. *Suet. in Tib.* Tanto magis, quoad ab Urbe egrediens, &c. *Plin. l. 9. c. 38.* Quippe major vis tanto, quanto recentior. ¶ Con-jungitur etiam cum ante. *Cic. 7. Verr.* Quod ſi Cleomenes non tanto ante fuſiſſet. ¶ Uſurpatur etiam pro tanto. *Plin. l. 12. c. 18.* Tanto nobis delicæ, & tæminæ conſtant. Niſi malis, adjectivum eſſe, & ſubaudiri pretio. ¶ *Tanto melior* formula eſt laudantis, & approban-tis. *Plaut. Perf. 2. 5. 25.* Omnes lycophantias comparavi, quo pacto ab lenone auferam hoc argentum. Sa. Tanto melior, *beniſſimo*, *santo melio*. *Id. Trucul. a. 5. v. 60.* Hem tibi talentum argenti, Philippicum eſt, tene tibi. Ph. Tanto melior: noſter eſto. *Ter. Heaut. 3. 2. 36.* Et omni quo pacto id fieri ſoleat, calleo. Ch. Tanto melior. *Adde Phædr. l. 3. fab. 5.* ¶ Conjungitur etiam cum ſuperlativo. *Catull. epiſt. 50.* Tanto peſſimum omnium poeta, quanto tu optimus omnium patronus.

Tantopere, adv. *santo*, *il grandemente*, *Ger. ſo heſſig*, *Gall. ſi forte*, *Hiſp. ſi grandemente*, *τῶν ἀνθρώπων*, tantum, tam vehementer, uſque adeo, ex tantus, & abl. opere. Itaque dividit *Plautus Caſt. 3. 2. 2.* Hoc erat Ecaltor, quod me tanto vir opere orabat meus. *Cic. pro Mur.* Iſtud nescio quid, quod tantopere didicisti. *Id. 1. de Orat.* Neque enim tantopere hanc a Craſſo diſputationem deſiderabam, quantopere eius in cauſis oratione delector.

Tantulum, adv. *un tantino*, tam parum, dim. a tantum. *Cic. 7. Verr. c. 68.* De omnibus nobis ſiquis tantulum de recta regione deflexerit. *Id. ibid. c. 71.* Si tantulum oculos deiecerimus, præſto eſſe inſidias.

Tantulus, a, um, *il picciolo*, *il poco*, tam parvus, dim. a tantus. *Cic. de Sen.* Quæ ex ſici tantulo grano, aut ex acino vinaceo, aut ex cætere-rum frugum, ac ſtripum minutiſſimis feminibus tantos truncos, ramoſque procreat. *Id. Att. l. 4. Dices*, tantula ne in cauſa? *Id. pro R. Am.* Deinde cur tantulo venierint. Subintelligitur pretio. ¶ Uſurpatur etiam ſubſtantive, ut cætera adjectiva. *Cic. 4. Verr.* Et vendidiſſet, ſi tantulum moræ fuſiſſet, quominus ei pecunia illa numeraretur. *Id. pro R. Am.* Si ex eo negotio tantulum in rem ſuam convertiſſet.

Tantum, adv. *santo*, *ποσῶν*, tantopere, tam vehementer, uſque adeo: cui reſpondet quantum. *Plaut. Moſt. l. 2. 94.* Tu, ut occipiſti, tantum, quantum quis, fuſe. *Virg. 4. Georg. v. 101.* Nec tantum dulcia, quantum Et liquida. *Cic. Att. l. 12. ep. 1.* De ſano illo tantum, quantum me amas, velim, cogites. ¶ *Tantum abeſſe*, eſt tam longe diſtare. *Cic. 1. Off.* Id autem tantum abeſt ab officio, ut nihil magis officio poſſit eſſe contrarium, *santo è lontano*, *che anzi Cic. Id. 4. Acad.* Tantum abeſſe dicebat, ut id contentaneum, eſſet, ut maxime etiam repugna-ret. ¶ Ponitur etiam pro ſolum. *Cic. pro Mur.* Nihil dicam arrogan-tius, tantum dicam, &c. ¶ *Tantum non*, eſt ſolum non, locutio uſitata de re non plane peracta, pro tere, ferme, propemodum, *quaſi*, *poco meno che*. *Liv. l. 4. c. 2.* Et cum hoſtes tantum non accerſierint. *Suet. in Tib. c. 11.* Tantum non adverſis tempeſtatibus Rhodum enavigavit. ¶ *Tantum quoad*, eſt vix dum. *Suet. in Aug. c. 96.* Navis Alaxandrina, quæ tantum quoad appulerat, eſt ſolum allora. *Cic. Fam. 7. ep. 13.* Tantum quod ex Arpinatu veneram, cum mihi a te literæ red-dite ſunt, *appena io era ſtornato*, *che Cic.* ¶ Significat etiam ſolum quoad. *Cic. 3. Verr. c. 45.* Tantum quod hominem non nominat, cauſam quidem totam perſcribit. *Id. Verr. 5. c. 53.* Tantum quod aratoribus Metellus obſides non dedit. Alii hic leg. *tantum non*.

Tantummodo, adv. *ſolamente*, *μόνον*, *μόνος*, ſolum. *Cic. 3. de Orat.* Neque eum oratorem tantummodo, ſed hominem non putant. *Idem pro Jyl.* Quæ omnia ſuppreſſa voce dixit, tantummodo ut vos, qui ea probabitis, poſſetis exaudire.

Tantundem. V. Tantuſdem.

Tantus, a, um, *santo*, *coſt grande*, *Ger. ſe groſſ*, *Gall. ſi grand*,

Hiſp. tanto grande, *ποσῶν*, *τῶν ἀνθρώπων*, tam magnus, vel tam parvus, a tam, converſo m in n, euphoniæ cauſa. *Cic. 2. de Divin.* Sol major ne, quam terra ſit, an tantus, quantus videatur. ¶ Sæpe abſolute ponitur, ſine relativo *quantus*, quod tamen facile poteſt intelligi. *Plaut. Bacch. 1. 2. 36.* Tantus natu Deorum nescis nomina. *coſt verbio*. *Cic. 2. de nat. Deor.* Hi tanti ignes, tamque multi. *Id. 3. de nat. Deor.* Urbs tanta, atque talis. ¶ Sæpe conjunctionum regit cum partic. ut. *Cal. Cic. l. 8. Fam. ep. 10.* Sin autem aut non erit illic bellum, aut tantum erit, ut vos, aut puſcellores parvis additis copiis ſuſtinere poſſint. *h. e. tam parvum.* ¶ Putet aliquis, aſſumere poſt fe etiam particulam quod; ex illo *Cic. pro Cal. c. 1.* Miretur protecto, quæ ſit tanta atrocitas huius cauſæ, quod diebus ſeſſis, ludificis publicis hoc iudicium exerceatur. Sed illud quod, ſi recte attendas, ab adject. *tanta* minime pendet. ¶ Uſurpatur etiam ſubſtantive, ut cætera adjectiva. *Caſ. l. 6. B. G.* Præſidii tantum eſt, ut eſſetæ moriantur, *santo ſpeſſo*, *che Cic.* ¶ *Tantum eſt* elegans formula, cum ſignificamus, nihil amplius reſtare. *Terent. Eun. 5. 5. 26.* Numquid eſt aliud mali reliquum? Pa. Tantum eſt, *santo*, *enon più*. *Plaut. Merc. 1. 2. 12.* Numquid amplius? Ly. tantum eſt. ¶ *Tantus pro tam*. *Plaut. Amph. 5. 1. 5.* Tanta mira facta ſunt in ædibus. ¶ *Tanti pro tot*. *Plaut. Pſeud. 2. 2. 37.* Quæſi mihi non ſexcenta tanta ſoleant credere. *Cajus l. 64. Dig. de legat. 1.* Quod ſi minus, in tantos quanti inveniantur. *Valer. Flac. l. 5. v. 635.* quid tanta cœtant in prælia gentes?

Tantuſdem, tantadem, tantundem, *alreſtando*, *ποσῶν*, *ποσῶν*, *ποσῶν*, æque tantus, æque multus. *Ulp. l. ſi pro parte*, *ff. de in rem verſo*. Si decem in rem domini verterit, & poſtea tantundem ſummam a domino mutuatus ſit. ¶ Fere uſurpatur ſubſtantive. *Cic. 2. de Leg. c. 19.* Quæ morte, teſtamentoque eius tantundem capiat, quantum omnes heredes. *Id. 1. Tufc. c. 43.* Undique enim ad Interos tantundem viæ eſt. *Plaut. Perf. 4. 4. 36.* Si tibi ſubiti nihil eſt, tantundem eſt mihi.

Taos, m. 2. gemmæ genus, a ταός, *ταός*, quia pavoni ſimilis eſt. *Plin. l. 37. c. 11.* Taos pavoni eſt ſimilis, item aſpidi, quam vocari chelidonium invenio.

Tapanta, τῶν πάντων, omnia Græca vox latinis literis ſcripta legitur apud *Petron. in Satyr.* Trimalchionis tapanta eſt. Loquitur *Petron.* de uxore cujuſdam divitis, quæ viri animum ita ſibi ſubegerat, ut in omnibus imperaret. V. internum locum in voce *Quare*.

Tapes, etis, m. *sapeſe*, *Ger. ſapich*, *Gal. ſapis*, *Hiſp. albomora*, *sapeſe*, *τάπησ*, *τάπησ*, idem ac aularum, h. e. veſtis ſtragula, variis coloribus intexta, qua aularum parietes, pavimento, menſæ, nonnunquam etiam læti ſternuntur. *Virg. 9. Æn. v. 358.* Crateraſque ſimul, pulchroſque tapetas, *Id. l. 10.* Qui forte tapetibus altis Extructus toto perſabat pectore fomnum. ¶ Rectus caſus *sapes* non eſt in uſu.

Tapetes, is, n. idem ac tapes. *Plaut. Pſeud. 1. 2. 14.* Neque Alexandrina belluata conchylata tapetia. *Ubi ſapetia belluata* vocat, ut Græci ζῶντῶν, hoc eſt in quibus ζῶν, five belluæ ſunt accipiunt.

Tapetum, i, n. idem ac tapes. *Virg. 7. Æn. v. 277.* Inſtratos oſtro alipe-des, piſticheſque tapetis.

Tapinoma, atis, n. *umilità*, *baſſezza di dire*, dictio humilis, *ταπεινότης*. *Sidon. l. 4. ep. 3.* O eloquium non exilis, ſed ſubtilis ingenii, quod nec per ſcuturiginis hyperbolicas intumefcit, nec per tapinomata depreſſa tenuatur.

Tapinophroneſis, *ταπεινοφρονείης*, vox Græca, quæ animi demiffionem, ſive abiectionem ſignificat, *umiltà*, *o baſſezza d'animo*, a *ταπεινός*, *humilis*, & *φρόνεις*, *ſapio*, *ſentio*. Uſurpatur a *Ter. aduſc. Pſych. c. 12.*

Tapinolis, eos, f. 3. *ταπεινότης*, umiliatio, a *ταπεινός*, *humilis*. Hoc nomine appellatur vitium Grammaticale, cum rei magnitudo, vel dignitas ve bi humilitate deprimitur, ſeu minuitur, ut inquis paritiam vocet hominem nequam. *Virg. 1. Æn.* Apparent rari nantes in gurgite vaſto. *Ubi Servius*: In gurgite vaſto, Tapinolis eſt, id eſt rei magnæ humilis expoſitio. Prudenter tamen Virgilius humilitatem ſermonis epitheto pierunque ſublevat, ut hoc loco *vaſto* addidit.

Taprobana, ſeu Taprobane, f. 1. *Ceylon*, *Ceylon*, *Zeilan*, inc. *Tenariſin*, id eſt terra deliciarum, inſ. amplis Aſiæ, & Indiæ intra Gangem, in mari Indico, in ora ſinus Gangeticæ, prope prom. Commurium, & partem Auſtralem peninſulæ Indiæ cis Gangem, a qua tantam dirimitur freto *Manaar*. Nobilis eſt felici aromatum proventus. Adhuc margaritis, & etiam gemmis, ac zuro, maxime apud Palægonos pop. Lucet ibi Canopus, ſidus clarum, & ampliffimum. Homines corporum magnitudine alios antecellunt, cœruleis oculis, atroci viſu, terrifico ſono vocis. Vivunt ultra centum annos. *Aſien. in periæſe. v. 777.* Inſula Taprobane gignit tetros elephantos, Et ſup-er aſtriteri torretur ſidere cancri. *Plin. l. 7. c. 2.* In Taprobana inſula longiffimam vitam ſine ullo corporis languore tradit. *V. eum l. 6. c. 22.*

Tapulla, lex quædam convivalis ſiſto nomine, & jocoſo carmine conſcripta a Valerio Valentino. *Lucil. apud Peſt.*

Tarandus, m. 2. *ταρῶνδος*, animal apud Scythas. *Plin. l. 8. c. 34.* Mutat colores Scytharum tarandus, nec alud ex iis, quæ pilo veſtiuntur, niſi in Indi. lycaon, cui jubata traditur cervix. *Et paucis interſectis*: Tarando magnitudo, quæ bovi, caput majus cervino, nec abſimile, cornua ramola, unguæ biſſæ, villus magnitudine urſorum. Sed cum libuit ſui coloris eſſe, aſſini ſimilis eſt. Tergori tanta duritia, ut thoraces ex eo faciant. Colorem omnium arborum, fructuum, ſorum, locorumque reddit metuens, in quibus latet, ideoque raro capitur. Mirum eſſet, habitum tam multiplicem dari, mirabilis & villo.

Tarānis, m. 3. dicebatur Jupiter a Gallis, cui humano ſanguine litabant. *Lucan. l. 1. v. 446.* Et Taranis Scythiz non mitior ara Dianæ.

Taras, antis, m. *ταράς*, filius Neptuni, qui primus Tarentum condidiſſe creditur, & a nomine ſuo appellat. Græce enim Tarentum *ταράς* dicitur. *Bocc. l. 10. Gen.*

Taras, antis, m. *Tara*, fl. Magnæ Græciæ, qui oritur apud Maſſaſtram opp. & in ſin. Tarentinum apud Tarentum urb. cui nomen dedit, inſ. *Strab. l. 1. ſiv. 1. v. 103.*

Taratalia. *Martial. l. 1. ep. 51.* Si tibi Miſſyllus cocus, Æmiliane, vocatur, Dicitur quare non Taratalia mihi? Horum veritum hæc eſt ſententia: Æmilianus quidam coquum ſuum Miſſyllum vocabat, ducto fortæ nomine ab illo *Homeri verſu Illiad. l. 1. μίϋσλλον τ' ἄρα τ' ἄλλῃ*. h. e. ſecabat autem & alias res. Cur non liceat, inquit *Martialis*, quemadmodum tibi a primo verbo illius carminis, ita mihi a ſequenti-bus nomen coquo imponere, & *Taratalia* appellare? *Tarantalra*, f. 1. *tox tubæ*: ab Ennio ſicla. *Serv. in g. Æn.* in eum verſum. At tuba terribilem ſonitum procul ære ſonoro. *Hemithichium*, *enquus*, *Ennii*. Nam ſequentia iſte mutavit. Ille enim ad experiendum tubæ ſonum ait *tarantalra*. Et multa huiusmodi *Virgilius*, cum

cum aspera invenerit, mutat.
Tarcho, & **Tarchon**, ontis, m. *ἄρχων*, dux, & *ἀρχὴ* pex Hetruriz, qui *Æneæ* supplicat tulit adversus *Turnum*, & *Rutulos*. *Virg. 8. Æn. v. 603.* *Hiad* procul hinc *Tarcho*, & *Tyrreni* tuta tenebant *Castra* locis. *Id. 10. Æn. v. 299.* Effusus *Tarchon* fucit confurgere tonitruis, &c. *Id. 11. Æn. v. 717.* *Tarchontem* in prælia læva, &c.
Tardabilis, le, adject. tardus, torpescens, ut *tardabilis* rigor, *Tertull. de anim. c. 43.*
Tardatus, a, um, *tardato*, *risardato*, *βραδύτης*; particip. a *tardor*. *Virg. 5. Æn.* At non *tardatus* casu, neque *territus* heros *Acrior* ad pugnam redit. *Cic. ad Brut.* Si ea, quæ ex tempore suscepta sunt, ut agerentur, non *tardata*, & *procrastinata* sunt. *Plin. l. 8. c. 8.* Ac præcuncta bipenni hoc e. cure *tardato*. h. e. debilitato.
Tarde, adv. *tardamente*, *tardi*, Ger. *langsamlich*, Gall. *tard*, *lentement*, Hisp. *tardamente*, *δὲ*, *βραδύτης*, lente, pigre, cunctanter. *Cic. l. 14. Fam. ep. 15.* Cum sane *adversus* ventus uhi *effensus*, *tardeque*, & *incommodè* navigavimus. ¶ Accipitur aliquando pro *fero*, hoc est *vesperino*, vel *nocturno* tempore. *Cic. pro Mil.* Videte nunc illum *primum* egredientem e villa subito. Cur *vesperi*? quid *nece* est *tarde*? ¶ *Comp. tardius*, sup. *tardissime*. *Cic. 4. Acad.* Inimicorum *calumniam* *trienno* *tardius*, quam *debuerat*, triumphavit. *Id. l. 2. Fam.* Quo & *propter* *longinquitatem*, & *propter* *latrocinia* *tardissime* omnia *perferuntur*.
Tardelco, is, n. 3. *divenire* *tardo*, *επαύρωμα*, tardus sive. *Lucret. l. 3. v. 480.* *Tardelco* lingua, *madet* mens.
Tardigemulus, la, um, adject. *tarde*, & *lente* *gemens*. *Nevius apud Gell. l. 19. c. 7.* *Tardigemulo* *senio* *oppressus*. Alii leg. *tardigenulo*, ut sit a *tardus*, & *genu*, & *idem* *significet* *quod* *tardigradus*.
Tardigradus, a, um, *chi* vs *tardo*, *βραδύτης*, qui *tarde* *graditur*. *Cic. 2. de Div. c. 64. ex Pacuro.* *Quadrupes* *tardigrada*, *agrestis*, *humilis*, *aspera*.
Tardiocus, a, um, *βραδύκωρος*, qui *tarde* *loquitur*. *Sen. ep. 40.* *Summa* *summarum* *hæc* *erit*, *tardioculus* *te* *esse* *jubeo*.
Tardipes, edis, o. 3. *επαύτως*, qui *tarde* *incedit*, aut *claudicat*, epithetum *Vulcani*, qui *claudus* *esse* *dicitur*. *Catull. in annales Volvsi 34. 2.* *Electissima* *pestifera* *Poetæ* *scripta* *tardipedi* *Deo* *daturum*. *idest* *igni*. *Col. l. 10. circa fin.* *Quin* & *tardipedi* *sacris* *jami* *rite* *solutus*.
Tarditas, atis, f. *tarditas*, *ἰσχυρ*, Ger. *langsamkeit*, Gall. *tardivité*, Hisp. *tardancia*, *βραδύτης*, qualitas *celeritatis* *contraria*, *pigritia*, *cunctatio*, *moræ*. *Cic. pro Rebr. perd. reo. c. 7.* Non *ad* *insequendum* *sibi* *tarditate* *pedum*, *sed* *ad* *tugendum* *impedimento* *fore* *putabat*. *Idem de Univ. c. 68.* *Tarditas* *ingenii*, *ingegno* *non* *pronto*.
Tardities, ei, f. *idem* *ac* *tarditas*, *apud* *vet.* *Accius apud Non. c. 2. n. 866.* *Multa* *amittuntur* *tardities*, & *scordia*.
Tarditudo, inis, f. *idem* *ac* *tarditas*, *apud* *vet.* *Plaut. Pæn. 3. 1. 29.* *Podagrosi* *estis*, *ac* *vicissis* *cochleam* *tarditudine*.
Tardiuculus, a, um, *ὄψ-βραδύς*, *aliquantum* *tardus*, *dim.* a *tardus*. *Ter. Heaut. 3. 2.* *Est* *ille* *Clintia* *servus* *tardiuculus*.
Tardo, as, a. 1. *retardare*, *ἰσχυρ*, Ger. *aufhalten*, *saumen*, Gall. *retarder*, Hisp. *deceler*, *retardar*, *βραδύτης*, *moror*, *temoror*, *moram* *alicui* *inicio*, *tarditatem* *affero*. *Ufurpatur* *cum* *acc.* *Cæf. l. 5. B. G.* *Arque* *ut* *eorum* *auxilia* *tardare*. *Cic. l. 7. Fam. ep. 5.* *Mea* *quidem* *tibi* *non* *ignota* *debat* *ut* *impedire* *protectionem* *meam* *videbatur*, *aut* *certe* *tardare*. *Id. 11. Phil. Vereor*, *n.* *exercitio* *quoque* *nostris* *tardentur* *animis*. ¶ *Vel* *cum* *infinitivo*. *Cæf. l. 2. B. C. c. 42.* *Reliqui* *hoc* *timore* *propius* *adire* *tardarentur*. ¶ *Translate* *ponitur* *pro* *reprimere*. *Cæf. l. 1. B. C. Quo* *faciliter* *impetum* *Cæfari* *tardaret*. ¶ *Est* *etiam* *neutrum* *abfolutum*, & *significat* *moram* *trahere*. *Cic. ad Brut. ep. 18.* *An* *tardare*, & *commorari* *te* *melius* *est* *tibi*.
Tardus, a, um, *tardo*, *ἰσχυρ*, Ger. *langsam*, Gall. *tardif*, Hisp. *tardo*, *βραδύς*, *cunctator*, *cunctabundus*, *serus*, *remissus*, *piger*, *iners*, *Cic. 1. de Inv.* *Formosus*, *an* *deterioris*, *velox*, *an* *tardus* *sit*. *Id. de cla. Orr. c. 59.* *Facilium* *esse* *in* *cogitando*. *Id. 1. Off.* *Ad* *injuriam* *tardiores*. *Qu. 8. Mart. n.* *Tardu* *estate*. *Plin. l. 9. c. 42.* *Tardissimi* *pisicium*. ¶ *Cum* *in* *nostris*. *Id. l. 3. v. 233.* *docilis* *talendi*, & *nectere* *textos* *non* *quam* *ta* *do* *do* *los*. ¶ *Tardus* *noctæ* *dicitur* *hibernæ* *a* *Virg. 2. Georg. v. 482.* & *Æn. v. 752.* *quæ* *die* *super* *terras* *morantur*, & *tarde* *recedunt*. *Contra* *tardus* *mens*, *relivus* *appellat*, *Georg. v. 1. 32.* *qui* *dies* *habent* *longiores*. ¶ *Per* *translationem* *ad* *animi*, *vel* *ingenii* *tarditatem* *revertitur*, & *accipitur* *pro* *hebeti*, *qui* *ingenium* *non* *est* *promptum*. *C. c. 1. de nat. Dem. c. 5.* *Sed* *quia* *nimis* *indociles* *quidam*, *tardique* *sunt*. *Id. 3. Agr.* *Se* *l* *quem* *vestrum* *tam* *tardum* *ingenio* *fore* *putavit*, &c. ¶ *Item* *pro* *difficili*. *Plin. l. 23. c. 1.* *Quippe* *cum* *si* *tardum* *dictu*, *pluribus* *proli*, *an* *noceat*. ¶ *Quandocumque* *ponitur* *pro* *perseverantia*, & *diuturno*. *Virg. 2. Georg.* *Media* *feri* *tristes* *succos*, *tardumque* *saporem* *Fencis* *mali*. *Sic* *Nonius Servius* *vero* *interpretatur* *saporem* *tardum*, *vix* *seniabilem*. ¶ *Quandocumque* *pro* *denso*, *ac* *crasso*. *Virg. 5. Æn.* *Udo* *lub* *robore* *vivit* *Stupa* *vomens* *tardum* *fumum*.
Tarentinus, a, um, *Tarentino*, *τάρωνος*, quod *ad* *Tarentum* *spectat*, *vel* *ex* *Tarento* *est*, *vel* *in* *Tarentinis* *agris* *crevit*. ¶ *Tarentini equites*, qui *longe* *jaculari* *conferuerunt*. *Ælian. non longo a principio libri de instruendis aciebus*: *Tarentinorum* *duo* *sunt* *genera*. *Nam* *alii* *longius* *jaculantur*, & *ob* *am* *rem* *equites* *jaculatores* *dicitur*, & *Tarentini* *speciali* *vocabulo*: *alii*, *cum* *semel*, *ast* *bis* *jaculum* *miserint*, *quo* *leviori* *utuntur*, *manus* *de* *cætero* *cum* *adversario* *conferunt*, & *cominus* *pugnare* *incipiunt*, *non* *fecus*, *quam* *quos* *hafatos* *appellari* *retulimus*. *Leves* *hos* *nominari* *solitum* *est*. *Ergo* *Tarentinorum* *alii* *Tarentini* *nominè* *suo* *vocantur*, *qui* *de* *longe* *jaculari* *conferuerunt*, *alii*, *Leves*, *qui* *pugnare* *cominus* *lubent*. *Cic. Att. l. 5. ep. 19.* *Quæ* *de* *Tarentinis* *in* *militia* *laboravi*, *ea* *tibi* *grata* *esse* *gaudeo*. *Liv. l. 37.* *Dein* *Cretenses*, *auxiliares*, & *quos* *Tarentinos* *vocabant* *equites*, *binos* *secum* *trahentes* *equos*. *Et* *infra*, *Luce* *orta*, *Cretensium* *levis* *armatura*, & *Tarentii* *equites* *super* *torrentem* *prælium* *commiserunt*. ¶ *Tarentinus* *sinus*, *Golfo* *di* *Taranto*, *sinus* *Magnæ* *Græciæ*, *pars* *maris* *Joni*, *inter* *duo* *promontoria*, *Japygium* *ad* *Bor.* & *Lacinium* *ad* *Aut.* & *inter* *Calabrian* *citeriorein*, *Basilicatam* & *Terram* *Hydruntinam*, *prov.* *Regni* *Neapolitani*. *Sic* *dicitur* *a* *Tarento* *urbe* *in* *ejus* *intimo* *recessu*. ¶ *Bellum* *Tarentinum*, *quod* *Romani* *cum* *Tarentinis* *gestarunt*, *anno* *Urbis* *472.* *cum* *illi* *classem* *Romanam* *diripiissent*, & *Ligatos* *Romanorum*, *qui* *ea* *de* *re* *mihi* *tuertant* *questum*, *contumeliosis* *effecissent*. ¶ *Tarentinis* *nux*, *quæ* *in* *agro* *Tarentino* *nascitur*. *Est* *et* *juglandum* *genere*, *adon* *fragili* *putamine*, & *ita* *mollis*, *ut* *vix* *attracta* *rumpatur*. *Sed* *tamen* *Tarentinarum* *nucum*, *duo* *genera* *sunt*, *unum* *fragili* *putamine*, *alterum* *duro*. *Plin. l. 15. c. 22.* ¶ *Sunt* *etiam* *nuces* *piceæ* *Tarentinæ*. *Plin. l. 15. c. 10.* *Hurum* *genus* *alterum* *Tarentinum*, *digitis* *fragili* *putamine*, *aviumque* *ferus* *in* *arbore*. ¶ *Similiter* *Tarentinæ* *callææ*, *Tarentina* *pyra*, *Tarentinæ* *ficus*, *Tarentina* *vina*, *Tarentinæ* *myrr.* *Tarentinæ* *cyperni*, &c. *quæ* *in* *agro* *Tarentino* *proveniunt*. *Plin. l. 15. c. 23.* *Id. l. 15. c. 17.* *Colum. l. 5. c. 10.* ¶ *Venenum* *Tarentinum*, *est* *purpura* *Tarentina*, *quæ* *rubedinis* *pluvis-*

lum *habet*. *Horat. l. 2. ep. 1.* *Lana* *Tarentino* *violæ* *imitata* *veneno*.
Tarentum, i, n. *Taranto*, *τάρων*; *urbs* *ampla* *Magnæ* *Græciæ*, *in* *Messapia*, *seu* *Calabria* *prov.* *in* *Salentinorum* *confinio*, *olim* *clarissima* *Reipublica*, *quæ* *cum* *Romanis* *bellum* *gerere* *ausa* *fuit*, *cum* *æne* *per-* *munita*, & *portu* *olim* *capacissimo*. *Conditâ* *fuit*, & *nominata* *a* *Tarante* *filio* *Neptuni*. *Deinde* *est* *amplificata*, *expulsi* *incolis*, *a* *Spartanis*, *idest* *a* *Partthenis*, *anno* *U. C. 45.* *seu* *4.* *duce* *Phalanto*, *vel* *Palanto*, *quod* *idem* *proditum* *est* *a* *Justinol. 3. & 20.* & *Virgilius* *significat* *l. 3. Æn.* *dum* *ait*: *Hic* *sinus* *Hercules* *(si* *vera* *est* *fama)* *Tarentis* *cernitur*, *hoc* *est*, *a* *Spartanis* *aucti*, & *habitati*, *ex* *quorum* *gente* *Hercules* *fuit*. *Quidam* *putant* *hic* *appellari* *a* *Sabina* *voce* *sarentum*, *quæ* *illis* *molle* *significat*, *propterea* *quod* *in* *agro* *Tarentino* & *nuces* *juglandes*, & *nuces* *piceæ*, & *lanæ* *mollissimæ* *proveniunt*. *Hinc* *Horat. l. 2. sat. 4.* *Pestibus* *patulis* *jectat* *se* *molle* *Tarentum*. *Ex* *hac* *urbe* *ortum* *traxerunt* *cives* *illustres*, *Aristoxenus* *Musicus*, *Aristotelis* *familia-* *ris*, *Rinthon* *Tragicus*, & *Comicus*, *Iecus* *Medicus*, & *Archyta* *sum-* *mus* *Mathematicus*. *Tarenti* *obit* *M. Pacuvius* *Tragædographus*, *patria* *Brundulinus*. ¶ *Ceterum* *eius* *incolæ* *ferè* *molles* *fuere*, & *delici-* *is* *dediti*. *Hinc* *imbelle* *Tarentum* *dicitur* *est* *ab* *Horat. l. 1. ep. 7.* ¶ *Tarentus* *fem. genere*, *Sidon. Carm. 5. v. 435.* *lpaque*, *quæ* *petiit*, *trepidaverat* *uncta* *Tarentus*.
Tarinates, m. 3. *Taranates*, *pop.* *Sabinorum*, *quorum* *opp.* *Tarauum*, *Tarano*, *ad* *Himelam* *fl.* *apud* *montem* *Severum*, & *Cures*.
Tarnes, itis, m. *vermis* *genus*, *a* *τάρων*, præterito *verbi* *τάρω*, *tero*; *ex* *edit* *carnes*, *ut* *ait* *Festus*, *item* *lignum*, *ut* *ex* *his* *Plauti* *verbis* *colligitur* *Mossell. 3. 2. 140.* *Potes* *ambo* *ab* *infimo* *tarnes* *fecat*.
Tarpeia, æ, f. 1. *Tarpeia*, *virgo* *Romana*, *filia* *Sp. Tarpeii*, *regnante* *Romulo*. *Cum* *Sabini* *propter* *raptas* *virgines* *bellum* *Romanis* *intulisset*, *duce* *T. Tatius* *Rege*, & *castra* *inter* *Quirinalem*, & *Saturnium*, *seu* *Capitolium* *collem* *pulsissent*, *sequenti* *die* *præteriere* *radices* *Capitolii*, *ut* *explorarent*, *si* *qua* *forte* *collis* *pars* *vel* *clam*, *vel* *vi* *aperta* *capii* *posset*. *Hos* *Tarpeia*, *cujus* *partis* *loci* *illius* *custodia* *man-* *data* *erat*, *de* *sublimi* *aspicebat*; *quam*, *ut* *Fabius*, & *Cincius* *scri-* *bunt*, *cupido* *cepit* *armillarum*, *quas* *in* *sinistris* *brachiis* *illi* *gesta-* *bant*, & *anulorum*, *quos* *in* *digitis* *tefebant*. *Sed*, *ut* *L. Piso* *tradit*, *virginem* *præclari* *facinoris* *cupido* *incellit*, *ut* *hostes* *armis* *denudatos* *suis* *civibus* *objiceret*. *Itaque* *per* *occultum* *colloquium* *cum* *Sabinis* *facta*, *prodituram* *se* *arces*, *si* *pro* *mercede*, *quidquid* *in* *sinistro* *brachio* *gestabat*, *sibi* *dedidit*, *aperta* *clanculum* *portula*, *noctu* *eos* *recepit*; *cumque* *pro* *armillis* & *auro*, *eorum* *scuta* *ex* *pacto* *poposcisset*, *irati* *Sabini* *scutis* *in* *eam* *iniecitis* *obruere*. *Liv. l. 1. c. 11.* *paulo* *aliter* *rein* *narrat*. *Ovid. 14. Metam. v. 678.* *arcifque* *vix* *Tarpeia* *recliva*, *Digna* *animam* *pœna* *congenis* *exiit* *arces*.
Tarpeius *mons*, *Rupes* *Tarpeia*, *Tarpeium* *saxum*, *τάρωνος ὄρος*, *mons* *Romæ*, *idem*, *qui* *antea* *Saturnius*, & *postea* *Capitolinus*, *ita* *dicitur* *a* *Tarpeia* *filia* *Sp. Tarpeii*, *quæ* *cum* *Sabinis* *arces* *in* *eo* *edificatam* *prodidisset*, *eorum* *scutis* *obruta*, *isdem* *sepulta* *est*. *Virg. 8. Æn.* *Hinc* *ad* *Tarpeiam* *sedem*, & *Capitola* *ducit*, *aurea* *nunc*, *olim* *fulvibri-* *bus* *horrida* *dumis*. *Propert. l. 4. eleg. 1.* *Tarpeius* *pater*. *h. e.* *Jupiter*. ¶ *Tarpeia* *coronæ* *sunt*, *quas* *obinebant* *ibi*, *qui* *victores* *in* *ludis* *Jovi* *Capitolino* *dicitis* *fuissent*. *Martial. l. 9. ep. 41.* *Si* *Tarpeia* *quercus*. *h. e.* *coronæ* *e* *quercu*. *Id. l. 4. ep. 54.* ¶ *De* *Tarpeia* *lege*, *cujus* *meminit* *Fest. in voce* *Peculatus*, *diximus* *in* *Asteria*.
Tarquinius, & *se*, o. 3. *quod* *ad* *Tarquinius* *urbem*, *spectat*, *ut* *Ager* *Tarquiniensis*. *Plin. l. 7. c. 52.* *Qui* *in* *Tarquiniensi* *feras* *paciferæ* *inliru-* *erunt*. ¶ *Tarquiniensis* *lacus*, *idem* *qui* *Sabatius*, *sive* *Sabatius*, *sive* *Sabatinius*, *ita* *dicitur* *a* *Tarquinius* *urbe* *vicina*. *Plin. l. 2. c. 95.* *In* *Tarquiniensi* *lacu* *magno* *Italiz* *duo* *memora* *circumferuntur*, *nunc* *tri-* *quetram* *figuram* *edentia*, *nunc* *rotundam* *complexu*, *ventis* *impellentibus*, *quadratam* *nunquam*.
Tarquinius, orum, m. pl. *familia* *Romæ* *Regalis*, *ex* *qua* *fuere* *L. Tarquinius* *Priscus* *Rex*, *L. Tarquinius* *Superbus* *Rex*, *L. Tarquinius* *Collatinus*, &c. *Virg. 6. Æn.* *Vis* & *Tarquinius* *Reges*, *animamque* *superbam* *Ultoris* *Bruti*.
Tarquinius, orum, m. pl. *Tarquiniæ* *Polzæmæ*, *Tarquiniæ* *Antonino*, *olim* *Tarchona*, *seu* *Tarcona*, *Tarquæna*, *seu* *in* *Tarquiniis*; *vulgo* *la* *Turchi-* *na*, *τάρωνος*, *colonia*, & *urbs* *Hetruriz*, *ultra* *lacum* *Sabatianum*, *quæ* *a* *Tarquiniensis* *dicitur* *est*. *Conditâ* *fuit* *hæc* *urbs* *a* *Tarchonte*, *qui* *Æneæ* *opem* *contra* *Turnum* *tulit*, & *Tarchona* *ab* *illo* *nominata*. *Pro-* *gressu* *temporis* *dicitur* *est* *Tarquina*, & *Tarquini*. *Aliqui* *scribunt* *Tarquiniam* *esse* *appellatam* *a* *Tarquino* *Prisco* *Rege*. *Sed* *potius* *Rex* *ab* *urbe* *nomen* *accepit*, *ut* *Collatinus* *a* *Collatia*.
Tarquinius, a, um, *adject.* *a* *Tarquini* *familia* *Romana*, *ut* *Tarquiniæ* *scalz*, *quas* *Tarquinius* *superbus* *lccerat*. *Festus*. *Alii* *leg.* *Tarquiniæ* *coact.* *sentu*.
Tarracina, æ, f. *oppidum* *Vulturnorum*, *idem* *quod* *Anxur*. *Plin. l. 3. c. 5.* ¶ *Apud* *Liv. l. 4. c. 59.* *est* *Tarracina*, *arum*. ¶

υγι τριμυς, ταπεινός. Idem, Tartarus hic a frigore appellatus est. Atque id offendit quoque Hesiodus, dicens, tartarum aerofum, five obfcurem. Et qui horrore concutiuntur, ac tremunt, dicuntur tartari- zari. ¶ Etiam Tartarus fluvius Italiz in regione Veronenfi, *il Tartaro*, qui ex Atheti in Padum decurrit, ex quo unum ex Padi offus Tartarum a *Plin. l. 3. c. 16.* vocatur. *Tacit. l. 3. hift. c. 11.*

Tartefiacus, a, um, adject. a Tarteio urbe. *Sil. l. 16. v. 94.* Ad Tarte- fiacus tendis per litora portus.

Tartefiacus, a, um, adject. Tartefiacus. *Ovid. 14. Metam. v. 416.* Preffer- rat occiduis Tartefia litora Phœbus.

Tartefius, f. 2. *Tartiffa*, urbs Hifp. Bæticæ in ora freti Herculei, contra Mauritaniam Ting. alio nomine *Careya*. Ibi feles maximæ signantur, ut *Felis Tarteffia* fit in proverbium deducta, de copia. ¶ Poetæ ufur- pant in occasus huius descriptione. *Silius l. 3. v. 399.* Tarteffius itabulan- ti conficia Phœbo. ¶ Etiam Gadium infula Tarteffus dicta est. *Plin. l. 4. c. penult.*

Tarvifani montes, qui prope Tarvifum sunt a parte Septentrionali, ex quibus *Plinius* feribit *l. 3. c. 18.* Silim fluvium oriri.

Tarvifium, ii, n. Tarvifus Venantio Fortunato, olim Taurifium, *Trevi- fo*, *Trevizi*, *τρυφός*, urbs Venetiæ, Marchiz Tarvifinæ caput, ad Silim fl. Nomen accepit a tauro bestia, quod indigenæ illi, qui ab Antenore ex fais sedibus exturbati sunt, ubi ille Patavium condere sta- tuit, taurum quandam terum dimiferunt, ut ubi ille confisteret, ur- bem sibi novam conftruerent, quod & fecerunt. Pop. Tarvifini. *Fortuna- tus in vita S. Martini. l. 4.* Qua mea Tarvifus refidet, fimoliter intrans.

Tarus, m. 2. *il Tarò*, fl. rapidiffimus Galliz *Tozatz*, qui ex Apennino M. in Padum per Æmiliam, & agrum Parmenfiem decurrit, Æmiliam fecans. *Plin. l. 3. c. 16.*

Talconium, ii, n. terra alba fimilis argillæ, ex qua catini fiunt, in quibus coquitur aurum. *Plin. l. 33. c. 4.* Catini fiunt ex talconio. Hæc est terra alba fimilis argillæ. Neque enim alia afflatum, ignemque, & ardentem materiam tolerat.

Tar. V. Tatæ.

Tata, æ, m. pater, vox puerorum, qua illi utuntur, cum patrem vocant, ut mamam appellant matrem. *Varro apud Non. c. 2. n. 97.* Cum cibum, ac potionem buas, ac papas vocent, & matrem mamam, patrem taram. *Martial. l. 1. ep. 101.* Mammas, atque tatas habet Atra, sed ipfa tatarum Dici, & mammarum maxima manna potest. ¶ Pon- tur & pro nutritore, educatore. *Inscript. apud Babret. p. 142.* Saturnino pater, & Phœbus tata fecerunt. *Alia apud Gruter. p. 662. n. 6.* Elpidius Pamphilus Platoni tatæ suo bene merenti fecit.

Tatæ, interiectio est admirantis. *Plaut. Trucul. 3. 1. 18.* Tatæ! æquis est? Alii leg. *Tar.* quæ vox legitur & apud *Charif. l. 2. ex Nev.* quem- admodum & *stas*: quæ omnes undem fenfum haere videntur, sunt tamen perantiquæ, ut idem *Charif.* ibidem notat. ¶ Et etiam tatæ particula exultantis, & joculariter exclamantis. *Id. Scic. 5. 7. 3.* Fac tu hoc modo. St. at tu hoc modo, Sa. habet! St. tatæ! Sa. papa! St. pax! Describit *Plautus* saltantium fervorum *Jocos.*

Tatienfes, ium, m. 3. una ex tribus Tribubus Populi Romani regnante Romulo, idest Sabini illi, qui T. Tatii Regis ductu bellum Romanis propter virginum raptum intulerunt, deinde fœdere percusso domici- lium Roman transtulerunt, Dicitur sunt a T. Tatío. *Varro l. 4. de L. L. Peditan. in 3. Verr.* ¶ Aliqui dicunt fuisse secundam Equitum centuriam, quæ ex centum Sabinis equitibus constabat. *Liv. l. 1. & Aurel. Victor. de Vir. Illust. Ovid. 3. Fast.* Quam etiam partes totidem Tatien- sibus ille, Quoque vocant Ramnes, Luceribusque dedit.

Tatius, m. 2. Sabinorum Rex, qui ob Sabinarum Virginum raptum, bellum Romanis intulit. Proditione Tarpejæ virginis Capitolio capto, ex superiore loco adversus Romanos in aciem descendit. Cum aliquan- dum acerrime, sed vana victoria pugnantem esset, tandem dirempto inter- ventu Sabinarum mulierum prælio, pax ita convenit, ut Sabinii in urbem, Tatius in Regni partem acciperetur. Regnavit in montibus Capitolio, & Quirinali, ut Romulus in Palatino, & Cœlio. Sed breve imperium obtinuit. Nam cum ejus propinqui Legatos Laurentium pul- sissent, eamque injuriam ille insultant reliquisset, illorum pœnam in se convertit. Cum Lavinium ad solemne sacrificium venisset, concursu oppidanorum factus, est interfectus. *Dionys. Hal. Ant. l. 2. & Liv. l. 1. Virg. 8. Æn.* Subitoque novum consurgere bellum Romulidis, Tatiaoque feni, Curibusque feveris.

Tattæus, a, um, *τατταίος*, quod ad Tattam lacum Phrygiæ Magnæ spectat, ut *Tattæus* sal, qui & Phrygius, oculis præcipue utilis. *Plin. l. 31. c. 7.*

Tau, V. A.

Taura, æ, f. *vacca sterile*, Ger. *unfruchtbare kueh*, Gal. *vache taureliere*, Hifp. *maceborra*, *ταύρα*, vacca sterilis. *Varro l. 2. de re rust. c. 5.* Quæ sterilius est vacca, taura appellatur. *Fest.* Tauras vaccas feriles appella- bant, ait Verrius, quæ non magis pariant, quam tauri: Sed vero simi- lius sit, ex Græco dictas, quia Græci vaccas *ταύρας* appellant. *Col. l. 62. c. 22.* Et utique auræ, quæ locum occupant secundarium, ablegandæ.

Tauræa, æ, f. 1. *nervo di buæ*, Ger. *peisch*, Gal. *nerf de boeuf*, Hifp. *ner- vio de buey*, *ταύρια*, *ταύριον*, scutica e corio bubulo confecta, a *ταύρος*, *taurus*. *Juven. sat. 6. v. 491.* tauræa punit Continuo flexi crimen, facin- uleque javelli. *Tertull. l. ad Martyres c. ult.* Alii inter venatorum tauræas particuliffimis scapulis inambulaverunt.

Tauræus, a, um, *di toro*. *Ovid. 4. Fast. v. 342.* Et feriant molles tauræa terga manus.

Tauri, m. 2. Tauro-Scythæ pop. Scythiæ parvæ, in Sarmatia Europæa, qui Tauricam Cherfonefium incolere, uti & Bromum Achillis penins. & tractum inter Carcinitem sin. ad Or. & Borythen. oft. ad Occ. Fu- erunt omnino inhospitales, moribusque immaniffimis. Hospites omnes Diane solebant immolare, cujus sacrificii primus auctor Theos fuisse perhibetur, unde & Diana ipfa Thoante dicitur. *Herodotus cæmenl. 4.* auctor est, non Dianam esse, sed Iphigeniam Agamemnonis filiam, cui Tauri humanas victimas solebant immolare, naufragos præfertim, & Græcos, quovis casu illic delatos, quorum post preces præcætas cap- ta clava feriebant, truncum de rupe detrudebant, caput cruci affige- bant. Hostibus autem in bello captis, aut prælio occisus capita præci- debant, & perticæ suffixa, quam maxime sublimia supra fumarium itatuebant, existimantes hoc ad totius domus tutelam, custodiamque pertinere.

Taurica Cherfonefus, olim Gazaria, *Saraboni* Scythica Cherfonefus, *Ap- piano* Cherfonefus Pontica, *Plinio* Peninsula Taurorum. *Tartaria mi- nore*, *Gazaria*, inc. *Crimski*, al. *Prezropska*, *ταυρικὴ χερσονήσος*, pen- ins. in hinc Europæa, ita dicta a Tauris pop. qui eam incoluerunt, vel quia sita est sub Tauro fidere. Stephanus vocatam scribit, quod ibi Offinis tauros junxerit ad arandum terram.

Tauricornis, ne, adject. *chi ha le corna di toro*. *Prudent. in Rom. v. 222.* Saltat Tonantem tauricornem ludius. h. e. Jovem in taurum verfum ad rapiendam Europen.

Taurificus, a, um, *ταυρικός*, quod ad Tauros spectat. *Ovid. lib. 1. de Pon-*

to, el. 2. Cultaque Oretheæ Taurica terra Deæ. *Id. 4. Trist. el. 4.* Nec procul a nobis locus est, ubi Taurica dira Cæde phœnistræ pacifitur ara Deæ. *V. Tauri.*

Taurifer, a, um, *ταυροφόρος*, quod magnum taurorum habet proventum, ut Campi tauriferi, in quibus magna taurorum pacifitur copia. *Lucan. l. 1. v. 473.* Tauriferis ubi se Mevania campis Explicat.

Tauriformis, & me, o. 3. *che ho forma di toro*, *ταυροειδής*, formam tauri habens. *Hor. l. 4. od. 14.* Sic tauriformis volvitur Aufidus. *Tauriformis* appellat, vel quia tumida taurinis cornibus pinguntur, ut ait *Ser- vius*, vel quia in modum ruentis tauri exundat, & ripas urget: vel quia murmur labentium aquarum mugitus taurorum imitatur: vel denique quia ripæ fluminum pierumque tortuosæ sunt inftar cornuum taurinorum.

Taurigenus, a, um, quod ex tauro genitum est. *Accius apud Macrobi. l. 6. Saturn. c. 5.* Taurigeno femine ortum fuisse, ac humano.

Taurii, masc. 2. *ταυρίδια*, *Βουρίαι*, ludi apud Romanos, in circo Flaminio, in honorem Deorum interorum. *Fest.* Taurii ludi infirriti Diis iniensis ex hac causa videntur. Tarquinio (superbo) regnante cum magna incidisset peccitentia in mulieres gravidas, earum lætus iniecti sunt ex carne divendita populo taurorum immolatorum. Ob hoc ludi Tauri appellati sunt, & fiunt in circo Flaminio, ne intra inu. os evocentur Dii ineri. Sed Taurios ludos Florio ait vocari, quod eis ludis discipulum pendens a doctore in crudo corio tauri foliatus sit im- pelli, atque utque eo inibi cogi docere, quoad confiteret, & sola vir- tute talorum constaret pedum bruitas. Hæc *Festus*.

Taurilia, um, n. 3. ludi Romani, idem qui Taurii. *Liv. l. 39. c. 22.* Per eos dies ludi Taurilia per biduum facti religionis causa. ¶ Est etiam Taurilia vicus in montibus Euganeis non longe ab Apno. *V. Euganiæ colles.*

Taurini, m. 2. pop. Italiz, in Gallia Subalpina, ad radices Alpium Cot- tianum inter Segufinos, Salaffos, Libicos, Vagiennos, & Brigantios, a Suerris remotiores, in eo tractu, ubi nunc pars propria Pedemontii, versus Taurinum, & pars Bor. Marchionatus Salutarium.

Taurinum, n. 2. Augusta Taurinorum, Tauralia, Taurania, Colonia Taurina, *Turino*, urbs Galliz subalpinæ, tantisper a Pado fl. in planitie tertili admodum, & rigua, ubi Duria in Padum cadit, permunita, quæ in dies evadit amplior, & splendidior, cum arce firmiffima, ac pulcherrima, sedes Principis Pedemontani, Ducis Sabaudæ, ac regio- nis totius Pedemontanæ conventus juridicus.

Taurinus, a, um, adject. ad Taurinos populos pertinens. *Silius lib. 3. v. 646.* Taurinis ductor statuit tentoria campis.

Taurinus, a, um, *di toro*, Ger. *von hier, oder ochfen*, Gall. *de taureau*, Hifp. *de toro*, *ταυρικός*, quod ex tauro est, ut Tergum taurinum, idest corium tauro detractum. *Virg. 1. Æn.* Taurino possent quantum circundare tergo. *Plin. l. 20. c. 13.* Item vitiligines, verrucas, & frumas, & similia cum hircino, & adipe fuillo, ac taurino fevo.

Taurisci, m. 2. pop. Pannoniz sup. quorum regio *Steyrmark*, pars Sti- riaz Or. in conf. Hungariz, ubi urbes Pætovia, Variana Caftra, Bon- lentium. ¶ Item pop. Alpini, in sin. Helvetiorum, apud Alpes Lum- mas, & ortum Rhodani, quorum urbs *Uren*, ita dicta ab uris, qui sunt genus taurorum, primus Helvetiorum conventus, qui ex Italia in Helvetiam proficifcentibus occurrit, inter Adulam M. & Lucernam urb. ¶ Sint & Taurisci, pop. Norici, Alpini, inter Vacorum, seu Villa- cum, & Salisburgum, Alpes Noricas incolentes, in plures tractus di- vifi, *krumter Taurin*, alibi *Feiber Taurin*, & alibi *karn. Taurin*. ¶ Carni quoque Taurisci Plinio dicuntur, qui Carnicas alpes incolunt. *Plin. l. 3. c. 20. & 25.*

Taurobelita, æ, f. Dianæ cognomen inde ductum, quod a Tauris Scy- thizæ populis humano sanguine ei sacrificaretur. *Inscript. apud Gruter. pag. 309. n. 2.*

Tauroboliatus, a, um, particip. deponentis forma a *taurobolio*, *aris*, h. e. qui taurobolion fecit. *Lamprid. in Heliogab. c. 7.* Matris Deum sacra accepit, & tauroboliatus est, ut typum eriperet, & alia sacra, quæ penitus habentur condita.

Taurobolium, ii, n. *ταυροβάσιον*, sacrificium taurorum, qui in sacris Matris Deum Cybeles immolabantur, quemadmodum Criobolium, sacrifi- cium arietum. Hinc taurobolium (vel *tauropolium*: nam & hoc modo legitur in *vet. inscriptionib.*) *facere* apud *Gruter. in inscript. pag. 30. & 31.* & *Taurobolium accipere*, h. e. in sacris Matris Deum initiari. Qui taurobolium accipiebat, & consecrandus erat, in fœrorem profun- dum demittebatur. Deinde fœrobs ipfa tabulis sternebatur, quæ multis foraminibus pertusæ erant: super has tabulas taurus auratis cornibus immolabatur, cujus sanguis per foramina defluens, oculis, naribus, capite, toto denique corpore a subiecto homine excipiebatur, qui ex- piari hac ratione dicebatur, lustrarique adeo, ut viginti totos annos purus mundusque esse diceretur. *V. Salmat. in Lamprid. in Heliogab. c. 7.*

Taurominitæus, a, um, adject. a Taurominio, ut Taurominitana, *Cic. 4. Verr. c. 66.*

Taurominium, n. 2. Tauromenium, *Taurmina*, urbs Siciliz, cum portu in ora Or. in valle Demonæ, in planitie. Mare ibi adjacens euripum facit sæpius die ac nocte reciprocans, quam aliis in locis. *Plin. l. 2. c. 97.* Hinc Taurominitanam charybdim nominat *Lucan. l. 4. v. 461.* ¶ Ager circa hanc urbem fertilis est vini inter generosiora enumerati ab eodem *Plin. l. 14. c. 2. & 6.*

Tauropolium. *V. Taurobolium.*

Taurubula, arum, f. ita appellatur a *Tras. l. 3. Silv. v. 129.* via Hercu- lea septem stadiorum apud Lucrinum traducendorum boum causa deducta.

Taurulus, i, m. *picciol toro*. *Petron. in fragment. Tragar.*

Taurinum, urbs Pannoniz int. in conf. Mætiæ a confluentia Savi in Danubium 3. M. P. ex cuius ruinis crevit in vicinis urbs Alba Græ- ca, Hungaris antiquis Alba Bulgaria, recentioribus *Nandor Alba*. Ger. *Griechi Vuiffabar*, Ital. *Belgravia*, Gal. *Belgrade*, Slavus *Biograd*, in Servia regione, ad rad. collis, permunita, ampla, cum arce valida. Anno 1717. a Principe Eugenio expugnata est, & in Caroli VI. Imperatoris ditionem redacta.

Taurus, i, m. *toro*, *bue*, *טור*, Germ. *stier*, Gall. *taureau*, Hifp. *toro*, *ταύρος*, mas in genere bubulo, & vaccarum admiffarius. *Virg. 3. Georg.* Atque ideo tauros procul, atque in sola relegant Pæcua. ¶ Accipitur & pro quocunque forti bove. *Virg. 1. Georg.* Ergo age, terræ Pingvæ solum primis extemplo a menibus anni Fortes iaventant tauri. ¶ Item pro statua, seu simulacro, aut imagine bouis, qualis taur taurus ille, quem Perillus effecit, quemque Phalaridi Tyranno Agriguntinorum in Sicilia dono dedit, ut eo ad homines torquendos uteretur, quem cruciatum ipse Perillus Tyranni iussu primum expertus est. *Cec. 6. M. 1.* Ille nobilis taurus, quem Phalaris habuisse dicitur. *Ovid. l. 5. Fast. v. 12.* Utque dedit iustas tauri fabricator aheni, Sic ego tuo patre ar- bus ipse meis. ¶ Taurus item est signum Zodiaci, constans ex septem tribus stellis. Hic est taurus ille, cujus imagine Jupiter Egeum rapuit, & ex Phœnice in Cretam tranfexit. *Virg. 1. Georg.* Taurus auratis aperit cum cornibus annum Taurus. ¶ In cauda tauri sunt

Tellæ illæ, quæ appellantur Vergiliæ, in fronte Hyades, vel Súcule. *Plin. l. 2. c. 41.* Accipitur quoque pro radice arboris. *Quintil. l. 8. c. 2.* Sicut in his, quæ homonyma dicuntur, ut taurus animal ne sit, an mons, an signum in cælo, an nomen hominis, an radix arboris, nisi distinctum non intelligitur. Item pro avicula genere carduelium, ita dicta, quod taurorum mugitus imitetur, præsertim in agro Arelateni. *Plin. l. 10. c. 42.* Est quæ boum mugitus imitetur, in Arelateni agro, taurus appellata, alioquin parva. Item dicitur de scarabeis terrestribus. *Plin. l. 30. c. 5.* Tauri vocantur scarabei terrestris ricino similes, nomen corniculæ dedere. Alii pediculos terræ vocant. Item taurus, & Græce ταύρος significat ὄφιον, idest partem illam, quæ est inter pedicem, & scrotum, quomodo exponit Eustathius, vel τὸ ἀδελφόν τῷ ἀδελφῷ idest membrum pudendum viri, prout interpretatur Suidas: unde apud Aristophanem ἀδελφῶν dicitur virgo intacta. *Diomed. l. 2. c. de amphibol.* Cum taurum, nec scias, utrum de armento, an obsecram corporis partem, an montem, qui est in Cilicia, an qui est in sideribus, taurum dicamus. Fæst. in *Solstitiauris.* Atque harum horiarum omnium (puta tauri, arctis, verris) immolati sunt tauri, quæ pars scilicet caditur in castratione. Item fæta farinacea. *Fæst. sive Paull.* Tauri verbenæque in commentario sacrorum significat fæta farinacea.

Taurus, i, m. *Taurus*, vir Berytius, Philoſophus Platonius. A. Gellii familiaris. Floruit sub Antonio Pio. Scriptit de differentia scætarum Platonis, & Aristotelis, de corporeis, & incorporeis, & alia. Laudatur sæpe ab eod. *Gell. in noctib. Atticis.*

Taurus, m. 2. *Taurus*, κερῶντιος, mons maximus Asiæ, qui a Lycia ad Oec. usque ad extremos Seres in Or. perducitur, pater multorum montium per Asiam ad Boream, & ad Austrum vergentium, quos utrinque velut ramenta emittit. Varia pro locorum diversitate nomina assumit. Nam in Lycia Gragus dicitur, in Pamphylia Coracæsius, & Sarpedon, in Cilicia Taurus, vulgo *Caraman*, in Armenia min. Antitaurus, inc. *Montezarrum*, in Syria Amanus, in Mesopotamia Chaboras, in Mesopotamiæ, & Armeniæ majoris confinio Niphates, in Armenia majore Pariedrus, & Gordizus, ac Mofchicus in Colchide Coracicus, in Iberia, & Albania, & Caucasus, in Media Zagrus, in conf. Assyriæ ult. Orontes, Jalonius, Coronus, & Choatras, in Parthia Parachoatras ad Mer. in Carmania Stroylos, in Hircania Coronus, in Margiana Sarriphus, in Bactriana Paropamisus, in Scythia Imaus, inter Scythiam, & Indiam Emodus. In Cilicia adeo nivibus obruitur, ut ante mensum Junium, telle *Cic. l. 5. ad Att. ep. ult.* transiri nequeat. Item mons Germaniæ, in sin. Carnorum. Item mons Sarmatiæ Europææ, juxta Mæotidem pal. Item mons Tauricæ Cherſonefi, unde Tauri pop. & ipsa penins. Taurica. Item *et Tor*, mons Arabiæ Petrææ, ad sin. Arabicum, cum opp. cogn.

Tautologia, æ, f. ταυτολογία, Græce est ejusdem rei eloquium, ejusdem sententiæ per a.ia, atque alia verba repetitio: Figura apud Poetas frequens, qua res eadem multis verbis idem significantibus explicatur. Hujusmodi est illa apud *Virg. l. 1. Æn.* Quem si fata virum servant, si veterit aura Æthera, neque adhuc crudelibus occubat umbris.

Taus, m. 2. *Tavus*, Tava, inc. *Tay*, al. *Surbetsk*, al. *Sour-Eskl*, fl. amnis Scythiæ, illam bitarium fecans, nempe in Septentrionalem, seu Taurum Taanam, & in Meridionalem, seu Cis Taanam. Oritur in Albania prov. ex Grampio M. & Lacum Tavum efficit, deinde in Atholia prov. aliquot auctus fluvius, per Perthiam prov. fluit, tandem rigata Abernethæa, in Oceanum Germ. se exonerat.

Tax, tax, vox activa, strepitum verberum exprimit. *Plaut. Persa, a. 2. sc. 3. v. 12.* Tax, tax tergo meo erit, Monent critici, in quibusdam MSS. legi. *tax tax.*

Taxa, æ, f. lauri quædam species. *Plin. l. 15. c. 30.*

Taxatio, onis, f. tassazione, stima, τιμωσις, actus taxandi. *Plin. l. 9. c. 35.* At illa corollarium id esse, consumpturamque se ea in cœna taxationem confirmans, &c. *Id. l. 13. c. 15.* Interit nuper incendio a Cethegis descendens. H. S. q. iatordecim permutata, latifundii taxatione, si quis prædia tanti mercari malit.

Taxator, oris, m. qui aliquem maledictis tangit. *Fæst. in Taxis.*

Taxatus, a, um, non part. *tassato, stimato, Sueton. in Calig. c. 38.* Cognoscebat de talibus causis, taxato prius modo summæ. *Flor. l. 2. c. 6.* Modu duo anulorum Carthaginensium missi: dignitas equestris taxata mensura.

Taxæ, æ, f. lardo, laridum apud Gallos. *Afran. apud Isid. l. 20. c. 1.*

Taxus, a, um, adject. qui est e taxo arbore, ut taxa silva, *Strab. l. 5. Sitv. 5. v. 24.*

Taxicus, a, um, adject. ad taxum arborem pertinens, ut *taxica venena*, quæ quidam eadem fuisse putarunt, quæ nunc toxica, telle *Plin. l. 16. c. 10.*

Taxila, orum, n. pl. urbs maxima Indiæ cit. inter Indum, & Hydaspem, forte *Cambaja*, in Regno Cambajo, vel interiori *Citor*. In hac urbe, telle Philostrato, Apollonius invenit elephantem, quem vitius, & myrtes coronis indigenæ ornabant. Eum autem regionis illius homines esse dicebant, qui pro Rege Poro contra Alexandrum pugnaverat: quem idcirco Alexander Soli dicavit, torques aureos circa cornua adaptans, Pop. *Taxilæ. Plin. l. 6. c. 20.*

Taxillus, i, m. idem ac talus, apud vet. unde nomen talus per Syncope factum est. *Cre. in Or. c. 43.* Quam literam etiam e maxillis, e taxillis, & vexillo, & pavillo confuctudo elegans Latini sermonis evellit.

Taxim, is, it, a. 3. terigero, vel terigerim, futurum subjunctivi, apud veteres, ab antiquo *targo*, pro *tango*, ut *faxim*, pro *fecero*, vel *fecerim. Varro apud Non. c. 2. n. 816.* Ne meum taxis liberum.

Taxim, adv. *pian piano*, sentim, & quasi tangendo sæpius, apud vet. *Pompon. apud Non. c. 2. n. 810.* Adoptatu clandestino tacitus taxim perspicivavi peracutum. Adde *Varr. ibid. c. 1. n. 234.*

Taxo, as, a. 1. *ἄλαξας*, pressius, crebriusque quicquam tango, a *tango* pro *tango*, ut *vexo* a *veho*. *Gell. l. 2. c. 6. Macrobi. l. 6. c. 7. & Fæstus.* Translate sumitur pro notare, reprehendere, vituperare. *Suet. in Aug.* Sed etiam ut nomenclarii nepotem sic taxat Augustum. *Plin. l. 15. c. 15.* Eadem causa in piris taxatur superbiæ cognomine. Metaphorice accipitur pro *stimulare, rassare*, ῥησι, Germ. *voirdigen*, Gal. *saxe*, Hisp. *sassar, puzar*, Id inde est, quia ad stimmandum, ponderandumque ciebro tactu, ac tractatu opus sit. *Plin. l. 17. c. 1.* Illos, qui frugiferas tanti taxaverant. *Id. l. 35. c. 11.* Talentum Atticum XVI. M. taxat Varro. *Senec. de consol. ad Marc. c. 19.* Tanti quodque malum est, quanti illud taxavimus.

Taxus, xi, f. *αβλαξ*, arbor abieti similis, baccaque ferens, quibus lethale venenum incit, præcipue in Hispania, & Arcadia. *Virg. 9. Æl.* Sic tu... taxas lugiant ex omnia taxos. *Pl. l. 16. c. 10.* (Similis abieti sc. & picæ) etiamnum spectu est, nequid prætereatu, taxus, minus virens, & acillique, & tristis, ac dira, nullo succo, ex omnibus sola venenosa. Mas noxio fructu. Lethale quippe baccis, in Hispania præcipue, venen. incit. Vasa etiam viatoria ex ea vinit in Gallia tacta, mortis a tulle compertum est. Hanc Sextius smilacem a Græcis vocari dixit, & esse in Arcadia tam præsentis venenæ, ut qui obdormit sub

sub ea, cibumve capiant, moriantur. Sunt qui & *toxica* hinc appellata dicant venena, quæ nunc *toxica* dicimus, quibus sagittæ tinguntur. Reper. um innoxiam fieri, si in ipsam arborem clavus æreus adigatur. Obnoxiam vim inter ferale habetur, ideoque Inferis tribuitur. *Sit. l. 13. v. 595.* Vasta comas, nemorosaque brachia fundit Taxus, Coccyti nigra frondosior umbra. *Lucan. lib. 6. v. 645. de Disc.* Phæbo non pervia taxus opacat.

Taygete, es, vel Taygeta, æ, f. 1. *Ταῦγετῆς*, filia Agenoris, ex qua Jupiter Lacedæmonem genuit urbis sibi cognominis conditorum, esse sint, qui Taygetæ filæ Atlantis, idem qui Semeles filium faciant. *Bocc. l. 2. Gen. Deor.* Taygete altera, filia Atlantis, & Plejones, una Plejadum. *Ovid. 4. Fast. Virg. 4. Georg. v. 232.* Taygete simul os terris ostendit honestum Plejas, &c.

Taygētus, & m. Taygeta, orum, mons Laconicæ, apud Eurotam fl. & Spartam urb. Amyclis imminens, unde Amyclæus dicitur, non ille quidem admodum magnus, sed tamen excelsus, & erectus, facer Libero Patri, ut tradit *Servius in 2. Geor.* item Castori, & Polluci, qui in ejus radicibus nati dicuntur, quod & Homerus asserit in Hymnis. *Virg. 2. Georg. O ubi campi, Sperchiusque, & virginibus baccha Lacænis Taygeta. Claudian. de bello Getico.* Culmina Taygeti trepidæ vidisti Amyclæ. *Lucan. l. 4.* Gelidique inculta juvenus Taygeti. Hujus montis bona pars cum terræ motu corruisset, Spartam oppressit. *Cic. 1. de Divin. & Plin. l. 2. c. 79.*

T A N T E E.

Te, syllabica adjectio, quæ extra compositionem nihil significat, in compositione autem aliquod addit significationem dictionis, cum qua componitur, ut *Tuse id fecisti*, idest tu ipse per te, & non per alium. *Cic. l. 1. Fam.* Ut tute mihi præcepisti.

Teānum, & Theanum, i, n. cognomento Sidicinum, *Tiano*, col. & urbs Campaniæ, in colle, inter Cales & Sueffam. Teanum alterum, Apulum cognomine, *Tiano*, al. *Civitate*, urbs Apulij Daunici, apud Frentanorum fines, in monte Apeunino, inter Luceriam ad Or. & Latium in Corum.

Tearus, m. 2. fl. Thraciæ, qui ex 38. fontibus manat, partim calidis, partim frigidis, & in Contadefum amnem influit, qui in Agrianem illabitur, & cum eo in Hebrum. Ad hunc fluvium cum pervenisset Darius I. Hytaspis filius, aquis ejus delectatus, triduum ibi commoratus est, columnamque erexit cum elogio ejus laudes continente. *Herod. l. 4.*

Teate, n. 3. *Chiesi*, urbs Marrucinorum caput, in Aprutio cit. in lim. ulterioris, ad Aternum fl. in colle, media inter Anxanum ad Eur. & Atrium ad Bor. *Sil. l. 17. v. 454.* Marrucina domus, clarumque Theate ferebat.

Teatini, orum, n. populi Marrucinorum Teates incolæ. *Plin. l. 3. c. 12.*

Teba, æ, f. colle, collis, Sabinorum lingua. *Varr. l. 3. R. R. c. 2.*

Techna, æ, f. *arce, artificio, furberia*, ἡ τέχνη, Germ. *betrug*, Gal. *fineuse*, Hisp. *arte para enganar, τέχνη*, Græca vox est, quam Latine artem, seu artificium interpretari possumus. Utuntur hac voce & Latini, sed fere in deteriore partem, pro dolo, astutia, impostura, fraude, sive fallacia. *Ter. Heaut. 3. l. 62.* Falli te finas technis per servulum. Adde *Piaut. Mostell. 3. l. 19.*

Techneus, a, um, *τεχνικός*, artificiosus. *Quintil. l. 2. c. 3. sub finem.* Et velut decretis technicorum tutos putent. h. e. eorum, qui omnino artem sequuntur.

Technopægnion, ii, *τεχνοπαιγνιον*, ludus artificiosus, a *τέχνη, ars*, & *παιγνιον, ludus.* *Ausonius* hoc nomine inscripsit carmen suum, quod est *Idyll. 12.* in cuius præfatione ad Pacatum Proconf. Technopægnion, inquit, nomen dedi, ne aut ludum laboranti, aut artem crederes de fuisse ludenti. Continet autem illud carmen versus monosyllaba finitos, & interduum etiam inceptos, omnesque multa arte compositos.

Technophyon, n. 2. *τεχνόφυον*, artium officina, *παρὰ τὸ εὖρον τὰς τέχνας*, h. e. a producendis artibus. *Suet. in Aug. c. 72.* Erat illi locus in edito singularis, quem Syracusas, & technophyon vocabat.

Tecoliffus, i, gemma nucleo olivæ similis. *Solin. c. 50.*

Tecte, adv. *occultamente, oscuremente, copertamente, κρυφίως*, latenter, occulte, cui contrarium est aperte. *Cic. Att. l. 3. ep. 14.* Et tamen ab illo aperte, teste quicquid est datum, liberet accipi. *Id. l. 9. Fam. ep. 22.* Quod tu in epistola appellas suo nomine, ille tectius penem.

Tectonicus, a, um, adject. ad ædificia, vel ad ædificandum pertinens, a Græco *τέκτων, fabricans.* *Auson. in Mostell. v. 298.* Quis potis innumeros cultus, habitusque locorum Pandere, tectonicas per singula prædia formas. *i. disegni delle fabbriche.*

Tector, oris, m. *chi imbianca, o incrosta, i muri*, Germ. *vergißer*, Gal. *qui enduit les parois*, Hisp. *encalador, enyessador, koviatris*, qui opus tectorium parietis inducit. *Var. l. 3. de re rust. c. 2.* Quam nec pictor, nec tector vidit unquam. *Tertul. de Idolol. c. 8.* Albarius tector, imbiancator.

Tectoriolum, ii, n. parvum tectorium. *Cic. l. 9. Fam. ep. 22.* Bella tectoriola: dic ergo etiam pavimenta isto modo: non potes.

Tectorium, ii, n. *intonacato, o intonacato, intonaco, koviatris*, operimentum parietum, vel foli, a tegendo, quia eo parietes, ac solum lætarearent, ut loquitur *Varro l. 1. de R. R.* Constabat tectorium opere albario, arenato, & marmorato. Albarium fiebat ex gypso, aut pura calce: arenatum dicebatur arena cum calce, marmoratum arena cum marmore tulo. Inductio tectorii *trullifatio* dicebatur, quia feret trulla. Plura de his vide apud *Vitruvium*, & ad eum *Philandrium l. 7. c. 3.* & *Budæum in Pind. ad l. quod si servus, §. 1. ff. de in rem verso. Cic. 3. Verr. c. 55.* Dico esse, ex qua tantum tectorium vetus deletum sit, & novum inductum. *Id. Attic. l. 1. epist. 6.* Quos in tectorio atrioſi possim includere. *Plin. l. 36. c. 23.* Tectorium, nihil ter arenato, & bis marmorato inductum est, non satis splendoris habet. *Vitruv. loc. cit.* Tectorio udo colores induere, *dispingere a muro fresco.* Qui sumitur etiam pro teco, quo mulieres lacrimis illinunt. *Juven. sat. 6. v. 466.* Tandem aperit vultum, & tectoria prima reponit. Translate tectorium linguæ ponitur pro sermone simulato. *Perf. sat. 5. v. 25.* Pulfu dignolere cautus, Quid solumum crepet, & puctæ tectoria linguæ.

Tectorius, a, um, *koviatris, koviatris*, quod ad tegendum pertinet. *Cic. 2. de Leg. c. 26.* Neque id opere tectorio exornari, nec Hermas hos, quos vocant, licebat imponi, *intonacare.* *Plaut. Mil. l. 1. 18.* Tectorius penicillus. h. e. penicillus, quo parietes dealbantur.

Tectofages, m. *Tectofagæ*, pop. Germaniæ, juxta Hercyniam sylvam, quorum adhuc extat vestigium arx *Teck*, in Duc. Vvirtembergensi. Tectofages item, & Tectofagi pop. Galliæ Narb. verius Germanum fl. inter Volcas Arecomicos, Heleuteros, Conſoranos, & Auscius, ubi hodie pars Orientalis, seu superior Occitanicæ, quorum urbes fuerunt Narbo, Tolosa, Carcaſſo, Biterreg, Agatha, Nemaufus. Hi olim Gallorum omnium fortissimi habitus sunt, qui cum domo multitudine abundarent, relicti sedibus, per Græciam tunc gentium victricem, in Asiam penetrarunt, & supra Phrygiam in uberrimis Cappadociæ campis con-

confederant. ¶ Igitur Teofolages, populi etiam Galatiz in Asia fuerunt, quorum urbes Ancyra, Olenus, Corbeuntus.

Teofidum, li, n. parvum teofum. Hieronymus epist. 47. ad matr. et fil. a. med. Ne maledicti homines sub uno teofulo vos manentes, lectulum quoque criminantur habere commune.

Teofum, et, n. sesso, coperto, casa, ¶ Ger. dach, Gal. rois, Hisp. tejado, ἑσπῆς, summa pars domus, qua ceteræ teguntur, a teofum supino verbi teo. Cic. in Brutus. Sed Atheniensium quoque plus interitui firma teofa in domiciliis habere, quam Mineræ signum ex ebore pulcherrimum. ¶ Per Synecdotum ponitur pro domo. Cic. ad Lepianum, l. 6. Fam. Si modo teofici facti est ad comitatum nostrum recipiendum. Virg. 1. Æn. Quare agite, o teofis juvenes succedite nostris.

Teofura, æ, f. teoforium, crufta calcis marmoris contuiti, aut alterius materiæ, quæ parietibus superinducitur. Palladius l. 1. tit. 15. Parietum teofura sic fiet fortis, & nitida. Adde ibid. tit. 17.

Teofus, a, um, coperto, ἑσπῆς, Ger. bedeckt, Gal. couvert, Hisp. cobierro, κερχλομῆνους, operis, partiæ, a teofo. Cic. 2. de nat. Deor. Quarum alicæ quibus teofæ sunt, alicæ villis vestitæ. Et infra: Ut teofis, ut vestiti, ut salvi esse possemus. ¶ Teofæ oves, eadem, quæ a patria Tarentinæ, sive Græcæ dicebantur, quæ, quod mollissimum ferrent lanam, pellibus teofæ pascantur, ne vellera aut conspurcarentur, aut dumis adhærescerent. Quæ de re vide Col. l. 7. c. 4. Plin. l. 8. c. 47. Ovium summa genera duo, & teofum, & colonicum: illud mollius, hoc in pascuis delicatius. ¶ Sæpe translate sumitur pro defenso, protecto, Cic. pro L. Man. Propterea, quod pericula facile, ut hominem præstare oportet, innocentia teofis pellemus. ¶ Item pro secreto, occulto, obscuro. Cic. l. 9. Fam. ep. 22. Itaque teofis verbis ea ad te scripsi, quæ apertissimis agunt Stoici. Id. pro R. Am. c. 36. Huc accedit, quod paulo tamen occultior, atque teofior vestra ista cupiditas esset. Id. 2. de Orat. c. 73. Unum te in dicendo videri teofissimum, id est prudentissimum, quæ tua consilia maxime tegetes; vel minime apertum vulneribus adversarii, & qui minime detegeres id, quod in causa lateret malis. Id. pro Dejot. c. 6. Quis consideratio illo? quis teofior? quis prudentior?

Tecum. V. Tu.

Teda. V. Tæda.

Tedanum, n. 2. Tedanius, Zermagns, al. Odria, fl. Liburniæ, qui Liburniam ab Japidia separat, & in mare Adriaticum inter Seniam ad Occ. & Vegiam ad Or. influunt.

Tedignoloquides, vox a Plauto ficta Perf. 2. 6. 22. significat, loquens digna de te.

Tegea, l. 1. & Tegeum, i, n. secundum Strabonem, Muclis, Muclis, urbs Peloponnesi, in Arcadia, ubi Olla Orestis gigantis Olympiadæ 58. inventa fuit. Tegeæ floruit Aristarchus Poeta, Euripidis contemporaneus, qui tragedias scripsit 70. vixitque annos 80. ¶ Tegea altera, Tege, opp. medit. Africæ, apud fin. Numidicum.

Tegeus, & Tegeus, a, um, adject. a Tegea, ponitur pro Arcadico. Virg. 1. Georg. v. 18. de Pane. Adhuc o Tegece favens. Id. 5. Æn. v. 299. Alter ab Arcadia, Tegeæ de sanguine gentis.

Tegeates, um, m. 3. Tegeæ oppidi incolæ. Steph.

Tegeaticus, a, um, adject. a Tegea oppido, idem est quod Arcadius. Stat. l. 1. Silv. 2. v. 18. Et de Mænalia volucer Tegeaticus umbra. h. e. Mercurius, qui in Arcadia natus est.

Tegeaticis, idis, adject. foemininum, quæ est ex Tegea Arcadiæ urbe, vel ex Arcadia Silius l. 13. v. 329. cæfa Tegeaticæ capra.

Tegetes, etis, f. ἑσπῆς, ἑσπῆς, straguli genus, quam & stoream appellant, ex ulva, sive scirpo, aut sparto, in lodicis similitudinem, quo viliores utuntur, a teofo. Varro de R. R. l. 1. c. 22. Sicque fiunt de canabæ, hno, junco, palmo, scirpo, ut funes, restes, tegetes. Plin. l. 21. c. 18. Similia præcipit & de junco, quem marifcon appellant, ad texendas tegetes. Col. lib. 5. c. 3. Sub ortum Ganiculæ palmes tegetibus vineas adumbrabat. Id. l. 12. c. 50. Cannæ tegetes, quibus oliva excipitur. Juv. sat. 6. v. 117. Aula Palatino tegetem prætere cubili.

Tegeticula, æ, f. ἑσπῆς, parva teges. Varro l. 3. de R. R. c. 8. Sed pro columbariis in pariete multos, aut palos in ordinem, supra quoque tegeticulæ cannabæ sint impostæ. Id. l. 2. c. 11. Diligentiores tegeticulis subjicit oves tondere solent, ne flocci intendant.

Tegeus, a, um, V. Tegeæus.

Tegele, lis, n. tegmen, velamen. Apuleius l. 9. Metam. Exiguo tegili tantummodo pubem injecti. Alii leg. tegillo.

Tegillum, i, n. ἑσπῆς, parvum tegmen, & speciatim cucullus, vel petasus et scirpis factus, vestis vilis, & plebeja, ut ex Festo, ac Nonio constat, dim. a tegulum, quod a teofum, qua vestem signat, ut a recta, quod item vestis genus, regilla. Fest. Tegillum, cucullinuculum ex scirpo factum. Plaut. Rud. a. 2. sc. 7. v. 18. Tegillum ecicillum mihi unum arefuit, id, si vis, dabo. Varro apud Non. cap. 2. n. 846. Ob aquam et nubibus tortam, indicat fore, ut tegillum pastor sibi sumat.

Tegimen, inis, n. idem ac tegmen, a teofo, ut tegimen a teofo. Virg. 3. Æn. Confertum tegimen spinis. Et lib. 7. Tegimen habet capiti. Ita in antiquis codicibus legitur, ut prima sede sit proceleumaticus, ut alibi in parietibus, & ariste. Ovid. 3. Met. v. 52. Tegimen cui tulva leonis Pellis erat. Sen. Herc. Fur. Quoniam abiit tegimen meum? Ita habent utroque quædam vetustæ editiones, pro quo vulgati codices tegmen expresse.

Tegmen, inis, n. coprimto, coperta, copercio, ἑσπῆς, Germ. decke, Gal. couverture, couvertele, Hisp. cobertura, τρεβλῆ, κίπρασυ, κερχλομῆς, quod aliquem tegit, a tegimen, per Synecpoc. Virg. 1. Ecl. Tityre tu patulæ recubans sub tegmine tasi. Cic. 5. Tusc. c. 32. Mihi amicum Scythicum tegmen, calcamentum solorum callum, cubile terra. Liv. l. 5. Magna strages facta est, multosque imperitos nandi, aut invalidos, graves lorices, alicuque tegminibus, hauserunt gurgites. ¶ Pro teofa, æde, domo, Stat. lib. 1. Theb. v. 406. subit uno tegmine, cuius Fufus nuno gelida partem prior hostis agebat.

Tegmentum, i, n. tegmen. Cas. l. 3. B. C. cap. 44. in fin. Ex centonibus, aut coriis tunicas, aut tegmenta facere. Plin. Valerian. l. 2. c. 50. Tegmentum teofidum.

Tego, is, xi, etum, a. 4. coprire, ἑσπῆς, Ger. decken, Gal. couvrir, Hisp. cubrir, κερχλομῆς, operio, a ἑσπῆς, abjecto σ. Ovid. l. 1. de Art. Æquore quot pisces, tronde teguntur aves. Plin. l. 13. c. 18. Radicem lotosæ hæc habet operam nigro cortice, qualis & caitaneas tegit. ¶ Per translationem accipitur pro celare, occultare. Cic. pro Rab. Post. Tum, cum etiam feræ latibus se tegant. Id. pro Rab. perd. reo. c. 7. Ignaviam suam tenebrarum, ac parietum custodiis tegebat. Id. in Pison. Triumphum nomine tegebat, ac velabat cupiditate suam. ¶ Metaleptice capitur pro tueri, defendere, conservare. Cic. pro Cæc. Arma esse suis nominibus, alia ad tegendum, alia ad nocendum. Id. pro Planc. Quod is meam salutem, atque vitam sua benevolentia, præsidio, custodiaque texisset. ¶ Tegere latus alicui esse eum honoris causa comitari, & exterioriorem partem comitandam tenere apud Horat. l. 2. Sat. 5. v. 18. quo sensu tegeve absolute usurpat Stat. l. 5. Silv. 1. v. 26. atque omnis pariter matertera vatem, Omnis Apollineus tegeter; Bacchique sacerdos.

Tegula, æ, f. tegola, coppo, Ger. ziegel, Gal. tuille, Hisp. teja, τεγυλα; τειγυλα; teltæ genus, quo domus teguntur, a teofo, ut tegula a teofo. Ter. Eun. 3. 5. v. 40. Deum fete in hominem convertisse, atque per alienas tegulas Venisse clanculum per impluvium, fucum factum mulieri. Plaut. Mil. 2. 6. 23. Quod meas contrefigti imbrices, & tegulas. V. Imbrex. Cic. 2. Phil. c. 18. Cum tamen tu nocte socia, hortante libidine, cogente mercede, per tegulas demitterere. ¶ Abie a quantitate verbi sui. Ovid. 6. Fast. v. 316. Strataque erat trepidio tegula quassa solo. ¶ Extrema tegula stare, prover. quod valet, lapsivi vicinum esse. Senec. epist. 12.

Tegulitius, a, um, adject. tegulis contextus. Inscript. apud Gruter. pag. 54. n. 11. Deo Mercurio Altegiam tegulitium ex voto posuit.

Tegulum, li, n. idem quod tegumen. Plin. l. 16. c. 36. Tegulo enim a quaticarum arundinum domos suas Septentrionales populi operiunt. Et cap. 37. Scirpi fragiles ad tegulum, tegetetque.

Tegumen, inis, n. idem ac tegmen. Liv. l. 1. c. 20. Et super tunicam æneum pectori tegumen, caelestiaque arma, quæ ancilia appellantur, ferre. Id. l. 36. c. 32. Tefudo collecta in fuum tegumen.

Tegumentum, i, n. idem ac tegmen. Cic. 2. de nat. Deor. c. 11. ex poeta. Palpebræque, quæ sunt tegumenta oculorum. Id. 5. Fin. c. 57. Pennarumque contextu corpori tegumenta faciebat. Sueton. in Calig. c. 55. Tegumentum eorum, bardelle. Plaut. Trinum. 2. 2. 31. Tegumentum ætati meæ. h. e. præsidium. ¶ In Pandect. Florent. legitur tegumentum.

Tegus, tegeoris, pro tergus, oris, quidam legunt apud Varron. l. 4. de L. & apud Plaut. Capt. 4. 3. 2. ubi alii tergus. Turneb. l. 22. c. 6.

Tejum, n. τειγυλα; opp. Paphlagoniæ, in ora maris Euxini. Patria Anacreontis Poetæ fuisse creditur. Sed aliis patria eius est Tejos, vel Teos Urbs Joniæ. V. Teos.

Tejus, a, um, adject. a Tejo oppido, τειγυλα; ut Anacreon Tejus apud Horat. epod. 14. Sic Teia Muia tenis, apud Ovid. 2. Trist. v. 364.

Tela, æ, f. tela, γυλα; Ger. geuvelle, Gal. toile, Hisp. tela, ἱστῆ, quod texendo conficitur, ab antiquo textula, quod a teofo. Virg. 1. Georg. v. 294. Percurrere pectine telas. Id. Æn. 4. v. 264. Tenui telas discreverat auro. ¶ Tela jugalis, jugo impolita, in quo textitur ad aliarum telarum discrimen, quæ pinguntur acu, textuntur radio, pectine aut alio genere, sine jugo tamen. Cato de R. R. cap. 10. Pilam ligneam unam, telam jugalem unam, pias duas. ¶ Videtur interdum tela sumi pro instrumento ipso, quo textitur. Virg. 1. Georg. v. 285. & licia telæ addere. Tibul. l. 2. el. 1. v. 66. Atque aliqua assidue tetrica operata Minervam, Cantat, & appulo tela sonat latere. ¶ Sæpe translate usurpatur. Cic. 3. de Orat. c. 60. Quamquam ea tela textitur, & ea incitatur in civitate vivendi, ac potestati ostenditur, ut &c. ¶ Item proverbialiter, ut Telam exordiri, quod est rem aliquam incipere, & aggredi. Plaut. Bacch. 2. 3. 116. Exorfa hæc tela non male est omnino mihi. ¶ Penelope telam retexere, est rem incertam interrompere, & ad principium redire. Cic. 4. Acad. c. 29. Quid quod eadem illa ars (dialectica) quasi Penelope telam retexens, tollit ad extremum superiora? V. Penelope.

Telamon, onis, m. τελαμων, filius Æaci, frater Pelei, pater Ajaxis, qui ab eo Telamonius dictus. Regnavit in Salamine inf. Valer. Flacc. l. 1. v. 353.

Telamon, i, f. 3. Talamon, Talsmone, opp. parvum Hetruriæ, in maritima parte agri Senensis, cum portu utcumque capaci, in ora maris Tyrreni, prope ostia Almania fl. Conditum dicitur, & nominatum a Telamone Trojano, vel a Telamone Argonauta. Plin. l. 3. c. 5.

Telamones, um, m. pl. Ἀτλαντι, ἄτλαντες, hominum simulacra, gibbosa fere figura, quæ in ædificiis multos, vel coronas fulcrant, Atlantem imitant, quem suis humeris cælum fulcire propter Astrologiæ scientiam Poetæ fabulati sunt. Dicti sunt ἀπὸ τῆ ἄτλαντος, quod est sustinere, sustentare, & a Græcis atlantes etiam dicuntur, eadem origine. Virg. l. 6. c. 10. Item siqua virtus figura signa multos, aut coronas sustinent, nostri telamones appellant, cujus rationes, quid ita, aut quare, ex historiis non inveniuntur: Græci vero eos ἄτλαντας vocitant. Adde Ennium apud Serv. in 1. Æn.

Telamonides, æ, m. Ajax filius Telamonis. Ovid. Metam. 13. v. 231. Nec Telamoniades etiam aunc hifere quidquam aunc.

Telamonius, a, um, adject. a Telamone, ut Telamonius vir, h. e. Ajax Telamonis filius. Ovid. l. 13. Metam. v. 194.

Telandros, f. 2. τήλανδρος, opp. Lyciæ. Plin. l. 5. cap. 27. ¶ Item ias. in mari Lycio. Plin. l. 5. c. 31.

Telchin, inis, seu Telchinis, is, f. 3. Rhodos inf. ita dicta a Telchinibus. Telchines, um, m. pl. τελχίνες, filii Solis, & Mineræ, vel Saturni, & Aliopes, ut alii volunt, assessores Matris Idææ, seu Cybeles, in Creta, qui etiam Idæi, Curetes, Corybantes, Dactyli dicti sunt. Hi profecti sunt in Rhodum insulam, ac Jalyium urbem incoluerunt. Tandem cum omnia aspectu suo in pejus commutarent, a Jove sunt submersi. Ovid. 7. Met. Pæneamque Rhodon, & Jalyios Telchinas, Quorum oculos ipso mutantes omnia visu Jupiter exofus fraternis subdidit undis. ¶ Sunt, qui memorent, Telchines in Rhodo novem fuisse Rhææ comites in Cretam, qui quoniam Jovis alendi curam gesserunt, Curetes nominati sunt.

Telchius, ii, m. τελχίος, auriga Castoris, & Pollucis. Plin. l. 6. c. 5. de Diofcuride urbe Colchorum: Sunt, qui conditam eam ab Amphitro, & Telchio, Castoris, ac Pollucis aurigis putent, a quibus ortam Heniochorum gentem feram constat.

Teledææ, arum, m. 1. seu Teleboes, um, m. 3. τελεβῆαι, pop. Ætoliæ, seu Arcanariæ, latrocinio famosi. Arist. in Polit. & Plaut. Amph. prol. & a. 1. sc. 1. ¶ Item pop. insulæ Caprearum, in mari Tyrrenico. Virg. 7. Æn. Telebom Capreae cum Regna teneret Jam senior.

Teledæas, ancis, m. τελεβῆαι; filius Ixonis, & Nabis, unus ex Centauris. Ovid. Metam. 12. v. 441. Clithonios quoque, Theleboasque Entæe jacent nostro.

Teledæoides insulæ, eadem quæ Taphiæ, in Jonio mari. Plin. l. 4. c. 12.

Teledæon, i, m. τελεδῆων; filius Ulyffis ex Circe. Hic patrem, cum grandis jam natu esset, videre cupiens, eum incognitum in Ithaca interfecit, cum & ipse incognitus a patre hospitio probreretur. Eum autem occidit rostro piscis illius, qui xipha dicitur, quod est instar laminæ magni ensis, ut scribit Oppianus de piscibus, quod genus ensis a matre accepit. Inde in Italiam rediens, Tibur condidit, al. Tufculum. Ovid. 3. Fast. Factaque Telegoni mœnia cæla manu. Id. l. 4. Et jam Telegoni, jam mœnia Tiburis udi Scabant.

Telemachus, i, m. τελεμάχος; filius Ulyffis ex Penelope, quem ad Trojam proficiscens apud matrem reliquit. Ovid. in ep. Penelope: Tres sumus imbelles numero, sine viribus uxor, & Laertesque senex, & Telemachusque puer.

Telémus, i, m. τήλεμος, filius Eurydi, teste Homero in Odyffæa, & Theocrito in Bucolicis. Vocatus lib. 10. Gen. Deor. scribit, filium tuisse Neptuni ex matre incerta, fortass. ex Euryome. Inter Cyclopos annuincratatus est. Fuit vates egregius, qui Polyphemum p. ædixit, quæcunque ab Ulyff-

Ulysses passus est. *Ovid. 15. Met.* Telemus Euremydes, quem nulla fecerat ales, Terribilem Polyphemum adit, lumenque, quod unum Fronte geris media, rapit tibi, dixit, Ulysses. *Id. in Ibin.* Pastor ut Aetneus, cui casus ante futuros Telemus Eurymedes vaticinatus erat.

Telèphi Fons, fons Lyciæ, in quo Telephus vulnera abluit, unde turbidus effectus est.

Telephum, ii, n. herba portulacæ similis caule, & foliis, quæ crassa sunt, & carnosæ: nascitur in cultis, & maxime inter vites: alio nomine *sempervivum sylvestre* dicitur. *Plin. l. 27. c. 13.*

Telèphus, i, m. τῆλεφος, Hercules filius ex Auge Nympha, al. ex Augæa filia Alcæi Arcadiæ Regis. Hic avi iustus expositus in sylvis a cervâ nutritus est, deinde dono datus Regi Myiæ pro filio educatus ei successit in Regno Myiæ, seu Lyciæ. Cum Græcos ad expeditionem Troianam proficiscentes prohibere vellet, ne per Mysiam transirent, ab Achille vulneratus est. Huic plagæ remedium nullum inveniebatur. Tandem Apollinis oraculum consuluit, qui respondit, eum sanari non posse, nisi ab eadem herba, qua percussus fuerat. Igitur supplex medicinam ab Achille petiit. Achille assensiente Ulysses ex hæstæ illius rubigine malagma effecit, & vulneri imposuit, quod sanatum est. *Ovid. 13. Met.* Opusque mæx bis fenit Telephus hæstæ. *Id. l. 5. Trist. el. 2.* Telephus æterna consumptus tabe perisset, Si non, quæ nocuit, dextra tulisset opem. ¶ Telephus alter Pergamensis Grammaticus. Scripsit fere omnia, quæ ad Grammaticam pertinent, inter cætera collationes epithetorum eidem rei congruentium ad copiam parandam elocutionis. *Suid.*

Teletæ, æ, f. τελετæ, sacrificium, expiatio per sacrificium. *Apulej. l. 11. Metam.* Quæ torrent ad usum teletæ necessaria, *Est infra.* Cogor tertium teletam suscipere.

Teletheia, æ, f. uxor Ligdi Cretenensis ex Phæsto urbe, cui gravidæ vir præcepit, ut, si puellam peperisset, illam necaret. Cum ei huius noctu apparuisset, & iussisset educere, quicquid natum esset, se enim illi opem allaturam, Teletheia puellam peperit, & puerum mentita, nutricia alendam dedit. A patre Iphis appellata est, quod avi nomen fuerat. Ad decimum tertium ætatis annum Iphis pervenerat, cum Ligdus pater ei despondit Janthem filiam Teletæ. Adventante igitur nuptiarum die, mater Iphidis opem in ejus templo imploravit, quæ puellam in puerum convertit. *Ovid. 9. Metam.*

Telicardios, m. 2. gemma colore cordis. *Plin. lib. 37. c. 10.* Telicardios colore cordis Persas, apud quos gignitur, magnopere delectat, maculam quæ appellat.

Teliger, æ, um, adjecti, qui tela fert, *Ελατίζεις.* *Senec. Hercul. Oct. v. 533.* Timende matri teliger sæve puer. h. e. Cupido.

Tellinum, τῆλενον, ænus unguenti pretiosissimi, ita dictum, quia præcipuum eorum, ex quibus componitur, est sænum Græcum, quod Græcis τῆλενον. Unde similitur τῆλενον ἀλδρον dicunt Græci larinam ex læno Græco confectam. *Plin. l. 13. c. 1.* Tellinum fit ex oleo recenti, cypero, selamo, melioto, læno Græco, melle, melino, maro, amaraco. *Terull. l. de Pallia, c. 4.* Quod apud Omphalen balsamo, aut telino spero factum.

Tellinæ tricæ dicuntur sunt ut videtur, a quodam Tellino inepto poeta, & implicatas absurdasque res carminibus persequente, de quo *Erst. in Adag. Anob. l. 5. pag. 176.* Jam dudum me fateor hæsitare, circumfescere, tergiversari, tricæ, quemadmodum dicitur, conducipicæ telenas.

Tellum, onis, m. Deus terræ, a tellus. *Voss. in Tellus.*

Tellus, uris, f. Dea terræ. *Cic. 3. de nat. Deor.* Jam si est Ceres a gerendo, ita enim dicebas, terra ipsa Dea est, & ita habetur. Quæ est enim alia Tellus, nisi terra? *Id. ad Qu. Fr. l. 3.* In qua de æde Telluris, & de porticu Catuli me admones; ¶ Non raro tamen Tellurem pro ipsa accipimus terra, quemadmodum Ceterem pro ipsis frugibus. *Cic. in Somn. Scip. Nam ea, quæ est media, & nona tellus, neque movetur, & infima est. Virg. l. 1. Æn.* Ac magno telluris amore Egredi optata potiuntur Troes arena. Ubi Servius: Tellurem pro terra posuit, cum Tellurem Deam dicamus, terram elementum, ut plerunque Vulcanum ponimus pro igne. *Plin. l. 2. cap. 5.* Cujus vi suspensam, cum quarto aquarum elemento, librari medio spatio tellurem.

Telo, onis, m. 3. Telo Martius, *Tolon, Toulon,* urbs Galliz Narb. in Provincia, in ora maris Medit. in planitie, munita, probe culta, cum armamentario instructissimo, & portu capacissimo.

Telonarius, ii, m. gabellivæ, vestigialibus exigendis præpositus, a τελέων, *telonium,* quod significat locum, ubi publicani sedent, & vestigial exigunt. *Cod. Theodos. de indulgent. debet. leg. 3. & Novus c. 1. n. 65.* ubi in quibusdam codicib. legitur *telonearius:* quod magis ad analogiam *telonis* accedit.

Telonium, ii, n. banco de gabellivæ, publicanorum mensa, *τελώνιον, Tertull. de Idolol. c. 12. & de Baptis. c. 11.*

Telos, i, infula una ex Sporadibus, unguento nobiliss, a Callimacho Agathussa appellata. *Plin. l. 4. c. 12.*

Telum, i, n. dardo, arma da lanciare, *ῥατῆρ,* Ger. *geschofs,* Gal. *flèche, dard, Hil. flecha, dard, δίαις, τῆλεμα,* omne, quod manu jaci potest, quod nomine lignum, ferrum, plumbum, lapis, & alia continentur. *Fest.* Tela proprie dici videntur ea, quæ missilia sunt, ex Græco videlicet eorum nomine, quia illi τῆλεμα missa dicunt, quæ non eminus. *Servius ad illud 8. Æn.* Desuper Alcides telis premic: Omne, inquit, quod jaci potest, telum vocatur, dictum ἀπὸ τῆ τῆλεμα. Unde addidit, Omniaque arma advocat. Et in illud *lib. 9.* Telorum estundere contra Omne genus Teucris: Offendit (inquit) telum vocari omne, quod jacitur. Græci τῆλεμα ἀπὸ τῆ εἰδέναι, sicut Latini telum ἀπὸ τῆ τῆλεμα idest longe. *Cajus in l. si calvisur, ff. de verb. signifi.* Telum vulgo quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur, sed nunc omne significatur, quod mittitur manu: Ita sequitur, ut & lapis, & lignum, & ferrum, hoc nomine continentur. Diciturque ab eo, quod in longinquum mittitur, Græca voce figuratum, ἀπὸ τῆ τῆλεμα. *Cic. 6. Ferr.* Qui non illa nocte eo nuntio excitatus surrexerit, telumque, quod cuique fors offerebat, arripuerit. ¶ Interdum teli vox ita late accipitur, ut pro quovis ense sumatur. Auctor ad *Her. lib. 1.* Ajax in Sylva, postquam rescivit, quæ fecisset per infaniam, gladio incubuit. Ulysses intervenit. Occisum conficitur, & corpore cruentum telum educit. *Cic. in Catil. 1.* Omnes sciunt, te stertisse in Comitio cum telo. ¶ Sæpe translate sumitur. *Cic. in Pison.* In me de corpore Reipublicæ tuorum scelus tela revellentem. *Id. de Am. cap. 17.* Nec mediocriter telum ad res gerendas existimare oportet benevolentiam civium. h. e. stimulum. ¶ Ponitur etiam pro quovis icu. *Virg. Æneid. 5. v. 438.* de Entello castibus pugnant. Corpore tela modo, atque oculis vigilantibus exit. ¶ Præterea dicitur de radiis Solis. *Lucr. lib. 1. v. 147.* Non radii Solis, non lucida tela diei. ¶ Metaphorice quoque telum vocatur morbi genus. *Iul. l. 4. Orig. c. 6.* Telum lateris dolor est. Dicitur etiam autem ita a Medicis, quod dolore corpus transverberet, quasi gladius. *Serenus Sammon. c. de securis, & lateris vitii vendendis.* Est vis morbi, quod telum commemoratur, Cum subito turor insanus tur incitus icu.

maximum in Sicilia fuit prope Syracusas, in loco, qui Temenos dicebatur. *Sueton. in Tiber. c. 74.*

Temerarie, adverb. temerariamente, temere. *Tert. de virgin. veland. 3. & Cod. Justin. l. 9. tit. 1. leg. 18.*

Temerarius, a, um, temerario, inconsiderato, *ῥη,* Ger. *frevel,* Gall. *temerarie,* Hisp. *desafinado, ἀβαστος,* inconfultus, nullius consilii, qui facile aliquid suscipit, conatur, credit. *Cic. pro Cæc. c. 12.* Ea sunt & turbulenta, & temeraria, & periculosa. *Ovid. 8. Met. v. 407.* Licet erubuit esse Fortibus, Ancaeo nocuit temeraria virtus. *Liv. l. 25.* Ad consilium prima specie temerarium magis, quam audent, annuum adject. *Plaut. Afric. 2. l. 14.* Sed quid hoc, quod pines ulmum tundit? haud temerarium est. h. e. non casu hoc, & sine ratione fit, sed aliquid portendit. ¶ Ponitur interdum pro incerto, non stabili. *Festus in Navulio scriba.* Columariorum quæstus temerarius, incertusque. ¶ Tributum temerarium quod fit, V. in *Tributum.*

Temerator, oris, m. violator, corruptore, qui temerat, *β. βλατῆρ.* *Stat. Theb. 11. v. 12.* Quantus Apollinæ temerator matris Averno tenditur. h. e. Tityon qui Latonam corrumpere tentavit. *Leg. 2. Cod. de apparitione.* Temerator legis. ¶ Item falsarius, falsificatore. *Leg. 29. Dig. ad leg. Cornel. de falsi.* Si accusatus fuerit, poenam temeratoris luit: perinde enim punitur, atque si falsum fecerit.

Temeratus, a, um, *β. βλατῆρ, violatus.* *Ovid. ep. 16.* Ausus es hospitii temeratis advena sacris Legitimam nuptæ sollicitare fidem? *Liv. l. 26. cap. 13.* Sepulcra majorum vulsa, temerata, ac violata. *Tacit. 1. Ann. c. 30.* Castra infauista, temerataque.

Temere, adv. temerariamente, inconsideratamente, stoltamente, *senza ragione,* Ger. *unmegerlich,* Gal. *à la volée,* Hisp. *ofadamente, ἀπὸ ἀπειρίας, ἀβαστος,* inconfulte, imprudenter. *Virg. 9. Æn.* Temere inter tela jacentes. *Cic. 1. de Invent.* Domus ea, quæ ratione regitur, omnibus instructor est reus, & apparator, quam ea, quæ temere, & nullo consilio administratur. ¶ Notat enim sine causa. *Ter. Phorm. 5. 9.* Non pot. temere est, quod tu tam times. h. e. non abs re est. *Auct. ad Her. l. 2. c. 8.* Non temere fama nasci solet. ¶ Item sine periculo. *Plaut. Bacch. 1. 2. 52.* Rapidus fluvius est, non hac temere transiri potest. ¶ Item fere. *Cic. ad Qu. Fr. l. 1. ep. 1.* Qui hoc non in beneficium loco, sed in laboris, ac muneris, non temere, nisi libertis suis deserebat. *Liv. l. 30. c. 30.* Non temere incerta casuum reputat, quem fortuna nunquam decipit. *Quintil. l. 1. c. 4.* Illud ingeniorum ve ut præcox genus haud temere unquam pervenit ad frugem. ¶ Item vulgo, passim. *Hor. l. 1. od. 12.* Unde vocalem temere insecutus Orphæa sylva. *Liv. l. 22.* Argentum temere per vias, velut objectum ad prædam. ¶ Comp. temerius. *Accius apud Non. c. 2. n. 841.* Seu Euripidis, qui choros temerius in fabulis, &c. Alii leg. temerus.

Temeritas, atis, f. temeritas, *ῥη,* Ger. *freveltheit,* Gal. *temerité,* Hisp. *temeridad, περιτῆτης, ἀβαστος,* imprudentia, inconsiderantia. *Cic. pro M. Marcello.* Nunquam enim temeritas cum sapientia committitur, nec ad consilium casus admittitur. *Id. 1. Off. c. 15.* Multi enim faciunt multa, temeritate quadam, sine iudicio, vel modo. *Id. 1. de Div. c. 4.* Omnibus in rebus temeritas in assentiendo, & errore turpis est.

Temeriter, adv. idem ac temere. *Accius apud Non. cap. 11. num. 54.* Hoc in re est, quod tu tam temeriter meam benevolentiam interisse es ratus.

Temeritudo, inis, f. idem ac temeritas. *Pacuvius apud Non. c. 2. n. 867.* Egon? tyranni novi temeritudinem?

Temero, as, a. 1. machiare, contaminare, violare, *ῥη,* Ger. *schanden,* Gall. *gâter, souiller,* Hisp. *manchar, ensuziar, β. βλάττω,* corrumpo, contamino. *Festus:* Temerare, violare sacra, & contaminare, dictum videlicet a temeritate. *Ovid. 15. Met.* Parcite mortales dapibus temerare nefandis Corpora. *Id. 1. Met.* Temerare fluvios venenis. *Tas. l. 1. Ann. c. 53.* Eandem Juliam in matrimonio M. Agrippæ temeraverat.

Temiosus, a, um, adjecti. temerarius. *Accius apud Non. c. 2. n. 841.* V. *Temere* in fine.

Temio, i, f. urbs fuit ampla Brutiorum ære celebris, in Calabria cit. in ora maris Tyrrenhi, prope sin. Hipponateum, cujus rudera hodie dicuntur *Torre Loppa.* Alii credunt esse *S. Lucido,* castr. prope oram maris Tyrrenhi. Alii videtur esse *Maiuro,* opp. inter Montem alium, & Marcopolim. Alii indignant *Longo buco,* apud Cirellus, in ora. *Stat. 1. Achil. v. 413.* Æra domant Temio.

Temiozus, a, um, quod ad Temesam urb. spectat. *Ovid. 5. Fast. v. 441.* Rursus aquam tangit, Temiozæque concrepat æra. ¶ *Temiozus Geniux,* prov. Græcum de pæna res sacras violantibus imminente. Nam juxta Temesam fuit sacellum Politæ, uni ex Ulyssis comitibus sacrum, quod a barbaris violatum graves in eos exercuit pænas. *Pausanias* rem aliter narrat: Politam ab incolis propter supratam virginem interfectum, larvas illius, nisi quotannis oblata virgine placarentur, gratiari in illos, atque omni sexu perniciem afferre solitas fuisse, sicque Genium Temiozæum in proverbium transtulisse. Gravia enim mala alicui minantes, dicere solebant. *Advers. Temiozus Geniux.*

Temetum, i, n. vino, vocabulum priscum, quod vinum significatur, ex articulo τῆ, & μέθυ, vinum, vel μέθυ, ebrietas. *Donat. ad Terent. Andr. 1. 4. 2. & Non. c. 1. n. 14.* sic dicit putant, quod tementem, h. e. labefactet. *Gell. lib. 10. c. 23.* Qui de victu populi R. terperant, mulieres ætatem abitemia egisse dicunt, hoc est vino semper, quod temetum prisca lingua appellabatur, abstinuisse dicunt. *Plin. l. 14. c. 13.* Cato ideo propinquos feminis osculum dare iussit, ut scirent, an temetum olerant: hoc tum vino nomen erat: unde & temulentia appellata. *Horat. l. 2. ep. 2. v. 163.* Pullos ova, cadum temeti, nempe modo isto. *Juvenal. Sat. 15. v. 25.* De Corcyra temetum duxerat urna. ¶ Sunt qui scribunt temetum a vino sic distingui, ut vinum nomen generale sit, temetum vero significet vinum purum, & nulla aqua admixtum: afferuntque hunc locum *Cic. ex l. 4. de Republ. apud Non. loc. cit.* Carent temeto omnes mulieres, non vino. Verum in optimis quibusdam Codicib. quos vidimus, ultima verba non vino desunt.

Temenites, m. 3. τῆμενίτης, qui est ex Temno urbe. *Cic. pro Flacc. Heracles ille Temenites homo ineptus, & loquax.*

Temno, is, pli, ptum, a. 3. *σπρῆζαντε, ἄπ. τῆσπονίω,* sperno. *Virgil. 1. Æn.* Si genus humanum, & mortalia temenitis arma. *Hor. l. 2. Sat. 2.* Jejunus raro stomachus vulgaria temnit.

Temnos, t. 2. urbs Æolis, inedit. ultra Herum fl. cum monte cogn. patria Hermozæ Rhetoris. *Plin. l. 5. c. 30.*

Temo, onis, m. *simone,* Ger. *deijchfel,* Gal. *simon,* Hisp. *simon,* *ῥη,* lignum longum, & extentum in aratro, vel curru, ad quod jugum ligatur. *Cic. 2. de nat. Deor. ex Poeta:* Quod quasi temone adjunctum præ te quatit Arctum. *Ovid. l. 2. Met.* Aureus axis erat, temo aureus, aurea summe Curvatura rotæ. ¶ Dicitur etiam de stiptibus, sive iginis transverberatis, & longioribus. *Col. l. 6. c. 19.* Omneque transversilis sex temonibus, quali vaceræ inter seligantur. ¶ Temones in *Cod. leg. 13. de excoj. mun.* reteruntur inter præstationes, & munera iordica: horum nomine præstantur equi, tyrones ad militiam, & pecunia

ro propter sermonis delectationem tempestivis quoque conviviis delectator, nec cum æqualibus solum, sed cum vestra etiam ætate. *Id. Ast. l. 9. ep. 1.* Multa à me tempestivis conviviis disputantur. *Id. Verr. 5. c. 25.* Statuitur Lollius in illo tempestivo gladiatorum convivio. *Curt. l. 8. c. 1.* Jamque iter parare in posterum jussus, solemnè & tempestivo adhibetur convivio. Hujusmodi convivia in tempestiva etiam dicebantur eodem profus sensu. nam qui ita tempestiva ab intempestivis distinguunt, ut illa essent quæ solito maturius inciperentur, hæc quæ tardius, & multa nocte finirentur, nullo id idoneo exemplo conficere nobis videntur. Quamquam est aliquid discriminis. nam tempestiva nobis vicia & in bonam, & in malam partem accipi possunt, ut ex allatis exemplis apparet; intempestiva vero in malam tantummodo partem usurpantur. *Curt. l. 6. c. 2.* Intempestiva convivia, & perpotandi pervigilandi que infana dulcedo, ludique, & greges pellicum, omnia in externum lapsa sunt morem. *Et infra:* Cum intempestivis conviviis dies pariter noctesque confumeret. Adhuc solet etiam locus *Ciceronis pro Mur. c. 6.* ubi tamen optimæ quædam Editiones ex quamplurimis Mss. habent *tempestiva*, quod idem dicendum est de alio *Suetonii* loco in *Calig. c. 45.*

Tempestivus, a, um, adject. *ἄνεμος*, procellosus. *Sidon. l. 4. ep. 6.* Ad tempestuosos hostium incursum trepidare. Tempestus, a, um, adject. idem quod tempestivus. *Festus.* Tempicus, a, um, adject. *τιμικός*, a Tempe, ut Tempicus ager, *Theodor. Ptolemaic. l. 1.*

Templatum, adverb. per templa, ut vicatim, per vicos. *Tertull. in Apolog. c. 42.* Plus nostra misericordia insumit vicatum, quam vestra religio templatum.

Templum, i, n. *templa*, *היכל*. Ger. *kirch*, Gal. *eglise*, *templa*, Hisp. *iglesia*, *templo*, *ναός*, *ἱερόν*, locus qui ab omni parte aspicitur, vel ex quo omnis pars videri potest. *Fest.* Contemplari dictum est a templo, idest loco, qui ab omni parte aspicitur, vel ex quo omnis pars videri potest, quem antiqui templum nominabant. *Varr. etiam l. 6. de L. L.* a tuendo sic dicitur, idest ab aspiciendo, quia quæ tuemur, templum est. Templum tritarius dicitur, a natura in cælo, ab auspicio in terris, a similitudine sub terra. Igitur primum templum de cælo dicitur: cujus quatuor partes erant secundum Augures, qui spectabant converſi a Sept. in Aust. sinistra ab Oriente, dextera ab Occasu, antica ad Meridiem, postica ad Septentrionem. *Ennius:* Contremuit templum magni Jovis altionantis. *Ter. Eun. 3. 5. 42.* Qui templa cæli summa sonitu concutit. Præcipue vero templum accipi solet pro regione in terris, ut agros, qui certo carmine ab Augure lituo finitus, & notatus, consecratique esset, unde in omnes cæli partes liber erat aspectus. Sane Augures interdum ea, quorum altitudo impediret, quominus liber quoquoque aspectus foret, demoliri jubebant: ac C. Marius Honoris ædem eo summiorem fecit, ne, si forte publicis obesset auspiciis, Augures eam demoliri juberent. Atque hinc lucem capit illud *Cic. ro. 1. 2. de Leg.* Urbemque, agros, & templa libera, & effata habent. *Liv. l. 1. c. 7.* Palatinum Romulus Aventinum Remus ad inaugurandum templa capunt. Nec vero solum hæc vox de regionibus aptis, & sub dio usurpata est, sed etiam de locis septis, & tectis, cujusmodi erant loca, in quibus Senatus habebatur. Nam in loco per Augures consecrato Senatum haberi necesse erat, alioquin Senatusconsulta non erant iusta. Porro Senatus habebatur vel in templo simpliciter per Augures consecrato, ut in Curia Hostilia, vel Pompeja, vel Julia, vel in æde alicui Deo sacra, ut in æde Jovis, Apollinis, Martis, Bellonæ, Castoris, Concordiæ, Virtutis, Fidei, &c. *Cic. pro Dom.* Curia est sedes, ac templum publici consilii. Item templi vox de ædibus, quæ diis consecrata fuerunt, usurpatur. *Cic. 6. Verr.* Hercules templum est apud Agrigentinos non longe a foro, sane sanctum apud illos, & religiosum. Ponitur videri etiam pro sepulchro. *Virg. 4. Æn.* Præterea fuit in templis de marmore templum Conjugis antiqui. Transfertur quoque ad multas res, ut *Templum mentis*, pro interioris animi secretis: *Templum lingua*, idest pars, seu locus. *Lucr. l. 4. v. 625.* Lingue fundantia templa. *Id. l. 5. v. 104.* Mentis templa. In architectura templa vocantur tigna minoræ transversim collocata super cantherios, seu tigna majora, quæ tectum domus sustinent; super hujusmodi templa asferes deinde compinguntur, qui tegulas superpositas habent. *Vitr. l. 4. c. 2.* Supra cantherios templa, deinde insuper sub tegulas asferes. *Id. ib. c. 7.* Supra id fastigium columnen, cantherii, templa ita sunt collocanda &c. Festus etiam hujus notiois meminit, cum scripsit, templum dici etiam tignum, quod in ædificiis transversim ponitur.

Temporalis, le, o. 3. *temporalis*, *καιρός*, quod ad tempus durat. *Quintil. l. 6. c. 2.* Adjiciunt quidam peritorum, *καιρός* temporale esse: opponitur enim æterno. *Hermag. l. de injuria: 45. ff. de injur. et fam. libell.* Cæteri autem vel exilio temporalis, vel interdictione rei certæ coercentur. *Tacit. in Agric. c. 46.* Temporalibus laudibus decorare. Temporalia verba apud *Varr. l. 7. c. 8. de L. L.* sunt, quæ per tempora declinantur.

Temporalitas, atis, f. ratio temporis. *Tertul. de Pal. c. 1.* Et si quid præterea conditio, vel dignitas, vel temporalitas veltit. *Is moda.*

Temporaliter, adv. ad tempus. *Tertul. advers. Jud. c. 2.* Lex temporaliter observata.

Temporarius, a, um, *πρόκαιρος*, quod non est perpetuum, sed ad tempus durans. *Plin. l. 16. c. 33.* Temporaria vis imbrum. *Curt. l. 5. c. 5.* Ut sunt Græcorum temporaria ingenia. h. e. pro temporum varietate mutabilia. *Nepos in Attic. cap. 11.* Temporaria liberalitas. *Senec. ep. 9.* Temporariæ amicitia.

Temporatum, adverb. pro temporum ratione, per tempora. *Tertul. de pall. c. 1.* Terra temporatim vestiri amans. *Id. de anim. c. 28.* Per naturas nominatum, temporatimque digerere.

Temporis, adv. a tempo, a suo tempo, a buon'ora, *ἐν καιρῷ*, *καιρίως*, *κατὰ καιρόν*, tempestive, ad tempus, suo tempore. *Cato R. R. c. 2.* Roget, quid operis fiet factum, satisne temporis opera fient confecta. *Plaut. Rud. 4. 2.* Vigilare oportet hominem, qui vult sua temporis conficere officia. Dicitur & temporis eodem sensu. *Plaut. Cas. 4. 6. 60.* Malo, Chaline, tibi cavendum cenſeo. Ch. Tempori: postquam oppugnatum est os. *Idem Pers. 5. 1. 16.* Mihi istuc tempori fore est. Temporius, & temperris comparativum est, *più presto*, *più a tempo*. *Colum. l. 8. c. 4.* Ut propter cibem sibi temporis ad officinam redeant. *Quid. 4. Mer. v. 197.* modo furgis Eoo Temporius cælo, modo serius incidis undis. *Cic. 9. Fam. ep. 16.* Memini te mihi Phameæ cœnam narrare: temperris fiat; cætera eodem modo.

Temporo, as, a. 1. *Tertul. de resurr. carn. c. 61.* Accepisti dentes ad pulvis linguæ temporandos. Alii leg. *temperandos*. nam hoc idem significare videtur.

Temporis, m. 3. cacumen Tmoli M. in Lydia, tam insigni acris tempe-rie, ut incolæ supra 150. annos vivant, auctore Mutiano, ut refert *Plinius l. 7. c. 48.*

Tempor, vel t. mtor, oris, m. *sprezzatore*, qui temnit. *Senec. in Agamem. v. 595.* Solus tempor levium deorum. Alii leg. *contempor*.

Tempus, oris, n. tempo, *χρόνος*, intervallum, quo aliquid corpus movetur, vel aliqua res fit. *Cic. l. 1. de Invent. c. 26.* Tempus autem est id, quo nunc utimur (nam ipsum quidem generaliter definire difficile est) pars quædam æternitatis cum alicujus anni, mensuri, diurni, nocturnive spatii certa significatione. In hoc & quæ præterierunt, considerantur, & c. item quæ insunt in presentia, & quæ maxime fiunt, & quæ consequantur. *Et de Univ. c. 9.* Itaque æscitum, hos sidentur errores id ipsum esse, quod rite dicitur tempus, multitudine inſidera, varietate admirabili præditos. Ad constructionem quod attinet, sere in ablativo effertur sine præpositione, interdum etiam cum præposit. in, interdum in accusativo sine præposit. sæpe cum per; regit etiam infinitum, & gerundium, aliisque particulis jungitur, ut in subjectis exemplis vide-re est. *Cic. l. de Or. Ac tui quidem tempus illud, cum mihi, &c. Id. l. 2.* Tempus esset jam de ordine argumentorum, & de collocatione a-litudo dicere. *Id. 3. Fam. ep. 10.* De qua alienum tempus est mihi tecum expoſtulan- di. *Id. l. 3. Fam. ep. 4.* Nam cum te ipsum, ex quo tempore tu me diligere coepisti, quotidie pluris teci. *Id. l. 5. ep. 17.* Superioribus temporibus ad te nullas literas misi. *Id. l. Offic. c. 2.* Cum ita-tuissim hoc tempore ad te scribere. *Id. ibid. c. 37.* Neque enim omnes iſdem rebus, nec in omni tempore, nec similiter delectamur. *Id. pro Cluent. c. 5.* Quasi ego potuerim illud, quod tam populare esset, in illo tempore præterite, in quella occasione. *Id. 5. Fam. ep. 15.* Omne tempus una fuissim. *Id. in Brut. c. 83.* Duo fuerunt per idem tempus distimiles inter se. *Id. l. Catil. c. 4.* Quos ego ad me id temporis venturos esse prædixeram. Plurimi quoque sunt in hac voce loquendi modi: Dicimus enim, tempus ponere, consumere, insumere in aliqua re; consummare, impiegare itempo in qualche cosa, *Cic. sepe.* Tempus terere, coaterere, perderi itempo, *Id. Phil. 5. & pro Rosc. Com.* Tempus traduce-re, passer itempo, *Id. 4. Fam. ep. 6.* Tempus studii impendere, *Plin. l. 6. ep. 20.* Constituere tempus alicui rei, assignare, fissare, determinare itempo per far qualche cosa, *Cæſ. l. 3. B. C.* Tempus alicui dare, dar tempo, *Cic. pro Quint. &c.* Aliquando tempus accipitur pro parte anni, vel diei. *Cic. Fam. 7. ep. 1.* Matutina tempora lectiunculis consumere, *l'ore d'ila mattina. Ter. Heaut. 1. 2. 38.* Sed ut diei tempus est, vide sis, ne quo hinc abeat longius. *Liv. l. 22. c. 32.* Erat tunc autumnii tempus. *Hirt. de B. Alex. c. 43.* Hiberno tempore anni. Item pro cœli plaga. *Varr. l. 2. R. R. c. 2.* Quæ spectant magis ad orientem, quam ad meridiam tempus. Item pro opportunitate, occasione. *Nepos in Alcib. c. 8.* Tempus rei gerendæ non dimisit. *Valley. l. 2. c. 21.* Invidiari temporibus. *Cic. Fam. 11. ep. 16.* Observare tempus faciendi a-litudo. Item pro temporis conditione. *Cic. l. Catil. O tempora, o mores!* *Ter. Heaut. 4. 1. 54.* Nunc ita tempus est mihi, ut cupiam si-lium. h. e. rerum mearum status. Item pro periculo, calamitate. *Cic. pro L. Man. c. 1.* Omne meum tempus amicorum temporibus trans-mittendum putavi. *Id. Phil. 5. c. 14.* In illo tempore civitatis, quod post mortem Cæsaris consecutum est. Item pro necessitate. *Cic. pro Planc.* Non solum quid cuique debeam, sed etiam quid a me cuiusque tempus poscat. *Id. Fam. 4. ep. 9.* Primum temporis cedere, idest necessitati parere, semper sapientis est habitum; deinde &c. Item pro commo-do temporario. *Cic. pro Cluent. c. 50.* Et illa oratio potius temporis mei, quam iudicii, & auctoritatis tuit, idest ita dixi in oratio-ne illa, quia intererat eius rei, quam tum deindebam. *Id. ibid.* Omnes illæ orationes cauſarum, & temporum sunt, non hominum ipsorum, ac patronorum. Ad tempus, sumitur pro tempore constituto. *Cic. Att. l. 13.* Ut Puteolos excurrere possem, & ad tempus redire. Vel pro brevi temporis spatio. *Cic. l. Off.* Utrum perturbatione aliqua anni, quæ plerumque brevis est, & ad tempus. Vel pro com-mo-de, opportuno. *Cic. pro Cæl. Vos tempe, dum illi placere vultis, ad tempus est mendacium vestrum accommodavit.* Vel pro re nata, sive ut temporis ratio postulat. *Planc. Cic. l. 10. Fam.* Sin autem in itinere meo se opposuerit, ad tempus consilium capiam. Tempore, idem est, ac ad tempus, idest suo tempore, tempestive. *Plaut. Trin. 3. 3. 143.* Ut tempore, opportunoque atuliffis. *Cic. 4. Ver. Satis putabat fe ad comitia tempore venturum, si pridie venisset.* Ex tempore, est statim, illico, sine præmeditatione. *Cic. 3. de Or.* Quod si Antipater ille Sidonius solitus est versus hexametros, alioque variis modis, atque numeris fundere ex tempore. Interdum ex tempore sig-nificat pro re nata, sive ut tempus exigit. *Cic. 2. Off.* Expedit rem, & consilium ex tempore capere posse. In tempore, est opportuno, commo-de. *Brut. Cic. l. 11. Fam.* Satis in tempore ad eos accedemus, ubi, quid valeant, scierimus. *Ter. Andr. 3. 2. 52.* Atque adeo in ipso tempore eorum ipsum obviam. In tempus, est apte ad tempus, seu ad rem præsentem. *Cic. Attic. l. 2. ep. 19.* Eiusmodi sunt isti versus, ut in tempus ab imitico Pompeji scripti esse videantur. *fatis a postea pro-nare, & tocicare la coſi preſenti.* In omne tempus, per sempre, in per-petuo. *Cic. Fam. 5. ep. 15.* Gratus, & optatus, dicerem, jucundus, nisi id verbum in omne tempus perdidissem. Suo tempore, est apto tempore, a suo tempo, in tempo proprio. *Cic. 2. de clar. Orat. c. 1.* Horten-sius celsitæ vita suo magis, quam suorum civium tempore. *Plaut. Rud. prof. v. 4.* Signum, quod semper tempore exoritur suo. Pro tempore, & pro re capere. *Sallust. in Jug. c. 57.* Pro tempore, & loco paratis rebus. Per tempus, a tempo, opportunamente. *Plaut. Trucul. 1. 2. 84.* Per tempus subveniſtis. In temporibus illis, come portuozzo quei tempi, prout tunc erant tempora. *Cic. in Brut. c. 28.* Erat cum literis Latinis, tum etiam Græcis, ut temporibus illis, satis eruditus. Apud Grammaticos tempus in verbis dicitur inflexio verbi tempus ali-quod designans, ut amo præſens tempus signat, sui præteritum, dabo futurum, &c. *Varr. l. 7. de L. L.* In verborum genere, quæ tempora ad-significant, quod ea erant tria, præteritum, præſens, futurum, decli-natio facienda fuit triplex, ut saluto, salutabam, salutabo. In pe-dibus quoque oratoris, vel poetis tempus est quantitas syllabæ longæ, vel brevis, quæ pedem componit. *Cic. in Orat. c. 57.* Quod idem facit in trochæo, qui temporibus & intervallis est par jumbo.

Tempus, oris, & in plurali num. Tempora, rum, n. *tempia*, *tempie*, *αἰθρη*, pars faciei inter oculum, & auream. *Virg. 5. Æn.* Tempori-bus geminis canebat sparsa senectus. *Id. Æn. 9.* ita haita Tago per tem-pus utrumque. *Auct. ad Her. l. 4. circ. fin.* Et dubitanti Graccho, quid esset, neque tamen locum, in quo conſiterat, relinquenti percucit tem-pus. Scriptum est etiam *tempora* hæc notione ab antiquis, quod se vi-disse in quodam Urſini codice Virgiliano testatur *Hercules Cioſanus*.

Temulenter, adv. da ubbriſco, *μεθυσμένος*, ebric. *Col. l. 8. c. 8.* Jam nunc Gangeticas, & Ægyptias avē temulenter eructant.

Temulentia, æ, f. *ubbriahezza*, *μεθυσμα*, ebrietas, a temetum. *Plin. l. 14. c. 13.* Cato, ideo propinquos tæminis oculum dare, ut scirent, an temetum olerent. Hoc tum nomen vino erat, unde & temulentia ap-pellata. *Id. ibid. c. 2.* Siquidem temulentiam sola non facit.

Temulentus, a, um, *ubbrisco*, *μεθυστος*, vinolentus, ebriosus. *Ter. Eun. 4. 3.* Temulenta es. *Cic. pro Sext.* Qui non modo temulentum tuert

Impendentem temulentus, sed ne lucem quidem infelicitam possit. Id. post. red. in Sen. c. 6. Vini, somni, stupri plenus, gravibus oculis, fluentibus buccis, pressa voce, & temulenta. Sidon. lib. 3. ep. 13. Putidior, temulentior. Apulei. l. 5. Metam. Cæsaries ambrosia temulenta. mollis e stillante.

Ten', pro te ne? Plaut. Afin. 3. 3. 79. Ten' osculetur, verbero? cba egli ei basi bricoine? Id. ib. v. 107. Ten' complectatur, carnufex?

Tenacia, æ, f. i. perseverantia, aut duritia. Ennius apud Non. c. 1. n. 5. de equis: Cujus tenacia infrenari minis nequit.

Tenacitas, atis, f. tenacitas, ἰσχυρὸς, Ger. zähigkeit, Gal. tenacitas, chibebel, Hisp. tenacidad, γαλιχρότης, firmitas, & perseverantia aliquid retinendi. Cic. 2. de nat. Deor. c. 47. Cibusque partim oris hiatus, & dentibus ipsis capessunt, partim unguum tenacitate arripunt, partim aduncitate rostrorum. ¶ Sæpe ponitur pro parsimonia, avaritia, sordidus. Liv. l. 34. c. 7. Sed in purpura, quæ teritur, absumiturque, injustam quidem, sed aliquam tamen causam tenacitatis video.

Tenaciter, adv. tenacemente, ofsinatamente, ἀσπίς, cum tenacitate. Ovid. Heroid. ep. 3. An miseris tristis fortuna tenaciter urget? Apul. l. 5. Metam. Tenacissime diffimulare. ¶ Comparativum tenacius legitur apud Macrobi. l. 7. Satur. c. 3. & Solin. c. 52.

Tenaculum, i, n. retinaculum, vinculum, quo aliquid tenetur. Terentian. Maurus in prefat. v. 29.

Tenasmus. V. Tenefimus.

Tenax, acis, o. 3. tenace, Ger. zäh, Gal. chiche, qui sient, fort, Hisp. tenax, avariento, γαλιχρός, qui quiddid attingit, facile retinet, a teneo. Ovid. 11. Met. Uive tenax durado manat tellure bitumen. Liv. l. 39. Tenax equus, cavallu duro di bocca. ¶ Translate ponitur pro stabili, constanti, firmo. Hor. l. 3. od. 3. Justum, & tenacem propofiti virum. Virg. 4. Æn. Tam fidi, pravique tenax, quam nuntia veri. ¶ Memoria tenax, est conitans, firma, quidvis optime tenens. Quintil. l. 1. c. 1. Tenacissima memoria. ¶ Morbus tenax, est contumax, molestus, quique difficulter propulsatur. Juvon. in Claud. e. 2. Infans autem relictus a patre, ac per omne fere pueritiz, atque adolescentiæ tempus variis, ac tenacibus morbis conflictatus est. ¶ Metonymice ponitur pro avaro, parco, fordido. Nam tenacitas effectus est avaritiz. Ter. Adel. 5. 4. Ego ille agrestis, sævus, tristis, parcus, truculentus, tenax. Cic. pro Cal. Illum filium familias patre parco, ac tenaci habere tuis copis devinctum non potes.

Tendicula, æ, f. laccio, πικυβίον, laqueus, quem avibus, sive feris tendimus. Hinc translate Tendiculæ literarum sunt captiones ex literis, & syllabis, cum non rei æquitati, sed tummo juri iustitiam, ipsifque voculis adversariam irretire conamur. Cic. pro Cæc. c. 23. Tum aucupia verborum, & literarum tendiculis in invidiam vocant. ¶ Sunt etiam tendiculæ longæ perticæ, quibus fullones vestimenta distendunt. Sen. l. 1. Quæst. nar. c. 3. Idem videbis accidere, si quando volueris observare fullonem, cum os aqua implevit, & vestimenta tendiculis ducta leviter aspergit. Alii tamen leg. ridiculis a ridicula, æ.

Tendo, is, tetendi, tensum, & tentum, a. 3. distendere, effendere, טוהר, Gal. extendre, tendre, Hisp. estender, τένω, dilato, explico, extendo, ab antiquo tendo, quod est a teno, vel ab Æolico τένω, quod idem notat. Antiquos autem tenere usurpavisse, videmus apud Terent. Phorm. 2. 2. Quia non rete accipitri tennitur, neque milvio. Ita enim legendum esse constat ex Donato. Cic. de Univ. c. 6. Animum autem, ut in ejus medio collocavit, ita per totum tendit. Id. pro Font. cap. 17. Tendit ad vos virgo Vefalis manus supplices eadem, quas pro vobis Diis immortalibus tendere confuevit. Virg. 3. Æn. v. 268. Tendunt vela Noti. Ovid. 1. de Ar. Scit bene venator, cervis ubi retia tendat. ¶ Speciatim sumitur pro tentoria, sive tabernacula figere, & habitare. Extenduntur enim tentoria, dum ponuntur. Virg. 3. Æn. v. 29. Hic Dolopum manus, hic sævus tendebat Achilles. Curt. l. 7. c. 2. in fi. Hanc seorsim cohortem tendere ignominiz causa jubet. ¶ Metalpice, seu metonymice capitur pro offerre, porrigere, quia pretendendo manum id fieri solet. Virg. 2. Æn. Parvumque patri tendebat Julum. ¶ Item pro vergere, inclinatum esse. Plin. l. 11. cap. 37. Tendit gula ad stomachum, deinde in ventrem. ¶ Item pro iter instituere, proficisci, pergere. Nam ambulando iter, vel gressus, seu pedes extendimus. Virg. 3. Æn. v. 204. Per varios casus, per tot discrimina rerum Tendimus in Latium. Et infra: Gressumque ad moenia tendit. Cic. Att. l. 16. epist. 5. Itaque dubito, an Venusiam tendam, & ibi expectem. ¶ Item pro eonari. Nam qui conantur, brachia, pedes, & omnia membra extendunt. Virg. 2. Æn. Ille simul manibus tendit divellere nodos. ¶ Per translationem insidias tendere, est parare, fruere. Sumptum est a retibus, vel laqueis, qui avibus, & feris extenduntur. Cic. pro Rosc. Com. Ex perfidia, & malitia, per quam insidias tenduntur alicui. Sallust. in Catil. c. 27. Interea Romæ multa simul moliri, Consuli insidias tendere. ¶ Item tendere translate sumitur pro obijcere, proponere, exhibere, porro innanzi, offerre. Cic. pro Font. Se Pop. Rom. non metum belli, fed spem triumphi tendere. Id. 1. de Orat. Et prope cunctis civibus lucem ingenii, & consilii sui porrigentem, atque tendentem. ¶ Item pro spectare, respicere, aliquid tanquam scopum sibi præfigere. Cic. ad Brut. ep. 17. Atqui eo tendit, id agit, ad eum exitum properat vir optimus, ut sit illi Octavium propitius. Liv. lib. 4. Ipse, ut est animus humanus insatiabilis, eo quo fortuna spondet, paulatim ad altiora, & non concessa tendit. ¶ Item pro operam dare, sludere, incumbere in aliquam rem. Ovid. l. 4. Trist. eleg. 9. Frater ad eloquium viridi tendebat ab ævo. Cic. 2. de Divin. Ad reliqua acri tendebamus animo. ¶ Item pro resistere. Liv. l. 4. cap. 8. Tribuni magis necessariam, quam speciosi ministerii procuracionem intuentes, ne parvis quoque rebus incommoda adverterentur, haud fane tendere. Adde l. 10. c. 6. ad fin. ¶ Item pro contendere. Liv. ibid. c. 7. Tribunorum militum comitia ut habeantur, tendunt. ¶ Participia Tensus, & Tentus V. intra suis locis.

Tendro, oris, m. tensio, extensio. Apul. lib. 4. A. A. Faucium tendore delatigata.

Tenebellæ, arum, f. parvæ tenebræ. Claud. Mamert. l. 2. de flat. anim. c. 9. Eruentur ex abditis tenebellarum.

Tenebræ, arum, f. 1. tenebræ, obscuritas, חשך, Ger. finsternuff, Gal. tenebres, Hisp. tinieblas, σκοτος, privatio luminis, a teneo, ut a verso est vertebra, a falso salebra, quod homines in tenebris quasi teneantur, nec libere se commovere audeant, metuentes, ne vel impingant ulpiam, vel e locis sublimioribus decendant. Cic. 2. de nat. Deor. Nos autem tenebras cogitemus tantas, quantæ quondam eruptione Ætnæorum ignum finitimas regiones obscuravisse dicuntur. Id. 4. Acad. c. 19. Oltundere tenebras alicui rei. Et cap. 5. Obducere tenebras rebus clarissimis. Liv. l. 31. c. 23. Primis tenebris movit, fullo primo ore della notte. Cic. Phil. 2. Prima luce, non tenebris dicitur rediisse, non di nocte. ¶ Secundum fabulas sunt filiz Erebi, & Noctis. Cic. 3. de nat. Deor. Quod si ita est, Cœli quoque parentes Dii habendi sunt, Æther, & Dies, eorumque fratres, & foreores, qui & genealogis antiquis sic nominantur. Tem. U.

tur, Amor, Dolus, Metus, Labor, Invidentia, Fatum, Senectus, Mors, Tenebræ, Miseria, Querela, Gratia, Fraus, Pertinacia, Parcæ, Hesperides, Somnia, quos omnes Erebo, & Nocte natus ferunt. ¶ Translate hoc nomen sumitur pro cujuscuque rei obscuritate, pro miseris, ærumois. Cic. pro Archia poeta: Quæ jacerent in tenebris omnia, nisi literarum lux accederet. Id. post. red. in Sen. Ex superioris anni caligine, & tenebris lucem in Republ. Cal. Jan. despiciere cœpistis. Virg. Æn. 2. v. 92. Afflictus vitam in tenebris læstuque trahebam.

Tenebrarius, a, um, adjectiv. obscuro, ignoro, ut tenebrarius homo. Vopisc. in Firmo, c. 2.

Tenebratio, onis, f. ostenebrazione, ofuscamento, ut tenebratio visus. Cal. Aurel. Tard. l. c. 2.

Tenebrico, as, n. i. ostenebrarifi. Tertul. adverb. Jud. c. 13. Sol media die tenebricavit.

Tenebricositas, atis, f. caligo, tenebræ. Cal. Aurel. Tard. l. c. 4. Tenebricositate vexari.

Tenebricosus, a, um, tenebroso, obscuro, ἄσκη, Ger. finstereich, Gal. tenebreux, Hisp. lleno de tinieblas, σκοτώδης, obtusus tenebris, ofusus tenebris, obscurus. Cic. 4. Acad. Esse sentus quidem nec obscuro dicit, nec tenebricosos. Id. in Pisan. c. 8. Tu ex tenebricosa popina Consul extractus, cum illa saltatrice conla. Id. in Varin. c. 5. Illud tenebricosissimum tempus ætatis tuæ patiar latere.

Tenebricus, a, um, idem ac tenebricosus, apud Poetas. Cic. 2. Tuscul. e. 9. ex Poeta: Hæc a tartarea tenebrica abstractum plaga Tricipitem exurit Hydra generatum canem. Tertul. de Pal. c. 4. Tenebrica vestis. h. e. atra.

Tenebriones, m. 3. qui tenebras sectantur, seu in tenebris delitescunt, qui etiam lucifugæ dicuntur, vel qui mendacis, & fraudibus suis tenebras ob oculum hominum obijciunt. Var. apud Non. c. 1. n. 67. Si accusator, & reus erunt tenebriones, uterque utrunque vituperato.

Tenebro, as, a. r. ostenebrare, tenebras induco. Apul. l. 8. Metam. Jam vespera semitam tenebrante. Laßant. l. 4. c. 19. Tenebrabitur dies lucis.

Tenebrorûs, a, um, tenebroso, obscuro, ἄσκη, Germ. voll finstere, Gall. tenebreux, Hisp. obscuro, σκοτώδης, quod tenebris plenum est. Var. l. 3. de R. R. c. 9. de gallinis: Eas includunt in locum tepidum, & angustum, & tenebrosium. Virg. 6. Æn. v. 107. Quando hic inferni janua Regis dicitur, & tenebrosa palus Acheroente refuso. Ovid. 5. Met. Hanc metuens cladem, tenebrosa sede Tyrannus Exierat. Tertul. de anim. c. 1. Tenebrorior carcer. Cod. Justin. l. 6. tit. 43. leg. 3. Tenebroriffimus error.

Tenedius, a, um, tendidid, quod ad Tenedum inf. spectat. Tenedius vir, prov. de judice severo, teste Eustathio. Tenedia securis, prover. pro expedita, & severa justitia. Hæc proverbial inde nata sunt, quod Tenedi causas citissime terminabant. Duas enim, auctore Suida, securis suspensas in judicio tenebant, quarum altera juxta judicem parata erat: Nam Tenes Rex legem tulerat, ut a tergo judicis astaret aliquis securim manu tenens, paratus percutere eum, vel qui falsum jurasset. Cic. ad Q. Fr. l. 2. ep. 9. Tenediorum igitur libertas securi Tenedia præcisa est, cum eos, præter me, & Bibulum, & Calidum, & Favonium, nemo defenderet. ¶ Tenedius fidicem, prov. pro calumniatore, & falso teste. Tractum ab eo, quod Philonome tibicenem suum dicitur subornasse, qui apud Cygnum testatur, ipsam a Tene de stupro fuisse interpellatam. V. Brasim. Chislad. ¶ Tenedii, Tenedi incolæ. Cic. 3. Ver. c. 19.

Tenedos, seu Tenedus, f. 2. olim Leucophrys, item Calydna, nonnullis etiam Phenice, & Lyrnessos, Tenedo, Τηρέος, inf. parva, sed amœna Æthiæ in mari Ægæo, sive Helleponto, contra Sigeum prom. Troadis. In hanc ex Troade navigavit cum novis colonis Tenes Cyni filius, conditaque urbe de nomine suo, Tenedon em vocavit, a qua & insula denominata est. Sacra fuit Apollini, qui ibi præcipue colebatur. Ante bellum Trojanum florentissima fuit in qua Græci supremas illas, quibus Troja periit, insidias fruentes, se se occultarunt. Et adjacent ad Austr. Calydnæ, insulæ duæ. Cic. 3. Ver. c. 19. Tenedo Tenem ipsum, qui apud Tenedios sanctissimus Deus habetur, qui illam urbem dicitur condidisse, cujus ex nomine Tenedus nominatur, hunc ipsum, inquam, Tenem pulcherrime factum, quem quondam in Comitibus vidistis, abstulit magno cum gemitu civitatis. Adde Virg. 2. Æn. v. 22.

Tenellulus, a, um, diminut. a tenellus. Catul. ep. 17. Ut puella tenellulo delicatior hædo.

Tenellus, a, um, tenello, λαον ἀπαλός, ἀπαλότης, dimin. a tener. Plaut. Cuf. a. 1. v. 20. Bellam, & tenellam Calinam. Var. l. 3. de R. R. cap. 41. Aqua recenti inuito inimica, tenellum enim cito facit putre.

Tendo, es, nui, ntum, a. 2. tenere, ἔχω, ἐκτελαβένω, apprehendo, possideo, occupo. Virg. 1. Æn. Aut portum tenet, aut pleno subit ostia vido. h. e. portum occupat. Cic. 1. Tuscul. Et cum pene in manu jam mortiferum illud teneret poculum. h. e. haberet. Id. 2. Off. Propterea quod jam longo spatio multa hæreditatibus, multa emptioibus, multa dotibus tenebantur. h. e. possidebantur. Id. pro Leg. Man. Quam provinciam tenuissis a prædonibus liberam pro hocce annos? ¶ Sæpe notat habitare. Virg. 4. Georg. Quæ gurgitis hujus Ima tenes. Liv. l. 1. c. 5. Qui ex eo genere Arcadium multis ante tempestatibus ea tenuerat loca. ¶ Item detinere. Cic. Att. l. 11. Nunc quidem, nisi quid te tenuit, suspicor te esse in suburbano. Id. l. 11. Fam. Non tenebo te pluribus, non si trasserid pià a lungo. Id. l. 16. ep. 2. Septimum jam diem Corycæ tenebamur. ¶ Item includere, continere. Virg. 2. Georg. Texendæ sepes etiam, & pecus omne tenendum. ¶ Item fervare, tueri, defendere. Virg. 8. Æn. Stabat pro templo, & Capitolia celsa tenebat. Cef. l. 4. B. G. Sabinus interior omnibus rebus, loco fe, & castris tenebat. h. e. salutem suam castrorum vallo tuebatur. Cic. 2. de nat. Deor. Cum tribus rebus animantium vita teneatur, cibo, potione, spiritu. Id. 1. Phil. Si consuetudinem meam, quam semper in Repub. habui, teneuro. Id. pro Cæc. Ut per interdictum meum jus teneam, atque injuriam tuam persequar. ¶ Item dirigere. Virg. 1. Æn. Sed vos qui tandem? quibus aut venistis ab oris? Quo ve tenetis iter? Cic. 3. de nat. Deor. Isque cum secundissimo vento cursum teneret. ¶ Item tegere. Virg. 1. Georg. Et obducto late tenet omnia limo. ¶ Translate sumitur pro intelligere, Terent. Heaut. 4. 3. Tenes, quid dicam? Id. Andr. 3. 2. Teneo, quid erret. Cic. in Orat. Quam eti non cernimus, tamen animo tenere posuimus. ¶ Item pro scire. Cic. 1. de Divin. c. 15. Quæ a Romanis auguribus ignorantur, a Cilicibus tenentur. ¶ Item pro meminisse, reminisci. Virg. 9. Æl. Numeros memini, si verba teneum. Martial. l. 4. epigr. 37. Et teneo melius, ista quam meum nomen. ¶ Item pro coercere, cohibere, habere aliquem suis consiliis obtemperantem. Cic. 7. Ver. Paulo ante, Judices, lacrymas in morte misera navarchorum non tenebamus. Id. d. e. ar. Or. Somnum illo loco vix tenebamus. Id. 4. Acad. Nec se tenuit, quin contra seum.

e. 9.) f. urbs Ægypti in insula cognomine, ubi crocodilorum copia. Tentyrite, m. 2. *τεντυριται*, pop. inf. Tentyridis in Ægypto. Accipitrem pro Deo colebant, serpentes olfactu fugabant, tanto terrori erant crocodilis, ut vel vocem eorum expavescerent, neque audita protinus diffugerent, *Plin. l. 8. c. 25.*

Tenuabilis, le, adiect. *estenuante, scitiglanze. Cal. Aurel. Acut. 3. 4.* Unctioes tenuabiles, & apertibiles.

Tenuatim, adverb. *fortissime. Apic. l. 2. c. 4.* Intestinum perquam tenuatim productum.

Tenuatus, a, um, *estenuato, λεπτομας*, partic. a tenuor. *Hor. l. 2. sat. 2.* Seu recreare voles tenuatum corpus, &c. *Ovid. 3. Met. Tenuata vox.*

Tenuescens, tis, qui tenuatur. *Conform. in fragment. quod ei tribuitur, c. 3.* Crescente luna pubescunt, tenuescunt tenuantur.

Tenuarius, ii, m. qui vestes tenues conficit. Legitur in duabus Inscriptionibus apud Gruter. pag. 650. n. 8. & 1067. n. 8. & apud Voss. l. 2. de vit. ferm. c. 52.

Tenuiculus, a, um, *affai tenue, περιβλεπ*, dim. 2. tenuis. *Cic. l. 9. Fam. epist. 19.* Tenuiculo apparatus significat Baibum fuisse contentum.

Tenuis, & nue, o. 3. *fortille, tenue, πη, ηγ*, Germ. *dunn*, Gal. *mince, delie*, Hisp. *delgado, sutil, λεπτος*, subtilis, exilis, gracilis, cujus antitheton esse *crassus*. Est a *τενω*, quod est tendere. Ut proprie sit idem, quod *τεταρος, extentus, exortectus*. Nam quæ extenduntur, ea attenuantur, ut liquet in pannis, laminis, atque aliis. *Virg. 4. Æn.* Et tenui telas discreverat auro. *Cic. de Par. Athenis tenue cœlum*, ex quo etiam acutiores putantur Attici; *crassum Thebis*, itaque pingues Thebani, ac valentes, *arsa fortile. Id. 2. de nat. Deor.* Tenuissimæ membranæ. ¶ Sumitur etiam pro parvo, exiguo. *Cic. 4. Verr. Bidis oppidum est, tenuiter non longe a Syraculis.* ¶ Sæpe translate sumitur. *Cic. pro Cœc.* Qui metu, ac tenui sæpe suspitione periculi tugerunt. ¶ Aliquando usurpat pro parco. *Horat. in Arr.* In verbis etiam tenuis, cautifido ferendus. *Cic. 5. Tusc. Nezat*, ullam in sapiente vim esse fortunæ, teneum victum antefert copioso. ¶ Item pro humili, ut *Stylus tenuis. Cic. in Orat.* Et contra tenues, acuti, omnia docentes, & dilucidiora, non ampliora, facientes. ¶ Item pro paupere. *Cic. in Partis.* Si obscuro testes erunt, aut tenues, dicendum erit, non esse ex tortuna fidem ponderandam. *Id. 3. de Leg.* Quo tenuiores cum principibus æquari se putant. ¶ Item pro imbecillo. *Cæf. l. 5. B. G. c. 40.* Ipse Cicero cum tenuissima valetudine esset. ¶ Item pro acri, ingenio. *Cic. 4. Acad. c. 14.* Tenuis, & acuta distinctio. ¶ Poetæ metri causa syllabam in hac voce consonantem faciunt, & se producant. *Virg. 2. Georg. Tenuis ubi argilla, & dumofis calculus arvis. Id. ibid. l. 1.* Tenuia nec lanæ per cœlum vellera ferri.

Tenuitas, atis, *tenuis, scitiglanze, λεπτοτης*, gracilitas, subtilitas. *Cic. 1. Tusc.* Casurus ne in conspectum videatur animus, an tanta sit eius tenuitas, ut fugiat aciem. *Plin. l. 8. c. 33. de chameleonte:* Cauda przlonga in tenuitatem desinens. ¶ Translate dicitur de oratione. *Cic. 3. Fin. c. 12.* Propter limatam quandam & rerum, & verborum tenuitatem. ¶ Item per translationem ponitur pro paupertate, rei familiaris angustia. *Cic. 2. Off. Propter æriarii tenuitatem. Id. l. 16. Fam. ep. 21.* Ut postum, ex ineis angustis illius sustento tenuitatem.

Tenuiter, adv. *fortissime, λεπτως*, graciliter, subtiliter. *Cæf. l. 3. bel. Gall. c. 13.* Pelles pro velis, alutæque tenuiter confectæ. ¶ Sæpe translate sumitur. *Cic. 4. Verr. Jamdudum enim mihi nimium tenuiter Siculorum erga te voluntatis argumenta colligere videor. Id. 2. de Inv. c. 16.* Sed ille tenuis, & acutus, & subtilis tractantur, hi autem gravis, & ornati. *Id. 6. Verr. cap. 16.* Jusfit Timarchidem æstimare argentum, quo modo? quo qui unquam tenuissime in donatione histrionum æstimavit.

Tenuo, as, a. 1. *scitiglanze, estenuare, ηηη*, Germ. *dun machen*, Gall. *amenuifer*, Hisp. *amenguar, λεπτορω*, tenuem, subtilem, macrum, debilem facio. *Virg. 3. Georg. Ipsa autem macie tenuant armenta volentes. Ovid. 2. de Pont. ep. 7.* Vomere tenuatur ab usu, h. e. minuitur, teritur. *Quint. l. 2. c. 10.* Ita sibi quoque tenuandos adipos. ¶ Translate *Horat. l. 3. od. 3.* Magna modis tenuare parvis. h. e. elevare, minorare facere.

Tenus, oris, n. *laccio*, laqueus qui tenditur ad aves captandas. *Plaut. Bæch. 6. 12.* apud Non. c. 1. n. 17. Ab tranfenna hic turdus lumbricum petit: pendebit hodie pulcre. ita intendi tenus. ¶ *Seruius in 6. Æn. v. 62.* Tenus dici ait extremam arcus partem, ubi nervus colligatur.

Tenus, sino, ηγ, Ger. *biffan*, Gal. *iusques*, Hisp. *basta, μαχη*, usque ad præpositio ex iis, quæ ablativo, vel genitivo serviunt, & in oratione semper postponitur. Usurpatur autem vel absolute. *Hor. l. 1. ep. 1.* Est quadam prodire tenus, si non datur ultra. *sino a qualche segno. V. Quadantenus.* ¶ Vel cum ablativo, si cum nomine numeri singularis jungatur. *Cic. pro Deor. c. 13.* Antiochus a Scipione devictus Taurus tenus regnare jussus est. *Id. de Off.* Sunt quidam homines non re, sed nomine tenus. *solo di nome. Id. 3. de Leg. c. 6.* Nam veteres verbo tenus acute illi quidem, sed non ad hunc usum popularem atque civilem de republica differrebant. h. e. disputandi tantum gratia. *in Speculatione.* ¶ Reperitur etiam cum accusativo. *Flacc. l. 1. v. 448.* Et Tannam tenus immenso descendit ab Euro. ¶ Vel cum genitivo cum nominibus numeri pluralis. *Virg. 3. Georg. 53.* Et crurum tenus a mento palearia pendet. *Cic. in Fam. 8. ep. 1.* Illi rumores de Comitibus Cumam tenus caluerunt. ¶ Cum nominibus numeri pluralis etiam cum ablativo reperitur. *Cæf. l. 1. c. 3.* Demittere se in quibus tenus in aquam calidam.

Teos, f. 2. Teios, *Sufor*, urbs, & portus Joniæ, in ora lit. inter Erythras ad Bor. & Colophonem ad Austr. patria Anacreontis, & Erinææ poetrix. *V. Teium.* ¶ Item inf. Joniæ. ¶ Item urbs Scythiæ, ad paludem piscibus refertam, cui sereno tempore oleum innatat tanta copia, ut in vafa colligi possit, & necessariis usibus adhiberi. *Jsep.*

Tepefacto, is, eci, actum, a. 3. *far tepido, riscaldare alquanto*, Germ. *lavy machen*, Gall. *sieder, faire tiède*, Hisp. *entibiar, ड्यग्माइन*, tepidum reddo. *Cic. 2. de Nat. Deor. c. 15. de Sole.* Is ejus tactus est, non ut tepefacit solum, sed etiam sæpe comburat. *Hor. l. 2. sat. 3.* In matris jugulo lerrum tepefacit acutum.

Tepefactus, a, um, *farso tepida*, partic. a tepesio. *Virg. 9. Æn.* Atro tepefacta crure Terra. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 10.* Frigoribus adfectis duret humor, & idem vicissim mollitur tepefactus, & tabescit calore.

Tepesio, is, factus sum, n. pass. anom. *farfi tepido, χλιαρισμος*, tepidus fio. *Plin. l. 11. c. 6.* Mature tepesunt.

Tepens, entis, o. 3. *tepido, χλιαρισμος*, partic. a tepesio. *Virg. 3. Georg. Zephyrtique tepentibus aëris Laxant arva linus.*

Tepes, es, pui, sine sup. affert tepido, Germ. *lavyfeyn*, Gal. *evre tiède*, Hisp. *ver tibio, ensibarfe*, *χλιαρισμα*, *χλιαρη ειμα*, *αδειζω*, tepidus sum. *Caso de teust. c. 69.* Ubi temperata tepit, tum cuminum indito. *Plin. l. 29. c. 4.* Carnibus gallinaceorum, ita ut repeant avulsæ, appositis, venena serpentium domantur. ¶ Translate tepere aliquo, est amoris ignem concipere erga aliquem, *ianamorarsi. Horat. l. 1. od. 4.*

Nec tenerum Lycidam mirabere, quo calet juvenus, & mox virgines tepent. ¶ Interdum significat, in amore remissum esse. *Ovid. 2. Amor. eleg. 2. ad Jun.* Seu tepet, indicium securas prodis ad aures; Sive amat, officio fit miser ille tuo.

Tepesico, as, n. 3. *farfi tepido*, Ger. *lavy wuerden*, Gall. *devenir tiède*, Hisp. *ensibarfe, χλιαρισμα*, tepidus fio. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 10.* Atque etiam maria agitata ventis ita tepescunt, ut intelligi facile possit, in tantis illis humoribus esse inclusum calorem. *Virg. 9. Æn.* Et fixo sermone in pulmone tepescit. ¶ Ponitur etiam pro calore remittere, deterere, *intepidisti.* Translate *Lucan. l. 4. v. 283.* Paulatim cadit ira ferox, menteque tepescunt.

Tephria, æ, f. marmoris genus coloris cinerei, a *τηφρα, cinis. Plin. l. 36. c. 7.* Contra serpentes autem a quibusdam laudatur præcipue ex his, quem tephriam appellant, a colore cineris.

Tephritis, f. *τηφρις*, gemma, quæ novæ Lunæ speciem habet, in cornua curvatæ, cinerei tamen coloris, unde & nomen habet, nempe a *τηφρα, cinis. Plin. l. 37. c. 10.* Tephritis novæ Lunæ speciem habet curvatæ in cornua, quamvis cinerei coloris.

Tepidarium, ii, n. *χλιαρη λυτρον*, locus in balneis, in quo tepida aqua lavabantur, quemadmodum *caldarium*, in quo calida lavabantur, & *frigidarium*, in quo frigida. *Viruv. l. 5. c. 10.* Ipsa caldaria, tepidariaque lumen habeant ab occidente hyberno. ¶ Ponitur etiam pro vase, in quo aqua tepida continetur. *Id. ibid.* Supra hypocaustum athena tria sunt componenda, unum caldarium, alterum tepidarium, tertium frigidarium; & ita collocanda, uti ex tepidario in caldarium, quantum, aquæ caldæ exierit, inhuat; de frigidario in tepidarium ad eundem modum.

Tepide, adverb. *χλιαρης, tepidissime. Plin. l. 5. ep. 6.* Si natate latius, aut tepidus velis, in area piscina est. ¶ Translate *Augustin. l. 8. Confess. c. 11.* Jam tepidissime hoc dicebat.

Tepido, as, a, 1. *far tepido*, Ger. *lavy*, Gal. *tiède*, Hisp. *tibio, χλιαρω*, tepidum facio. *Plin. l. 17. c. 26.* In eodem agro bruma, tanto magis si nives jaceant, gelentve, ne frigus vites adurat, circumtundunt riguis, quod ibi tepidare vocant, memorabili natura in amne folo.

Tepidus, a, um, *tepido, χλιαρος*, quod est medium inter calidum, & frigidum, seu quod calido, & frigidum temperatum est. *Plin. l. 12. c. 25.* Præterea sinceri densantur in tepida aqua. *Ovid. l. 2. de Arte. v. 445.* Tepidamque recalface mentem. ¶ *Tepidum* adverbialiter positum. *Ovid. 4. de Pont. epist. 10. v. 43.* At Notus, adverso tepidum qui spirat ab axe. Alii leg. *tepidus.*

Tepor, oris, m. *tepedezza*, Ger. *lavybickis*, Gal. *tièdur*, Hisp. *sibioca χλιαριστος, δεια*, media qualitas inter calorem, & rigus, *Cic. 2. de nat. Deor. c. 10.* Nec enim ille eternus, & adventitius habendus est tepor. *Id. de Sen. c. 15.* Vestitaque pampinus nec nudico tepore caret, & nimios Solis defendit ardores.

Teporatus, a, um, *farso tepido, χλιαριστος*, tepidus factus. *Plin. l. 36. c. 26.* Fragmenta teporata agglutinantur tantum.

Teporus, a, um, adiect. idem quod tepidus. *Sidon. l. 9. epist. 15.* Teporus flatus. *Auson. Idyll. 23.* Teporum veris æquinoctium.

Tepulus, a, um, adiect. tepor, tepidus, ut tepulæ aquæ, *Frontin. de aquaeduct. arvic. 8.*

Ter, adv. *tre volte*, *תריסר ואלו*, Ger. *drey mahl*, Gal. *trois fois*, Hisp. *tres veces*, *tris* tribus vicibus, a *tris*, per Metathesin, vel a *tres. Cic. pro R. Am. c. 46.* Unde vix ter in anno audire nuntium possunt. *Horat. l. 1. od. 31.* Ter, quater anno. ¶ Aliquando non tam numerum significat, quam augmentum, ut Ter maximus, ter beatus. *Virg. 1. Æn. v. 94.* O terque, quaterque beati. *Horat. l. 2. od. 14.* Ter amplus Geryon. *Ovid. 8. Metam. Ter felix.*

Terapnæ, v. Therapnæ.

Tercenteni, æ, a, *trecento, τριακοντοι*, trecenti. *Martial. l. 2. epigr. 1.* Tercentena quidem poteras epigrammata terre.

Tercenti, æ, a, *trecento, τριακοντοι*, idem ac trecenti. *Martial. l. 4. ep. 37.* *Plaut. Perf. 3. 3. 6. Cic. 3. Phil. c. 4.* quibus tamen locis al. leg. *trecenti.*

Tercentum, *trecento*, idem ac trecenti, sed incl. *Virg. l. Geor. Tercentum nivei tondent dumeta juvenci. Id. 8. Æn.* Maxima tercentum totam delubra per urbem Lætitiæ, ludisq; viæ, plauferunt fremebant.

Terdecies, adverb. *tredecim volte*, ter & decies. *Viruv. l. 9. c. 4.* Quem circulum luna terdecies in duodecim mensibus percurrit. *Cic. Verr. 5. c. 80.* Sestertium terdecies. Al. leg. *tredecies. Ausonius epist. 7. v. 31.* Binas terdecies, semel quaternas. h. e. triginta. ¶ Scribitur & *ter decies* separatis vocibus.

Terdeni, æ, a, *treinta, τριακοντα*, triginta. *Virg. 8. Æn. v. 47.* Ex quo terdenis urbem redeuntibus annis Afcianus clari condet cognominis Alban.

Terebinthina, a, um, quod est ex terebintho, ut Refina terebinthina, *stremantina. Plin. l. 24. c. 6.* In arborum differentia placet terebinthina, odoratissima, atque levissima. *Adde Cæf. l. 5. c. 26.*

Terebinthifera, æ, nomen gemmæ sic dictæ, quod terebinthiæ resinæ colorem refert. *Plin. l. 37. c. 8.*

Terebinthus, i, f. *τερεβινθος, terebinto*, arbor materia lenta, & nigra, radice valida, in profundum acta, lauri pene folio, olæ flore, sed puniceo, baccis primum herbacis, mox rubris, & cum maturaverint, nigricantibus, magnitudine fabæ, resinosis, & sulphureis. Circa Idam, Macedoniamque est brevis, fruticosa, & contorta, in Syria vero magna, & copiosa. Duo terebinthi sunt genera, sexu distincta, ex quibus mas sterilis est, teste Theophrasto. *Virg. 10. Æn. v. 156.* Inclusum buxo, aut Oricia terebintho. *Plin. in l. 13. c. 6.* Syria & terebinthum habet. Ex his mascula est sine fructu. Fœminarum duo genera, alteri fructus rubet lentis magnitudine, alteri pallidus, &c.

Terebra, æ, f. *trivella*, Ger. *borer*, Gal. *trivore*, Hisp. *barrena, τέρετρον, τριπρωρον*, instrumentum, quo ligna perforantur, a *trivendo. Col. l. 4. c. 29.* Nam antiqua terebra, quam solam veteres agricolæ novebant, scobem faciebant, perurebatur eam partem, quam perforaverat.

Terebramen, inis, n. foramen terebra factum. *Pulgent. l. 2. Mytol. Furfucca tinearum terebramina.*

Terebratio, onis, f. *τριπρωρον*, actus terebrandi. *Col. l. 4. c. 29.* In illa autem, quæ fit per terebrationem, &c. ¶ Item foramen ipsum terebra factum. *Viruv. l. 9. c. 9.* Translate ex terebratione in terebrationem.

Terebratus, us, m. idem ac terebratio. *Scrivon. Lyrurg. compoist. 206.* De industria a Medicis cum terebratu exciditur, quod læthi eam os.

Terebratus, a, um, *forato. Ovid. 6. Fast. v. 697.* Prima, terebrato per rara foramina buxo, Ut daret, effeci, tibia longa sonos.

Terebro, as, a. 1. *trivellare, forare, ηηη*, Ger. *boren*, Gal. *percer*, Hisp. *barrenar, τριπρωρον*, terebra perforo. *Virg. 2. Æn. v. 38.* Aut terebrare, cavas uteri & tentare latebras. *Col. l. 5. c. 9.* Eas terebrare Gallica terebra convenit. ¶ Translate, terebrare aliquem, apud *Plaut. Bæch. 5. 2. 82.* est blandis dictis alicujus animum pervincere, & exorare.

Teredo, inis, f. *τερεδω* vermis, qui in ligno nascitur, illudque rodit, a *tero*. Quidam etiam deducunt a sono, quem edit in rodendo. Proprie de iis vermibus dicitur, qui in mari ligna terebrant. *Plin. l. 16. c. 41.*

Teredines tantum in mari sentiuntur: nec aliam putant teredinem proprie dici. Terrestres, tinea vocant: culicibus vero similes thripas. ¶ Interdum tamen generatim de terrestribus quoque usurpatur. *Virg. l. 5. c. 12.* imo *Plinius* ipse vestium vermes sic appellat *l. 8. c. 48.* ubi de prætexit *Servii Tullii* inquit: Mirumque fuit, nec defluxisse eas, nec teredinum injurias sensisse annis quingentis sexaginta.

Terentis, is, f. Dca frugibus terendis prædens. *Arnob. l. 4.*

Terentia, æ, f. M. T. Ciceronis uxor, quam a Cicerone post reditum ab exilio repudiatam *Sallustius* uxorem duxit, ut inimici sui arcana certius posset discere ex ea, quæ omnium ejus consiliorum particeps fuerat, & sociæ. Centum, decem, & septem annos vixisse dicitur. *Plin. l. 7. c. 48.*

Terentiānus, a, um, *τερεντιανός*, quod ad Terentium spectat. *Quintil. l. 6. c. 3.* Nec minus niger, inquit, nec minus confidens, quam ille Terentianus est *Phormio*. h. e. ab Terentio inductus in *Comædia*, quæ *Phormio* inscribitur. *Cic. de Amic. c. 24.* Terentiano verbis libenter utimur.

Terentiānus Maurus, Grammaticus, natione Afer, scripsit poema vario carminum genere, de literis, syllabis, pedibus, metris, multiplici carminum genere. Hunc *Suavius* grammaticorum appellat *Muretus*. Est Scriptor ætatis incertæ, sed tamen paulo post *Martialis* tempora floruisse videtur.

Terentianus, a, um, quod ad Terentium spectat, ut *Ludi Terentini*, qui alio nomine secularis vocantur, qui centesimo quoque anno tribus diebus continuis, tribusque noctibus celebrabantur, tamen postea ambitione Principum minore interjecto spatio aliquoties fuerint celebrati. *Auson. in Ternario*: Trina Terentio celebrata trinoclia ludo. *V. Secularis*. ¶ Terentina Tribus, una ex Tribubus Populi R. Erat in Sabinis. Denominata est a Terento, loco in Campo Martio. Facta est anno U. C. 452. M. Fulvio Patre, T. Manlio Torquato Coss. a P. Sempronio Sopho, & P. Sulpitio Saverione Censoribus, quo anno etiam Anienis addita est. *Liv. l. 10. c. 9. in fin. & Cic. pro Planc.*

Terentius, ii, m. 2. *τερεντιος*, Poeta Comicus, natione Ater, patria Carthaginensis, Libertus tuit *Romæ* Terentii *Lucani*: a quo ob liberale ingenium optimis literis eruditus, in hominum nobilissimum amicitiam pervenit, præcipue *Scipionis*, & *Lælii*: quorum etiam opera adjucium creditur in scribendo, ob sermone elegantiam, ut testatur *Cicero ad Att. l. 7. ep. 3.* Scripsit tabulas sex, quæ omnium manibus tenentur. Postnac vitendarum Athenarum cupiditate ductus, ex quo navim conscendit, nusquam deinde conspectus est. Quo fit, ut naufragio ædudat perierit. Latius exequitur hujus vitam *Donatus in Prolegomenis Andria. Hor. l. 1. ep. 1.* Vincere Cæcilius gravitate, Terentius arte.

Terentius Scaurus, Grammaticus, quem *Gellius l. 11. c. 15.* dicit floruisse *Adriani* temporibus, librum de Cæcili Vindicii Grammatici erroribus scripsit.

Terentus, m. 2. locus apud Romanos in extremo Campo Martio, haud procul a Capitolio, ubi templum *Plutonis*, & *Conii*, araque sub terra *Dius inferis* dicata, quæ ludis tantum secula ibus effossa terra ostendebatur, usque peractis rursus clauderetur. In hoc loco, ut ait *Stephanus in Thez. L. L.* omnium, qui nascerentur, aut morerentur, nomina scribi solebant, quoties civitas lustrabatur. *Festus in scribis de eorum*: Terentum in Campo Martio locum *Verrius* ita per d. dicendum fuisse, quod terendus fit per ludos seculares *Ditis Patris*, & ita leviter teratur ab equis quadrigaribus, ut eorum levis agilitas equiparet motus rapidus velocis *Luce*: quod quam aniliter relatum sit, cuius manifestum est. *Paulus vero* fit: Terentum, locus in Campo Martio dicitur, quod eo loco ara *Ditis Patris* in terra occultaretur. *Marcell. l. 4. ep. 1.* Hic colat ingenti reduntia secula lustris, Et que *Romuleus* sacra Terentus habet. *Id. l. 10. ep. 63.* Bis mea Romano spectata est vita Terentio. h. e. binos spectavi ludos seculares.

Teret, ætis, o. 3. *lungo, e rotando, τριτον, Ger. lant, und rund*, Gall. *ronde, en long*, *Hisp. vallizo, εγγυλας, κληροδοτι*, quod in oblongo est rotundum; *Fest.* Teres in longitudine rotundatus, quales aseres natura ministrat. *Virg. 8. Ecl.* Incumbens tereti *Damon* sic quæsit olive. *Liv. l. 25. c. 8.* Telum hastili tereti. ¶ Cum de corpore usurpatur, notat membrorum bonam habitudinem, decentemque pinguedinem, quæ tam in ad obestatem non accedit. *Horat. Epod. 11.* Teres puer. *Id. l. 2. od. 4.* Teretes suræ. *Lucret. l. 1. v. 36.* Teres cervix. ¶ Translate sumitur pro bono, æquali, & constanti. *Hor. l. 2. sat. 7. v. 68.* Fortis, & in se ipso totus teres, atque rotundus. ¶ Teres oratio dicitur, quæ æqualis, & veluti rotunda est. *Cic. 3. de Or. c. 52.* Sed si habitum etiam orationis, & quasi colorem aliquem requirit, est plena quædam, & tamen teres. ¶ Hoc tere sensu *Gellius* usurpat comparativum *teretius*, cum ait *l. 13. c. 20.* *Ciceroni* mollius teretiusque vifum est *fretu* scribere, quam *fretu*. In quosdam tamen *MSS.* legitur *retiusque*. ¶ Teretes aures dicitur, quæ recte dispositæ, & acri sensu præditæ sunt. *Cic. de opt. gen. Orat. c. 4.* Si teretes aures habent, intelligentque iudicium.

Teretus, i, m. dissyllabum, *τερετος*, Rex *Thracum*, *Martis* ex *Bistonide* *Nymphæ* filius, qui cum *Progen*, *Pandionis* Athenarum Regis filiam in uxorem duxisset, & post aliquantum tempus ab ea rogaretur, ut sibi *Philomelam* sororem videndam accereret, protectus *Athenas*, dum adducit puellam, eam vitaviat in itinere, & e linguam, ne facinus indicaret, abscondit, & seruo in carcere custodiendam tradidit, uxori reterens, *Philomelam* in mari naufragia perierit. *Philomela* tamen scelus Tereti acu in lintea tela depictum ad sororem transmisit. Eo scelere cognito, *Progne* ad carcerem protecta est in *Orgiis Bacchi*, *thyrsis*, & *pellibus* pro more instructa, sororem eodem indutam habitu ad regiam duxit. Hic communicato consilio, veluti furis agitata, ut sororem ulciceretur, *Ityn* filium interecit, & patri epulandum apposuit. Prolo deinde capite, cum pater, se uxoris dolo filium in sua viscera condidisse agnosceret, & ad ultionem properaret, *Progne* mutata est in hirundinem, *Philomela* in avem sui nominis, *Teretus* in upupam, *Itys* in phasianum. *Ovid. 6. Met. fab. 7.* ¶ Hoc nomen in vocativo *Teretu* facit dissyllab. *Ovid. loc. cit. v. 497.* Ut voluere ambæ: voluisti tu quoque, *Teretu*. ¶ In reliquis casibus est etiam trissyllabum. *Id. ibid. v. 615.* Artificem & mediis immittam *Terea* flammis.

Tereminus, a, um, *τριπλις, triplis, τριπλοος, triplex*. *Liv. l. 6.* Modo tereminae victorie triplicem triumphum ex his ipsis *Volscis*, & *Æquis*, & ex *Hetruria* egit. *Ovid. 4. Trist. eleg. 6.* Tereminumque virum, tereminumque canem. *Virg. 4. Æn. v. 511.* Teremina *Hecate*. h. e. quæ tribus nominibus appellatur, *Luna* in Cælo, *Diana* in terris, apud inferos *Proserpina*, ex quo & *Tritormis* dicitur. *Horat. l. 1. od. 1.* Teremini honores, h. e. tres præcipui, *Ædilitas*, *Prætura*, *Consulatus*. Alii intelligunt sextuplices, additis nimirum *Quæstura*, *Tribunatu plebis*, & *Censura*. Alii tereminos exponunt amplos, plurimos, maximos: quo sane sensu *Marcell. l. 3. ep. 46.* Tereminum mugiet ille *sophos*. h. e. plausu maximo prosequetur. ¶ Teremini fratres, ere fratelli nati ad un parto. *Plin. l. 7. c. 5.* Tereminos nati cer-

tum est, *Horatorum*, *Curatorumque* exemplo.

Tergæus, eners, n. quod est trium generum. *Auson. in Griphe, v. 49.*

Tergenus omnigenum, genitor, genitrix, generatum. h. e. omne quod genitur, trium generum est.

Tergo, es, si, sum, a. 2. idem ac tergo. *Cato c. 3.* Per ferias vero fossas veteres tergeri, viam publicam inuniri, vepres cocti. *Juv. sat. 14. v. 62.* Vasa aspersa tergeat alter. *Liv. l. 26. cult.* Curare & tergere arma.

Tergeste, is, n. *Trieste*, urbs alias *Carnorum*, nunc *Istriae*, in ora maris *Hadriatici*, & in intimo recessu sinus *Tergestini* ab ea dicti, cum portu capaci, cui adjacet castrum *Zuebi* dictum. Apud Romanos tuit in *Tribu Populia*. *Plin. l. 3. c. 18.*

Tergestinus, a, um, adject. ad *Tergeste* pertinens, ut *Tergestinus sinus*, *Golfo di Trieste*. *Plin. l. 3. c. 18.*

Tergilla, læ, f. cutis suis crassa, cum sua pulpa, seu adipe: diminutiv. a *tergus*, oris. *Apic. l. 4. c. 3.* Spatulam porcinam coctam tessellatim concides cum suæ *tergilla*.

Terginum, i, n. *stafie di cuajo*, lorum ex tergo, seu corio: revera adjectivum est, & subintelligitur *lorum*: eo cædebantur cervi nocentes. *Plaut. Pseud. s. 2. 21.* Nunquam ædopol vestrum durius tergom erit, quam tergom meum.

Tergiverfians, antis, o. 3. partic. a *tergiverfor*. *Cic. pro R. Com.* Fannium invitum, & huc, atque illic *tergiverfiantem* testimonium contra se dicere cogo.

Tergiverfianter, adv. cum aversione, cum detractione. *Patercul. l. 1. c. 9.* Filium ejus *Paulli*, qui ad *Cannas* cum *tergiverfianter* perniciosam *Recipub.* pugnam intrat, tam fortiter in ea mortem obierat.

Tergiverfatio, onis, f. *υατισμος, τὸ νότον σπασθῆ*, subterfugium, detractione. *Cic. pro Mil. c. 20.* Quid ergo erat *moræ*, & *tergiverfationis*?

Tergiversator, oris, m. *υατιστής, περιεμπτης*, qui tergiversatur, cunctator. *Gell. l. 11. c. 7.* Non enim *Lucilium* legisi, qui tergiversatorem *bovianorem* dicit. *Arnob. l. 7.* Tergiversatorem in obsequio esse.

Tergiverfor, aris, d. 1. postergare, voltare le spallo, schivare, fuggire, *Ger. aufstuecht suchen*, *Gall. vesuler*, *Hisp. boluet las espaldas, volizá, ερριζουα, ανατλλημα*, proprie est tergom obvertere, & subterfugere. Unde in *Glossis* apte exponitur *υατισμορπιον*. *Cic. 3. Tusc. c. 28.* Itaque eam tergiversari non sinit, secumque rapient ad tormenta. *Id. Attic. l. 7. ep. 1.* Non est locus ad tergiversandum contra *Cæsam*. ¶ Transtertur etiam ad iudicia. *Martian. l. 1. ff. ad S. C. Turpillian.* Tergiversari, in univervum ab accusatione desistere. *Cic. pro Planc. c. 19.* Quid taces? quid distimulas? quid tergiversaris? *Id. pro Flaco, c. 20.* Hunc æstuantem, & tergiversantem iudicio ille persequitur. ¶ Item ad disputationes, controversias, & cætera hujusmodi, quæ verborum contentationem habent, pro fallere, & dicta mutare, ut inquit *Nonius*. *Cic. 3. Tusc. c. 18.* Quid tergiversamur, *Epicure*, nec fatemur, eam nos dicere voluptatem, &c. idem distimulamus, & subterfugimus. *Id. 3. Off. c. 11.* In his tribus generibus non inamicide tergiversantur.

Tergo, is, si, sum, a. 3. *nestare, forbire, כרס, Ger. wuschchen*, *Gall. nettoyer*, *Hisp. alimpiar, εμψυγω*, mundo, nitidum facio. *Cic. in Parad. 5. c. 2.* Ut in familia, qui tractant ista, qui tergunt, qui spargunt, non honestissimum locum servitutis tenent. *Ovid. 13. Met.* Manuque simul veluti lacrymantia terfit *Lumina*.

Tergoro, as, a. 1. tergus facio, trego. *Plin. l. 8. c. 52.* Indurantes attritu arborum costas, lutoque se tergorantes. h. e. quasi tergus novum e luto sibi inducentes.

Tergu, u, n. 4. idem ac tergom, apud vet. *Lær. l. 2. v. 87.* Neque quicquam a tergibus oblet. Alii leg. *tergis*, ut versus spondiacus sit.

Tergum, gi, n. *doffo, schiena, כס, Ger. der rugk*, *Gall. dos*, *Hisp. jor-naco, vates, dorsum*. *Cic. l. de nat. Deor.* Tuus autem *Deus* non digito uno redundat, sed capite, collo, cervicibus, lateribus, alvo, tergo, poplitis. *Id. 3. Phil.* Antonius a tergo, a fronte, a lateribus tenetur. *Asin. Cic. l. 10. Fam. ep. 32.* Cum quidem prantus, nudis pedibus, tunica soluta, manibus ad tergom rejectis inambulet. ¶ Terga vertere, seu terga dare, est fugere. *Cæf. l. 3. bell. Gall.* Ut ne unum quidem nostrorum impetum ferrent, ac statim terga verterent. *Quintil. l. 2. c. 13.* Nonnunquam terga etiam dedisse, simulata fuga, prædicit. Eodem sensu, præterare terga, dixit *Tacit. in Agric. c. 37.* Hinc tergom absolute pro fuga militum, quemadmodum *peñus* pro constantia in acie, & victoria ponitur. *Ovid. 1. Amor. v. 209.* Tergaque *Parthorum*, *Romanaque* pectora dicam. ¶ Non solum tergom de animalibus, verum etiam de rebus inanimatis dicitur. Unde librum in tergo *divides* scriptum dicimus, idest a posteriori parte chartæ, vel membranz. *Juven. sat. 1. v. 6.* Scriptus & in tergo, necdum finitus *Orestes*. Sic tergom collis, *la parte di dietro dal colle*, apud *Liv. l. 25.* ¶ Tergum aquæ, seu maris est superior ejus superficies, qua naves vehit, translatione ducta ab animalibus, quæ tergo gestant onera: qua notione & dorsum usurpatur. *Ovid. 1. de Pun. ep. 2.* Dura meant celeri terga per annis equo. *Asin. in Perieg. v. 88.* *Ægæi* per terga sali. ¶ Tergus, & tergom lato discrimine differunt: nam tergom notat dorsum animalis; tergus vero cutem, pellem, corium. Interdum tamen tergom, a Poetis præsertim, pro tergo ponitur. *Virg. Æn. 1. v. 348.* Taurino quantum posset circumdare tergo. Hinc & pro scuto; quia scuta olim animalium tergoribus tegebantur. *Id. Æn. 10. v. 718.* Et tergo decutit hastas.

Tergus, i, m. idem ac tergom, i. 2. 52. Habeo, opinor, familiarem tergom, ne quæram foris. Adde *Non. c. 3. n. 243.*

Tergus, oris, n. pelle, *καρπος, βύρα, λιμα, corium*, & proprie crassior illa pars, qua tergom, idest dorsum tegitur. *Varro l. 4. de L. L.* deducit a tergendo. Hinc est quod & segus legitur pro tergo. *V. Tergus. Virg. 1. Æn. vers. 21.* Tergora diripiunt costas, & viscera nudant. *Plin. l. 8. c. 10.* Durissimum dorso tergom, ventres molles, fetarum nullum tegumentum.

Terias, æ, m. *Tyrias*, *Fiume di S. Leonardo*, fl. *Siciliæ*, qui vix mille pass. a *Leontinis* labitur in valle *Neetina*, & postea in mare *Jonium* se exonerat. *Plin. l. 3. c. 8.*

Terina, æ, f. *Nocera*, opp. *Brutiorum*, in *Calabria* cit. ad fin. *Hipponiae*, tuit, qui & *Terinzus* ab eo denominatur, nunc *Golfo di S. Eufemia*, apud ost. *Ocinari*, sive *Sabbati* fl. *Plin. l. 3. c. 5.*

Terinzus, a, um, adject. qui est ex *Terina* oppido. *Cic. Tuscul. 1. c. 48.*

Terinzus sinus, *Plin. l. 3. c. 5. V. Terina*.

Termin, inis, n. pro terminus, i, dixit *Asius*, teste *Varro l. 4. de L. L.* *Termentarium*, ii, n. linteum, a terendo, pro *termentarium*. *Varro l. 4. de L. L.* Hinc linteum, quod teritur corpore, *termentarium*.

Termentum, is, n. detrimentum, danno, idem quod detrimentum. *Plaut. Bæch. a. 4. sc. 9. v. 5.* Non *Pelides* termento tuit, præut ego herum expugnabo meum. In *MSS.* plerisque habetur tormento, teste *Pareo*.

Termes, itis, m. ramo d' albero, ramus cujuscumque arboris cum foliis, ut docet *Festus*. *Horat. Epod. 16.* Germinat & nunquam fallentis termes olive. *Grævius in Cyneg. v. 132.* de arbore thursifera: *Termes* at *Eois* defendent virga *Sabæis* *Mæter* odorati multum pulcherrima thuris. *Gell. l. 2. c. 26.* *Spadica* enim *Dorici* vocant avullum e palma *termitum* cui

cum fructu. * *Vetus Scholiast. Horatii ad Epod. loc. cit.* notat, terminem proprie significare ramum oleæ, deinde & ad alias arbores extendi.

Terminæ, m. 1. *τίμαρι*, pop. Lycæ, e Creta oriundi, quos Sarpedon Minois, & Rhadamanthi fratres colonos ex Creta duxit, ac Terminas nominavit, cum prius Minyæ, & Solymi vocarentur, ut *Herodotus* refert. Postea Lycius Pandionis filius eodem a se Lycios appellavit. Quæ profecto ratio Lycios, ac Solymos eodem esse ostendit, quamquam *Homerus* eos videtur separare.

Terminalia, orum, n. 2. & Terminalia, ium, n. 3. festa in honorem Dei Termini. Fiebant die vigesimo tertio Februarii, quo nempe ita annum quoque terminare viderentur. Nam Februarius ultimus anni mensis fuit, ac, cum intercalaretur, quinque dies de viginti octo Februarii diebus demebantur, ut remaneret viginti tres. *Varro l. 5. L. L.* Terminalia, quod is dies anni extremus constitutus. Duodecim enim fuit mensis Februarii, & cum intercalatur, inferiores quinque dies demuntur mensi. Hæc *Varr.* Non semper tamen Terminalia hunc in diem incidebant. Quippe cum mensis Macedonius tantum esset dierum viginti duorum, tum Terminalia temp. Kal. iusti Februarii. Vide hæc de *re Jos. Scaligerum l. 2. de Emend. Temp.* Hæc festa celebrabantur die immediate præcedente Regitugium, ut cernere est in veteri Calendario. *Cic. 12. Phil. cap. 10.* Qui Terminalibus nuper in suburbium, ut eodem die reverteret, ire ausus non fuit? *Liv. 1. 23.* Tertio die post Terminalia calendæ intercalare fuerunt. *Macrob. 1. 1. Saturn. c. 13. ad fin. de intercalandis ratione.* Dummodo cum (diem) in medio Terminaliorum locarent.

Terminalis, & le, o. 3. *ἄπιος*, quod ad terminum spectat, ut Terminalis lapis, idest terminus lapideus, apud *Ammian. 1. 18. c. 4.* Sic terminalis palos figere, apud *Tertull. de jejun. c. 11.* ¶ Terminalia festa, celebrata in honorem Dei Termini. *Horat. epod. 2. V.* vocem præcedentem. ¶ Terminalis sententia, h. e. quæ rem definit, *sententia definitiva. l. ult. Cod. de compositionibus.* Litem terminali sententia componere.

Terminatio, onis, i. *ἄριστος*, actus terminandi, definitio, distinctio, discretio. *Cic. 5. Fin. cap. 10.* Exposita igitur, inquit, rerum expectandam terminatione, eur ista se res ita habeat, deinceps demonstrandum est. *Id. in Orat. c. 54.* Ut igitur Poetica, & versus inventus est terminatione auri, observazione prudentium. *Id. ibid. c. 59.* Terminatione aliquid concludere.

Terminatús, a, um, *finis*, *determinatio*, *ἄριστος*, partic. a terminor. *Cic. 1. Fin. c. 13.* Propterea, quod ipsa natura divitias, quibus contenta sit, & parables, & terminatas habet.

Terminatús, i, m. idem quod terminus. Usurpatur, a *Frontin. de aqua duclib. pag. 262.* Legitur etiam in quodam fragmento Legis Mamiliæ, quod asserit a *Voff. l. 3. de ver. term. c. 52.*

Termino, as, a. 1. *terminare*, *mittere in termini*, *לָקַח*, Ger. *ausszählen*, Gall. *borner*, *limiter*, Hisp. *acabar*, *deslindar*, *ἐπιζῶ*, terminos constituto, certis finibus circumscribo, finio. *Cic. 1. Off. Illorum fines, quos ipsi dixerant, terminavit, in medio relicto quod erat, Populo Romano adjudicavit. Id. 3. Cassil.* Quorum alter fines vestri imperii, non terræ, sed cæli regionibus terminaret. Translate. *Id. 1. de Fin.* Omnia autem privatione doloris putat Epicurus terminari summam voluptatem. h. e. summam esse voluptatem privari doloribus. ¶ Sumitur etiam pro abolere, finem imponere. *Cic. Att. l. 9. ep. 22.* Sed ut sententiam aliquando terminemus. *Id. pro Marc. c. 11.* Sed, ut unde est orsa, in eodem terminetur oratio mea.

Terminus, ni, m. *terminus*, *finis*, *לָקַח*, Ger. *zielstein*, Gall. *terme*, *borne*, Hisp. *termino*, *ἄπες*, limes, qui agrum ab agro dividit, a Græco *τίμαρι*, *τίμαρος*. *Cic. 4. Acad. c. 43.* Est inter eos non de terminis, sed de possessione contentio. ¶ Sæpe sumitur pro quocunque fine. *Cic. 4. Cassil.* Cujus res gestæ, atque virtutes iisdem, quibus Solis cursus, regionibus, ac terminis continentur. *Id. de Orat.* Crassus mihi visus est Oratoris facultatem, non illius artis terminis, sed ingenii sui finibus immensus describere. *Id. pro Quir.* Certos mihi fines, terminosque constitutam. *Id. pro Rab. c. 10.* Terminus contentioem. ¶ Cæcis nationibus & terminorum Deus eras, qui & ipse dictus est Terminus, ac sub figura termini, hoc est rudis, & informis lapidis, colebatur, ut est apud *Lactantium, l. 1. de falsa religione, c. 20.* cuius testum Terminalia. Termino autem, ut ait *Festus*, sacrificabant, quod in eius tutela fines agrorum esse putabant. Hinc qui agri terminum aliquem aut exarsisset, aut effodisset, is, & ejus boves sacri habebantur, teste eodem *Festo*, vel saltem ad metalla damnabatur, si servus, aut in insulam deportabatur, si liber fuisset, amissa tertia bonorum parte, ut ex *Paulo Jcto lib. 5. sententiar.* ostendit *Siculus Flaccus*. De huius sacris *Ovidius scripsit l. 2. Fast.* ¶ Narrant, cum templum Jovis Capitolini a L. Tarquinio Superbo ædificaretur in honorem Jovis, Junonis, & Mineræ, cæteros Deos cæsisse, Terminus, & Juventem restitisse, quod fuit augurium firmitatis, & prosperitatis Imperii Romani. Multæ enim in monte Tarpeo erant aræ Deorum, & Geniorum parvo spatio inter se distantes, a T. Tatius dedicatæ, quas alio transferre oportebat, & totam aream templo, quod tribus illis Diis ædificandum erat, liberam relinquere. *Liv. l. 1.*

Termitæus, a, um, adject. a *termes*, itis. *Græc. in Cynege. v. 446.* Emicat ipse manu ramum pallente Sacerdos Termitæum quatens. h. e. ramum oleaginum.

Termino, onis, m. idem ac terminus, apud *vet. Ennius apud Fest.* Ingenti vadit cursu, qua redditus termino est. *Et idem:* Hortatore bono prius, quam jam finibus termino est.

Terminus, a, um, *ἄριστος*, quod tria continet. *Colum. l. 11. c. 2. de serbibus:* Eorum quaternarii, hoc est quocuoq; versum pedum quatuor, & est commodum Terminus, quatuordecim ab uno sunt, ternarii autem duodeviginti.

Terminidni, æ, a, adject. distributivum, *tredecim*, terni & deni. *Plin. l. 18. c. 26.* Ternadena ova subijctio æstate tota, hieme pauciora, non tamen infra novena, *tredecim per vasa.* Sunt qui putant ternadena ova esse triginta, non tredecim, quorum sententia vel ex eo retellitur, quod ex ejusdem *Plinii* præcepto *l. 10. c. 54.* ova impari semper numero supponenda sunt.

Ternio, onis, m. numero ternario, numerus tria continens, *τριάς*. *Gell. l. 1. c. 20.* Numerus ternio, qui Græce dicitur *τριάς*.

Ternus, a, um, *tre*, *τρίων*, nomen numerale distributivum. Fere pluraliter usurpatur, ut cætera ejusdem generis. *Cic. l. 9. Fam. ep. 22.* Cum loquimur terni, nihil flagitii dicimus, at cum bini, obsecrum est. *Idem Verr. 5. cap. 48.* Terna medicina in singula jugera exigere. ¶ Interdum usurpatur loco numeri cardinalis. *Horat. l. 3. od. 19.* Ternos ter cyathos attonitus petet. *Id. l. 2. sat. 4. v. 76.* Immane est vitium dare iullia terna macello.

Tero, is, trivi, tritium, a. 3. *trivare*, *compere*, *consummare*, *logorare*, *לָקַח*, Ger. *reiben*, Gal. *brayer*, *piler*, *hollare*, *strillar*, *קרְבֹּב*, consumo, imminuo. *Plaut. Aïn. 1. 1. 18.* Num me illuc ducis, ubi lapis lapidem terit, *Virg. 4. Georg.* Ipse labore manum duro terat. *Plin. l.*

36. c. 26. Jam vero & in Vulturno mari Italiz arena alba nascens, quæ mollissima est, pila, molaque teritur, idest tunditur, comminuitur. *Id. l. 34. c. 18.* Dein refrigeratum teritur in tarinum. ¶ Sæpe translate accipitur pro consumere. *Cic. 5. Phil. c. 11.* Teretur interea tempus, belli apparatus refrigeret. *Liv. l. 1. c. 57.* Regii quidem juvenes interdum otium conviviis, comestationibusque inter se terebant. *Rufus Cic. 3. de Orat. c. 51.* Terere ætatem in rebus discedis. ¶ Quoniam vero res novas, quibus sæpius utimur, terminus, seu consumimus, ut patet in vestibus, & aliis, hinc metonymice terere accipitur pro usitatum, seu vulgare facere. *Cic. 4. Acad. c. 6.* Jam enim hoc verbum satis heisterno sermone trivimus. *Id. 3. Fin. c. 4.* Nam cum in Græco sermone hæc ipsa quondam rerum nomina novarum nova videbantur, quæ nunc consuetudo diuturna trivit. ¶ Similiter metonymice, iter terere, est iter facere, quia via, per quam ambulamus, teritur, seu consumitur. *Virg. 1. Æn. Sæpius e tectis penetralibus extulit ova Augurium formica terens iter.* ¶ Reperitur etiam pro perdere, seu interimere, Græcorum imitatione, qui *ἐκτερίζω* sic usurpant. *Nævius apud Priscianum:* Ut illum Diu terant, qui primum otium capam protulit. ¶ Præteritum *terai* prostrivit, afferri lolet ex illo *Plauti Pseud. 3. 2. 29.* Priusquam tererunt, oculos ut extillent, facit. Similiter atteritur pro *aterrivi*, ab *aterra*, ex *Tibull. l. 1. eleg. 4. v. 42.* Aut operi infuetas atteruisse manus. Et pro priore quidem loco additur auctoritas *Prisciani*, qui *l. 6. pag. 682.* *Putsch.* dicitur probare *ut tererunt.* *Putsch.* tamen odidit *triverunt*, quod & in *Plauto* plures admittunt. Ad locum *Tibulli* quod attinet, ibi quoque incerta admodum lectio est: quamquam illud *aterruisse*, multis deiciuntur a *Brouckus*. Et quod quidam intruferunt *attenuasse*, omnino improbat.

Terpsichore, æ, f. 1. *Ἐρψιχόρη*, una novem Mularum, quæ choris, & cætibus præest. Dicta est a *τίμα*, *delector*, & *χορὸς*, *chorus*, *tripudium*, quod choreis, & tripudiis delectetur, vel, ut *Plutarchus* ait, quod maxima vitæ pars hæc rebus delectetur, & gaudeat. Huic quidam citharæ inventionem tribuunt. ¶ Ponitur translate pro omni poetico studio. *Juven. sat. 7. v. 35.* tunc seque, suanique Terpsichoren odit tacunda & nuda senectus.

Terra, æ, f. *terra*, *ἄρα*, Ger. *erd*, Gall. *terre*, Hisp. *tierra*, *γῆ*, *γαια*, *χθών*, elementum frigidum, & siccum, quod, quoniam reliqua omnia gravitate exuperat, infimum sibi inter ea locum vendicavit. *Varro l. 4. de L. L.* dictam ait, juxta Ælium Stilonem, quod pedibus teratur, suamque sententiam eo confirmat, quod in Augustum libris *terra* scribatur unico R *Cic. 2. de nat. Deor.* Ac principio terra univerfa cernatur, locata in media mundi sede, solida, & gibbosa, & undique ipsa in sese nutibus suis conglobata, vestita floribus, herbis, arboribus, frugibus. *Id. 1. Tusc.* Perfluadent enim Mathematici, terram in medio mundo sitam ad universi cæli complexum quasi puncti instar obtinere, quod *κέντρον* illi vocant. ¶ Hæc vox variis modis accipitur. *Varro l. 1. de R. R. c. 9.* Terra tribus modis dicitur, communi, proprio, & misto. Communi, ut cum dicimus, orbem terræ, & terram Italianam, cum & lapis, & arena, & cætera ejus generis sint in nominando comprehensa. Altero modo dicitur terra proprio nomine, quæ nullo alio vocabulo, neque cognomine adjectivo appellatur. Tertio modo dicitur terra, quæ est mista, in qua feri quid potest, & nasci, ut argillosa, aut lapidosa. Hæc *Varro*, quæ quidem omnia confirmari etiam possunt exemplis ex *Cicer.* petitis, *Lucret. Vitruv. Liv. & aliis.* ¶ Sunt, qui velint, hoc nomine in singulari numero totum elementum significari, in plurali aliquot ejus regiones. *Virg. 1. Æn.* Multum ille & terris jactatus, & alto. *Cic. 1. Cassil.* Dubitas, si hic morari æquo animo non potes, abire in aliquas terras? Sed hæc differentia aut talia est, aut certe non perpetua. Nam & terram frequentissime pro una qualibet regione legimus, & terras pro toto orbe. *Cic. de Amic.* Eorum, qui in hac terra fuerunt, Magnamque Græciam, quæ tum florebat, & c. *Virg. 4. Æn.* Et nunc magna mei sub terras ibit imago. Dicimus etiam, terra Italia, Terra Græcia, pro regione Italiz, Græciæ, & c. *Callistrat. lib. 3. Dig. de Abigeis.* Ut extra terram Italianam decem annis relegitur. ¶ Terra iter facere, *andar per terra*, sive pedibus, sive equo eatur. *Cic. pro Planc. c. 40.* ¶ Sternere terræ, *gestare a terra.* *Stat. 7. Theb. v. 755.* Sic terræ procumbere, *gestarsi a terra.* *Ovid. 2. Metam. v. 346.* Sic læpe Poetæ terra in dativo usurpant pro *terra*, vel in *terram*. ¶ *Terra ortus*, *Terra filius* tam in bonam, quam in malam partem adhiberi potest, tum quia terra orti dicuntur, quorum antiquissimum genus est, & in ipsa vetustate sepultum; tum quia etiam ita appellantur ignobilis homines, qui patrem & avum ciere non possunt. *Quintil. l. 3. c. 9.* Multum auctoritatis affert vetustas, ut iis, qui terra dicuntur orti. *Cic. l. 1. Assic. ep. 13.* Huic terræ filio nescio qui committere epistolam tantis de rebus non audeo. ¶ Terram videre, vel in terra esse dicuntur, qui ad molesti, prolixique laboris finem propemodum pervenerunt. Sumptum a navigantibus. *Plaut. Merc. 1. 2. 84.* Equidem jam me censebam esse in terra. *Cic. pro Mur. c. 2.* Quo tandem animo me esse oportet prope jam ex magna jactatione terram videntem? ¶ *Terra, marique*, vel *aut terra*, *aut mari*, est in omnibus locis, vel quacunque ratione. *Plaut. Pseud. 1. 3. 83.* Ego in hoc triduo aut terra, aut mari alacunde evolvam id argentum tibi. *Cic. 5. Fin. c. 4.* Ut nulla pars cælo, mari, terra, ut poetice loquar, prætermissa sit. *Vatin. Cic. l. 5. Fam. ep. 9.* Ego tamen, terra, marique, ut conquireretur, præmandavici. ¶ *Percontari a terra ad cælum*, proverbialis locutio est, quæ significat minute exquirere, & ab initio ad finem usque rem totam sciscitari. *Plaut. Perf. 4. 54. 3.* Volo hanc ego percontari. Sa. A terra ad cælum, quidlibet. ¶ Genitivus pluralis *terrarum* eleganter jungitur cum quibusdam adverbis loci, & vim quandam addit orationi. *Cic. Verr. 7.* Ubicumque terrarum, & gentium. *Id. Assic. l. 5. ep. 10.* Nesciebam, ubi terrarum esses, *in qual paese mai fossi.* ¶ A Veteribus terra Dea habita est, variis nominibus appellata, Tellus, Vesta, Ceres, Mater, Cybele, & c. *Cic. l. 1. & 3. de nat. Deor. Plin. l. 2. c. 63. & Ovid. 6. Fast. v. 450.* Fabulantur autem esse eam filiam Demogorgonis, quæ ex incertis patribus Noctem pepererit, Tartarum, Famam, Tagem, Antæum, *Boccac. l. 1. Genial. Deor.*

Terracina, v. Tarracina.

Terræmōtus, v. *m. terremoto*, *stremuoto*, *טָרַח*, Ger. *erdbeben*, Gal. *stremblement de terre*, Hisp. *terremoto*, *temblor de tierra*, *γῆς σεισμός*, terræ convulsio, quæ a spiritibus terræ inclusis, & exitum sibi molientibus, fieri videtur. *Cic. 1. de Div.* Tantos terræmotus in Liguriis, Gallia, compluribusque insulis, totaque in Italia factos esse. *Id. ibid.* Apuliae quæ maximis terræmotibus conquassata esset. ¶ Dividitur hæc vox interdum, verbo aliquo interposito. *Plin. l. 3. c. 84.* Maximus terræ memoria mortalium extitit motus Tiberti principatu.

Terrænium, ni, subst. n. *terreno*, *טָרַח*, Ger. *erfeld*, Gall. *terreid*, Hisp. *terreno*, *γῆ*, terra cultui idonea. *Colum. l. 2. c. 2.* Callidissimi rusticarum rerum genera terreni tria esse dixerunt, campestre, collinum, montanum.

Terrēnus, a, um, *terreno*, *di terra*, Ger. *irrdisch*, Gall. *de terre*, Hisp. *terrenal*, *χρηματις*, quod in terra natum est, vel in terra vivit, *v. 2.*

vel aliquid eum terra commune habet, vel denique ad terram pertinet. *Cic. 1. de nat. Deor.* Belliarum autem terrenæ sunt aliæ, partim aquatiles, aliæ quasi accipies, in utraque sede viventes. *Col. 1. 11. c. 2.* Per hos quoque dies abstinent terrenis operibus. ¶ Sumitur etiam pro terreo, idest pro eo, quod ex terra est. *Cic. 1. Tusc.* Corpora nostra terreno principiorum genere confecta, ardore animi concalescunt. *Virg. 11. Æn. v. 850.* terreno ex aggero bustum. *Plin. 1. 6. c. 17.* Terrenum iter. h. e. quod terra fit, non mari, aut amni, *viaggio per terra. Id. 1. 35. c. 12.* Terrena vasa. h. e. fictilia.

Terrè, es, rui, itum, n. 2. *spaventare*, טרר, Ger. *einschrecken*, Gal. *epouanter*, Hisp. *espantar*, פּוֹרֵס, timore alicui incutit, metum injicio. *Cic. 1. 2. Fam. ep. 15.* Nec me ista terrent, quæ mihi ad timorem proponuntur. *Id. pro Cluent.* Non mediocri ab eo ceteri profertionis, & mortis metu terrebantur. *Id. de Arusp. resp. c. 4.* Omnia cæde, incendiisque terrene.

Terrestris, (& aliquando Terrestre in mascul.) *terrestre*, di terra, *χρηστικός*, *επίγειος*, *γαιήδης*, quod ad terram spectat. *Cic. 6. Verr.* Illud Flaminium ita ex æde sua sustulit, ut in Capitolio, hoc est, in terrestri domicilio Jovis poneret. *Liv. 1. 1.* Audi Jupiter, & tu Juno, Quirineque, Dique omnes cœlestes, vosque terrestres, vosque inferi audite. *Id. 1. 3.* Consignata omnia ad Senatum itinere terrestri misit. *Flor. 1. 2. c. 2.* Pastorius ille populus, verque terrester. ¶ Terrestris cœna dicitur, in qua nihil nisi terra natum apponitur, ut olera, poma. *Plaut. Capt. 1. 2. 86.* Terrestris cœna est multis oleribus. ¶ Terrestris avis dicitur a *Plin. 1. 10. c. 23.* quæ non alte volat, sed prope terram.

Terrēs, a, um, di terra, *γῆριος*, quod ex terra est. *Col. 1. 1. c. 6.* Horreum, camera confectum, cuius solum terreum, priusquam confertur, perfosum. Alii leg. *terrenum. Cæs. 1. 1. bell. Gall. c. 43.* Planities erat magna, & in ea tumulus terreus fatis grandis. *Varr. 1. 4. de L. L.* Terreus murus.

Terribilis, le, o. 3. *terribile*, *orrendo*, טרר, Germ. *erschrecklich*, Gal. *terrible*, Hisp. *terrible*, *espanto*, פּוֹרֵס, formidabilis, horrendus. *Cic. pro Sext. c. 8.* Alter, o Dii boni, quam teter incedebat, quam truculentus, quam terribilis aspectu. *Id. in Parad. 1.* Mors terribilis est illis, quorum cum vita omnia extinguuntur. *Virg. 6. Æn. v. 277.* Terribiles visu formæ, lethumque, laborque. *Liv. 1. 4. c. 26.* Alia aliis terribiliora afferebantur.

Terribiliter, adverb. *terribilmente. Arnob. 1. 2.* Sonus cœli terribiliter concrepantis.

Terricola, æ, com. 1. *ἐπιγῆιος*, qui terram habitat. *Apulej. de Deo Socrat.* Inter terricolas, cœlicolasque.

Terricula, æ, f. idem ac terriculum. *Senec. de vemed. forustor.* (sunt hæc excerpta quædam ex *Seneca* libris, quæ in fine suæ Editionis *Lipsius* collegit, neque tamen *Seneca* esse putat, quod idem plerique alii Critici sentiunt) *circa princip.* Sic ergo te forma, ut si quis tibi malam mortem minctur, omnes terriculas ejus deludas. *Lactan. de mort. persecut.* Terriculas tyrannicæ potestatis profigate. Adde *Minuc. Fel. in Octav.*

Terriculamentum, i, n. *spauracchio*, *spaventacchio*, *larva*, *fantasma*, *μαρμακῆστος*, phantasma, spectrum terrorem incutiens. *Apulej. in Apolog.* Noctium occurfacula, bustorum formidamina, sepulcorum terriculamenta. *Sidon. 1. 7. ep. 1.* Prodigiorum terriculamenta.

Terriculum, i, n. *spavento*, Ger. *Schreckbild*, Gall. *epouantail*, Hisp. *espantajo*, פּוֹרֵס, quod injicit terrorem. *Actius apud Non. c. 3. n. 244.* Proinde istæ hæc tua aufer terricula, atque animum iratum comprime. *Liv. 1. 5. c. 9.* Gauderentque Patres, sine Tribunatuz potestatis terriculis inventam esse aliam vim majorem ad coercendos Magistratus.

Terrificatio, onis, f. terriculamentum. Vox est *Noni. c. 2. n. 513.*

Terrifico, as, a. 1. *spaventare*, idem ac terreo. *Lucr. 1. 1. v. 133.* Et quæ res nobis vigilantibus obvia mentes Terrificet. *Virg. 4. Æn. v. 210.* Cœcique in nubibus ignes Terrificant animos.

Terrificus, a, um, *terribile*, פּוֹרֵס, terrorem incutiens, terribilis, formidabilis. *Virg. 5. Æn. v. 524.* Seraque terrifici cecinerunt omina vates. *Id. 1. 8.* Fulgores nunc terrificos, sonitumque, metumque Miscebant operi.

Terrigena, æ, com. 1. *nato dalla terra*, *γεννητός*, ex terra genitus. *Cic. 2. de Divin.* Terrigenam, tardigradam, domoportam, sanguine cassam potius, quam hominum more coholeam dicere. *Ovid. 1. 2.* Donec terrigenæ, facinus mirabile, fratres In se constrictas conferuere manus.

Terrigenus, a, um, adject. e terra genitus. *Terull. 1. 2. cont. Marcion. c. 12.* Aquigena & terrigena animalia.

Terriloquus, a, um, *δευκαλόγος*, qui terrorem afferentia loquitur. *Lucr. 1. 1. v. 101.* Terriloquus victus dictis desicere querens.

Terripavium,) V. Tripudium.
Terripudium,)

Terrisonus, a, um, *δευκαλόγος*, quod sono terret. *Claud. 1. 1. de laudib. Silite. v. 109.* Nec te terrisonos stridor venientis Alani.

Territio, onis, f. *spavento*, *paura*, terrendi actio, terror. *Ulpian. Dig. 1. 47. tit. 10. leg. 15.* Nuda ergo interrogatio, vel levis territio non pertinet ad hoc edictum.

Territio, as, a. 1. *spaventare*, *δευκαλόγος*, frequenter terreo. *Virg. 4. Æn. v. 187.* Et magnas terreat urbes. *Liv. 1. 8. c. 28.* Dein, postquam aspernabantur flagitium aures, minis terreat, atque identidem admonere fortunæ.

Territorialis, le, adject. ad territorium pertinens, ut territoriales termini, *Agens in Frontin. de limitib. p. 47.*

Territorium, rii, n. *territorio*, פּוֹרֵס, Germ. *Landtschaft*, Gall. *terroir*, Hisp. *territorio*, *אֵרֶץ*, *אֵשֶׁר*, intra quos fines iuris dicendi jus esset, prout lib. de agrorum conditionibus definit *Sculus Flaccus*, juxta emendationem *Barnabæ Brissonii*. Nam in vulgatis vox *juris* omittitur. Consentit *Pomponius, D. 1. 50. tit. 16. l. 239.* a quo dicitur: universitas agrorum intra fines ejusque civitatis. *Varro etiam 1. 4. de L. L.* Territorium, inquit, est locus communis, qui circa oppidum relinquatur. *Cic. 2. Phil. c. 40.* Ut horentis colonie territorium minueretur. *Plin. 1. 29. c. 6.* Extra territorium id abire.

Territus, a, um, adject. *spaventato*. *Vellej. 1. 2. c. 70.* Denunciatus territis. *Ovid. 4. Metam. v. 232.* Inopino territa visu.

Terror, oris, m. *terrore*, *spavento*, *paura*, פּוֹרֵס, Ger. *schrecken*, Gal. *frayer*, Hisp. *espanto*, פּוֹרֵס, timor, qui hominem concutit. *Cic. 4. Tusc.* Quæ autem subjecti sunt sub metu, ea sic definiunt, pigritiam metum consequentes laboris, terrorem metum concutientem: Ex quo fit, ut puerem rubor, terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus consequatur. *Id. 5. Fin. c. 11.* Qui sibi injecto terrore mortis horrescunt. *Id. Att. 1. 2. c. 23.* Sed non est consanguineus non mediocres terrores jacit, atque ducuntur. *Id. 1. 1. 6. ep. 8.* Terrorem alicui afferre. *Liv. 1. 3. c. 4.* Terro m incutere. *Id. 1. 34. c. 28.* Terrori esse. *Id. ibid.* In terro em conjicere. *Nepos in Attic. c. 9.* Magnis terroribus vexari. *Tacit. 4. histor. c. 33.* Terrorem lacere. ¶ *Servius* inter terrorem, & metum sic distinguit, quod *terror* proprie fit, qui aliis inturret, unde & *terri-*

bilis dicitur, *metus*, quem habent timentes. Sed hæc differentia non observatur. *Virg. 11. Æn.* Quod si tantus habet mentes, & pectora terror.

Terrōsus, a, um, adject. *terroso*, *pieno di terra*, ut arena *terrosa*, *Virruv. 1. 2. c. 4.*

Terrōtia, læ, f. parva terra. *Leg. an. Cod. de thesaur.* In alienis terrulis opes abditas percurtari.

Terrulente, adverb. terrene modo. *Prudent. in Rom. v. 378.* Rem spiritalem terrentente querere.

Terrulentus, a, um, adject. *terrenus*. *Prudent. Perisepth. 2. vers. 195.* Quod terrentulum ac fordidum, flammis necesse est decoqui.

Terulus, a, um, *terfo*, *meto*, mundatus, purus, nitidus. *Ovid. 2. Met. v. 736.* Ut terulis nitent talaria plantis. ¶ *Translate Stat. in præfat. 1. 2. Situar.* Vir optime, nec minus in judicio literarum, quam in omni vitæ colore terulime. *Plin. 1. 2. ep. 3.* Teræ præfationes. ¶ *Terf dies*, h. e. feci, sereni, *Festus*.

Terlus, sus, m. *il forbire*, *o nettare*. *Apul. 1. 1. A. A. E* promptuario oleum, unctui, lintea terlui profer. *Id. in Apolog.* Petere aliquid terfui dentium.

Tertia, æ, f. V. Tertius.

Tertiānus, a, um, *terziano*, *τρίτηνος*, quod tertio quoque die recurrit, quod tertio ordine dispositum est. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 10.* Ne tertianus quidem febres, & quartanas divinas esse dicendum sit. Et absolute *Plin. 1. 10. c. 14.* Xenocrates pulegii ramum lana involutum in tertianis, ante accessione olfactandum dari, &c. ¶ *Tertiani, orum*, sunt tertie legionis milites. *Tacit. 3. hist. c. 24. & 13. Ann. c. 38.*

Tertiarius, rii, n. *quattro oncie*, *τριταριος*, idem quod triens, hoc est uncie quatuor, & tam de pondere, quam de mensura dicitur. In ponderibus enim, teste *Budæo*, libræ tertiam partem significat: in mensuris autem tertiam partem congi. *Cato de re rust. c. 95.* Postea sumito bituminis tertiarium, & sulphuris quartarium. *Apud Virruv. 1. 3. c. 1.* tertiarium quid sit, V. in fine vocis *As*.

Tertiarius, a, um, quod tertiam rei alicuius partem recipit. *Plin. 1. 34. c. 17. de stanno.* Idem & tertiarium vocant, in quo duz nigri portiones sunt, & tertia albi.

Tertiatio, onis, f. *τρίτησις*, tertia operis repetitio. *Col. 1. 12. c. 50. de secunda*, & *tertia olei pressura*: Nam plurimum refert non miscere iterationem, multoque minus tertiationem.

Tertiatio, adverb. *Cato apud Charisium, 1. 2.* Tertiatio, & quartato verba dicere præ metu. h. e. ter, & quater repetendo. V. *Tertiacus*.

Tertiatus, a, um, tertio repetitus. V. *Tertio*. *Col. 1. 2. c. 4.* Iteratos esse oportebit, ac deinde circa Septembris calendis tertiatos. ¶ Tertiatia verba dicuntur, in quibus tertio quid repetitur, quod in perturbatione loquentes facere solemus, alii tertiatia verba ea esse dicunt, quæ ita confuse profertur, ut vix tertia eorum pars intelligatur, quod item in perturbatione sufenit. *Apulej. lib. 5. Met.* Tremens, & tertiatia verba hystrepens sic ad illas ait.

Terticepsos. V. Bicepsos.

Tertio, as, a. 1. *τρίτηνος*, tertio itero, opus aliquod tertio repeto, ut Tertiare agrum, est tertio profcindere. *Col. 1. 2. c. 4.* Nam commode profcinditur duabus, una iteratur, tertiatitur dodrante, in liram redigitur quadrante operæ.

Tertio, & Tertium, adv. *la terza volta*, τὸ τρίτον, tertia vice. *Ter. Eun.* Non hercle veniam tertio. *Col. 1. 3. c. 13.* Sarrurium selquopera, iterum sarrurium una opera, & tertio una. *Cic. 2. de Divin. v. 59.* Tamen nemo est, quin sæpe jactans, Venerem jactat aliquando, nonnumquam etiam iterum, ac tertium. ¶ Tertium Consul esse dicitur, qui duobus jam perfunctus Consulatus, tertium gerit. *Liv. 1. 3. c. 22.* Consulatus creati Q. Fabius Vibulanus tertium, & L. Cornelius. *Inscript.* apud *Gruter. pag. 1. n. 1.* M. Agrippa L. F. Cof. tertium fecit. ¶ Inter tertium & tertio discrimen aliquod esse putant Grammatici, nimirum quod tertio ad locum, & ordium referatur, tertiam ad tempus; quod idem dicendum de quarto, & quattum, quinto, & quintum, & similibus. Verum hæc differentia non videtur cognita fuisse optimis Scriptoribus. Narrat enim Tiro Ciceronis libertus apud *Gell. 1. 10. c. 1.* cum Pompejus ædem Victoriz dedicaturus esset, suumque nomen, & honores inscribi vellet, dubitatum fuisse, scribendum ne esset *Consul tertio*, an *tertium*: ea de re interrogatum ipsum Ciceronem persuasisse, quoniam sibi non satis liqueret, utrum rectius esset *tertium*, an *tertio*, ut *Tert.* præferberetur, quo res quidem satis demonstratur, sed dictio tamen ambigua verbi lateret. V. *Gell. loc. cit.* ubi hæc super re plura.

Tertium, adverb. V. in voce præcedenti.

Tertius, a, um, *terzo*, *שליש*, Ger. *der drit*, Gal. *troisième*, Hisp. *tercero*, *τρίτος*, ultimus, sive unus ex tribus, a ter, vel ab Æolico *τρίτος*, pro *τρίτος*, ad ogni terza parola. *Id. 2. Tusc. c. 10.* Tertio quoque die. *Cic. pro Rab. Posth.* Modo vobis inspectantibus in iudicio Gabinii tertio quoque verbo excitabatur. *Plin. jun. 1. 4. ep. 27.* Tertius dies est, quod audiui recitatem Sentium Augurinum cum summa mea voluptate. *Gell. 1. 9. c. 4.* Cibum capere diebus tertius, medio abstinere. *ogni vredi.* ¶ *Tertie note herba*, tertio loco adscribenda, vel tertiam dignitatem post alias sortita. *Col. 1. 9. c. 4.* Tertix notæ, sed adhuc generosæ marinus ros, & nostras cumula, quam dixi satureiam. ¶ Ad tertias decoquere, est usque eo decoquere, dum una ex tribus partibus absumatur. *Plin. 1. 20. c. 4.* ¶ *Tertia*, æ, nomen muliebre est. mos enim fuit Romanis priores quam duas filias habentibus, ut eam, quæ primo loco nascebatur, primam, quæ secundo, secundam, quæ tertio, tertiam vocarent, & sic de reliquis, adjecto proprio nomine, ut *Livia prima*, *secunda*, &c. si vero duæ tantum essent, altera *major*, altera *minor* dicebatur. *Macrob. 1. 1. Saturn. c. 2.* Filia Serviliz erat Junia Tertia. ¶ Hinc est *Tertulla* nomen deductum a *Tertia* per diminutionem, quod legitur apud *Cic. 1. 14. Attic. ep. 20.*

Tertulla. V. In dictione præcedenti.

Tertullianus, i, *Τερτυλλιανός*, Scriptor Ecclesiasticus, patria Carthaginiensis, multa scriptis, quæ extant, stylo aspero, & ut ita dicani, salebroso, novatis insolenti deductione verbis, & phrasi sæpe impedita, & obscura; non tamen sine veteris, probæque eruditionis ornamentis. Floruit sub Severo, & Caracalla.

Terus, a, um, idem ac terlus, apud vet. *Varro apud Non. c. 2. n. 84.* Atri tertia nitet galea. *Id. ibid.* Alii terti circumtonsi, & terti, atque unctuli, ut mangonis esse videtur servuli.

Teutoni, orum, populi Germani prope Cimbris, in inferiore Saxonia, a quibus postea Germani, ab Italis *Tedeschi* appellati sunt. *Cic. pro leg. Manil. c. 20. ad fin.* Idem cum Cimbris, idem cum Teutonibus bellum administraret. *Cæs. l. 1. B. G. cap. 33*. Ut ante Cimbris, Teutonique testifent. *Plin. l. 4. c. 14*. Cimbris, Teutoni, ac Chaucorum gentes. Adde *Tacit. 4. histor. c. 73*. ¶ In singulari num. *Lucan. l. 6. v. 259*. Cantaber exiguis, aut longis Teutonius armis.
Teutoniscus, a, um, quod ad Teutonios spectat. *Martial. lib. 14. ep. 26*. Caustica Teutonicos accendit spuma capillos. *Propert. l. 3. eleg. 3*. Teutonias Roma retringat opes.
Teutria, f. 1. S. *Domino*, vel S. *Domo*, inf. Apulizæ Daunizæ adjacens, una Diomedearum. *Plin. l. 3. c. ult.*
Tevo, is, xui, textum, a. 3. *teffere*, תָּוּ, Ger. *vebeu*, Gal. *siere*, Hisp. *tever*, ὑβανω, telam conficere. Est a *tego*, ea forma, qua *tevo* a *vebo*. *Tibul. lib. 2. el. 3*. Illa gerat vestes tenues, quas fœmina Coa Tevuit. *Cic. 3. de Or.* Quamquam ea tela tevitur, & ea incitatur in civitate ratio vivendi, ac posteritati ostenditur. V. *Tela*. ¶ Per translationem usurpatur pro struere, construere, componere, ex quacunque materia. *Virg. 10. Ecl.* Dum sedet, & gracili ficeallam textit hibisco. *Id. 11. Æn.* Bis denas Italo texamus robore naves. *Cic. Att. lib. 4. ep. 1*. Paulus in medio foro basilicam jam pene tevit isdem antiquis columnis. *Id. 4. Acad.* Quas plagas ipsi contra se Stoici texuerunt. *Propert. l. 3. eleg. 7. v. 5*. Texere caulas lethi. ¶ Item pro scribere, colligere. *Cic. lib. 9. Fam. ep. 21*. Epistolas vero quotidianis verbis texere solemus. *Id. ad Q. Fr. l. 3*. Sane tevebatur velu luculente.
Textera, æ, f. taberna, vel officina textoris, *Apulej. l. 2. Florid.*
Textile, is, fubst. n. 3. opus texendo factum. *Liv. l. 45. c. 35*. Navi regia onerata Macedonicis spolis, non infingium tantum armorum, sed etiam regionum textilium. *Propert. l. 1. el. 14*. Variis serica textilibus.

Textilis, le, o. 3. *seffuso*, Ger. *das gewebenist*, Gall. *tissu*, Hisp. *tevl-do*, ὑφαντός, quod texendo factum est. *Virg. 3. Æn.* Textilibusque onerat donis, ac talia satur. *Cic. 5. Tusc. c. 21*. Collocari iussit hominem in aureo lecto strato pulcherrime, textili stragulo magnificis operibus picto. ¶ Vestem textilem Ægyptii invenerunt. *Plin. l. 7. c. 56*. ¶ Ante inventionem vestis textilis, nexiis in usu fuit. *Lucr. l. 5. v. 1349*. Nexiis ante fuit vestis, quam textile tegmen. ¶ Textilis pictura, quæ in tapetibus fieri, aut tela solet. *Cic. 6. Verr.* Nego ullam picturam, neque in tabulis, neque textilem fuisse, quin quæfherit, infpexerit, &c. ¶ Textilis umbra palmatis quæ multis palmatibus intertextis fit. *Martial. l. 12. ep. 31*. Hæc textilis umbra lupinis Palmatis. ¶ Textilem pestem vocat. *Cic. 2. Tusc. c. 8. ex poeta*, vestem Nesti Centauri infectam sanguine, qua indutus Hercules perit.
Textor, oris, m. *seffore*, *seffore*, תָּוּ, Gal. *sifferand*, Hisp. *teador*, ὑφαντής, *placans*, qui textit. *Cic. 7. o. Planc. c. 25*. Si pro fabro, aut textore emimus. *Juv. sat. 9. v. 30*. Et male percussas textoris pectine Galli.
Textorius, a, um, adject. textus, contextus. *Senec. epist. 113*. Textorium totum istud est, quod cum maxime agitur.
Textricidula, æ, f. *seffrella*, ὑφαντίδα, dimin. a textrix. Hinc textriculas puellas dixit *Arnob. l. 5*.
Textrina, næ, f. & Textrinum, i, n. locus, seu officina textoris, *Isidor. orig. c. 6. Verr. c. 26*. Nulla domus in Sicilia locuples tuit, ubi iste textrinam non instituerit. Alii leg. *textrinum*. Item ipsa texendi ars. *Plin. l. 11. cap. 24*. Ipsa per se pertinax ratio textrix. Alii leg. *trama*. ¶ Item navale, ubi naves texuntur, *arsenalæ*. *Ennius apud Serv. in illud Virg. Æn. 11. v. 326*. Italo texamus robore naves. Idem, inquit, campus habet textrinum navibus longis. Adde *Serv. Daniel. ad illud 2. Æn.* Scætaque intexunt abiete costas.
Textrinus, a, um, adject. textorius, quod ad texendum pertinet. *Cic. 6. Verr. c. 45*. Quod tamen oppidum isti textrinam ad conficiendam muliebrem vestem fuit. *Firmic. de err. proph. relig. c. 17*. Textrina ars.
Textrix, icis, f. *seffrice*, ὑφαντίς, mulier textoriæ artis perita. *Tibul. l. 2. el. 1. v. 65*. Atque aliqua assidue textrix operata Minervam Cantat.
Textum, ti, n. *seffimento*, ὑφαντός, quicquid ex quavis materia contextitur, aut componitur. *Virg. 8. Æn. v. 625*. Hastamque, & clypei non enarrabile textum. *Martial. l. 3. ep. 58*. Et dona matrum vimineo ferunt textu. *Catull. carm. 54. texta carinz*. ¶ Textum orationis, est stilus, seu genus dicendi. *Quintil. l. 9. c. 4*. Neque illud in Lydia dicendi textum tenue, atque rasum lætioribus numeris erat corrumpendum.
Textura, æ, f. *seffitura*, Germ. *vwebung*, Gal. *tiffure*, Hisp. *tevedura*, ὑφαντός, *συντακτική*, actus texendi, vel etiam opus texendo factum. *Lucr. l. 3. v. 211*. Quam tenui consistit textura, quamque loco se Continet parvo. *Propert. l. 4. eleg. 5*. Coæ textura Minervæ.
Textus, us, m. idem, ac textura. *Plin. l. 9. c. 35*. Alterno textu fulgentibus toto capite crinibus. *Id. l. 18. c. 7*. Grana in stipula crinito textu spicantur. ¶ Translate ponitur interdum pro contextu orationis, seu pro verbis alicujus auctoris. *testo*. *Ammian. l. 15. c. 7*. Rem brevi textu percurram. h. e. paucis verbis. *Id. ib. c. 8*. Ut ostendit textus superior. *Id. l. 27. c. ult.* Quod contra fœderum textum jurentur Armeniz. *Manil. l. 3*. quarum ratio manifesta per artem Collecta est, venietque suo per carmina textu. *orditura*.
Textus, a, um, *seffuto*, ὑφαντός, partic. a *texor*. *Virg. 2. Æn.* Hanc tamen immensam Calchas atollere molem Roboribus textis, cœloque educere iussit. *Id. 5. Æn.* Parietibus cœcis textum iter. *Cic. 2. de nat. Deor.* Tegumenta corporum vel texta, vel futa.

T A N T E H.

Thabor, m. 3. *Tabor*, mons Palæstinæ, in Galilæa, apud campum Efdrelion. ¶ Item mons Palæstinæ, in Tribu Nephthali versus Dan.
Thais, idis, f. *Θαΐς*, nobilis meretrix Alexandrina, quæ Atticam juventutem in sui amorem pellexit. Hanc suis carminibus celebravit Menander, Comicus Poeta Græcus, unde & Menandrez epitheto a Poetis insignitur. *Propert. l. 2. eleg. 6*. Turba Menandrez fuerat nec Thuidos olim Tanta, in qua populus luiti Erichonibus.
Thalamæus, i, *Θαλαμῶν*, navis deliciarum magis causa, quam belli ornata, thalamis, & cubiculis instructa, pretiosisque obducta velis, aliisque regis ornamentis; videturque ita dicta *ταεινὸν ἄγρον τὸν Θαλαμῶν*, h. e. quia thalamos habet, & cubacula. *Sueton. in Cæs. c. 52. de Cæsare*, & *Cleopatra*: Eadem nave thalameo pene Æthiopia tenuis Ægyptum penetrauit. *Seneca l. 7. de benef.* hujus generis naves *cubicalas* vocat, *Plinius vero l. 7. c. 30*. vittatas.
Thalamus, mi, m. *camera degli spofi*, תָּבַר, Germ. *die schiffkammer de-redeut*, Gal. *chambre a coucher*, Hisp. *salamo*, *θάλαμος*, cubiculum nuptiale. *Vitruv. l. 6. c. 10*. In proœdis, dextra ac sinistra cubacula sunt collocata, quorum unum thalamus, alterum amphithalamus dicitur. *Virg. 6. Æn.* Hic thalamum invasit natæ, vitætofo Hymenæos. ¶ Translate ponitur pro nuptiis, matrimonio, jure connubii. *Virg. 4. Æn.* Non licuit thalami expertem sine crimine vitam Degere more teræ? *Ovid. l. 1. Am. el. 8*. Hæc sibi proposuit thalamos violare pudicos. *Stat. 5. Thebaid.* Thalami coacti, noxæ forsæ. ¶ Item pro quovis habitaculo. *Virg. 6. Æn. v. 280*. Ferreque Eumenidum thalami. *Id. 4. Georg. de apibus*: ubi jam thalamis se composuere, siletur.
Thalassa, *Θαλασσα*, mare: Græca vox, qua inscribitur liber nonus Apicii auctoris culinarii, quia in eo libro de piscibus marinis condiciendis, & de salamentis agitur.
Thalassiscus, a, um, *Θαλασσις*, idem ac thalassimus, *Plaut. Mil. 4. 4. 43*. palliolum habens ferrugineum, nam is coios thalassicus 'it. *Id. ib. 4. 6. 67*. Nescio, quis tecum iacedit, ornatu quidem thalassico. *con-abito marinarefco*.
Thalassinus, a, um, *Θαλασσίτης*, marinus, ut *Thalassinus color*, idest cœruleus, qui est similis fluctibus maris, a *Θαλασσα*, *mare*. *Lucret. l. 4. v. 1120*. teriturque thalassina vestis Alfidue.
Thalassio. V. *Talassius*.
Thalassites vinum dicitur, quod cum vasis suis in mare demergitur, ut ejus præcocior his vetustas, inquit *Plin. l. 14. c. 8*. Est autem vox a Græco *Θαλασσα*, *mare*.
Thalassomeli, n. *Θαλασσομέλι*, decoctum ex aqua marina, pluvia, & melle. *Plin. l. 31. c. 6*.
Thales, etis, & Thales, is, m. *Θαλῆς*, *Θάλης*, unus ex septem Græciæ Sapientibus, qui eodem tempore in Græciâ floruerunt. Natus est, ut ex Apollodori sententia tradit Laertius, anno primo 35 Olympiadis. Fuit primus Philosophiz inventor, id est Physicæ, Astronomiz, Geometriæ, & hujus generis disciplinarum. Solis & Lunæ eclipsis primus prædixit. *Sidon. carm. 15. v. 79*. Disseruit de Uria minore, ut ait Callimachus. Aquam dixit esse initium rerum, Deum autem eam mentem, quæ ex aqua cuncta fingeret. Interrogatus, quid in rerum natura diffucillimum existimaret, se ipsum, inquit, noxæ. Eum alii Sapientes omnium sapientissimi.

ritum esse decreverunt, quippe qui ad eum tripodem auream, de qua inter piscatores ex Co inf. & Milesios lis fuerat, communi consensu miserunt, cum Apollo consultus respondisset, donum illud illius ætatis sapientium debere. Discipulum habuit Anaximandrum, cuius auditor Anaximenes, & Hecateus Historici. A Thaletæ Jonica fluxit disciplina, sicut a Pythagora Italica. Vixit annos, ut Socrates tradit, nonaginta, ut alii septuaginta. Obiit Olympiade 58, cum certamen spectaret, æstu, ac siti fatigatus. *Valer. Max. l. 4. c. 1. extern. n. 7.* Milesii Thaleti mensam dederunt. *Plaut. Capt. 2. 24.* Thalem talento non emam Milesium. ¶ Thales alter, Poeta Lyricus Cretenfis, quem e Creta Solon Spartam misit, cuius odis, ac poesi Spartani delinuti animorum feritatem nimiam ex Lycurgi legibus imbutam mitigarent. *Plut. in Solone.*

Thaleticus, a, um, adject. a Thalete. *Sidon. carm. 15. v. 89.* Quartus Anaxagoras Thaletica dogmata servat.

Thalia, æ, f. Ἑλλάς, una Musarum, dicta a Ἑλλάς, quia semper vicebat Poetarum gloria. Græce est Ἑλλάς unde Latinum Thalia, et in s longum convertio. *Servius ad Ecl. 6.* ait Thales per e Latine dici debere, ut in *Cytherea*, & *Medea*. Et sane in Romano codice sic scribi monet *Pierius*. Non tamen Maronem sic scripsisse verisimile est, quando *Servius* ipse agnoscit, eum propter euphoniā Thalia per s maluisse. Et sane utrunque rectum est, cum e nunc abeat in s, nunc in e longum. *Virg. 6. Ecl.* Noltra nec erubuit sylva habitare Thalia. ¶ Est etiam una Gratiarum. Hæ enim tres sunt, *Aglæ, Thalia, Euphrosyne*. V. *Gratiæ*. ¶ Item Nymphæ nomen in Sicilia, juxta Symæthum II. *Virg. 5. Æn.*

Thaliætrum, i, n. ἑλάστρον, herba folio coriandri, sed paulo pinguiore, caule papaveris, in campestribus præcipue nascens, utilis contra ulcera. *Plin. l. 27. c. 13.*

Thallus, li, m. *gamba della cipolla*, ἑλάδος, caulis cæpæ, qui ejus capitulum sustinet, a ἑλάδος, *virgo, pullulo*. *Colum. l. 11. c. 3. ad fin.* Nec patiendum est, ut perarefat (semen cæparum) aut totum decidat, verum integri thalli vellendi sunt. *Pallad. in Febr. 111. 24.* Vellendi sunt thalli adhuc semifici cum semine. ¶ Item furculus, seu ramus olivæ. *Virg. in Ciri, v. 376.* Pergit Amiclor spargens aitaria thallo.

Thannus, vel Thannus, i, f. ἑλάστρον, fruticis quædam species. *Colum. l. 12. c. 7.* Asparagi, rufci, thamni (al. thanni) digitelli, puleii, &c.

Thamyras, æ, m. ἑλάστρον, ἑλάστρον, Poeta ex Thracia, prætantillimus in canendo. *Ovid. l. 3. de Ars am. v. 399.* Tu licet & Thamyram superes, & Amœba cantu. ¶ Cum omnes pulchritudine præcelleret, initio mares dilexit, deinde mutata consuetudine Musas amavit, cum quibus de cantu certavit hisce conditionibus, ut, si vinceret, earum complexu potiretur, sin succumberet, ab illis pateretur, quicquid eis videretur. Superatus & lyra, & oculis privatus est. Hinc manavit Græcum proverbium in eos, qui præter ingenium proprium aliquid agunt, *ἑλάστρον μύριον, Thamyras insans. Suid. & Erasim.*

Thapsia, æ, f. ἑλάστρον, frutex quidam foliis læniculi, caule inani, nec excedente baculi longitudinem, femine terulæ, radice candida: incisâ lacteo succo manat: vim autem habet venenatam, quippe quæ etiam effodientibus nocet: remedium autem est cæra corpus prius obducere. Dicta est a Thaplo insula, in qua primum inventa creditur. Habet a liquos usus in medicina. V. *Plin. l. 13. c. 22.*

Thasius, sive Thasius, a, um, quod ad Thasum inf. spectat. *Virg. 2. Georg. 2.* Sunt Thasie vites, sunt & Mareotides uvæ. *Senec. ep. 86.* Thasius lapis: hoc est marmor quod optimum in ea insula effodiebatur. ¶ Thasium vinum laudatissimum est, apud *Apuleium in Apol. & alios*. Unde prodit adagium, *Thasium insudis*, apud *Aristophanem in Plut.* ubi quis vinum temperat, non aqua, sed alio vino potientiore.

Thasus, Thasus, Thafos, i, *Tasso*, inf. Thraciæ, in mari Ægæo, prope ostia Nesti fl. & versus Strymonicum sin. Habet opp. cogn. a Patris conditum. Miræ fertilitatis est, & auri etiam mineras habet, quod inde effoditur maxima copia. Hinc Callistratus Orator, ut *Zenodorus* scribit, Atheniensibus persuadere conatus est, ut regionem illam occuparent, tanquam terracillam, & quæ auri etiam venas haberet, & tandem orationem concludens, dixit, *Summa Thasus bonorum est*. Quod in proverbium receptum est de bonis splendidis, quæ quis pollicetur. ¶ Nobili etiam marmore illustris fuit. *Hinc Stat. l. 1. Silv. 5. v. 34.* Non huc admittæ Thafos, aut undosa Carystos. hoc est hic non visuntur marmora Thasi, & Carysti.

Thaumantæus, a, um, adject. ut Thaumatæa virgo, eadem quæ Thaumantias. *Ovid. 14. Met. prope fin.* Romuleos cum virgine Thaumantæa Ingredditur colles.

Thaumantias, adis, f. ἑλάστρον, Iris, id est arcus cælestis, filia Thaumantis ex Electra filia Oceani, nuntia Deorum: Cæterum ex admiratione hoc nomen accepit, nempe a ἑλάστρον, *miraculum*, quia arcum cælestem apparentem admirari solemus, præcipue propter colorum varietatem. *Virg. 9. Æn.* Ad quem sic roseo Thaumantias ore locuta est. Thaumantias, idis, f. ἑλάστρον, idem quod Thaumantias. *Stat. 3. Sylv. 3. v. 80.* summi Jovis aliger Arcas Nuntius, imbriferâ potitur Thaumantide Juno.

Thauris, f. 3. inf. Illyrici, lissæ proxima, ubi inter Vatium, & Oslavium navali prælio pugnatum est, & victoria penes Vatium fuit. *Hirt. de bello Alex.*

Theætetus, i, ἑλάστρον, titulus est unius ex Dialogis Platonis, in quo disputat adversus talis jactatam a Sophistis sciensæ comparandæ rationem. *Gell. l. 13. c. 18.*

Theagenes, is, m. ἑλάστρον, vir Atheniensis, qui de Homero scripsit. *Suid.* ¶ Theagenes alter, itidem Atheniensis, qui κερξ, id est *summus*, est cognominatus, quod multa promittens, nihil præstaret. Pauper enim erat, ac dives videri volebat. *Suid.* ¶ Theagenes tertius, vir potens, ac dives Athenis, qui liberalitate, ac beneficentia publicæ, ac privatim multa digna laude gessit. ¶ Theagenes quoque, athleta celebris, patria Thasius, qui centum quadraginta coronas ex certaminibus retulit.

Theamædes, is, lapis est in Æthiopiæ montibus nascens, contrarius magneti, quippe qui ferrum sibi appositum statim abigit. *Plin. l. 36. c. 16.* Theanum. V. Teanum.

Theatralis, le, o. 3. *teatralis, di teatro*, Germ. *des schauvauß*, Gal. *de theatre*, Hisp. *de teatro*, *teatralis*, ad theatrum pertinens, *Cic. pro Sext.* Theatralis, gladiatorique confessus dicuntur omnino solere levitate nonnullorum eruptoris plausus exiles, & raras excitare. *Tac. l. 1. Ann. cap. 16.* Erat in castris Percennius quidam, dux olim theatralium operum. *Id. Ann. 11. c. 13.* Theatralis lascivia. *Sidon. lib. 3. ep. 11.* Theatralis sermones. h. e. obsceni. *Plin. l. 7. c. 30.* Theatralis lex. h. e. de ordine sedendi in Theatro. V. *Rofcia*.

Theatridion, n. 2. ἑλάστρον, *pietiol teatro*, parvum theatrum. *Varro l. 3. de R. R. c. 5.* Inter hæc, & exteriores gradatim substruunt, ut theatridion avium. ¶ Plerunque tamen Græcis literis scribitur.

Theatrum, tri, n. teatro, Germ. *schauvauß*, Gal. *theatre*, Hisp. *teatro*, ἑλάστρον, ædificium in hemicyclii speciem factum, ad videnda spectacula

idoneum, a ἑλάστρον, *specto, video*. *Cic. 3. Fin.* Sed quemadmodum, theatrum cum commune sit, recte tamen dici potest, ejus esse locum locum, quem quisque occupat. *Ovid. l. 2. Am. el. 7.* Sive ego marmorei respexi summa theatri. ¶ Sero Roma theatrum vidit: ferius probavit, nec, nisi cum a prisca severitate multum degenerasset. Docet hoc cum *Livius l. 48.* & *Velleius l. 2.* tum *Valerius Maximus, l. 2. c. 4.* cuius verba sunt: Theatra inchoata quidem sunt a Messalla, & Cassio Centoribus (anno U. C. 599.) cæterum auctore P. Scipione Nafica omnem apparatus operis eorum subjectum hæc venire placuit. Atque etiam S. C. cautum est, nequis in Urbe, propiusve passus mille subfella posuisset, sedense ludos spectare vellet, ut scilicet remissioni animorum juncta standi virilitas, propria Romanæ gentis nota esset. Hæc *Val. Max. Postea L. Mummius* ludis, quos in triumpho fecit, theatrum extruxit, sed temporarium. Imprimis autem celebratur theatrum, quod in Ædilitate fecit M. Scaurus, de quo operæ pretium est legere *Plinium l. 36. c. 15.* At mansurum theatrum primum ex lapide quadrato extruxit Pompeius, idque ad ejus exemplum, quod Mitylenis viderat bello Mithridatico; eique Veneris ædem superposuit, teste *Tersullio de spect. c. 10.* Theatrum hoc igne fortuito haurit, scribit *Tacitus, l. 3. Annal.* ¶ Forma theatri cujusque erat hemicyclii. Qua in re differat ab amphiteatro, quod ex eo nomen habet, quod e duobus constaret theatris. Nam cum theatrum forma esset hemicyclii, ac ante se haberet scenam, quæ ab uno theatri cornu ad alterum porrigebatur, amphitheatrum scena hæc (nomine eo profcenium quoque, & postscenium comprehendendo) carebat, sedibusque continenter dispositis procurrabat in orbem. Non tamen amphitheatrum plane circuli hæbit figuram, sed ovi, quemadmodum scribit *Cassiodorus l. 5. ep. 42.* Rescripsit huc *Calpurnius in Ecl. de venatione Casini*. Et geminis medium se molibus alligat ovum. Nam vult, duas moles, hoc est duo theatra, in ovi speciem coniungi. Nec figura tantum, sed & usu theatrum, & amphitheatrum differebat. Nam in teatro ludi scenici, in amphitheatro gladiatorii fiebant, ac circenses. Itaque illud Veneti, hoc Marti sacrum fuit. V. *Lipsium comm. de amphitheatro*. ¶ Partes theatri hæc sunt. Primo erant *sedilia*, cum porticibus, & scalis, quorum ordines *cunei* dicti sunt. Deinde erant *orchestræ*, quæ erat locus in medio theatro, hoc est interior pars, quæ concava: a qua theatrum ipsum *cavea* dicebatur, quæ vox postea transit ad amphitheatrum. In orchestra apud Græcos chorus saltabat, apud Romanos Senatores fudebant. In orchestra erat locus editor, qui *thyrsus* vocabatur, id est ara, & erat pulpitum, in quo musicis instrumentis interiebatur scenæ. Orchestra proximum erat *proscenium*, id est locus a cornu uno theatri ad alterum porrectus, interque orchestra, & scenam constitutus, scena quidem depressior, orchestra autem altior, in medio sui pulpiti habens, qui agentium, ac loquentium locus erat. Dictum est, quia ante scenam esset. Proxima erat *scena*, in qua latere soliti actores, prius quidem tecti aulæ, postea vero supparis, sive sipariis. Denique ultimum fuit *postscenium*, id est locus post scenam, in quo multa occulte fiebant, quæ ab auditoribus audiebantur, non videbantur. In postscenio statuit Pollux *βουτταριον*, in quo calculus compluribus in utres conjectis, perque æra versatis tonitru similitudo reterebar. Fuere & aliæ theatri partes: sed præcipuas tantum commemorare animus fuit. Quare de cæteris, si voles, vide e veteribus quidem *Vitruvium l. 5. c. 5.* & *seq. Pollucem l. 4. esp. 29.* *Cassiodorum lib. 4. Var. ep. ult. Iuliodorum l. 18. Orig. c. 39.* e junioribus autem *Bædæum annot. prior. in Paræ. Calium Rhodiginum l. 5. c. 8.* *Lilium Grysalum dial. 6. Hist. Poetarum, Julium Scaligerum l. 1. de Re Poetica c. 21.* *Calliæb. de mim. & pantom.* ¶ De ordine sedendi in Theatris. V. in voce *Rofcia*. ¶ Sæpe translate sumitur pro loco conspicuo ante omnium oculos. *Cic. 2. Tus. esp. 26.* Omnia enim beneficia in luce collocari volunt, sed tamen nullum theatrum virtuti conscientia majus est. *Id. l. 12. Fam. ep. 28.* Etenim magno theatro spectata est tum, cum est ab A. Gabinio Consule relegatus, quod libere, & fortiter salutem meam defendisset. ¶ Metonymice ponitur pro spectaculo. *Cic. l. 13. Fam. ep. 64.* Magnum theatrum habet ista provincia, non ut hæc nostra, adolescentis nobilis, ingenio, abfinitis commendationem, atque gloriam. ¶ Item pro spectatoribus, seu pro multitudine spectante. *Cic. 3. de Or. c. 50.* Si in his paulum modo offensum est, theatra tota reclamant. ¶ Apud Græcos Theatra Curiæ vicem præbebant: ibi enim conveniebant de republica consulturi. *Auson. de 7. Sapientib. in prol.* & Atticus quoque, quibus theatrum curiæ præbet vicem. *Nepos in Timoleont.* Veniebant autem in Theatrum, cura ibi consilium populi haberetur. Adde *Tacit. 2. hist. c. 80.*

Theba, æ, f. ἑλάστρον, idem ac Thebæ, arum. *Stat. l. 8. Theb.* Vive superbes, ait, diræque ad mœnia Thebæ Solus abi.

Thebæ, arum, f. pl. *Strives, Sibes, Tibus*, urbs Boeotiæ, ad Ismenum fl. Condita fuit a Cadmo filio Agenoris Regis Phœnicis, ut est in tabulis, ope quinque virorum, qui ex dentibus draconis ab ipso interfecti in terra satis exorti sunt. Unde & urbs Draconigera, & incolæ civis Ophionii sunt appellati. *Varro tamen l. 3. de re rust.* scribit, hanc urbem ab Ogyge ædificatam. Ejus mœnia deinde Amphion cithara canens construxisse dicitur, cum ad citharæ sonitum saxa congregarentur, & invicem copularentur. Quod de ejus eloquentia intelligendum est, qua effecit, ut cives concordēs inter se viverent, eaque concordia ipsi fuæ urbi pro mœnibus essent. Verisimile tamen est, Amphionem & eloquentem tuisse, & re vera urbem mœnibus munivisse. Eadem dicta fuit Heptapyllos, quia septem portas habuit. Vocata etiam est *Diræa*, a Dirce vicino fonte. Fuit patria Bacchi, & Hercules. Inclata etiam fuit duobus ducibus, Epaminonda, & Pelopida, item Pindaro Poeta. Everfa fuit ab Alexandro Magno. Hodie vero in vicum redacta est. Istic hirundines non nidificant, sicut Athenis cornices non videntur, teste *Plinio l. 10. c. 24.* quoniam urbs illa æpius capta fit, ut *ibid.* subdit. *Juvenal. Sat. 13. v. 26.* Rari quippe boni: numero vix sunt totidem, quot Thebarum portæ, vel divitis ostia Nilii. ¶ Ursurpar & in singulari numero. V. *Thebe, & Theba*. ¶ Thebæ altera, Hecatompyllos, Diopolis, *Thebes, Minio*, urbs Ægypti sup. condita a Bufiris Rege, quondam clarissima, & potentissima, caput, & metropolis Thebæidis reg. Fuit insignis hæc urbs centum portis, ut docet *Plin. lib. 5. cap. 9.* unde & *Hecatompyllos* appellata est, aliisque publicis, privatisque ædificiis. Fuit tota penilis, adeo ut Reges vel maximos exercitus solerent educere nullo oppidanorum id sentiente, ut ait *Plin. l. 36. cap. 14. Juvenal. Sat. 13. v. 6.* Atque vetus Thebes centum jacet obruta portis. ¶ Thebæ quoque, *Ziton*, urbs Phthiotidis, in Tessalia, ad In. Maliacum. ¶ Item Thebæ, postea Thebesis, urbs Africa, condita a Baccho, sive Libero Patre. *Hieron. epist. ad Galatas*. ¶ Item urbs Cilicæ, patria Andromaches uxoris Hectoris. *Ovid. in Ibin.* ¶ Item urbs exc. Coricæ. ¶ Item Thebes cognominæ Lucaniæ, *Is Luzzæ*, opp. Brutorum, medit. conditum ab Aoniis colonis, in Calabria cit. apud Crathim fl. *Plin. l. 3. c. 11.*

Thebaicus, a, um, adject. idem quod Thebanus, ut Thebaicus lapis, *Plin. l. 36. c. 22.* ¶ De illo *Statius lib. 4. Silv. ult. v. 46.* Chartz The-

baicæve, &c. V. in *Caricus*.
 Thebais, idis, & idos, *Θεβαις*, adject. femin. quæ est ex Thebis. *Stat. l. 2. silv. 2. v. 60.* Jam Methymnæ vatis manus, & chelys una Thebais, & Getici cedat tibi gloria plectri. *b. c. cithara Amphionis Thebani.* ¶ Thebais dicitur ab *Ovid. 3. de ar. am. v. 778.* Andromache uxor Hectoris, filia Ætionis regis Thebarum Ciliciæ. ¶ Thebais etiam inscriptum est insigne poema Papini Statii, in quo canit bellum Argivorum contra Thebas. ¶ Est præterea hoc nomine regio Ægypti, Æthiopiæ contemina, ita appellata a Thebis urbe ejus regionis capite. *Plin. l. 5. c. 9.* ¶ Item appellata Lydiæ, qui Tralles alluit. *Id. l. 5. c. 29.* ¶ In quinto casu, *Stat. ad fin. Thebaidos.* O mihi bisulenos multum vigilata per annos Thebai.
 Thebanus, a, um, adject. ad Thebas pertinens, præsertimque ad eas, quæ in Bœotia, ut Thebani, orum, ejus urbis incolæ, *Cic. 1. de Fato, & 2. de Invent. Thebana agmina, Stat. l. 9. Thebaid.* Thebana arx, *Horat. de ar. poet.*
 Thebe, es, t. Nympha, a qua Thebarum urbs cognominata est: adjecta fuisse dicitur in tabulis ab Alope fluvio Bœotiæ, atque ex eo quinquæ filias suscepisse. *Ovid. 3. Amor. eleg. 6.* Quid reteram Alopeon? quem cepit Martia Thebe, Natarum Thebe quinque futura parens. *Martia* dicitur, vel quia ipsa urbs Thebæ bellicosa admodum fuit; seu quia ex eadem nympha Mars etiam filiam suscepisse dicitur. ¶ Ipsa quoque urbs Thebe dicitur in singulari num. *Stat. l. 10. Theb. perituraque Thebe, si taceam. Id. ib. lib. 9.* premit agmina Thebes Hippomedon. ¶ Est præterea Thebe nomen virginis, e cujus gremio geninæ columbæ, ut est in tabulis, cum evolant, altera ad Hammonis fontem tendit, & ibidem responsa dedit, altera ad sylvam Dodonæam, ubi futura mortalibus præcinit.
 Theca, æ, t. *borja, guaina, fodero, ٧١٧*, Germ. *trucken*, Gall. *etuy*, Hisp. *esluche, ٧١٧*, repositorium, vagina, locus, in quo aliquid recondimus. *Varro l. 1. de R. R. c. 48.* Proinde ut grani theca sit gluma, & apex arilla. *Cic. 6. Ver. c. 23.* Efferrî line thecis vasa, extorqueri alia de manibus mulierum. *Id. Ast. l. 4. ep. 8.* Quare in hoc thecam numariam ne retereris. *Martial. l. 14. epigr. 19.* Sortitus thecam calamis armare momento. *il pennaiuolo, qui a Suetonio in Claud. c. 35.* dicitur theca calamaria.
 Thecûla, læ, t. parva theca. Quidam hanc vocem legi putant apud *Cic. Attic. l. 9. ep. 6.* ubi optimus quique codex habet *tegula*.
 Thedo, onis, m. pisciculus quidam line spinis. *Auson. in Mosella.* Et nullo spinæ nociturus acumine Thedo. In variis Codicibus legitur *Tedo, Redo, & Rbedo*.
 Thecatus, a, um, adject. theca inclusus. *Sidon. l. 1. ep. 2.* Thecatum arcum gestare.
 Thelygdonon, i, n. *Θηλυγδωνος*, herba semine milii, quod cratægono (quæ item herba est) est admodum simile, gustu tamen leniore. *Plin. l. 27. c. 8.*
 Thelyphdonon, i, n. *Θηλυφδωνος*, herba, quæ & scorpion dicitur, quia ejus tactu scorpiones moriuntur. *Plin. l. 25. c. 10.*
 Thelyptæris, idis, t. *θελυπτæρις*, filix femina, multos ex se ramos producens. *Plin. l. 17. c. 9.*
 Thema, atis, n. *θημα*, positio, id, quod positum est. Speciatim sumitur pro politura cœli, lidere natalitio, affectione cœli natalitia, horoscopo. *Suet. in Aug. c. 94.* Tantam mox fiduciam fari habuit, ut thema suum vulgaverit. ¶ Item pro argumento controversiæ declamanda, pro quaestione, quæ pro fundamento dissertationis ponitur, *rem.* *Quintil. l. 7. c. 2.* Nam in schola certa sunt, & pauca, & ante declamationem exponuntur, quæ themata Græci vocant, Cicero propositi. *Senec. l. 3. controver. 20.* Thema controversiæ.
 Themis, idis, t. *Θημις*, filia Cœli, & Terræ, soror Jovis secundi, quæ ejus nuptias fugiens, ab eo in Macedonia compressa fuit, ex quo concubitu Minervam natam esse narrat. Hanc veteres coluere ut Deam præsidem iusti, & honesti, & consiliorum. *Fest.* Themis Deam putabant esse, quæ præciperet hominibus id petere, quod fas esset, eamque id esse existimabant, quod & fas est. Est autem *Themis* Græcus accusativus, *Θημις*. ¶ *Ammian. l. 21. c. 1.* scribit, Themis vaticiniorum Deam fuisse: unde & fatidica dicta est. Habuit templum in Bœotia juxta Cephus amnem, ad cuius oraculum accessit Deucalion cum Pyrrha uxore post diluvium pro conilio recuperandi humani generis. *Ovid. 1. Met. v. 320.* Corycidas Nymphas, & numina montis adorat, Fatidicamque Themis, quæ tunc oracula tenebat. *Claud. l. 1. in Ruf. in prof.* Ad Themidis coeunt antra severa Deæ.
 Themiscyra, f. 1. *Themis, Themisera*, al. *Livio*, al. *Fanagoria*, urbs Cappadocis maritima, in conf. Ponti Galatici, & Polemoniæ, apud Thermooentem fl. & ostia Iridis. Regio circa eam sita eodem nomine gaudet. *Plin. l. 6. c. 3.*
 Themista, æ, t. mulier quædam Epicuri ætate, philosophiæ apripme dedita, & sapientissima habita illis temporibus. Hinc *Themista sapiensior*, proverbium est apud *Cic. in Pison. c. 26.* ubi alii Themistam eandem esse putant ac Themis; alii denique aliter legunt.
 Themistius, m. 3. Philosophus temporibus Juliani Apostatæ, cujus etiam Præfectus Prætorio fuit Constantinopoli. Scripsit Paraphrasin Aristotelis Physica lib. octo, in Analytica posteriora libris duobus. Præterea edidit sua, videlicet de intentione, & inscriptione Prædicamentorum, disputationes etiam quasdam. Hic Valentinus Imp. quotidie sapientem in Orthodoxos auctoritate sua, & epistolis reddidit mitiorem. *Suid.*
 Themistocles, is, m. *Θημιστοκλῆς*, filius Neoclis Atheniensis. Prodigus, ac lascivus prima juventute, postea dux electus res inclutas gessit. Piræum munivit bello maritimo. Perlas apud Salaminem vicit. Cum ab ingrata patria exul factus esset, ad Xerxem se contulit, a quo princeps exercitus adversus Athenienses magno cum honore creatus, cum videret, patriæ suæ ingentis cladis periculum imminere, hausto tauri sanguine se ipse interemit, ne aut Regi de se merito fidelis non edet non pugnando videretur, aut patriæ suæ hostis, atque oppugnator videretur. *Plutarch. & Nepos in vitæ Themist.*
 Themistocleus, a, um, adject. ad Themistoclem pertinens, ut Themistocleum exilium, *Cic. Att. l. 10. ep. 8.*
 Thentæ. V. Tenæ.
 Theocrines, is, m. *Θηοκρίνης*, nomen cujusdam Atheniensis, qui primum tragœdiarum actor fuit, deinde calumniator, & scyphanta. Unde & Demosthenes, in or. pro Ctesiphonte, Æchinem tragicum Theocrinem vocat. *Erasm. in Ciliad.* Christiani etiam olim per convicium hoc nomine appellabantur a Gentilibus, tunc *D. Hieronymo in epist. ad Furiam de viduitate.*
 Theocritus, m. 2. *Θηοκρίτος*, Poeta Syracusanus, Praxagoræ, qui cognominatus est Sunchides, sive, ut alii malunt, Symmachi, & Philinæ filius, qui sub Ptolemæo Lagi filio floruit. Alii Coum fuisse volunt, sed admodum juvenem Syracusanum commergat. Appellatus fuit Mosehus. Scripsit Doricæ lingua Lydia, in genere bucolico, quæ etiam hodie

omnium manibus teruntur. *Suid.* ¶ Theocritus alter, Chius patris, unde & Theopompus fuit Historicus, ejus æqualis, & in administratione Reipublicæ emulus. Scripsit Historiam Libycam, & epistolas quasdam. *Suid.* Occisus fuit ab Antigono Rege propter secomia de eo dictum, etiam post juramentum de illi percendo. *Macrobi. l. 7. Satur. c. 3.*
 Theodamantus, a, um, adject. ad Theodamantem pertinens, *Θηοδαμαντης*. *Proper. l. 1. eleg. 20.* Theodamanteo proximus ardor Hylæ.
 Theodamas, antis, m. *Θηοδαμας*, & *Θηοδαμης*, Rex Dryopidis in Epuro, pater Hylæ. Cum Herculi una cum uxore Dejanira, & filio Hylæ in Dryopes (al. Dejiopes, al. Deiojes) venienti post occisum Oenei pincernam in Calydonia, æsuriensque puero cibum petenti denegasset, ille arreptum unum ex bobus Theodamantis mactavit, atque coxit. Quapropter Theodamas convocatis popularibus arma adversus Herculem movit. Ferunt, in eo certamine ita ab hostibus pressum fuisse Herculem, ut etiam Dejaniram uxorem armaret, quæ & in manilla vulnerata est. Hercules tamen victoriam obtinens, Theodamantem occidit, filiumque ejus Hylæ secum abduxit, quem charissimum habuit. ¶ Theodamas alius, filius Melampus, divinandi arte insignis, quem Adrastus, alique duces, qui Thebas obsidebant, in locum Amphiarai, postquam hic terræ hiatu interit, fuissecerunt. *Bocc. l. 13. Gen. Deor.*
 Theodectes, is, m. *Θηοδῆκτης*, Orator, Cilix genere, discipulus Platonis, Ilocratis, & Aristotelis, qui ei suos de Rhetorica libros dedicavit: Converterus deinde in tragœdus, scripsit tabulas 50. Scripsit & versibus artem Rhetoricam. Laudavit & virum Artemisæ Mausolum, una cum claris eo tempore Oratoribus. Decessit Atheis anno ætatis quadragesimo primo. *Suid. & Cic. in Or.* ¶ Theodectes alter, superioris filius, similiter Orator. Scripsit encomium Alexandri Regis Epirotarum, commentarios historicos, artem Rhetoricam libris 7. aliaque complura. *Suid.*
 Theodoræus, a, um, *Θηοδῶραος*, ad Theodorum pertinens. *Quintil. l. 2. cap. 11.* Percunctanti Theodoreus, an Apollodoreus esset, &c. *Id. lib. 4. cap. 2. ante med.* Theodori quoque solam relinquunt ultimam partem, &c. V. Theodorus.
 Theodorus, m. 2. *Θηοδωρος*, Byzantius Sophista, a Platone vocatus *λογωδιδάσκας*, idest Dædalus ieromonum. Fuit subtilior Lyfia in arte dicendi, sed in orationibus jejanius. Scripsit contra Thrasylbulum, & Andocidem, & alia multa. *Suid. & Cic. in Brut.* ¶ Theodorus alter, Philosophus Cyrenaicus, Athenis fuit. *Cic. 1. de nat. Deor.* ¶ Theodorus alius, nobilis Orator ex Gadara Syriæ urbe, non longe ab Afcalone. Verum ipse dici maluit Rhodius, teste Strabone, cujus tempore fuit. Ejus discipuli Theodori sunt dicti, inter quos fuit Hermagoras, qui de arte Rhetorica scripsit. Tiberius Imperator, cum secessisset Rhodium, eum studiose audivit, ut *Quintil. l. 3. c. 1.* tradit.
 Theodosia, f. 1. *Tusla*, al. *Cassa*, urbs Tauricæ Chersonesi, & Regni Boiphoranæ, ad ost. Iliarianæ fl. caput Tartaricæ min. hodie sedes Satrapæ Turcarum, cum portu in ora Ponti Euxini. *Plin. lib. 4. cap. 12.*
 Theodosianus, a, um, adject. a Theodosio, ut *Theodosianus Codex*, ita dictus a Theodosio juniore, qui vixit sæculo Christi V. completiturque Christianorum Principum constitutiones. Sic *Theodosiana leges*, apud *Sidonium lib. 2. epist. 1.*
 Theodosiopolis, f. 3. *Εἰδρον*, al. *Erzerum*, urbs Armeniæ majoris, ad Euphratem fl. ¶ Item urbs Phrygiæ Pacatianæ. ¶ Item urbs Syriæ. ¶ Item urbs Mesopotamiæ. ¶ Theodosiopolis etiam, ante Apros, urbs Thraciæ, ita dicta in honorem Theodosii Imp.
 Theodosius, ii, nomen trium Imperatorum Magni, Junioris, & Adramyrceni.
 Theognis, idis, m. Poeta Siculus, Megaris natus, qui lectu dignas Pæneles conscripsit, fœdis tamen anoribus palli aiperis contaminatas.
 Theogonia, æ, f. *Θηογονία*, Deorum origo. Hoc nomine extat opus Hesiodi, in quo Deorum genealogias explicat. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 14.* Cum vero Hesiodi theogoniam interpretatur, tollit omnino infitas, perceptualque cognitiones Deorum.
 Theologia, æ, t. *Teologia*, Germ. *verstand der schrift Gottes*, Gall. *theologie*, Hisp. *teologia*, *θεολογία*, scientia, quæ agit de Deo, & de rebus, quæ ad Deum proxime referuntur, ut de Angelis, de mundi origine, & similibus. *Danæus in Lex. ad usum Deiph.* roborat vocem hanc Varronis auctoritate.
 Theologicus, a, um, adject. *teologico*, ad theologiam pertinens, *Θηολογικος*, ut doctrina theologica, *Ammian. l. 16. c. 6.*
 Theologus, i, m. *Teologo*, Ger. *gelehret der schrift Gottes*, Gal. *theologien*, Hisp. *teologo*, *θεολογος*, qui circa Dei, & rerum divinarum contemplationem versatur. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 21.* Principio Joves tres numerant ii, qui Theologi nominantur.
 Theon, onis, m. *Θηων*, pictor Samius. *Quintil. l. 12.* ¶ Theon alter, insignis sculptor, unus ex illis quinque, qui Mausoleum cœlavere. *Plin. l. 35. c. 11.* ¶ Theon alius, Philosophus Stoicus Antiochenus. Scripsit Apologiam Socratis. ¶ Theon alius, Philosophus Stoicus, Alexandrinus, qui ætate Augusti post Arrium Philosophum emicuit. Scripsit in Phylæicam, & in artem Rhetoricam, & alia. ¶ Theon alius, Mathematicus Alexandrinus, sub Theodosio seniore. Scripsit de Astrologia, commentarioque in Ptolemæum, & Astrologium parvum, & alia. ¶ Theon alius, Philosophus Smirnezus. ¶ Theon alius, Sophista Alexandrinus, qui Ælius cognominatus est. Scripsit in Arte Rhetorica. ¶ Theon alius, Sophista Sidonius, tempore Constantii II. Præcepit in patria. ¶ Theon quoque Grammaticus, interpres Apollonii Rhodii. ¶ Theon item, Poeta quidam rabiosæ loquacitatis, petulantissimæque maledicentiæ. Unde tactum est, ut Theonino dente rodi eum dicamus, qui conviciis laceflitur. *Aeron. in Hor. l. 1. ep. 18.*
 Theoninus, a, um, *Θηωνινος*, quod ad Theonem maledicum Poetam spectat, ut dente Theonino rodere, idest conviciis, & maledictis laceflere. *Hor. l. 1. ep. 18 v. 82.* qui Dente Theonino cum circumoditur.
 Theophanes, is, m. *Θηοφανης*, Historicus Mitylenæus, scriptor rerum Pompeji Magni. *Cic. pro Arch. c. 10.*
 Theophrastus, m. 2. *Θηοφραστος*, Philosophus ex Erefo Lesbii oppido. Prius Tyrantus appellatus est, deinde Euphrastus, & postremo Theophrastus, a *Θηος*, *Deus*, & *φραστος*, *elocutio*, ob oris, & eloquentiæ suavitatem quatuor divinum, teste *Cic. in Orat. c. 19.* Fuit discipulus Aristotelis, & in schola successit. Lectitavit Platonem, audivit & Demosthenem. Vixit Athenis, ibique scripsit de vegetabilibus, idest de plantis: Item de legibus omnium civitatum: Item librum de beata vita, in quo negat sapientem in tormentis beatum esse: Item de Rhetorica: Extant hodie tantum libri de plantis, conversi a Theodoro Gaza, & parva quædam opuscula. Habuit discipulos ad duo millia, excessitque admodum senex. Ejus meminit sæpissime Cicero in libris de Philosophia, & in Oratoriis.

Theopölis, f. 3. urbs Syriæ, ad Orontem fl. eadem, quæ Antiochia Magna, ita appellata a Justiniano Imp. idest urbs Dei, cum post ingentem terræmotum servata esset. *Steph.*

Theopompus, vel Theopompus, a, um, adject. ad Theopompum pertinens. *Cic. Attic. lib. 2. ep. 7.* Itaque *diadema*, quæ tibi uni legamus, Theopompino genere, aut etiam aperiore multo pangentur. Alii legunt *Theopompio*, a Græco *Θεοπομπῆς*: alii *Theopompro*. Adde *in Orat. c. 61.*

Theopompus, i, *Θεοπομπῆς*, orator, & historicus, patria Gnidius, post Thucydidem & Herodotum gravissimus, idemque & maiedicissimus. Eius meminerit *Nepos in Alcib. c. 11.* & *Quintil. l. 10. c. 1.*

Theorēna, atis, n. *Θεωρημα*, & speculatio, propositio speculativa, perceptio. Vox Græca est, & Græce usurpatur a *Cic. de Fato, c. 6.* at Latine a *Gell. l. 1. cap. 2.* ubi ait: Se in theorematibus tantum nugalibus oblectantes.

Theorematicus, ii, n. diminutivum, parvum, seu breve theoremata. *Gell. l. 1. c. 13.* Instructus deliberatiusque tore arbitramur theorematicum hoc.

Theoreticæ, vel Theoretica ars, *la speculativa*, *Θεωρητικῆ*, ars est, quæ posita est in sola rerum inspectione, & contemplatione rerum, nullumque præterea actum exigit, qualis est Astrologia. Ita definit *Quintil. l. 2. c. 18. (at. 21.)* sed ipsam vocem Græcis literis scribit.

Theotocos, t. *Θεοτοκος*, quæ Deum peperit: Græca vox a *θεός*, Deus, & *τοκος*, pario: dicitur de una Maria Virgine. *Imp. Justinian. l. 1. Cod. us. l. 1. leg. 6.* Semper Virgo Maria, theotocos, seu Deipara.

Thera, f. 1. *Θερα*, inf. maris Ægei, apud Cretam, quæ, ut primum enata est, Calliste appellata fuit, teste *Plin. l. 2. c. 89.* iuxta Diam, a qua Therasia postea avulsa est, proxima Anaphe. ¶ Thera item *Ansimio*, inf. maris Ægei, apud Eubœam, & apud Melon, Callimachi Poætæ patria.

Theramenes, is, m. Philoſophus Atheniensis, unus ex triginta Tyrannibus, cum collegis multos infantes supplicio affici videret, ea de re conquerens, cum cæterorum omnium, tum præcipue Critæ cuiusdam, qui reliquos ut potentia, ita & immanitate antecederat, odium in se concitavit, tandemque per calumniam circumventus, & innocens capitis damnatus est. Cum cicutam avide hauisset, quod reliquum erat, & poculo efficiens, Propino, inquit, hoc pulchro Critæ. *V. Cic. l. 1. Tusc. c. 40.*

Theramæ, f. 1. opp. Sabinorum, ex quo Appius Clausus, qui postea Claudius dictus est, originem habuit. ¶ Item oppidum Laconicæ, quod & Therapne dictum est. *Plin. l. 4. c. 5.*

Theramæus, a, um, adject. a Theramæ. *Sil. l. 8. v. 413.* Theramæno a sanguine Clausi Exultat rapidis Nero non imitabilis ausis. Loquitur *Silius* de Claudia familia, quæ originem habuit a Sabinis, qui cum Laconibus permixti erant.

Therapnæ, vel Therapnæ, arum, & Terapnæ, es, opp. Laconicæ, apud Eurotam fl. proximum Spartæ urbi, ubi Diana primum coli cœpit, teste *Solin.* patria Helenæ, Clytemnestræ, Castoris, & Pollucis. *Sil. l. 6. v. 303.* Misit Agenoreis ductorem animosâ Therapnæ. *Stat. l. 3. Theb. Apollinæque Therapnas.*

Therapnæus, vel Therapnæus, a, um, adject. ad Therapnas pertinens. *Ovid. epist. 16. v. 196.* Rure Therapnæo nata puella h. e. Helena. Penultima hujus vocis interdum a Poëtis corripitur more Græcorum, apud quos etiam n. liquida est. *Silius l. 13. v. 43.* Non inquam affirmat Therapnæus Ilium armis Cæſurum.

Therasta, f. 1. *Θερασται*, inf. Græciæ, in mari Ægeo, una Sporadum, circuitu 30. M. P. cum aliquot castris, & vicis, a paucis habitata. *Plin. l. 2. c. 87.*

Theriaca, æ, vel theriace, es, f. *ovriaca*, *urriaca*, *vriaca*, *θηριακά*, Germ. *theriack*, Gal. *theriacque*, Hisp. *atriaca*, *θηριακόν*, *θηριακός*, genus medicamenti compositi ex multis simplicibus adversus venena. Dicta est a *θηρίον*, quod est univèrse notet feram, tamen & speciatim accipitur pro serpente, sive quia e viperæ carne fiat, sive quod remedium sit adversus serpentes, & generatim adversus venena. *Plin. l. 20. c. ult.* Serpilli duum denariorum pondus, opponit, & milii tantumdem singulorum, trifolii pondus denarii, anethi, & fœniculi seminis, & anisi, & ammi, & apii denariorum senum singulis generibus, ervi tari-næ duodecim: hæc tusa, cribrataque vino, quam possit, excellenti digeruntur in pastillos, victoriati pondere. Ex his singuli dantur ex vini mixti cyathis ternis. Hac theriaca magnus Antiochus Rex adversus omnia venena usus traditur. Adde *l. 29. c. 1. & 4.* ¶ Theriace item, genus vitis in Thasso, seu Thaso insula Thraciæ in mari Ægeo, cujus vinum venenis resistit. *Plin. l. 14. c. 18.* Apud eodem vitis theriace vocatur, cujus & vinum, & uva contra serpentium ictus medetur.

Theriacus, a, um, adject. a theriaca, ut theriaci pastilli, apud *Plin. l. 29. c. 4.*

Theridoma, atis, n. *Θηριδίωμα*, genus quoddam ulceris, quod interdum per se nascitur, interdum ulceri ex alia quâpiam causa facto supervenit, colorem habet lividum, vel nigrum odorem foetum, humoreque manat muco simili. *Cels. l. 5. c. 28. n. 3.*

Therionarca, & *θηριονάρκα*, herba torporem afferens serpentibus. *Plin. lib. 24. c. 17. & l. 25. c. 9.*

Theriotrophium, *θηριότροφιον*, locus ubi feræ conclusæ aluntur. Vox Græca & Græce usurpata a *Varronel. 3. R. R. c. 13.*

Theristrium, i, n. *Θηριστήριον*, veils muliebris ætiva, teste *Polluce, l. 7. c. 13.* & *Isidor. l. 19. c. 25.* a *θηρίον*, æstatem *transigo*, quod a *θηρῆς*, æstas, qui contrarium *θηρῆς*, *vestis hyemalis*, & *χημαῖος*, *hymus*, *tempestas*, ut idem eopse docet capite. *Terull. de Pallio, c. 5.* Qualis ille Hercules in theristrio Omphales.

Thermæ, arum, f. pl. *bagni*, *stufe*, Ger. *warme bader non natur*, Gal. *bains*, Hisp. *banos*, *θερμάς*, loca, quæ aquis sponte calentibus ad lavandum, aut sudorem provocandum apta erant, ut in Bais, & in Apioni fonte. Hinc Thermæ vocantur quædam oppida prope istiusmodi calidas aquas sita, ut Thermæ in Sicilia in ora Meridionali inter Argentum, & Lilybæum, hodie *Sacca*, vel *Xacca*: item Termæ alteræ in eadem regione, in Ora occidentali, ad Himeram fluvium, hodie *Termine*. ¶ Sæpe usurpatur de balneis fructibus, in quibus calescit aqua fornacibus. *Martial. lib. 7. ep. 33.* Thermæ Neronianæ, h. e. extructæ a Nerone.

Thermæus sinus, idem qui Thermaicus. *Tacit. 5. Ann. c. 10.*

Thermaicus sinus, *Golfo di Salonichi*, sinus maris Ægei, in Macedoniam extensus, in cuius intimo recessu ad Bor. Theſſalonica urbs sita est, ubi antea Therna. Extenditur a Mer. in Sept. & in eum se exonerant Axius, Peneus, Chabrius, Haliacmon, & aliquot alii fluvii. *Plin. lib. 4. c. 10.*

Thermanticus, a, um, adject. calefaciendi vim habens, a *θερμαίνω*, *calescio*. *Apul. de herb. c. 120.* Menta virtutem habet thermanticam.

Thermapala ova, *θερμαπάλα οἶα*, ova calida, & mollia. *Theodor. Priscian. l. 2. c. 10.*

Thermefacjo, is, feci, factum, a. 3. est in therma calefacere, vel sim-

pliciter calefacere. *Plaut. Stich. 1. 3. 97. (al. 2. 1. 97.)* Jam ne exta cocta sunt, quod thermelecerat? Ita est in quibusdam Lexicis. At optimæ editiones sic habent: *Jam ne exta cocta sunt? quos agnis fecerat?*

Thermīnus, a, um, adject. ut Thermīnum album, quod e lupinis lactum est, qui Thermīni a Dioſcoride appellantur. *Plin. l. 23. c. 4.*

Thermītanus, a, um, adject. ad Thermas Siciliæ oppidum pertinens. *Cic. Verr. 4. c. 33. & 34.*

Thermōdon, ontis, m. *Θερμόδων*, fl. Cappadociæ, qui in mare Euxinum inter Themiscyram ad Occ. & Polemonium ad Or. prolabitur. Eum Amazones incoluere. *Virg. 11. Æn. v. 659.* Quales Threji-cæ cum lumina Thermodontus Pullant, & pictis bellantur Amazones armis. Quidam putant legendum *Thermodoontis* a recto *Thermodoon*, quod tamen minus placet, cum in Græco tere semper legatur *Θερμόδων*, trisyllabum. *Ovid. 4. de Pont. eleg. 10.* Et tu fœminæ Thermodonton cognite turmæ.

Thermodontēus, a, um, quod ad Thermodontem spectat. *Prop. l. 3. eleg. 13.* Thermodontēis turba lavatur aquis. ¶ Legitur & Thermodontæus per æ diphthongum.

Thermodonticus, a, um, adject. Thermodontæus. *Ovid. 9. Metam. v. 189.* Thermodontiaco cælatus baltheus auro.

Thermodontius, a, um, adject. Thermodontæus. *Senec. Herc. Fur. v. 245.* Thermodontia gens. *Id. in Herc. Oer. v. 21.* Hoflis Thermodontia.

Thermopolium, ii, n. *Θερμοπόλιον*, *caupona*, ubi calida notoria venduntur, a *θερμός*, calidus, & *πόλιον*, *vendo*. Nam calida olim in deliciis erant. Qua de re vide, quæ fufe notavit *Fulvius Ursinus*, *Append. de Triclinio*, & *Lipſius l. 1. El. c. 4. Hieron. Mercurial. lib. 1. Var. Lect. cap. 8.* & alii. *Plaut. Cure. a. 2. sc. 3. v. 13.* Tum isti Græci palliati, capite aperto qui ambulat, semper vides bibentes in thermopolio. Ubi tamen in *Hermopolio* legi possit. Nam id in codico veteri reſcribitur *Cæmariarius*, qui & suspicatur, *Ερμού*, sive Mercurium, cum prælit mercibus, cauponarium quoque Deum fuisse, ac fortasse effigiem ejus cauponis præponi solere, indeque dicta *Hermopolis*. *Id. Trinum. 4. 3. 6.* Satin' in thermopolio condalium es oblitus, postquam thermopotasti gutturem? Adde *Rud. 2. 6. 45.*

Thermopōtio, as, a. 1. calida bibo. *Plaut. Trin. 4. 3. 6.* Postquam thermopotasti gutturem. h. e. calida potione gulam oblectasti.

Thermopōlæ, arum, f. pl. *Bocca di Lupo*, al. *Terramoto*, angustæ Octæ M. in Thessalia, ubi ex Phthiotide in Phocidem transitus est, 25. pedum tantum spatio, prope sin. Oetæum, seu Mahæcum. Dictæ sunt a *θερμός*, calidus, & *πόλιον*, porta, quia ibi sunt calidæ Herculi consecratæ. Juxta has erat conventus frequens totius Græciæ stans diebus. Ibi Leonidas Spartanorum Rex cum quatuor milibus militum partim ex Spartanis, partim ex fociis, adversus quingenta millia, & amplius Persarum duce Xerxe triduum dimicavit, quarta die, dimissis fociis, cum sexcentis spartanorum in hostium castra irrupit, per omnia castra victor vagatus est, cecidit, stravit omnia, tandem cum suis inter ingentes stragorum hostium catervas interit. *Cic. 1. Tusc. & Justin. l. 2. c. 11.*

Thermopōdium, ii, n. *Θερμοπόδιον*, vas cinere calido plenum, in quo deponuntur ea, quæ trageferi nolumus. *Apic. l. 4. cap. 2.* In Thermopōdo apponere.

Thermūlæ, arum, f. parvæ thermæ. *Martial. l. 6. ep. 42.* Etrusci nisi thermulæ laveris.

Therodamas, antis, Scythiæ rex fuit, qui ne per insidias occideretur, leones humano faginas sanguine in sui corporis custodia alebat, quo faviores eos haberet, si quando opus esset. Ejus meminit *Ovid. 1. de Pont. eleg. 2.*

Therodamantiæus, vel Theromedonteus, a, um, adject. a Therodamante, vel Theromedonte. *Ovid. in Ibin v. 383.* Therodamanteos ut qui fenere leones.

Thersites, æ, m. *Θερσίτης*, Græcorum omnium fœdissimus, quem Achilles sibi procaciter conviciantem pugni ictu interfecit. Hujus insignis deformitas ab *Homero l. 2. Iliad.* graphicè expressa efficit, ut cum hominem vehementer tædum significare velimus, *Θερσίτης* *ἐλάμα*, idest Thersitæ faciem, cum habere dicamus. *Juven. sat. 8.* Maio, pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis Æacidæ similis. ¶ Apud *Senec. l. 3. de ira c. 23.* Thersites pro homine conviciatore, & maledico ponitur.

Thesaurarius, a, um, *θησαυράριος*, quod ad thesaurum spectat. *Plaut. Aut. 2. 8. 25.* Conſige ſagittis fures thesaurarios.

Thesaurēnis, is, m. thesaurorum custos, unus ex officialibus præſidis thesaurorum. *l. 2. Cod. de palat. sac. largit.*

Thesaurοcryptonochryſides, *θησαυροκρυπτονοχρυσίδης*, fictum a *Plaut. Capt. 2. 2. 35.* nomen ad notandum prædicitum, & avarum hominem: conſtatum est autem a vocibus *θησαυρός*, *thesaurus*, *κρυπτός*, *abſcondo*, *δούξ*, *unguis*, & *χρυσός*, *aurum*, quasi eum significet, qui thesaurum auri unguibus, & turando congerit, & abscondit.

Thesaurus, i, m. *tesoro*, *θησαυρός*, Ger. *schatz*, Gal. *thesor*, Hisp. *tesoro*, *θησαυρός*, aurum, vel argentum aliquo loco reconditum. *Cic. de Divin. l. 3. c. 65.* Respondit conjector, thesaurum defosum esse sub lecto. *Virg. l. 1. Æn. Veteres tellure claudunt thesauros, ignotum argenti pondus, & auri.* ¶ Sæpe accipitur pro repositoio, seu conditorio cuiuscunque rei. *Vitruv. l. 5. c. 9. ad fin.* In his operibus thesauri sunt civitatibus in necessariis rebus a majoribus constituti. *magazzen*. *Cic. 1. de Or. c. 5.* Quid dicam de thesauro rerum omnium memoria? *Id. in Parisit.* Qui illos locos tantquam thesauros aliquos argumentorum notatos habebat. *Plin. l. 10. c. 72.* Condit in thesauris maxillarum cibum. ¶ Sumitur etiam in malam partem, pro copia, & abundantia. *Plaut. Merc. 1. 2. 5.* Tu quidem thesaurum huc apporastis mali. *Id. in supposit. Amph. scena, que incipit:* Quis tam vasto, v. 13. *Et afferunt a Non. c. 6. n. 46.* Hunc qui domi uxorem meam impudicicia impetivit, per quem teneo thesaurum stupri, h. e. per quem supra multa sunt in domo mea.

Thesēis, idis, *Θησεΐς*, poema Theſei gesta complectens. *Juven. sat. 1.* Vexatus toties rauci Theſeide Codri.

Thesūus, i, dissyllabum, *θησεύς*, filius Ægei Regis Athenarum, & Æthreæ, nepos Pandionis. In fabulis est, filium tuisse Neptuni. Dum esset adolescens, opera Medæe nocere pene veneno perit. Sed post mortem patris ad Regnum evectus, tam multa digna memoratu pregeit, ut inter plures Hercules unus connumeretur. Debellavit Amazones una cum Hercule, earumque Regiam Hippolytem cepit, quam in Græciam duxit, & accepit in uxorem, ex qua Hippolytum genuit. Creontem Regem Thebarum Argivos in bello cæſos sepeliri prohibentem interfecit. Oppreſſit terribilem taurum in Attica, apud Marathonem, idest eum, quem Hercules in Creta domuerat, & in Græciam adductum Atticæ immiserat. Minotaurum in labyrintho occidit, & incolu-mus ex eo evadens Ariadnæ Minois filiz opera, quæ ei fili glomerem dederat, quo vias signaret, eam, sororemque ejus Phædrum secum abduxit, sed relicta Ariadna in Chio inf. sibi coniugio Phædrum copulavit. Debellavit Centauros. Scyronem, Procrusten, & Schinin latrones Atticæ neci dedit. Thebas domuit. Pirithoum præcipua coluit amici-

tia, quocum descendit ad Inferos, idest in Molossiam reg. Epiri, ad rapiendam Proserpinam, sed occiso Pirithoo, ipse captus est, & aliquandiu in vinculis a Plutone detentus, donec ab Hercule, qui illum summa prosequatur benevolentia, liberaretur. Primus instituit Athenis Panathæna, hoc est communem celebritatem in honorem Minervæ, quæ Græcè αἰθῶν, nominatur. Idem in Iliho funebres ludos instituit. Tres illi optiones Neptunus dedit, ille autem diversis temporibus optavit, ut Minotaurum conficeret, ut sibi ad Interos daretur aditus, ut Hypolytum filium, qui a Phædra noverca eius amore capta, & rejecta falso accusatus fuerat, quod se de stupro interpellasset, ulcisceretur. Igitur optavit interitum filii sibi de noverca suspecti, & promissum a Neptuno exegit. Sed filii interitum impetrato in maximos ludos incidit. Postremo jam senior, tot, tantisque rebus gestis, Regno, patriâque pulsus, in insulam Scyrum navigavit, ubi perit, interemptus a Lycomedæ (al. a Nicomedæ) vel ex loco edito post cenam deambulando delapsus, ut quidam volunt. Apud Inferos eo pœnæ genere cruciari traditur, ut saxo affixus perpetuo sedeat, nec relevare se possit. *Virg. Æn. 6.* Sedet, æternumque sedebit Infelix Theseus. ¶ In genitivo singulari *Theseos* Græcæ positione dicitur *Ovid. 8. Metam. v. 168.*

Theseus, a, um, adject. ad Theseum pertinens. *Ovid. 1. Trist. eleg. 3. v. 66.* O mihi Thesea pectora iuncta fide! h. e. antiqua, firma, qualis tuit Thesei in Pirithoo: cæterum Theseus *perfidus* etiam dicitur ob desertam Ariadnam, quam se ducturum promiserat. ¶ Thesei favi, usurpantur a *Martiale* pro melle Attico celebris notæ, *l. 4. epigr. 13.*

Thesidæ, arum, m. pl. Athenienses, ita dicti a Theseo Rege. *Virg. 2. Georg. v. 383.* Præmiaque ingentes pagos, & compita circum Theseidæ posuere.

Thesides, æ, m. *Thesidus*, Hypolytus Thesei filius. *Ovid. ep. 4. v. 65.*

Thesides, Thesulque duas rapere sorores.

Thesis, is, f. *Thesis*, positio. Græcæ vox est, Græcisque litteris plerumque scribitur. Apud Rhetores sumitur pro quæstione, sine argumento disputationis, quod etiam thema dicitur, *quæstione*. Sed per excellentiam sic nominatur quæstio infinita, idest incerta, indeterminata, universalis, in qua aliquid generatim queritur sine designatione personarum, temporum, & aliarum circumstantiarum, cuiusmodi sunt, An animi hominum sint immortales, An studia Eloquentiæ permittenda sint, An res urbanæ bellicis rebus dignitate antecellant, &c. Differt ab Hypothesi, quæ Latine causa, vel controversia vocatur, quia hypothesi est quæstio finita, sive certa, determinata, particularis, quæ versatur circa certas personas, tempora, loca, actiones, negotia, cuiusmodi sunt, quæ in foro, & in senatu aguntur, e. g. an Milo Clodium iuste occiderit, Placeat ne a Carthaginensibus captivos nostros, redditus suis, recuperari, &c. *Cic. in Top.* Quæstionum duo sunt genera, alterum infinitum, alterum definitum. Definitum est, quod *ὁρισμένη* Græci, nos causam. Infinitum, quod *ἄσπετος* illi appellant, nos propositum potius nominare. Causa certis personis, locis, temporibus, actionibus, negotiis cernitur, aut in omnibus, aut in plerisque eorum. Propositum aut in aliquo eorum, aut in pluribus nec tamen in maximis. Itaque propositum pars causæ est. *Senec. in præm. lib. 1. controv.* Controversiæ, quas theses vocabant. ¶ Præterea thesis appellatur Figura, quæ distinguit sentus orationis per commata, idest subdistinctiones, quas nos virgula signamus, per cola, idest membra, quæ nos signamus duobus punctis, per periodos, sive circuitus, qui finita sententia puncto notantur. Dicta est thesis, seu positio, seu politura, ut ajunt, quia punctis positis convenienter denotat sententium partes, vel quia ibi vox pro intervallo dictionis deponitur. *Donatus.*

Thesmophoria, orum, n. *Θεσμοφῶρεια*, sacra Cereris, quæ Græcè dicitur *Thesmophora*, quasi legitera, seu legitimatrix. Prima enim Ceres leges invenisse prodicitur, quia ante frumentum a Cerere inventum homines sine lege vagabantur, ex agrorum autem divisione primo nata sunt jura, uti docent *Macrobi. 1. 3. Saturn. c. ult. & Serv. ad Æn. 4. v. 58.* qui & vocem ipsam usurpant. ¶ Aliter dicuntur Græcè *Mysteria Magna*. & Latine *Initia Magna*. Instituta sunt ab Erechtheo Rege. Fiebant in Eleusine, mense Boedromione, idest Augusto. *Arnob. 1. 5. adv. Gentes. & Sigon. de Rep. Athen. l. 1. c. 4.* ¶ Fuere & *Thesmophoria*, sive *Mysteria*, sive *Initia parva*, quæ postea Theseus instituit, ut in Hercule, tum forte hospitem suum, initiaret. Hæc celebrantur mense Antheltherione, idest Novembre, al. Aprilii.

Thespiacus, & **Thespius**, a, um, adject. ad Thespias pertinens, ut *Thespiæ maenia*, *Valer. Flacc. l. 1. v. 477.* & *maenia Thespiaca*, *Id. ibid. v. 93.*

Thespiades, dum, f. *θεσπιᾶδες*, Musæ, seu Nymphæ, a *Thespiis* opp. Bœotiz, quod incolabant. *Varr. l. 6. L. L. & Valer. Flacc. l. 2. v. 368.*

Thespiæ, arum, f. *Thespiæ*, *Τεσπε*, *Ἰσθμίου*, urbs Bœotiz, in lim. Phocidis, prope Heliconem M. ad Austr. Crizæum sinum versus, satis ampla, media fere inter Copaidem lac. ad Bor. & Corinthiacum sin. ad Mer. Ibi fons est, qui mulieribus conceptus representat, teste *Plin. l. 31. c. 2.* Fuit etiam ibi celebre Cupidinis signum a Praxitele factum, *Thespiensibus* dono datum a Glyceria eorum cive. *Cic. 6. Verr. cap. 60.* ¶ *Thespiæ* item, opp. Magnetz prov. Thessaliæ. *Plin. l. 4. c. 9.*

Thespienses, ium, *Thespiarum* incolæ. *Cic. 6. Verr. c. 60.*

Thespius, m. 3. primus Poeta tragicus apud Athenienses. *Hor. in Arte. v. 276.* Ignotum tragicæ genus invenisse Camænz dicitur, & plaustris vestisse poemata *Thespiis*.

Thespius. V. *Thespiacus*.

Thesproti, m. 2. pop. *Thesprotiz*. *Lucan. l. 3. v. 179.* *Thesproti*, Dryopelice ruunt, quercusque silentes.

Thesprotiæ, æ, f. *Thesprotiz*, *Vasilezia*, regio Epiri, Chaoniz proxima, apud oram lit. contra Coicyram inf. cuius urbs Buthrotum. *Plin. in præm. l. 4.*

Thesprotius, a, um, adject. ad Thesprotiam pertinens. ut *Thesprotius sinus*, apud *Liv. l. 8. c. 24.* qui hodie dicitur *Golfo di Butrinto*.

Thesstalis, m. 2. pop. *Thesstaliæ*. *Cic. pro Cluent.* ¶ *Thesstalis* addidit fuisse, a Medea superstitiones, & veneficia edocti, traduntur. Hinc *Plautus Amph. 4. 3. 9.* veneficum appellat *Thesstalum*: & *Thesstala* vox pro incantamento accipitur ab *Horat. Epod. 5.*

Thessalia, æ, f. *Thessalia*, *Janna*, *Cenomelitari*, *Tumenestia*, *Lamina*, pars ampla Regni Macedoniz, quanquam distincta a Macedonia propria, ad sin. Pelagium, & Maliacum. Habet a Sept. Pierium M. quo se jungitur a Macedonia, a Mer. Helladem, sive Græciam proprie dictam, idest reg. Bœotiam, ab Occ. Epirum, ab Or. mare Ægæum. Ora Thessaliæ inter Penei fl. ostia ad Bor. & Thermopylas ad Austr. continetur. Montibus Olympo, Ossa, Pelio, Pierio ad Bor. Othry, & Oeta ad Mer. Pindo ad Occ. cingitur. Dicta est a *Thesulo Æmonis*, vel *Jalonis*, & *M Jæ filio*. Plura etiam alia habuit nomina apud veteres, semper - Regibus cognominata. Dicta enim est *Æmonia*, & *Æstionis*, *Pelagija*, *A gos Pelagium*, *Hellas*, *Dryopis*. Olim etiam *Pyrthæa* dicta est, teste *Strabone*, *l. 10.* a *Pyrthæa* Deucalionis uxore. ¶ In Thessalia montes 24. sunt, quorum nobilissimus *Pierius*, parens, domusque *Mularum*, *Olympus*, *Pelion*, *Ossa*, Gigantum bello memorati, *Pindos*, & *Othrys*, *Lapitharum* sedes. ¶ Flumina in ea, ut scribit *Hero-*

dorus, sunt, *Apidanus*, *Enipeus*, *Onochonus*, *Pamifus*, *Peneus*, *Phœnix*. ¶ In ea diluvium sub Deucalione contigit, stagnante Peneo fl. quod majorem partem populorum Thessaliæ absumpsit, paucis, qui ad montium culmina se se receperant, conservatis, inter quos Deucalion cum uxore *Pyrthæa* Parnasum petierat, ratibusque ad se confugientes per summa Parnali juga benigne lovebat, propter quod dictus est genus humanum reparasse. ¶ Herbas veneficas producit. ¶ His primum equi domari creperunt. De his omnibus V. *Plin. l. 4. c. 7. & 8.*

Thessalicus, & **Thessalius**, a, um, adject. ad Thessaliam pertinens, ut *Thessalica clades*, *Lucan. l. 6. v. 62.* h. e. qua Pompeius in campis Thessaliciæ a Cæiare est afflictus. *Thessalium decus*, *Grævius in Cyneget. v. 128.*

Thessalis, idis, f. eadem quæ *Thessalia*. *Lucan. l. 6.* ¶ Item regio *Hellesponti*. *Plin. l. 5. c. ult.* ¶ Est etiam adiectivum fœmininum, idem ac *Thessala*. *Ovid. 12. Met. v. 290.* *Thessalidum* virgo pulcherrima. *Id. Heroid. epist. 13. v. 112.* *Thessalis ara*.

Thessallus. V. *Thessalicus*.

Thessalonica, æ, f. *Salonicus*, urbs Macedoniz, in intimo recessu sinus *Thermaici*, etiamnum ampla, populosa, dives, emporium amplum, cum portu capacissimo, ad ostia *Echedori fl.* Primum a *Cassandro* condita dicitur, & *Hestia* appellata. *Thessaloniciæ* autem nomen a *Philippo Amyntæ* filio accepit, cum ille in eus agr. Thessalos ingenti clade profugisset. *Plin. l. 4. c. 10.* *Claudian. l. 2. in Rufin. v. 279.* *Murofque* subibat, *Thessalonica*, tuos.

Thessalonicensis, ium, *Thessaloniciæ* incolæ. *Cic. de provin. Consul. c. 2.*

Thesstidæ, um, m. *Thesstii* filii *Thoxeus*, & *Plexippus*. *Ovid. 8. Met. v. 434.* *Thesstidæ* clamant.

Thesstias, dum, f. *Thesstias*, quinquaginta *Thesstii* filiz ab Hercule una nocte compressæ: quarum natu maxima, & minima geminos pepererunt, cæteræ singulæ marem. *Suid. & Pausan.*

Thesstias, adis, patronym. fœmin. *Althæa* *Thesstii* filia, & *Meleagri* mater. *Ovid. 1. Trist. eleg. 6.* cremasse suum fertur sub sspite natum *Thesstias*.

Thesstius, ii, m. filius *Parthaonis* ex *Calydonia Nympha*, al. ex *Althæa*, pater *Thoxei*, & *Plexippi*. *Bocc. l. 9. Gen. c. 13.* ¶ Alius hoc nomine fuit *Erichtei*, vel ut alii volunt, *Teuthrantis* filius, cuius quinquaginta filias *Hercules* una nocte gravidas fecit. *Diodor. l. 5.*

Thesitor, oris, m. *Thesitor*, vir *Trojanus*, pater *Calchantis*.

Thesstoridis, æ, m. 1. *Calchas* filius *Thesstoris*. *Ovid. 12. Metam. v. 18.* At veri providus augur *Thesstoridis*, *Vincemus*, ait.

Theta, n. 1. *Θητα*, nomen literæ Græcæ, quæ apud nos valet *th* aspiratum. Hæc in Græcorum j. dicitis nota erat condemnationis, quemadmodum apud Latinos C, quod ea sit prima litera in dictione *Θάνατος*, mors. Huc allusit *Perfusus* *Jar. 4. v. 13.* Et potis es vitio nigrum præferre theta.

Thetis, tis, & *tidis*, f. filia *Nerei* Dei marini, uxor *Pelei* regis *Thessaliæ*, mater *Achillis*. *Horat. l. 4. od. 6.* Filius quamvis *Thetidis* marinez. *Plaut. Epid. 1. 1. 33.* Tum ille prognatus *Theti*, sine, perdat, *Scar. 1. Achill. v. 80.* Ne pte *Dardaniam* frustra, *Theti*, mergere clafsem. *Metonymice* ponitur pro mari. *Virg. Ecl. 4. v. 32.* Tante *Thetin* ardua. ¶ Alia est *Thetis* (quæ rectius *Tethys* scribitur) *Cœli* & *Veitæ* filia, uxor *Saturni*, nempe hujus avia, mater *Doridis*, quæ *Thetin* genuit. De utraque est locus *Crullii*, ubi etiam differentem syllabarum quantitatem videre est, *carm. 64. de nupt. Pel. & Thes. v. 28.* Tene *Thetis* tenuit pulcherrima *Neptunine*? Te ne suam *Tethys* concessit ducere neptem.

Thumeusius, & **Teumefius**, a, um, adject. a *Thumeo* monte, & ponitur pro *Thebano*, ut *Thumeusius juvenis*. h. e. *Polynices* *Thebanus*, *Scar. l. 1. Theb. v. 331.* ¶ *Thumeusius* amnis est *Ismenus*, qui prope eum montem fluit. *Id. 9. Theb. v. 452.*

Thumeusius, seu **Teumefius**, m. 2. mons *Bœotiz*, in *Helladæ*, seu *Græciæ* proprie dicta, apud *Thebas*, ubi *Hercules* *leonem* interfecit, quemadmodum & alium in *Argia* regione *Peloponnesii*, in *sylva Nemzæ*. ¶ Item fl. *Thessaliæ*, cum *Thumeiia* opp.

Teuton. V. *Teutoni*.

Thia, æ, *Θία*, insula in mari *Cretico*, una *Sporadum*, quam suo tempore emeruisse scribit *Plin. l. 2. c. 88. & l. 4. c. 12.*

Thicis, m. 3. vel *Tichis*, *Tec*, *Tech*, *Theta*, *Ter*, *Tera*, fl. Hispaniz *Tar.* in *Catalonia*, qui ex *Pyrenæis* montibus ortus, in *Mer.* labitur versus *Ausam*, deinde in *Or.* tendans, *Gerundam* rigat, & in mare *Medit.* se exonerat, ¶ Item *le Tech*, fl. *Galliæ* *Narb.* in *Com. Ruscinonensi*. Oritur ex *Pyrenæis* montibus, in *lim.* *Ceretaniæ*, *Ceretumque* rigat, & paulo infra *Helenam* mari *Med.* miscetur.

Thisbe, es, f. 1. *Hyantus*, *Ozygia*, *Janizj*, opp. *medit. Bœotiz*, sub *Helicone* M. haud procul ab ora *sinus Crizæi*, & a *Thespiis*, inter *Creusam*, & *Thespias*. Ibi colubærum copia. *Plin. l. 4. c. 7.*

Thisbeus, a, um, adject. ut *Thisbeæ* columbæ. *Ovid. 11. Met. v. 306.*

Thlasiz, arum, m. *spadones*, quibus non evulsi, sed fracti sunt testiculi, *Θλασις*, a *Θάλα*, frango. *l. 128. Dig. de verb. signif.* ¶ In singulari numero est *Thlasias*, æ, Græcè *Θλασις*. ¶ Dicitur & *Thlasiaz*, nam & Græcè *Θλασις* legitur.

Thlaspe, vel *Thlaspi*, n. indeclin. *Θλασπι*, herba est duorum generum: unum angustis foliis digitali longitudine, cauliculo semipedalis, peltatarum specie, semine incluso lenticulæ effigie, nisi quod infringitur, unde & nomen (nempe a *θάλα* frango) flore albicanti: alterum latis foliis radice magna. *Plin. l. 27. c. 13.*

Thibias, æ, m. *Θιβίας*, *spado*, qui attriti sunt testes, a *θαίβω*, tero. *l. 128. ff. de verb. signif.*

Thoantis, a, um, adject. a *Thoante*, ut *Diana Thoantes* apud *Valer. Flacc. l. 8. v. 208.* id est *Taurica*, cui hostiis humanis sacrificabant.

Thoantias, adis, f. *Hyppolyte* filia *Thoantis*. *Ovid. Heroid. ep. 6. in fine.* Hæc ego conjugio fraudata *Thoantias* oro.

Thoas, antis, m. *Θῶας*, Rex *Tauricæ* *Chersonesæ*, ad quem delata est *Iphigenia* *Agamemnonis* filia, & ab eodem *Diaxæ* *Tauricæ* sacris præfecta. Hunc postea occidit *Orestes*, a forore adjuvus, cum illum quoque *Thoas* *Dianæ* aræ destinasset. *Ovid. l. 3. de Ponn. eleg. 2.* Regna *Thoas* habuit *Mœotide* clarus in ora, Nec fuit *Euxinis* notior alter aquis. ¶ *Thoas* alter, filius *Liberi* *Patris* ex *Ariadne* *Minois* filia, pater *Hypolytes*, Rex *Lemni* inf. Cum cæteræ omnes *Lemni* mulieres viros suos, & parentes trucidarent, solus a filia servatus est, & clam navi impositus, in *Chium* inf. pervenit. *Ovid. 7. Met. ¶ Thoas* item, filius *Jalonis* ex *Hyppolyte* filia *Thoantis* Regis *Lemni*, trater *Eunei*. Profectus est ad bellum *Trojanum*, cum *Adrasto* Rege. *Bocc. l. 13. Gen. c. 27.*

Thoes, m. 3. *Θῶες*, genus luporum. *Plin. l. 8. c. 34.* Nam thoes (luporum id genus est procerius longitudine, brevitate crurum dissimile, velox saltu, venatu vivens, innocuum homini) habitum, non colorem mutant, per hymes hirti, ætate nudi. ¶ Sunt, qui inter *lupos* cervarios numerant. *Gloff. vet. Lupus cervarius.* *Θῶες*. Sed *Plinius* de thoe, & lupo cervario distinctus agit locus. Alii pantheris accensent. Sane *Scholastes* *Homeri* in *10. & 13. Iliad.* *Θῶες* exponit *πανθηρας*, quasi dicas, *minus pantheras*. *Varrinus* utrumque animal junxit. Nam ei *Θῶες*

δ Απολλωνίου. Et favet Oppianus, qui thoem ex coitu lupi, & pardalis nasci ait. Hefychius, voce θωός, ait, generari ex hyena, & lupo. Ac similiter Suidas in θωός: Nam per o scribit. Apud Poetas tamen non aliter, quam per ω, reperias.

Tholus, m. 2. θόλος, testudo ædificii, opus testudinatum, umbilicus testudinis in templis, ex quo donaria suspendi solebant. Servius ad illud Virg. 9. Æn. v. 408. Si qua tuis unquam pro me pater Hyrtacus aris Dona tulit, si qua ipse meis venatibus auxi, Suspende tholo, aut sacra ad fastigia fixi: Tholus, inquit, proprie est veluti scutum breve, quod in medio tecto est, in quo trabes coeunt, ad quod dona suspendi consueverant. Alii tholum ædium sacrarum dicunt genus tabricæ Vestæ, & Panthei. Alii tholum sine parietibus columnis subnitum. Ædes autem rotundas tribus Diis dicunt fieri debere, Vestæ, Dianæ, Herculi, vel Mercurio. Hæc Serv. Pro genere ædis rotundo, & curvo tecto, quod Itali cupola dicunt, usurpare videtur Ovid. 6. Fast. v. 282. de rotundo Vestæ Templo: Par facies templi: nullus occurrit in illo Angelus: a pluvio vendicant imbre tholus. Et v. 296. Mox didici, curvo nulla subeste tholo. Apud Varron. quoque l. 3. R. R. c. 5. tholus dicitur tectum hemicyclii figura curvatum, columnisque pro parietibus sustentatum. Adde Vitruv. l. 4. c. 7. & ibi Bald. in Lex.

Thomix, icis, f. θώμιξ, Græco nomine, inquit Festus, appellatur restes ex cannabè impolita, & sparto leviter torto. Lucil. ibid. Indimus ei thomices cannabina. Pulvilli quoque, quos in collo habent, qui hujusmodi restes ferunt, ne lædantur, thomices dicuntur. Opilius Aurelius ibid.

Thoracæus, a, um, θωρακώδης, qui thorace indutus est. Plin. l. 35. c. 10. Parrhasius pinxit navarchum thoracatum. Id. l. 37. c. 9. Formataque inde effigiem Neronis thoracatum.

Thorax, acis, m. θώραξ, pectus, Ger. brust, Gal. poitrine, Hisp. bucco, pecho, θώραξ, pectus, totum illud circumspatium, quod duodecim costis utrinque circumferbitur, & pertinet anteriore quidem parte ad pectorale os, & septum transversum, declinat vero posterio re ad spinam duodecim vertebra circumscriptam. Plin. l. 27. c. 7. Absynthium thoracem purgat cum iride sumptum. Accipitur item pro quavis munimento pectus tegente, sive illud laneum sit, sive sericum, sive ex alia materia confectum, coracæa, pectorale. Virg. 10. Æn. v. 337. Thoracæ simul cum pectore rupit. Juven. de Aug. c. 82. Hymæ quateris cum pingui toga tunicis, & subuculæ thorace laneæ, & femoralibus, & tibialibus muniebatur.

Thos, is. V. Thoes.

Thot, nomen Jovis quinti apud Ægyptios, a quo & primum suum mensuram appellaverunt. Cic. 3. de nat. Deor. c. 22.

Thous, i, θώς, nomen canis apud Ovid. 3. Met. v. 220. a θώς, curro, vel a θώς, velox.

Thracia, æ, f. idem ac Thracia, θράκη, Virg. 12. Æn. Gemit ultima pulsu Thracia pedum. Adjective pro Thracia. Valer. Flacc. l. 2. v. 204. qua primus Athos, & Pontus, & ingens Thracia palus.

Thrace, es, f. eadem quæ Thracia, θράκη, Horat. l. 3. od. 25. Hebrum prospiciens, & nive candidam Thracem.

Thracæ. V. Thrax.

Thracia, æ, f. Thracia, Romanis, Rumelia, regio ampla Europæ. Terminatur a Sept. Hæmo M. quo a Mœsis sejungitur, a Mæ. mari Ægeæ, ab Occ. Strymon fl. quo fecerunt a Macedonia, ab Or. Ponto Euxino, Bosphoro Thracio, Propontide, & Hellesponto. Dicitur est a Thrace Martis filio. Aliqui putant dictam esse ab asperitate, nempe a θραξίς, asper, durus, agrestis. Est enim regio, ut Pomponius scribit, nec cræda, nec solo tractabilis, & nisi qua mari propior est, infœcunda, frigidaque. Habet item feros homines, aspero cultu. Olim dividebatur in duas partes, in Thraciam cis Rhodopen, & in Thraciam trans Rhodopen. Postea divisa fuit in quatuor provincias, Thraciam proprie dictam ab Occ. Hæmimontum ad Bor. Rhodopen ad Mer. & Europam ad Or. versus Constantinopolim. Olim etiam divisa fuit in quinquaginta strategias, ut auctor est Plinius. V. Cluver. l. 4. c. 13. Quæ Fluvii celebres sunt, Nessus, seu Nessus, Hebrus, Athyras, Bathynias. Cluver. ib. c. 14. In montibus Hæmus, Rhodope, & Orbelus principatum tenent. Id. ibid. In ea Mars ubique colebatur, sicut & apud Getas, unde Odyssus dicitur est.

Thracius, a, um, quod est ex Thracia. Virg. 5. Æn. v. 65. Quem Thracius albis Portat equis bicolor maculis. Plin. l. 4. c. 12. Thracius Bosphorus.

Thracias, æ, m. θρακίαι, & θρακίαι, mæstro Tramoniana, ventus flans inter septentrionem, & occasum solstitialem. Plin. l. 2. c. 47. Caret autem latino nomine, ut notat Senec. l. 5. quaest. nat. c. 16.

Thrasiménus. V. Trasimenus.

Thrafo, onis, θράφος, nomen gloriosi militis apud Terent. in Eun. a θραψ, insolentia, jalectans, audacia.

Thrafontianus, a, um, ad Thrafontem pertinens. Sidon. l. 1. epist. 9. ad fin. Volo paginam glorioso, idem quasi Thrafontiano sine concludere.

Thrax, acis, m. Thrax, qui est ex Thracia, Thraciæ incolæ. Virg. 3. Æn. Terra procul vastis colitur Mavortia campis, Thracæ arant. Claudian. de VI. Consul. Honor. v. 583. Thrax erat; hic Thracum dominator &c. Thraces, vel ut in plerisque codicibus legitur, Threces, erant genus quoddam gladiatorum, qui parma armati (quæ Thracum propria fuit) & brevi gladio, seu sica pugnabant, & plerumque cum Myrmillonibus committebantur. Paul. apud Fest. Threces gladiatores a similitudine parmarum Thraciarum. Ascon. in Monosyll. Quis Myrmillonis componitur æquimanus? Thrax. Alii leg. Threx. Horat. l. 2. Juv. 6. Thrax est Gallina Syro par. Hic quoque alii leg. Threx. est autem Gallina nomen gladiatoris proprium.

Threce, es, f. eadem quæ Thracia, seu Thracia. Ov. 2. de ar. am. v. 588. Mars Threces occupat, illa Paphon.

Threcedicus, a, um, adject. idem quod Thracius, ut Threcedicus gladius, apud Auson. de Commodo Cæs. Threcedica etiam dicuntur arma, quibus utuntur gladiatores ii, qui Threces, seu Thracæ vocantur. Cic. Phil. 7. c. 6. Cum ornasset Threcedicus comitem & familiare suum.

Threcedius, &

Threcedius, a, um, adject. idem qui Thracius. Horat. l. 1. od. 24. Threcedius Orpheus. Ovid. 1. Amor. eleg. 14. Threcedia Bacche.

Threissa, & Thressa, æ, adject. quæ est ex Thracia. Virg. Æn. l. 1. v. 320. qualis equos Threissa fatigat Harpalice. Horat. l. 3. od. 9. Me nunc Threissa Cloe regit.

Threx, cis, m. idem quod Thrax. De Threbus gladiatoribus V. in Thrax.

Thrips, ipis, m. θρίψ, vermiculus, seu tinea culicis admodum similis, quæ arbores erodit. Plin. l. 16. c. 41.

Thronus, i, m. θρόνος, sedes, solium, quasi θρόνος, h. e. sedes. In quadam epigr. apud Sueton. in Aug. c. 70. Fugit & auratos Jupiter ipse thronos. In Perugii. Ven. v. 7. Cras Dione jura dicit, fulta sublimi throno. Prudent. in prefat. Hamarig. v. 10. Vox summo perculsa throno.

Thucydides, is, m. Θουκυδίδης, historicus Atheniensis, filius Olori, sive Holori, summo loco natus, liquidem a Miltiade, & Cimone ducibus

ortum trahebat, qui genus suum ad Æacum Jovis filium referabant: nobilior fuit ingenii laude. Scripsit enim historiam belli Atheniensium cum Peloponnesibus tanta styli excellentia, tantis sententiarum luminibus, ut teste Cicero. in Orat. c. 9. post Herodotum omnes dicendi artificii in eo genere facile vicerit. Ejus tamen stylus ad eloquentiam aptus non est, ut idem Cicero docet in Orat. c. 9. & alibi. Nihilominus Demosthenes, teste Dionysio Halicarnasso, adeo probavit, ut ejus libros omnes sua manu descripserit, totosque tere edidicerit.

Thucydidus, a, um, qui Thucydidem imitatur. Cic. in Or. c. 9. Ecce autem aliqui fe Thucydidus profiterentur, novum quoddam imperitorem & inauditum genus.

Thule, es, f. 1. vel Thyle, Danis Islandt, Gal. Islande, Hisp. & Ital. Islanda, inf. perampla maris Septentrionalis, omnium Borealissima, extensa majore parte ab Or. in Occ. Hæc extrema fuit earum, quæ in Septentrionali Oceano Romanis fuerunt cognitæ. Ortelius existimat, Thulen esse Thulemarck, tractum Norvegiæ, cui convenit latitudo Thules, teste Ptolemæo; Cambdenus autem opinatur, Thulen esse Schetlandiam inf. Oceani Deucalidonii, quæ etiamnum a nautis Thulenfeld vocatur. Sed prior interpretatio de Islanda magis probatur. Thule tantam piscium copiam habet, ut illis exsiccatis lignorum loco ad ignem nutriendum utantur, præsertim osibus: Adeo sunt ingentes. Virg. 1. Georg. Numina sola colant, tibi serviat ultima Thule.

Thunnus. V. Thyunnus.

Thurarius, ii, qui thura tractant, ac vendit. Firmic. l. 8. c. 25. Vicefima septima pars Libræ si in horoscopo fuerit inventa, thurarios faciet, vel pigmentarios, seu pharmacopolas. Adde Terr. de Idolol. c. 11.

Thureus, a, um, ἰθυρία, quod est thuris. Virg. 2. Georg. Sola India nigrum Fert hebenum, folis est thurea virga Sabæis. Id. 6. Æn. v. 225. Congesta cremantur Thurea dona. Col. l. 3. Jam thuream plantam mature ampliatam, florentesque hortos myrrha, & croco. Scribitur & rureus abjecta aspiratione,

Tauria, æ, f. & Thurium, ii, n. oppidum Messeniæ, nunc Calamata. urbs Calabriæ, & Sybaris dicta.

Thuribulum, i, n. profumiera, suribile, θυμιατήριον, vas, in quo thus adoletur. Cic. 6. Ver. c. 21. Num etiam de L. Papyrio viro primario, locuplete, honestoque Equite Romano thuribulum emittit? Liv. l. 29. c. 14. Ex per manus succedentes, deinde aliz aliis, omni effusa civitate obviam, thuribus ante januas positus, qua perferebatur, atque accento ture precantibus. Est etiam Thuribulum signum cælestis. V. Ara.

Thuricremus, a, um, quod thus cremat, vel in quo thus crematur. Virg. 4. Æn. v. 433. Thuricremis cum dona imponeret aris. Ovid. 2. epist. v. 18. Saepe Deos supplex, ut tu scelerate valeres, Sum prece thuricremis deventerata locus.

Thurifer, ra, rum, ἰθυρίαφόρος, quod thus fert, seu producit. Ovid. 3. Fast. Et domitas gentes thurifer Indæ tuas. Plin. l. 12. c. 14. Ut illo modo, cum devicisset thuriferas gentes, supplicaret.

Thurificator, oris, m. qui thus adolet Diis. Legitur non semel apud August. l. 2. cons. litter. Petil. c. 103.

Thurilægus, a, um, qui thus colligit. Ovid. 4. Fast. v. 569. Nam modo thurilægus Arabas, modo despicit Indos.

Thuringia, æ, f. inc. Thuringen, Ital. Turingia, Gal. Thuringe, prov. Germaniæ, in Saxonia superiore, Landgraviatus titulo insignita. Terminatur ab Or. Misnia, ab Occ. Hafia, & a Sept. Principatu Anhaltino, & Ducatu Brunsvicensi, a Mer. Franconia, & Principatu Hennebergensi. Alias amplior fuit. Olim Reges habuit proprios, tempore primæ stirpis Regum Franciæ. Nunc subest partim Duci Electori Saxonie, & partim Ducibus V. Veimariensibus, & Comitibus Mansfeldiæ. Totius provinciæ caput est Erfordia, Erford, quæ subest Electori Moguntino.

Thurinus, a, um, V. in Thurium.

Thurium, ii, n. & Thurii, orum, m. oppidum magnæ Græciæ, a Philoctete conditum, non longe a loco, ubi Sybaris antea fuerat. Ejus populi Thurii. Signus Thurinus, qui Tarentini pars est. De quo Ovid. 15. Met. v. 52. Thurinofque sinus, &c.

Thus, uris, seu tus, ut alii scribunt, ἰθυσ, lacryma exigua arboris in Arabia, cujus usus est in sacrificiis, a θώς, quod idem est ac θυμίαμα, sufficitur. Nec obstat, quod in antiquis codicibus tus legatur absque aspiratione, ut Pierius quoque agnoscit ad 2. Georg. Nam soliti fuere Latini voces a Græcis acceptas, aut deductas ita conformare, atque immutare, ut origine quoque Latine viderentur. Ita scribere siva, non sylvia, licet sit ab ὕλη, lacryma, non lacryma; etsi sit a θύσσω; scena, non scena, etsi sit a σκηνή, idemque in sexcentis aliis tactum. Serv. ad 1. Geor. dicit scripsit a sun tendo, ut sic dicitur quasi esum, nempe a glebis tuis, sive tuisis. Virg. 1. Georg. v. 57. India mittit ebur, molles sua thura Sabæi. Perf. 3r. 5. Sed nullo thure litabis. Thus masculinum, genus thuris, ita dictum, ut putatur, quod testium speciem habeat. Plin. l. 12. c. 14. Quod ex eorunditate guttæ pependit, masculinum vocamus, cum alias non fere mas vocetur, ubi non sit femina. Religioni tributum, ne sexus alter usurparetur. Masculinum aliqui putant specie testium dictum. Thus terræ, genus herbæ. Plin. l. 24. c. 6. Chamæpitys, Latine abiga vocatur propter abortus, ab aliis thus terræ, cubitalibus ramis, flore pinus, & odore.

Thuscana, æ, f. olim Salumbrona, postea Tyrrenia, Thuscia, seu Tuscia, & Thuscana, seu Tuscana, Toscanella, urbs Etruriæ, prope Tarquinios, ad Martham fl. inter Castrum ad Occ. & Vitergium ad Or. ac inter Montem Physconem ad Bor. & Cornuetum ad Austr. Conditæ dicuntur ab Af. anio Æneæ filio.

Thuscanicus, a, um, adject. idem quod Tuscanus, ut Thuscanicæ opera. Vitruv. l. 3. c. 7. Thuscanicæ statuz. Quintil. l. 12. c. 10. Thuscanicæ columnæ. Plin. l. 36. c. 23. V. Tuscanus.

Thuscianenses, m. 3. populi Etruriæ, quorum urbs Thusciana. Plin. l. 3. c. 5. Thuscianus, a, um, & Tuscanus sine aspiratione, adject. ad Thucos pertinens. Thuscianæ dispositiones dicuntur a Vitruv. l. 4. c. 6. in fine, ædificia, & quælibet opera architectonica, quæ ratione a Thucis inventa, & usurpata efficiuntur: quæ quidem ratio erit omnium simplicissima, præsertim in columnis, quæ constabant solida basi, scapo simplici, capitulo item, & coronide, sine ullis ornamentis, sine scamillis in stylobata, sine volutis in epistylis, &c. omnimodum Philander exhibitis figuris docet ad c. 2. l. 3. ejusd. Vitruv. De Thuscianis vero ædibus loquitur ipse Vitruv. l. 4. c. 7.

Thuce, adverb. Thucorum more. Var. apud Gel. l. 2. c. 25. Cum dicamus ab Ofco, Thuceo, Græco, Ofce, Thuce, Græce.

Thucii, m. 2. Tufci, Etruscii, Etrufci, Thyrrheni, Toscani, pop. antiquissimi Italiæ, quorum regio Thuscia, sive Tuscia, sive Etruria, sive Etruria, sive Thyrrhenia. Ita dicti sunt ob peritiam sacrorum ministeriorum, & divini cultus, qua in re cæteris sunt excellentiores. Olim enim Romani rem ipsam domine accuratius experimentes Thucios, ut Græci, vocabant. Dionys. Halicarn. Rom. Ant. l. 1. Θουκυδίδης autem

autem notat aruspices, qui intellexit ea, quæ per ignita sacrificia significabantur, a *Sûos*, sacrificium, & *xiu* Jonice pro *xiu*, intelligit, vel a *Sûos*, & *xiu*, idest, *xiu*, quod sacra adolet. Alii Tuscos dictos ajunt a Tulco Rege Herculis filio. *Festus*.

Thufcûlum, li, n. diminutivum, parvum, seu potius paucum thus. *Plaut. Aulul. 2. 8. 15.* Nunc thufcûlum emi, & hæc coronas flores: hæc imponitur in loco nostro Latr.

Thufcus, seu Tufcus, a, um, *Tofco*, *Tofcano*, *tufo*, quod ad Thufciam spectat. *Virg. 10. Æn. Quæ manus interea Thufcis comitetur ab oris. Cic. 3. de Orat. Mare Thufcum. Juvenal. sat. 11. v. 109.* Catiuum Thufcum. b. e. fictile. Multa enim fictilia in Thufcia fiebant. Hinc *Thufcum fictile*, apud *Perf. sat. 2. v. 60.* ¶ *Thufca modo dosem quereere*, est vitariare artibus meretriciis. nam Thufci filias suas exponere solebant, ut corpore quæstum facerent, teste *Herodoto*. Legitur hoc proverbium apud *Plaut. Cist. 2. 3. 20.* ¶ Thufcus vicus, unus ex vicis urbis Romæ, ita dictus a Thufcis illis, qui duce Lucumone, sive Lucretino suppetas Romulo adversus T. Tatium, & Sabinos bellum gerenti tulerint, & Romæ domicilium figentes ibi habitaverint. Ex *Sigon. l. 1. de ant. jur. C. R. c. 3.* Sed *Varro. l. 4. de L. L.* hunc ducem Cælem Vibennum appellat. Scribit enim, Cælium montem a Cæle Vibenno Thufco dictum, qui Komulo auxilio fuit contra Sabinum Regem, eos, qui cum eo venerunt, Romæ remanisse, & post ejus obitum, quod nimis munita loca tenere dicerentur, deductos esse in planum, & ab eis esse dictum vicum Thufcum. Aliqui dicunt nominatum fuisse a quibusdam Thufcis ex exercitu Porſenæ Regis Hetruriz, qui Romæ Rege ab obſidione difcedente remanferint, ex quibus poſtea Cæles, & Vibenna Venientes ejeçti urbe ſint, quod novis rebus ſtudentes, Tarquinium reducere tentaverint. *Fest.*

Thuffagetzæ. V. Thyragetzæ.

Thya, æ, f. arbor odorata, radicem habens admodum criſpam, multis operibus utilem, in Cyrenaica interiore naſcens, & circa Ammonis delubrum. *Plin. l. 13. c. 16.*

Thyamis, is, f. fluvius Theſprotizæ in Epiro, hodie *Calama*. *Cic. Att. l. 7. ep. 2.*

Thyas, adis, f. Ita dictæ ſunt Bacchi ſacrificulæ, quæ & Bacchæ, & Menades, & Baſtarides. Rationem hujus nominis quidam referunt ad Thyan quamdam Cephifii filiam, quæ prima omnium Dionyſio initiata, Orgia ejus celebravit, Bacchicoque furore correptis nomen reliquit, ut ab ea Thyades dicerentur. Alii hanc non Cephifi, ſed Caſtalis cujuſdam indigenæ filiam fuiſſe volunt. *Virg. 4. Æn. v. 302.* qualis commotis excita ſacris Thyas, ubi audito ſtimulant trieterica Baccho. *Horat. l. 2. od. 19.* Pervicaces Thyadas.

Thyſus, i, m. *ballo*, *Thyſus*, ſaltatio, ſive chorea, quæ Baccho exhibebatur, a *thiſto*, *Orgia celebra*. *Virg. 5. Ecl. Inſtituit Daphnis Thyſus inducere Baccho.*

Thyatira, f. i. *Tyre*, *Tiro*, urbs Lydiæ, ad Hillum amnem, prope Hermodum fluv. ¶ Thyatira quoque, inſula parva maris Joni, apud Echinadæ, imo una Echinadum, teſte *Plin. l. 4. c. 12.* Pop. Thyatireni. *Id. l. 5. c. 30.*

Thyella, f. i. Hyella, *Ayello*, opp. Brutiorum, ob Oenotriis habitatum, in Calabria cit. apud Amantiam urb. Sed Barrio eſt *Thyeto*, ſeu *Gineſto*, opp. ejuſdem tractus.

Thyene, es, f. *Thyene*, una ex Hyadibus, quæ & Tyche dicitur. *Ovid. 6. Faſt. v. 710.* Tertia nox veniet, qua tu, Dodoni Thyene, ſtabis Agenorei fronte videnda bovis.

Thyestes, is, vel Thyestes, æ, m. *Thyestes*, filius Pelopis, & Hippodamiz, nepos Tantali, frater Atrei, qui, cum fratri, cui peſſime cupiebat, aliter nocere non poſſet, uxorem eiſ per adulterium polluit. Propter hujusmodi flagitium Atreus eum in exilium ejeçit, deinde revocavit ab exilio, ejuſque filios illi epulandos appoſuit. Tunc Sol retro tuſſe fertur, ne ſcclera illa cernens pollueretur. *Bacch. l. 12. Gen. c. 5. & 7. V. Atreus: Thyestes Apollinem conſulit, quanam ratione fratrem ulciſci poſſet: qui reſpondit, ex illo, & ejus filia Pelopia exoriri poſſe eorum ſcclerum ultorem. Igitur ſe ſe cum filia commiſcuit, ex eaque Ægiſthum procreavit, qui Atreum primo interfecit, deinde cum Clitæmneltra adulterium patravit, tandem Agamemnonem fulſit. *Perf. ſat. 5.* aut ſi quibus olla Thyestæ Fervebit. *Cic. 3. Tuſc. c. 12.* Tu te, Thyeſta, damnabis, &c. *Marc. l. 5. ep. 54.* quid ſcribis, amice, Thyeſten? h. e. tragediam de Thyeſte.*

Thyestæus, a, um, *Thyestæus*, quod ad Thyeſten ſpectat. *Ovid. 15. Met. v. 462.* Neve Thyeſtes cumulemus viſcera menſis. *Cic. in Piſon. c. 19.* Thyeſta excretatio.

Thyestias, adis, m. Ægyſthus Thyeſtis filius. *Ovid. 2. de ar. amon. v. 407.* Inde Thyeſtiaden thalamoque, animoque recepit.

Thyle, V. Thule.

Thymbra, æ, f. herba eadem quæ cunila, & ſatureia, teſte *Plin. l. 19. c. 8. ad fin.* quamquam *Col. l. 10. v. 233.* ſatureiam ſapore tantum thymbræ ſimilem ſcribit. *Stat. l. 1. ſilv. 2. v. 21.* Olenſi ſpargere thymbra. ¶ Hoc nomine appellatus eſt etiam campus Troadis, per quem Thymbrius huius in Scamandrum inſiuit, nempe a copia hujus herbæ ibi feliciffime provenientis.

Thymbræus, a, um, *Thymbræus*, quod eſt ex Thymbra, vel ad Thymbram ſpectat, ut Apollo Thymbræus, ita dictus a Thymbra campo, ſylva, oppido Troadis, ubi colebatur, & ubi templum habuit, quod *Serabo* in ea parte fuiſſe tradit, qua Thymbrius fluv. in Scamandrum inſiuit, Hoc in templo ſerunt Achillem a Paride fuiſſe interemptum. Inde factus locus ſabulæ, ut Achilles Apollinis ſagittis diceretur eſſe interfectus. *Virg. 3. Æn. v. 81.* Da propria Thymbrææ domum.

Thymbre, es, f. i. Thymbrium, opp. Troadis conditum a Dardano apud Trojam, ſive Ilium urb. *Plin. l. 5. c. 30.*

Thymèle, es, f. i. *Thymèle*, Græcè ſignat aram, a *Thymèle*, ſacrificare, ut *Suidas* ſcribit. Ita etiam vocatur locus editior in orchestra, id eſt pulpituſ illud, in quo muſicis instrumentis inſerviebat ſcenz. V. Theatrum. Quidam putarunt hoc ſenſu uſurpari hanc vocem apud *Martial. l. 1. epigr. 5.* Quo thymelen ſpectas, deriſoremore Latinum, illa fronte, precor, caſmina noſtra legas. id eſt ludos ſcenicos. Sed aptius hic accipias pro nomine proprio mulieris ſaltatrici, quam ita appellat etiam *Juven. ſat. 1. v. 36. & ſat. 8. v. 197.* ¶ Pro ſaltatione videtur hanc vocem poſuiſſe *Sidon. in carm. 2. epiſt. 13. l. 9.* ubi ait: Bimari remittat urbe Thymelen, palemque doctas Cithariſtrias Corinthi. Quod ſi quis hic quoque *Thymelem*, *Palemque* nomina propria eſſe dicat, non valde repugnaverim.

Thymelicus, a, um, adject. *Thymelicus*. Thymelici dicebantur citharædi, & tibicines, qui in thymele caneant, *ſuonatori di Teatro. Iſid. l. 18. c. 47.* Thymelici erant muſici ſcencici, qui in organis, & liris, & citharis præcinebant. Et dicti thymelici, quod olim in orchestra ſtantes cantabant ſuper pulpituſ, quod thymele vocabatur. ¶ Diversi erant a ſcencici. *Scencici* enim dicebantur hiſtriones, qui in ſcena fabulam agebant, *thymelici* vero, qui perſonam ex tabula non habentes, ante

ſcenam in orchestra muſicis instrumentis, ſcenz ſubſerviebant. *Vitruv. l. 5. c. 8.* Itaque ex eo ſcencici, & thymelici Græcè ſeparatim nominantur. *Ulpian. l. Athletas, ff. de bis, qui not. inſam.* Neque thymelici, qui certaminibus ſacris delervunt, ignominioſi habentur. ¶ Ponitur interdum Thymelicus generatim pro ſcencico. *Apul. in Apol.* Thymelicum choragium, *apparato da ſcena*.

Thymiama, atis, n. *Thymiama*, genus ſuffimenti odorati ex variis aromatisbus compoſitum, ut ex ſtacte, galbano, & ex majori parte thure, quod incenditur ad ſuffitum, a *Thymiama*, odores incendio. *Celf. l. 5. c. 28. n. 11.*

Thymiânæ oves, apud *Plaut. Bacch. 5. 2. 1.* videntur dictæ eſſe a thymo. h. e. thymum amantes. Sed alii aliter leg. ex variis MSS. & coniecturis.

Thymînus, a, um, *Thymînus*, quod ex thymo factum eſt. *Col. l. 6. c. 33.* Cum melle Attico, vel, ſi id non eſt, utique thymino celeriter levatur.

Thymion, ii, n. *Thymion*, ulcus quoddam ſcabrum, & aliquando ſanguine manans, quod ſupra corpus quaſi verrucula eminet, modicum tamen, quia raro fabæ magnitudinem excedit: ita autem appellatur, quia ſummum colorem floris thymi repræſentat. Hæc *Celf. l. 5. c. 28. n. 13.* Ad *Plin. l. 32. c. 10.*

Thymites, æ, ni. *Thymites*, vinum ex thymo confectum. *Col. l. 12. c. 35.* Vinum abſynthiten, & hyſſopiten, & abrotoniten, & thymiten, & marathren, &c.

Thymofus, a, um, *Thymofus*, quod thymo abundans, vel ex thymo eſt. *Plin. l. 11. c. 15.* Thymofum mel non coit.

Thymum, i, n. frequentivus, quam thymus, i, m. *ſimo*, Germ. *bienen kraut*, Gal. *thym*, Hiſp. *tomillo*, *Thymus*, *Thymus*, frutex humilis odoratus, apibus gratiffimus, a *Thymo*, *ſuffo*, quia odorem exhalat. *Virg. 3. Ecl.* Dumque thymo palcentur apes, dum rore cicadæ. *Horat. l. 4. od. 2.* apus Matinz Grata carpentis thyma. *Æmil. Macer.* Si deſit thymus, pro thymo ponere thymbram Præcipit Medici. ¶ Duplex eſt, album, & nigrum: *Plin. l. 21. c. 21.* Thymum colligi oportet in flore, & in umbra ſiccari. Duo autem ſunt genera ejus, candidum, radice lignoſa, in collibus naſcens, quod & præfertur: alterum nigrum, ſtortioque nigri, &c. ¶ Thymus quoque dicitur parva verruca in corpore, quæ & *Thymion* dicitur quod V. ſupra. *Plin. l. 23. c. 7.* Crudæ groſſi verrucas, & thymos tollunt.

Thymus, V. vocem præced.

Thyni, m. 2. pop. Thraciz, ex adverſo Bithyniz. *Plin. l. 5. c. ult.*

Thyniacus, a, um, adject. ad Thyniam Thraciz promontorium pertinens, ut Thyniacus linus, *Ovid. 1. Triſt. eleg. 9. v. 35.*

Thynias, æ, m. *Capo Tenia*, promontorium Thraciz in ora maris Euxini. *Plin. l. 4. c. 11.*

Thynias, adis, f. *Sagora*, oppid. Thraciz, in ora maris Euxini, ad Thyniam prom. apud Apolloniam. Gent. Thyniacus, a, um, ut Thyniacus ſinus, *Golfo di Sagora*.

Thynnarius, a, um, adject. ad thynnum pertinens, ut thynnaria piſcatio, *leg. 13. ff. commun. præd.*

Thynnus, ſive thunnus, i, m. *tonno*, *Thynnus*, Ger. *thunnus*, Gall. *thon*, Hiſp. *atum*, *Thynnus*, *Thynnus*, *Thynnus*, genus piſcis marini, forte ab Hebræo *Thynnus*, quod ingentem piſcem notat. Capitur copioſiſſime menſe Majo, in freto Gaditano. Nam id temporis ex Oceano Atlantico in mare Mediterraneum irumpit, non parvo Gaditanorum quaſtu, qui inſinitam eorum multitudinem retibus extrahunt, cæteriſque interunt, ſcilicetque, membratimque diſſectos, & in cadis aſſervatos celebri mercionio per omnem Europam diſſundunt. *Ovid. in Hiſtuc. fragmen.* Et pavidi magno fugientes æquore thunni. *Horat. l. 2. ſat. 5.* Plures aduabunt thynni. ¶ Inſeminio gen. *Plin. l. 9. c. 13.* Thynnus facta.

Thynus, i, *Thynus*, oppidum Ciliciz. *Plin. l. 5. c. 27.* Hinc

Thynus, a, um, adject. idem quod Cilicius. *Horat. l. 3. od. 7.* Thyna meate beatus.

Thyone, es, uxor Niſi, & mater Bacchi. *Euſtath. Cic. l. 3. de nat. Deor. cap. 23.*

Thyōneus, m. 3. per tres ſyllabas, *Thyōneus*, cognomen Bacchi, a *Thyōne*, *Thyone*, quæ eadem ac Semele Bacchi mater. *Suidas.* Quidam a *Thyōne*, ſacrificio, deductum putant, quod illi adhuc inter homines verſanti ſacrificaretur. *Ovid. 4. Metam.* Additus hiſ Nyſeus, indetonſuſque Thyōneus. *Horat. l. 1. od. 17.* Semeleius Thyōneus.

Thyonianus, i, m. ad Thyoneum pertinens. *Catull. carm. 27.* hinc abite lymphæ Vini pernicies, & ad ſeveros Migrate: hic merus eſt Thyonianus. h. e. hoc vinum omnino ſeverum eſt, & quod Bacchus deat.

Thyræi, m. 2. pop. Salentinorum, inter Tarentum, & Brundiuſium, quorum opp. *Turi*, in ſin. Apuliz Peucetiz.

Thyre, es, n. plur. *Thyre*, opp. Meſſeniorum. Cum de Thyreate agro bellum eſſet inter Argivos, & Lacedæmonios, res pugnz 200. militum utrinque commiſſa eſt, quibus omnibus interfectis, Othryades Spartanus, qui ſolus evaſerat, ſe interemit, & aliis ſe comitem dedit. *Stat. l. 4. Theb. v. 48.* Et Lacedæmonium Thyre lectura croemem.

Thyreæ, f. i. inf. Peloponneſi, apud Hermionem. Gent. Thyreaticus, a, um, ut Sinus Thyreaticus, qui & Hermionicus. ¶ Thyreæ item, Thyræa, Thyræum, *Burdagna*, opp. medit. Peloponneſi, in conf. Argivorum, & Spartanorum eadem quæ Thyre.

Thyreaticus, idis, adject. fœmin. ad Thyre oppidum pertinens. *Ovid. 2. Faſt. v. 664. de Deo Termino.* Si tu ſignafſes quondam Thyreatida terram, corpora non leto miſſa trecenta torent. V. Thyre.

Thyrōma, atis, n. *Thyrōma*, oſtium, janua. *Vitruv. l. 4. c. 6.*

Thyragetzæ, (Thyſagetzæ, *Plin. l. 3. c. 12. & l. 6. c. 7.*) pop. Sarmatiz, apud Meoticam pal. finitimi Gelonis, Turcis, Budinis, Baſternis, qui ſylvas incolunt, victumque ſibi venatu comparant. *Valer. Flac. 6. Argon.* Non ego ſanguineſeſtante tympana bellis Thyrageten, cinctumque vagis poſt terga ſiſleho Pellibus.

Thyrificûlus, li, m. parvus thyruſ. *Apul. de herb. c. 68.* Thyrificuli purpurei.

Thyrifiger, ra, rum, qui thyruſum gerit. Speciatim Bacchi cognomen eſt, quia thyruſum geſtare ſolitus fuit. *Sen. in Med. v. 110.* Candida Thyriſigeri proles generoſa Lyzi.

Thyrifus, i, m. *Thyrifus*, *Thyrifus*, Græcè ſignificat quicquid ſic conſurgit, ut in graditatem attenuetur, ut arbores coniferæ, conii piçæ, &c. *Heſych. Kûnos, c. Thyrifus, igitur o ſpûmûnûn, & o ſpûmûnûn.* ¶ Speciatim thyruſus dicitur de caule, id eſt de eo in herbis, quod virgulæ in modum, vel teli reſtitudinem conſurgit. *Serv. in 12. Æn.* Caulcm autem medium fructis, qui vulgo thyruſus dicitur. *Plin. l. 19. c. 8.* Inventum omnes thyruſos, vel folia lactucarum prorogare urceis conditos, ac recentes in patinis coquere. ¶ Eſt præterea thyruſus haſta aculeata, hederis obſecta, quam Bacchus geſtare ſolitus fuit, & Bacchæ in Orgiis quatiebant. Sane *Macrobius* ait, Liberum Patrem tenere thyruſum, quod eſt latens telum, cuius mucro hedera lambente protegitur. Et *Diodorus* ſcribit, Dionyſium in exercitu habuiſſe mulieres thyruſis armatas. *Horat. l. 2. od. 19.* Liber gravi metuende thyruſo. ¶ Metonymice ſumitur pro turore, ardore, timulo, inſinctu. *Lucret. l. 1. v. 921.* Percuſſa thyruſo laudis ſpes magna memm cor. *Ovid. 4. Triſt. eleg. 1.* Sic ubi moſta calent ſacro mea pectora thyruſo.

Thyrus, m. 2. Thorus, *Torso*, *Torso*, fl. Sardinæ, præcipuus totius insulæ, qui oritur in parte Boreali, deinde per mediam inf. fluens, in mare Sarduou se exonerat.

Thyflagetæ, V. Thyflagetæ.

T A N T E I.

Tiara, æ, f. & tiaras, æ, m. *tiara*, *tiara*, טיארן, Ger. *uueiberzierde*, *ader bischoffs hut*, Gal. *tiare*, Hisp. *tiara*, δ *tiaras*, ἡ *tiara*, capitium ornamentum apud Persas. Verum Reges eorum recta soli tiara utebantur, & cum acuminè; cæteri sine apice, teste *Hesych.* & *Senec. l. 3. de benef. c. 31.* ¶ Etiam apud Phrygas tiaræ usus erat, sed eam Sacerdotes tantum adhibebant, teste *Serv. in 7. Æn.* Et reges, teste *Juv. sat. 10. v. 267.* ubi eam Priamo tribuit. De ejus forma ita scribit *Hæron ad Fabiolam*: Quartum est genus vestimenti rotundum pileolum, quasi sphaera media lit̄ diuisa, & pars latera ponatur in capite. Hoc Græci, & nostri *tiaræ*, nonnulli galerum vocant: Non habet acumen in summo, nec totum usque ad comas tegit, sed tertiam partem a fronte inopertam relinquit, atque ita in occipitio vitta conlittitum est, ut non facile labatur ex capite. *Virg. 7. Æn. v. 247.* Scepturumque, facerque tiaræ. *Juv. sat. 6. v. 515.* Et Phrygia vestitur bucca tiara. Tiarantus, m. 2. *Sereb.*, fl. Scythiæ Europææ, qui per Dacæ fines, seu per Moldaviam, ubi opp. cogn. alluit, in Istrum influit.

Tiaratus, a, um, adject. tiara ornatus. *Sidon. l. 8. ep. 3.* Inter satrapas regum tiaratum.

Tiäre, es, f. *tiäre*, oppidum Teuthranis, quæ est regio Asiæ supra Æoliden, & partem Troadis. *Plin. l. 5. c. 30.*

Tibarëni, m. 2. *tiarëni*, pop. Cappadociæ, apud Chalybes, intra montes, inter Chalybes, ad Or. & eos, qui Cotyorum incolunt, ad Occ. in Armeniæ majoris confinio. Felicitatem in lusu, & risu collocabant. Tenacissimi erant iustitiæ, ut qui, nisi ante denunciatio die, hostem non adorerent. De his memoriæ prodidit *Nymphodorus*, muliere partu soluta virum in lecto decumbere, & tanquam partus auctorem ab uxore puerpera curari. Hi etiam, teste *Hieronymo*, quos dilexerant, fenes suspēdant in patibulis. De Tibarenis scripsit etiam *Mela l. 1. c. 21.* & *Plin. l. 6. c. 4.*

Tibe pro sibi dixere Veteres, legiturque in quibusdam Edition. apud *Var. l. 3. R. R. c. 16.*

Tiberiacum, n. *Bagnacavallo*, castr. Italiæ, in ditione Pontificia, & in Ducatu Ferrentiensi, sed in Romandiola tere inferiunt, ad Senum flu. Tiberiadis lacus, mare Tiberiadis, stagnum Tiberiadis, mare Galilææ, Genesara, *Lago di Genesareth*, lacus Terræ Sanctæ, seu Palæstine, in confinio Galilææ, per quem Jordanis labitur a Septent. in Mer. per 15. M. P. Extenditur inter Tribus Zabulon, & Itchar ad Occ. & dimidiat Tribum Manasse ad Or. Dicitur: est lacus Iherididis ab urbe Cæsariæ, quæ ab Herode Tetrarcha amplata, in honorem Tiberii Cæsaris sic appellata est; mare Galilææ a Galilæa regione vicinâ. *V. Plin. l. 5. c. 15.*

Tiberianus, a, um, adject. ad Tiberium pertinens, ut Tiberianus principatus, & Tiberiana tempora, apud *Tertul. l. 4. cor. Marcion. c. 6 & 7.* ¶ Tiberiana etiam dicta sunt quædam pyra, quæ maxime Tiberio principi placuer. *Plin. l. 15. c. 15.*

Tiberias, adis, f. ante Genesara, seu Genesareth, *Taboris*, urbs Palæstine, in Galilæa, in Tribu Zabulon, in ora occidentali maris Galilææ, seu Tiberiadis ab ea dicti. Amplificata tuit ab Herode Tetrarcha, & sic vocata in honorem Tiberii Cæsaris. Inde ortum traxit Iustus, qui Judaicarum rerum scripsit historiam. Ob serpentiū multitudinem habitatoribus plane vacua est. *Plin. l. 5. c. 15.*

Tiberinus, idis, f. *tiarënis*, quæ Tiberim incolit, vel ad Tiberim habitat. *Ovid. 2. Fast. v. 197.* Dixerat. Annuerant omnes Tiberidenis udx, h. e. Nymphæ Tiberis.

Tiberinus, i, m. *tiarënis*, nonus Rex Albanorum. Patrem habuit Calpetum, seu Capetum, seu Carpentum. Regnavit octo annos. Hunc prælio juxta flumen Albulam commisso perisse ferunt, cumque abreptus fuisset aquæ currentis impetu, flumen deinceps ab eo Tiberim cepisse appellari. *Dion. l. 1. Sed Liv. & Ovid. 14. Metam.* prælii n. comminere, scribunt simpliciter, Tiberinum in luminis transitu esse submersum. *Servius* dicit, Albulam Tiberis nomen accepisse a Thybri antiquissimo Hetruriz Rege, qui Latium latrociniiis infestabat, ac tandem juxta hoc flumen interfectus est. Filium reliquit nomine Agrippam. *Dionys. & Liv. l. 1. Sed Ovid. l. 14. Met.* scripsit, Tiberino duos filios fuisse, Remulum, & Acrotam: *Idem l. 4. Fast.* narrat, Tiberinum ante mortem vidisse filium Agrippam, & nepotem Remulum. ¶ Tiberinus item a superstitionis antiquitate creditus est Deus esse Tiberis fluvii præfes, cuius monitu Æneas Evandri sibi auxilia acievit. *Virg. 8. Æn.* Huic Deus ipse loci fluvio Tiberinus amœno Populeus inter senior se attollere frondes Vifus, &c. ¶ Quin & ipse fluvius in sacris dicitur esse Tiberinus, teste *Servio.*

Tiberinus, a, um, *tiarënis*, quod ad Tiberim spectat. *Virg. 1. Æn.* Italiam contra, Tiberinaque longe Oltia. *Cic. pro Leg. Man.* Qui modo ante ostium Tiberinum classem hostium videbatis. ¶ Tiberina insula, al. Æsculapii insula, & Lycaonia, *Ipsa di S. Berotholomæo*, insula in urbe Roma, quam Tiberis fl. efficit, inter duos pontes. In ea tuit templum Æsculapii, ubi nunc cænobium Monialium. Ibi etiam Jupiter colebatur, qui propterea Lycaonius cognominabatur. ¶ Dicitur & Tiberinus pro Tiberinus per Lycopen. *Claudian. de laud. Serenæ, v. 17.* rediensque per undas Claudia Tibrinas.

Tiberiopolis, f. 3. urbs Phrygiæ Magnæ, apud ortum Caystri fl. Dumæniæ, & Sibio proxima. ¶ Item *Tarant*, urbs Thraciæ, in conf. Nymphæ inf. inter Anchialum ad Mer. & Tomos ad Br. Aliis est *Seramis*, vel *Seramis*. Sed Strummeza, aut Strumitza, teste *Nicæta Gregora l. 8.* oppidulum est Triballorum, a Barna diversum, in fin. Macedonia, inter Strymonem, & Axium fl. in monte prærupto, ac saxoso.

Tibris, & Tiberis, rectius quam Tyberis, & Tybris (ut ex vet. Inscript. probat *Mann. in Orbigo.*) ante Albulâ, *Tevere*, *tiarënis*, s. u. Italiæ, qui Hetruriam ab Umbria, Sabinia, & Latio distinguit, & Romam interluit. Oritur ex Apennino, & ex monte *Falsterna* juxta vicinum *Monte Corvino* dictum, in agro Florentino, & in limite Romandioliæ. Hinc in Meridiem tendens, Burgum S. Sepulcri rigat; Deinde per ditionem Pontificiam fluens, juxta Tifernum Tiberinum labitur, uti prope Persium. Postea recipit Tintim, & Tudertum rigat. Hinc auctus fluvius Palia, Nare, & Aniene, Romam interluit, & 12. M. P. intra in mare Tyrrhenum se exonerat. Ex ejus duobus ostiis hodie finitum ostium minime subiri potest, sed dextrum tantum, quod vulgo *Fiumicino* vocant; ideoque portum immenso sumptu, & opere ad hoc ostium præfici Cæsares construxerunt, & nunc in ejusdem ostii conservatione multum laborant Summi Pontifices. Dicitur est a Tiberino Rege Albanorum, qui in eo submersus interit. *Liv. l. 1. Ovid. 14. Met. & 2. Fast.* Aliqui dictum tradunt a Tiberino Rege

Thuscorum, qui piraticam exercens juxta eum in bello perit. Quod etiam fensisse videtur *Virg. 8. Æn.* cum inquit, Asperque immani corpore Tybris, A quo post Itali fluvium cognomine Tybrim Diximus, amixit verum vetus Albula nomen. Sunt, qui hoc nomen trahant a Græco *tiarënis*, *injuria*. Ajunt enim, hunc eundem Thuscorum Regem circa hujus fluvii ripas latrocinari consuevisse, & transeuntes crebris afficere injuriis, inde Thybrim cognominatum fuisse, quasi esset fluvius *tiarënis*, id est injuriæ. Ex qua ratione, cum *Virg.* aliquid dicitur, Thybrim quoque cum aspiratione scribi voluit. Alius placet, advenas de Sicilia venisse, & Tybrim dixisse, ad similitudinem fossæ Syraculanæ, quam tegerunt Atri, & Atheniensis juxta urbis murum: quod vero *Dionysius*, *Livius*, & alii scripsere, ab Albano Rege Tiberim dictum, talium esse, quia etiam ante Albam urbem conditam Tybris dicitur inventur. Igitur incertum est, quænam sit vera ratio hujus nominis scribendi, quia verum incertum est. Alii per *i*, alii per *y* tribunt. A *Stephano de Urbibus & Sijmâris*, & *tiarënis* appellatur. Præterea secundum *Servium* hic fluvius in sacris dicitur *Tiberinus*, in communi sermone *Tiberis*, & in Poemate *Tybris*, *is*, vel *idis*. Antea ab aquarum colore dicitur est *Albula*. Tiberis, auctore *Plinio*, lupum inter pifces gignit, ut Ravenna rhombum, Rhodus elopem, Sicilia murænam. *Horat. l. 1. carm. ad. 2.* Vidimus fluvium Tiberim retortis Litore Hetrusco vioienter undis Ire dejectum monumenta Regis, Templeaque Vestæ. *Cic. Att. l. 12. ep. 19.* Cogito interdum trans Tiberim hos alios aliquos parare. ¶ Tiberis etiam, seu Tybris, seu Tybris appellatus est Deus præfes flum. Tiberis. *Virg. 8. Æn.* Tuque, o Tybri, tuo genitorum cum flumine sancto.

Tiberius, m. 2. *tiarënis*, filius Tib. Claudii Neronis, & Liviz Drusillæ frater Drusi Neronis Germanici, illius, qui in Germania mortuus est. privignus Augusti, ejusdemque in Imperio successor. Fuit Imperator callidissimus, idemque omni genere avaritiæ, libidinis, crudelitatis contaminatissimus. *V. Sueton. in ejus vita.*

Tibia, æ, f. l. *osso anteriore della gamba*, *finco*, טיב, Ger. *Schreinbein*, Gal. *l'os de la jambe*, Hisp. *espinilla*, *קטקט*, proprie os cruris in animali, suræ oppositum. *Cels. l. 8. c. 1.* ¶ Ab animali hoc nomen translatum est ad organum musicum ex arundine, aut buxo, aut oliva, vel ex tibiis gruum, interdum cervo un, & anorum, nonnunquam ex auro, orichalco, ære, aut alia ductili materia factum, *flauto*. Est igitur tibia, *טיב*, *דברגי*, *פיוא*, instrumentum musicum, oblongum, teres, & foraminosum, quod inflatum, & digitis modo adductis, imo reductis temperatum, non injucundam reddit symphoniam. *Horat. de Ar. v. 202.* Tibia, non ut nunc orichalco vincita, tubæque Ænula, sed tenuis, simplexque toramne paucis. *Cic. 1. Tusc.* Non intelligo, quid metuat, cum tam bonos septenarios fundat ad tibiam. *Id. de clar. Orat.* Si tibiæ inflatæ non referant sonum, & abiciendas eas esse tibiæ putet. *Quintil. l. 1. c. 10.* Tibiis canere. ¶ Præcipuus tibiæ usus erat in scenis, ubi histiones eas per tibiæ adhibebant: (quamquam in conviviis quoque, in nuptiis, in funeribus, in triumphis, in bello, &c. tibiis canere mos fuit, ut ex *Plauti Cas. 4. 3. Arch. ad Mer. l. 4. c. 33. Cic. 2. de Leg. c. 23. & 24. Sæc. 4. Thib.* & aliis constat. *V. Rofin. Antiq. Rom. l. 3. c. 31. & 33.* Hinc illa, *tibiis dextris*, & *sinistris modos ficere*; item *tibiis paribus*, & *imparibus*, & *tibiis Sarranis*, quæ leguntur in titulis Comædiarum *Terentii*, &c. ostendunt diversitatem tibiæ in iis tabulis inflatarum. Tibia enim dextra dicebatur, quæ acutum sonum reddebat; sinistra quæ gravem, ita tamen quod essent ambæ quodammodo conjunctæ, quod dextra erat ejusdem carminis incentiva, sinistra succentiva, ut ait *Var. l. 1. R. R. c. 2.* Scribit autem *Plin. l. 16. c. 36.* sinistras tibiæ ex arundinis parte fieri solitas, quæ proxima terræ nascitur, quia latus toramen habet, & aptius ad gravem sonum reddendum; dextras autem ex superiori arundinis parte, ubi toramen angustius acutum vocem emittit. Cur autem una dextra diceretur, altera sinistra, ea ratio est, quod cum simul inflarentur, una quidem dextra parte oris, manaque dextra tenebatur, altera vero sinistra: nisi malis dicere, ita nuncupatis tibiæ ab ipso loco, ubi tibiæ canentes consistebant. *V. Mann. te quæsit. per epist. par. 3. epist. 4.* ¶ Tibiæ pares, & impares ita dicte sunt, ut putat *Festus* in voce *Impares*, a pari, vel impari toram num numero. ¶ Fuerunt & *Sarranis tibiæ*, de quibus *V. Sarranus*. Cæterum de universa tibiæ ratione librum condidit *Caspar Barolin.* quem consule. ¶ Tibiæ apertæ vocantur, quæ apertis toraminibus sonant clarius. Hinc *apertis tibiis dicere* apud *Quintil. l. 11. c. 3.* est clarissima voce dicere. ¶ Differt tibia a flûta, quod hæc ex multis calamis componitur, sinzulis unum tantum toramen habentibus; tibia vero multa habet toramina, & uno tantum calamo constat. *Plin. l. 16. c. 36.* Calamus alius totus concavus, quem Syringiam vocant, utilisimus flûtilis, quoniam nihil est ei cartilaginis, atque carnis: Orchonienus est continuo toramne percussus, quem auleticum vocant: hic tibiis utilisior, ille flûtilis. ¶ Tibiæ inventrix fuisse traditur Pallas, quam inflando cum nimium buccas deformare sibi videretur, abiecit; eamque postea a Satyro susceptam, & usurpantam. Ita refert *Ov. 6. Fast. v. 497.* ¶ Olim tibia usurpabatur in gen. m. *Var. apud Non. c. 3. n. 256.* Quare meas libidines, ac tibiis biluozis.

Tibiæ, is, o. 3. *טיב*, *סכסכס*, Germ. *Strumpf*, Gall. *bas de jambe*, Hisp. *medias*, *περσικαίς*, velamentum tibiæ, seu cruris. *Suet. in Aug. c. 82.* Hyeme quaternis cum pinguis toga tunicis, & subulcæ thorace lanco, & reminalibus, & tibialibus muniebatur. ¶ Dicitur etiam de ocreis, sive a-mis, quibus crura muniuntur, *gambiere*. *Paul. l. qui comæsus. ff. de remilit.* Si tibiale, vel humerale miles alienavit. *V. Feminalia. Plin. l. 16. c. 36.* Tertia arundo est tibialis calami, quem auleticos dicebant.

¶ Aura tibialis est, quæ inflando per tibiæ tranit, & s. unum edit. *Sidon. in carm. l. 9. epist. 13.* Date ravalus choraulas. Quibus antra per palati, Cregulis retlanda buccis Gemit aura tibialis.

Tibiatiū, adverb. a tibia, qua crus notat. *Tittm. apud F. f.* Jam cum mulleis te ostendiiti, quos tibiatiū calceas. Ita reliquit corruptum locum *Jof. Scalig.*

Tibicen, isis, m. *τιβικης*, qui tibia canit, a *tibia*, & *canē*, ut fidicen, cornicen, lyricen. Præter aliorum morem penultimum producit, propter *Crasin*, sive Synæzetem. Nam est contractum ex *tibicen*. *Cic. 2. de Orat.* Tibicen sine tibiis canere non potest. *Idem 2. de Leg. c. 24.* Ad cantum, & tibicenem proiequit laudes doctorum virorum. *Horat. l. 2. epist. 1.* Nunc tibiicibus, nunc est gavisus tragædis. ¶ Tibicines item, *τιβικιδης*, pilæ dicuntur, sive columellæ, quibus rusticæ testæ sua tulore solent, a similitudine tibiæ canentium. Nam ut qui tibiæ canunt, cantantes sustinent, ita hujusmodi columellæ lignæ sustinent testam, inquit *Fest. Juven. sat. 3. v. 193.* Nos urbem incolimus tenui tibiicene tultam Magna parte sui. Nam hic labentibus oblat Villicu. *Ovid. 4. Fast. v. 695.* Hæc modo verberat stantem tibiicene villam. Translate *Arnob. l. 2.* Post Atlantem gestatorem, bajulum, tibiicinem illum, ac deânam cœli.

Tibicida, v. Cibicida.
 Tibicina, f. *ἰβικίνη*, mulier tibia canens. *Martial. lib. 14. epigr. 64.*
 Ebrina nos madidis rumpit tibicina buccis. *Gell. l. 4. c. 13.* Fœminas etiam tibicinas in exercitu habuit. *Hor. l. 1. ep. 14.* Peritrix tibicina.
 Tibicinum, n. n. ars tibicinis. *Apulej. lib. 1. Florid. pœt. inis.* Marlyas cum in artificio patriaræ tibi cinu.
 Tibicino, as, tibi cano. *Fulgens. lib. 3. Mystol. c. 9.* Ordo tibicinantium.
 ¶ Item tibicine, seu columella tulleo, sustento. *Tertul. de anim. c. 38.* Dissiderat inquilinus profutura domui, toto inquilinatus sui tempore, non ut ipse substruendus, nec ut ipse tibicinandus, sed tantummodo continendus.
 Tibiscus, m. 2. (Pathissus *Plin. l. 4. c. 12.*) *Tyssa, Teissa*, Hungariz. Oritur ex Carpatho M. in ipso limo. Russiz nigra, & Transylvaniz, deinde in Occ. tendens, auctus Zamo, Thura, & plurimis rivis, Tochum rigat, recipitq. Bodrocom, & Tarczacum fl. deinde in Mer. fluens, Zagivam recipit ad Zolnochium, chrylium ad Czongradium, Marisum ad Segedinum, tandemque auctus fl. *Temer*, paulo infra Tibiscum opp. in Danubium se exonerat, supra Taurunum 4. l. infra Petrovaradinum vix 2.
 Tibiscus, a, um, adiect. ad Tibiscum pertinens, ut Tibifena ostia, *Val. Flacc. l. 6. v. 51.*
 Tibiscus, is, fluvius Scythiz ex Hæmo monte nascens, & Septentrionem versus in Istrum influens. *Herodot. l. 4.*
 Tibiscola, a, m. qui prope Tiberim habitat, Romanus. *Prudent. peristeph. 11. v. 174.* Pœsit item sanctis Tibiscolas dapibus.
 Tiberinus. V. Tiberinus.
 Tiberis, & Tybris, is, & idis, m. idem qui Tiberis. *Claudian. de Consul. Probi & Olybr. v. 226.* Est in Romuleo promontibus insula Tibri. *Virg. 7. Æn. v. 333.* opata conduntur Tibridis alveo.
 Tibilla, f. *Castell' Aragonese*, urbs munita Sardiniz, in ejus parte Boreali, & in Occidentali, contra Herculis insulam. Aliis est *Loasarda*.
 Tibullus, m. 2. prænominis Albius, Poeta elegiographus. Natus est Romæ, C. Vibio Pania, A. Hortio Coll. anno U. C. 710. eodem anno, quo Ovidius Nolo. Parentes habuit ex Equestri Ordine. Quod ingenio facili, & egregia forma torcet, nobiliores civitatis sibi conciliavit, in quorum numero fuit Messala Corvinus. Familiariter dilexit Horatium, Ovidium, & Macrum Poetas. In amores, & delicias paulo proclivior fuit, ut qui Marathum, & Cherinthum pueros maximo affectu dilexerit, sicut Deliam, Sulpitiam, Neram, seu Nearam, & Nemesiam. Libros quatuor Elegiarum, sive Amorum composuit. Obiit virenti adhuc ætate, dum pergeret cum Messala in Phæciam. Eum ut elegantem, & terfium commendat *Quintil. l. 10. c. 1.* cultum vocat *Ovid. l. 1. de art. am. v. 764.*
 Tibullus, l, f. arbor eadem, quæ pinafer. *Plin. l. 16. c. 10.*
 Tibur, & Tybur, uris, n. *Tivoli, Tiburis, Tibura, Tibis*, urbs alias Latii, nunc Campaniz Romanæ, in conf. Sabinorum, in colle, ubi cataractæ Anienis. Conditæ fuit a Catullo Arcade clasiss. Evantri præfecto, ante Romam, ut *Cæsar, Silius*, & alii quidam prodiderunt. Sed *Sextus* Græcus historicus scripsit, Catullum Amphiarai filium, post patris apud Thebas ante bellum Trojanum interitum, in Italiam venisse, & in Italia tres liberos procreasse, Tyburtum, Coracem, & Catullum, qui expulsus ex oppido haud longe ab urbe Roma postea veteribus Sicaniis, & nomine *Tybusti*, qui ex tribus maximus natus erat, *Tybur* appellavisse. Hic maxima pomorum copia, & crebri fontis. *Hor. l. 1. od. 18.* Circa mite folium Tiburis. *Virg. 7. Æn. v. 630.* Atina potens, Tiburque superbum. h. e. vel quia nobile, vel quia in monte situm.
 Tiburnus, i, m. idem quod Tibur. *Horat. l. 1. od. 7.* Et præceps Anio, & Tiburni lucus.
 Tiburs, urtis, adiect. *ἰβυρσίνος*, quod est ex Tibure. *Hor. l. 2. sat. 4.* Picenis cedunt pomis Tiburta succo. *Cic. 2. de Or. c. 65.* Villam in Tiburte habes. *Subaudi 230.* *Gell. l. 19. c. 5.* In Tiburte rus concesseram. *Et infra.* Promit e bibliotheca Tiburti. ¶ Tiburtes, tum, populi sunt Tiburis incolæ. *Plin. l. 3. c. 12.* *Virg. Æn. 11.* prædam Tiburtum ex agmine Tarchon portat ovens. *Tacit. 14. Ann. c. 22.* Tiburtum fines. ¶ In recto casu singulari est *Tiburs*. *Inscript. apud Gruter. p. 346. n. 3.* Sex. Oppio Prisco patrono incomparabili S. P. Q. Tiburs ob merita ejus.
 Tiburtinus, a, um, adiect. *ἰβυρτίνος*, ad Tibur pertinens. *Mart. l. 4. ep. 57.* Tiburtina tricolor. *Propert. l. 4. el. 7.* Tiburtini terra. ¶ Tiburtina, i, villa fuit Pompeji in Tiburtino agro. *Cic. 5. Phil. c. 7.*
 Tichobates, æ, m. qui super erectis muros graditur, at *ἰχθυόων*, murus, & *ἰχθυόων*, gradior, quemadmodum *scenobates* est, qui per tunem ambulat. *Vopisc. in Carin. c. 18.* Exhibuit Tichobatem, qui per parietem eluso urfo cucurrit.
 Ticida, æ, m. Poeta quidam, qui de Perilla puella ab se adamata Elegias scripsit. *Ovid. 2. Trist. v. 433.*
 Ticinum, i, n. postea Flavia Pavia, & Pavia, *Pavia*, urbs Insubriz, ad Ticinum fl. olim regia Longobardorum, condita e Liguriis, Levis, & Maricis ante Mediolanum. *Plin. l. 3. c. 17.*
 Ticinus, m. 2. *Ticino*, fl. Insubriz navigabilis. Erumpit ex Adula M. in conf. Helvetiorum, ac per lacum Verbanum excurrans, Ticiniquæ urbis, nunc *Pavia*, mœnia radens, in Padum excipitur, aquas suas perpicuas ad 10. M. P. immixtas aquis Padu turbulis conservans. Aliebus arenas aureas habet. Thymalum piscem gignit. *Claudian. in 6. Consul. Honor. v. 195.* Colla levant pulcher Ticinus, & Addua visu. *V. Plin. l. 2. c. 103. & l. 3. c. 19.* ¶ Ticinus alter, *Ticino*, fl. Piceni non procul a ripa Tranfona.
 Titata, m. Tiphata, *Monti di Capoa*, & *di Caserta*, mons Campaniz, cum opp. olim cogn. inter Capuam, & Nolam extensus, qui Campaniam a Samnio determinat. *Plin. l. 3. c. 5.*
 Tifernates, tum, oppidi Tiferini incolæ, duplicis sunt generis, alii cognomine Tiberini, alii Metaurenfes appellati. *Plin. l. 3. c. 14.*
 Tifernum, Tiberinum cogn. urbs Umbriæ, caput regionis cogn. ad Tiberim fl. ¶ Tifernum Metaurum, seu Metaurense, *S. Angulo in Vado*, urbs Umbriæ, ubi Duc. Urbini, versus fontes Metauri fl. a Tiferino Tiberino 16. M. P. in Bor.
 Tiferonus, m. *Tiferus*, fl. Frentanorum, qui oritur ex Appennino M. Frentanos ab Apulis Daunis dividit, & in mare Adriaticum per Larinum ad Thermulas influit, medius inter Frentonem ad Or. & Trinum ad Occ. *Plin. l. 3. c. 11.*
 Tigillum, i, n. *travicello*, Germ. *bocke*, Gall. *soliveau*, Hisp. *vigita*, *zaidos*, pertica, sive longurium. Est a *tignum*, ut *sigillum a signum*. *Liv. l. 1. c. 26.* Transmissio per viam tigillo, capite adaperto, velut sub jugum misit juvenem. *Tibul. l. 2. eleg. 1.* Illic compositis primum docuere tigillis Exiguam viridi fronde operire domum. ¶ Generatim etiam pro quovis ligno accipitur. *Plaut. Aut. 2. 4. 22.* De suo tigillo sumus siqua exit toras. Ita habent veteres manuscripti, & excusi, non *sigillo*, quod *Laminius Bosius*, & alii quidam probant, ut ligil-

lum sit a lignum ex forma, qua duo illa priora.
 Tignarius, a, um, quod ad tignum spectat, ut Faber tignarius, quo nomine intelligitur non solum is, qui tigna dolat, sed etiam qui solaria lignea facit, hoc est trabes, & cætera ad tabulata domus utilia, denique omnis, qui ædificat. *Cic. in Brut. c. 73.* Tamen ego me Phidiam esse mallem, quam vel optimum tabrum tignarium. *Inscript. apud Gruter. pag. 194. n. 2.* Colleg. Fabr. tignarior.
 Tignum, n. 2. *S. Maria in Giorgio*, opp. Piceni, in colle, medium fere inter Firmum, & Tolentinum.
 Tignum, i, n. *trave*, *ἰγνίς*, Ger. *latrin*, Gall. *solive*, Hisp. *viga*, *boite*, *boite*, *ἰγνίς*, lignum ædificis. *Cajus Dig. l. 50. tit. 16. leg. 62.* Tigni appellatio in lege 12. Tabularum omne genus materiz, ex qua ædificia constant, significatur. Dicitur autem a *segendo*, ut est apud *Ulp. tit. 3. ff. l. 47. leg. 1.* Differt a trabe, quia trabs, teste *Festo*, sunt duo tigna ædificii gratia simul coaptata. *Lucret. l. 2. v. 191.* Nec cum subsiliunt ignes ad testa domorum, Et celeri flamma degustant tigna, trabesque. *Cæf. l. 4. B. G.* Tigna bina sequipedalia ab imo præcæta, dimensa ad altitudinem fluminis. *Hor. de Arte v. 279.* Et modicis intravit pulpita tignis. ¶ Tigna etiam dicuntur in vineis *peritrix*, & pedamenta posita ad vites fullinendas. *Ulpian. l. 1. ff. tit. 3. de tign. juncto.* ¶ Masculino gen. *Liv. l. 44. c. 5.* Longi duo validi afferes deſigebantur: in eos tranſverſi incumbentes tigni, ad tricenos longi pedes, ut pons eſſet, injungebantur.
 Tigrænes, is, m. Rex Armeniz majoris, qui auxilium ferens Mithridati Rezi, victus est primo a Lucullo, deinde a Pompejo Magno. Eum Pompejus in deditioem accepit, eique ad genua sibi procumbenti, ademptis Syria, Phœnicæ, Cilicia, Regnum Armeniz reliquit. *Lucan. l. 2. v. 637.* Tigrænicum meum, nec Pharnacis arma relinquas.
 Tigranocerta, f. i. *Bilis*, urbs Armeniz majoris, ad Nymphæum fl. ad ad Nicephorium fl. versus confinia Assyriæ, in Turcomania, munita, inter Arthemitam ad Cæc. & Amidam ad Afr. Nonnullis est *Sultania*, al. *Sava*. Sed hæc urbes in Media sunt, apud conf. Parthorum. Conditæ fuit a Tigrane, unde & nomen accepit, quali Tigranis civitas. Nam *cæri* Parthorum lingua urbem sonat. *Steph.*
 Tigrifer, a, um, adiect. tigris ferens. *Sidon. carn. 1. v. 444.* tigriferi pharetrata per arva Niphatis.
 Tigrinus, a, um, *tygris*, quod ad tigrim spectat, ut Menzæ tigrinz, quæ longis macularum notis referunt virgatas, ut Poetæ vocant, tigrines, quomodo etiam ab intorto macularum discursu dictæ sunt menzæ pantherinz. *Plin. l. 13. c. 15.* Menis præcipua dos in vena crispis, vel (sic recte Dalecampius emendat) in vortices parvos: illud oblongo evenit discursu, ideoque tigrinz appellantur: hoc intorto, & ideo tales pantherinz vocantur.
 Tigris, is, & idis, f. *tigre*, Ger. *tigerrbir*, Gall. *tygre*, Hisp. *tigre*, *tygre*, fera fœvissima, & velocissima, in Hircania maxime abundans. De vocis origine ita *Varrol. 4. de L. L.* Tigris, qui est ut leo varius, qui vivus capi adhuc non potuit; vocabulum e lingua Armenia. Nam ibi & sagitta, & quod vehementissimum flumen, dicitur Tigris. *Plin. l. 6. c. 27.* De Tigris fluvio: A celeritate Tigris incipit vocari: Ita appellat Medi sagittam. *Virg. 4. Æn.* Hircanæque admorunt ubera tigris. *Ovid. Heroid. ep. 10. v. 86.* Quis scit, an hæc fœvas tigridas insula habet? *Id. Metam. 7. v. 92.* tum me de tigride natum, Tum ferrum, & scopulos gestare in corde fatebor. *Horat. de Ar. Poet. v. 393.* lenire tigris. *Stat. 6. Theb. v. 72.* Talæ victori tigrin inanem &c. ¶ Est etiam nomen cani venatorio impositum ob velocitatem. *Id. 3. Mer. v. 217.*
 Tigris, is, & idis, m. *Tigre*, *Tegil*, f. *Ahæ*, percelebris, sic dictus a velocitate, quasi sagitta. Nam sagitta ab Armenis tigris dicitur. *Varrol. 4. de L. L. Plin. l. 6. c. 27.* Oritur ex montibus Ararat, sive Armenia, & inter Assyriam, Meopotamiamque fluens, & Chaldeam, sive Babyloniam interfecans, Euphrate recepto, labitur in sin. Persicum, Arabiam inter, & Persidem, prope Teredonem. *Virg. Ecl. 1. v. 63.* Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim. *Lucan. l. 3. v. 256.* Quaque caput rapido tollit cum Tigride magnus Euphrates.
 Tigullii, m. 2. *ἰγυλλίαι*, pop. Liguriæ, quorum urbes Tigullia, & Segesta. *Plin. l. 3. c. 5.*
 Tigullia, f. i. Tigulia, opp. Liguriæ, in ora lit. ad Or. medium inter Genuam ad Occ. & Erycis portum ad Or. Plerique *Sestri* indignant. Sed *Sestri* dicitur Segesta, quæ in mediterraneis est.
 Tigrinus, m. 2. *ἰγυρινίαι*, pop. inter Helvetios, Limagi fl. accolæ. *Cæf. l. 1. B. G. c. 12.*
 Tilia, æ, f. *tiglio*, *ἰλιγία*, arbor folio hederaceo, molliore & in angulum acutiorem rotundiore, & prolixiore in orbem lenite crispo, atque serrato, flore tantisper, dum calyculo continetur, herbaceo, dum emerit, flavo, fructu magnitudine tabæ, simili acinis hederæ, in quo semen præternue, quantum atriplicis, omnibus animalibus ingratum, cum tonorum pabulo maxime ducitur. *Virg. 2. Georg. Nec tiliz leves, nec torno rasilæ buxum.* *Ovid. 10. Metam. Nec tiliz molles, nec fagus, & innuba laurus.* ¶ Tiliz item dicuntur vincula ex arboris huius, vel etiam aliarum membranis tenuissimis, quæ inter corticem, & lignum sitæ sunt. *Plin. l. 16. c. 14.* Inter cortices, & lignum tenues tunicas multiplices membrana, e quibus vincula tiliz vocantur: Tenuissimæ earum philyræ coronarum lemnicis celebres, antiquorumque honore.
 Tiliaceus, a, um, *ἰλιγίος*, quod ex tilia confectum est. *Jul. Capitol. de Antonino Pio:* Cum senex, & longus eſſet, incurvareturque, tiliaceis tabulis in pectore fasciabat. *Col. l. 12. c. 45.* Arculæ tigrinæ, vel etiam tiliacæ, quales sunt, in quibus vestimenta forosia conduntur, &c.
 Tiliaris, re, adiectiv. idem quod Tiliaceus, ut Tiliaris tabula, *Cal. Aurelian. Tard. 4. c. 1.*
 Tilos, v. Tylos.
 Timavus, m. 2. *ἰμῆρος*, fl. maximus Carnorum, sed brevissimi decurrit. Oritur apud Fanum Diomedis, vulgo *S. Giovanni*, ex vicino monte, novem fontibus erumpens, quibus confluentibus vix ad 2. M. P. latissimus Adriaticum mare petit, ultra Aquilejam 7. M. P. Tergeste versus. *Plin. l. 3. c. 14.* Carnorum hæc regio, junctaque Japidum: annis Timavus. *Pomp. Mela l. 2. c. 4.* Proxima est a Tergeste Concordia: interfuit Timavus novem capitibus exurgens. *Virgilius* tamen 1. *Æn. v. 248.* ita de Timavo locutus est, ut cum non procul Patavio collocare videatur: cum enim Antenoris iter describeret per medios Græcos, per sinus Illyricos, per regna Liburnorum, per fontem Timavi, ea sive licentia, sive incuria, qua Poetæ de rebus Geographicis loquuntur, cum præsertim longinqua describunt, statim subdit, hic tamen ille urbem Patavi, sedesque locavit Teucrorum. Hinc *Lucanus l. 7. v. 192.* Timavum appellavit *Antenoreum*, & *Martial. l. 13. ep. 89.* dixit *Euganeum*, quamvis idem *Martial. l. 4. ep. 25.* habeat: Et tu Ledgo felix Aquileja Timavo. Unde orta est aliquorum opinio, duos esse Timavos, alterum in finibus Patavinorum, alterum in finibus Carnorum. Nos putamus, & *Lucanum*, & *Marsialem* citatis locis, & præ-

præterea Statium l. 4. silv. 7. & insuper nonnullos posterioris ætatis Scriptores, Virgiliis carminibus deceptos Patavino Meduaco Timavi nomen dedisse.

Timæfactus, a, um, adject. *intimidato, impaurito*. Lucret. l. 2. v. 43. His tibi cum rebus timæfactæ religionis Effugiunt animo. Cic. 2. Off. c. 7. timæfacta libertas. Alii leg. *temæfacta*.

Timendus, a, um, adject. *terribile, dasemerfi*. Ovid. Heroid. epist. 4. v. 104. Dente timendus aper. Id. 14. Metam. v. 256. Urba timenda. Horat. epod. 6. Voce timenda complere nemus.

Tinens, tis, nom. ex particip. *timido, pauroso*. Ovid. Metam. 14. v. 215. Mortem tinens. Lucret. l. 7. v. 1237. vitæ nimium cupidi, mortisque timentes. Virg. Æn. 2. v. 729. Comitibus.

Timēo, es, mui, sine sup. a. 2. *semere, aver paura*, טרר, Ger. *furchten*, Gal. *craindre*, Hisp. *temer, φθιδωμαι*, metuo, horreo, formido, veteor. Construitur vel absolute. Cic. l. 1. Fam. ep. 9. Magis etiam reprehendendi, qui se timere simulantur. ¶ Vel cum accus. Cic. l. 1. Fam. ep. 5. Quamquam omnia sunt timenda, nihil magis, quam perdidam timemus. Martial. l. 11. ep. 19. Colono Tanquam cum Galydonius timentur. ¶ Vel etiam cum dativo, præsertim cum de amicis sermo est, & tunc significat vereri, ne quid mali alicui accidat. Ter. Heaut. 3. 2. 20. Syre, tibi timui male. Id. And. 1. 3. Si illum relinquo, ejus vitæ timeo. Quintil. l. 4. c. 1. Religiosus judex libenter cum audit, quem justitiæ suæ minime timeat. idest ne suæ justitiæ infidietur. ¶ Vel etiam cum abl. & præp. a, vel ab. Cic. pro Syll. c. 20. A quo quidem genere, Judices, ego nunquam timui. ¶ Vel cum abl. & præp. de. Cic. Att. l. 7. ep. 6. De republica valde timeo. ¶ Vel cum abl. & præp. pro. Gell. l. 19. c. 1. Ipsum autem pro Aristippi anima timere. ¶ Vel cum membro orationis. Cic. l. 1. Ver. Jam nunc timeo, quidnam pro offensione hominum, & expectatione omnium, & magnitudine rerum dignum eloqui possim. Id. Att. l. 2. ep. 20. Hæc quo sint eruptura, timeo. Brut. Cic. l. 11. ep. 10. Timeo, quemadmodum hæc explicari possint. ¶ Vel cum conjunctivo, & particula ne in iis, quæ nolumus, vel ut in iis, quæ volumus, seu cupimus fieri. Ter. Andr. 1. 5. Tum autem hoc timeat, ne deferat se. Cic. Att. l. 9. ep. 6. Sed timeo, ne non impetrem. idest ut impetrem. Id. l. 14. Fam. ep. 2. Omnes labores te excipere video: timeo, ut suffulcas. ¶ Vel cum infinito. Curt. l. 9. c. 6. Eloqui timeo. Id. l. 4. c. 1. Si te committere nobis times, dabis fidem, impune venturum. ¶ Interdum significat averfari. Horat. l. 1. ep. 5. Nec modica cœnare times olus omne patella.

Timefco, is, n. 3. idem fere quod timeo. Ammian. lib. 31. c. 4. Athanaricus parumper timefcent.

Timide, adverb. *simidamente, φοβερῶς*, pavide, verecunde, minus audacter. Cic. 5. Fin. Tum ille timide, vel potius verecunde, Facio, inquit, equidem. Id. 2. Tusc. 23. Nequid abjecte, nequid timide, nequid ignave, nequid serviliter, muliebriterve faciamus. Quintil. l. 11. c. 1. Timidissime dicendum est. Cic. l. 1. B. C. c. 19. Omnia trepidantibus, timidiusque agere.

Timiditas, atis, f. *simiditas, חררה*, Ger. *furchtsamkeit*, Gall. *timidité*, Hisp. *temor*, *αλαχία*, proclivitas ad timorem, angustus, & parvus animus. Cic. 4. de Fin. Ex rebus enim timiditas, non ex vocabulis nascitur. Idem 2. Philip. c. 29. Cur ei bello propter timiditatem defuisti?

Timidule, adv. *con aliquanto timore*. Apul. l. 4. A. A. Timidule per balneæ reptare.

Timidus, a, um, o. 1. 2. *timido, pauroso, di poco animo*, טרר; Germ. *furchtsam*, Gal. *crainctif*, Hisp. *medroso, δειλός, φοβερῶς, εὐεθής*, pavidus, metuculosus, qui est angustus animus. Cic. 1. Offic. Ne imbecilles, atque timidi videamur. Id. l. 3. Quæ timido animo, humili, demisso, fractoque fiant. Id. pro Marc. Si in alterutro peccandum sit, malum videri nimis timidus, quam parum prudens. Id. Agrar. Liberi a delictis, cauti in periculis, non timidi in concionibus. Id. de Fin. l. 2. c. 20. Ita non timidus ad mortem, ut in acie sit ob Republicanam interfectus. Horat. l. 3. ad 19. Codrus pro patria non timidus mori. Sen. de vit. beat. c. 21. Nocturna animalia abundant in aliquas rimas, timida lucis. Cæf. l. 8. B. G. Ut vix judicari possit, utrum secundis rebus infolentiores, an adversis timidiores essent. Ovid. l. 1. de Ar. v. 117. Ut fugiant aquilas timidissima turba columbæ.

Timidulus, V. Tmolus.

Timor, oris, m. *timore paura*, חררה, Germ. *furcht*, Gall. *evainte*, Hisp. *miedo*, *φῆμος*, metus, opinio mali impendens. Cic. 4. Tusc. c. 8. Terrorem metum concutientem, ex quo fit, ut pudorem rubor, terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus consequatur; timorem metum mali appropinquantis, pavorem metum mentem loco moventem, ex quo illud Ennius: Tum pavor sapientiam mihi omnem ex animo expectator. Brut. Anton. l. 13. Fam. ep. 2. Maximo timore de donis afficiuntur amici nostri. Rursum Cic. Att. l. 5. epist. 20. Injicere timorem alicui. Id. Fam. 2. epist. 10. Magno in timore esse. Id. ibid. l. 10. epist. 18. Timorem alicui facere. Id. Attic. l. 5. epist. 14. Magno timore esse. b. e. valde timere. Lucian. l. 3. v. 82. Magno timori esse populus. b. e. esse valde terribile. Dicitur etiam, timoremmittere, deponere, abicere, &c. Cic. Jape, & Ovid. Sic timore percussus, timore perterritus, Cic. ad Brut. epist. 3. & Divin. cap. 28. ¶ Cæcis genitior timor fuit in numero Deorum filius Erebi, & Noctis. Cic. 3. de nat. Deor.

Tina, æ, f. 1. *tino, τινος*, vas vinarium, ex eorum genere, quæ in mensam interferunt. Var. l. 1. de vit. P. R. apud Non. c. 15. n. 7. Antiquissimi in convivium utres vini primo, postea tinas ponebant. Ex his Varronis verbis satis apparet hoc vas sine minus, & omnino diversum ab eo, quod apud nos sub hoc vocabulo habetur. His namque vasis ex ligno fabricatis nostri excipiunt mustum, & cum vinaceis ebullire solent.

Tinca, æ, f. *tinca*, piscis palustris, & fluviatilis sine squamis. Aufon. in Mosil. v. 125. Quis non & virides vulgi solatia tincas norit?

Tinctilis, & le, o. 3. *tinso, טכיל*, Ger. *sunckig*, Gal. *seine*, Hisp. *seuido*, *βαντός*, quod intinctum est. Ovid. l. 3. Trist. eleg. 10. c. 64. Nam volueri ferro tinctile vis inest.

Tinctorium, & } V. Cinctorium.

Tinctorius, a, um, }

Tinctura, æ, f. *tintura*, Ger. *sunckung*, Gall. *teinture*, Hisp. *tenidura*, *βαντός*, infectio, imbutio coloris. Plin. l. 37. c. 9. Adulteratur maxime tinctura.

Tinctus, us, m. idem ac tinctura. Plin. l. 10. c. 48. Et alia eodem nomine croceo tinctus.

Tinctus, a, um, *tinto, εμδνός, βαντός*, immersus, madefactus, infectus. Cæf. l. 8. c. 4. Spongia tincta in aceto. Cic. 3. de nat. Deor. Cum ei tunicam sanguine Centauri tinctam dedit. ¶ Sæpe translate sumitur pro ornato, imbuto. Cic. in Brut. c. 58. Ergo illam patris elegantia tinctam vidimus. Id. 2. de Or. c. 20. Sit enim mihi tinctus literis, audierit aliquid, legerit, &c. Quintil. l. 4. c. 2. Verba tincta sensu. h. e. non vana, & ad ornatum tusa, led significativa. Martial. l. 10. epigr. 33. viridi tinctos æruginè versus. h. e. mordaces, maledicos.

Tinca, æ, f. *signata, τιν*, Ger. *sebab*, Gal. *seigne*, Hisp. *pollisa, σή*, vermiculus, qui veites, aut libros abrodit. Ita vocatur ob similitudinem qualemcunque a lumbrici genere, quod Græcis τινία, Hor. l. 1. epist. 21. ad librum suum: Aut tinea palces taciturnus inertes, Id. l. 2. sat. 3. v. 119. Stragula veitis Blattarum, & tinearum epulæ putrefact in arca. ¶ Item tinea sunt vermes in alvearibus apibus noxii. Colum. l. 9. c. 14. Præterea ut tinea, si apparuerint, everrantur, papilionisque enecentur, qui plerunque inter alveos morantes, apibus exitio sunt. Nam & ceras erodunt, & stercore suo vermes progenerant, quos alveorum tinea appellamus.

Tineosus, a, um, *εμπυρῶδης*, plenus tinea, ut alvei tineosi, apud Colum. l. 9. c. 14.

Tingens, entis, o. 3. *tintore, βάρτω*. Plin. l. 9. c. 38. Sed id tingentium officina ignorant.

Tingo, is, tinxit, tinctum, a. 3. *tingere, bagnare, βανω*, Ger. *suncken*, Gal. *teindre*, Hisp. *senir, βαννω, χρωσω*, indetaccio, inficco, humore, vel colore imbuo. Virg. 3. Georg. Ac vix suppositi tinguntur sanguine cultri. Martial. l. 1. epigr. 78. Tingit cutem Carinus, & tamen pallet. Horat. l. 4. od. 12. Tingere aliquem poculis, *dargli da bere*. ¶ Poëticè, tingi Oceano dicuntur astra, cum occidunt. Virg. 1. Æn. Quid tantum Oceano properet se tingere soles hyberni. Id. 1. Georg. Arctos Oceani meuentes æquore tingi. ¶ In veteribus libris sæpe legitur *tinguo* pro *tingo*, teste Manut. in Ortkogr.

Tingi, n. 2. Tingis, *Tanger, Tangeri*, *Tangari*, urbs Africae, caput Mauritaniae Ting. in ora freti Herculei, cum portu capaci. Condita fuit ab Antæo, quem Hercules vicit.

Tingitana, f. 1. *μυγιστάνη*, extrema Mauritaniae pars, quam nunc duo Regna, *Fez*, & *Marocco*, occupant. Dicta est ab urbe Tingi. Ante vocata est Bogudiana, a Rege Bogud. Oppida in ea, Tingi, caput provinciae, Julia Constantia, Zilis, Volubilis, Lixus, ubi regia Antæi, & certamen cum Hercule, & Hesperidum horti. Cluver. l. 6. c. 7.

Tingomæna, arum, f. *compotationes, heluonum immodica convivia, & crapulæ*, in quibus merum ita large suppeditatur, ut & pavimenta tingantur, juxta illud Horat. l. 2. od. 14. Abstinet hæres Cæcuba dignior servata centum clavibus, & niero tinget pavimentum superbo. In fragment. Tragur. Petron. legitur tingomæna facere, ubi alii quidam ediderunt *tangomæna*.

Tinnimentum, i, n. *κωδωνομαχία*, idem quod tinnitus; Plaut. Rud. 3. 5. 26. Illud quidem zepol tinnimentum est auribus.

Tinnio, is, n. 4. *suonare, far suono, squillare, τινω*, Ger. *klingen*, Gall. *tinier*, Hisp. *resonar, ηχησω, κωδωνίζω*, fono. Proprie dicitur de metallis, cum pulsata sonum edunt. Tinnit enim aurum, argentum, æs, ferrum, stannum, orichalcum, & hujusmodi. Var. l. 3. R. R. cap. 16. de apibus: Jaciendū in eas pulverem, & circum tinniendo ære. ¶ Tinnire quoque dicitur auris, cum incluis subules, & leves vapores, interdum per membranam illam, quæ in auribus est, emergunt, & sonum illum fictitium edunt. Cæf. ad Lejb. epigr. 48. (al. 51.) Sonitu suoque tinnunt aures. Voss. Scalig. leg. *tinniant*. ¶ Sumitur etiam translate pro garrire, acute clamare. Plaut. Cæf. 2. 3. 32. Ohe, jam satis uxor est: comprime te: nimium tinnis, relinque aliquantum orationis. Suet. in N. r. c. 20. Si paullum subbississet, aliquid se suffertit tinniturum promittit. h. e. cantaturum. Cic. Att. l. 14. epist. 12. Expecto maxime, equid Dolabella tinniat. hoc est quid loquatur.

Tinnito, as, n. frequentativum a tinnio. Aul. Carm. de phil. v. 9. Parus enim quavis per noctem tinnat omnem. Alii leg. *tinniar*. Commediæ. *ἀστρουφ*. 64. Nec enim dico, ut in trivio tinnites. h. e. captandæ plebeculæ causa cum tinninabulo incedas.

Tinnitus, us, m. *tinnio, squilla*, Germ. *dasklingen*, Gall. *sintement*, Hisp. *resinse*, *κωδωνομαχία*, metalli sonitus, Virg. 4. Georg. Tinnitusque cie, & Matris quate cymbala circum. Plin. lib. 28. cap. 2. Tinnitu aurium præsentire. Ovid. 4. Fast. v. 207. resona tinnitibus Ide.

Tinnulus, a, um, *rissonante, ηχῶν, αγγυρῶν*, idem ac tinniens, idest quod sonum edit. Ov. 4. Met. v. 393. Tinnulaque æra sonant, & olent myrrhæque, crocique. Cæf. in epist. Julis 56. Nuptialia continens Voce carmina tinnula. ¶ Translate Quintil. l. 2. c. 3. Nam & tumidos, & corruptos, & tinnulos, & quocunque alio cacozeliæ genere peccantes, certum habeo, non virium, sed infirmitatis vitio laborare.

Tinnunculus, i, masc. *gheppio*, genus accipitris, quod in ædificiis nidificare solet, & libenter cum columbis versitur, ætque ab aliorum accipitrum injuriis defendit. Plin. l. 10. c. 37. & Colum. l. 8. c. 8.

Tintinnabulatus, a, um, qui tintinnabulum habet. Sidon. l. 2. ep. 2. argumentale camænam, quam nostrorum montium Tityri exercent inter greges tintinnabulatos. Al. leg. *tinnibulatos*, eodem sensu.

Tintinnabulum, i, n. *campanello, campana, squilla, κρόταλον, κώδων*, instrumentum, plerunque æneum, interdum etiam ex stanno, argento, plumbo, aut ex omnibus his una admixtis conflatum, quod percussum tinnitum edit, fere sonitum, a *tintinno*. Ejus usus fuit apud antiquos in balneis; eo enim lavaturi convocabantur, & qui in balneo essent evocabantur, ut alius locum darent. Hinc Mart. l. 14. epigr. 173. Redde pilam: sonat æs thermurum: ludere pergis? &c. ¶ In domibus tintinnubuli sonitu familia excitabatur, janitores præsertim, ut indicat Suet. in Aug. c. 91. ¶ In sacrificiis quoque adhibebantur tintinnabula. V. Plaut. Pscul. l. 3. 93. & seq. ¶ Alios præterea usus tintinnabulorum recensuit Hæcon. Magius in libello hac de re confcripto, quem V.

Tintinnacii, orum, m. pl. *κροταλιζοτες*, flagratores, lorarii, carnifices, a *tintinno*, quia cædendo loris corpora tinnitum quandam excitabant. Plaut. Truc. 4. 3. 8. Nisi ad tintinnaculos vultis vos educi viros. Turneb. l. 11. c. 21. scribit, tintinnaculos dictos fuisse carnifices, qui tintinnabula habebant, quibus utebantur in sumendis supplicis, nam qui ad supplicium ducebantur, tintinnabula gerebant, teste Zonara.

Tintinnio, is, & Tintinno, is, Tintinno, & Tintinno, as, n. *rissonante*, tinnitum edo, tinnio, *κωδωνίζω*, Afran. apud Fest. Oflarij impedimentum tintinnire audio. Nev. ibid. Tintinnabant compedes. Nigid. apud Non. c. 1. n. 188. Itaque ex ære in Saliaribus Altanus tintinnat.

Tintino, as, n. idem quod tinnio. V. Tinnio.

Tiphys, m. 3. *τίφος*, vir arte carpentaria celebris, qui primus gubernandi naves adminicula inffituit, Argonautarumque Colchicæ expeditionis gubernator fuit. Virg. eelog. 4. Alter erit tum Tiphys, & altera, quæ vehat Argo Delectos heroas. Ovid. Heroid. epist. 6. v. 48. Quid tibi cum patria, navita Tiphys, mea?

Tipula, & Tippula, æ, f. genus insecti, quod in fontibus, ac rivis vititur, summa celeritate superficiem aquæ percurrens. Fest. Tippula bestiozæ genus sex pedes habentis, sed tantæ levitatis, ut super aquam currens non decidat. Plautus Perf. 2. 2. 62. Neque tipulæ levius podus h't, quam fides lenonia.

Tiresias, æ, m. *τιρσησις*, vir Thebanus, filius Heveri, al. Peneti, insignis vates. Cum aliquando in Cithærone M. vidisset duos dracones coeuntes, observata forma ex iis, occidit illam, quo facto in feminam & ipse mutatus est. Deinde cum rursus post septem annos eodem pacto

pacto & marem draconem interfecisset, in pristinam formam rediit. Contigit igitur aliquando, certantibus inter se Jove, & Junone, viri ne, an feminae majorem ex Venere voluptatem caperent, ut ille iudex sit adhibitus, ut qui utrumque fuisset sexum expertus. Tiresias autem pro Jove sententiam tulit, afferens, multo plus voluptatis ex coitu feminas percipere. Ob huiusmodi iudicium a Junone execratus est. Jupiter autem in solatium visus amicum, divinationem illi dedit. Alii propterea execratus dicunt, quod Palladem nudam in fonte conspexerit. *Strabo l. 9.* auctor est, Tiresiam fulcrum fuisse sub Tilphosio M. Bœotiae, juxta fontem Tilphosiam, ubi profugus diem suum obiit, cum jam senex gelidissimam illius aquam hauisset. Ibi Thebani cives sepulcro divinos honores tribuere. Fuit Tiresiae filia fatidica nomine Manto, quae in Italiam venit, & ex Tiberi filium peperit Ocnus, qui in Cisalpinia Gallia oppidum condidit, & a nomine matris Mantuum appellavit. *Strab. l. 10. Theb.* Sibi callidus ista Tiresias, natæque canat. ¶ A Poetis usurpatur pro homine caeco. *Juv. sat. 13. v. 248.* Nec surdum, nec Tiresiam quonquam esse Deorum.

Tiro, onis, m. *tirone*, *seclata novello*, *vires* *εραπίτης*, miles novus, & fortis ad militiam exercendum. Scribitur non per *y*, sed per *i*, ut est in *Pand. Flor.* imo & in antiqua inscriptione: in quo perperam sententiam mutat *Manutius*, falsa inscriptione deceptus. Nec enim veram esse, satis ostendit *Antonius Augustinus, dial. 11.* teste *Voss. in Etymol. Cic. 2. Tull.* Aetas tironum plerumque melior, sed ferre labore, contemnere vulnus, consuetudo docet. *Liv. l. 40.* Veteribus militibus tirones misceantur. Adjectivi more, *tiro exercitus* dicitur, qui ex tironibus constat. *Cic. l. 7. Fam. epist. 3.* Signa tironum, & collectio exercitu cum legionibus robustissimis contulit. ¶ Per translationem tironem appellamus, qui prima in quacunque arte ponit rudimenta, *novicia*, *πρωτεργασίας*. *Cic. 1. de Orat. c. 50.* Fateor enim, callidum quendam hunc, & nulla in re tironem, ac rudem, nec peregrinum, atque hospitem in agendo esse debere.

Tiro, onis, m. libertus Ciceronis, cognomine Tullius, in omni literarum genere exercitissimus, qui ipsi Ciceroni in literis, & studii adiutor fuit. In libris complures de usu, atque ratione linguæ Latinæ, item de variis, atque proficuis questionibus composuit. Ad cum multæ Ciceronis epistolæ extant. *Gell. l. 7. c. 3. & l. 13. c. 9.*

Tirocinium, ii, n. *tirocinio*, *novicia*, *πρωτεργασίας*, *πρωτης*, primum rudimentum, seu experimentum militiæ. Hinc tirocinium ponere, aut deponere, est, primum experimentum militiæ dare, & stipendia mereri incipere. *Justin. l. 12. c. 4.* Constatiores futuri, si non solum tirocinia, verum & incunabula in ipsiis castris possuissent. *Id. l. 9. c. 1.* Ut sub militia patris tirocinii rudimenta deponeret. ¶ Translate ponitur pro prima actione in quacunque arte, seu pro primis artibus jus rudimentis. *Plin. l. 7. c. 48.* Luceja in scenam producta fuerat tirocinio, a M. Pomponio Aedii Plebis. *Venulej. l. animi, ff. de edil. edict.* Novitium autem non tirocinio animi, sed conditione servitutis intelligi. ¶ *Tirocinium fori*, dicebatur, cum in forum primum adolecentes deducebantur, ut publice verari, & agere cum populo inciperent, & *tirocinium Oratorum* vocabatur, cum Orautores futuri in forum deducti quasi Oratoriarum arti, & agendis causis initiabantur. Hoc tirocinii die posita prætexita togam virilem fumebant. *Juston. in Tiber. c. 54.* Nerone, & Drufum Patribus commendavit, diemque utriusque tirocinii congiario Plebi dato celebravit. *Id. in Calig. c. 10.* Uno eodemque die togam sumpsit, barbaramque posuit, sine ullo honore, qualis contingerat tirocinio fratrum ejus. ¶ *Tirocinium navium*, cum primum mari committuntur naves, & veluti in Neptuni militiam conferuntur. *Plin. l. 24. c. 7.* Optima hæc a tirocinio navium. ¶ Tirocinio ætatis labi, h. e. simplicitate, inficitia. *Declam. in Sallust. s. 5.*

Tirolis, seu Tyrolis, f. 3. Ital. *Tirolo*, Gall. *le Tivol*, regio Germaniæ Meridionalis, partem Orientalem Rhætiæ propriæ antiquæ tantum complectens. Terminatur a Sept. Bavariz Ducatu, a Mer. ditione Veneta, ab Or. Dioecesi Salisburgensi, & Carinthia, ab Occ. Rhætiæ, & Helvetiis. Sic dicitur a Teriolo, hodie *Tivol*, tenui castro ad Athesium, prope Meranum. Ab Alpibus Tridentinis fere bifariam scinditur. Rigatur Athesi, & Oeno fl.

Tironatus, us, m. tirocinium. *l. 7. Cod. Theodos. tit. 13.* Tempore tironatus eorum procuratores præsententur.

Tironianus, a, um, quod ad Tironem Ciceronis libertum spectat. *Gell. l. 1. c. 7.* In oratione Ciceronis 5. in Verrem, libro spectatæ fidei, Tironiana cura, atque disciplina facta.

Tiruncilla, æ, fœm. quæ in arte aliqua adhuc rudis est, nova, & adolescens. *Col. l. 7. c. 12. de cane.* Quoniam tiruncula nec recte nutrit, & educatio totius habitus aulæ incrementum.

Tirunculus, i, m. parvus tiro, juvenculus, qui prima in arte aliqua cœpit ponere rudimenta. *Plin. l. 3. ep. 6.* Quod me quancquam tirunculum sollicitavit ad emendum. id est rudem in cognitione signorum. *Juv. sat. 11. v. 142.* Nec latus Aphræ Novit avis noster tirunculus.

Tyrinthius, v. Tyrinthus.

Tis, sũ, genitivus singular. pronominis sũ, apud vet. *Plaut. Mil. 2. 4. 42.* Tis egeat, qui te crearet.

Tisiphonia, es, f. *τισιφονία*, una ex Furiis, a *τισις*, ultio, & *φόνος*, cædes, quia cædibus plæctendis præest. *Hor. l. 1. sat. 8.* Hecaten vocat altera lævam, altera Tisiphonem.

Tisiphonius, a, um, *Τισιφώνιος*, ad Tisiphonem pertinens. *Ovid. 4. Trist. eleg. 9. v. 6.* cupiasque evadere vitæ Tempora, si possis, Tisiphonea tuæ. *h. e.* noxia, maligna, invida.

Titan, anis, vel Titanus, i, m. *τιτάν*, filius cæli, & Vestæ, frater Saturni. Sex filios ex Titea uxore suscepit, qui ab eo *Titanes* sunt appellati. Cum esset major natu, & patri succedere vellet, tamen animadvertens, matrem, & sorores Saturno magis favere, Regnum ipsi concessit, hæc tamen lege, ne Saturnus prolem masculam aleret, ut Regnum ad suos filios perveniret. Igitur Saturnus liberos suos devorare cœpit, statim ac nati essent. Sed Ops, sive Rhea Saturni uxorem Jovem, Neptunum, Plutonem nutriendos clam ablegavit, marito autem lapides, quos se peperisse dicebat, devorandos obtulit. Id cum Titan cognovisset, cum filijs suis bellum gessit adversus Saturnum, & Opim, quod conventioni non stantibus, eosque captos mulo includit, qui postea a Jove filio victis Titanibus liberati sunt. *Bocc. l. 4. c. 1.* ¶ Ponitur etiam pro Sole. Nam Sol secundus filius fuit Hyperionis, teste *Cic. 3. de nat. Deor.* Hyperionem vero Titanis. Aliqui dicunt, Hyperionem Solis, ac Lunæ, stellarumque motus primum observasse, atque demonstrasse, ideo Solis parentem, & astrorum fingi. *Cic. in Arato.* Quem cum perpetuo vestivit lumine Titan.

Titanes, um, m. pl. vel etiam Titani, orum, filii Titanis, & Titeæ. Sed aliqui dicunt ex Terra ortos esse absque patre. *Servius in 6. Æn.* Terra primum Titanas contra Saturnum genuit, Gigantes postea contra Jovem. Et serunt fabulæ, Titanas ab irata contra Deos Terra ad ejus ultionem creatos. Unde & Titanes dicti sunt *αὐτὸς τῆς γῆς*, id est ab ultione. *Cic. 3. de Leg.* Nostrum vero Plato Titanum e genere

statuit eos, qui, ut illi Cœlestibus, sic hi adversentur Magistratibus. *Id. 2. de nat. Deor.* Sed etiam, ut cum Titanis, ut cum Gigantibus, propria belia gesserunt.

Titania, æ, f. Diana, seu Luna, filia Hyperionis, neptis Titanis. *Ov. 3. Met.* Dumque ibi perlucit solita Titania lympha.

Titanicus, a, um, idem ac Titanus. *Ovid. 7. Met. v. 399.* Hinc Titanicus, ablata draconibus intrat Palladias arces.

Titānis, idis, *τιτάνης*, adject. fœmin. quæ ad Titanem, vel Titanas pertinet. *Ovid. 6. Metam. v. 185.* Latonam Titanida. *Id. 5. Fast. v. 81.* Titanida Thetin. *Juvenal. sat. 8. v. 132.* Titanida pugnam.

Titanus, a, um, quod ad Titanes spectat. *Virg. 6. Æn.* Hic genus antiquum terræ, Titania pubes, Fulmine dejecti tundo volvuntur in imo. *Id. ibid.* Lucentemque globum Lunæ, Titanique alitra. ¶ Substantive Titanium pro Sole posuit *Avien. in Arat. v. 127.*

Titānus, i, m. Ruvius, & oppidum Myzæ, seu Æolidis. *Plin. l. 5. c. 30.* Titarellus, m. 2. Titarellus, Titarellus, *Titarefo*, H. Thessaliæ, qui oritur ex Titano M. fuit apud Pharsalum urb. & in Peneum labitur. *Lucan. l. 6. v. 376.*

Tithonæus, a, um, adject. ad Tithonum pertinens, ut Memnon Tithonæus, h. e. Tithoni filius. *Avien. in perieg. v. 368.*

Tithonius, a, um, adject. ad Tithonum pertinens, ut Tithonia conjux, h. e. Aurora, *Ovid. 3. Fast. v. 403.* quæ & *Tithonia* absolute dicitur a *Val. Flacc. l. 1. v. 311.*

Tithonus, m. 2. *τιθωνός*, filius Laomedontis, frater Priami. Cum juvenis esset, & decorus, ab Aurora, ut fabulæ ferunt, dilectus, & raptus fuit, ex qua Memnonem genuit. *Virg. Æn. 4. vers. 585.* Tithoni crocum linquens Aurora cubile. ¶ Immortalitate impetravit a Diis, non tamen caruit infelici fenestra. *Hor. l. 2. od. 16.* Longa Tithonum minuit fenestra. ¶ Audita Memnonis filii morte, in cicadam versus est. *Hor. l. 1. ode 28.* Tithonufque remotus in auris.

Tithoræa, f. i. urbs Phocidis, in cacumine Parnassi M. a Tithoræa Nympha. Ibi Zetus, & Amphion conditi sunt. *Pausan. l. 6.*

Tithymalus, m. & Tithymalon, n. *τιθυμάλιον*, *τιθυμάλιον*, *πιδύμαλον*, (*Juidas πιδύμαλλος* scriptus) herba folio lævi, albo, capite labæ magnitudine, cujus septem species Dioscorides enumerat. *Plin. l. 20. c. 19.*

Titia lex dicta est a L. Titio, qui eam tulit, cavique, ne quis ob orandam causam munera aut pecuniam a cliente acciperet. *Auson. epigr. 88.* ¶ De alia Titia lege V. in *Asilia*.

Titæ aves. V. Titus.

Titianus, a, um, ad Titium aliquem pertinens, ut Titianus fundus, *African. Digest. lib. 23. tit. 3. leg. 50.*

Titius, sis, idem qui Tattenus. *Proper. lib. 4. eleg. 1.* Hinc Titienus, Rhamesis viri, Lucereque coloni.

Titienus tribus a prænomeno Tati Regis appellata videtur, ait *Festus*, siveque una ex illis tribus, in quas primum Romulus popululum Romanum divisit, quæ a *Varrone l. 4. de L. L.* Tatiensis appellatur.

Titii Sodales, Sacerdotes Apollinis, qui extra Urbem in tuguriis certa auguria observabant, a *titis* seu *titius* avibus, quæ sunt palumbes, seu columbæ agreites. *Varr. l. 4. de L. L.* Titii Sodales dicti ab *titis* avibus, quas in auguriis certis observare solent. *Lucan. l. 1. v. 602.* Septemvirque epulis testis, Titique Sodales.

Titillamentum, i, n. idem quod titillatio. *Fulgens. l. 2. Mythol.* Tantalus, cui fallax aqua plosis labia titillamentum attingit.

Titillatio, onis, f. *titillatio*, *γαργαλισμός*, actus titillandi. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 40.* At hæc leviores ducis voluptates, quibus quasi titillatio (Epicuri enim hoc verbum) sensibus alihbetur. *Id. de Sen. c. 14.* At non est voluptatum tanta quasi titillatio in sensibus.

Titillatus, us, m. idem ac titillatio. *Plin. l. 11. c. 37.* Quod titillatu maxime intelligitur alarum, quas subit.

Titillatus, 2, um, partic. a titillor. *Auson. in Epigr. 108.* Titillata brevi cum jam sub sine voluptas.

Titillo, as, a. i. *titillare*, *follicicare*, *dilescicare*, *γαργαλιζω*, est levi attræctione alarum, aliarumque mollium corporis partium rîsum cuiuspiam movere. Factum est e *τίλλω*, *vello*, seu *vellico*, geminatione primæ syllabæ. Nam ex levi villicatione, sive tractione provenit titillatio. Hoc sensu usurpatur *titillatus* nomen a *Plinio. V. Titillatus, us.* ¶ Per translationem accipitur pro commovere, provocare, blandiri. *Hor. l. 2. sat. 3.* Præterea ne vos titilli gloria. *Cic. 1. de Fin. c. 11.* Nam si ea sola voluptas esset, quæ quasi titillaret sensus, ut ita dicam, & ad eos cum suavitæ adheret.

Titillus, li, m. titillatio. *leg. 8. Cod. Theodos. tit. 5.* Flagrum, cujus in cuspidè brevis aculeus pigrescentes artus innoxio titillo poterit admonere.

Titinnus, ii, m. vetus quidam Poeta, cujus multa loca refert *Nonius* in suo opere de propriet. serm.

Titio, onis, *τιτίζω*, *τίττω*, Germ. *brand*, Gall. *tison*, Hisp. *tizón*, *δαλός*, illigum adustum, quod ab igne extrahitur, torris. *Cels. l. 3. c. 12.* Maximeque involutus testis, & extinctis titionibus.

Titivilitium, ii, n. *cofa sua nulla*, significat rem vilem, & nullius pretii. *Plaut. Cas. 2. 5. 39.* Non ego isthuc verbum emissem titivilitium. ¶ *Festus* scribit vocem hanc esse nullius significationis, ut *βαλτιζα*, & *καυτιζα* apud Græcos. *Fulgens. Plæc. de Prisco serm. n. 20.* ait, titivilitia dici si a putrida, quæ de tela cadunt, *le filiccia*.

Titius, ii, m. poeta quidam Lyricus, cujus meminit *Horat. l. 1. ep. 3.* ¶ Titius etiam nomen fuit quisdam incompositæ saltationis, & gestulationis, de qua ita *Cic. de clar. Orat. c. 62.* Sextus Titius, inquit, homo loquax sane, & satis acutus, sed tam solutus, & mollis in gestu, ut saltatio quædam nasceretur, cui saltationi Titius nomen esset. ¶ Est præterea Titius Romanum nomen, ut L. Titius, P. Titius.

Titubans, antis, o. 3. *τιταβέμενος*, partic. a titubo. *Cic. pro Dom. c. 54.* Nedium valeat id, quod imperitus adolefens, mente, ac lingua titubante fecisse dicatur. *Ovid. 4. Met.* Quoties senex ferula titubantes ebribus artus susinet. idest Silenus.

Titubanter, adv. *inconstanter*, *παράφοβος*, *φαλαίρις*, inconstanter. *Cic. pro Cæl. c. 7.* Possuistis enim, atque id tamen titubanter, & stricium, conjurationis hunc propter amicitiam Catilinæ participem fuisse. *Auf. ad Herenn. l. 4. c. 41.* Titubanter loqui.

Titubantia, æ, f. idem ac titubatio. *Suet. in Virel. c. 6.* Ac de hac quæque liberos utriusque sexus tulit, sed matrem titubantia oris prope mutum, & elinguem. *Id. in Claud. cap. 30.* Titubantia linguæ.

Titubatio, onis, f. *titubatio*, *vacillamento*, *δυσστασία*, *συναλλήθης*, actus titubandi. *Auf. ad Her. l. 2. c. 8.* Ut ne parvula quidem titubatione aut offensione impediremur. *Macrob. l. 7. Saturn. c. 6.* Titubatio linguæ.

Titubatus, a, um, *vacillans*, *συναλλήθης*, partic. pass. a neutro titubo. *Virg. 5. Æn. v. 331.* Hic juvenis jam victor ovans vestigia pressio Haud tenuit titubata solo.

Titubo, as, n. i. *titubare*, *vacillare*, *τιττω*, Ger. *schwancken*, Gal. *chanceler*, Hisp. *bambalearse*, *πεταφύρμα*, *συναλλήθης*, vacillo, instabilis sum, insillere nequeo, & proprie de lingua, ac pedibus dicitur. *Ovid. 3. Met.* Ille mero, formoque gravis titubare videtur. *Id. l. 1. Trist.*

Trist. el. 1. Hæc ubi fum furtim lingua titubante locutus. * Transferatur ad animum, quoties ab animo verba differunt, quod inconstantia, ac levitatis signum esse dicitur. *Cic. pro Flac.* Una ex domo procedunt: si verbotitubant, quo revertantur, non habent. *Hor. l. 1. ep. 13.* Cave ne titubet, mandataque frangas. * Usurpatur etiam imperfo-maliter. *Plaut. Mil. 3. 69.* Cogitate, nequid, ubi miles venerit, titubetur. *Cic. 3. de Or. c. 50.* Nam versus æque prima, & media, & extrema pars attenditur, qui debilitatur, in quacunq; fit parte titubatur.

Titulo, as, a. 1. *initolare, chiamare*, titulum seu nomen indere. *Tertul. advers. Jud. c. 9.* Magos quoque Samaritanorum appellatione titulavit. *Id. de anim. c. 13.* Animæ nomine totius hominis mentio titulata est.

Titulus, i, m. *titolo, dignitat, כִּתוּב, Ger. titel, Gal. titre, Hisp. titulo, titulu* dignitas, honor, nomen, a *titos, honoratus*, quod *arō titos, honorare*. Si *Varronem* audimus, & *Festum*, dicitur a *tusando*, quasi *tusulus*. Nam *Festus* & milites ait dici titulos, quia patriam tuerentur. Si a *tusando*, seu a *tusendo*, titulum dici placet, causa nominis fuerit, quia hominem magnis fulgentem honoribus, seu dignitatis tueri solemus, idest intueri, aspicere, admirari. *Cic. in Pison. c. 10.* Sustinere titulum Consulatus. *Ovid. 2. Fast. v. 15.* At tua prosequimur studio pectore, Cæsar, Nomina, per titulos ingredimurque tuos. * Præterea titulus notat inscriptionem cuiuscuq; operis, brevem scripturam, id, quod operi superscribitur, vel inscribitur, ut rem statim, aut tempe, aut artificem noscamus, cuiusmodi sunt literæ in statuis, & picturis; vel item inscriptio illa, quæ cuiusq; libri initio fit, qua materia ejus libri sub aspectu subiicitur una cum nomine Auctoris; stem inscriptio, quæ singulis libri capitibus præfigitur, quam *Juriconsulti* rubricam vocant, ætque summa rerum, seu brevis complexio ejus materię, quæ tractanda est. *Hor. l. 1. sat. 6.* Qui stupet in titulis, & imaginibus. *Ovid. l. 1. de Rem. Am.* Legerat hujus Amor titulum, non-nemque libelli. *Mart. l. 27. ep. ult.* Primus ubi est, inquis, cum sit liber iste secundus? Quid faciam, si plus ille pudoris habet? Tu tamen hunc fieri si mavis, Regule, primum, Unum de titulo tollere jota potes. *Suet. in Domit. c. 5.* Plurima, & amplissima opera incendio consumpta restituit, sed omnia sub titulo tantum suo, ac sine ulla pristini auctoris memoria. * Sumitur quoque pro capite libri, videlicet pro omni eo, quod in textu, seu, ut Jurisconsulti loquuntur, in nigro explicatur. Sic in libris legalibus tituli nomine, non rubrica, si ve inscriptio, sed totum capitulum, sive textus vocatur. Nam inscriptio *επιγραφαι* dicitur. * Item pro programme, seu inscriptione, qua significatur, domum aliquam esse venalem, vel locandam. Hinc, sub titulum ire domus dicitur, quæ venalis fit. *Tribul. l. 2. eleg. 4.* Ite sub imperium, sub titulumque lares. Sic, sub titulum mittere, est venalem tacere. *Ovid. de remed. amor. v. 302.* Sub titulum nostrum mittit avara lares. * Insuper titulus ponitur pro prætextu, & causa. *Liv. l. 37. c. 54.* Et meminisse, quem titulum præterderitis prius adversus Philippum, nunc adversus Antiochum belli. *Sueton. in Aug. c. 32.* Plurimæ factiones titulo collegii novi, ad nullius non facinoris societatem coibant. *fosso pretesto*.

Titus, vel titulus, m. 2. genus avis, idem ac palumbus, seu columba agrestis. *Iphor. l. 12. Ovig. c. 5.* ait, palumbes appellari titos a moribus castis, quia amisso corporali confortio solitaria incedant, nec carnealem copiam ultra requirant. *Cornutus in Pers. sat. 1. v. 20.* contrarium scribit, has aves ardere libidine, & ab his titos appellari a membri virilis magnitudine, qui ad libidinem fuit proni. *Varr. l. 4. de L. L.* Titus Sodalitas dicitur ab titiis avibus, quas in auzuriis certis observare solent.

Titus, m. 2. *titos*, prænomen Romanis familiare, quasi *titos, honoratus*, quod a *titos, honore*. Sed *Festus* a *tusando* derivat, his verbis. Tituli milites appellantur, quasi tituli, quod patriam tuerentur. Unde & Titi prænomen ortum est. Ac *Cornutus*, vel quisquis interpres ille *Persii*, qui nomen illud præfert, quo loco exponit istud Poetæ sat. 1. v. 20. *Ingenere trepidare Titos*, ait, Titos a membri virilis magnitudine vocari eos, qui ad libidinem fuit proni, sicut aves, quibus comparatur, titi.

Titus, m. 2. cognomine Vespasiani, filius Flavii, frater Domitiani, Imperator Romanorum, circa ann. Christi 81. Optimus Princeps fuit, Populoque Romano adeo charus, ut vulgo orbis amor, & delicæ humani generis diceretur. V. ejus vitam apud *Sueton.*

Tityus, m. 2. *titos*, filius Jovis ex Elara filia Orchestæni, quam prægnantem Jupiter, timens Junonis iram, occultavit in terram: ex quo factum est, ut nascens puer, ex terra natus videretur. Cum ad integrum ætatem pervenisset, tantæ magnitudinis gigas evasit, ut jacens novem jugera occuparet. Aliquando captus amore Latonæ Apollinis matris, eam de supro interpellavit. Quamobrem Apollo iratus, fagittis ipsum confodit, & apud Inferos relegavit, ejuisque jecur vulturibus lancinandum apposuit, hac lege, ut consumptum renasceret illico, & sic nunquam vultures a discernendo cessarent, nec ipse a patiendo. *Virg. 6. Æn. v. 590.* Nec non & Tityon terræ omniparentis aliumq; Cernere erat. *Ovid. lib. 1. de Pont. eleg. 2.* Sic inconsumptum Tityi, semperque renascens Non perit, ut possit sæpe perire, jecur. *Tribul. lib. 1. eleg. 4.* Porrectusque novem Tityus per jugera terræ Assiduas atro viscere pascit aves.

T A N T E M .

Tmesis, f. 3. *τμήσις*, species Hyperbati, qua aliqua vox, præsertim composita, dividitur, & inter utranque partem alia vox interponitur. *Virg. 1. Georg.* Septem subjecta trioni, pro Septentrioni. *Id. 5. Æn.* Et multo nebulæ circum Dea fudit amictu, pro circumdedit. Ubi *Servius*: Figura Tmesis est, quæ fit, cum secundo uno sermone aliquid interponimus. Sed hoc tolerabile est in sermone composito: cæterum in simplicibus nimis est asperum, quod tamen faciebant antiquitas, ut Saxo cere comminuit brum. * Oratores etiam hac figura utuntur. *Cic. pro Sext. c. 31.* quod judicium cumque subierat, damnabatur.

Tmolius, a, um, adject. ad Tmolium pertinens. *Ovid. 4. de Pont. epist. 15.* Africa quot segetes, quot Tmolia terra racemos.

Tmolus, & Timolus, li, m. *Tomalitzæ*, mons Phrygiæ Magnæ, in conf. Lydiæ, ad fl. cogn. in agro Trallesi, & Sardeni, vitibus confitus. Inter alia crocum plurimum gignit. Ex eo Pactolus amnis profluit, aureas arenas ferens. *Ovid. 5. Met. Riget arduus alto Tmolus in ascensu, clivogue extensus utroque Sardibus hinc, parvis illinc finitur Hypæpis. Id. l. 6. v. 15.* Deferuere sui Nymphæ vineta Tmolii. *Plin. l. 4. c. 20.* Celebratur Lydia maxime Sardibus in latere Tmolii montis, qui ante Tmolus dicebatur.

Tmolus, m. 2. fl. Phrygiæ Magnæ, in confin. Lydiæ, qui ex ejusdem nominis monte profluit, & in Mæandrum per Sardes, quas alluit, influit. In eo senticula invenitur auro explorando utilis. *Plin. l. 33. c. 8.*

Toculso, vel Tocullio, onis, m. *τρυλλιας*, sœnerator, a *τρυς*, usura. *Cic. lib. 2. At. epist. 1.* Neque enim ista tua negotia provincialia esse putabam, neque te in toculionibus habebam. h. e. non putabam te esse in iis, qui usuram exercent, pecuniam cum sœnore exigentes a provincialibus. Utitur autem *Cicero* Græco verbo, quia ad Atticum scribit Græcæ linguæ studiosissimum. In quibusdam libris legitur *decurionibus*, quod sane mendosum videtur.

Todi, & Todilli, orum, m. parvæ quædam aves, quarum meminit *Plautus in Syro*, cum ait: Cum extritis talis, cum todillis cruculis. Hæc *Festus*. Quo tamen loco multiplex est lectiois varietas.

Tofaceus, & Tophaceus, a, um, *τῳφῶς*, quod ex tofo est. *Plin. l. 17. c. 7.* Est alba, rufa, columbina, argillacea, totacea, arenacea.

Toficus, & Thophicus, a, um, adject. & Tofinus, & Tophinus, a, um, adject. *Id. tofo*, qui est ex tofo, *τῳφῶς. Capitolin. in Maxim. c. 6.* Lapidis toficus triare. *Suet. in Claud. c. 21.* Circo marmoreis carceribus, auraticque metis, quæ utraq; & tofina, ac lignea ante fuerant, exculto.

Tofidus, & Tophofus, a, um, adject. idem quod Tofaceus. *Sidon. l. 3. ep. 13.* Verruca humore tofosa.

Tofus, m. 2. *tufo, τῳψος*, lapis cavernosus, & scaber, qui facile in arenam resolvitur. Pro eo etiam *tophus* scribitur, quasi plane Græcum sit. *Virg. 2. Georg. v. 214.* Et totus scaber, & nigris exefa chelydriis. *Plin. l. 17. c. 4.* Nam totus scaber naroca.

Toga, æ, f. *toga, כִּתוּב, Ger. burgerrock, Gal. robe longue, Hisp. toga, τῳβῆρος, τῳβῆρα*, exterior vestis communis omnium Romanorum, tum nobilium, tum ignobilium, tum locupletum, tum inopum. Unde *togata gentem* pro Romanis posuit *Virg. 1. Æn. v. 286.* * Dicitur est a *tegendo*, tum quia totum tegebatur corpus, tum quia aliis interioribus vestibus superinjiciebatur: tum etiam quia olim straguli vere lectos esse sternerant, teste *Varrone* apud *Non. c. 14. n. 25.* Hinc est, ut togam pro tecto etiam usurpaverit *Tertullianus* apud *eund. Non. c. 1. n. 3.* quæ tamen notio jam obsolevit. Igitur toga vestis tuit rotunda, & usque ad pedes demissa, clausa, & sine manicis, quæ uno conjuncto totum corpus, & utrumque brachium operiebat. Ea in superiori parte, qua ad cervicem sedebat, ita laxè aperiebatur, ut dextrum brachium commode exeri, imo & totus humerus ostendi posset: brachium vero sinistrum non per eundem hiatus exerebatur, sed ex inferiori parte sub ipsa toga extensam extremam oram in rugas, plicatasque contractam colligebat, subducebatque ad sinistrum latus, læva manu extante. Rugas eas, & plicaturas, quæ superne a dextra cervicis parte cadentes exerto brachio colligebantur ad pectus, atque oblique ad sinistrum humerum infra balteum decurrebant, *sinum togæ* appellabant. Neque tam in semper, neque omnibus idem mos fuit togæ gestandæ. nam antiquissimis temporibus nulli sinus fuit, tum quia brachium sub toga tunc tenere solebant, quod præter cæteros disterte notat *Quintil. l. 11. c. 3.* tum quia ipsa toga angustior illis fuit, & magis corpori adstricta: poitea tuisior, laxiorque adhiberi cœpta est, maxime vero ab iis, qui molli vestitu gauderent, ex qua majores sinus fiebant, adeo ut interdum a dextera parte totum humerum usque ad lumbos detegerent, ad ostendendam pretiosam tunicam, vel latum clavum in ea intextum, a sinistra vero laciniam in humerum usque rejicerent. Præterea adolescentes cum primum virilem togam fumbant, solebant priore illo anno brachium (dextrum) intellige; nam sinistrum semper collectam togæ laciniam sustinendo quodammodo impeditum erat) non exerere, præsertim si forensia stipendia auspicarentur, ut loquitur *M. Sen. in excerpt. controvers. l. 5. conrov. 6.* qui tamen mos etiam temporibus Ciceronis exoleverat, ut ex ipsius oratione *pro Cel. c. 5.* colligitur. Candidati quoque in honorum petitionibus brachium continebant, & tunc solum exerebant, cum presandi causa manus porrigenda esset: quod videtur esse quibusdam *trans pondera dextram porrigere* apud *Hor. l. 1. ep. 6. v. 49. h. e.* dexteram togæ pondere cohibitam exerere, & extendere. * Cum Romanis mos esset aperto semper capite, præsertim in Urbe, incedere (extra Urbem enim in itinere pileos, petasos, aut alid tegumentis genus contra aeris injurias adhibebant) facile tamen erat, si opus esset, caput toga operire, quod fiebat partem superiorem togæ sub dextrum humerum dejectæ revocando, & supra caput adducendo: atque ea positione toga super utrumque humerum æqualiter sedebat, & nihilominus satis adhuc patebat ante pectus ad brachium extendendum: hac ratione caputolvebant sacra facturi: quod videre est in icone veteris lapidis apud *Ferrar. de re vestiar. l. 1. c. 10.* Cæsar quoque a conjurationis impetibus eodem modo caput obnupsit, ut est apud *Suet. in ejus vit. c. 82.* Verum tamen est, aliquando non superiorem oram, sed inferiorem laciniam ad caput tegendum fuisse adhibitam, quod *Lippus* apud eundem *Ferrar. l. c.* multis ostendit. * An toga cingeretur, quæstio est apud Eruditos. Affirmat *Macrobius*, quem satis refellit *Ferrar. l. 2. c. 12. At Manus. de quest. per epist. de tunica Macrobius*, non de toga locutum fuisse putat. Sane in omnibus togatorum hominum imaginibus, quas affert idem *Ferrar.* nullus cinctus apparet, sed toga partim sinistro humero, partim sinistro brachio fulta sustinetur. * Materia togæ fuit lana coacta, quæ si longiore pilo esset, *toga pæxa* dicebatur, scilicet ob villorum densitatem: hinc *vivam togam pæxa* opponit *Martial. l. 2. epigr. 44. & l. 3. epigr. 36.* * *Toga rasa* dicebatur, quæ ex lana inimice villosa confecta erat, eratque apta æstivo tempori, sicut *pæxa* hiemali, *Id. l. 2. ep. 85.* * A texture etiam & lanæ genere togæ dicebantur *valle, dense, &c.* * Color togæ albus fuit. h. e. natusus albæ lanæ, qui nonnihil ad fuscum accedit: propterea ut non alba solum, sed etiam candida esset, amplius adhuc dealbatur, creta adhibita ad id apta; quam ob rem *cretasum ambrosianum* dixit *Pers. sat. 5. v. 177.* candidatos intelligens. * Toga vero atrata, seu pulla adhibebatur in privato luctu. V. *Pal-lus.* Nam in luctu publico, togis depositis, saga fumbant. *Cic. Phil. 12. c. 14.* * Toga palmata dicebatur, quæ palmas intextas habebat. V. *Palmaris.* * Toga picta. h. e. acu elaborata. V. *Præstus.* * Alia præterea fuisse togarum genera, *Prætexta*, de qua V. suo loco, *Pura*, quæ prætextæ opponitur, quia scilicet nullo purpuræ prætextu distincta, quam fumbantur adolescentes, cum prætextam depo-nebant. *Cic. 9. Att. epist. 6.* Ciceroni meo togam puram cum dare Ar-pini vellem. Eadem dicebatur *virilis*, quia virilitatis initium indicabat: *libera*, quia initium quoddam erat libertatis, ut ait *Ovid. 3. Fast.* Quo autem die fumbatur, is dies celebrabatur magna propinquorum, amicorumque frequentia, ascendebantque in Capitolium, religionis, & boni ominis causa, teste *Val. Max. l. 5. c. 4.* Atque hoc est, quod *Plin. l. 1. epist. 9.* vocat officium togæ virilis, & *Tertul. de Idolol. c. 16.* solemnitates togæ. * Toga purpurea fuit inter regum insignia, ut patet ex *Liv. lib. 31. cap. 11.* * Quod ad usum togæ attinet, certum est

est ex testimonio *Varron. apud Non. c. 14. n. 25.* virorum æque, & mulierum communem fuisse, postea vero istolis uti matronæ cœpere, togas relinquere meretricibus, quod præter alia satis ostendit illud *Horat. lib. 1. sat. 2. v. 62.* quid interest, in matrona, ancilla, peccave togata? Viri vero omnium ordinum promiscue togis uti sunt, tenuiores etiam, modo sumptus ad eam coemendam suppeteret: præcipue vero clientes, qui patronorum, & potentiorum lumina frequentabant, togati huc illic circumbant salutatori, sportulæque accepturi. quæ de *Septimio Marcialibus*, qui propterea *l. 10. epigr. 47.* inter ea, quæ vitam faciunt beatiorum, togam *varam* enumerat. h. e. rara officia salutationum; & *epigr. 18.* togas ipsas usurpat pro clientibus salutationum officia obeuntibus. V. etiam *Togatus*. Plura de toga dicenda essent, an extra Urbem adhiberetur, an in castris, in conviviis, &c. de quibus ex professo, & luculenter *Ferrari. de vestiar.* neque enim nobis omnia complecti in animo fuit. ¶ Translate toga pro pace accipitur. hinc tritum illud *Cicer. carmen in Præf. c. 36.* Cedant arma togæ. h. e. pacis artibus. *Id. 3. de Orat. c. 42.* Vir omnibus belli, ac togæ dotibus eminentissimus. *Tertull. de Pall. c. 5.* Plus lætere tempulicam togæ, quam lorice.

Togatarus, n, m, qui fabulas conscribit, quæ *togare* appellantur. *Sueton. in Augusti. c. 43.*

Togatulus, a, um, pauperculus, dim. a *togatus*, qua dicitur de tenuioribus, qui principes civitatis officia gratis in forum deducebant, ac deinde domum reducebant ad sportulam captandam. *Marcial. l. 10. ep. 74.* Quandi saluator Anteanbulones, & togatulos inter Centum mebor plumbeos die toto?

Togatus, a, um, *togato*, Ger. *mit langen starlichen rocken bekleidet*, Gal. *veste de robe longue*, Hisp. *togado*, *τὸ βερροῦσθῆναι*, toga indutus. Togati Romani appellati sunt, quoniam usus togæ proprius Romanorum fuit, ut Græci dicebantur palliati, quod pallio uterentur. *Virg. l. 1. Æn. v. 286.* Romanos rerum dominos, gentemque togatam. *Cic. 5. Phil. c. 5.* Græculus iudex modo palliatus, modo togatus. ¶ Interdum spectatum togati dicti sunt homines tenuiores, qui principes civitatis officia gratis in forum deducebant, ac deinde domum reducebant: Togis enim amicti erant, non tunicis tantum, ut turba forensis. *Juven. sat. 1.* Sportula primo Limine parva fedet turbæ rapienda togatæ. *Id. sat. 7.* An tibi servi Octo, decem comites post te, an sit sella, togati Antepedes. ¶ Interdum togatus accipitur pro urbano, cui fagatus, idest militaris opponitur. Nam toga pacis, fagum belli insigne fuit. *Cic. pro Syl.* Cui uni togato Senatus supplicationem decrevit. idest civilem Magistratum gerenti. ¶ *Fabule togatæ* erant, in quibus Romani inducebantur, ut *palliata*, in quibus Græci. Ita dictæ sunt ab habitu. Nam velis propria Romanorum fuit toga, Græcorum pallium. *Cic. pro Sext. c. 55.* Togatam agere. *Vellej. l. 2. c. 9.* Clara etiam fuere ingenia in Togatis Afranii, &c. Hujusmodi fabulæ mediæ erant inter Comædias, & Tragedias. *Senec. ep. 8.* Non attingam Tragicos, aut Togatas nostras: habent enim hæc quoque aliquid feveritatis, & sunt inter Comædias, & Tragedias mediæ. ¶ *Opera togata*, dicebatur officium togatorum, idest hominum tenuiorum, qui deducebant, & deducebant Magistratus, & eos, qui dignitate, & opibus præcellerant. *Marcial. l. 3. ep. 46.* Exigis a nobis operam sine fine togatam. ¶ Togata etiam dicta est ea Galliz pars, quæ togis Romano more utebatur. *V. Gallia. Mela l. 2. c. 4. Plin. l. 3. c. 4.*

Togula, æ, f. *τὸ βέρρον*, parva toga. *Cic. in Pison.* Togulæ lictoribus ad portam præsto fuerunt. *Marcial. l. 4. ep. 26.* ignosce, togulam, posthume, pluris erit.

Tolentinum, n. *Tolentino*, col. & urbs Piceni, apud Chientum fl. parva, sed satis culta, inter Maceratam & Camerinum. Pop. Tolentinates. *Plin. l. 3. c. 13.*

Tolenus, m. 2. Telenus, Thelonus, fl. Marforum, in Lirim labens, ubi Rutinus cum octo millibus Romanorum a Martis cæsus est.

Tolerabilis, & le, o. 3. *tolerabile*, ἀνεκτός, ἀνέχτος, τλήτος, φέρητος, quod tolerari potest. *Cic. 1. de Orat.* Cum boni perquam nulli, vix autem singulis ætatis singuli tolerabiles Orotores invenirentur. *Id. de Sen. c. 3.* Moderati enim, & nec difficiles, nec inhumani fenes tolerabilem ægunt senectutem. *Id. 12. Att. ep. 18.* Nihil habeo tolerabilius, quam solitudinem. *Paulus Jdicius l. 28. Dig. tit. 5. leg. 18.* Haec esse tolerabilissimum sententiam puto.

Tolerabiliter, adv. *tolerabiliter*, ἀνεκτῶς, cum tolerantia, patienter, facile, sine discrimine. *Col. l. 1. c. 2.* Quas Græci *συζυγίας, ἐρασιματίας*, nos discordantium comparationes tolerabiliter dixerimus. *Cic. Fam. 15. ep. 20.* Quo tolerabilius igniculum desiderii tui teramus.

Tolerandus, a, um, adject. *da tollerarsi*. *Stat. 1. Theb. v. 193.* Toleranda nullis aspera fors populis.

Tolerans, antis, o. 3. *paziente*, τλής, χηπιεῖναι, patiens. *Col. lib. 8. c. 16.* Piscium genera dulcis aquæ tolerantia. *Id. l. 7. c. 10.* Tum imprudentis custodis negligentiam fortissime sustinet, plagarum, & penuriz tolerantissimus.

Toleranter, adv. *pazientemente*, χηπιεῖναι, tolerabiliter, patienter. *Cic. l. 4. ep. 6.* Et cum frangerem jam ipse me, cogereque illa ferre toleranter. *Plin. l. 8. c. 45.* At nunc annicula ad læcunditatem poscuntur, tolerantius tamen bimæ.

Tolerantia, æ, f. *tolleranza, pazienza*, χηπιεῖναι, ἀνεχθῆναι, ὑπομονή, τλήσις, patientia. *Cic. in Parad. c. 1.* Sapientis animus magnitudine consilii, tolerantia rerum humanarum, contempione fortunæ, virtutibus denique omnibus ut mœnibus septus, vincetur, & expugnabitur. *Quint. l. 1. c. 2.* Tolerantia tamen doloris laude sua non carebit.

Toleratio, onis, f. *soffrimento, ἀνεχσις*, actus tolerandi. *Cic. 2. Fin. c. 29.* Quædam alia toleratio est verior, qua uti vos non potestis.

Toleratus, a, um, adject. *Tacit. Ann. 12. c. 11.* Clementiam ac justitiam, quanto ignara Barbaris, tanto toleratioa capesseret. Al. leg. *tollerantiora*.

Tolero, as, a. 1. *tollerare, patire, supportare, soffrire*, ὑπο, Ger. *erdulden*, Gal. *endurer*, Hisp. *cufrir*, ὑπομονή, ἀνεχθῆναι, patienter ferre, perferre, patior, sustineo. *Cic. 2. Catil.* Nihil idcirco se facilius hyemem toleraturos putant. *Id. in Fam. 7. ep. 18.* Forti animo istam tolera militiam. *Id. 2. Tusc. cap. 7.* Res ad patiendum tolerandumque difficilis. ¶ Accipitur etiam pro optulari, adjuvare. *Plaut. Trin. 2. v. 57.* Quia sine omni malitia est, tolerare ejus egestatem volo. Et v. 77. Cujus egestatem tolerare vis? ¶ Item pro sustinere, sustentare, alere. *Cæf. lib. 3. B. C. c. 58.* Erat summa inopia, adeo ut foliis ex arboribus stricis, & teneris arborum radicibus contusis equos alerent, & cogerentur his rationibus equitatum tolerare. *Ulp. l. in lege censoria, 203. ff. de verb. sign. f.* Ex quibus agris pater famulus fructus caperet, quibus se toleraret. *Plin. l. 33. c. 20.* Oclona millia equitum (sua pecunia toleravit). *Tacit. Ann. 15. c. 45.* Simpliciter victu vitam tolerare. ¶ Tolerare absolute pro tolerare vitam. *Tacit. Ann. 4. c. 40.* Possit Liviam ipsam statueret, nubendum post Drusum, an in penatibus iisdem tolerandum haberet. ¶ *Toleror*, pro tolero, deponentium forma adest

ex antiquorum usu *Piscian. l. 8.*
Toles, ium, f. inflammatio faucium. *Fest.* Toles, tumor in faucibus, quæ per diminutionem tonilliz dicuntur.

Toletanus, a, um, ad Toletum pertinens. Toletani, orum, ejus urbis cives. *Liv. l. 35. c. 22. Plin. l. 3. c. 3.*

Toletum, *Toledo*, Τολέτος, col. & urbs Hisp. Tarr. alius caput Carpetanorum, postea regia Gothorum, & Maurorum, hodie caput Castellæ Novæ, & antea Regum sedes, ampla, & elegans, cum arce antiqua in colle, ad Tagum fl. circumfluentem, in umbilico Hispaniæ, incolæ Toletani dicuntur. *Plin. l. c. 3.*

Tolleno, onis, m. genus machinæ, quo trahitur aqua, alteram partem prægravante pondere, dictus a tollendo. Ita describit *Festus*, ex cuius verbis non obscure colligitur, tollentem esse cum trabi in terram defixæ superne connectitur altera transversa, quæ nunc suffultur, nunc deorsum agit, cuius rei exemplum videmus in quibusdam puteis. Hujusmodi machinis Archimedes in obsidione Syraculanorum Romanas naves ferrea manu in proram injecta extollebat, & in puppim statuebat, gravi ex altera parte plumbi libramento ad solum recellente, ut legere est apud *Liv. l. 24. c. 34.* qui tollentis meminit etiam *l. 38. c. 5.*

Tollo, onis, m. idem ac tolleno. *Plaut. Rud. 2. v. 24.* Heus hic tolloni gratia? cape hanc urnam tibi. Plerique tamen Codices aliter omnino habent.

Tollo, lis, sustuli, sublatus, a. 3. *levare, alzare, ἔλθε*, Ger. *erheben*, Gal. *élever*, Hisp. *alevar, quitar, alzar, αὐξάνω*, elevo, sursum erigo. *Cic. de Arusp. Resp.* Tollam altius tectum, non ut ego te despiciam, &c. *Id. 3. de nat. Deor.* An ut Sol, in currum cum Phaethontem filium sustulit? *Id. 3. Off.* Optavit, ut in currum patris tolleretur: sublatus est. ¶ Interdum notat capere. *Cic. pro Cæc. c. 21.* Qui saxa jacerent, quæ de terra ipsi tollerent. *Horat. l. 1. ep. 7.* At tu quantumvis tolle. ¶ Interdum assumere. *Cic. ad Q. Fr. l. 2. ep. 10.* Mea factum est veredicia, ut te proficiens non tollerem. idest alumerem socium itineris. *Id. pro Rosc. Amer.* Fide, sapientiaque vestra fretus plus oneris sustuli, quam terre me posse intelligo. ¶ Interdum gignere. *Cic. 13. Phil.* Is autem humilitatem despiciere audeat cujusquam, qui ex eadem sustulerit liberos. *Suet. in Ner. c. 5.* Decessitque Pyrgis morbo aquæ intercutis, sublato filio Nerone ex Agrippina. ¶ Interdum nutrire, quod e moribus, & institutis veterum sumptum est, qui, si infantes alii volebant, depositos humi tollebant, unde & Dea quædam *Levana* dicebatur, ut scribit *Augustinus*, si nobiles alii, jubebant exponi. *Ter. Andr. 1. 3. 14.* Quicquid peperisset, decreverunt tollere. *Id. Adelph. 5. 3. 23.* Tu illos duos olim pro re tollebas tua, quod satis putabas tua bona ambobus fore. ¶ Interdum auferre, remove, *sogliere*. *Cic. 1. Ver.* Quod eorum simulacra sanctissima C. Verres ex delubris religiosissimis sustulisset. *Id. de Am. c. 13.* Solem enim de mundo tollere videntur, qui amicitiam e vita tollunt. *Id. pro Font.* Noluere ii, qui judicabant, banc patere inimicitias viam, quem quisque odisset, ut eum testimonio posset tollere. idest de medio auferre, private vita, vel urbe. *Id. 1. Fin.* Tu quidem, inquit, totum Epicurum pene e Philosophorum choro sustulisti. Huc pertinet tollere metum, suspitionem, dubitationem, &c. apud *Cic. sape*, & alios. ¶ Interdum occidere. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 33.* Sed quia Drufum ferro, Metellum veneno sustulerat. *Id. pro R. Am. cap. 7.* Perfacile hunc hominem incautum, & rusticum, & Romæ ignotum de medio tolli posse. ¶ Interdum destruere, delere, abolere. *Cic. 1. Off.* Majores nostri Carthaginem, & Numantiam funditus sustulerunt. *Id. in Phil.* Dicituram funditus de Republica sustulit. ¶ *Animos tollere*, est superbire, audaciore esse. *Ter. Hec. 3. 5.* Quia paulum vobis accessit pecuniæ, sublatis animi sunt. *Prop. l. 3. el. 18.* I nunc, tolle animos, & tecum finge triumphos. ¶ *Cachinnum tollere*, est risum augere, in elatum, & immoderatum risum solvi. *Cic. de Faso cap. 5.* In quo Alcibiades cachinnum dicitur sustulisse. ¶ *Clamorem tollere*, est fummopere clamare. *Cic. 6. Ver. c. 43.* Clamor a vigilibus, fanique custodibus tollitur. ¶ *In cælum*, vel ad ætra tollere, est fummis laudibus celebrare, & quantum fieri potest, cœlestibus æqualem facere. *Cic. pro Arch.* In cælum hujus proavus Cato tollitur. *Id. Att. l. 2. ep. 25.* At hercule alter tuus familiaris Hortensius, quam plena manu, quam ingenue, quam ornate nostras laudes in ætra sustulit! ¶ *Gradum tollere*, est ambulare. *Plaut. Bœch. 3. 6. 6.* Is est, adibo contra, & tollam gradum. ¶ *Legem tollere*, est abrogare, antiquare, corrumpere. *Cic. 2. de Leg.* Quid? leges non jure rogatas tollere, &c. ¶ *Manus tollere*, est manus ad cælum elevare, quod interdum signum est admirationis, interdum lætitiæ, & gratias agentis. *Cic. 4. Acad. c. 19.* Hortensius autem vehementer admirans, quod quidem perpetuo Lucullo loquente fecerat, ut etiam manus sæpe tolleret. *Id. l. 7. Fam. ep. 5.* Sustulimus manus & ego, & Balbus. ¶ *Minas tollere*, est minari, timorem incutere. *Virg. 3. Georg.* Tollentemque minas, & sibi colla tumentem. ¶ *Oculos tollere*, est recreari, lætari. *Cic. l. 16. Fam. ep. 10.* Hac tamen epistola, quam Acastus attulit, oculos paulum sustulerunt. ¶ *Tollere se a terra*, est crescere, & de herbis, arboribus dicitur. *Cic. 5. Tusc. cap. 13.* Neque se tollere a terra altius possunt. ¶ *Tollo pro differo, prolongare*, afferri solet ex *Plaut. Pan. 2. v. 52.* sed ibi legendum extollo.

Tolosa, æ, f. cognomina Palladia, apud *Marcial. l. 9. epigr. 101.* quod ibi per ea tempora florebat literæ, *Tolosa*, Τόλωσα, col. & urbs Galliæ Narb. in ipso limite Aquitaniæ, ad Garumnam fl. præmpla, caput Occitanicæ prov. ¶ *Tolosa* item, olim Ituriga, *Tolosa*, urbs Hispaniæ, in Guipuscoa prov. prope Orium fl. ad rad. Pyrenæorum M. satis culta.

Tolosanus, a, um, adject. ad Tolosam pertinens, ut Tolosana cathedra, *Sidon. in eam. l. 9. ep. 16.* ¶ *Tolosanum aurum* proverbio dicitur de re calamitosa, & possidenti noxia. Nam cum oppidum Tolosanum in terra Gallia Qu. Cæpio consul diripiisset, multumque auri in ejus oppidi templis fuisset, quisquis ex ea direptione aurum attingit, misera, cruciabilique exitu perit. *Gell. l. 3. c. 9. & Justin. l. 32. c. 3.* ¶ *Tolosani*, orum, incolæ sunt Tolosæ. *Plin. l. 3. c. 4. & l. 4. c. 19.*

Tolosa, atis, m. qui est e Tolosa, ut Tolosæ calesus, apud *Marr. l. 12. ep. 32.* ¶ *Tolosates*, tium, populi circa Tolosam Galliæ incolentes. *Cæf. l. 1. B. G. c. 10.* Qui non longe a Tolosatium finibus abfunt.

Tolofensis, se, Tolofanus. *Justin. l. 32. c. 3.* Tolofensis lacus.

Tolus, i, nomen viri, cuius caput in ponendis Urbis Romæ fundamentis reperitur Capitolio nomen dedit. *Arnob. l. 6.*

Tolutarius equus, *cauallo, cho va di portante, ἰκνωδορῆς, ὑδρρομας*. Dicitur a *tolosare*, quia tollit alterno glomerato pedes. Aliqui volunt, dictum esse a pedum volubilitate, quasi *volutarium*. Hujus generis equi etiam *gradarii* dicuntur, quia gradu non vulgari incedant, sed alternis crura molliter explicantes, commodam seffori præbent vestationem, citra ullam succussionis molestiam. *Senec. ep. 87.* Ita non omnibus obediis mannis, & affurconibus, & tolutariis præterres unicum illum equum a Catone defricium?

Tolutilis, le, adject. ut *tolutiis gradus*, *Var. apud Non. c. 1. w. 60.* h. e. *tolutim incedens*.

Tolutiloquentia, *z*, f. linguæ volubilitas, a *tolutim*, & loquendo. *Neuius apud Non. c. 1. n. 12.* O peltifera, trux tolutiloquentia.

Tolutim, adv. *επιτοχάζων*, *ἀδύρως*, de portante, pedes molliter tollendo, quod proprie ad equorum gradiorum incessum attinet, qui alternis crura molliter explicantes, commodissimam fessori præbent vestationem, quod genus equorum a Polluce *ἀδύρως* appellantur. *Var. apud Non. c. 1. n. 11.* Ut equus, qui ad vehendum est natus, tamen traditur magistro, ut equis doceat tolutim incedere. *Plin. l. 8. c. 42.* In eadem Hispania Callaica gens, & Asturica equi generis, quos Thiedones vocamus, minori forma, appellatos asturcones gignunt, quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio, unde equis tolutim carere incurfus traditur arte.

Tomacina, *z*, f. idem ac tomaculum, nempe a *τομά*, quia est segmentum carnis, & imprimis porcine. *Var. l. 2. de R. R. c. 4.* Quotannis e Gallia apportantur Romam percinæ, tomacine, & tomacæ, & petalones.

Tomaculum, *i*, n. vel per fyncopen tomaculum, *τομασάδα, mortadella*, *ἀλλας*, *κίμας*, genus edulium, quod fere fit ex jecore, abdomine, testiculis, & vulvis suum minutim concisis & jam semicoctis, infusis ovis crudis, & caeco optimo, & liquamine, pipere, aniso, gingibere, tegiturque omento fuallo. *Juvenal. sat. 10. v. 355.* Exta, & candidi divina tomacula porci. *Martial. l. 1. ep. 42.* Fumantia tomacula.

Tome, f. fectio, incisio, *τομή*, a *τομω*, feco. *Auson. ep. 5. v. 88.* Tum quod bucolice tome relinquit. h. e. cætura quæ in bucolicis versibus adhibetur, nempe cum verbus hexametri pes quartus est dactylus dictionem finiens, ut in illo *Virg. Ecl. 2.* Sæpe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus.

Tomentum, *i*, n. *γυράλλος*, lana brevis, ac concisa, quæ ex vellibus a fulgore poliendo detrahitur, & quicquid farcinis ex quacunque re, sive ex fœno, aut palca, sive ex pluma fuerit, quo calcitræ inferciuntur. *Var. l. 4. de L. L.* Postquam transferunt ad culcitas, quod in eas fagos, aut tomentum, aliudve quid calcabant, ab inculcando culcita dicta. *Suet. in Trib. c. 54.* Adeo alimenta a Druso subducta, ut tomentum ex culcita tentaverit mandere. ¶ Tomentorum plura genera fuerunt. Primo loco numerantur Leuconica, & Lingonica, quæ erant e lanæ ræfæ floccis, & erant ditiorum hominum. Ut Lingonicum dixere tomentum a Lingonibus Cætarum populo, cuius Cæsar, & alii meminere, sic idem Leuconicum vocantur a Leuconibus, sive Leucones idem, ac Lingones, sive potius idem, ac Leuci, quos Lingonibus vicinos facit Ptolemæus. Hinc *Plin. l. 8. c. 46.* dicit, suo tempore tomenta Gallicis discerni nominibus. ¶ Fuit & tomentum circense, quod fiebat ex arundinibus concisis, unde a Martiale concita palus dicitur. Circense dictum est, quia in circo veniret, & fuit proprium pauperum. *Martial. l. 14. ep. 160.* Tomentum concita palus circense vocatur. Hæc pro Leuconico stramina pauper emit. *Seneca, de vita beata, c. 25.* Nihil miserius ero, si lasca cervix mea in manipulo teni acquiescit, si super circense tomentum per futuras veteris linteæ effluens incubabo. Fiebat quoque tomentum ex gnaphalio herba. Nempe gnaphalium dicta est, quia inde fieret gnaphalium, hoc est tomentum. *Plin. l. 27. c. 10.*

Tomex, sive tomitis, *icis*, f. *τῶμαξ*, rellis ex cannabi impolito, & sparto leviter tortis, vel alia materia, ex qua funes fiunt. Scribitur a nonnullis *thæmex* cum aspiratione, secutus Græcam vocem. *Col. l. 1. c. 32.* Deinde fasciculos tomice palmea, aut juncea ligato. *Vitr. l. 7. c. 3.* Tomice ex sparto Hispanico religuntur. *Pallad. l. 1. c. 13.* Et binas inter eas perticas erigemus, tomicibus alligatis.

Tomitæ, arum, m. Tomi oppidi incolæ. *Ovid. l. 1. Trist. eleg. 2.*

Tomitanus, a, um, adject. ad Tomum oppidum, seu Tomitas pertinet, ut Tomitana terra, *Ovid. l. 1. de Ponto, eleg. 1.*

Tomos, seu Tomus, f. *κιωία*, urb. Mæfiz int. in Bulgaria reg. in ora Ponti Euxini, Odesso proxima, celebris exilio P. Ovidii Nalonis. Dicta est a *τομή*, *sectio*, vel a *τομω*, h. e. frustum sectione ablatum, quia ibi Medea, cum fugeret ex Colchide una cum Jafone, Abyrtum fratrem secum adductum in membra discepsit, & eaque variis in locis sparfit, ut patrem persequenter in filii membris colligendis occupatum retardaret. *Ovid. l. 3. Trist. eleg. 9.* Inde Tomos dictus locus hic, quia fertur in illo Membra soror fratris consecuisse sui. ¶ Conditia fuit a Miletis. *Ovid. l. 1. Trist. l.* A quibus adveniat Miletida sospes ad urbem, Offensi quo me contulit ira Dei.

Tomus, *i*, m. Græce est sectio, pars, *τομω*. Speciatim sic appellatur chartæ sectio, ex qua convoluta volumen efficitur, *in pæro di cæva. Martial. l. 1. epigr. 67.* Erras, meorum fur avare librorum, Fieri poetam posse qui putas tanti, Scriptura quanti constat, & tomus vilis.

Tomyris, f. *τῶμυρις*, Regina nobilis Massagetarum in Scythia, quæ Cyrum Perfarum Regem, qui Scythias bellum intulerat, ejusque filium cum tertia copiarum parte per infidias occiderat, & ipsa ad angustias perductum, compositisque infidiis in montibus, cum ducentis Perfarum milibus trucidavit. Neque hoc eventu victoriæ contenta fuit, aut emollita animi rabies. Caput Cyri amputatum in utrem humano sanguine repletum conjici jussit, his verbis insultans: Satia te sanguine, quem sustiti, cuiusque infatigabilis semper fuit. *V. Justin. c. 8. Tibull. l. 4. eleg. 1. v. 143.* Nec qua regna vago Tomyris hñvit Araxe.

Tonans, antis, o. *3. tonante*, *βροντῶν*, partic. a tono, sive a tonat. *Cic. 2. de Divin. Jove tonante*, fulgurante comitia haberi nefas. *Plin. l. 15. c. 30.* Tiberium principem tonanti cælo ea coronari solitum ferunt contra fulminum metum. ¶ Tonans, tis, absolute dicitur Jupiter. *Sen. in Herc. Fur.* Soror Tonantis, hoc enim solum mihi nomen relictum est, &c.

Tonatio, onis, f. *suono*, actus tonandi. *Sen. l. 2. Nat. Quæst. c. 12.* Fulguratio ostendit ignem, fulminatio emittit, illa, ut ita dicam, comminatio est, & tonatio sine ictu, ista jaculatio cum ictu.

Tondéo, es, tondendi, tonfium, a. *2. tofare*, *τῶν*, Ger. *sheeren*, Gal. *tonde*, Hisp. *trafquillar*, *κείρω*, *ἐξίρω*, *τίκω*, est lanam, capillos, & hujusmodi incidere, a *τομω*, *secare*. *Cic. 5. Tusc. c. 20.* Tondebant barbam, & capillum patris. *Virg. 3. Georg. v. 312.* Nec minus interea barbas, incaque menta Cinyphii tondent hirci, setasque comantes. Ubi quidam Interpretes *tondent* pro *tonduntur* positum putant: sed ut hoc loco se res habeat, *tondere* certe dicitur non solum qui tondet, sed etiam qui tondetur: qua ratione & *lavo* sæpe usurpatum legitur. *Sueton. in August. c. 74.* In capite comendo tam incuriosus, ut raptim compluribus tonforibus operam daret, ac modo tonderet, modo raderet barbam. *Cæsar. l. 6. c. 6. n. 8.* Tonderi ad cutem, *fin sulla pelle*. ¶ *Tonfus* est pro *tondendi*, *Joan. c. 14. (al. 9.)* Crines tonfus est, & mæorem vultu publicavit. ¶ Translate sumitur pro *secare*, *demetere*. *Virg. 1. Georg. Arida prata tondentur*. ¶ Item pro *depascere*. *Virg. 1. Georg. Ter centum nivei tondent dumeta juvenci*. ¶ Item pro *spoliare*, *privare*. *Plaut. Bacch. 2. 3. 8.* Tondebo auro usque ad vivam cutem. *b. c. totum aurum emungam.*

Tonfeco, is, n. *3. idem* ac tono. *Varro apud Non. c. 2. n. 858.* Tunc repente cælitum altum tonitribus templum tonfescit.

Tonitruilis, & le, o. *3. tonitruilis*, in quo fit tonitru. *Lucr. l. 1. v. 1096.* Neve ruant cæli tonitrua templa superne.

Tom. II.

Tonitruilis, se, adject. qui tonitrua immittit, h. e. Jupiter. *Apulej de Mundo.* Dicitur (Jupiter) & fulgurator, & tonitrualis, & fulminator.

Tonitruo, as, n. tonitrua edo. *Commodian. instruat. 6.* Inlupiens Jovem tonitruare tu credis.

Tonitrus, us, m. in ablat. singulari Tonitru, & in dat. plurali Tonitribus, item Tonitruum, *i*, n. & in plurali Tonitrua, *suono*, *טון*, Ger. *das tonnen*, Gal. *tonnere*, Hisp. *tronido*, *βροντῶ*, *βρονω*, sonus nubes ictæ, tra-gor ille, qui fit inter nubes, a *tono*. *Virg. 4. Æn.* Ton tru cælum omne ciebo. *Cic. l. 2. de Div. c. 18.* Nonne perspicuum est ex prima admiratione hominum, quod tonitrua, & jactuque fulminum extimuisse, credidisse ea efficere rerum omnium præpotentem Jovm? *Liv. l. 1. c. 16.* Sublica coorta tempestas cum magno fragore, tonitribusque tam denso Regem operuit nimbo, &c. *Juven. sat. 5.* Facient optatas tonitrua cœnas. h. e. optatas propter tubera, quæ erant in deliciis ciborum, & dic-bantur crescere tempore crebrorum tonitruum. *Festus in voce Claudiana tonitrua.* Uti veri tonitrus similitudinem imitaretur. *Plin. l. 8. c. 37.* Tonitrus solitariis ovis abortus inferunt. *Senec. 2. quæst. nat. c. 56.* Hæc antiqui *fulgera* dicebant, *tonitrus* nos pluraliter dicimus: antiqui aut *tonitruum* dixerunt, aut *tonum*. *Trebel. Pol. in Gallien. c. 5.* Audium præterea tonitruum, terra mugiente, non Jove tonante. ¶ Genitivus plur. sumitur sæpius a *tonitrus*, quam a *tonitruum*. *Cælius ad Cic. l. 8. Fam. ep. 2.* Clamor tonitruum, & rudentium sibilus. ¶ Reperitur etiam *tonitruus*, *i*, m. *Hieronym. ep. 61. ad Pammach. c. 4.* Tonitruus Gentium, flumen eloquentiæ Christianæ. ¶ Assertur a quibusdam Lexicographis, & a *Cbarif. Grammat. l. 1. tonitru*, n. 4. sed hujus positionis nullum adhuc exemplum vidimus.

Tono, as, nui, n. *suonare*, *טון*, Ger. *tonnen*, Gall. *tonner*, Hisp. *tronar*, *βροντῶ*, strepo, & proprie dicitur de nubibus. *Virg. 9. Æn.* Cælum tonat omne fragore. *Cic. 2. de Divin. Si fulserit, si tonerit, si tactum aliquid erit de cælo. Id. ibid.* Cum tonuit lævum bene tempestate serena. ¶ Translate sumitur pro *resonare*. *Martial. l. 9. epigr. 72.* Murmure j'm lævo, verberibusque tonas. ¶ Tonare laudes aliquid, est magnopere efferre. *Plin. in præf. l. 3.* Quanto tu ore laudes patris tonas. ¶ Tonare etiam dicuntur magni Oratores. *Cic. in Orat. c. 9.* Pericles ab Aristophane poeta, fulgurare, tonare, permiscere Græciam dictus est. *Col. in præf. l. 1.* Neque enim ipse Cicero tertius cesserat tonantibus Demostheni, Platoniq. ¶ Legitur & *tono*, nis. *Pullar. apud Non. c. 1. n. 245.* Tympana non inani sonitu tonimus. h. e. pulsamus, sonamus.

Tonor, oris, m. ita dictus est ab antiquis tenor, hoc est accentus, teste *Quintil. l. 1. c. 5.*

Tonoticus, a, um, adject. vim intendendi habens. *Theodor. Priscian. de dicta, c. 9.* Mælix intus cathartica, foris tonotica.

Tonfa, *z*, & Tonfæ, arum, f. *ἐπιτομή*, inæ remorum partes, quibus aqua tunditur. *Festus* deducit a *tondendo*, his verbis: Tonfam *Ennius* significat remum, quod quasi tondeatur ferro, cum ait *libro Septimo*, Post recumbite, vertaque pectora pellite tonfis. *Item*, Pone petunt, exin referunt ad pectora tonfas. *Et in Asora*, Alius in mari vult magno tenero tonfam. *Virg. 3. Æn. v. 28.* Et in lento luctantur marmore tonfæ. *Stat. 5. Theb. v. 340.* Ast ubi suspensis siluerunt æquora tonfis.

Tonillis, & le, o. *3. tofato*, *κεκκοιῖς*, quod tonfium est, a *tondeo*, ut *Tonfile nemus*, cujus rami eminentiores selecti sunt; *Tonfilis corona*, seu *tonfile sertum*, ubi folia parum tantummodo eminent; & *Tonfilis sapetes*, idest sine villis. *Martial. l. 6. ep. 80.* Tonfilibus fertis omne rubebat iter. *Plin. l. 12. c. 2.* Primus C. Marius memora tonfilia invenit. *Idem l. 8. c. 50.* Villo tonfilii vestiuntur.

Tonfilla, *z*, f. palus, ad quem naves ligantur, dim. a *tonsa*. *Fest.* Tonfillam ait esse *Verrius* palum dolatum in acumen, & cuspidæ præferatium, ut existimat, quem congigi in litore navis religandæ causa. *Pacuvius in Medo*: Accessi ad eam, & tonfillam pegi lævo in litore.

Tonfillæ, arum, f. *σπασμωδία*, glandulæ faucium, item illarum glandularum morbus, dum vel inflammantur, vel ob affluxum materiæ aqueæ, & pituitosæ intumescunt, vel etiam quando ob defectum humiditatis nimium resiccantur, & ita deglutitionem quovis modo impediunt. *Fest.* Toles, tumor in faucibus, quæ per diminutionem tonfillæ dicitur. *Plin. l. 11. c. 37.* Tonfillæ in homine in sue glandulæ. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 54.* Linguam autem ad radices ejus hærens excipit stomachus, quo primum illabuntur ea, quæ accepta sunt ore: is utraque ex parte tonfillas attingens palato extremo, atque intimo terminatur.

Tonfio, nis, f. actus tondendi. *Cato R. R. c. 2. ad fin.* Pecus consideret tonfionem uti faciat. Ita Editio A. 1472. *Alizæ ad Finem.*

Tonfio, as, a. *1. freq.* a tonfo. *Plaut. Bacch. 5. 2. 9.* Retin' ter in anno tu has tonfiant?

Tonfor, oris, m. *barbierre*, *τῶν*, Ger. *scherer*, Gall. *barbier*, Hisp. *barbero*, *καστῶρ*, qui barbam, & capillos tondet, vel ad ud quippiam. *Varro l. 2. de R. R. c. 11.* Omnino tonfores in Italiam primum venisse ex Sicilia dicuntur post Romam conditam anno 454. ut scriptum in publico Ardeæ in literis extat, eosque adduxisse P. Ticinium Menam. *Cic. 5. Tusc. c. 20.* Dionysius, ne tonfori collum committeret, tondere filias suas docuit. *Hor. l. 1. sat. 7.* Omnis & lippis notum, & tonforibus esse. h. e. rem apud omnes jam esse pervulgatam. ¶ Tonfor inæqualiter dicitur ab eod. *Horat. l. 1. ep. 1. ad fin.* qui inæqualiter tondet.

Tonforius, a, um, *καστῶρ*, quod ad tonduendum pertinet, ut *Culter tonforius. Cic. 2. Off. c. 7.* Qui cultros metuens tonforis, candente carbone sibi adurebat capillum.

Tonftricula, *z*, f. *καστῶρ*, dim. tonftrix. *Cic. 5. Tusc. c. 20.* Regiæ virgines ut tonftriculæ tondebant barbam, & capillum patris.

Tonftrina, *z*, f. *barberia*, Ger. *scherstube*, Gal. *barberie*, Hisp. *barberia*, *καστῶρ*, officina tonforis. *Ter. Phorm. l. 2. 39.* E advorium eî loco tonftrina erat quedam. *Plin. l. 29. c. 6.* Hæc & vulneribus tonftrinarum sanguinem sistit.

Tonftrix, icis, f. *barbiera*, *τῶν*, Ger. *schererin*, Gal. *barbierre*, Hisp. *barbera*, *καστῶρ*, quæ tondet, mulier tonforis officio fungens. *Plaut. Trucul. 2. 4. 51.* Tonftricem Syram novisti nostram.

Tonfura, *z*, f. *tonfura*, *τοστύρα*, *καστῶρ*, tondendi actus. *Col. l. 11. c. 1.* Oves Tarentinæ radice lanaria lavari debent, ut tonfuræ præparentur. *Plin. l. 17. c. 27.* Vitis tantum tonfuram annum quærit, alternam myrtus, punice, oleæ.

Tonfus, us, m. *4. idem* ac tonfura. *Plaut. Amph. 1. 1. 288.* Sura, pes, statura, tonfus, oculi, nasus, vel labra. *Accius apud Non. c. 2. n. 850.* Sed quænam hæc est mulier, funeRa veste, tonfu lugubri?

Tonfus, a, um, *tofaro*, Ger. *beschoren*, Gal. *tondu*, Hisp. *trafquillado*, *καστῶρ*, *καστῶρ*, cui lana, vel barba, vel coma abscissa est. *Cic. in Pis. c. 8.* Cum illa saltatrice tonsa. *Martial. l. 11. epigr. 40.* Jam mihi nigrescunt tonfa sudaria barba. *Virg. 5. Æn.* Ipse caput tonfæ foliis evincte olivæ. Ubi sic *Servius*, Tonfæ olivæ, minutis foliis compositæ: Habiturum se autem coronam tonsilem dixit. Quibus ex verbis clare liquet, tonsilem coronam, & tonfam idem notare, nempe minutis foliis compositam. ¶ Aliquando pro privato, ut *Tonfi montes*, & *tonfa Palles*, quæ

na, ßn. prope Toronen opp. Macedoniz.

Torſus, a, um, qui pulpam carnis muſculoſam habet, in qua eſt robur, & tortitudo; a *torus*, qua notat partem in animali extantem carnoſam. *Col. l. 6. c. 13.* Boves parandi ſunt novelli, cervicæ longa, & toroſa. *Perſ. ſar. 3. v. 86.* multanque toroſa juvenis. ¶ Per Me- taphoram dicitur etiam de herbis. *Plin. l. 19. c. 5.* Brevior eſt, ſed toroſior, amariorque inula.

Torpedō, inis, f. pigrizia, ſegnities, ſupor. *Salluſt. in fragmen. lib. 1. Riſt.* Hæc ſibi placent, ſi tanta torpedō animos oppreſſit. *Caro apud Gel. l. 11. c. 2.* Torpedo plus detrimenti facit, quam exercitatio. ¶ Hoc nomine appellatur etiam piſcis genus, qui limo merſus occultat ſe, & piſces ſupra natantes torpentes facit, & poſtquam obtorpere de- vorat, a *torpeo*, quia torpedinem facit. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 50.* Cor- nibus tauri, apri dentibus, morſu leones, aliæ fuga ſe, aliæ occultatione tutantur, atramenti effuſione ſepiæ, torpore torpedines. *Plin. lib. 9. c. 42.* Novit torpedo viam ſuam, ipſa non torpens, merſaque in limo ſe occultat, piſcium, qui ſecuri ſupernatantes obtorpere, corrip- tiens. Adde eund. l. 32. c. 1.

Torpeſcō, is, a. 3. torporem induco, torpidum reddo. Uſus eſt *No- mius* in voce *Torporaviſ*, c. 2. n. 870.

Torpeō, es, pui, ſine ſup. eſſer pigræ, eſſer languido, טרד, Germ. *ſaul*, unde *laſſ feyn*, Gall. *être engourdy*, ou *endormy*, Hiſp. *entoma ceſe*, *vaſpido*, *αποκρίσις*, ἀποκρίσις τῆς, ſegnīs ſum, piger, remiſſus, lan- guidus. *Virg. 1. Georg.* Nec torpere gravi paſſus ſua Regna vetero. *Cic. 1. de nat. Deor.* Deum ſic feriatum volumus ceſſatione torpere. *Liv. l. 28.* Torpere metu. *Id. lib. 6.* Conſilia torpent. *Stat. 4. Theb.* annis torpens. h. e. curſu impeditus.

Torpeſco, is, n. 3. *impigriviſ*, *αποκρίσις*, torpidus ſiō, pigreſco. *Sall. in Jug. c. 2.* Cæterum ingenium, quo neque melius, neque amplius in natura mortalium eſt, inculat, atque ſocordia torpeſcere ſiunt. ¶ Translate ſumitur pro ſpeciem, ſeu pulchritudinem amittere, *Plin. l. 9. cap. 35. de margaritis*: Flaveſcit tamen & illæ ſeneſca, rugique torpeſcunt.

Torpidus, a, um, piger, iſtupidio, טרד, Germ. *ſaul*, Gal. *engourdy*, Hiſp. *entomacido*, *αποκρίσις*, torpens, piger, ſegnīs, iſtupens. *Liv. l. 25. c. 38.* Tum inter torpidos ſomno, paventeſque ad nec opinatum mul- tum, & inermes in cubilibus ſuis oppreſſos illa cædes edatur. *Id. l. 22. c. 53.* ſtupore, & miraculo torpidi.

Torpor, oris, m. pigrizia, *αποκρίσις*, טרד, Ger. *ſaul*, Gall. *engour- diſſement*, Hiſp. *entomacimento*, *αποκρίσις*, *αποκρίσις*, pigrizia, ſegnities, iſtupor. *Cic. 2. de nat. Deor. cap. 50.* Atramenti effuſione ſepiæ, torpore torpedines. *Virg. 12. Æn. v. 867.* Illi membra novus ſolvit for- midine torpor.

Torporatus, a, um, adject. torpidus factus, ſtupefactus. *Laſſan. l. 2. c. 8.* Humida nimis rigoribus torporata concrevit.

Torpoſo, as, a. 1. torpoſo, torporem induco, torpeſcō. *Turpil. apud Non. c. 2. n. 870.* Stupidus aſſat, ita ejus aſpectus repens cor torpora- vit hominis amore.

Torquatus, a, um, *σπυροειδής*, torque ornatus. *Ovid. ep. 2.* Aſſuit A- lecto brevis torqueata culubris. ¶ *Milites torquati* erant, qui torque aureo ab Imperatore donati erant, ob rem itrenue geſtam, qui duorum generum tuere, ſimplares, & duplares, ex quibus illi unam annonam præter laudem, hi duas conſequebantur. *Veget. lib. 2. cap. 7.* Torquati duplares, torquati ſimplares erant, quibus torquis aureus ſo- lidus virtutis præmium fuit: quem qui meruiſſet, præter laudem in- terdum duas conſequebatur annonas, duplares, duas, ſimplares, unam. *Primus* tamen *lib. 33. c. 2.* Auctor eſt, priſcis Romanorum temporibus auxiliares tantum, & externos aureis torquibus donari ſolitos, at ci- viles non niſi argenteis. ¶ *Palumbus torquatus*, cujus collum circulo quodam penarum alterius coloris, veluti torque cingitur. Ariſtoteles *φάρμακον* appellat. *Martial. l. 13. ep. 62.* Inguina torquati tardant, hebetantque palumbi.

Torquatus, i, m. cognomen T. Manlii, a torque impoſitum, quem occi- do ad Anienem Gallo detrahit. *V. Gel. l. 9. c. 13.*

Torqueo, es, ſi, ſum, & tum, a. 2. *torcere*, *volgere*, טרד, Ger. *vuinden*, Gal. *sordre*, Hiſ. *torcer*, *σπρωγω*, *κράττω*, *πυλάω*, *κωλύω*, ſlecto, in- ſlecto, curvo, in orbem ago. *Cic. de Univ. c. 7.* Deinde in orbem torſit, ut & ipſæ ſecum, & inter ſe ex commiſſura, quæ ex regione eſſet, jun- gerentur. *Virg. 2. Georg. v. 448.* Ilyreos taxi torquentur in arcus. *Id. 1. Æn.* At illum ter ſtūctus ibidem torqueo agens circum, ideſt in orbem agit, gyro celeri rotat. *Id. 6. Æn.* Torquetque ſonantia faxa. h. e. ſecum abripit. ¶ Torquere tuſum prægnantem ſtamens, *ſilare*, *Juven. ſar. 2. v. 55.* & torquere ſtamina pollice, eod. ſenſu, *Ovid. 12. Met.* ¶ Torquere comam igne, h. e. in cincinnos ſlectere, criſpare, *Ovid. 2. de ar. am. v. 304.* ¶ Torquere iter, *voſtare ſtrada*, *Str. 12. Theb.* Sic, torquere veſtigia ad ſonitum vocis, apud *Virg. 3. Æneid.* ¶ Torquere autem ab obſcenis ſermonibus, h. e. avertere, *Horat. l. 2. ep. 1.* ¶ Sæpe ſumitur pro torquendo jacere, jaculari, *lanciare*. *Virg. 5. Æn.* In medios telum torſiſti primus Achivos. *Hor. l. 2. ep. 2.* Tor- quet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum. ¶ Item pro gu- bernare. *Virg. 4. Æn.* Cælum, & terras qui numine torquet. h. e. regit, in orbem agendo. ¶ Aliquando pro ſuſtineri. *Virg. 6. Æn.* Ubi maximus Atlas Axem humero torquet. Nam cælum, quod Atlantis humeris innititur, perpetua converſione in orbem movetur. ¶ Præ- terea, torquere sæpe ſumitur pro cruciatibus in aliquem ſævire. Nam multis in tormentis, ut in euleo, in rota, & aliis, miſerorum mem- bra ſlectuntur, & curvantur. *Cic. 3. Fin. cap. 13.* Non poſſe ſapientem beatum eſſe, cum euleo torqueatur? ¶ Tranſfertur & ad animum, pro adligere, vexare, moleſtiam afferre. *Cic. 3. de Orat.* Aliquando me- jor in verbis, quam in ſententiis eligendis labor, & cura torquet. *Id. Att. l. 8. ep. 14.* Quia quidem expectatio torqueor. *Id. eidem. l. 7. ep. 9.* Equidem dies nocteſque torqueor. ¶ Denique per tranſlationem dicitur de quacunque re pro evertere, pervertere. *Cic. pro Cæc. cap. 72.* Juris retinere ſententiam, & æquitatem, plurimum valere oportere, verbo, ac litera jus omne torqueri.

Torques, & torquis, quis, m. *collans*, *collare*, טרד, Ger. *halsband*, Gal. *torquan*, *collier*, Hiſ. *collar*, *σπρωγός*, *ἀγχιον*, aureus, vel argenteus cir- culus, sæpe gemmis ornatus, qui pro colli, & ſummi pectoris ornamen- to geſtatur, a *torqueo*, quia intortus, flexuolus eſt. Unde & Græcis dicitur *σπρωγός*, a *σπρωγω*, ſlecto. *Cic. 3. Off. c. 31.* Atque hic Manlius is eſt, qui ad Anienem Gallo, quem ab eo provocatus occiderat, torque detractō, Torquati cognomen invenit. *Id. 5. Ver. c. 80.* Torque aliquem donare. *Stat. 10. Theb. v. 517.* Verba ſolo, vultuſque cadunt, colloque decorus Torquis in hoſtibus cecidit pro vulnus arenas. ¶ Reperitur & in homin. genere. *Claud. Quadrigar. ſpat. Non. l. 9. c. 13.* Torquens de- traxit, eamque languinolentam libi in collum impoſit. *Propert. lib. 4. eleg. 10. v. 44.* (al. eleg. 11.) Torquis ab incaſa decidit unca gula.

Torretatio, is, a. 3. *arroſtatio*, *טורד*, German. *dorren*, Gall. *rotir*, *ſei- cher*, Hiſpan. *ſeſhar*, *quemar*, *εἶρησις*, torridum reddo, arretatio, ad ignem, ſolemve ſiccō. *Col. lib. 6. c. 7.* Quidam vinaceorum duas libras

torrefaciunt, & ita conterunt.

Torrefactus, a, um, *ſeccato*, *abbruciato*, *arroſtato*. *Col. l. 2. c. 21.* Et ſubinde opportunis ſolibus torrefacta proteritur. *Arnob. l. 7.* Torrefacta carbonibus.

Torrens, entis, m. *torrente*, טורד, Germ. *vvalduvaſſer*, Gall. *torrent*, Hiſp. *chorro*, *corriente*, *χρημαππος*, *χρημαππος*, fluvius temporarius, qui non de fonte, neque de viva aqua, ſed a pluviis conſertus de mon- tibus deſcendit, & brevi temporis intervallo ſiccatur præſertim æſta- tis ſiccitatibus, a *torreo*, quia cito torrefcit, ideſt exſiccatur, aucto- re *Fefſo*. Vel torrens dicitur, quod unda rapido impetu æſtuat, qua ratione & *torrens fretum* dixit *Juſtinus* l. 4. c. 1. hoc eſt *æſtuans*. Natura quippe ſua adjectivum eſt. *Virg. 2. Æn.* Aut rapidus montano flumine torrens Sternit agros, ſternit fata læta, boumq; labores. *Cic. 2. Fin. c. 1.* Cum enim tertur quaſi torrens oratio, quamvis multa cu- cuſque modi rapiat, &c. ¶ Sumitur etiam tranſlate. *Quintil. l. 10. c. 7.* Id potius, quam ſe inani verborum torrenti dare quali tempe- ſtatibus, quo vellent, auferendum.

Torrens, entis, o. 3. urens, æſtuans, exurens, adject. *Virg. 4. Georg.* Jam rapidus torrens ſitientes Sirius Indos. *Hor. l. 3. ode 1.* Nunc tor- rentia agros Sidera, nunc hyemes iniquas. *Stat. l. 3. Silv. l. v. 52.* cœ- li cum torrentillimus axis Incumbit terris. *Claudian. in Feſcenn. v. 20.* Torrentior Sirius. ¶ Interdum idem eſt, quod deſluens cum impetu, exundans, concitatus, rapidus. *Virg. Ecl. 7.* Torrentia flumina. *Stat. l. 1. Silv. 2. v. 97.* Torrentes ſanguine campi. *Id. 7. Theb. v. 316.* abruptis cum torrentiſſimis exit pontibus. *Plin. l. 3. c. 16. de Palo flumine*: Augetur ad Canis ortus liquatis nivibus, agris, quam navigius torrentior. ¶ Translate *Quint. l. 3. c. 8.* Torrens oratio. h. e. vehemens, concitata. *Juven. ſar. 3. v. 74.* fermo promptus, & iſto torrentior. *Lucan. l. 7.* Abſtulit ingentes lato torrente minas. h. e. urgente.

Torrenter, adv. *precipitoſamente*, a *guſſa di torrente*. *Claudian. l. 2. de rapto Prof. v. 198.* torrentius amne Hiberno, tortaque ruunt pernicus hæta.

Torro, es, rui, toſtum, a. 2. *ſeccare*, *abbruſſolare*, *εἶρησις*, ad ignem, Solemve ſiccō, arretatio, ab oboleto torrus, h. e. torridus, aridus. *Fefſus*. Torrore a torro deductum, proprie ſignificat ſiccare, atque a- retare: Sed uſurpatum eſt jam pro eo, quod ſit torro igne urere. *Plautus in Caſſin.* Una eadem opera in furnum calidum condito, atque ibi torro. *Cic. in Som. Scip. c. 6.* Torrerī ardore ſolis. *Propert. l. 4. e- leg. 10.* Sitis torret ora. ¶ Neque ſolum torrore de calore dicitur, verum etiam de frigore. *Varro apud Non. c. 6. n. 23.* Ante lucem ſuſcit- at, frigore torret. ¶ Ponitur etiam pro aſſare, ideſt ſine aqua ad ignem coquere, *arroſtere*. *Virg. 5. Æn.* Subiiciunt verubus prunas, & vitæra torrent. *Cic. in Piſon. c. 18.* Sapientem in Phalaridis tauro in- cluſum ſuccenſis ignibus torrerī. ¶ Translate *Horat. l. 3. ode 9.* Me torret face mutua Thurini Calais filius Ornithi. h. e. amoris flamma me adurit, & ego illum viciffim.

Torroſco, is, n. 3. *abbruſſioſiſ*, *arroſtiſi*. *Lucret. l. 1. v. 903.* Ignibus impoſitum calidis torrefcere Hammiſ.

Torridatus, a, um, adject. *abbruſſioſo*. *Martian. Capel. l. 6.* Anhelis præ- toribus torridatus.

Torrido, as, a. 1. comburo, aduro. Uſurpatur a *Nonio* in voce *Torris*, c. 1. n. 51.

Torridus, a, um, *ſecco*, *arido*, *εἶρησις*, *εἶρησις*, aridus, exuſtus, a igne vel Sole torrefactus, ut *Zona torrida*, quæ inter duos Tropicos ſita æſtuoſa æſtu torretur. *Virg. 1. Georg.* Quinque temper cælum Zone, quarum una coruſco Semper Sole rubens, & torrida tenent eſt igne. *Id. Ecl. 7.* Torrida æſtas. ¶ Dicitur etiam de iſis rebus, quæ frigore, vel alia cauſa arefactæ ſunt. *Cic. Agr. 2. c. 34.* Quem hominem ut grandi ma- cie torridum Romæ, contemptum, abiectum videbamus. *Liv. l. 21. c. 32.* Pecora, jumentaque torrida frigore. *Id. l. 4. c. 30.* Torridi fontes.

Torris, is, m. *δός*, *δαδός*, *δαδός*, ſive, ut *Æſchylus* vocat, *αἶμαξ πυ- ριφαικτος*, ſipes ſemiuſtus, & adhuc ardens, aut ſaltem ignitus, a *torreo*. Lexicographi quidam aſſerunt, torrem dici de ligno tereti, cum ardet, titione de ligno extincto. Verum hoc diſcrimen nullum eſt. Nam *Celfus* titionem extinguit l. 3. c. 12. & l. 2. c. 17. dixit. *Virg. 2. Æn.* Obvius ambuſtum torrem Cherineus ab ara Corripit. *Ovid. 8. Met. v. 512.* Funerem torrem medios conjecit in ignes.

Torris. V. in Torreo.

Torſio, onis, f. 3. *torſione*, *σπρωγός*, actus torquendi, tormentum. *Plin. l. 20. c. 17.* Privatim ejus uſus contra torſiones ſtomachi in tepida aqua, & cruditates. ideſt tormina ab humoribus acribus provenientia.

Torte, adv. *εἰς τριμύνητος*, *πονεωſamente*, oblique, tranſverſe. *Lucret. l. 4. v. 306.* Quamvis torte, penituſque remota Omnia.

Tortilis, & le, o. 3. *torſio*, *σπρωγός*, quod retortum, & replicatum eſt. *Ovid. in epith. 16. v. 252.* Tortilis a digitis excidit anſa meis. *Lucan. l. 6.* Hunc aut tortilibus vibrata phalarica nervis Obruat. *Plin. l. 9. c. 52.* Polyſi pariunt vere ova tortili vibrata pampino.

Tortio, onis, f. idem ac torſio. *Sene. l. 1. Controv. 4.* Cum oculorum ca- liginem, animi deſectionem, membrorum omnium tortionem deſcripſiſſet.

Tortivus, a, um, quod eſt noviffime expreſſum, ut *Milium tortivum*. *Col. l. 12. c. 36.* Tortivum muſtum dicitur, quod poſt primam preſſuram vinaceorum circuncio pede exprimitur. *Coſo de re ruſt. c. 23.* Tortivum muſtum circuncidaneum ſuo cum dolio dividit.

Torto, as, a. 1. *torcere bene*, *Βαρυζίζω*, iterum atque iterum torqueo, freq. a *torqueo*. *Pompon. apud Non. c. 2. n. 872.* Et ubi inſlusi in co- chlearum equuleum, ubi tolitum tortor. ¶ Item torquere, cruciare. *Arnob. l. 3. v. 662.* Recenti vulnere tortari. h. e. cruciari, torqueri.

Tortor, oris, m. qui cruciati, ſive ad eruendam veritatem, ſive ad puniendum crimen, ſive ob immanitatem, & crudelitatem, *torrore*, *tormentator*, *carneſice*, Ger. *peiniger*, Gal. *bourreau*, Hiſp. *tormentador*, *Βαρυζίζω*. *Cic. pro Cluent. c. 63.* Cum jam tortor, atque ideſt tor- menta ipſa deſeſſa. *Hor. l. 3. ode 5.* Atqui ſciebat, quæ ſibi barbarus Tor- tor pararet. ¶ Apollo cognomine *Tortor* ſtatuum Romæ habuit, quæ fortæſſe quia poſita erat in vico ubi torquebantur fontes, occasioneſſe dedit vocabulo. *Sueton. in Aug. c. 70.* *V. Martial. l. 2. ep. 17.*

Tortum, i, n. Funis extenſus ad torquendum. *Pacuv. apud Non. c. 2. v. 847.* Nam te in tenebras ſæpe lacerabo fame clauſum, & fatigans ar- tus torto diſtraham.

Tortuſo, adv. *torruoſamente*. *Tertull. adverſ. Valentin. c. 3.* Per an- fractuſa ſeriem ſuam evolvat, tortuſoſe procedat.

Tortuoſitas, atis, f. *torruoſitas*, *inviluppo*. *Tertull. l. 4. conſ. Marcion. c. ult. & de Carne Chriſti, c. 20.*

Tortuoſus, a, um, *torruoſo*, *torro*, *εἰρημαππος*, obliquus, anfractu- ſus, multis flexibus ſinuofus. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 54. de alvo*: Eſt autem multiplex, & toruoſa. *Id. ibid. c. 57. de ſonis*: Ex eo tortuoſis, & incluſis locis referuntur ampliores. *Plin. l. 11. c. 46.* Lynx tantum digitos habentium, ſimile quiddam talo habet: leo etiam tam tortuoſus. *Auguſtin. l. 2. Confefſion. c. ult.* Tortuoſiſſima nodofiſſa. ¶ Trans- late *Cic. 4. Acad. 6. 31.* Tortuoſum genus diſputandi. h. e. quod longe

petit principia, & quasi per anfractus quosdam procedit. *Id. de Anic. c. 18.* Ingenium multiplex, & tortuosum. *simulatore, coperto, doppio.*
Tortus, a, um, *torto*, *δυσπραγίας*, flexuosus, obliquus. *Martial. l. 1. de Spect. ep. 3.* Crines torti in nodum. *Virg. 4. Æn. Torti funes. Id. 8. Æn. Tres imbris torti radios, tres nubes aquosæ.* hoc est grandinis. Translate *Plaut. Men. 4. 2. 25.* Conditiones tetuli tortas, contragofas. h. e. obfuscas, perplexas. ¶ Sumitur etiam pro cruciatio, *Βασανισμός. Cic. in Top. c. 20.* Nam & verberibus torti, & igne fatigati quæ dicunt, ea veritas videtur ipsa dicere. *Hor. l. 1. ep. 19.* Communiunq; teges & vino tortus, & ira. *Spirito dal vino.*
Tortus, us, m. *torcimento*, idem ac tortio. *Cic. 2. Tusc. c. 9.* ex Poeta: Tortu multiplicabili Draco. *Virg. 5. Æn. v. 276.* Nequiquam longos fugiens dat corpore tortus.
Torva, acc. pl. adverbialiter postus, pro torve, ut etiam *torvum* in sing. loco adverbii ponitur. *Virg. 6. Æn. v. 467.* Talibus Æneas ardentem, & torva tuentem Lenibat dicitis.
Torve, adv. *δυσπρεπ*, fervere, terribiliter. *Plaut. Amph. 4. 2. 8.* Quid me torve aspectas? Alii leg. *folide.*
Torvitas, atis, f. *ὀρσπραγία*, severitas. *Fest.* Torvitas a ferocia tauro- rum dicta est. *Plin. l. 7. c. 19.* Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quandam, torvitatemque naturæ. ¶ Sæpius significat torvum aspectum, *guardatura fera, e bieca. Tacit. 2. hist. c. 9.* Corpus insignè oculis, comaque, & torvitate vultus. *Plin. l. 8. c. 17.* Capitis torvitas. *Ammian. l. 31. c. 7.* Oculorum torvitas.
Torviter, adv. idem ac torve. *Enn. apud Non. c. 11. n. 57.* Quem nunc tu tam torviter increpavisti.
Torulus, i, m. *cordovino, γαρύριον*, funiculus, dim. a *torus*, quod proprie funem notat. *Plaut. Amph. prol. v. 144.* Tum meo patri autem torulus inerat aureus sub petalo. *Ammian. Marcell. l. 29. c. 7.* Toruloque capite circumflexo. Sunt, qui his locis *torulum* interpretantur parvum conum in capite ex capillis contortis factum, quod ornamentum præcipue mulierum est, ut legitur apud *Varron. lib. 4. de L. L.* Torulus in mulieris capite ornatus. Et ad *Plautum* quidem quod attinet, putant respexisse eum ad morem Athenienium, qui ut se *ωρσπράγος*, h. e. antiquissimæ originis, & terræ filios declararent, capillos torquebant in conum, aurealique cicadas innectebant: nam cicadz a terra procreari credebantur. Non desunt tamen qui *Plauti* & *Varronis* loca aliter omnino legunt. V. *Taubman. ad Plaut. loc. cit.* ¶ Toruli in animalibus sunt parvi tori, hoc est partes carnosæ, seu pulposz. *Apu- lej. l. 7. Metam.* Terga pulposis torulis obfca. ¶ Hinc apud *Vitruv. l. 2. c. 9.* torulus accipitur pro ea ligni parte, circa medullam quæ inagis albescit, tenerior quoque est, & teredinibus & putredini magis obnoxia, quæ idcirco rejici jubetur, cum ad aliquod intestinum opus lignum secatur. Verba *Vitruvii* sunt: *Ima autem (pars arboris) cum excisa quadrilivibus dispartatur, ejecto torulo ex eadem arbore ad intestina opeta comparatur.*
Torus, i, m. *ιστο*, *ιστάς*, lectus. Ita dicitur per Metonymiam, quis lecti tendebantur toris, idest tunibus. Id eam Latinis olim *torus*, quo modo usus *Cato* apud *Scalig. in Compend. ad Varron. de L. L. pag. 73.* ¶ Grammaticis *torus* a toro herba dici videtur. *Serv. ad 1. Æn. Torus* dicitur est, quia veteres super herbam tortam vel sedebant, vel discumbant, ut 5. Æn. v. 388. Viriditate toro confederat herbæ. *Plin. l. 8. c. 48.* Antiquis enim torus e stramento erat, qualiter etiam nunc in castris galizæ. *Juvenal. sat. 6.* Sylvestrem montana torum cum sterneret uxor Fronibus, & culmo, vicinarumque ferarum Pellibus. *Virg. 6. Æn. Riparumque toros, & pata recentia rivis Incolimus.* Hæc, & alia multa quæ adduci possunt exempla, etymon illud *Servi* probant. ¶ Cæterum torum generatim pro quovis lecto accipitur. *Virg. 1. Æn. toro pater Æneas hic ortus ab alto. Stat. l. 3. Silv. 1.* Signis torus asper eburnis. ¶ Sæpe etiam translate pro nuptiarum, seu matrimonii vinculo. *Ovid. 1. Met. v. 319.* Cum consorte tori parva rate vectus adhæsit. *Id. l. 10.* Appellatque tori focum. ¶ Tori quoque dicuntur in animalibus partes extantes carnosæ, seu pulpæ carnis musculosæ, in quibus est robur, & fortitudo, ut sunt partes membrorum nervosæ, calliozque, & in se propemodum collectæ, cujusmodi in brachiis cernuntur: nempe vel ob rotunditatem, vel quia musculosæ illæ partes nervis quasi toris, seu tunibus sint compactæ. *Virg. 3. Georg. v. 81. de equis:* Luxuriatque toris animolum pectus. *Cic. 2. Tusc. O pectora, terga, o lacterorum tori.* ¶ De venis quoque dicitur, cum varicum in morem quibusdam in locis turgescunt. *Cels. l. 7. c. 18.* Ac per ipsos venarum toros inæquale est. ¶ Per Metaphoram etiam transferuntur ad arbores, in quibus prominentes partium calli, & in se pulparum modo collecti, tori nuncupantur. *Col. de arb. c. 16.* Arbutivam vitem, quam putare, tam alligare diligenter oportet. Nam in eo fructus inmaxime vis consistit, diutiusque perennat, quæ firmis toris, & idoneis locis religata est. Itaque omnibus annis convenit subsequi putationem, ita ut tori renoventur, & vitis per idoneos ramos disponatur. Hæc *Columella.* Aliqui suspicantur *toros* hic accipi pro vinculis: quemadmodum & in *ilio ejusd. l. 5. c. 6.* Vitis novella tribus toris ad arborem alligetur. ¶ Præterea sic appellatur tunniculus, ex quo triplicato, & intorto fit funis. *Cato R. R. c. 135.* Funicem exordiri oportet longum pedes LXXII, toros III. habeat, lora in toros singulos IX., lata digitos duos. ¶ Translate *Cic. in Or. c. 6.* de Oratore mediocri. Addit aliquos, ut in corona, toros, omnemque orationem ornamentis modicis verborum, sententiarumque distinguit. Sensus est. In coronis sunt eminentiæ quædam, quæ tori vocantur ad similitudinem tororum in animalibus, aut vitibus: ita etiam in mediocri oratione nonnunquam, sed leniter, decet affurgere, ita ut modica verborum, & sententiarum ornamenta appareant.
Torum, adv. idem ac torve, per Enallagen. *Virg. 7. Æn. v. 399.* Torvum repente Clamat, Jo matres audite ubi quæque Latinz.
Torus, a, um, *torvo*, *terribilis*, *feroce*, *orribile*, *αγχιωπός*, *γοργωνός*, vel *αυθιπρός*, specie ipsa terrociam præ se ferens, aspectu terribibilis, terribilis. *Fest.* placet esse a *torvus*, quia animal hoc torus, & torvum. Vel *torvus* a *torquendo*, quali torto vultu. *Virg. 3. Georg. v. 51.* Optima torus Forma bovis, cui turpe caput, cui plurima cervix. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 42. ex Poeta:* Torvu' draco serpit fubter, fur- darque revolvens se. *Ovid. 5. Met. v. 92.* Torvis oculis tueri, *guarda bieca. Anob. l. 6.* Leonis torvis vifima facies. ¶ Translate sumitur pro aspero, inmuti, indomito. *Plin. l. 17. c. 23.* Cultura quoque torva sunt vina. *Carul. de cona Berem.* Prælia torva. *Apujey. in Apolog.* Tuba rudoze torvior.
Tostus, a, um, adject. ex participio a torreo, *abbrustolito, seccato, arrostito.* *Cic. 3. Tusc. c. 19. ex poeta:* Fama flamma dilagrata: tolli alti flant parietes. *Ovid. 2. Met. v. 283.* Tostus en aspicæ crines, Inque oculis lumum. *Id. 2. Met. v. 155.* Tosta caro. *Colum. lib. 12. c. 5.* Tostum hordeum.
Tot, nomen numerale, indeclinabile, *tanti*, *כָּנָה*, Ger. *so vil*, Gal. *sant.* *Hisp. tanto*, *ποσῶντος*, tam multi. Et respondet nomen *quot* vel expresse, vel tacite. *Cic. l. 2. de Orat. c. 31.* Quot homines, tot causæ. *Id. 5.*

Tusc. In his tot, & tanti, atque etiam, quæ plura possunt accidere. *Virg. 1. Æn.* Quidve dolens Regina Deum tot volvere casus Insignem pietate virum, tot adire labores Impulserit. ¶ Tot pro tam pauci. *Albinovan. eleg. 1. v. 339.* Vix credent tantum rerum cepisse tot annos. **Totaliter**, adv. *totalmente*, omnino. *Laßant. l. 6.* Totaliter cavere. **Totidem**, nomen numerale indeclinabile, *altrestanti*, Germ. *eben so vil*, Gall. *tout autant*, *Hisp. error tantos*, *toros*, *ισάριθμοι*, æque multi, nec plures, nec pauciores, a *tot*, & *dem*, ut *santundem*, & *santum*, & *dem.* *Virg. 3. Æn.* Tres adeo incertos cæca caligine soles Erramus pre- lago, totidem line fidere noctes. *Cic. Ast. l. 6. ep. 2.* litum ego locum totidem verbis a Diczarcho transtuli, a parola per parola. *Id. de clar. Orat. c. 96.* Totidem, quod dixit, ut aiunt, scripta verbis oratio. *Id. 2. Divin. c. 43.* Procles, & Eurysthene gemini fratres fuerunt, nec totidem annos vixerunt: anno enim Procli vita brevior fuit. *tanti anni per uno.*
Toties, adv. *sante volte*, *ποσῶντος*, *ποσάκις*, tot vicibus, a *tot*, ut *quoties* a *quot*. Pro *toties*, & *quoties* in veteribus libris legitur *totiens*, & *quotiens*, cum n, approbantibus id *Vulgarioris*, & *Capro*, qui ita disertim scribere jubent. *Virg. 4. Æn.* Quos ego jam toties sum designata maritos. *Cic. Ast. l. 7. ep. 12.* Interim velim, mihi ignoscas, quod ad te scribo tam multa toties. *Id. 1. de Or.* Quam toties, quoties præ- scribitur, Pæanem, aut Munionem citarimus. *Id. pro Cluent. c. 18.* Quotiescunq; dico, toties mihi videor in iudicium venire.
Totiugiis, & **Totiugus**, a, um, adject. idem ac tantus, vel tam magnus. *Apulei. l. 2. Metam.* In qua (domo) totiugiis jam diebus ne Tu- mus quidem visus est ullus. ¶ Item tam varius. *Id. l. 2. Florid.* Totiugi scientia magnificus.
Totus, a, um, genit. totius, *tutto*, *ἅς*, Germ. *gantz*, Gall. *tout*, *Hisp. todo*, *ἅς*, integer, univertus, solidus. *Plaut. Maj. 1. 1. 36.* Adificiantur ædes totg denuo. idest integræ. *Terent. Eun. 2. 2. 46.* Sex ego te totos men- ses quietum reddam. *Cic. Ast. l. 12. ep. 15.* Totos dies scribo. *Id. ad Q. Fr. l. 2. ep. 1.* Plancius totus est noster. *Id. 1. de Leg. c. 18.* Ubi illa sancta amicitia, si non ipse amicus per se amatur toto pectore, ut dicitur? ¶ *Toto corpore, atque omnibus unguis*, proverbialis locutio, pro toto conatu. *Cic. 2. Tusc. c. 24.* Toto corpore, atque omnibus unguis, ut dicitur, contentioni vocis afferunt. ¶ Totus in aliqua re esse dicitur, qui in unam rem aliquam incumbit, & nihil præterea curat. *Terent. Adelph. 4. 2. 51.* Totus in amore est. ¶ In totum, *del tutto*, *totalmente*. *Plin. l. 2. c. 9. de Luna:* Siquidem in totum mu- tuata ab eo (sole) luce fulgere. ¶ *Ex toto*, eandem habet signifi- cationem. *Cels. l. 3. c. 4.* Antequam ex toto integer fiat, *totalmente sano.* *Id. l. 7. c. 4. n. 3.* Id non ex toto ita se habet. ¶ *Totus*, & *omnis* in eo differunt, quod *totus* ad quantitatem refertur, *omnis* ad numerum: *totus* partium, *omnis* numeri denotat plenitudinem. Ali- quando tamen *totus* pro *omnis* usurpatur. *Stat. 1. Theb. v. 81.* Totos in pœnam ordire nepotes. *Apulei. l. 6. Metam.* Accumbebat cum sua Junone Jupiter, ac deinde per ordinem toti Di. ¶ *Torum*, *τι*, ab- solute, *il tutto*, id quod integrum est. *Cic. l. 1. Acad.* Corporis bona alia pœnabit esse in toto, alia in partibus. *Id. ad Q. Fr. l. 3. ep. 1. c. 1.* Totum in eo est, rectorum ut concinnum sit. *tutto sta che &c. qui sta il tutto, che &c.* ¶ Totus, penultima correpta, idem est ac tantus, *ποσῶντος*, cui respondet *quotus*. *Manil. l. 3. v. 447.* Detrahitur summæ tota pars, quota demit utrinque &c. ¶ Hoc nomen in dativo singulari habet *toti* in omnibus generibus. reperitur tamen etiam *toto*, & *totis*. *Cels. l. 4. c. 12.* Calida cataplasmata toto ventri- ponere. *Plaut. apud Varr. l. 6. de L. L.* Gannit odiosus omni totæ fami- liæ. ¶ *Toti* etiam pro *totius* dixit *Africanus* apud *Priestian. l. 6.*
Toxicum, ci, n. *τοξικο*, *veleno*, *ΣΑΤ*, Ger. *gift*, Gal. *poisson*, *Hisp. pon- con*, *ποξικον*, venenum, a *τοξον*, quo nomine Græci tum arcum, tum sagittam vocant, ut docent Homeri enarratores. *Plinius l. 16. c. 10.* Sunt, qui & toxica hinc appellata dicant venena, quæ nunc toxica dicimus, quibus sagittæ tiugantur. *Festus:* Toxicum dicitur cervarium venenum, quo quidam perungere sagittas soliti sunt. *Plaut. Merc. 2. 4. 4.* Certum est, ibo ad medicum, atque ibi me toxico morti dabo. *Ovid. l. 4. de Ponto, el. 7.* Aspicias, & mitti sub adunco toxica ferro, Et telum cau- fas mortis habere duas. *Id. 2. Amor. el. 2.* Miscere toxica.

T A N T E R.

Trabalis, & **le**, o. 3. *della grossezza d'un trave*, *גורל*, Germ. *stramig*, Gal. *de la grosseur d'une poirre*, *Hisp. de la grosseza d'una viga*, *ἰσχυρὸς*, magnus, & pene ad trabis magnitudinem accedens, ingens inlar trabis. *Virg. 12. Æn.* Teloque orantem multa trabali Desuper altus e- quo graviter terit. *Stat. 4. Theb. v. 6.* Dextraque trabalem Hastam instorfit agens. *Hor. l. 2. ode 35.* Te semper antea sæva necessitas, Clavo trabales, & cuneos manu Geitans. *chiodi da trave.* Hinc, *clavo trabale aliquid figere*, proverbialiter dicitur pro firmum & perpetuum facere. *Cic. 7. Ver. c. 21.* Ut hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clavo figeret.
Trabea, æ, f. *trabea*, *ἀνδρῆς*, *τίβηρα*, *πικρόπυλον*, vestis Romanorum, segmentata trabibus purpura expretis. Ejus tria genera recenset *Suetonius in lib. de vestimentis*, apud *Servium ad Æn. 7. v. 187.* Trabeam, inquit, tria genera: unum quod Diis sacratum, & est totum purpureum: alterum, quod est regum, quod dicitur purpureum, sed habet aliquid albi: tertium Augurum, purpura, & cocco mixtum. Hæc *Suetonius*. De trabea regia testis est etiam *Plin. l. 8. c. 48.* Trabeis, inquit, usus accipio reges. *Idem l. 9. c. 39.* scribit, Romulum primo purpuram in trabea habuisse. *Virg. 11. Æn.* Et fellam regni, trabeamque iniugina nostri. Verba sunt Latini regis. Cæterum regio hoc trabeæ genere, quod non totum ex purpura, sed ex purpureis fasciis, veluti trabibus (unde & nomen) intextis fuit, ut sunt etiam Romani Consules non quidem tempore, sed quibusdam solemnioribus diebus. *Virg. Æn. 7. v. 187.* Ipse Quirinali trabea, cinctuque Gabino Insignis referat Iridentia li- mina Consul. *Claudian. l. 2. in I. Consul. Siliic. v. 4.* Quo tandem flexus trabeas auctore rogantes Induerit, fastidique suum concesserit annum. ¶ Item Equites Romani, quo die transfectionem faciebant, (V. *Trans- vectio*) & alii etiam temporibus ex peculiari instituto. *Tacit. Ann. 3. c. 2. de funere Germanici:* Attrata plebs, trabeati equites, pro opibus loci, vestitu, odores, aliaque funerum solemnia cremabant. *Suet. in Do- mit. c. 14.* Oblatum a Senatu novum honorem recusavit; quo decretum erat, ut quoties gereret consulatum, Equites R. quibus fors obtigisset, trabeati, & cum hastis militaribus præcederent eum, inter hictores apparitorisque. ¶ Forma trabeæ eadem fuit, quæ togæ, nisi quod Gabino ritu præcingebatur, ut est in verbis Virgilii allatis: ex quo quidam putant, trabeam militarem vestem fuisse, præsertim quia apud *Liv. l. 32. c. 6.* legitur, Consulem trabeatum in hostes exercitum duxisse. quamquam ibi pro *trabeatum* quædam optime Editio habent *trajectum*. Sed de his, & aliis multis, quæ de trabea dici possunt, & de quibus pugnant inter se Eruditi, V. *Fernar. de re vesti. p. 1. l. 2. c. 5. & 6.*

Manus. de quæ per epist. p. 1. ep. 3. Lips. ad l. 3. Ann. Taciti, & alios.
Trabæa, æ, m. τραπεζία, nomen Poetæ, cui inter Comicos octavus locus assignatur. *Cic. 4. Tus.*
Trabæalis, le, adject. ad trabæam pertinens. *Sidon. Carm. 2. v. 2.* Effulgens trabæalis mole metalli Annum pande novum Consul vetus. *Trabæale metallum* vocat aurum, quod posterioribus Imperatorum temporibus affuit trabæis mo fuit.
Trabæatus, a, um, τραπεζαίωτος, qui trabæa indutus est. *Ov. 1. Fast. v. 37.* Hoc igitur vidit trabæati cura Quirini. *Tacit. Ann. 3. c. 2.* Trabæati equites. ¶ Trabæatæ etiam dictæ sunt quædam Fabulæ a C. Melisso Grammatico conscriptæ, in quibus inducebantur personæ trabæis indutæ. *Sueton. de illust. Grammat. c. 21.*
Trabæculla, læ, f. *travicello*, parva trabis. *Vitruv. 1. 10. c. 21.* Habuerat mediæ contabulationem supra trabeculas.
Trabicus, a, um, adject. a trabæ, ut *Trabica navis*. h. e. trabibus confixa. *Fest. ex Pacuv.*
Trabs, & **Trabes**, bis, f. *trave*, תרבה, Germ. *tröm*, Gal. *poutre*, Hisp. *viga*, ἰσκιος, δοκίς, lignum duplex ex duobus compactum tignis, edificii gratia. Nam cum simplex est, non trabs, sed tignum dicitur, teste *Festo*, quamvis abusive de uno ligno quandoque dicitur. *Cels. 1. 3. bel. Gal.* Transira ex pedibus in altitudinem trabibus, confixa clavis ferreis, digiti pollicis crassitudine. *Virg. 2. Æn.* Aurataque trabes veterum decora alta parentum Devolvunt. ¶ Interdum trabs dicitur de ipsi arboribus. *Virg. 9. Æn.* Lucus in arce fuit summa, quo sacra terebant, Nigranti picea, trabibusq; obfuscus acernis. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 29. ex Ennio.* Cælia cecidisset abiegna ad terram trabes. ¶ Nec solum ex ligno, sed etiam ex marmore trabes fiunt. *Plin. 1. 36. c. 8.* Circa Syenen vero Thebaidis Syenites, quem anie pyropætionem vocabant: Trabes ex eo fecere Reges quodam certamine, obeliscos vocantes. ¶ Per Synecdochen accipitur pro navi. *Hor. 1. 1. ode 1.* Ut trabæ Cypria Myrtorum pavidus nauta secet mare. *Ovid. 1. de Ponto, ep. 3.* Quo duce trabs Colcha sacra currat aqua. h. e. Argo navis. ¶ Item pro tecto, seu domo. *Horat. 1. 3. ode 2.* Sub istem sit trabibus. ¶ Et pro arbore. *Ovid. 14. Met. v. 360.* densum trabibus nemus. *Et 1. 8. v. 329.* Silva frequens trabibus, quam nulla ceciderat ætas.
Trachali, m. 2. partes superiores muricum, & purpurarum. *Festus:* Trachali appellantur muricum, ac purpuræ superiores partes. Unde Ariminenfes martium homines cognomen traxerunt Trachali.
Trachallus, m. 2. Orator Domitiani temporibus, magna vocis, pronuntiationisque felicitate. *Quintil. 1. 10. c. 1. l. 12. c. 5.*
Trachælus, i, τραπεζαίωτος, Græce collum significat. Itaque hoc nomine *Vitruv. 1. 10. c. 15.* partem quandam capitulæ appellat, & colli similitudine. *V. Bald. in Lex. Vitruv.*
Trachæus, itis, f. τραπεζαίωτος, ita dicitur a *Plin. 1. 5. c. 27.* Seleucia urbs, quia in ipsa Ciliciæ parte aspera, & montana, quæ Trachæa dicitur, sita est.
Trachin, V. **Trachyn**.
Trachinia, f. 1. regiuncula Phthiotidis, in ora sinus Maliaci, ubi Heraclea urbs cogn. *Trachin*, & montes, seu petræ Trachiniæ.
Trachonitis, idis, *Bæzar*, regio Palæstinæ, in Cœlefyria, inter Aquas Meron, & montem Hermon, ac inter terram Hus, & Regnum Bafan Borealius. *Plin. 1. 5. c. 18.*
Trachyn, ynus, & **Trachin**, inis, f. urbs Theffaliæ in Phthiotide, ad sinum Maliacum sub Oeta monte, ab Hercule confita, unde & Herculeia dicitur. *Jenck. in Herc. Oet. v. 194.* R. fonetque malis aspera Trachyn. *Ovid. 11. Metam. v. 634.* Herculeam Trachyna jube sub imagine regis Halyconem adeant. ¶ Nomen est etiam tragœdiæ Sophoclis. *Cic. 2. Tuscul. c. 8.*
Trachynus, & **Thrachynius**, &
Trachynus, & **Trachinus**, a, um, adject. a Trachine urbe, ut *Trachina tellus*, *Ov. 11. Met. v. 269.* Trachyna saxa, *Jenck. in Herc. Oet. v. 135.*
Tracta, æ, f. & **Tracta**, orum, n. *massa di lana filata*, o *pettinata*, manipulus lanæ, qui circa folum involvitur, postquam tractus, hoc est netus est: nam trahere lanam, est nere. *Tibul. 1. 1. eleg. 7. v. 86.* Firmaque conductis annectit licia textis, Tractaque de niveo vellere ducta putat. ¶ In panificio tracta dicuntur partes farinæ manibus bene agitate, subactæ, & in longum tractæ in modum membranarum, ut ea agitatione melius fermententur. nam trahere panem apud *Plin. 1. 18. c. 15.* est subigere. *Id. ibid.* Eum (panem) novem diebus macerant, decimo ad speciem tractæ subigunt uæ passæ succo. *Cato c. 76.* R. R. Alicam in aquam infundito: ubi bene mollis erit, in mortarium purum indito, siccatque bene: deinde manibus deposito: ubi bene subactum erit, farinæ libras quatuor paulatim addito, id utrumque tracta facito. *Ex infra:* Placentam fingito: tracta singula in totum folum primum ponito, deinde de mortario tracta linito, tracta addito singulatim, &c. ¶ Apud *Apicium* tracta est genus quoddam placentæ in modum membranæ factæ, deinde concisæ: unde pullus tractogalatus dicitur *ibid. 1. 6. c. 9.* qui tracta, & lacte conditur. *Sic 1. 5. c. 1.* Pulvis tractogalatzæ. *Sic 1. 8. c. 7.* Porcellus tractomelitus. h. e. ex melle & tracta conditus.
Tractabilis, & le, o. 3. *tractabile*, *δυσπραξιμος*, quod tractari potest, *Cic. de Univ. c. 4.* Corporeum autem, & aspeclabile, itemque tractabile, omne necesse est esse, quod natum est. *Vitruv. 1. 2. c. 9.* Materies earum (arborum) tractabilis ad intellinum opus. *facile de laborare.* ¶ Translate sumitur pro mansuetu, pacato, facili. *Cic. de Am. c. 13. de virtute:* Quæ quidem est tum multis in rebus, tum in amicitia tenera, atque tractabilis. *Virg. 4. Æn.* Quasatæque rates, & non tractabile cœlum. id est procellosum, inquietum, impacatum. *Rurfus Cic. Act. 1. 10. ep. 11.* Nihil est enim eo tractabilis.
Tractabilitas, atis, f. qualitas, qua aliquid tractari potest. *Vitruv. 1. 2. c. 9.* Populus, salix, tilia in sculpturis commodam præstant tractabilitatem. *sono facili da lavorari.*
Tractabiliter, adverb. faciliter. *Gel. 1. 6. c. 2.* Omnem illam vim, quæ de fato extrinsecus ingruit, inoffensivum, tractabilisque transmittunt.
Tractatio, onis, f. *maneggio*, *impresa*, *μεταχίσις*, actus tractandi, exercitio. *Cic. 3. de Or. c. 52.* Ut ii, qui in armorum tractatione versantur. *Id. 2. de Divin. c. 3.* Neque vero qui tibiis, aut siliibus uti volunt, ab Arupicibus accipiunt earum tractationem, sed a Mulicis. ¶ Translate sumitur pro compositione, concinnatione. *Cic. in Or. c. 59.* Est enim in utroque & materia, & tractatio, materia in verbis, tractatio in collocacone verborum. ¶ Item pro studio. *Cic. 4. Acad. c. 2. de Philisophia:* Profecto ejus tractatio optima, atque amplissimo quoque dignissima est. ¶ Item pro ratione, qua quis alium secum verantem tractat, excipit, *trattamento*. *Quintil. 1. 4. c. 2.* Quæ zelotypum malæ tractationis accusat. *Id. 1. 7. c. 5.* Causæ abdicationis, dementiæ, malæ tractationis.
Tractor, oris, m. qui tractat. Speciatim tractatores dicebantur, qui manu membra tractabant, & leniter fricabant. *Sen. ep. 66.* Quid ni ego feliciorum putem Mutium, qui lic tentavit ignem, quin ii ma-

num illam tractori præstitisset? Tractor etiam dicitur, qui de aliqua re differit, scribit, disputat. *Sidon. 1. 4. ep. 11. in Carm. Orator*, dialecticus, poeta, Tractor, geometra, musiculque.
Tractorium, ii, n. locus in quo causæ, & aliæ res aguntur. *Sidon. 1. 1. ep. 7.* It in tractorium frequens senatus.
Tractatrix, icis, f. quæ tractat, id est corpus alicujus manu tractat, & leniter fricat. *Nivialis. 1. 3. ep. 82.* Percurrit agili corpus arte tractatrix.
Tractatus, us, m. *toccamento*, *μεταχίσις*, actus tractandi, contractatio. *Plin. 1. 8. c. 54. de simiis.* Tractatuque gaudent, similes gratulationem intelligentis. Alii legunt *tractari*. ¶ Translate sumitur pro studio. *Cic. 3. de Or. c. 23.* Qui ipsarum artium tractatu delectati, nihil in vita aliud agunt. ¶ Item pro descriptione, *trattato*. *Quintil. 1. 3. c. 9.* Ante hominem patria, ac parentes, majoresque erunt, quorum duplex tractatus est. *Id. in proom. 1. 8.* Asperiorum tractatu rerum attentuntur ingenia. ¶ Item pro libri parte, in qua aliquid describitur. *Plin. 1. 14. c. 4.* Tractatu toto separatim sententia ejus indicanda est.
Tractatus, a, um, *trastinato*, *διαπραξις*, raptatus, partic. a tractor, quod a trahor. *Ovid. Met. 13. v. 410.* Tractata comis antilila Phœbi. ¶ Item contractatus, *roccato*, *maneggiato*. *Horat. 1. 2. ep. 1.* Tractata notam, labemque remittunt atram. nta. ¶ Translate sumitur pro exercitio, agitato. *Cic. pro Arch. c. 2.* Persona propter otium, ac studium minime in judiciis, periculolique tractata est. ¶ Item pro exceptio, accepto, *trattato*, *διαπραξις*. *Cic. pro Cæl. c. 2.* Pater parum pie tractatus a filio. ¶ Item actus, transactus. *Auctor ad Herenn. 1. 4. c. 24.* An ad suam revertetur antiquam vitam alicubi honeste tractatam? **Tractum**, adv. *continuatamente*, *ἀεὶ*, longo tractu, diutine, line intermissione. *Virg. 4. Georg. v. 260.* Tum sonus auditur gravior, tractumque susurrant. ¶ Tractum tangere, est leniter, & leviter tangere, manum trahendo, ut cum canes, felesque demulcemus tracta a capite ad caudam manu, & ut nutrices biandiuntur in antibus, ut somnum eis concilient, vultum eorum suaviter contingendo. Hinc per ironiam *Plaut. Amph. 1. 1. 157.* Quid ii ego illum tractum tangam, ut dormiat? So. servaveris; nam continuus has tres noctes pervigilavi. Alii hunc locum ita exponunt: Quid si ego illum ita tangam, ut trahendo ad terram illidam, & humi affligendo ita obtundam, ut dormire videatur? nam supra v. 148. dixerat: *quatuor homines in soporem collocatis.*
Tractitius, a, um, adject. qui trahitur, *Aurel. Viti. in Epitom. c. 23.* scribit, Hellogabalum, quia post mortem tractus per vias, & in Tiberim projectus fuit, *tractitium*, & *Tiberinum* pro contemptum tussis appellatum.
Tracto, as, a. 1. *trahere a lungo*, *ἐκτε*, sæpe traho, in longum traho, freq. a traho. *Lucr. 1. 5. v. 930.* Volgivaço vitam tractabant more ferarum. ¶ Sæpius sumitur pro frequenter tangere, manu versare. *Cic. 5. Tusul. c. 1.* Ut ea, quæ gustimus, olitacium, tractemus, audiamus, in ea ipsa, ubi tenuimus, parte versetur. *Col. 1. 6. c. 2.* Talis notus vitulos oportet, dum adhuc teneri sunt, consuecere manu tractari. *Plaut. Mil. 2. 6. 30.* Tractavit hospitam ante ædes meas, h. e. attraxisti. ¶ Item pro lacerare. *Lucr. 1. 3. v. 903.* Morfuque ferarum tractari. ¶ Translate ponitur pro exercere. *Ter. in prol. Phorm. v. 17.* Qui artem tractant Musicam. ¶ Item pro administrare, curam habere, procurare, *maneggiare*. *Cic. 2. Verr. Eras enim tu Quæstor; pecuniam publicam tu tractabas.* *Id. 1. 13. Fam. ep. 78.* Dionysius servus meus, qui meam bibliothecam multorum numerum tractavit. ¶ Item pro gubernare, regere. *Cic. pro Sex. Quis clavum tanti imperii tenere, & gubernacula Respublicæ tractare in maximo cursu, ac fluctibus eum posse arbitrat? ¶ Item pro gerere.* *Cic. 1. 13. Fam. ep. 14.* Quo in munere ita se tractavit, ut acceptis ab eo beneficiis videretur, non dedisset. id est ita se gerit. ¶ Item pro agere cum aliquo, accipere, suscipere, *trattare*, *טראַטן*, Germ. *handeln*, Gal. *trattier*, Hisp. *tratar*, *ὑποχρησθαι*, *διαπραξιδαν*. *Cic. 1. 1. Fam. ep. 3.* Omnibusque rebus eum ita tractes, ut intelligat meam commendationem non vulgare fuisse. *Id. 1. 13. Fam. ep. 27.* Nec liberalius, nec honorificentius potuisse tractari nec se præsentem, nec rem familiarem absentis patroni sui. *Id. ad Q. Fr. lib. 1. ep. 3.* Me summa simulatione amoris, summaque assiduitate quotidiana sceleratissime, insidiosissimeque tractavit. ¶ Item pro differere, deferre, operam dare. *Cic. 1. de Or. Quis unquam res præter hunc tragæcas pene comice, tristes remisse, severas hilare, forenses scenica prope venulitate tractavit? Id. 1. Acad. A quibus hæc jandiu tractantur.* *Plin. 1. 2. c. 46.* Scrupulosius tractabo ventos. h. e. de ventis differam. ¶ Tractare causam est agere. *Cic. 1. 3. Fam. ep. 12.* Nunquam enim mihi videor tractasse causam diffiditorem. ¶ Interdum ponitur pro consultare, deliberare. *Tacit. Ann. 1. c. 13.* Augustus supremis sermonibus cum tractaret, quinam adipsi principem locum abnuerent aut vellent. *Sueton. in August. c. 35.* De negotiis ad Senatuum referendis tractare. ¶ *Tractare animos*, est afficere, versare, *Cic. in Oras. c. 28.* Eloquentiæ est tractare animos, & permovere.
Tractogalatus, &)
Tractomelitus) V. in *Tracta*.
Tractorius, a, um, *ἐκτροπικός*, quod spectat ad trahendum, ut *Tractoriæ machinæ*, quibus graviora onera furulo trahuntur. *Vitruv. 1. 10. c. 1.* ¶ *Tractoriæ literæ*, de quibus titulus est in *cod. 1. 12.* sunt quæ dantur a Principe us, qui ab eo mistuntur aliquo, vel evocantur, ut eis necessaria itineri publice præbeantur, adscriptis etiam italicis, id est diversioris, seu manthonibus, ubi excipi debeant, & vecturæ, & victicii copia eis suppeduntur.
Tractum, i, V. *Tracta*.
Tractuofus, a, um, adject. *viscoso*, glutinosus, *Cel. Aurel. Acut. 2. c. 32.* Sudor crassus, & tractuofus.
Tractus, us, m. *tratto*, *ἐκτροπικός*, *ἐκτροπικός*, actus trahendi. *Plin. 1. 9. c. 46.* Dextra apprehensio itilo in pugna est: inodius alias tractus. *con poca fatica si tira.* ¶ Translate ponitur pro cursu, fluxu, continuatione. *Cic. 2. de Or. c. 50.* Qui timor! quæ dubitatio! quanta hæsitatio, tractuque verborum! *Id. a. de Or. Neque verborum collocacone, & tractu orationis levi, & æquabili perpolvit illud opus.* ¶ Item pro inflexione, declinatione, derivatione. *Quintil. 1. 8. c. 4.* In tractu, & declinatione talia sunt, qualia apud Ciceronem beatitas, & beatus. ¶ Per Metonymiam, & Metaphoram simul ponitur pro longitudine, serie, ordine in longum ducto. *Virg. 1. Georg. Nactique per umbras Flammarum longos a tergo albescere tractus.* *Liv. 1. 3.* Contemplatus, qui tractus castrorum, quæque forma esset. ¶ Item pro via, itinere, spatio. *Ovid. 2. Meta. Longoque per aera tractu Fertur.* ¶ Item pro circulato serpentium progressu, qui Græcis *συνίσις* dicitur. *Virg. 2. Georg. Squameus in spiram tractu fe colligit anquis.* ¶ Item pro regione, plaga, climate, spatio alicujus magnitudinis, ut cæli, vel terræ, *tratto*, *spazio*, *regione*, *ἄκρος*, Germ. *Strich*, *tratt*, *contree*, Hisp. *verbo*, *χώρα*, *κλίμα*. *Cic. pro Plane.* Totus ille tractus celeberrimus Venetianus, Ahtanus, tota denique nostra illa aspera, & montosa regio. *Virg. 2. Georg. Indicio est tractu fulgens oleaster eodem.* ¶ Item pro spatio temporis. *Pet. 1. 2. c. 9.* Eodem tractu temporum nituerunt Oratores Scipio, & Lælius.

Tractus, a, um, *ἄκτιστος*, ductus, part. a trahor. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 55.* Qui, sicut *venæ*, & *arteriæ* a corde tractæ, & profectæ, in omne corpus ducuntur. *Id. Phil. 11. c. 2.* Reliquum corpus tractum, & laceratum abiecit in mare. *Strabon. c. 11.* Oratio tracta eadem est, quæ *tesa*, seu continuata, & *extensa*. *Cic. 2. de Or. c. 15.* Genus orationis fufum, atque tractum, & cum lenitate quadam æquabili profuens, sine hac judiciali asperitate, & sine sententiarum forensium aculeis prosequendum est. *Id. in Orat. c. 20.* Tracta quædam & fluens expetitur, non hæc contorta, & acris oratio.

Traditio, onis, f. *παράδοσις*, actus tradendi. *Cic. in Top. cap. 5.* Abalienatio est ejus rei, quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, & in jure cæso, inter quos ea jure civili fieri possunt. ¶ Translate sumitur pro documento, doctrina, *insegnamento*. *Gell. 1. 13. c. 22.* Sed eam quoque traditionem fuisse, ut Nerio a quibusdam uxor esse Martis diceretur. *Quintil. 1. 3. c. 1.* Jejunia, atque arida præceptorum traditio.

Traditor, oris, m. qui tradit. *Arnob. 1. 3. pag. 113.* Neque enim traditor alicujus esse scientiæ potius est, ut non ejus, quod tradit, rationem teneat. ¶ Item proditor, *traditore*. *Tacit. 4. hist. c. 24.* Quin potius interfecto traditore, virtutem suam malo omine exsolvent. *Ursinus & Acidalius* mallent *proditoris*, quod certe est magis Latinum. *Sedul. 1. 5. v. 61.* Traditor immitis, tere proditor, impie latro.

Traditus, a, um, noim. particip. *dato*, *insegnato*. *Cic. 6. Fam. ep. 27.* A sapientissimis viris tradita memoria, & scientia comprehendere. *Cef. 1. 3. B. Civ. c. 57.* Traditus & commendatus. *Tacit. 1. 1. hist. c. 32.* Traditio more quamcumque principem adulandi. *effendo passio in costume.*

Trado, is, didi, ditum, a. 3. *dare*, *תתן*, Germ. *geben*, Gall. *bailler*, Hisp. *dar*, *παράδομαι*, *επιχειρέω*, idem ac do, seu porrigo, *ex tranjido*, & quo infra suo loco. *Cef. 1. 1. bell. Civ. Saxa multis locis prærupta iter impediabant, ut arma per manus necessario traderentur. Id. 1. 2. Pecuniam ex publico tradunt.* ¶ Sæpe ponitur pro dedere, dare in manus, sive in potestatem. *Cef. 1. 8. bell. Civ.* Itaque necessitate coacti se tradiderunt, *arresero*. *Cic. ad Q. Fr. 1. 1. ep. 2.* In custodiam tradere aliquem. *Id. de Prov. Conf.* Tradere in servitutum aliquem alicui. *Id. pro Dom. Tradere aliquem alicui ad supplicium. Id. ibi.* Provinciam ad ripiendam tradere. ¶ Item, pro committere, commendare, *consegnare*. *Cic. 1. 7. Fam. ep. 5.* Totum denique hominem tibi trado de manu, ut ajunt, in manum tuam istam & victoria, & fide præstantem. *Id. 2. Phil. c. 2.* At enim te in disciplinam meam tradideras. *Id. 1. 16. Fam. ep. 1.* Ei te totum trade. ¶ Item pro transmittere, relinquere. *Anton. ad Cic. post ep. 13. l. 14. ad Att.* Non esse tradendas posteris inimicitias. *Plin. in l. 1. ep. 12.* Nam plerunque morbi quoque per successiones quasdam, ut alia, traduntur. ¶ Item pro adijcere, applicare, operam dare. *Cic. 1. de Divin.* Qui salubri, & moderato cultu, atque victu quieti se tradiderit. *Id. 1. de Invenr.* Quali ex aliqua turbida tempestate in portum, sic ex seditiosa, & tumultuosa vita se in studium aliquod traderent quietum. ¶ Item pro præstare, efficere. *Cic. 3. Ferr.* Quæsit, quis adem Caltois sartam tectam deberet tradere. ¶ Item pro docere. *Cef. 1. 6. bell. Gall. c. 13.* De Deorum immortalium vi, ac potestate disputant, & juvenuti tradunt. *Cic. pro Flacc.* Et qui se artem docendi traditurum etiam cæteris profitebatur. Item pro dicere, referre, narrare. *Cic. 1. Tusc.* Nam Galbam, Africanum, Lælium doctos fuisse tradunt. *Id. 5. Tusc.* Traditum est etiam, Homerum cæcum fuisse. *Plin. 1. 13. c. 1.* Unguenta quis primus invenit, non traditur. ¶ *Tradere memoria* est memoriam mandare, *mittere a mente*. *Cic. in Somn. Scip.* Et quæ dicam, trade memoriam. Item scriptum relinquere, *lasciare scripto alla memoria de posteris*. *Id. 1. 2. de Invent. c. 1.* Quarum nomina multi poetæ memoriam tradiderunt. ¶ Tradere scriptis, *lasciare scripto*. *Cic. 3. de Or.* Cujus ingenium, varioque sermones scriptis suis Plato tradidit. ¶ Tradere pro prodere, *tradire*, rarum est. *Sedul. in Arosibich. v. 74.* Tunc ille Judas carnitex ausus magistrum tradere. ¶ Tradere confuctudini Latine, h. e. in Latinum sermonem vertere. *Columell. in præm. l. 12.* Hæc in Oeconomico Xenophon, & deinde Cicero, qui eum confuctudini Latine tradidit. ¶ Tradere se trinitia, *darsi alta malinconia*. *Cic. Fam. 5. ep. 14.*

Traditio, is, xi, ctum, a. 3. *tradere*, *trasportare*, *תתן*, Ger. *hindurch fuhren*, Gal. *tradere*, Hisp. *traspassar*, *μεταγω*, per locum aliquem duco, vel de loco in locum duco, transfero, a *trans*, & *duco*. *Cef. 1. 1. bell. Gall. c. 11.* Helvetii per angustias, & fines Sequanorum suas copias traderant. *Virg. Ecl. 8.* Atque fatas alio vidi traducere menses. *Cic. pro Cluent. c. 48.* Traducere equum. *passar banda*, *a passai*, *innanzi col cavallo*. ¶ Interdum est trajicere, hoc est in litus, vel ripam alteram tranfvehere, *tragetare*. *Cef. 1. 1. B. Gall. c. 12. Id. ibid.* Tres jam copiarum partes Helvetios id flumen transfduxisse. *Id. ibi.* Ab eo postulat, nequam multitudinem hominum amplius trans Rhenum in Galliam traderet. *Id. ibi. l. 2. c. 5.* Flumen Axionam exercitum traducere maturavit. *Cic. 1. 2. de Invent.* Fluvius ita magnus factus est, ut eo viciniam traduci non possent. ¶ Interdum transmittere, seu de loco, in quo quid natum est, alio mittere. *Juven. sat. 7.* Altera vos nudo traducit Gallia talo. ¶ Translate sumitur pro transferre ex uno ordine in alium. *Cic. Att. 1. 1. ep. 18. (al. 16.)* Is ad Plebem P. Clodium traducit. id est ex Patricio Plebejum facit. ¶ Item pro abducere, avertere, & alio convertere, aut trahere. *Cic. 1. Fam. ep. 2.* Mihi videret animum hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducere. *Id. de Clar. Orat. c. 93.* Judicium animos a severitate ad hilaritatem, risumque traducere. ¶ Item impellere, trahere. *Id. pro Cluent. c. 52.* Traduxit me ad suam sententiam. ¶ Item inllectere, convertere. *Id. 2. de Or. c. 48.* Tum omnem orationem traduxi, & converti in increpandam Cæpionis fugam. ¶ Item pro transfigere, terere, consumere, *menare*, *passare*, *consumare*, *Cic. de Sen. c. 23.* Ut vitam otiosam, & quietam sine ullo dolore, & contentione traducamus. *Id. 1. 4. Fam. ep. 6.* Qua ratione nobis traducendum sit hoc tempus. ¶ Item pro acculare, sinistrâ famam de aliquo spargere, infamia afficere, deridere, quasi sit ducere per vicus, & plateas ad deridendum. *Martial. 1. 1. ep. 54.* Quæ tua traducit manifesto carmina furto. hoc est arguit turpi, intamat, convincit. *Liv. 1. 2. c. 38.* Vestras conjuges, vestros liberos traducos pro ora hominum? ¶ In imperativo est *traduc*. *Ter. Adel. 7. 7. 12.* Traduc familiam omnem ad nos. Legitur tamen & *traduce* in quibusdam Editionib. apud *Valer. Max. 1. 4. c. 1.* ¶ *Traduxi* pro *traduxisti* per syncopen legitur apud *Plaut. Caf. 3. 3. 16.*

Traductio, onis, f. actus traducendi, seu ex uno in alium locum transferendi. *Auson. in gratian. act. c. 4.* Traductio captorum. *Cic. pro Sex. c. 7.* Traductio ad plebem furibundi hominis. h. e. translatio Clodii ex Patricio ad Plebejum ordinem. *Id. 3. de Or. c. 43.* Traductio, atque immutatio in verbo. h. e. translatio ab uno ad alium sensum. ¶ Item cursus, fluxus. *Cic. 5. Divin. c. 56.* Traductio temporis, nihil novi efficiens, & primum quidem replicans. ¶ Item irrisio, derisio. *Senec. 1. 1. de ira, c. 6.* Cum dedecore, & traductione vitam exigere.

¶ Denique traductio est figura rhetorica, quæ facit, ut cum idem verbum crebrius ponatur, non modo non offendat animum, sed etiam concinniore orationem reddat, hoc pacto: Qui nihil habet in vita jucundius vita, is cum virtute vitam non potest colere. Item, Eum tu hominem appellas, qui si fuisset homo, numquam tam crudeliter vitam hominis petisset. Hæc ex *Aul. ad Heron. 1. 4. c. 14.*

Traductor, oris, m. qui traducit, seu transferit. *Cic. Att. 1. 2. ep. 9.* Sciat hic nos Hierosolymarius traductor ad plebem. h. e. Pompejus Hierosolymorum excisor, qui Clodium a Patricio ordine ad Plebejum transferat. **Traductus**, a, um, adiect. ex particip. *virato* a *luogo all' altro*, *trasferito*. *Varr. 1. de R. R. c. 8.* Ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit. ¶ Item actus, transactio. *Cic. pro Planc. c. 12.* O adolescentium traductam elegantem.

Traductus, us, m. *transfuso*, locus, per quem aliquid traduci potest. *Ammian. 1. 9.* Præsidium per eos traductus agentes.

Tradox, ucis, m. & f. ramulculus vitis, vel alterius arboris, qui in alium arborem traducitur, seu transferitur. *Varr. 1. de re rust. c. 8.* Quarum pedamentum est nativum ejus generis, ubi ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit, quos traduces, quidam rumpos appellant. *Col. 1. 5. c. 7.* Novi traduces omnibus annis inter se ex arboribus proximis connectantur: Si tradux traducem non contingit, media virga inter eas deligetur. *Id. 1. 4. c. 29. de infusione:* Ex qua velut traducem in hærentem matri, palmitem attrahas, & per foramen transmittas. *Tacit. 2. hist. c. 25.* Vincæ nexu traduce impeditæ. ¶ Translate *Sever. in Asta, v. 567.* Sacra marmora resque vetustas traduce materia. h. e. adea firma, ut opera ex illa facta ad posteros usque traduxerit. ducta metaphora vitibus, quæ traducum ope conservantur. *Prudent. in Apotheos. v. 983.* Ne traduce carnis Transundi in fobolem credatur fons animarum. h. e. mediante carne, quæ ab uno in alium quasi tradux propagatur.

Tragacantha, es, f. *τραγάκινθα*, frutex in Creta Insula maxime proveniens, spinæ albæ radice, ex qua lacryma manat aliquot usus in medicina habens. *Plin. 1. 13. c. 21.* ¶ Dicitur & tragacantha, æ, ab eodem *Plin. 1. 26. c. 24.*

Tragæcus porcellus est hircosus, hoc est hircum pilo, & habitu corporis quodammodo referens. *Apic. 1. 8. c. 7.*

Tragelaphus, i, m. *τραγέλαφος*, *tracocerus*, animal juxta Phasin armenæ nascens, barba, & armorum promissio villo hircosimile; cætera cervo: unde & nomen sortitus est, nam *τράγος* hircum, *ἄλφος*, cervum significat. *Plin. 1. 8. c. 33.*

Tribonianus, i, celebris Jurisconsultus, quætor fuit Justiniani Imperatoris, eique operam præbuit in libro Novellarum componendo: Cæterum multis vitiis insignis, affectatione, fraudulencia, avaritia, omnibus religionis contemptor, præsertimque Christianæ. *Suidas.*

Tribraeus, & tribrachys, m. *τριβραχος*, pe. metricus ex tribus syllabis brevibus constans, a *τρεῖς, tres*, & *βραχυς, brevis*, ut *Dominus, loqueris, agimus. Diomed. Grammat. l. 3. Quinsil. l. 9. c. ult.*

Tribraëvis, is, adject. A *Diomed. Grammat. l. 3. cap. de pedibus* ita appellatur pes tribrachys, qui e tribus syllabis brevibus constat.

Tribuaris, a, um, adject. ad Tribum pertinens. *Cic. pro Planc. c. 19.* Ita quæ hæsitantem te in hoc fodalitiorum tribuario crimine ad communem ambitus causam contulisti. h. e. in crimine corumpendum tribuum in petitione alicujus honoris.

Tribula, æ, f. *erebbia*, idem ac tribulum. *Col. l. 2. c. 21.* Et, si pauca juga sunt, adjicere tribulam, & traham possis, quæ res utraque culmos facillime comminuit.

Tribularia, ium, n. 3. instrumentum tribulis, hoc est ferreis acuminibus contextum, quo utebantur in torquendo & cruciando. *Senec. 3. de Ira, c. 19.* Torserat per omnia, quæ in rerum natura tristissima sunt, fideiculis, tribularibus, equuleo, igne. Alii leg. *tabularibus*.

Tribularium, ii, n. locus ad trituram frumenti aptus, vel ut alii explicant, locus in quo tribulæ, & similia instrumenta reponuntur. Affertur a Lexicographis quibusdam ex *Columella*, sed cum neque locum, neque verba citent, adhuc fides est penes ipsos.

Tribulatio, onis, f. 3. *tribulazione, θλιψις*, afflictio, oppressio, angustia. Habent hanc vocem *Tertullianus advers. Judæos*, *cap. 11.* ubi dicit *tribulationis* ponit pro die extremi divini judicii, & *Jul. Firmicus de prof. relig. verbis ex Psalmo* desumptis: oblivisceris inopiam nostram, & tribulationem.

Tribulatus, a, um, adjectiv. acuminatus, in modum tribuli. *Palladius lib. 1. tit. 43.* Falciculas brevissimas tribulatas, quibus silicem solemus abscindere.

Tribullis, & le, o. 3. *θυλίτης, φράτης, φράτος*, qui ex eadem Tribu est. *Cic. l. 13. Fam. epist. 24.* L. Collinio amico, & tribuli tuo valde familiariter utor. *Liv. l. 2.* Vetus Claudia Tribus, additis postea novis tribulibus, qui ex eo venient agro, appellata. ¶ Interdum accipitur pro non divite, ut *Tribus* pro pauperibus. *Hor. l. 1. ep. 13.* Ut cum pileolo soleas conviva tribulis. *Martial. l. 9. epigr. 50. de toga trica:* Nunc anus, & tremulo vix accipienda tribuli.

Tribullo, as, a. 1. *erebbiare, baster fuori il grano, θλιβω*, est tribulo, ut alio quocunque instrumento comminueret. *Cl. Cyr. θλιβω, tribulo, pressio, premo. θλιβω, ἡ σφιγξ, pressura, tribulatio. Cato R. R. c. 23.* Si indideris detrutum, aut marmor, aut resinam, dies viginti permiscendo crebro, tribulatoque quotidie.

Tribulosus, a, um, adject. asper, spinosus, tribulis plenus. *Sidon. l. 3. ep. 2.* Viarum voragines tribulosæ. ¶ Translate *Id. l. 1. ep. 7.* Tribulosissima diffimulatio.

Tribulum, i, n. *erebbia, τριβω*, Ger. *trofschuwagen*, Gal. *traine*, Hisp. *trillo, τριβωλον*, rusticum instrumentum, quo trumenta in area teruntur. *Var. l. 3. de L. L.* Hinc in messe tritura, quod tum frumentum teritur, & tribulum, quod teritur. *Id. l. 1. de R. R. c. 52.* E spicis in aream excuti grana, quod fit apud alios jumentis junctis, ac tribulo. Id fit et tabula lapidibus, aut terro asperata, quæ imposita auriga, aut pondere grandi trahitur jumentis junctis, ut discutiatur et spica grana. *Plin. l. 18. c. 30.* Messis alibi tribulis in area, alibi equorum gressibus exteritur. *Virg. l. 1. Georg. Tribulaque, traheque, & iniquo pondere rastri.*

Tribulus, i, m. *tribolo, τριβωλον*, Ger. *svaffernus*, Gal. *chardon, chussio trape*, Hisp. *abrojo, τριβωλον*, genus spinæ, herba foliis ad portulacæ effigiem accidentibus, tenuioribus viticulis, in terra stratis, spinis secundum folia rigidis, & præduris. *Virg. l. 1. Georg. v. 153.* Lappæque, tribulique, interque nitentia culta Infelix lolium, & steriles dominantur avenæ. *Plin. l. 21. c. 15.* Aliqua & secundum spinam habent folium, ut tribulus, & ononis. ¶ Est et alterum tribuli genus aquaticum, non nisi in amnibus nascens, coma duntaxat aquis extante, folio ultimi effigie. *Plin. l. 21. c. 16.* Tribulus non nisi in palustribus nascitur: dira res alibi, juxta Nilum, & Strymonem amnes excipitur in cibis, inclinat in vadum, folio ad effigiem ulmi, pediculo longo, &c. ¶ Per Metaphoram Græcis *τριβωλον*, Latinis tribuli dicuntur simuli illi terre, qui aliter vocantur murices, quos spargere moris erat in bello contra camelos, aut quadrigas falcatas, ut oppidanorum eruptionem. Nempe ita dicti sunt a triquetra figura, & ob eminentes cuspides. Extat vox hujus significationis apud *Vegetium l. 3. c. 24.*

Tribunal, alis, n. *tribunale, כנס, Ger. richterstul, Gal. tribunal, Hisp. tribunal, δικαστηριον, βημα*, locus excelsus arcuata figura, in quo reidebat, aut qui civibus, aut peregrinis reddebat, a *Tribunus*. Nam proprie est sedes Tribuni, ut *Papias* exponit, hoc est locus sublimior, ubi is jus dicit: sed per Synecdochen fumitur pro quovis loco, ubi jus redditur. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1.* Nullius inopiam, ac solitudinem non modo illo populari accessu, ac tribunali, sed ne domo quidem, & cubiculo esse exclusam. ¶ Apud Romanos tribunal fuit suggestus edictor, unde conspicit Magistratus ab omnibus poterat, multorum hominum capax, in quo sella curulis, jurisdictionis insigne locata erat, ubi sedens Prætor cognoscebat, & pronuntiabat. Fuisse locum multorum hominum capace, indicat *Cicero in Bruto c. 48.* dum inquit: Volo, hoc Oratori contingat, ut, cum auditum sit, eum esse dicturum, locus in subfelliis occupetur, compleatur tribunal, &c. *Et l. 1. de Or. c. 37.* Nobis in tribunali Q. Pompeij Prætoris Urbani sedentibus. *Et Tacitus l. 1. c. 75.* Tiberius assidebat in cornu tribunalis, ne Prætorum curuli depelleret. ¶ Sella curulis meminit *Cic. Verin. 4. c. 38.* Palam, inquit, de sella, ac tribunali pronuntiat: si quis &c. ¶ Forma tribunali fuit arcuata. *Vstr. l. 5. c. 1.* de Basilica Julia, quam ipse architectatus fuerat. Item tribunal est in ea sede hemicycli schematicis minore curvatura formatum. Ejus autem hemicycli in fronte est intervallum pedum quadraginta sex, introrsus curvatura pedum quindecim; uti eos, qui apud Magistratus starent, negotiantes in Basilica ne impedirent. ¶ Pro, vel de *tribunali* idem est ac in tribunali, quemadmodum dicimus pro *rostris. Cic. 3. Fam. ep. 8.* Idque pro tribunali cum aliquid ageretur, intelligi potuisse. *Id. in Proton. c. 5.* Pro Aurelio tribunali delectus servorum habebatur. *Sic Citare* aliquem de tribunali, h. e. sedendo in tribunali, *Cic. Ver. 7.* ¶ De tribunali porro ut tanquam Magistratus jus dixere, qui sellam curulem habebant, ut Consules, Prætores, Ædiles, Præfides in provinciis, & Proconsules: nam Tribuni, Quæstiores, Triumviri, & alii pro subfelliis sedebant, ut scribit *Affonius*. ¶ In cæcis quoque erat tribunal, ex quo Imperator jus dicebat, aut milites alloquebatur, quod olim de cæpite extruebatur.

Tacit. histor. 3. c. 10. Sensit ludibrium miles, disiectisque qui tribunatuebantur, &c. *Id. ib. l. 4. c. 25.* Concedit tribunatū Vocula, reprehensumque militem duci iussit. ¶ *Tribunatū nūmularium* dicitur, in quo qui sedet, pecunia corrumpi se patitur. *Senec. l. 1. de benef. c. 9.*

Tribunatus, us, m. *4. Tribunatus*, *ἑκαστοῦ*, *ἐκαστοῦ*, Magistratus, seu dignitas Tribunorum. Aliud fuit Tribunatus, aliud Tribunitia potestas. Nam Sylla Tribunatum non fultulit, sed Tribunitiam potestatem. Rursus Romani Imperatores Tribunatum non gessere, sed Tribunitiam potestatem sumperunt, ut *Dio* auctor est. Nam cum Plebeis fas esset solis Tribunatum gerere, religio Imperatoribus fuit Tribunatum sibi vindicare, cum Patricii essent: cum vero Tribuni Pl. sacrosancti essent, Imperatores sibi potestatem Tribunitiam usurpare, ut & ipsi sacrosancti essent, & inviolabiles. *Cic. de Am. De C. Gracchi autem Tribunatu quid expectem, non libet augurari. Id. 1. de Orat. c. 7.* Tribunatum petere. *Id. 11. Attic. ep. 9.* Inire tribunatum.

Tribunitius, a, um, *Tribunitia*, *ἐκαστοῦ*, quod ad Tribunos pertinet. *Cic. 2. de Or.* Cum Tribunitia potestas esset constituta. (de Tribunitia potestate V. in voce præced.) *Id. l. 2. Q. Fr. ep. 14.* Tribunitii candidati. *Id. pro Cluent. Spiritus Tribunitii.* ¶ Tribunitius dicitur qui Tribunatum gessit, quemadmodum Consulatus, qui Consulatum, Ædilitius, qui Ædilitatem. *Cic. 13. Phil. c. 14.* Qui Ædilitii? qui Tribunitii? qui Quæstori?

Tribunus, i, m. *Tribunus*, *ἑκαστοῦ*, Magistratus apud Romanos, inde dictus, quod qui primum hoc nomine appellati sunt, præerat Tribubus, qua ratione Curiones vocati, qui præerat Curis, hoc est decimæ Tribus cuiusque parti, teste *Africanus* in 3. *Verr. P. Pompeianus l. 2. de orig. juris*, §. 2. ita scribit: Dicti Tribuni, quod olim in tres partes populus divisis erat, & ex singulis singuli creabantur, vel quia Tribuum suffragio creabantur. ¶ Nomen Tribunorum antiquissimum est, atque una pene cum Urbe natum. Nam Romulus primum univertum populum in tres partes divisit, quas appellavit Tribus, & singulis partibus suos duces dedit, eosque Tribunos vocavit: deinde singulas Tribus in decem partes fecit, & effecit 30. partes minores, easque vocavit Curias, quibus assignavit suos Duces, nomine Curionum: tertio distribuit singulas Curias in decem partes, quas nuncupavit Decurias, singulis duces attribuit, iisque nomen Decurionum indidit. ¶ Tribunorum varia fuerunt genera, *Tribuni Celerum*, *Tribuni militum Consulari potestate*, *Tribuni ærarii*, *Tribuni Plebis*. De singulis habes infra.

Tribuni Celerum, *Capitani del corpo di guardia*, Magistratus quidam in Monarchia, qui præerat trecentis illis Celeribus Equitibus, qui Regis corpus custodiebant, & rem militarem cum Regibus curabant. Fuit antiquissimus omnium Magistratus. Nam ab ipso Romulo institutus est. *Pompon. de orig. juris, l. 1. Dig. tit. 2. l. 2.* Iisdem temporibus & Tribunum Celerum fuisse constat. Is autem Equitibus præerat, & veluti secundum locum a Regibus obtinebat; quo in numero fuit Junius Brutus, qui auctor fuit Regis ejiciendi. ¶ Diversus erat a cæteris Tribunis. Nam cæteri, qui tres erant, Tribubus præerat, unus Ramenibus, alter Tatiensibus, tertius Luceribus, sed hic tribus Centuriis Equitum, qui Celeres vocabantur, imperabat. Dicitur esse a similitudine aliorum Tribunorum. Ut enim duces Tribuum dicti Tribuni, quod præerat Tribubus, quæ tres erant, ita Tribunus Celerum ita appellatus, quod tribus Equitum Centuriis præerat. Hoc nomen retentum est usque ad institutionem Consulum. Nam postea Magistratus iste pro Tribuno dictus est Magister Equitum, & postremo Præfectus Prætorio. *Pompon. loc. cit.*

Tribuni Militares, duces legionum, qui peditibus legionum, non item equitibus, præerat. Dicti sunt Tribuni, auctore *Varrone*, quod ab initio terni essent, tum, cum legio ex tribus millibus consiciebatur, ex ternis, quæ tum erant, Tribubus, Ramium, Tatiensium, & Lucerum sumpti. ¶ Initio terni fuerunt, qui singuli mille peditibus præerat. Postea ut numerus peditum in legione auctus est, sic etiam Tribunorum militarium, ita ut a tribus ad quatuor, atque ab his ad sex pervenerint. Progressu temporis duodecim legi cæperunt, terni in singulas legiones, quæ quatuor erant. Deinde anno 441. quaterni in singulas legiones creati sunt, ut essent sexdecim. Interjectis inde temporibus, cum legio ex quinque millibus conscribi jam esset cæpta, ut sua factum ætate scribit *Polybius l. 6.* & postremo cum ex sex millibus, Tribuni militum ad quatuor legiones viginti quatuor, in singulas feni, lecti sunt. ¶ Ut Tribunorum militum numerus, sic eorum electio varia fuit. Modo enim ab exercitu Imperatore, modo populi suffragio creati sunt: quæ variata usque ad extrema Reip. tempora perduravit. Nam C. Cæsar, & M. Cato Tribunatum militum a populo obtinuerunt, teste *Suetonio*, & *Plutarcho*. Per eadem vero fere tempora Proconsul *Cicero* Tribunatum militum alteri dedit, & pro altero petiit, ut ipse scribit *ad Atticum*: Scaptius cum a me Tribunatum accepisset, quem ego ex Brutis literis ei detulisset, postea scripsit ad me, se uti nolle eo Tribunatum; & ad Cæsaarem: Huic ego neque Tribunatum, neque Præfecturam peto, benevolentiam tuam peto. ¶ Quoniam autem legiones scribi quotannis quatuor erant solite, quæ Consulibus ad bella prope quotidiana proficiscentibus traderentur, factum est, ut, quemadmodum quatuor legiones primæ cæteris, quæ post ad eas adjunctæ sunt, clariore fuerunt, sic qui his legionibus præerant, omnes aliarum duces honore antecesserint. Hi *Tribuni militum quatuor legionibus primis* sunt appellati. Propterea igitur præ cæteris celebrantur, quia maiore, quam cæteri, non quidem potestate, sed dignitate fuerunt. Unde *Tr. Mil. l. 11. primis* in veteribus quibusdam æneis legum tabulis legitur, teste *Sigon.* ¶ Tribuni militum fauces non præterere, quod ostendit *Livius* in seditione militari Scipionis apud Sucronem: Fugatis ex castris Tribunis, ad milites gregarios duos delatum omnium consensu imperium: qui nequam Tribunitius contenti ornamentis, insignia etiam summi imperii fauces, secureisque attricare ausi. *Appianus* Tribunos militares aureo anulo usos scribit, cum cæteri ferreo uterentur. ¶ Officium Tribunorum militarium erat in castris milites continere, & ad exercitacionem producere, vigiliis circuire, rei frumentariæ præesse, querelas commilitonum audire, valetudinarios inspicere, denique & dare, & observare castris omnia. ¶ Dividebantur in *Rufulos*, sive *Rutulos*, & *Comitiarios*. *Rufuli* erant, qui ab Imperatoribus in exercitu lecti fuerant, ita dicti a *Rutilio Ruso*, qui legem tulit de jure Tribunorum, quia Consulibus essent facti. *Comitiarii* dicebantur, qui a populo in Comitibus creati essent. *Africanus. Pædian. in Divin.* Tribunorum militarium duo sunt genera, primum eorum, qui Rutuli dicuntur. Hi in exercitu creati solent. Alii sunt Comitiarii, qui Romæ Comitibus designantur. *Festus. Pompeius*: Rufuli Tribuni militum appellabantur, quos Consules tacebant, non populus: de quorum jure quod *Rutilius Rufus* legem tulerat, qua eis cavebatur multis modis (sic enim elevarant eorum jus, at tunc elevarant, qui populi suffragio creabantur) *Rutuli* a cognomine *Rutilii*, ac post *Rutuli* appellati sunt.

Tribuni militum Consulari potestate, Magistratus Romæ, qui Consularem imperium obtinebant, & Consulum loco Rempublicam administrabant.

Eorum hæc origo narratur. Crebris seditionibus Plebis, quibus Consules de suo quoque corpore creati petebat, externis etiam bellis ingruentibus, Plebeque ipsa delectum pati negante, coacti tandem Patres sunt, ut aut civibus, aut hostibus de victoria concederent. Ab eorum sententia, qui Tribunos Plebis exde violandas putabant, primores Patrum abhorrebant. Per hæc consilia eo res deducta est, sententia C. Claudii, & T. Genutii fratris M. Genutii Consulibus, ut sex Tribuni militum, tres ex Patribus, & tres ex Plebe, Consulari potestate præditi crearentur, de Consulibus nihil immutaretur. Igitur anno U. C. 310. tres Tribuni militares creati sunt, qui Consularem potestatem haberent, & quidem ex Patribus, contentente Plebe. Plebs enim eoduntaxat contenta fuit, quod ejus ratio habita esse videretur. Progressu temporis modo tres, modo quatuor, modo sex, aliquando ex solis Patribus, aliquando ex Patribus, & Plebe fuerunt. Eandem habebant auctoritatem, quam Consules, & usque ad annum U. C. 396. perduraverunt. *Liv. l. 4.*

Tribuni Plebis, Magistratus Romæ, ex genere Magistratum minorum, & ordinariorum, non distimiliis iis, qui apud Lacedæmonios *Ephori* dicebantur, cujus officium erat injuriam omnem intercessione sua prohibere, & commoda Plebis adversus Patres tueri. ¶ Hic Magistratus hanc habuit originem. Plebs obfœneratorum avaritiam ære alieno oppressa sæpe postulavit a Patribus, ut contractuum obligationibus liberaretur, & impennero decepta, tandem A. U. 261. conspiravit, ne amplius patricos in bello, neque ulla alia in re adjuvaret: itaque fecisset in Montem sacrum, neque reduci inde potuit, priusquam ea obtineret, quæ jamdiu concupierat: inter quæ illud præcipuum fuit, ut Magistratus quotannis crearetur, qui Plebis jura defenderet, cæteris Magistratibus intercederet, & ne ipsi quidem supremo Consulari imperio parere teneretur. Qui in eum Magistratum lecti sunt, *Tribuni plebis* appellati. *V. Liv. l. 2.* ubi universam de secessione, & Tribunorum origine historiam pluribus narrat. ¶ Præcipua Tribunorum potestas fuit in intercessionibus. Intercedere autem nihil aliud erat, nisi prohibere, ne vis a cæteris Magistratibus Plebi fieret, vel ne aliqua lex ferretur Plebi inuisa. ¶ Tribunorum tanta fuit auctoritas, ut quicquid Senatus decrevisset, ita demum ratum haberetur, si Tribuni approbassent. Stabant ergo, politis subselliis, in vestibulo Curiæ, ubi habebatur Senatus, quia templum ingredi non licebat, & quæcumque Senatores decrevisset, Tribunis animadvertenda perferrebantur, ut, si pro Republica fore viderentur, approbarent, cætera ad arbitrium rejicerent. Si Senatusconsultum approbassent, T literam in tergo subscribebant, qua nota significabatur, ita Tribunos quoque censuisse. *Val. Max. l. 2. c. 2. n. 7.* ¶ Illud etiam observatum est inter Tribunos, ut, si cæteri omnes unam rem probassent, unus vero prohibuisset, plus cæteris omnibus polleret, eoique impedire possit. ¶ Ne vero unquam eorum potestas minui, aut violari a quocumque posset, statutum est, ut sacrosancti haberentur, ita ut qui vis injuriam intulisset, sacer esset, qua de re V. in *Sacrosanctus*. ¶ Nihilominus hanc potestatem L. Sylla Dictator debilitavit, iratus Plebi, quod contra se pro C. Mario bello civili stetit. Tulit enim, ne Tribunis Pl. legum ferendarum jus esset, neve iis, qui Tribuni Pl. fuissent, alios postea Magistratus capere liceret, ut scriptum est in *Appiani* historia. Tribunorum tamen jura post restituta sunt partim a Cotta, partim a Pompejo, & C. Cæso. ¶ Tempore Monarchiæ Cæsaeres Tribunitiam potestatem sibi assumere consueverunt. Nempe ut sacrosancti a populo haberentur, ideoque impune violari non possent. *Suet. in Aug. Tac. l. 3. Annal.* ¶ Si plura de Tribunis Pl. scire voles, cum eos adi, qui scripserunt de Magistratibus veteris populi Romani, tum imprimis Onuphrii Panvini commentarios in 1. Fast. & l. 2. commentariorum Reip. Rom.

Tribuni Ærarii, ordo quidam eorum, qui stipendium militare Quæstori Imperatoris perfollebant. Sic vocati sunt, non quia publicas pecunias conquirent (hoc enim, ut testatur *Varro l. 4. de L. L.* Quæstorium munus fuit) sed quod iis, ut ibidem *Varro* ait, a Quæstore ex ærario pecunia tribueretur, quam in stipendium militum erogarent. ¶ Horum ordo tuit perantiquus. Ejus enim neminit etiam *Cato apud Gell. l. 7. c. 10. Cic. 4. Catil.* Pari studio defendenda: Reipublicæ convicisse video Tribunos ærarios, scribas item universos.

Tribus, is, bui, butum, a. 3. *dare*, *ἑκαστοῦ*, Germ. *geben*, Gal. *ailler*, Hisp. *dar*, *δίδωμι*, do, largior, impertior, a *Tribus*. Tribus enim proprie dicitur, quod tributum exigitur, & in publicum confertur. Admittit quemcumque accusativum. *Cic. 1. Off. c. 5.* Suum cuique tribue. *Id. pro Mil. c. 34.* Tribuere misericordiam tortissimo viro, *aver compassionem*. *Id. pro Cæl. c. 12.* Tribuere silentium orationi alcuius, *prester silentio*. *Id. 2. de Orat. c. 11.* Tribuere honorem alcui, *pro onore*. *Id. 4. Fin. c. 6.* Tribuere gratiam inventoribus artium, *asperne grado, conoseeris obligatio*. ¶ Significat etiam deferre, æstimare. *Cic. 4. Acad. c. 4.* Quibus ille secundum fratrem plurimum tribuebat. *Id. 4. Fam. ep. 1.* Tantum tibi tribuo, quantum mihi arrego. ¶ Item concedere, permittere. *Id. 1. Tuscul. c. ult.* Hoc valetudini ejus tribuendum est. ¶ Item dividere, partiri. *Cic. de Orat. c. 4.* Rem in partes tribuere. Adde *de Clar. Or. c. 41. & 2. de Fin. c. 6.*

Tribus, us, l. *Tribus*, *τὴν*, una ex partibus maioribus Populi Romani. Dixi ex partibus maioribus, ut a Curia fecerent, quæ erat pars minor Populi. Nam Romulus primum divisit populum in tres Tribus, quæ alio nomine Centuriæ Equitum appellantur a *Livio l. 1.* deinde singulas tribus in decem partes distribuit, quas vocavit Curias: has vero rursus in decem partes, quas decurias appellavit. Itaque primo Tribus tres fuere, quarum una Ramenium, altera Tatiensium, tertia Lucerum fuit, ut legitur apud *Varron. l. 4. de L. L. & Africanus. Pædian. in 3. Verrin.* Et fortasse ab hoc ternario numero ductenda est etymologia hujus vocis: quamquam *Plinius*, & *Livius* censent dictam esse Tribum a tributis, quæ a populo Romano in Tribus divisio contebatur. ¶ Progressu temporis crescente civium numero, multisque aliis populis in civitatem Romanam allectis, aliæ subinde Tribus additæ sunt. Tarquinius enim Pricus sex fecit, Servius Tullus decem & novem, omnemque divisit in *Urbanas*, & *Rusticas*, illas ita appellando, quod in urbe essent, has quod in agro Romano. Postea vero Tribuum numerus usque ad triginta quinque auctus est, quarum nomina fuerunt, *Æmylia*, *Anienensis*, *Armenensis*, *Claudia*, *Collina*, *Cornelia*, *Crustumina*, *Esquiliana*, *Fabia*, *Falerina*, *Galeria*, *Læmonia*, *Mæcia*, *Menenia*, *Orculaniana*, *Palatina*, *Papiria*, *Pollia*, *Pomptina*, *Populicia*, *Pupinia*, *Quirina*, *Romilia*, *Sabarina*, *Scaptia*, *Sergia*, *Stellatina*, *Suburana*, *Terentina*, *Tromentina*, *Vejentina*, *Velina*, *Veturia*, *Uentina*, *Volturnia*. *Sigon. de ant. jur. Civ. R. l. 1.* At *Panvinius* pro *Orculaniana* Horatium substituit, dicens, *Orculanam* fuisse extra numerum. *P. Manlius* omnem substituit *Orculanam*, & *Veturiam*, adjungit *Papiam*, distinguit *Populiam* a *Popillia*, pro *Menenia* ponit *Mentianam*, pro *Vejentina* *Vejentanam*. Idem *Panvinius* recenset alias Tribus extra numerum 35. & sunt, *Ælia*, *Camilla*, *Cestia*, *Cluentia*, *Cluvia*, *Flavia*, *Julia*, *Minu-*

Minucia, Oericulana, Papi, Pinaris, Pumi, Sappinia, Tauria, Ulpia, Voturia, vel Veturia. Et addit, has decem, Æliam, Camillam, Cestiam, Cluentiam, Cluviam, Minuciam, Papiam, Pumi, Tauriam, Voturiam additas fuisse focali bello. Sed *Sigonius* dicit, multas tribus ex 35. duo habere nomina, & in lapidibus, ac veteribus libris appellari interdum nomine loci, interdum nomine gentis, vel familie. ¶ Hujusmodi nomina partim ducta sunt a locis ubi Tribus conlitatebant, ut *Suburana* a Subura regione urbis, *Palatina* a Palatio, *Lemonia* a pago *Lemonio* &c. partim ab iis, a quibus sunt institutæ, ut *Ulpia* a Trajano, qui fuit ex gente Ulpia, *Julia* ab Augusto, qui fuit ex gente Julia &c. partim denique ab illustrioribus quibusdam familiis, ut *Claudia*, *Papiria*, *Pavia* &c. De his omnibus nominibus singillatim mentio fit etiam fuis locis. ¶ Postquam Tribus censoribus permittit sunt, rusticæ honestiores urbanis esse cœperunt. Causa est, partim quia agrestium vita, quæ laboriosa est, vitæ urbanorum, quæ est plena otii, ac desidii, antelaboratur, partim quia Censores urbanas Tribus omni fordissimorum hominum genere, id est non solum artificibus, & turba forensi, sed etiam libertinis inquinaverant. Igitur a nobilibus, & ingenuis, non solum qui ruri vitam agebant, sed etiam qui urbem incolebant, in rusticas commigratum est. Eos enim pudebat numerari cum negotiatoribus, cum artificibus, cum turba forensi, cum libertinis. Hinc Censores, & cum novos homines in Tribus referrent, & cum aliquem ex veteribus civibus vellent honore afficere, in Tribus rusticas transferebant. Fuerunt autem Urbane tribus quatuor tantummodo, *Palatina*, *Æquilina*, *Collina*, & *Suburana*; reliquæ omnes rusticæ. *Plin. l. 18. cap. 3.* ¶ In Tribus referre jus Censorum fuit, postquam instituti sunt. hi enim poterant novas Tribus addere, & Cives de una in aliam transferre. Atque huc pertinet *Tribu movere*, h. e. ex Tribu nobiliori in ignobiliorem transmittere ignominie causa. *Cic. 2. de Orat. c. 67.* Africanus Censor tribu movebat cum centurionem, qui in Pauli pugna non affuerat. ¶ Quotiescumque ad nomen alicujus Civis R. Tribus etiam adscribitur, ejus nomen ponitur in ablativo sine præpositione, & fere cognomini præponitur. *Cic. in Ver. act. 1. c. 8.* Inventum tamen esse ex eadem familia Q. Verrem Ramilia, qui id se perfecturum polliceretur. h. e. ex Tribu Romilia. *Id. Phil. 9. c. ult. Ser. Sulpicius Q. F. Læmonia Rufus V. ipsum Cic. l. 8. Fam. ep. 8. & ibi Manut.* ubi multa habebis hujusve constructionis exempla. ¶ *Tribus explorare* est Tribuum tot suffragia obtinere, quot satis sunt ad honorem aliquem obtinendum. *Liv. l. 3. c. 64.* Cum præ studiis aperte petentium novem tribunorum alii candidati tribus non explerent, concilium dimisit. **Tributarius**, a, um, *tributarius*, ὑποθηκῶν, ὑποστρατής, solvendo tributo obnoxius. *Justin. l. 1. c. 7.* Sed civitates, quæ Medorum tributariæ fuerant. *Plin. l. 12. c. 1.* Et jam ad Morinos utique pervecta, ad tributarium etiam pertinens solum. ¶ *Tributaria necessitas*, est necessitas tributi conferendi. *Justin. l. 31. c. 2.* Antiochus sub specie tributaria necessitatis nocte temptum Elymæi Jovis aggreditur. **Tributum**, adv. ὑποθηκῶν, per singulas Tribus. *Cic. Att. l. 4. ep. 16.* Populo tributum domi suæ satisfecerat. *Horat. l. 2. sat. 1.* Primores populi arripuit, populumque tributum. **Tributus**, onis, f. distributio, divisio, partitio. *Ulpian. l. Procurat. ff. de tribut. ad Tributo* autem fieri debet pro rata ejus, quod cuique debetur. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 19.* Hanc ἰσσημίαν appellat Epicurus hoc est æquabilem tributionem. **Tributor**, onis, m. *datores*, qui tributum. *Apul. ad Aslep.* Mundus præstitor est, & tributor omnium, quæ mortalibus videntur bona. **Tributorius**, a, um, adject. ad tribuendum pertinens. Hinc tributoria actio apud *Jctos*, de quo *leg. 1. & passim toto tit. l. 14. ff.* **Tributum**, i, n. *tributum*, ἰμpositῶνε, ἐναυεσσα, εἰσφορά, τίλη, φόρος, pecunia, quæ a privatis Republicæ, aut Principi penditur. Quomodo differat a vectigali, V. in Vectigal. Apud Romanos triplex fuit tributum, secundum capita, secundum censum, & extra ordinem, seu temerarium, auctore *Festo*. Tributum secundum capita dicebatur, quod a singulis patribus, vel matribus familias tam pauperibus, quam divitibus equaliter conferebatur secundum numerum liberorum, quos in sua potestate habebant. Tributum ex censu erat, quod imperabatur a singulis familiis, habita ratione fortunarum. Tributum extra ordinem, quod & temerarium dicebatur, erat, cum propter periculi magnitudinem, qui habebant, quæcumque haberent, in commune conferebant, cujus generis fuit, quod collatum est statim post captam a Gallis urbem. Dicitur et temerarium, quia temere, hoc est nec cum ordine Tribuum, & familiarum, nec cum proportionem ad divitias conferebatur. ¶ *Ultero tributum*, quid sit, V. post vocem ultro. ¶ *Dicimus tributum conferre, pagar tributum.* *Cic. 2. Off. c. 21.* Tributum indicare. *Liv. l. 4.* Tributum imponere, irrogare, imperare, &c. *Ces. l. 3. B. C. Civ. Ver. 7. Plin. in Paneg. & al.* **Tributus**, i, m. idem ac tributum. *Plaut. Epid. 2. 2. 43.* Tributus major penditur. **Tributus**, a, um, adject. a Tribu, Tributa Comitia erant genus Comitiorum, quibus Cives Romani suffragium ferebant secundum Tribus, in quas distributi erant. Hæc vero Concilia verius, quam Comitia dicebantur, quod ex plebe tantum constabant, exclusis Patribus. Hinc *Liv. l. 2.* Insignem, inquit, annum maxime tributa comitia faciunt, res major victoria suscepti certaminis, quam usu: plus enim dignitatis comitiis ipsis detractum est, patribus ex concilio fummovendis, quam virum atto plebi additum, aut demptum Patribus. ¶ Hiscæ comitiis post annum U. C. 282. creabantur omnes magistratus minores, hoc est Tribuni plebis, Ædiles plebis, & Curules, Quæstores, Triumviri, itemque aliqui ex Sacerdotibus. Vide *Sigon. de ant. jur. C. R. l. 1. c. 17. & Panv. de Comit. Trib. &c.* **Tributus**, a, um, partic. a tribuo, is, *dato.* *Cic. 2. de Orat. cap. 11.* Honor mulieri tributus. ¶ Item divisus, distributus. *Id. 2. de Fin. c. 6.* Omnis vis loquendi in duas tributa partes. **Trica**, f. i. urbs Apulie Dauniz, eversa a Diomede una cum Atina. Hæc urbes in proverbium abiit pro nugis, rebuque futilibus, quod ignobilitates fuerint, nulloque negotio eversæ sint. *Plin. l. 3. c. 11.* V. voc. feq. **Tricæ**, arum, f. *triche*, φουζέλαι, λήρη, nugæ, res nugatoriz, ac frivolæ, res nihili, a *Trica* oppido ignobili Apuliz, vel ex eo, quod tricæ, si *Novio* credimus *cap. 1. n. 26.* sunt pili pedibus pulorum gallinaceorum involuti. *Plaut. Rud. 5. 2. 36.* L.A. Nummos trecentos. GR. **Tricas**. ¶ *Apine, tricæque*, proverbialiter usurpatur pro rebu futilibus, & nugatoriis, a duobus ignobilibus Apulorum oppidis, quæ Diomedes nullo negotio evertit, ut *Plin. l. 3. c. 11.* narrat. *Martial. l. 14. epigr. 1.* Sunt apinæ, tricæque, & si quid vilius istis. ¶ Translate tricæ dicuntur tum quævis res viles, tum impedimenta, sive quia res nugatoriæ, ac frivolæ impediunt negotia seria, sive quia translatio fit a pilis pulorum gallinaceorum pedes involventibus. *Plaut. Perf. a. l. 1. 2.* Ut me in tricas conjecisti! *Tuppi. apud Non. loc. cit. J. dicitur, lites, turbas, tricas, contentiones maximas. Cic. Att. l. 10. ep. 8.* Quomodo illa fert publicam cladem, quomodo domesticas tricas? *Tom. 11.*

Tricameratus. V. Bicameratus. **Tricæffes**, ium, m. populi Galliz Celticæ. V. Trecaffes. **Tricæstini**, m. populi Galliz Narbonensis, quorum tractus dicitur *le Tricæstin*, in provincia Delphinatus, versus Rhodanum fluvium. Eorum urbs est Augusta Tricæstina, *Saint Paul. Plin. l. 3. c. 4.* Hinc adjectivum *Silius l. 3. v. 466.* Jamque Tricæstinis incedit finibus agmen. **Tricca**, t. 1. *Tricca, Tricæla*, urbs Theſſaliæ, alias in Æthiote, ad Penæum fl. Gonno, & Pindo M. vicina. Dicitur esse a Tricca Penæi filia. Hic templum Æſculapii fuit. *Plin. l. 4. c. 8.* **Tricæzæ**, a, um, adject. ad Tricæam urbem pertinens. *Avien. in Arat. v. 206.* Tricæzi fidus stat nominis. **Tricæzæ**, a, um, τρεκαζαῖος, quod triginta continet, vel producit. *Var. l. 1. R. R. c. 2.* Nonne item in agro Faventino, a quo ibi tricæzæ appellatur vites, quod jegerum tricenas amphoras reddat? *Arnob. l. 2.* Quot vultis annos agens? vultis vicenarius? vultis tricenarius, Triceni, a, a, *trenta*, תריס, Ger. *je dreysſig*, Gal. *trente*, Hisp. *treinta*, τρεκαζαῖος, triginta, nomen numerale distributivum. *Auct. ad Her. l. 3.* Intervals locorum mediocria placet esse fere paulo plus aut minus pedum tricenum. *Horat. l. 2. od. 14.* Non si tricenis, quotquot eunt dies, Amice, places illacrymabilem Plutona tauris. Alii legunt *trecenis*. Sed *treceni* idem est ac *trecentesi*. *Plin. l. 9. c. 36.* Latent sicut murices circa Canis exortum tricenis diebus. **Tricennalia**, ium, n. solemnitas tricenisimo quoque anno celebrata. *Orosius l. 7. c. 28.* Instantinus tricennalibus suis Delmatium Cæsarem legit. **Tricennium**, ii, n. *spazio di trent'anni.* *Cod. Justinian. l. 7. tit. 3. leg. 1.* Possessio connumeretur in decennium, vel viginti annorum spatium, vel tricennium. **Tricenteni**. V. Trecenteni. **Tricentes**, adv. idem ac trecenties. *Martial. l. 3. epigr. 22.* Dederas, Apici, bis tricentes ventri. **Triceps**, iptis, o. 3. τρικέφαλος, quod habet tria capita, a *tricapitis*, per Synopen, ut *biceps bicapitis*. *Cic. in Orat. c. 48.* Quid in verbis junctis, quam scite insipientem, non insipientem, iniquum non iniquum, tricitem, non tricitem? *Id. 1. Tusc. c. 5.* Dic, quæso, num te illa terrent, triceps apud interos Cerberus? &c. *Ovid. 8. Met.* Tuque triceps Hecate. **Tricesimus**, a, um, *trigesimo*, τριακῶς δς, ultimus est triginta. *Cicer. Att. l. 6. epist. 1.* Tricesimo quoque die. *Horat. l. 1. sat. 9.* Hodie tricenisima sabbata. *Plin. l. 17. c. 23.* Ante tricenisimum sextum mensem attingit falce venturum. **Tricellus**, is, adject. valens tres decusses, hoc est asses triginta. *Var. l. 4. de L. L.* **Trichalcum**, i, n. τριχάλκον, moneta valens quartam oboli partem. *Vitruv. l. 3. c. 1.* **Trichias**, a, m. τριχία, genus piscis, quod *Gesner* putat esse idem ac *ſardella*. *Plin. l. 9. c. 15.* Intransitum Pontum soli non remeant trichiaz. **Trichila**, a, f. *pergola*. Ita dicuntur pergula compluviatæ vitium cucurbitarum, cucumerum, quas vulgo umbellas, & umbracula appellant, a *trichilis*, hoc est densus, sive spissus. Has describit *Sidon. l. 5. ep. 17.* cum ait: Sub umbra palmitis adulti, quam stipitibus allatis, cancellatimque pendentibus pampinus superducta tæxerat. *Virg. in Cops.* Et trichila umbriferis frigida arundinibus. *Colum. l. 10. v. 304.* At qui sub trichila manantem repit ad undam. **Trichillum**, li, n. τριχίλλον, vas tria habens labra, unde aqua effundi potest. Penultimam habet natura longam, quæ tamen corripit etiam possit, si altera ex diphongo α vocalis abjiciatur, quod *Poetis*, Græcis præsertim, est familiare. *Colum. l. 10. v. 378.* Tum modo pendens trichila, modo more cylindri Intortus cucumis. **Trichinus**, a, um, τριχίνος, pilis densus, & quasi impeditus, a *trixes*, quomodo Græcis pili appellantur. Generatim notat densum, sive spissum, quod ex eo conjicere est, quia pergulis indidire nemus trichilarum, quia *δασύφυλλοι*, id est densæ foliis. *Voss. in Trichile. Var. apud Non. c. 2. n. 864.* Quod nunc quæstus trichinus erat, nunc est uber, ut quæstus sit magnus. *Nonius* interpretatur tardum, & quasi impeditum, & siccum, vel sine succo, ut sunt capilli. **Trichitis**, is, f. τριχίτης, genus aluminis. *Plin. l. 35. c. 15.* Concreti aluminis uam genus schiuton appellant Græci, in capillamenta quædam canentia dehiscens. Unde quidam trichitin potius appellaverunt. Hoc fit e lapide, ex quo & chalcitin vocant, ut sit sudor quidam ejus lapidis in spumam coagulatus, &c. **Trichomânes**, n. τριχίμανός, herba capillamentis abundans, adianto similis, exilior modo, & nigrior, foliis lenticulæ amaris, & adversis inter se. *Plin. l. 17. c. 13.* **Trichordis**, de, adject. tres chordas habens. *Sidon. l. 5. ep. 5.* Novus Amphion in citharis trichordibus temperandis. **Trichorum**, i, n. *casa distincta in tre appartamenti*, τριχωρον, domus tripartita. *Stat. l. 1. silv. 3.* quid nunc ingentia mirer, Aut quid partitis distantia tecta trichoris? *Spartian. in Pescen. Nigr. c. 12.* Domus ejus hodie Romæ vistor, quæ appellatur Pescenniana, in qua simulacrum ejus in trichoro constituit. h. e. in uno ex trichoris ejus domus, ut quidem explicat *Cassaubon.* At *Salmasius* scribit, Trichora esse fastigia domorum acuminata, triangulari forma: veterum enim tecta omnia plana fuisse: deorum vero templa, itemque Imperatorum ædes honoris causa fastigiata fuisse, & simulacris insuper impostis ornata. *Trichorum* autem idem esse, quod *trichomânes*, hoc est triangulari forma factum: quæ quidem interpretatio non omnibus Eruditis placet. **Trichrus**, i, τριχίρως, lapis quidam in Africa. *Plin. l. 37. c. 10.* Trichrus ex Africa nigra est, sed tres succos reddit, a radice nigrum, medio sanguineum, summo candidum. **Tricies**, adv. *trenta volte*, τριακῶντάς, triginta vices. *Cic. 3. Ver. c. 38.* His nominibus folis Cn. Dolabellæ H. S. ad tricies litem esse æstimatam. *Liv. l. 28. c. 9.* Pecuniaz in ærarium tulerunt festertium tricies octoginta millia æris. **Tricinium**, ii, n. *canto di tre voci.* *Symmach. l. 1. epist. 47.* Tricinium femivolucrum puellarum. h. e. trium Sirenum cantus. **Triclinarius**, V. Triclinarius. **Triclinarches**, & **Triclinarcha**, a, m. τρικλιναρχος, servus convivio præpositus, & totius tricliniaris ministeri curator. *Petron. in Satyr. c. 22.* Jam triclinarches expectectus lucernis occidentibus oleum intulerat. Adde *Inscript. apud Gruter. pag. 474. n. 4.* **Tricliniâris**, & te, o. 3. τρικλιναῖος, quod ad triclinium spectat. *Plin. l. 37. c. 2.* Lectos tricliniâres tres, vasa ex auro, & gemmis abacorum novem. *Var. apud Non. c. 15. n. 14.* Apothecæ tricliniâres. **Tricliniarius**, a, um, adject. idem quod *Tricliniâris*, ut *Tricliniaria stragula*, *operte de lecto*, quibus tricliniâres lecti Ænebantur. *Plin. l. 8. c. 48.* Metellus Scipio, tricliniaria Babylonica H. S. octingentis millibus veniit, posuit in Capitonis criminibus. *Id. l. 9. c. 39.* Quæ purpura (dibapha Tyria) quis non jam tricliniaria facit? Hoc loco quidam non stragula, sed vestimenta cœnatoria intelligunt. Utrobique autem alii leg-

trichlinaria, quod idem est. *Inscrip. apud Gruter pag. 576. n. 6.* Trichlinaria fervens. ¶ Trichlinaria, absolute sunt loca in ædibus ad cœnandum apta. *Var. l. 1. R. r. c. 13.* Hi laborant, ut spectent sua æstiva trichlinaria ad frigus orientis. Hic quoque alii *trichlinaria*.
 Triclinium, n. *trichlinio, τριχλινιον*, lecti, & reliquus apparatus ad cœnandum. Nomen triclinio legitur numerus τὸν κλιῶν, h. e. lectorum, quia Romani pransuri, vel cœnaturi τρεῖς κλιῶν, hoc est tres lectos sternerent, quibus incubantes cibos sumerent. *Horat. l. 1. ferm. sat. 5.* Sepe tribus lectis videas cœnare quateros. *Juven. sat. 5.* Tertia non vacuo cessare culectia lecto. *Serv. in l. Æn. v. 698.* Antiqui stibadia non habebant, sed fratris tribus lectis epulabantur. Unde & triclinium sterni dicitur. Sic *Cicero*: Sterni triclinia & in foro jubebat. Unde apparet errare eos, qui triclinium dicunt ipsam basilicam, vel cœnationem: Hæc *Servius*, qui tamen fallitur, cum negat pro loco domus cœnatorio accipi, ut infra videbimus. *Par. de R. R. l. 3. c. 13.* Erat locus celsus, ubi triclinio posito, cœnabamus. *Petr. l. 10. c. 6.* In eis tricliniis quatuor fratris. ¶ Nonnunquam tamen duo tantum lecti erant. Unde biclinii nomen apud *Pisum*, ex Latino bis, & Græco κλίη. V. suo loco. ¶ Porro hi lecti, si unum tantum hominem caperent, dicebantur scimpodia. V. *Scimpodium*. Interdum & duos capiebant, quales non pauci cœnauerunt Romæ in lapidibus antiquis, in quibus maritus, & conjux arcumbentes cœnant. Erant & qui tres, quatuor, quinque caperent. Postquam autem mentæ citreæ, quæ rotundæ, in honore magno apud omnes esse cœperunt, pro tribus lectis usi stibadio sunt, quod & signa appellabatur. V. *Stibadium*, & *Signa*. Metonymice triclinium accipitur etiam pro conclavi discubitorio, seu loco, in quo discumbent, & cœnabant. *Cic. Att. l. 13. epist. ult.* Villa ita completa multibus est, ut vix triclinium, ubi cœnaturus ipse Cæsar esset, vacaret. *Manil. l. 5.* Nunc iam luxuriz pars, & triclinia emittit. Concertant. *Quintil. l. 11. c. 2.* Vix eo limen egresso, triclinium illud supra convivas corrui. ¶ Cætera de triclinio, & convivorum apud veteres ritu vide apud *Philandri*, in *Utruv. Hieronym. Mercurialis. l. 1. de Gymnast. c. 11.* & *Cicconianis*, ac *Fulvium in tract. de triclinio*, item *Juul. Lipium, lib. 3. antiq. lecti.* & *Struckium, in convulvibus*.
 Trico, onis, m. *contenziojo litigatore, epist. 8.* contentiosus, litium, vel rixarum amans. *Non. c. 1. n. 86.* interpretatur morosus, & durum ad reddendum. *Lucil. apud Non. ibid.* Luciu' Cotta senex, Crassi pater huju' Panati Magnus trico tui nummarii, solvere nulli Lentus. *Jul. Capitol. in Vero, c. 4.* Et commiseratur cum triconibus, & committeret rixas.
 Tricoccus, i, m. *τελικωκω, girasole*, heliotropium majus, apud *Plin. l. 22. c. 21.* A *Dioscorido* vocatur scorpiuron, quia semen fert scorpionis caudæ non dissimile.
 Tricolum, n. *τριχλωρ*, periodus tribus membris constans. *Sen. l. 2. controv. 12.* Hanc controversiam cum declamaret Maximus, dixit quasi tricolum tale, qualia sunt, quæ basilicam in eitant. Adde *h. q. controv. 25.*
 Triconis, ii, m. cognomen Novelli Torquati Mediolanensis, tribus congis vini epotis, spectante Tiberio principe. *Plin. l. 14. c. 22.*
 Tricor, aris, d. n. *cianciare*, Ger. *zyler*, Gal. *caqueter*, Hisp. *desvariaz*, *Αρριω, Φλαρρω*, nugar, nuzas ago. Alii exponunt perplexe, & involute loqui. *Cic. Att. l. 14. ep. 19.* Publii tunc tecum tricatus est. *Id. eist. l. 15. ep. 13.* Tricatur scilicet ut homo talis.
 Tricorniger, a, um, adject. tria cornua gerens. *Auson. in Technopagn.* Furca tricornigera specie nec ultima sum.
 Tricornis, & ne, o. 3. *di tre corni, τρικερον*, quod tria habet cornua. *Plin. l. 8. c. 21.* Indicos boves unicornes, tricornesque.
 Tricorpor, oris, o. 3. *τρικορω*, quod tria habet corpora. *Virg. 6. Æn. v. 289.* Et forma tricorporis umbræ, idest Geryonis. *Sil. l. 3. v. 422.* Geryonis petere cum longa tricorporis arva.
 Tricofus, a, um, adject. fallax, tergiversator, qui tricator. *Lucil. apud Non. c. 2. n. 84.* Hic tricofus, bovinatorque, ore improbu' duro.
 Tricuspis, idis, adject. *tricuspidate, τριχλωρον*, quod tres habet cuspides. *Ovid. 1. Met. v. 330.* Positoque tricuspide telo Mulcet aquas rector pelagi.
 Tridacna, orum, n. pl. genus ostreorum, a *tris, ser*, & *δακνω, mordere*. *Plin. l. 32. c. 6.* Nepon inter nos nepotis cuiusdam nomenclator tridacna appellavit, tantæ amplitudinis intelligi cupiens, ut ter mordenda essent.
 Tridens, entis, m. *tridente, forcione, טרידנט, Germ. drey zinken bar*, Gal. *a trois dents*, Hisp. *de tres dientes, τριδων*, ferramentum tres habens dentes, sive cuspides. *Plin. l. 9. c. 15.* Thyoni a gubernaculis non separantur, ne tridente quidem in eo læpius iactò terenti. ¶ Ab hac forma Poetæ peculiariter Neptuni sceptrum tridentem appellarunt. *Virg. 1. Georg. v. 13.* Cui prima frementem Fudit equum magno telus percussa tridente. ¶ Adjective *Valer. Flac. l. 1. v. 687.* Volat immixtis cava pinnus habentis, Infunditque salum, & spumas vomit ære tridenti.
 Tridentifer, ra, tum, *τριδεντης*, qui tridentem fert, quo nomine Neptunus cognominatur a Poetis. *Ovid. 8. Met. v. 596.* O proxima terræ Regna vagæ, dixi, fortite Tridentiter undæ.
 Tridentiger, ra, tum, idem ac tridentifer. *Ovid. 11. Metam. v. 203.* Cumque Tridentigero tumidi Genitore profundi, idest Neptuno.
 Tridentinus, a, um, adject. ad Tridentum pertinens, ut Tridentinæ Alpes, apud *Plin. l. 3. c. 16.* ¶ Tridentini, orum, Tridenti incolæ. *Plin. l. 3. c. 19.*
 Tridentipotens, entis, qui tridente potest; esseque epitheton Neptuni. *Sil. l. 15. v. 159.* Dive tridentipotens, cuius maria ire per alta Ordinur.
 Tridentum, n. 2. Tridente. Ital. *Trento*, Ger. *Trient*, Gal. *Trente*, urbs Genomanorum Venetiæ, in Rhætia propria, in Comitatu Tyrolensi, ad Athesim fl. in valle, inter altissimos montes. Ibi Concilium Oecumenicum indictum est anno salutis 1545. anno 4. Olympiadis 580. sub Pio IV. Pop. Tridentini.
 Triduanus, a, um, *di tre giorni, τριημερος*, quod est trium dierum. *Apul. l. 10. A. A.* Munus gladiatorum triduani spectaculi pollicitus.
 Triduum, i, n. *spazio di tre giorni, τριημερος*, spatium trium dierum. *Terent. Andr. 2. 6. 9.* Nihil hercle, aut ii adeo, bidui, aut tridui est hæc sollicitudo. *Cic. 2. de Leg. Cotta* cenat habendas triduum ferias, & porco foemina piaculum pati. *Id. pro Mil.* Clodius respondit, triduo illum, ad summum quadriduo periturum.
 Triennium, ii, n. *triennio, τριετια*, spatium trium annorum. *Cic. 4. Verr.* Triennium provinciam obtinuit. *Id. ad Q. Frat. l. 1. ep. 1.* Præclarum est enim summo cum imperio fuisse in Aïa triennium. ¶ Interdum dicitur de festis triennialibus, quæ Græcis trieterica. *Ovid. 9. Met. Iliariz* celebrant repetita triennia Bacchæ.
 Triens, entis, m. *τριημερος*, genus nummi, tertiam partem assis valens, idest quatuor uncias. *Juven. sat. 3.* Nec habet intelix, quem porrigat ore trientem. ¶ Sumitur etiam pro tertia parte cuiuslibet rei, ex. gr. hæreditatis, imperii, &c. Nam veteres universam hæreditatem ex duodecim partibus, assis instar, consistare volebant, eamque assim appellabant. *Cic. Att. l. 7. ep. 8.* Dolabellam video Li-

væ testamento cum duobus cohærentibus esse in triente. ¶ Item pro tertia parte iugeri, seu uncis quatuor. Dividebatur enim iugerum, ut as, in uncias duodecim. *V. Col. l. 5. c. 1.* ¶ Item pro tertia parte, idest quatuor uncis, seu pollicibus. Nam in mensuris, teste *Budæo*, uncia accipitur pro pollicibus, duodecim autem pollices constituunt pedem. Unde trientialis materia dicitur, quæ est crassitudine tertie partis pedis, seu quatuor unciarum, seu quatuor pollicum. V. Trientalis. ¶ Item pro calice quatuor continente cyathos. *Propert. l. 3. eleg. 10.* Cum fuerit multi exacta trientibus hora. *Martial. lib. 10. epigr. 49.* Cum potes Ametylitinos trientes.
 Triental, alis, n. poculum tertiam partem sextarii capiens, ita dictum, quod esset trientis capax, idest quatuor cyathorum. *Perf. sat. 3. v. 100.* Calidumque triental Excudit e manibus. Al. leg. *trien em*.
 Trientalis, & le, o. 3. *τριημερος*, quod trientem continet, ut Herba trientalis, quæ altitudinè æquat tertiam partem pedis, h. e. pollices quatuor. *Plin. l. 27. c. 5.* Plenum sunt, qui hemionem vocant, foliis trientalibus multis, radice liuosa, &c. *Utruv. l. 10. c. 6.* De materia trientali scapos quatuor compegit.
 Trientarius, a, um, adject. qui trientem continet, ut Trientariæ usuræ, quibus quaterna annua pro centum penduntur, pro di quattuor per cento. *Capitolin. in Pio, c. 2.* Fœnus trientarium, hoc est minimis usuris exercuit, ut patrimonio suo plurimos adjuvaret. Adde *Lamprid. in Alex. Sever. c. 21.*
 Trientius ager dictus est, qui pro tertia parte pecuniæ venditus est. *Liv. l. 31. c. 13.*
 Trietarchus, i, m. *τριηταρχης*, Præfessus trientis, a *τριης, trientis*, & *αρχη, principatus*. *Cic. 3. Ver. c. 20.* Se se, cum esset Trietarchus, &c. *Tac. 2. hist. c. 16.* Trietarchum Liburnicum navium interfici iubet.
 Trietris, is, f. idem quod trientis, *τριητης*. Neptus in *Alciadi. c. 4.* In trientem, quæ ad eum deportandum erat missa, ascendit. Pierique legunt *trivremis*.
 Trietericus, a, um, *di tre anni, τριεταεις*, quod est triennale, vel quod tertio quoque anno fit, a *τρις, tres*, & *ετος, annus*, ut Nox trieterica. *Sat. 2. Theb.* Nox est trieterica vobis, Non patrio de more venit. ¶ Trieterica sacra, sive Trieterica Orgia, fuere sacra Bacchi, quæ tertio quoque anno sumptuosior: annus ejus Orgis agitabantur. Inlicita sunt, cum ex India victor Liber Pater redisset, & appellata a triennio, quo peregrinatus est. *Virg. 4. Æn. v. 302.* Thyas, ubi audito stimulant trieterica Baccho Orgia, nocturnusque vocat clamore Cithæron. *Ovid. 6. Met.* Tempus erat, quo sacra solent trieterica Bacchi Sithoniz celebrare nurus.
 Trietris, idis, f. *spazio di tre anni, τριεταεις*, spatium trium annorum. *Martial. l. 6. epigr. 38.* Aspicias, ut parvus, nec a thuc trieteride plena Regulus auditum laudet & ipse patrem. ¶ Sumitur etiam pro lecto, quod tertio quoque anno celebratur. *Cic. 3. de nar. Don. c. 23.* de *Baccho*: Quintum Niso natum, & Thione, a quo trieterides constitutæ putantur. *Sat. l. 4. Theb.* Ludus, & atra sacrum recolet trietris Ophestem.
 Trifarlam, adv. *in tre parti, o modi, τριμερος*, tribus partibus tribus modis. *Liv. l. 3. c. 22.* Ita trifariam adortus castra circumvenit. *Il. l. 5. c. 26.* Trifarlam Roman muniebant. *Sueton. in Vitel. c. 13.* Sed vel præcipue luxuriæ, lævitateque deditus, cupulas trifariam semper, interdum quadrariam disperthebat.
 Trifarrie, adv. idem quod trifariam, usurpatur a *Diomed. Grammat. l. 1. sub fin. cap. de declin. mascul.* & præterea legitur in quodam libello de progenie *Augusti*, quem quidam putant *Messale Corvini* esse.
 Trifarrius, a, um, adject. *di tre font, o manere*. *Solin. c. 27.* (al. 40.) Quorum trifarium genus scinditur. Ita codices quidam, sed alii *trifarum*. *Cassiod. l. 5. var. epist. 40.* Instructus trifarius linguis. hoc est trifarius.
 Trifaticus, a, um, adject. *Auson. in Gryppo, v. 35.* Trifaticæ Sibyllæ. *Trifaticas* appellat, quia Veteribus tres præcipue cognite fuerunt, Cumæa, Erythraea, & Cumina. A ii tamen leg. *tr s fatidice*.
 Trifaucis, ucis, o. 3. *τριφυκτος*, tres fauces habens. *Virg. 6. Æn. v. 417.* Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci Persuot.
 Trifur, acis, telum longitudinis trium cubitorum, quod c. tapulta mittitur. *Enn. apud Fest.* Parius percussus trifurci.
 Trifer, a, um, *τριφυς*, quod ter quotannis fructuum producit. *P. n. l. 16. c. 27.* Vites quidem & triteræ sunt, quæ ob id infanas dicunt, quoniam in iis alia maturescunt, alia turgescunt, alia florent. *Col. l. 5. c. 10.* Omnes etiam biferæ, & triferæ.
 Trifidus, a, um, *τριφυλος*, quod in tres partes dividi potest, ut *Hæsta trifida*, *Cuspid trifida* Neptuni, idest tridens: *Flamma trifida*, idest fulmen trifidum, ab antiquo *fido* pro *fido*. *Ovid. 2. Met. v. 325.* Najades Hesperiz trifida fumantia flamma Corpora dant tumulo. *Claudian. l. 2. de expt. Proserp. v. 181.* Trifida cuspid Neptuni.
 Trifilis, l: adject. tria fila habens. *Martial. l. 6. epigr. 74.* Medio recumbit imus ille qui in lecto, Calvam trifilem segmentatus argento. h. e. calvam tria tantum fila, seu capillos, vel admodum paucos capillos habentem.
 Trihnum, ii, n. *τριηνη*, ubi trium agrorum terminus est. *Siculus Flac. de condit. agr. pag. 16.*
 Trifidulus, le, adject. qui tripliciter finditur, trifidus. *Auson. epig. 128.* (al. 120.) ¶ Dicit esse: nam trifidulus forma est.
 Trifolinus, seu Tripholinus, m. 2. *Monte di S. Martino*, mons Campaniæ, Neapol' imminens, sic dictus a trifido copia. Ibi optimum vinum provenit.
 Trifolinus, a, um, quod ad Trifolinum M. spectat. *Juvenal. sat. 9. v. 56.* Te Trioi ius ager fœcundis vitibus implet. *Martial. l. 13. epigr. 114.* Non sum de primo, fateor, Trifolina Lyæo, Inter vina tamen septima vitis ero.
 Trifollium, ii, n. *trifoglio, τριφυλλον*, herbæ genus, ita dictum a tribus foliis, quibus constat. *Plin. l. 21. c. 9.* folio coronat, & trifolium. Tria ejus genera, minyanthes vocant Græci, alii asphalion, majore folio, quo utuntur coronarii, alterum acuto, oxytriphylon, tertium ex omnibus minutissimum, &c.
 Triformis, & me, o. 3. *triforme, τριμορφος*, quod tres habet formas, ut *Canis triformis*, idest Cerberus; *Des triformis*, idest Hecate, sive Diana, sive Luna, sive Lucina. *Horat. l. 3. od. 22.* Quæ laborantes utero puellas Ter vocata audis, admissique letho Diva triformis.
Triumphus, is, m. *τριυμψος*, genus honoris, qui haberi solitus est iis, qui imperium a Populo acceptum summa cum virtute, ac felicitate administrassent, nimirum ut domum redeuntes magna cum celebritate, & pompa in Urbem ingrederentur: ductum a voce Græca alata, ut *Varro. l. 5. de L. L.* docet. *Cic. in Verr. 7.* Triumphum agere de aliquo. *Id. pro Balb.* Triumphum habere. h. e. triumphare. *Id. Verr. 7.* Per triumphum aliquid ducere, *menar' in trionfo.* *Plin. l. 9. c. 43.* Ducere aliquid in triumpho. ¶ Translate *Cic. Fam. 3. ep. 10.* Agere triumphum iustissimum ex inimicis. ¶ Triumphus honorum omnium amplissimus fuit, qui suffragio, aut studio civium deferrentur. Ut autem imperium mandatum est Consulibus, Prætoribus, Dictatoribus, & privatis hominibus, iisque item omnibus prorogatum est, sic Consules, Dictatores, Prætores primum, deinde etiam reliqui triumpharunt. Igitur si qui de triumpho postulando cogitarent, aliquandiu ad Urbem manebant, licitores, tascisque laureatos habebant; Senatu in eadem Bellonæ evocato, res a se gestas exponente: denique triumphum petebant. Decreto inde a Senatu triumpho, quoniam sine imperio triumphare nemo poterat, qui sine Magistratu Urbem triumphii causa iniri erant, eis legem de imperio ferre necesse erat, id est ut eo die, quo Urbem inirent, cum imperio essent. ¶ Conditiones de triumpho varæ fuerunt. Prima fuit, *Nequis triumpharet, nisi quinque milia hostium una acie cecidisset.* Unde lex extitit, quam L. Marius, & M. Cato Tribuni Pl. tulerunt, qua pœnam Imperatoribus minati sunt, qui aut hostium occisorum in prælio, aut amissorum civium saluum numerum ad Senatum scripissent, & iusserunt, eos, cum primum ad Urbem accessissent, apud Quæstores urbanos jurare, de utroque numero vere se ad Senatum scripisse. Altera fuit, *Ne qui pro altero rem gessisset, sed is, cujus auspiciis res gesta esset, triumpharet.* Quod exemplo Q. Valerii Prætoris, & Q. Luatii Consulis, bello Punico primo, confirmatur. Tertia, quæ more potius retenta, quam lege observata videtur, *Ne pro recuperato, sed pro aucto imperio triumpharetur.* Hinc Q. Fulvio Consuli de Capua recepta, & L. Opimio Prætori de Fregellis in ditionem reductis triumphus negatus est. Quarta, *Ut de externis hostibus, non de civibus triumphus ageretur.* Quo factum est, ut neque L. Sylla de inimicis suis, neque Q. Catulus Consul de M. Lepido, neque C. Antonius de L. Catilina, quamquam illi adversus Rempublicam steterant, atque arma tulerant, triumpharint. ¶ Pompa triumphii, quamquam alia aliis temporibus pro rerum, ac victoriarum conditione fuit, tamen in hoc vere fuit semper eadem, ut senatus, qui ad portam obviam prodierat, ante iret: tum spolia de hostibus capta, & præda omnis auri, atque argenti, & oppidorum captorum simulacra, & captivorum hostium duces victi subsisterent: tum Imperator auratis quadrigis, laurea coronatus, dextra lauri ramum tenens, os minio illitus, bulla ornatus, vestibus triumphalibus indutus, idest tunica palmata, & toga picta, veheretur: currum vero Legati, & Tribuni militum in equis, & pedibus exercitus omnis victor laureatus cum cantu, & clamore affectaretur. Hanc vero pompam Imperator ex Urbem in Capitolium ducebat, ibique taurum immolabat, ac splendidum convivium apparabat. Ad vesperam positus imperii insignibus domum omnino privatus se referebat, tibiis, & fistulis præcinentibus. *Cic. in Pison.* Differis de triumpho. Quid tandem habet iste currus? quid vincit ante currum duces? quid simulacra oppidorum? quid aurum? quid argentum? quid Legati, & Tribuni in equis? quid clamor militum? quid tota illa pompa? quid vehi per Urbem? *Liv. l. 33. de Flaminiis triumpho Macedonico*: Triduum triumphavit. Die primo arma, tela, signaque ærea, & marmorea transtulit: secundo aurum, argentumque factum, insectumque, & signatum: tertio die coronæ aureæ, dona civitatum, translate 114. & hostiæ duæ, & ante currum multi nobiles captivi, obsideque, inter quos Demetrius Regis Philippi filius fuit. Ipse deinde Quinctius in Urbem est investus, milites lecti cur-

rum frequentes, ut ex omni provincia exercitu deportato. His ducenti quinqueviginti æris in pedes divisi, duplex centurioni, triplex equiti. ¶ Fuit & aliud triumphii genus, quod speciali nomine *Ovario* appellabatur, de quo V. suo loco. De utroque autem plura V. apud *Sigon. l. 1. de jure ant. Civ. R. c. 22. & de ant. jure Provin. l. 2. c. 10. & Manu. de legib. Rom.*

Triumvir, iri, m. 2. *Τριυμυρο*, *δεις των τριων αρχων*, unus ex Triumviratu. Romæ Triumviri multiplices fuerunt, Triumviri Epulones, Triumviri capitales, Triumviri mensarii, seu monetales, Triumviri nocturni, Triumviri agrarii, seu Coloniarum deducendæ, Triumviri Reipublicæ constituendæ.

Triumviri Epulones, qui postea Quinquéviri, ac ultimo Septemviri, fuerunt Sacerdotes, qui Jovi, cæterisque Diis epulas instruebant. *V. Epulones. Liv. l. 33. c. 42.* Romæ eo primum anno (idest 557.) Triumviri Epulones facti, C. Licinius Lucullus, T. Romulejus, qui legem de creandis his tulerat, & L. Porcius Lecca: His Triumviri item, ut Pontifici, lege datum togæ prætextæ habendæ jus.

Triumviri capitales, erant tres viri Magistratu ornati, qui carceris custodiam habebant, ut, cum animadverti oporteret, interventu eorum fieret. Creati sunt post Prætorum Peregrinum, eo tempore, quo Centumviri litibus judicandis, Quatuorviri curandarum viarum, Triumviri monetales. *Pompon. l. 1. Digest. tit. 2. l. 1.* Meminit etiam *Sigonius l. 1. de ant. jure C. R. c. 20.* Sunt, qui hunc Magistratum eundem esse censent, atque Magistratum Duumvirorum capitalium, qui a Tullo Hostilio originem habuere. Sed differebant. Nam Duumviri semper binario numero creati sunt, deinde exercebant iudicium de perduellione, denique rarissime creati sunt, idest in causa P. Horatii, in iudicio M. Manlii, in iudicio C. Rabirii, ac postremo vetustate evanuerunt, ut docet *Sigonius l. 2. de ant. jure C. R. c. 18.* at vero Triumviri capitales tres semper fuerunt, nullum iudicium exercere, sed tantum carceri præerant, denique perpetui erant in Republica. *Cic. in Or. c. 46.* Plaque *Duorum virorum iudicium*, aut *Trium virorum capitalium*, aut *Decemvirorum litibus judicandis* dico nunquam. Sententia est, in genitivo plurali usitatus dici *Duumvirum*, *Triumvirum*, *Decemvirum*, per Syncope. *Val. l. 5. e. 4. n. 7.* Sanguinis ingenui mulierem Prætor apud tribunal suum, capitali crimine damnatam, Triumviro in carcere necandam tradidit. *Et infra.* Quæ tam admirabilis spectaculi novitas ab ipso ad Triumvirum, a Triumviro ad Prætorum, a Prætorum ad concilium iudicum perlata remissionem pœnæ mulieri impetravit.

Triumviri mensarii, seu monetales, fuerunt tres viri Magistratu præditi, æris, argenti, auri fautores, quorum erat diligentia numismata ære, argento, auro fabricari. Instituti sunt eodem tempore, quo Triumviri capitales. *Pompon. l. 1. Dig. tit. 2. l. 2.* Meminit & *Sigonius l. 1. de ant. jure C. R. c. 20.* Diversi erant a Magistratu Quinquévirorum mensariorum. Nam Quinquéviri mensarii quinque viri erant, hi tres, deinde Triumviri monetales pecuniæ conflandæ, & percipiendæ præerant. Quinque viri mensarii creati sunt ad æs alienum Plebis Romanæ dissolvendum, quo illa pene obruta erat improbitate feneratorum: dictique sunt, eo quod ad mensas federent, & pecuniam dispenfarent. Sed alii ferunt, Triumviros mensarios & numularios, & monetæ omnis generis, ac formæ curibus præfuisse. Inscribebantur his notis, A. A. F. F. hoc est, auro, argento, ære stando, feriundo. *Liv. l. 23.* Et Romæ quoque propter penuriam argenti Triumviri mensarii rogatione Minucii Tribuni Plebis facti, L. Æmilius Papus, qui Consul, Censorque fuerat, & M. Attilius Regulus, qui bis Consul fuerat, & L. Scribonius Libo, qui tum Tribunus Plebis erat.

Triumviri nocturni, fuerunt qui Urbis curam nocte gererant. Non multo tempore post rogationem Duumvirorum classis restituentæ, quæ facta est eo anno, quo App. Claudius Cæcus Censuram gessit, M. Valerius, & P. Decio Cofs. creati sunt, ut ab iis, diffideli bellorum, & civilium seditionum tempore, muri, custodiisque portarum per milites stationarios munirentur. Id etiam eorum curæ injunctum est, ut & nocturnas seditiones a civibus arcerent, & quies Urbi fervaretur. Hujus Magistratus partes in officium Præfecti Vigilum demum traductæ sunt. *Pompon. l. 1. Dig. tit. 15. leg. 1. & Liv. l. 9. e. ult.*

Triumviri agrarii, seu Coloniarum deducendæ, dicti sunt, qui Plebem Romanam in agros hostibus ereptos, cum eo Colonias mitti placeret, deducebant. Sed modo Triumviri, modo Quinquéviri, modo Septemviri, modo Decemviri, modo Vingtiviri agris dandis, vel Coloniarum deducendæ creati sunt. *V. Sigon. l. 2. de ant. jure Ital. c. 2.* Creabantur Comitibus Tributis, omnibus Tribubus advocatis. Quæ Rullo vitio vertit *Cicero 2. Agr.* quod Decemviro suos per decem, & septem Tribus forte educas crearet. Atque his quidem Comitibus Magistratum tantum, id est potestatem, ac jurisdictionem accipiebant, imperium vero, id est belli gerendi facultatem, Curiatibus. Imperio autem opus fuit, quod sub vexillo colonos, tanquam exercitum, deducerent. ¶ Pertinebat ad hujus Magistratus officium, ut & agros novis Colonis dividèrent, & urbes designarent, & ædificare volentibus areas partirentur, & commodis regionibus urbem distingerent, & legibus, Magistratibusque civitatem fisterent, & ad precipium optimi gubernaculi Rempublicam effingerent. *Liv. l. 3.* Triumviros agro dando creant T. Quintium, A. Virginium, P. Furium.

Triumviri Coloniarum, qui fere Duumviri, interdum Quatuorviri, erant Magistratus prope Consulatus, aut Prætorum compar, qui Colonias gerebant. Hi etiam Triumviri, aut Duumviri, aut Quatuorviri iure dicendo appellabantur. Horum Triumvirorum mentio fit in quibusdam veteribus lapidibus, quos asserit *Sigon. l. 2. de ant. jure Ital. c. 4.*

Triumviri Reipublicæ constituendæ fuerunt C. Octavius, M. Antonius, & M. Lepidus, hoc enim nomine dominationis suæ confilia regebant. *Nepon in Att. c. 12.* M. Antonius triumvir Reipublicæ constituendæ.

Triumviralis, & le, o, 3. quod ad Triumviros spectat. *Hor. Ep. 4.* Sectus flagellis hic Triumviralibus Præconis ad fastidium. h. e. Triumvirorum capitalium. *Senec. 2. de Benef. c. 11.* Triumviralis proferio.

Triumviratus, us, m. *αρχη των τριων*, Magistratus, quem tres collegæ administrant. *Cic. in Brut.* Qui quidem in Triumviratu judicaverit contra P. Africanum avunculi sui testimonium. *Liv. l. 9. c. ult.* Tribunatu ante gestio, Triumviratibusque, nocturno altero, altero coloniarum deducendæ.

Triuncis, is, m. *τριάκοντα, τετρακοντα*, nummus æreus, qui postea quadrans dictus est. Nam tres uncie sunt quarta pars assis. *Plin. l. 33. c. 3.* Quadrans antea triuncis vocabatur a tribus uncis.

Trifago. V. Triflago.

Troas, adis, f. *τροαδ*, regio Asiæ minoris, in Phrygia, quæ postea a Phrygiis occupata, Phrygia minor dicta fuit. Alii Mysiæ tribunt. Adjacet Helleponto, Homerus ab Æsopo usque ad Cayci fl. ostia ejus fines produxit. Sed *Plinius*, cæterique recentiores Lecto promeam ab Æolide dividunt. *Homerus* videtur sumptissime pro Regno Trojanorum. In ea annium nobilissimus Scamandrus. Metropolis Ilium, seu Troja, quæ a Græcis post decennale obsidionem capta, & incensa est. Inde novum Ilium triginta stadiis a veteri distans: item Alexandri Troas, quæ & Alexandria. *V. Plin. l. 5. c. 30.* ¶ Adjective Nepon

in *Pausan.* c. 3. Colonus, qui locus in agro Troade est, se contulerat. Troas Alexandri, Alexandria, Turcis *Eski Sramboul*, urbs Afiz minoris, in Phrygia, ab Alexandro Magno exstructa in ora litorali maris *Ægæi*, paucis tantum milliariibus in Austrum a Trojæ ruderibus, a ped. Leclum prom. *Plin.* l. 5. c. 30.

Troas, adis, f. mulier ex Troade, patronymicum, seu gentile. *Virg.* 5. *Æn.* v. 613. At procul in sola secreta Troades acta Amisum Anchisen flebant. idest Trojanæ mulieres. *Ovid. Heroid.* ep. 13. v. 137. Troasin invideo. ubi *Troasin* datus pluralis est Græco more deductus pro *Troadibus*.

Trochæus, i, m. *τροχῆος*, pedis nomen in arte metrica, idem ac choreus, a *τροχῶ*, *curro*, quia chorei, ubi usitatus est, agilius moventur in morem currentium. Hoc nomine veteres appellaverunt & tribrachyn, idest pedem ex tribus brevibus constantem, & pedem illum, qui jambum contrarius est, idest constat ex prima longa, secunda brevi. *Quintil.* l. 9. c. 4. Jambo contrarius e longa, & brevi, hunc choreum nos, ut alii trochæum, nominemus. *Est paucis post:* Tres breves, trochæum, quem tribrachyn dici volunt, qui choreo trochæi nomen imponunt. *Cic.* 3. de *Or.* c. 47. Nam cum sint numeri plures, jambum, & trochæum frequentem segregat ab Oratore Aristoteles.

Trochæus, a, um, adject. trochæis constans, ut Trochæicum metrum, *Diomed. Grammat.* l. 3.

Trochilifcus, i, m. parvus trochilus. Hac voce usum putat *Casaubonus* Poetam eum, cuius jambicos dimetros in Apologia adducit *Apulejus*. Sed alii aliter legunt.

Trochilus, i, m. *veatino*, *sericiolo*, *lud*, *foraseste*, *τροχιλος*, avicula quædam, quæ etiam rex avium, & regulus tum a Græcis, tum a Latinis appellatur, eoque nomine cum Aquila pugnare dicitur. *Plin.* l. 8. c. 25. de *crocodilo*: Hunc fatuum cibo piscium, & semper esculentore ore, in litore somno datum, parva avis, quæ trochilos ibi vocatur, rex avium in Italia, invitat ad hiandum pabuli sui gratia, &c. *Id.* l. 10. c. 74. de *avisibus inter se dissidentibus*: Aquilæ & trochilus, si credimus, quoniam rex appellatur avium. ¶ Dicitur etiam trochilus esse parvus quidam torulus in apophyibus columnarum: atque hoc nomine putatur *Columella* l. 10. appellasse cucumerem longum & terebentem: sed alii ibi aliter legunt.

Trochileus, i, m. *trocisco*, *τροχισκος*, parvus trochus, seu parva rota. Trochifici dicuntur compositiones quædam Medicorum in formam rotulæ, seu globuli, quas Latini pilillos vocant. *Cels.* l. 5. c. 17. ¶ Est etiam hoc nomine piscis quidam, seu verius belua marina. *Plin.* l. 9. c. 52.

Trochlea, æ, f. *saglia*, *carrucola*, *τροχῆς*, *τροχιλος*, machina tractoria ad sublevanda & demittenda onera, continens rotulam æneam, lineamve (cui proprie nomen *trochlea* competit) axiculum per eam rotulam tractum, & funem, qui circa rotulam currit. Exemplum ejus in puteis habemus. Ad aliquibus *recham* dicitur. *Vitr.* l. 10. c. 2. Alligatur in summo trochlea, quam etiam nonnulli *recham* dicunt. *Callius Rhodiginus* l. 26. c. 29. *Recham* dicitur *ἀπὸ τῶν τροχῶν*, idest scissura, quia nempe truncus, in quem orbiculi inferuntur, excavatur, & quædammodo scinditur. *Lucr.* l. 4. v. 903. Multaque per trochleas, & tympana pondere magno Commovet, atque levi fustollit machina nisu. ¶ *Trochleis pituitam adducere*, translate dicitur pro difficultate expuere. *Quintil.* l. 11. c. 3. de *pronuntiatione*: Jam tussire, & expuere crebro, & ab imo pulmone pituitam trochleis adducere, etsi non utique vocis sunt vitia, quia tamen propter vocem accidunt, potissimum huic loco subsiciantur.

Trochleatim, adv. per trochleam. *Sidon.* l. 5. ep. 17. Trochleatim errolo sunt.

Trochilus, i, m. *τροχιλος*, parvus trochus. *Plaut. Amph. prol.* v. 144. Tum meo patri autem trochilus inerat aureus sub petaso. Alii leg. *torulus*.

Trochus, i, m. *παλῶν*, *fastora*, *τροχῶν*, circulus seu rota ferrea, quæ ludi causa a pueris ferreo manubrio, quod clavus dicebatur, impulsamittebatur: habebat autem circum infixos parvos anulos, qui, dum jaceretur, tintinnu, & sonum reddebant. Differt a turbine, quia turbo erat ligneus, vel etiam fortasse ex alia materia, sed non circularis, & at in modum metæ factus. Trochus Græcorum inventum fuit. hinc *Horat.* l. 3. od. 24. græcum appellat; videtur autem dictus esse a *τροχῶ*, *curro*. *Propert.* lib. 3. eleg. 12. Increpat & versis clavus adunca trochi. *Martial.* l. 14. epigr. 188. Inducenda rota est: das nobis utile munus: Iste trochus pueris, at mihi cantus erit. *Et Epigr. seq.* Garulus in laxo cur anulus ore vagatur? Cedat ut argutis obvia turba trochis. Adde l. 11. epigr. 22. ¶ Trochi figuram exhibet *Hicronym.* *Mercurial.* l. 3. de arte *gymn.* c. 8.

Troes, m. 3. Trojani. *Virg.* 2. *Æn.* Fuimus Troes, fuit Ilium, & ingens Gloria Teucrorum.

Troæna, entis, f. Troæne, Træzæna, Posidonia, Anthia, Hyperia, Saronia, Apollonia, Aphrodisias, Træzæna, al. *Damala*, al. *Pleida*, *τροιζῶν*, urbs Peloponnesi, in ora Argiæ, ad sin. Argolicum, inter Corinthum, & Scyllæum prora. Sic dicta a Troæne filio Pelopis. *Ovid.* 2. *Fast.* Altaque Troæne, Parthasiæque nives. ¶ In hac regnavit Pittheus *Ætræ* pater, & avus maternus Thefei. Unde Pitthea cognominata est. *Ovid.* 15. *Met.* Est prope Pittheam tumulus Troæzæna sine ullis Arduis arboribus. ¶ Item *Troæzæna*, opp. medii. Messeniæ, ab Ithoma in Or. supra 15. M. P. Apud Troæzænem portus est, qui Barba nominatus, teste Eustathio. Unde Græcum prov. *Troæzænem navigas*, in eos, qui cum imberbis sint, pilis tamen apposititis barbam sibi effingunt. ¶ Troæzænis aquæ pedibus noxiæ sunt, omnia fere vitia illis inferentes, præsertim podagram, quam aquæ Cydni in Cilicia tollunt, auctore *Plin.* l. 31. c. 2. ¶ Item urbs parva Afiz minoris, circa Cariz regionem, in conventu Alabandarum. *Plin.* l. 5. c. 29.

Troæzænis, a, um, adjectiv. a Troæzæne, ut Troæzænis heros, apud *Ovid. Metam.* 8. v. 566. hoc est Lelex, qui Troæzænis habitavit.

Trogyllum, n. 2. Trogyllium, Mycale, *Capo Tigrus*, al. *Gasondi*, *τρογυλλίον*, prom. Joniæ, in ora, inter Ephesum, & ostia Mæandri fl. contra Samum inf.

Troglodyte, m. 1. *τρογλοδυτῆς*, pop. Africæ, in Æthiopia sub Ægypto, ita dicti a *τρογῶν*, *foverna*, & *δύω*, vel *δύω*, *subeo*, hoc est a specubus, in quibus habitabant. Serpenticos vivunt, venationibus dediti, velocissimi, ab uxore, & colloquio alieni. Abundant margaritis, & myrrha. Eorum regio Troglodytica dicta fuit, in ora Occ. sinus Arabici, nempe a Ptolemaide Ferarum ad Aromata prom. Nunc autem dicitur Ora Abexia, seu Abyssina, *la Costa degli Abissini*, quod sit pars Orientalis Imperii Abyssinorum. Aliis dicitur *Sirbia*. *Plin.* l. 5. c. 8.

Troglodytæ, es, f. 1. *τρογλοδυτῆς*, regio Æthiopiæ sub Ægypto, in qua Septentriones, si *Plinio* l. 2. cap. 70. credimus, conspici non possunt. V. *Troglodyta*.

Troglodytæ sinus, *Golfo di Melinda*, idem ac sinus Barbaricum, ad mare Barbaricum, & Aferum, quod Æthiopiæ sub Ægypto alluit.

Trogus Pompeius, natione Gallus, Philosopher ac Historicus disertissimus: floruit sub Augusto, scriptitque quatuor & quadraginta vo-

luminibus universi Orbis, sed præcipue Græcorum historiam, quam Justinus in epitomen redegit. Trogi vero libri non extant.

Troja, æ, f. Ilium, *Troia*, Turc. *Carafsa*, *τροία*, urbs Afiz minoris, in Phrygia, apud Idam M. ab ora litorali 3. M. P. ita dicta a Troe Rege. Dicta etiam fuit Dardania a Dardano, Teucra a Teucro, Ilium ab Ilio. Ejus membra secundum fabulas ab Apolline, & Neptuno Laomedontis Regis rogatu constructa fuere. Bis versa fuit, primum ab Hercule ob Laomedontis perfidiam, deinde ab Agamemnone, & aliis Græcæ Principibus propter Helenæ raptum. ¶ Decem annorum oblidionem passa est. Cum Græci in Asidem congregati, de bello deliberaturi, legatos Delphos ad Apollinem Patroclum, & Palamedem misissent, responsum retuleret, Græcos Trojæ potituros post decem annos, sed minime potituros sine Achille, Ulyssæ, sagittis Herculis, & nisi Rheus equos abduxissent antequam herbam Troadis gustassent, & de Xanthi fl. aqua bibissent. Similiter Priamus legatos ad Apollinem Delphicum misit, qui de belli eventu Oraculum illud consulenter. Eis responsum est, Trojæ fatum hisce in rebus consistere, in Palladio, & cineribus Laomedontis, in vita Hectoris, Troili, Paridis. Ad bellum Trojanum septem, & quadraginta Principes mille, & ducentis navibus protecti sunt. Capti sunt a Græcis prodione Æneæ, propter odium in Paridem, quod ejus causa ab omnibus Sacerdotum honoribus excluderetur, ut Menecrates Xanthius monumentis prodidit. *Dionys. Halic. Rom. Antiq.* l. 1. Nonnulli scribere, proditam fuisse a Thymete, quem alii filium Priami ex Arisbæ dixerunt, alii nobilem Trojanum virum Arisbæ. *Virgilius*, & alii fabulati sunt, captam fuisse ope cujusdam equi lignei, misit pleni, in urbem introducti, quem Græci, restit in patriam simulato, quasi munus placandæ Palladi construxerint. V. 2. *lib. Æneid.* ¶ Troja quaque urbs alia ejusdem regionis, in ora lit. maris *Ægæi*, paucis milliariibus a veteris Trojæ ruderibus. V. *Tross Alexandri*: Hæc etiam hodie in ruinis jacet. ¶ Troja item, cogn. parva, urbs med. Epiri, in Chaonia, & Cestria reg. ¶ Item Troja, olim *Æce*, & Urbs *Æcana*, *Troja*, urbs Apulizæ Daunizæ, ad Chilarum fl. & rad. Apennini. ¶ Troja etiam, opp. exc. Latii, in agro Laurenti extructum ab Æneæ, initio sui adventus in Italiam, antequam Lavinium conderet. *Dionys.* l. 5. & *Liv.* lib. 1. ¶ Item opp. exc. ad initium maris Adriatici situm, ab Antenore Trojano, & Henetis conditum. *Liv.* l. 1.

Troja, æ, f. sive Trojanus ludus, erat equestris puerorum ludus apud Romanos, in circo agi solitus. Nomen ex eo sortitus est, quod a Trojanis eum accepissent Romani, ut quem Æneas primus inhituerit in Sicilia ad filii Afcanii, puerorumque cæterorum exercitacionem. V. *Servium* in 5. *Æn.* qui ait, originem ejus ludi a Suetonio Tranquillo expressam esse in libro, quem scripserat de puerorum ludibus. *Virg.* 5. *Æn.* v. 96. Hunc morem, hos cursus, atque hæc cæramina primus Afcanius, longam muris cum cingeret Albam, Rettulit, & pricos doctum celebrare Latinos, Quo puer ipse modo, secum quo Troja pubes, Albani docuere suos: hinc maxima porro Accepit Roma, & patrium servavit honorem; Troiaque nunc pueri Trojanum dicitur agmen. *Sueton.* in *Aug.* c. 47. Sed & Trojæ ludum edidit frequentissime majorum, minorumque puerorum delictu.

Trojani, orum, m. *Trojanus*, pop. Afiz minoris in Phrygia, apud Hellepontum, quorum Reges ex Teucro nobili Cretenfi, & ex Dardano filio Corythi Regis Hetrurizæ, & Electæ filizæ Atlantis Regis Arcadiæ originem trahabant.

Trojanus, a, um, *Troiano*, *τροϊανός*, quod ad Trojam spectat. *Virg.* 2. *Æn.* Trojanas ut opes, & lamentabile Regnum Erucrit Danaï. *Horat.* de *Art.* Nec gemino bellum Trojanum orditur ab ovo. ¶ *Equus Trojanus* proverbiali Metaphora pro clandestinis insidiis accipitur, & latentis periculo, tractum a fabula equi lignei, cujus fraude Græci Trojæ potiti esse dicuntur. *Cic. pro Mur.* c. 37. Intus, intus, inquam, est equus Trojanus, a quo nunquam me Consule dormientes opprimebant. ¶ *Porcus Trojanus*, dicebatur aper, qui integer torrebatur, minutioribus animalculis veluti gravidus, quemadmodum & equus ille armatus hominibus gravidus fuit. *Macrob.* l. 3. *Saturn.* c. 13.

Troicus, a, um, *τροϊκός*, Trojanus. *Cic. de Cl. Or.* esp. 10. Neque enim jam Troicis temporibus tantum laudis in dicendo Ulyssii tribuisset Homerus. *Virg.* 11. *Æn.* Troica castra. ¶ Troicum ignem appellat *Strabon.* l. 1. *lib.* 1. v. 35. ignem perpetuum, qui Romæ servabatur in templo Vestæ, quia ejus Deus sacra ex Troja Æneæ in Italiam adveherat.

Troilus, *τροϊλος*, filius Priami, & Hecubæ, cujus vita inter Trojanorum fata numerabatur. Nam eo vivo Troja capi non poterat. Puer post Hectoris interitum ad prælium cum Græcis egressus est. Ad propriam virtutem etiam Hectoris fortitudinem videbatur adjunxisse. Nemo erat, qui Troilo resistere posset. Nunquam cavavit, quin victoriam referret. Quo tempore Achilles Polyxæne amore captus armis abstinebat, Græciz Principes eum precati sunt, ut, si ipse congressi non vellet, saltem suos Myrmidones bellum gerere sineret. Sed Troilus Myrmidones quoque ingenti strage fudit. Tandem Achilles arma sumpsi, primoque prælio a Troilo vulneratus, incredibile est, quanta ira exarsit. Igitur paucis post diebus e castris exivit, eo animo, ut vel morte occumberet, vel hostem ulcisceretur. Troilus post longam certamen arma amisit, eorum tamen pernicitate incolumis evasit. Ad extremum tertio prælio Troilus ex equo decertavit. Ei equus confusus est, a quo incertum. Igitur Achilles nactus Troilum peditem, aggressus est, & interfecit. *Virg.* 1. *Æn.* v. 478. Parte alia fugiens amisit Troilus armis, Infelix puer, atque impar congressus Achilli, Fertur equis, curruque hæret repupinus inani, Lora tenens tamen, huic cervixque, comæque trahunt per terram, & versa vulvis inferibitur hasta. Trojughæna, æ, com. gen. *Trojano*, *τροϊανός*, Trojanus, quasi in Troia seu Troade genitus, ea forma, qua Græcos vocamus *Γραικούς*, quasi genitos in Græcia. *Virg.* 8. *Æn.* Trojughenas; & tela vides nimica Latinis.

Trofus, a, um, per tres syllabas, *τροΰς*, Trojanus. *Virg.* 1. *Æn.* Et Troia gaza per undas.

Tromentina Tribus Romana, una ex Rusticis, appellata est ab agro Tromentino in Hetruria, ubi constituta est A. U. 369. una cum Stellatina, Sabatina, & Arnenfi. *Festus*.

Tropæus, a, um, adject. tropæo ornatus. *Ammian.* l. 23. c. 5. (al. 14.) Trajanus, & Verus hinc sunt digressi victores, & tropæati.

Tropæi, m. 2. *τροπαι*, venti Aliani, qui in terra geniti, cum mare perfrangerent, redeunt ad continentem, ita dicti *ἀπὸ τῆς τροπῆς*, h. e. a conversione. Idem, cum in mare tendunt. *Apogei* vocantur, quod a terra proficiantur. *Plin.* l. 2. c. 34. Namque & e huminibus, & e nivibus, & e mari videmus, etiam tranquillo, & alios, quos vocant Altanos, & terra confurgere, qui cum e mari redeunt, Tropæi vocantur, si pergant, Apogæi. ¶ Tropæi item dicuntur in certo lufus genere, qui alios vellicant, infestantque, & ne depredandant, convertunt se. *Suet.* in *Claudio Casare*, c. 8. Et quoties post cibum obdormisceret, quod ei fere accidebat, olearum, ac palmarum ossibus ineffebatur, interdum ferula, flagrove velat per ludum excitabatur a tropæis. Alii leg. *copreis*.

Tropæphorus, i, ἰσοφυεῖς, tropæus referens. *Apulej. de Mundo, sub finem.* Triumphator, propagator, & tropæophorus.

Tropæum, i, seu tropæum, n. *trofeo*, נִצְחָה, Germ. *siegszeichen*, Gal. *trophée*, Hisp. *trofeo*, τρῆπαιον, monumentum a victore erectum eo in loco, ubi hostes in fugam convertit. Hæc vox in antiquis codicibus, ac monumentis recte scribitur sine aspiratione, quemadmodum *Pierius* monuit ad 3. *Georg.* & 10. *Æn.* quidquid dicat *Marcellus Donatus*, qui in notis ad *Sueton. in Caf. c. 11.* multis conatur ostendere, aspirationem appingendam esse, nam *trophæum* est a prava consuetudine, qua nimis inducebatur aspirationis usus, adeo ut dicerent quoque *chironas*, *chenturio*, & similia. Etymon quoque repugnat. Nam Græce est τρῆπαιον, a τρῆπαι, quo significatur fuga hostium. Prima tropæa ex arboribus confecta sunt, qua amputatis ramis hostium spoliis decorabant. Deinde etiam cæpta sunt fieri ex lapide, & in montibus, & locis eminentioribus collocari. Hinc *Sallustius* de Pompejo ait, eum devictis Hispanis tropæa in jugis Pyrenæi montis posuisse. Et Romæ in arcubus figebantur ex marmore ædificatis. De tropæis vide *Cæsarem Bullingerum c. 3. libri de spoliis bellicis. Virg. 11. Æn.* Mezentii ducis exuvias tibi magne tropæum Bellipotens aptat, rorantes sanguine cristas, Telaque trunca viri, & bis hex thoraca petunt, Perlossumque locis, clypeumque ex ære sinistra Subligat, atque ensalem colom suspendit eburnum. *Auß. ad Her. l. 4.* Ponere tropæa in aliquo loco. *Plin. l. 6. c. 28.* Statuere tropæa Jovi. ¶ Accipitur & pro victoria, seu pro spoliis, quæ victoria parantur. *Hor. l. 2. ode 9. nova Cantemus Augusti tropæa.* ¶ Sumitur & translate. *Cic. 4. Verr.* Signum cupiditatis, tropæum necessitudinis, indicium amoris.

Trophonius, a, um, adject. a Trophonio, ut Trophoniana Chæronis narratio, apud *Cic. l. 7. Attic. ep. 2. h. e.* de Trophonii antro.

Trophonius, m. 2. τρῆφῶνιος, insignis architectus, qui subterraneum fanum in Lebada Bœotig regione construxit, quod ab ipso Trophonio antrum cognominatum est. Ibi cum aliquandiu oracula reddidisset, atque tandem fame interiret, ferunt Genium quandam antrum hoc subivisse, atque ex eo oracula reddidisse. Qui hinc oracula sciscitabantur, nudi in aditu specus federe soliti sunt, atque inde flatu quodam fusc terram abripiebantur. Gestabant autem semper placentas, quas Lemuribus, serpentibusque occurrentibus objecerent. Deinde accepto oraculo, rursus per alium hiatum in terram resituebantur. Creditum est, quotquot in hoc antrum descendissent, nunquam postea risisse. Hinc lætus est locus Græco p overbio, ut homines tristes, & titrici in Trophonii antro vaticinari dicantur. V. *Adagia Erasmi.* Meminit hujus Trophonii *Cic. l. 1. de Divin. c. 34.* itemque *Plin. l. 34. c. 8.*

Tropicus, a, um, adject. quali dicas converſivus, a τρέπω, verto. Signa tropica sunt quatuor, Libra, Capricornus, Aries, & Cancer, ita dicta, quod Sol cum ad ea in Zodiaco pervenerit, conversionem cursus sui, & anni mutationem facit: nam cum est in signo Canceri, quo tempore dies longissimi sunt, solstitium æstivum facit, paulatimque revertitur, descenditque usque ad Capricornum, ubi solstitium hyemale efficit, diesque brevissimi; Similiter cum est in signo Arietis, noctes diebus æquales reddit, & Ver inducit; eum vero Libram ingressus est, tunc quoque dies æquat noctibus, & fertur Autumnum. *Manil. l. 3. v. 614.* Sed tamen in primis memori sunt mente notanda, Partibus adversis quæ surgunt condita signa, Divisumque tenent æquo discrimine Cælum; quæ Tropica appellant, quod in illis quatuor anni Tempora vertuntur signis, nodoque resolvunt, Totumque emittunt converso cardine mundum, Inducuntque novas operum, rerumque figuras. Sequitur inde *Manilius* quatuor horum signorum effectus explicare. V. ibi reliqua. ¶ Apud Aitronomos Tropici sunt duo circuli in sphaera, quorum alter Zodiacum in signo Canceri fecat, alter in signo Capricorni, quia nimirum Sol cum ea signa tetigit, revertitur, ut dictum est. *Hygin. l. 1. Astron. c. 6.* Hos *Plinius l. 2. c. 70.* Solstitiales, & brumalem vocat. ¶ Tropica, absolute, h. e. mutationes, conversiones. *Petron. in Satyr. pag. 21.* Cæpi causam desidiæ præsentis excutere, cur pulcherrimæ artes perisissent: tum ille, pecuniæ, inquit, cupiditas hæc tropica influit. *Questus mutazioni, a stravagantiæ.* ¶ Tropica locutio. *parlar figurato. Augustin.*

Tropis, is, f. τρέπις, Græce sentinam navis significat: translate sumitur pro fundo lagenæ, atque hinc pro vino vapido, quod in fundo lagenæ est. hujusmodi vino utebantur veteres in balneo vel ad lavanda corpora, vel ad vomitum provocandum. *Martial. l. 12. ep. 84.* Fumosa feret ipse tropim de fæce lagenæ.

Tropologicæ, adverb. tropologico more. *Hieron. in Sophon. c. 1.* Tropologicæ exponere aliquid.

Tropologicus, a, um, adject. figurato, τροπολογικός, per tropos expressus. *Sidon. l. 9. ep. 3.* Tropologicus genus, & figuratum. *Hieronym. ep. 61. ad Pammarth. c. 3.* Tropologica interpositione aliquid subvertere.

Tropus, i, m. Τροπος, τρῆπος, mutatio vocis, vel sermonis, a significatione propria in aliam, cum similitudine. Dixi vocis, vel sermonis, quia aliqui Tropi in uno vocabulo positi sunt, ut *Mesaphora*, alii in oratione, seu pluribus vocibus, ut *Allegoria*. Hoc nomen factum est a τρέπω, verto. Quare Latine Inversio, seu Immutatio dici potest. *Cic. in Bruto, c. 17.* Ornari orationem Græci putant, si verborum immutationibus utantur, quos appellant τρῆπαι, & sententiarum, orationique formis, quæ vocantur χηρῆται. *Quintil. l. 8. c. 6.* Tropus est verbi, vel sermonis a propria significatione in aliam cum virtute mutatio. ¶ Differunt tropi a figuris in eo, quod tropi in verbis a proprio sensu translatis sunt; figuræ vero in rebus ipsis; ideoque & propriis verbis & ordine collocatis figura fieri potest, ut notat *Quintil. l. 9. c. 1.*

Tros, ois, m. τρῶς, filius Erichthonii, nepos Dardani, Rex Trojanorum. Filios procreavit, Ilium, Asfaracum, Ganymedem. *Ovid. 4. Fast. Virg. 3. Georg.* Demissæque ab Jove gentis Nomina, Trojæque parens, & Trojæ Cynthius auctor.

Tros, ois, m. τρῶς, Trojanus. *Virg. 1. Æn. v. 573.* Tros, Tyriusque mihi nullo discrimine agetur. ¶ Troes in plurali V. suo loco.

Trosilli, m. Equites apud Romanos, qui sub Romulo *Celeres*, & postea *Fleximines* appellati fuerant, ita dicti, quod Troisulium opp. Hetruriz sine pedibus expugnarent. *Fast.* Troisuli equites dicti, quod oppidum Tuscorum Troisulium sine opera peditum ceperint. Idem narrat *Plin. l. 32. c. 2. Nonius c. 1. n. 240.* scripsit, Troisulos quasi torosulos dictos, hoc est bene habitos, & musculorum toris prævalidos. Eum induxit, ut ita scriberet, altera hujus vocis significatio, qua dici cepit de eis, qui cultu, & vitæ delicatioris genere aliis antecellunt. *Varr. apud Non. loc. cit.* Nunc emunt Troisuli nardo nitidi vulgo Attico talento equum. *Pers. sat. 1.* Unde situd dedecus, in quo Troisulus exultat tibi per subsillia lævis. ¶ Quia autem Troisuli vox in malam partem accipi cepit, hinc factum videtur, ut Equites nominis hujus puderet, eos præsertim, qui veram nominis causam ignorarent, ut scribit *Plin. loc. cit.*

Trosulium, n. opp. medit. Thusciz, exc. inter Volſinos 9. M. P. Ferentinos 8. ac inter Balnæoregium, & Hortanum, apud Meonium opp. Locus adhuc dicitur Troisulo, vel Troislo, & vicina fossa, si vado di Troislo.

Ex eo Equites Romani Troisuli dicti. *Plin. l. 33. c. 2.*

Trua, f. τρῶν, cochlear, quo cibis in ollis inter coquendum agitur. *Tinnius apud Non. c. 1. n. 68.* Cocus magnum ahenum, quando fervit, paulla confutat trua. ¶ A Varrone ita definitur, ut videatur esse genus vasis, vel potius canalis ad aquam transferendam. Scribit enim *L. L. Trua*, quæ a culina in lavatrinam aquam fundunt. Additque *ibid.* vocis originem. Trua, inquit, quod travolat ea aqua.

Trucidatio, onis, f. *trucidamento*, τρῶν, σφάξιν, cædes crudelis. *Cic. 4. Phil. c. 5.* Nullus est ludus videtur esse jucundior, quam crucis, quam cædes, quam ante oculos trucidatio civium.

Trucidat, as, a. 1. *trucidare, tagliare a pezzi*, טרף, Ger. *gruvulich tödten*, Gal. *massacrer*, Hisp. *matar cruelmente*, טרף, טרף, crudeliter neco. Est a *trux*. Ac forte non est derivatum simplex, sed compositum a *truciter*, & *cedo*. *Virt. 2. Æn. v. 494.* Rapiunt auditus, primoque trucidant. *Cic. 1. Catil. c. 4.* Et quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero. ¶ Usurpatur etiam translate. *Cic. pro Cal. c. 18.* Ne effundat patrimonium, ne tæneore trucidetur.

Truculentus, adv. *crudelmente*, ἀσπῆτος, crudeliter. *Cic. 2. Agr. c. 5.* Truculentius se gerebat, quam cæteri. *Quintil. l. 6. c. 1.* Aspiciere aliquem truculentissime.

Truculentia, æ, f. crudelitas. *Plaut. Trucul. 3. 2. 7.* Tuam expecto truculentiam.

Truculentus, a, um, *crudele*, טרף, Ger. *Scheutzilich*, Gal. *fer*, *cruel*, Hisp. *eruel*, ἀσπῆτος, qui vultu crudelitate præ se fert, alioque terret. *Cic. pro Sex. c. 8.* Alter, o Dii boni, quam teter incedebat, quam truculentus, quam terribilis aspectu! *Ovid. 14. Metam. v. 804.* Facta truculentior urſa. *Auß. ad Heren. l. 4.* Truculentissimum facinus. ¶ Invenitur dativo junctum. *Plin. l. 8. c. 4.* Sic & Tigris etiam feris cæteris truculenta. ¶ Usurpatur etiam pro rustico, agreſſi, & a communibus voluptatibus abhorrente. *Senec. Hippolyt. v. 469.* Truculentus, & silvester, & vitæ incius tristem juventam, Venere deserta, colis. ¶ *Truculentus* titulus est *Plautini* comediz, in qua inducitur quidam sevo ingenio, & inimico voluptatum.

Trudes, f. 3. τρῦδες, contus præcata cuspidis, quo naves, aliaque repelluntur, a *trudo*. *Id. l. 18. c. 7. Virg. 5. Æn. v. 208.* Ferratasque trudes. Ita est in antiquis quibusdam codicibus manuscriptis, & ita *Isidorus* legit, ubi, vulgo *fudes*. Nec obstat, quod prior in *trudo* producatur, cum & a *duco*, quod priorem habet longam, *duces* dicantur non servata quantitate primigenii. *Tac. l. 3. Ann. c. 46.* Quidam trudibus, aut turcis intertem molem proferrere.

Trudo, is, si, sum, a. 3. *spingere, fospingere, cacciare*, טרר, Germ. *stossen*, Gall. *pouffer*, Hisp. *empuxar*, τρῦδω, τρῦδω, impello, propello. *Cic. 1. Tusc. c. 29.* Ut non ad mortem trudi, verum in cælum videretur ascendere. *Plaut. Aſin. 3. 1. 30.* Trudere aliquem foras. *Trucit. 1. Ann. c. 63.* Trudere cohortes in paludem. *Hor. l. 2. od. 18.* Trudatur dies die. *un di segue, e caccia l'altro.* *Terent. Andr. 4. 4. 40.* Fallacia alia aliam trudit, proverbium est, cui respondet vulgatum illud, *un diavolo scaccia l'altro.*

Truentinus, a, um, adject. a Truento. *Silius l. 8. v. 434.* Quinque Truentinas servant cum humine turres.

Truentum, n. 2. seu melius Truentus, Ptolemæo Truentinum, *Truento*, fl. Piceni. Oritur ex Appennino M. in ipſo limite Umbriæ, deinde per Picenum fluens, recepto ad Aſculum Castellano amne aliquot milliariibus intra, prope vicum, *Porto Astoli*, in Hadriaticum se exonerat, dividitque Mirchiam Anconitanam ab Aprutio ulteriore. *Plin. l. 3. c. 13.*

Trulla, æ, f. τρῦλλῶν, diminutivum a *trua*, ut docet *Varr. l. 4. de L. L.* vas potorium scypho minus profundum, manubriatum, ex auro, aut ære, aliaque quapiam materia, τρῦλλῶν, o boccale. *Cic. 6. Ver. c. 27.* Erat vas vinarium, ex una gemina prægrandi trulla excavata cum manubrio auro. *Id. ibid.* Mittit etiam trullam gemmeam rogatum, velle eam se diligentius considerare. *Hor. l. 2. sat. 4. v. 144.* Qui Veientanum festis potare diebus Campana solitus trulla, idest vase fictili, qualia in Campaniaangebantur. Alii exponunt pro vase æneo, *secchio*. ¶ *Acron* interpres Horatii scribit, trullam esse calicem deformem, & rusticum. Sane *Cato de R. R. cap. 10.* inter vasa etiam rustica enumerat, dum inquit: Villicum habere oportet urnam quinquagenariam unam, trullas tres. *Et cap. 13.* In cellam oleariam hæc opus sunt, trullæ æneæ tres &c. *Et infra*: Urceos fictiles duos, trullas ligneas duas. *Turnebus l. 7. c. 22.* His locis ait trullam esse vas aquarium, quo aqua hauritur de fistulis, ahenis, aut labris, & in alia vasa transfunditur; τρῦλλῶν dicitur a vulgo Italarum. ¶ Videtur etiam sumi pro vase, in quod ventris onis deponitur. *Plin. l. 34. c. 2.* Sunt ergo vasa tantum Corinthia, quæ isti elegantiores modo in esculenta transferunt, modo in lucernas, modo in trullas, nullo munditiarum delectu. *Harduinus* legit *trulleos*. h. e. vasa ad lavandas manus. V. *Trulleum*. Addi solet in hanc sententiam locus *Martial. l. 9. epigr. 98.* Clinicus Herodes trullam subduxerat ægro. Deprensus dixit, stulte quid ergo bibis? item locus *Juvenal. sat. 3. v. 108.* Si trulla inverso crepitum dedit aurea fundo. Verum his locis commodius fortasse pro potiorio vase trulla accipitur. ¶ Denique trulla putatur esse instrumentum, quo fabri murarii tectoris inducendis, & poliendis utuntur, *cazzuola*. *Pallad. l. 1. tit. 15.* prima trullis frequentetur inductio. Adde tit. 13. & *Isidor. l. 19. c. 18.* Cujus auctoritas in Latina lingua pene nullius est momenti. Hinc factum est verbum *trulliffare*, quod a *Vitruv.* usurpatur.

Trullæus, i, n. *basino*, vasis genus, quo manus perluntur, χερσίνων. *Varro l. 4. de L. L.* Ab eodem est appellatum trulleum. Simile enim figura, nisi quod latius concipit aquam, & quod manubrium cavum non est. *Varro l. 1. de vita P. R. apud Non. c. 15. n. 32.* Itaque ea sibi modo ponere, ac suspendere, quæ utilitas postularer, trulleum, matelionem, pelvim, nasternam. ¶ *Trulleus*, i, m. idem quod *trulleum*, legitur ab *Harduino* apud *Plin. l. 34. c. 2.*

Trullifatio, onis, f. actus trullifandi, inductio tectoris. *Vitr. l. 7. c. 3.* Postea autem supra trullifatione subsarſcente deformatur directione arenati.

Trulliffo, as, a. 1. *incrostare, instancare un muro, oppure lisciarlo con la cazzuola*, τρῦλλῶν, τρῦλλῶν, trulla tectorum induco. *Vitr. l. 7. c. 3.* Coronis explicatis parietes quam æperime trullifentur. *Id. ibid.* Interior pars testa cum calce trullifetur.

Truncatus, a, um, *trancato*. *Claudian. de bello Ger. vers. 89.* Manibus truncatus, & armis. *Plin. l. 9. ep. pen.* Quia antiquum illud e ligno quibusdam sui partibus truncatum est.

Trunco, as, a. 1. *troncare, tagliare*, μολιζω, ἀποκόνω, τῖμνω, aliquid truncum reddo, mutilo, amputo, in partes scindo. *Val. l. 6. Argon. v. 568.* Nec in medio truncantem marmore cervos. ¶ Hoc verbum rari est usus, frequentiusque usurpantur ejus composita *de-trunco, ob-trunco, &c.*

Trunculus, i, m. ἀκροκόμῳ, στελεχάειον, parvus truncus. *Cels. l. 2. c. 19.* Præcipue tamen in ungulis, trunculisque suum in petiolis capitulum.

lifque hædorum. h. e. frustis carnis.
 Truncus, i, m. tronco, 𐌹𐌺𐌰, Germ. *Stock*, Gall. *trone*, Hisp. *trunco*, *trunco*, *trunco*, pars arboris crassior, e qua rami amputati sunt. *Cic. 3. de Or. c. 46.* Quid in arboribus, in quibus non truncus, non rami, non folia sunt denique, nisi ad suam retinendam, conservandamque naturam? *Virg. 3. Georg. Arboris omnibus truncus.* Truncus item dicitur cadaver capite præciso. *Virg. 2. Æn. v. 557.* Jacet ingens litore truncus, Avulsamque humeris caput, & sine nomine corpus. ¶ Dicitur etiam de statura corporis. *Cic. pro R. Com. c. 10.* Nemo enim illum ex trunco corporis præcibat, sed ex artificio comico æstimabat. ¶ Truncus columnæ est, ipse columnæ scapus sine basi, & epistylia. *Vitr. 1. 4. c. 1.* ¶ Translate truncus usurpatur de homine stupidus. *Cic. in Pison. c. 9.* Sed qui tanquam truncus, atque stipes, si stetit modo, potuisset tamen sustinere titulum Consulatus. *Id. 1. de nat. Deor. c. 30.* Qui potest esse in ejusmodi trunco sapientia? ¶ Item de parte præcipua cujusvis rei, principio, radice, stirpe. *Cic. 3. Tusc. Stirpes sunt ægritudinis quam multæ, quæ amaræ, quæ ipso trunco versuto omnes elidendis sunt. Id. in Or. Non ad numerum articulorum cadens, trunco magis toto se ipse moderans. h. e. tota periodo, seu textu, & structura orationis.*

Truncus, a, um, troncato, tagliato, 𐌹𐌺𐌰, Germ. *gestumlet*, Gal. *coupe*, Hisp. *corcote*, *descabecado*, *καρπός*, truncatus, mutilus. *Virg. 3. Æn. v. 659.* Trunca manum pinus regit, & vestigia firmat. *Id. 1. 6. v. 497.* Et truncas inhonesto vulnere nares. *Id. 4. Georg. Animalia trunca pedum. h. e. pedibus carentia.* ¶ Trunci dicuntur homines, qui aliquo membro debiles aut manci sunt. *Plin. 1. 7. c. 11. in sp.* Jam illa vulgata, varie ex integris truncos gigni, ex truncis integros, eademque parte truncos. ¶ Translate *Stat. 12. Theb. Sermo truncus. h. e. inarticulatus, parola tronche.*

Truo, onis, m. 𐌹𐌺𐌰, avis cygno similis, quæ supra rostrum nares habet valde prominentes, & in faucibus ipsis capacissimum ventriculum, quo omnia convertit, donec perfecta rapina, sensum inde in ore reddita in veram alvum ruminantis modo referat. *Festus.* ¶ Truo item dicitur, qui enormem habet nasum. *Cæcil. apud eund. Fest. Proh Dii immortales! unde prorepit truo?*

Truo, as, a. i. 𐌹𐌺𐌰, trua moveo, misceo. *Festus in voce Antroare.*
 Trufatilis, & le, o. 3. 𐌹𐌺𐌰, quod truditur, a sup. *trufum* verbi *trudo*, ut *Mola trufatilis*, quæ manibus protruditur, unde & manualis vocatur. *Cato R. R. c. 10.* Molas asinarias duas, trufatiles unas. *Gal. 1. 3. c. 3. de Plauto:* Ob querendum victum ad circumagendas molas, quæ trufatiles appellantur, operam pilori locafet.

Trusito, as, a. i. frequentat. a truso. *Phadr. fab. 38. v. 7.* Subito latrones ex insidiis advolant, interque cadem ferro mulum trusitant. h. e. verberando, & vulnerando impellunt.

Truso, as, a. i. frequentat. a trudo. *Catuf. carm. 56.* Deprendi modo pupulum puellæ trufantem. h. e. obscene eam urgentem.

Trusus, a, um, cacciato, spinto, particip. a trudo, is. *Tacit. 1. 5. histor. c. 25.* Proceres in arma trufos.

Trutina, æ, f. statera, bilancia, 𐌹𐌺𐌰, Germ. *goldsvage*, Gal. *balance*, Hisp. *heclio*, *trudina*, *πλάστιγγη*, *ζυγός*, *σκαμνός*, itatera. Vetus Persii Interpres, idest Conotatus, ad illud *fat. 1. v. 10.* Examine improbum in illa Castigis trutina, monet trutinam esse foramen, intra quod est lingula, de qua examinatio est, quod alii æquamentum, alii libramentum, alii æquilibrium vocant. Sed pro ita æra manifeste accipit *Vitruvius 1. 10. c. 8.* Similiterque usi Cicero, Juvenalis, & alii. *Vir. Ioc. cit.* Id autem ex trutinis, quæ stateræ dicuntur, licet considerare. ¶ Sæpe translate fumitur pro judicio, examine, æstimatione. *Cic. 2. de Or. Ad ea probanda, quæ non aurificis statera, sed populari quadam trutina examinantur. Hor. 1. 1. sat. 3.* In trutina ponetur eadem.

Trutinatus, a, um, pestato, esaminato, particip. signif. passivæ. *Sidon. 1. 7. ep. 9. in cancione:* Statu fatis superque trutinato.

Trutinator, aris, dep. 1. *pestare, esaminare*, pondero, examino, *σκαμνός*. *Perf. fat. 3. v. 82.* Eporecto trutinatur verba labello.

Trux, ucis, o. 3. torvus, feroce, severo, 𐌹𐌺𐌰, Germ. *grausam*, Gal. *cruel*, Hisp. *cruel*, *ἀγρὸς*, *αἰσὶς*, torvus, ferox, severus, ab *atrox*, per Aphæresin. *Cic. 2. de Divin. c. 64. ex Poeta:* Capite brevi, cervicæ anguina, aspectu truci. *Id. 2. de nat. Deor. c. 42. ex Poeta:* E trucebifuge oculis duo fervida lumina flagrant. *Id. 2. Agr. Horridus, & trux tribunus plebis. Tac. 1. 4. Annal. c. 34.* Et Cæsar truci vultu defensionem accipiens, &c. *Plin. 1. 22. c. 6. sub fin.* Herbæ taedum truces. *pungenti.* ¶ Cum infinito. *Sil. 1. 3. v. 120.* Trux audere. ¶ Usurpatur etiam pro verendo. *Claud. de laud. Silic. 1. 1. v. 230.* Lucosque vetusta religione truces.

Tryblum, ii, n. 𐌹𐌺𐌰, catinus, paropsis, patina. *Plaut. Stich. 5. 4. 8.* Pro opibus nostris satis commode nucibus, fabulis, ficibus, olea in tryblis, &c.

Tryga antiqui vinum appellabant, teste *Festo*; nempe a *τρυγή*, quod Autumnalem fructuum omnium vindemiam significat. Hinc est *trygetus* apud eund. *ibid.* hoc est vindemiarum, *τρυγητής*.

Tryginon, i, n. genus atramenti et vinaceis facti, a *τρυξ*, *υγός*, *vinis feces*. *Plin. 1. 35. c. 6.*

Trygon, ðnis, m. *τρυγών*, piscis quidam venenatus. *Auson. ep. 4. v. 58.* Lethalis trygon.

Trylla, æ, f. idem quod trulla. *Digest. 1. 34. tit. 2. leg. 19. in Edit. Torrentini.*
 Tryxalis, is, *τρυχάλις*, animal simile locustæ, sine pennis, quod aliqui arbitrantur esse illud, quod gryllus vocatur. Ita *Plin. 1. 30. c. 6.*

T A N T E U.

Tu, tui, tu, 𐌹𐌺𐌰, Germ. *du*, Gal. *tu*, *toy*, Hisp. *tu*, *tu*, pronomen primitivum, a Dorico *τῷ*. Dores enim mutant c in τ. Itaque & pro *tu*, dicunt *teus*, unde Latinum *tuus*. *Cic. pro Rab. Tu mihi etiam legis Porciz*, tu C. Gracchi, tu horum libertatis, tu cuiusquam denique hominis popularis mentionem facis. *Plaut. Mercat. 1. 1. 71.* Tibi aras, tibi occas, tibi feris, tibi eidem metis. *Terent. Eun. 4. 7.* Miseret me tui. ¶ Quando jungitur particula *cum*, ea fere postponitur. *Cic. 4. de Fin. Quid si tecum ita loquantur?* ¶ Interdum tecum ponitur pro te in accusativo: quod genus pleonasmî Comiorum est. *Terent. Hecyr. 4. 4. 64.* Oravi tecum, uxorem ut duceres. *Plaut. Bacch. 3. 90.* Mnefiloche, hoc tecum oro, ut illius animum regas. ¶ Item pro tibi positum aliquando videtur, sicut *me pro mihi*: de quo V. in Ego. Itaque quod dixit *Terent. Hecyr. 5. 2. 35. To indulgebam*, fortasse hac ratione accipiendum est: quamquam non defunt exempla, in quibus *indulgeo* cum accusativo junctum legitur. V. ¶ Interdum tu jungitur cum syllabica adjectione *re*, & *met*, & significat *tu ipse*. *Plaut. Epid. 1. 1. 76.* Nili quid tibi in tete auxiliis est. *Cic. 1. Fam. ep. 8.* Ut tute mihi præcepisti. *Virgil. Ecl. 3.* Tute ipse tateberet. *Senec. Hippolyt. v. 1217.* Nunc tibimet ipse supplicia irroga. *Lucret. 1. 4. v. 913.* Tutemet in Tom. II.

culpa cum sis, nec cernere possis. ¶ Tu interdum vox est blandientis. *Ter. Eun. 3. 21.* Tam infandum facinus, mea tu, ne audivi quidem. Tuatim, adv. tuo more, prout soles, a *tuus*. *Plaut. Amph. 2. 1. 4.* Ecce rem jam tuatim facis.

Tuba, æ, f. tromba, 𐌹𐌺𐌰, Ger. *trommet*, Gal. *trompetee*, Hisp. *trompeta*, *anafil*, *σάλπιγγις*, instrumentum incurvum ex ære, argento, vel alia materia ustatum præcipue in bello, cuius sonitu milites, equique ad prælium inflammantur, ita dictum quia tubum refert, idest caulem teretem, ac concavum, quo aqua ducitur. *Cic. 2. Catil. c. 6.* Cum tubas, cum signa militaria, cum aquilam illam argenteam scire esse præmissam. *Aust. ad Her. 1. 4.* In concione de virtute loqueris, in prælio pro ignavia tubæ sonitum pertere non potes. ¶ Tuba ænea inventa fuit a Piseo Tyrreno. *Plin. 1. 7. c. 56.* ¶ Translate *Cic. Fam. 6. ep. 13.* Tuba belli civilis. h. e. auctor, concitator. ¶ Poetice tuba ponitur pro poesi, & carminibus, præsertim heroicis. *Prudent. hymn. ante cib. v. 8.* Quæ veterum tuba, quæve lyra. *Manial. 1. 8. epigr. 3.* Dum tua multorum vincat avena tubas. ¶ Item pro oratorum grandiloquentia. *Sidon. 1. 4. ep. 3.* Tuam tubam totus orbis jure venerabit. ¶ De discrimine inter tubam, & buccinam, V. *Buccina*.

Tubantes, m. 3. pop. Germanicæ, ubi hodie Ducatus Vve. phalix ex parte, tempore Cæsaris, & postea Maris juncti, aut parum discreti sedibus, quorum opp. Benthemum, *Benthem*. Secundum *Pyramium*, & *Ferrarium* eorum regio fuit *Tuwend*, in Transsylvana, apud *Friulæ*, & *Vve. phalix* confinia, in qua *Almelo*, & *Ghuria* opp. una cum *Saliis* veteribus, & *Maris*.

Tubarius, ii, m. qui tubas facit, *σάλπιγγιστοίς*. *1. 6. Dig. de jure immunit.* Tubarii, cornuarii, arcuarii.

Tuber, eris, n. tumore, gonfiamento, 𐌹𐌺𐌰, tumor, sive callus in quocunque corpore eminens, a *tumeo*, ut *faber a facio*. *Ter. Adelph. 2. 2.* Præterea colaphis tuber est totum caput. Quidam putant, hic adjectivum esse. Sed falluntur. Sententia enim est: caput est totum tumor. *Plin. 1. 8. c. 18.* Tubera bina in dorso habent cameli. ¶ Translate *Horat. 1. 1. sat. 3. v. 73.* Qui ne tuberibus propriis offendat amicum, Postulat, ignoscat verrucis illius, h. e. majoribus vitiiis. ¶ Nec folium tuber dicitur de tumore in corpore animalium, fed etiam de callo præduro in arboribus eminente, de duritie illa in arboribus extante ad nodi similitudinem. *Plin. 1. 16. c. 16.* Reperitur & in alno tuber tanto deterius, quanto ab acere alnus ipsa ditat. ¶ Tuber quoque dicitur callus quidam terræ, seu fructus, qui sub terra nascitur, siccis in locis, sine ullo caule proveniens, nullisque radicis nixus capillamentis, vulgo *sarsuffo*, seu *sarsuffolo*, 𐌹𐌺𐌰, Ger. *hohe*, Gal. *trouffes*, *boffe*, Hisp. *torondon*, *úvva*. *Plin. 1. 19. c. 2.* Tubera hæc vocantur, undique terra circumdata, nullisque fibris nixa, aut saltem capillamentis nec utique extuberante loco, in quo gignuntur, aut rimas agente; neque ipsa terræ cohærent. Siccis hæc fere, & sabulosis locis, fructuosissime nascuntur. Excedunt sæpe magnitudinem mali cotonei, etiam librali pondere, &c. *Id. c. 3.* De tuberibus hæc traduntur peculiariter, cum fuerint imbres autumnales, ac tonitrua crebra, tunc nasci, & maxime e tonitribus, nec ultra annum durare, tenerima autem verno esse, &c. ¶ Hoc cibi genus in deliciis cœnarum fuit apud veteres, præsertim quod ex Africa advehebatur. *Juven. sat. 5. v. 116.* post hunc radentur tubera, si ver Tunc erit, & facient optata tonitrua cœnas Majores: tibi habet frumentum, Alledius inquit, O Libye: disjunge boves, dum tubera mittas.

Tuber, eris, f. arbor ex malorum genere. *Col. 1. 11. c. 2.* Possunt etiam his diebus cerasi, & tuberes, & armeniæ, atque amygdala, cæteræque arbores, quæ primæ florent, inseri commode. *Plin. 1. 15. c. 14.* Peregrina sunt *ziciphæ*, & tuberes, quæ & ipsa non pridem venere in Italiam. Hæc ex Africa, illa ex Syria.

Tuber, eris, m. fructus tuberis arboris. *Suet. in Dom. c. 16.* Oblatos tuberes servare iussit in crastinum. *Plin. 1. 15. c. 14.* Tuberum duo genera: candidum, & a colore sericum dictum: Pene peregrina sunt in uno Italix agro Veronenis nascencia, quæ lanata appellantur, &c.

Tuber terræ, *καλλάρμιον*, herba folia habens minima, quam hederæ, nigrioraque, & tenuiora, sine angulis, in quibus albicant maculæ. Caulis exiguo, inani, floribus purpureis, radice lata, ut rapum videri possit, cortice nigro. Nascitur in umbrosis. *Plin. 1. 25. c. 9.*

Tuberans, antis, partic. protuberante, tuber faciens. *Apulej. 1. 2. Metam.* Rosa soluta in sinu tuberante.

Tuberculum, i, n. *picciola protuberanza*, *θύκιδιον*, exiguum tuber. *Plin. 1. 11. c. 11.* Apes regis extruunt tuberculo eminentes. *Col. 1. 7. c. 5.* Seu cum idem locus tuberculum habet.

Tuberofus, a, um, adject. protuberante, pleno di tumori. *Varr. 1. 1. R. R. c. 49.* Tuberofus campus. *Petron. in Satyr. Calvus tuberofissimæ frontis.*

Tubicen, inis, m. *trombessere*, *trombetta*, *σάλπιγγις*, qui tuba canit. Tubicinum usus fuit præcipue in militia. Hi enim ad prælium vocabantur milites, & rursum receptui canentes, revocabant. *Veger. 1. 2. c. 7.* Tubicines, cornicines, & buccinatores, qui tuba vel æreo cornu, vel buccina committere prælium solent. *Sen. ep. 79.* Nec tubicen prædicationis nominis nostri silentium faciens. ¶ In funeribus quoque adhibiti sunt tubicines, qui canerent. Hinc de eo, qui desperatæ salutis sit, proverbio dicimus, *licet ad tubicines mittas*. h. e. sanus tuum parare tibi potes, jam jam moriturus. *Petron. in Satyr. c. 85.* Si idem trigus genua, manusque tentaverit tuas, licet ad tubicines mittas. ¶ De discrimine inter tubicinem, & cornicinem, V. in *Æneator*. ¶ Tubicines item fuerunt Sacerdotes, qui tubis lustrandis sacrificabant. *Festus:* Tubicines etiam ii appellantur, qui Sacerdotes viri speciosi publice sacra faciunt tubarum lustrandarum gratia.

Tubilustrum, ii, n. festum, quo tubarum lustratio fiebat. *Varro 1. 5. de LL. Tubilustrum*, quod eo die in atrio futorio sacrorum tubæ lustrabantur. Adde *Festum*. Fiebat autem ea lustratio agna, ut ex *Festo* colligitur, idque 10. Cal. Aprilis, idest die 23. Martii, & 10. Junii, id est die 23. Maii. Id cernere est in Calendario. Item e *Faldis* cognoscitur. *Quid. 3. Fast.* Summa dies e quinque tubas lustrare canoras Admonet, & forti sacrificare *Dez. Id. 1. 5. v. 725.* Proxima Vulcani lux est, tubilustria dicunt, Lustrantur puræ, quas facit illa, tubæ.

Tubularius, ii, m. qui tubulos facit. *Ammian. 1. 28. c. 1.* Obscurissime natus est pater tubulario. Alii leg. *tubulario*.

Tubulatio, onis, f. dispositio alicuius rei in modum tubali, excavatio. *Apulej. 1. 2. Florid. post inis.* Fixa tubulatione ligulæ.

Tubulatus, a, um, cavatus ad effigiem tubuli. *Plin. 1. 9. c. 36.* Alterum purpura vocatur cuniculatum procurrente rostro, & cuniculi lateris introversus tubulato, qua protulerit lingua.

Tubulus, i, m. *canaleto*, Ger. *scuchelin*, Gal. *peit ruyau*, Hisp. *araorillo*, *σπίριον*, *σκαλιόνα*, canalculus, seu fistula minor, dim. a *tubus*. *Varro 1. 1. de re rust. c. 8.* Inde enim aliquot colligatas libris demittunt in tubulos fistiles cum fundo pertuso, quos cuspidis appellant, qua humor adventitius tranire possit. ¶ Tubuli olim in patri-

rietibus fibant, quibus calor ignis ex fornace ascendens primum parietem, deinde & locum vicinum calfaciebat. *P. ocul. l. 13. Dig. de Jerv. v. 175.* Non licet tubulos habere admotos ad parietem communem, quod per eos flamma torretur paries.

Tuburc-nabundus, a, um, adject. avide comedens, vorax. Vox est *Catonis*, & tanquam nimis vestita, rejicitur a *Quintil. l. 1. c. 6.*

Tuburcinatus, a, um, eius, devotus, partic. a *tuburcinor. Apul. 6. Met. Prandio raptum tuburcinato.*

Tuburcinor, aris, d. 1. *ἄφρονας*, raptim comedo, ut *Non. c. 2. n. 851. interpretatur. Titim. ibid.* Tuburcinari sine me vultus reliquias. *Plaut. Pers. l. 1. 3. 42.* Tuburcinari de suo, liquid est domi.

Tubus, i, m. *canna, cannone, doctione, ΠΥΣ*, Ger. *teubel*, Gal. *tuyau*, Hisp. *atanor, αἰφύρα, σωλῶν*, canalis teres, & concavus, seu fitula maior, qua aqua ducitur. *Plin. l. 16. c. 42.* Piceæ, alni ad aquarum ductus in tubos cavantur. *Translate Martialis. l. 11. ep. 62.* Modo qui per omnes viscerum tubos ibat.

Tucca, m. 1. vir eruditus, Augusti temporibus, Virgilio amicissimus, & ex parte testamenti heres, cui Augustus una cum Vario, & Plotio Æneidem, quam cremari Poeta testamento iusserat, ea lege dedit emendamam, ut nihil adderet. *Servius.*

Tucetum, i, n. genus tarciminis ex suillis extis, vel carnibus minutatum concitis, & omento, vel reticulo vestitis, factum coctumque in fartagine ex oleo, vel butyro. *Vetus Perlii Scholiastes*, tuceta, aut, esse carnes bubulas crassiss. condimentis conditas, quas toto anno servant Galli Cisalpini. *Vetus Glossa.* Tucetum, ζωμας, παχῆς, *Fulgentius de Prisc. ferm.* etas regias dicit. Ex qua scriptorum varietate colligere possumus, varii generis tuceta esse, pauperiorum quidem vulgaris, & ex vili conditura, ditiorum vero, & guliosiorum magis exquisita. *Pers. Sat. 2. v. 43.* Grandæ patinæ, tucetaque crassa. *Apulej. l. 2. A. A.* Tucetum perquam lapidissimum.

Tuder, tis, n. *Todi*, col. & urbs Umbræ, in colle, apud Tiberim fl. media inter Perusiam, & Narniam 20. M. P. patria S. Martini Papæ. *Sil. l. 6. vers. 642.* Excelso summum qua vertice montis Devezum lateri pendet Tuder, atque ubi latis &c. Adde *Plin. l. 3. c. 14.*

Tuders, tis, adject. qui est ex Tuderti oppido. *Silius l. 4. v. 222.* Et Gradivicolam cello de colle Tudertem. *Id. lib. 8. v. 463.* haud parci Martem coluisse Tudertes.

Tudes, itis, m. *στυξ*, malleus, ab antiquo *tudo* pro *tundo*, quomodo & *frago*, pro *frango*, & *pago* pro *propago* dicebant veteres. *Festus*: Tudites malleos appellabant antiqui a tundendo. Inde Arterjus Capito existimavit Tuditano cognomen inditum, quod caput malleoli simile habuerit.

Tudicula, æ, f. machina lignea, qua tunduntur oleæ, a *tudo* pro *tundo*. *Col. l. 12. c. 50.* Est & organum erectæ tribulæ similis, quod tudicula vocatur, idque non incommode opus efficit, nisi quod frequenter vitatur, & si baccæ pulvisculum inieceris, impeditur.

Tudicillo, as, a. 1. commovere, misceo, agito, ductum a tudicula, quæ in *verberib. Gloss.* exponitur cochlear, quo cibi in cacabis miscentur. *Varr. apud Non. c. 2. n. 844.* Hæcine nobis tibi tudiculasse. *Apic. l. 5. c. 2.* Cum bene teriberit, tudiculasse, & in mortario teres.

Tuditanius, i, m. cognomen M. Sempromii, qui tuit Consul cum C. Claudio Centhone anno U. C. 513. Dicitur tuit a *ides*, quod caput malleoli simile habuerit, ut scribit *Festus*. Ab illo deinceps Sempromii dicti sunt Tuditani.

Tuditio, as, a. 1. proprie est malleolo impellere, ac protrudere, sed generatim notat propellere, protrudere, ac extundere, a *rudes*. *Festus*: Tuditantes, tundentes negotium significat aut *Cincius*, ide i agentes. Ennius libro secundo. Hæc inter se tota vi tuditantes. *Lucr. l. 3. v. 295.* Et quantis intervallis tuditantia possint Concurrere, coire, & discurrere vicium. Adde *eund. l. 2. v. 1141.*

Tuendus, a, um, *ἀμυντός*, particip. vel gerund. passivæ significationis a *tuor*. *Cic. l. 1. Fam. ep. 5.* Totus est nunc ab iis, a quibus tuendus fuerat, derelictus. *Id. 3. Verr. Ædem Castoris P. Junius habuit tuendam.*

Tuens, entis, m. 3. partic. a *tuor*. *Cic. 2. de Leg. Sed æquatis illius cœlum*, atque terras tuentis, & regentis Dei. *Virg. Ecl. 3.* transverta tuentibus hircis.

Tuëo, es, a. 2. idem quod tuor, defendo. *Inferiæ. apud Fabrest. pag. 498.* Rogo per superos, qui estis, ossa mea tuentis.

Tuëor, eris, tuitus sum, d. 2. *guardare, vedere*, *ΠΣ*, Ger. *schirmen*, Gal. *garder*, Hisp. *guardar, órdo, εἰρησι*, proprie, ac primo notat videre. *Virg. l. Æn. v. 717.* ardescitque tuendo. *Id. 4. Æn. v. 362.* Talia dicentem iandudum averfa tuetur. *Quoniam vero quæ aspiciuntur, ea sæpe asservamur, & quæ asservere volumus, ea jugiter aspiciuntur, hinc metonymice, seu metaleptice ponitur pro servare, conservare, defendere. Cic. pro Dejot. c. 8.* Sed quibus fines suos ab excursionibus hostium, latrocinis tueretur. *Liv. l. 5. c. 4.* Tueri familiam, *mantere. Quintil. Declam. 1.* Tuitus sum adolescens miserissimi caulam. *Nepos in Ast. c. 21.* Valetudinem tueri. *Id. in Phoc. c. 1.* Tueri paternam gloriam. *Interdum est alere. Scavola l. ult. ff. de in rem verso.* Sine quibus aut se tueri, aut servos paterno, exhibere non possent. *Reperitur etiam passive. Cypri l. consilio. ff. de curatoribus furioso dandis.* Consilio, & opera curatoris tueri debet non solum patrimonium, sed & corpus, & salus tuos. *Varr. l. 3. R. R. c. 1.* In pace a rusticis Romani alebantur, & in bello ab eis tuebantur.

Tufa, æ, f. genus vexilli militaris. *Veget. l. 3. c. 5.* Aquilæ, dracones, vexilla, & mullæ, tute. Al. leg. *vufæ*, alii *subæ*, ut notat *Lipf. l. 4. de milit. Rom. Dial. 5.*

Tuguriolum, i, n. *χαλύβιον*, parvum tugurium. *Apul. lib. 4. Miles.* Perfractum tuguriolo.

Tugurius, ii, n. *tugurio, capanna, כוכ, Ger. bravuren*, Gal. *buste*, Hisp. *choca, χαλύβη*, cava rustica, ex leviori materia excitata, arundine, aut alva palustris, aut palea tecta. *Pompon. de verb. sign. l. 180.* Tugurii applicatio omne adficium, quod rusticæ magis custodiæ convenit, quam urbanis ædibus, significatur. *Virg. Ecl. 1.* Pauperis & tuguri congestum cespite culmen. *Col. l. 12. c. 15.* Eligantur inter se acclives tenuissime tecto, mox tuguriorum.

Tuguriunculum, i, n. tuguriolum. *Hieronym. in vita Hilarian.* Tuguriunculum, quod juncus, & carice tegerat.

Tuitio, onis, f. *diffidat, conservazione. Cic. in Top. c. 23.* Natura partes habet duas, tuitionem fusi, & ulsiccandi jus.

Tuitus, partic. a *tuor*. V. *Tuor*.

Tulinæ, m. 2. pop. Germanicæ sup. versus fontes Danubii, & Nicri fl. inter Brigantium lac. & Abnobam M. ubiodie Comitatus Nellenburgensis, & Furstenbergensis, in Suevia Meridionali, Rauracis, & Latobricis. finitimi, quorum opp. *Stulingen*, ad Danubium. *Cluverius* eos ponit inter geminos Rheno-um confluentes, supra Curiam, & lac. Brigantium, ubi hodie pars Rhætorum.

Tullia, æ, f. nomen muliebri Romanum. Tullia filia Ser. Tullii, uxor tuit Tarquinii superbi, quæ super interfecti patris corpus carpento vehi non dubitavit. *Liv. l. 1. c. 46.* *Tullia*, filia M. Tullii Cicero-

nis, de qua sæpe in *epist. Fam.* Hanc blandicendi causa sæpe etiam Tulliolam appellat.

Tullia lex, lata a M. Tullio Cicerone duplex fuit, altera de legationibus liberis, h. e. ut earum tempus non indefinitum, ut antea, sed annuum esset: altera de ambitu, ne scilicet quis munus gladiatorum biennio, quo magistratum petebat, ederet, nisi ex testamento præstituta die; ut senatoribus de ambitu damnatis aqua & igni interdiceretur; ut reis morbum excusantibus pœna certa esset &c. V. *Cic. pro Mur. pro Sext. & in Vatin. Dio. l. 37.*

Tullianæ, adv. Tulliano more. Agnoscitur a *Diomed. l. 1. pag. 397. Putsch.* Tullianum, i, s. subit. n. locus Romæ in carcere, & noxiorum supplicio destinatus, ita dictus a Servio Tullio, qui hanc carceris partem adiecit. *Fest.* Tullianum quod dicitur, pars quedam carceris, Ser. Tullium Regem ædificasse ajunt. *Sallust. in Cassil. c. 55.* Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur.

Tullianus, a, um, adject. a Tullio, ut Tullianum caput. *Cic. Att. l. 15. ep. 27.*

Tulliola V. *Tullia*, æ.

Tullius, ii, m. tubus, fitula aqueductus, vel fontis, saliens, filanus, rivus, a *tulo*, seu *tullo* pro *tolo*, vel *tollo*, unde *teruli*, & *tuli*. Nempe qua in altum aquam attollat, unde & saliens vocatur. *Enn. apud Festum.*

Tullius, ii, m. τῦλλος, nomen gentilitium apud Romanos. Hinc Serv. Tullius Rex Sextus, & M. Tullius Cicero eloquentiæ Latine princeps.

Tullus Hostilius, tertius Rex Romanorum, qui Numæ successit. *Liv. l. 1. c. 26.*

Tulo, is, a. 3. *portare*, usurpatum est a veteribus, teste *Priscian. l. 8. & 10. & Diomed. l. 1.* a quo remanit *tuli* in præterito verbi *Fero*.

Tum, *cois, ma, si, de, ῥηδης δὲ*, conjunctio, quæ in oratione plerumque subsequitur conjunctionem *cum*, ejusdem fere significationis, nisi quod *tum* majus quiddam in se continet, aut specialius. Nam si membra ambo ejusdem sint ponderis, magis utitur *tum* geminato. Usurpatum cum verbis. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 1.* Cum multæ res in Philosophia nequaquam satis adhuc explicatæ sunt, tum perdifficilis, Brute, quod tu minime ignoras, & perobscura quæstio est de natura Deorum. *Vel cum nominibus. Cic. 4. Tusc. c. 1.* Cum multis locis nostrorum hominum ingenia, virtutesque, Brute, solco mirari, tum maxime iis in studiis, quæ fere admodum experta in hanc civitatem & Græcia transferuntur. V. *Cum*. *In rebus paucis, ut dixi, tum geminatur. Cic. 4. Verr. Tum tempus, tum in his ipsis rebus. Id. Att. 9. ep. 3.* Dissero in utraque partem tum Græcæ, tum Latine, *ora in Greco, ora in Latino.* *Sæpe conjungitur cum auserm, pro sum etiam. Cic. 2. de nat. c. 39.* Ique tum tulus, & extenuatus sublimis ferretur, tum auserm concretus in nubes cogitur. *Item cum vero, etiam sine particula cum præcedente, pro tum etiam. Cic. 1. de Or. Ex his enim & dignitatem maxime expectandam videmus, tum vero iustus, atque honestus labor honoribus, præmiis, atque splendore decoratur. *Accipitur etiam pro &, præsertim si sæ us reperatur. Cic. 2. de nat. Deor. Quia tum occultantur, tum rursus aperuntur, tum abeunt, tum recedunt, tum antecedunt, tum autem subsequuntur, tum celerius moventur, tum tardius. Est etiam adverbium, & accipitur pro deinde, vel præterea, in alio, de ipi. Virg. 6. Æn. Aeneas matri Eumenidum, manente forori Enie terit, et silemque tibi Proserpina vaccam, Tum Stygio Regi nocturnas inchoat aras. Terent. Andr. 1. 5. Laborat et dolore, atque ex hoc misera sollicita est, tum autem hoc timet, Ne deseras se. Id. Eun. 3. 7. 8. Quid tum postea? che farà poi? Cic. 2. Phil. c. 8. Cedant arma togæ: quid tum? nonne cessaverit? che seguit poi? Sic, tum præterea, in alio, de ipi. Cic. Att. 1. in Verr. c. ult. Item pro tunc. Cic. Att. l. 7. ep. 6. Nisi forte hæc illi tum arma dedimus, ut nunc cum bene parato pugnaveremus. *In hac acceptione similiter conjungitur elevarum cum vero, vel auserm. Virg. 1. Æn. Tum vero ingentem geminum dact pectore abimo. Item cum denique, vel demum. Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1. Tum denique teor beatas Republicas putavit, si aut docti, aut sapientes homines eas regere cõpissent. Liv. l. 2. c. 20. Tum demum impulsu Latini, perculsive inclinavit acies, allora finalmente: allora fu che.***

Tumefactio, is, feci, factum, a. 3. *enfiare, הריבה, Ger. aufblähen*, Gal. *enfler*, Hisp. *hinchar, εὐχαινω*, tumidum facio. *Ovid. 15. Met. v. 303.* Extentam tumefecit humum.

Tumefactus, a, um, partic. a *tumefo*. *Martialis. l. 4. epigr. 11.* Dum nimium vano tumefactus nomine gaudes.

Tumens, entis, o. 3. *οὐδαρ, gonfio. Virg. 2. Æn. Pedes tumentes.* *Translate Cic. 3. Tusc. c. 9.* Sic igitur inflatus, ac tumens animus in vitio est, idest superbiens. *Tacit. 1. hist. c. 16.* Nero longa Cæsarum ferie tumens.

Tumêo, es, muî, sine sup. *effere gonfio, טעב, Germ. blasig seyn*, Gal. *s'enfler*, Hisp. *hinchar, οὐδα, οὐδαρ, εὐχαινω*, tumidus sum, inflatus sum. *Virg. 2. Georg. v. 324.* Vere tumens terræ, & genitalia semina poscunt. *Ovid. 3. Met. Igne micant oculi, corpus tumet omne veneno. Tibull. l. 1. eleg. 8.* Et tua jam fletu lumina fissa tumet. *Translate ponitur pro superbiere, quoniam inflati quodam modo superbiunt animi videntur. Cic. 3. Tusc. Sapientis autem animus semper vacat vitio, nunquam turgescit, nunquam tumet. Hor. l. 1. ep. 1. Laudis amorem tumens. Tumere alicui, est alicui iratum esse, nam qui irascuntur, illis secur bile tumet, ut Hor. l. 1. od. 13. loquitur. Stat. l. 2. Silv. 1. v. 58. Accensum quis bile teret? famulique tumement Leniet? *Hinc tumere etiam dicuntur, qui irritati sunt, & seditiosus, bellum meditantur. Tacit. 2. hist. c. 32.* Quoniam Gallie tumeamt. *Plin. in Paneg. c. 80.* Tumentes populos non imperio magis, quam ratione compescere. *Huc pertinet & illud Cic. Attic. l. 14. ep. 4.* At ego te istic quotidie aliquid novi suspicor: tument negotia. h. e. in eo statu sunt, ut in tumultum, aut bellum erumpant.*

Tumefo, is, n. 3. *enflar, εὐχαινω, εὐχαινω*, tumidus fio, inflor. *Virg. 1. Georg. Continuo ventus surgentibus aut freta ponti Incipiunt tumescere. Id. 2. Georg. Maria alta tumescunt. Translate est irritari, superbiere, gliscere. Virg. 1. Georg. v. 165. operta tumescere bella. Claudian. 1. in Eutrop. v. 176. atqueque tumentur serviles animi.*

Tumide, adv. *superbamente. Plaut. Aïn. 3. 3. 115.* Ut tumide is! Ita *Meursius*. Alii ut *tincedis! Senec. Suasor. 1. in fine*: Ut sententiam adjectione supervacanea, atque tumide perderet. Al. leg. *tumids. Id. l. 4. Controvers. 25.* Tumidissime dixit Murrhedius.

Tumiditas, atis, f. idem ac tumor. *Firmic. l. 8. c. 29.* Qui ventris tumiditate correpti hac ex causa moriantur.

Tumidifolus, a, um, adject. tumidus, tumens, ut Tumidifolus colles, *Ammian. l. 21. c. 10.* Al. leg. *tumulofo*.

Tumidulus, a, um, adject. diminut. *tumidetto*, ut tumidulæ gingivæ, *Apulej. in Apolog.*

Tumidus, a, um, o. 1. 2. *gonfio, enflato, tumido, טעב, Ger. geschwollen*, Gall. *enflé*, Hisp. *hinchade, εὐχαινω*, inflatus. *Cic. 3. Tusc. Num aliquid quodpiam membrum tumidum, ac turgidum non vitiofe*

tiose se habet? *Virg. 3. Æn. v. 157.* Nos tumidum sub te permens
 classibus æquor. *Cels. l. 2. c. 6.* Tumidiores oculi. ¶ Tumidæ terræ
 dicuntur, quæ in colles surgunt. *Tacit. 2. Annal. c. 23.* ¶ Per transla-
 tionem accipitur pro superbo. *Ovid. 8. Met. v. 495.* Vivuque, & vi-
 ctor, & ipso Successu tumidus Regnum Calydonis habebit? ¶ Item
 pro magno, ingenti. *Hor. l. 2. Sat. 5.* Urge, & Crescentem tumidis infla
 fermobus utrem. h. e. magnis laudibus.

Tumor, oris, m. gonfiatura, enfugione, enfiamento, ארש, Germ. *ges-
 chwulst,* Gal. *enfure,* Hisp. *bincazon, oideza, oideis, oidezo,* & in-
 flatio. *Cic. 4. Tusc. Citiusque repentinus oculorum tumor sanatur,*
 quam diuturna lippido depellitur. *Cels. l. 4. c. 28.* Donec aliquid ex
 tumore minuisse, coloremve ulceri magis naturalem reddidisse videat-
 ur. ¶ Tumores terræ dicuntur colles, & tumuli, *Frontin. de colon.
 pag. 126.* ¶ Translate ponitur pro perturbatione animi, præcipue pro
 superbia, & ira. *Cic. 3. Tusc. Et quidem inveterato malo, cum tu-
 mor animi refedisset.* ¶ Item pro verum commotione, & eruptione.
Cic. Att. l. 14. ep. 5. Ne deserere viderer hunc rerum tumorem.

Tumulâmen, inis, n. *sepolero,* tumulus. Vetus quoddam epitaphium ap-
 ud *Padret. pag. 634.* Ipse meis quod constitui tumulamina membris.

Tumulâtus, a, um, *sepolio.* *Martial. l. 11. ep. 92.* Æolidon Canace jacet
 hoc tumulata sepulcro.

Tumulo, as, a. 1. *seppellire, sosterrare,* כרך, Ger. *begraben,* Gall. *en-
 terrer,* Hisp. *sepultar, סארו,* sepelio, in tumulo condo. *Caesul. Argon.
 39. al. 65.* Nec injecta tumulabor mortua terra. *Ovid. 8. Met. v. 710.*
 Neu sim tumulandus ab illa.

Tumulosus, a, um, adject. *pieno di colline, o tumuli.* *Sallust. in Jug. c.
 91.* Pervenit in locum tumulosum.

Tumuluarie, adv. *in freta, in tū παρατυχίως,* cum tumultu, festi-
 nanter. *Amian. l. 24. c. 8.* His raptim, ac tumultuarie actis. *Spartian.
 in Caracal. c. 6.* Tumultuarie cum Parthorum Satrapis manum contulit.

Tumuluaris, a, um, *Σορβαμαχικός,* quod in tumultu factum est, ut
tumuluaris milites, qui in tumultu evocabantur, idest in bello Itali-
 co, & Gallico. Hi milites fiebant per conjurationem. Nam quia sin-
 gulos interrogare non vacabat propter præsens periculum, qui fuerat
 ducturus exercitum, ibat ad Capitolium, & exinde proterens duo ve-
 xilla, unum roseum, quo pedes evocabat, alterum cæruleum, quo
 equites, dicebat, *Qui vult salvam Rompublicam, me sequatur,* & qui
 convenissent, simul jurabant. Unde dicebatur ista militia conjuratio.
Serv. in 8. Æn. Sigon. l. 1. de ant. jure C. R. c. 15. Liv. l. 5. c. 37. Quippe
 quibus velut tumultuario exercitu raptim ducto ægre ad undecimum
 lapidem occursum est. *Id. l. 38.* Mens ea Senatus fuit, ut in Hispania
 tumultuarii milites legerentur. ¶ Translate sumitur pro omni eo,
 quod sine præmeditatione, & subito factum est, *falso in freta, παρα-
 τυχίως,* ut Tumultuarium opus, tumultuaria oratio, &c. Nam in tu-
 multu omnia præpropere administrari publice, privatimque solita fue-
 re, cum bellum urgens, & quasi muris imminens solemnem actum non
 admitteret. *Quintil. l. 10. c. 7.* Sed nec tumultuarii, nec fortuiti ser-
 monis contextum mirabor unquam.

Tumuluatim, adverb. *properanter, temere.* *Sidon. l. 4. ep. 11.* Non tu-
 muluatim doctrinæ suæ opes erogaturus.

Tumuluatio, onis, f. *δυνατότης,* actus tumultuandi. *Liv. l. 38. c. 2.* Hæc
 tumultuatio Regem cupientem, si sequebantur, raptim evadere angus-
 tias, revocare primos, & eadem, qua venerat, via referre coegit
 regna.

Tumultuatio, as, n. 1. *fare tumulto, Σορβία, Σορβίσιμα,* in tumultu sum,
 in perturbatione sum. *Plaut. Rud. 3. 2. 29.* Ut mihi istud dicere negotii
 quid sit, quod tumultuosus. *Cels. l. 7. B. G. c. 61.* Uno tere tempore sub
 lucem hostibus nuntiat, in castris Romanorum præter consuetudi-
 nem tumultuari.

Tumultuor, aris, d. 1. idem ac tumultuo. *Cic. 2. Agr. c. 37.* Ego is
 Consul, qui condonem metuum? qui Tribunos Plebis perhorrescam?
 qui sæpe, & sine causa tumultuet? *Id. pro Calp. c. 15.* Quod tumultua-
 ris foror? quid infans? *Auct. ad Her. l. 4. c. 15.* In otio tumultuarii,
 in tumultu solus es otiosus.

Tumultuose, adv. *Σορβασίως,* cum tumultu. *Liv. l. 2.* Adeo tumultuo-
 se excepta est clamoribus undique, & indignatione Patrum. *Cels. l. 7.
 bell. Gall. c. 45.* Iis imperat, ut paulo tumultuosius omnibus in locis
 pervagarentur. *Liv. l. 1. c. 40.* In vestibulo regis, quam potere tu-
 multuosissime specie rixæ in se omnes apparitores regios convertunt.

Tumultuosus, a, um, *tumuluaris, sedicioso,* qui turbas excitare solitus
 est. *Liv. l. 4. c. 28.* In otio tumultuosus, in bello legens. ¶ Sumit-
 ur etiam passive, pro eo, qui est plenus tumultus, *confuso, Σορβί-
 σίως.* *Plaut. Trin. 5. 2. 52.* Quis homo Tam tumultuosus sonitu me exci-
 vit subito foras? *Cic. de Invent. c. 3.* Si exeditiosa, ac tumultuosa vita
 se in studium aliquid traherent quietum. *Hor. l. 3. ode 1.* Neque tu-
 multuosum sollicitat mare, *tempestivo.* *Liv. l. 2. c. 10.* Tumultuosissi-
 mum genus pugne. *Vellei. l. 2. c. 72.* Italia tumultuosior.

Tumultus, us, m. *tumulto, תוררה,* Ger. *auffruhr,* Gal. *trouble, mutine-
 rie,* Hisp. *alboroto, Σορβία.* Ita dicebatur a Rom. bellum aliquod
 subitum, quod ob periculi magnitudinem, hostiumque vicinitatem ma-
 gnam Urbi trepidationem incutiebat. Proprie autem tumultum dice-
 bant bellum Gallicum, aut Italicum. *Cic. 8. Phil. Belli nomen ponend-
 um in sententia quidam non putabant, tumultum appellare male-
 bant, ignari non modo rerum, sed etiam verborum. Potest esse bellum
 sine tumultu, tumultus esse sine bello non potest. Quid est aliud tu-
 multus, nisi perturbatio tanta, ut major timor (al. amor) oriatur,
 unde etiam nomen ductum est tumultus? Itaque majores nostri tu-
 multum Italicum, quod erat domesticum, tumultum Gallicum, quod
 erat Italicæ finitimus, præterea nullum tumultum nominabant. Gra-
 vius autem esse tumultum, quam bellum, hinc intelligi licet, quod
 bello vacationes valent, tumultu non valent. Hæc *Cic. qui Phil. 5. c. 12.*
 Rem, inquit, administrandam arbitrator sine ulla mora, & confestim
 gerendam censeo, tumultum decerni, justitium indici, saga sumi dico
 oportere, delectum haberi sublati vacationibus in Urbe, & in Italia.
 Hisce verbis *Cicero* omnia tumultus signa expressit, quibus apparet,
 omnia in tumultu præpropere administrari publice, privatimque solita
 esse, cum bellum urgens, & quasi muris imminens solemnem actum non
 admitteret. *Liv. l. 7.* Dictator cum tumultus Gallici causa justitium
 edixisset, omnes juniores sacramento adiegit. ¶ Translate ponitur
 generatim pro omni perturbatione, trepidatione, metu. *Virg. 2. Æn.
 hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu Protrahit in medios.*
*Cels. l. 1. B. Civ. Hanc enim initio tumultus evocaverat, reliquæ non-
 dum convenerant.* *Cic. 2. Catil. Mihi, ut Urbi sine vestro metu, ac
 sine ullo tumultu satis esset præsidii, &c. Sallust. in Jugur. c. 53.* Tu-
 multum facere. *Tacit. 4. Hist. c. 16.* Tumultum comprimere. *Liv. l. 25.
 Præbere tumultum civitati.* ¶ Reperitur etiam genitivus *tumultus,* ut
 sit 2. declinat. *Plaut. Cas. 3. 5. 22.* Quid intus tumultu fuit? *Ter. Andr.
 2. 2. 28.* Nil ornati, nihil tumultu.*

Tumulus, i, m. *monticello, היל,* Ger. *hugel,* Gal. *tette, monceau,* Hisp.
cerro, ארש, colliculus e terra nonnihil eminens, a *tumeo.* *Cels. l. 1.
 B. G. c. 43.* Planities erat magna, & in ea tumulus terreus satis grandis.
Virg. 2. Æn. v. 713. Est urbe egressis tumulus. ¶ Aliquando ponitur
 pro sepulcro, quia ibi coacervari terra consuevit. *Virg. 3. Æn. v. 328.*
 O felix una ante alias Priameia virgo Hostilem ad tumulum Troæ
 sub menibus altis iussa mori. *Cic. pro Arch. Cum Alexander in Sicili-
 a ad Achilles tumulum astitisset.* ¶ *Tumulus honorarius,* est cenota-
 phium, hoc est vacuum sepulcrum, quod in mari submerso, eique,
 cujus corpus haberi non poterat, erigi solebat. *Suet. in Claud. c. 1.*
 Cæterum exercitus ei honorarium tumulum excitavit, circa quem, &
 Tun? pro Tune. *Ter. Eun. l. 1. 2. 6.* Hem, tun' eras? *eri forse tu?*
 Tunc, *allora, τότε,* eo tempore. Dicitur de futuro, & præterito tem-
 pore. *Virg. 4. Æn. Tunc decuit, cum scepra dabas.* *Cic. 7. Phil. Sed
 erat tunc excusatio oppressis, misera illa quidem, sed tamen justa*
 nunc nulla est. *Horat. de ar. Poet. v. 103.* tunc tua me intortuolant.
 ¶ Interdum ei additur genitivus temporis. *Justin. l. 1. c. 4.* Sed de gente
 obscura tunc temporis Perfarum Cambysii mediocri viro in matrimonio
 tradidit. ¶ Cum verbo præteritis temporis, *Stat. 5. Theb. v. 81.* nam
 me tunc libera curis Virginitas, annique tegunt.

Tundo, is, tutudi, tufum, & tunsum, a. 3. *percussere, battere, pestare,*
 כרש, Ger. *stampfen,* Gal. *frapper, brayer,* Hisp. *tundir, χτυπω, αδαω,
 αδαρω,* percutio, pulso, ab antiquo *tudo,* unde *tuder,* & *suditare.*
*Diomedes docet, hoc verbum habere duplex præteritum, & duplex su-
 pinum, scil. tusedi, tufum, tunsis, tunsum. Tusedi* avertit etiam a
*Varr. l. 8. de L. L. cujus quidem penultima plerumque brevis est, ut ex
 compositis patet; produxit tamen Ennius apud Priscian. l. 10. in Con-
 sudiis. Plaut. Asin. 2. 1. 14.* Sed quid hoc, quod quis ulum tundit?
Cic. 7. Verr. c. 54. Cum illi nihilominus jacenti latera tunderentur, ut
 aliquando sponder se diceret. *Ovid. l. de ar. v. 535.* Tundere pestus.
 ¶ Translate dicitur de verbis, pro iterare, sæpius idem repetere. Et
 est translatio sumpta a malleo farorum sæpe percussente. *Ter. He-
 1. 2.* Tundendo, atque odio denique effecit senex. ¶ *Tundere assidue*
eandem incudem, proverbialiter dicitur, pro indefatigabili assidue
 in operis alicujus studio perseverare, Metaphora ducta a fabris, cre-
 bris ictibus incudem ferientibus, atque ita tandem aliquando ferri ri-
 gorem perpetuo labore vincuntibus. *Cic. 2. de Or. c. 39.* Ego autem fi-
 gorem nunc plane rudem institui ad dicendum velim, his potius tra-
 dam assiduis, uno opere eandem incudem diem, noctemque tundentibus.
 ¶ *Tundere aures,* est obtundere, sæpe idem repetendo. *Plaut. Pen. 1. 3.
 25.* Pergin' aures tundere? Participia *tunsus, & tusus V. suis locis.*

Tunica, as, f. *tonica, tonaca, תרונה,* Ger. *underrock,* Gal. *tunique, saye,*
 Hisp. *sayo, habirol, טרונה,* velis interior, apud Romanos, cui toga
 superinduebatur, qua tum viri, tum mulieres utebantur, responde-
 que ei quæ ab Italis dicitur *fort' abito, camiciuola, fossana.* *Varr. l. 4.
 de L. L. cenet esse vel a tuendo, vel ab inducendo.* Inquit enim:
 Tunica ab tuendo corpore: tunica ut induca. *Cic. 2. de Orat. Dilorica-
 care tunicam, & judicibus cicatrices adversas offendere.* ¶ Tunica
 angustior, & brevior, quam toga, fuit, ac primum sine manicis, de-
 inde manicata, ac cinctu constricta est: de ejus longitudine ita *Quintil.
 l. 11. c. 3.* Cui laticlavi jus non erit, ita cingatur, ut tunica priori-
 bus oris infra genua paululum, posterioribus ad medios poplites usque
 perveniat. Nam infra mulierum est, supra ceterorum. ¶ Tunica
 manicata, & talares, idest usque ad talos demissa, fuere mulierum
 propriæ: in viris semper probro objectæ sunt. *Gell. l. 7. c. 12.* Tunicis
 uti virum prolixis ultra brachia, & usque in primores manus, ac
 prope in digitos Romæ, atque omni in Latio, indecorum fuit. Eas
 tunicas Græco vocabulo nostri *χαρπύριος* appellaverunt: Fœminisque
 solis vestem longe, lateque diffusam decere existimaverunt ad unas,
 cruræque adversus oculos protegenda. Viri autem Romani primo quid-
 em sine tunicis toga sola amicti fuerunt, postea substrictas, breves
 tunicas citra humerum deficientes habebant. Quod genus Græci dicunt
ἰσχυρίδης. Hac antiquitate inductus P. Africanus Pauli filius P. Sulpitio
 Gallo homini delicato inter pleraque alia, quæ oblectabat, id quoque
 probro dedit, quod tunicis uteretur manus totas operientibus. *Ha-
 ctenus Gell. in Catil. c. 20.* Quos pexo capillo nitidos, aut imberbes,
 aut barbatos videtis, manicatis, & talaribus tunicis, velis amictos,
 non togis. *Virg. 9. Æn. Et tunica manicata, & habet redimicula mitræ.*
 ¶ Romani diu tunica caruerunt, sola toga amicti, ut apparet ex *Gellii*
 verbis. Postquam vero tunica introducta est, eam tere semper, & ubi-
 que gestabant, una cum toga. Sed in exercitationibus togam ponebant,
 tunicam retinebant. *Plutarchus* scribit, Catonem majorem per hyemem
 tunica exomide sumpta, per æstatem nudum opus in agro perterritis.
 Dixi *sepe semper.* Nam tunicam multi & privati, & in Magistratu omiserunt.
 Tertius est Acro, qui rationem reddens, cur *Horatius* Cethegos
 cinctus dixerit, sic inquit: Cincti Cethegi tunicas non gerebant,
 sed pro tunica cinctum, vel campêtre ab umblico ad pedes, reliquo
 corpore exerto, & nudo, niti toga tegeteretur. Etiam Candidati sine tu-
 nica cum toga candida præstant, ut *Plutarchus* scripsit in *Coriolano.*
Pedanius Catonem jus dixisse, cum esset Prætor, sine tunica, campêtre
 sub toga cinctum, notavit, eumque morem repetisse ex statu Romuli,
 & Camilli ætate factis. Contra plebecula, præsertim turba forensis (i-
 tem rustici in agris) tunica usa est sine toga, aut pallio. *Hinc Hora-
 tius l. 1. ep. 7.* populum tunicatum vocat: Villa vendentem tunicato
 scruta popello. ¶ Tunica duplex fuit, *vestis, & clavata.* Recta tunica
 dicebatur, quæ erat sine clavis. Inventa est a Tananque uxore Tar-
 quinii Prisci, teste *Plin. l. 8. c. 48.* Tunica clavata fuit, quæ clavos
 purpureos intextos habuit. Hæc rursus duplex erat: alia clavos purpu-
 reos latos intextos habebat, alia angustus, illa dicebatur *latus clavus,*
 & *tunica lani clavi,* hæc *angustus clavus, & tunica angustii clavi.* Tu-
 nica lani clavi habuit originem a Tullo Hostilio, ut est apud *Plin. l.
 9. c. 39.* Hujusmodi tunicarum varietas Ordines C. R. distinguit. Nam
 Senatores, & Equites tunicam clavatam induerunt, Plebs rectam,
 & sine clavis: deinde latus clavus fuit Senatorum, atque amplissimi
 Ordinis insignis, angustus clavus fuit proprius Equitum Romanorum.
 Itaque *Ovidius* ostendens sibi defuisse Senatoriam dignitatem, inquit
4. Trist. ed. 10. v. 35. Curia restabat, clavi mensura coacta est. *Lam-
 prid. in Alexandro:* Tum satis esse constituit, ut Equites Romani a
 Senatoribus clavi qualitate discernerentur. Hinc Senatores *laticlavii,*
 Equites Romani *angustielavii* dicti. V. *Clavus.* ¶ Etiam Sacertotes
 tunica lani clavi utebantur. Imo & præcones hanc tunicam
 ultimis temporibus induerunt, ut scribit *Plin. l. 33. c. 1.* ¶ Postquam
 Romani plures tunicas adhibere cœperunt, ea proprie tunica dicta
 est, quæ sub toga induebatur, nam quæ carni adhærebatur, indusium,
 & subucula vocabatur; & indusium quidem muliebres, subucula vero
 virilium, ut notant *Manus, & Ferrar.* locis infra citandis ex *Varr. Non.
 & alius;* quamquam interdum omnes vestes, quæ sub toga sunt,
 tunica nomine veniunt, ut ex *Ovid. l. 1. & 3. de cre. am. constat.*

Tunica porro earni adhærens (tunica enim vocatur ab eodem Ov. 2. *Fast.* v. 247.) ex lino facta, estque eadem cum ea, quæ *camisica* Italiane dicitur. Legitur autem linea tunica apud *Lampr. in Alex. & Popsic. in Aurel.* Plura de tunica V. apud *Manut. de quaest. per epist. par. 1. ep. 2. & Ferrar. 1010 l. 3. par. 1. de re vestiar.* ¶ Tunica palmata dicta est, quæ palmas habebat intextas, fuitque propria victorum, & triumphantium. *Liv. l. 30. c. 15.* Massiliensis toga picta, & palmata tunica donat. V. *Manut. loc. cit.* Eadem dicitur *Tunica Jovis a Juvenal. sat. 10. v. 38.* tum quia tali habitu Jupiter Capitolinus indutus erat, tum quia triumphatori eam ex Capitolio fovebant. V. *Pistus.* ¶ De tunica molienda V. *Molesius.* ¶ *Tunica pallio propior*, proverbium est, quo significatur, ex amicis alios esse nobis magis devinctos, quorum major habenda ratio sit, quemadmodum tunica propior est corpori, quam pallium, quod tunicæ superinducitur. *Plaut. Trinum. 5. 2. 30.* Hunc priorem æquum est me habere: tunica pallio propior. ¶ Translate tunica ponitur pro membrana. *Plin. l. 11. c. 37. de oculis:* Tenuibus membranis eos natura composuit, callosis contra frigora caloreque in textu tunicis, quas subinde purificant lacrimationum falvis. Sic testicularum tunicæ, apud *Cels. lib. 7. c. 24.* ¶ In arboribus tunica dicitur liber interior post corticem. *Virg. 2. Georg. v. 75. de gemmis arborum:* Et tenues rumpunt tunicas. Eodem modo tunica lupini, est folliculus lupinum involvens apud *Juvenal. sat. 14. v. 153.* ¶ Denique tunica usurpatur pro velamento abcessus, seu tumoris in aliqua corporis parte. *Cels. l. 7. cap. 2.*

Tunicatus, a, um, *χτυρωτός*, qui sola indutus est tunica, hoc est qui nullam tunicam superinduit togam, cui opponitur *togatus*, quales fuere pauperiores apud Romanos, præsertim tula forensis, denique etiam divites, cum se se exercebant. *Cic. pro Cael. c. 5.* Ut exercitatione, ludoque campestri tunicati uterentur. *Hor. l. 1. ep. 7.* Villia vendentem tunicato serua popello. ¶ Metaphrice sumitur pro indocto, imperito. Sic *Tacitus in Dial. de Or. c. 7.* vulgus imperitum appellat populum tunicatum. ¶ Translate *tunicatum sepe dixit Pers. Sat. 4. v. 3. h. e.* multa involucre, velut tunicas habens. ¶ Tunicata quies est, quæ habetur ruri, ubi togis depositis, tunicati homines liberius vivunt. *Martial. l. 10. epigr. 51.* O soles! o tunicata quies!

Tunico, as, a. i. *vestire, χτυρωζο*, tunica aliquem induo. *Varro apud Non. c. 2. n. 873.* Hæc lanigeras detonderi docuit, tunicareque homulum.

Tunicula, læ, f. parva tunica. *Plaut. Rud. 2. 6. 65.* Reductus sum ad hanc usque unam tuniculam. ¶ Translate *Plin. l. 26. c. 12.* Morbum regium in oculis præcipue mirari est, tenuitatem illam tunicularum felle subeunte. h. e. membranarum.

Tunus, a, um, nom. particip. a tundo, *battuto, percosso, pestato.* *Virg. l. 1. Æn. v. 481.* Et tunæ pectora palmis. *Id. 4. Georg. v. 266.* Proderit & tunum gallæ admiscere saporem.

Tuntobriga, f. i. urbs Callaïcorum Braccariorum in Hispania Tarr. in Portugallia, in prov. Transmontana, in ruinis jacens, cujus manet tantum vicus *Bargua de Regoa*, ad Tuelam fl.

Tuor, eris, tuitus sum, d. 3. *vedere, תור, Germ. sehen, Gall. voir, Hisp. mirar, orar,* idem ac tuere, apud veteres, quod proprie notat aspiciere, contemplari, & metonymice servare, defendere. *Festus:* Tuor video, tuor defendo, in usu olim fuit: Sed jam promiscue utuntur, & ponitur tuor pro video, & contueor pro defendo.

Tuor, oris, m. *visita. Apulej. de Deo Socrat.* Fila tenuia usque adeo, ut radios nostri tuoris raritate transmittant.

Turba, æ, f. turba, turbamento, *תורב, Germ. unordnung, Gal. trouble, bruit, Hisp. turba, תורב,* perturbatio cæcus, sive multitudo, ut rixa duorum. *Ul. l. Pætor ait. ff. vi bonorum raptorum, C. de turba:* Turba autem ex quo numero admittitur? Si duo rixam commiserint, utique non accipiuntur in turba id factum, quia duo turba non proprie dicuntur. Eum vero si plures fuerint, decem putat, aut quiddecim homines, turba dicitur. Quid ergo, si tres, aut quatuor? turba utique non erit. Et rectissime Labeo inter turbam, & rixam multum interesse ait. Namque turbam multitudinis hominum: esseurbationem, & cætum, ad rixam duorum. *Hæctenus Ulpianus*, cujus doctrina non semper vera est; nam turba ponitur etiam pro quacunqueurbatione, sive paucorum sit, sive multorum. *Ter. Heaut. 1. 1. 16.* Propter eam hæc turba, atque abitio venit. *Cic. l. 6. Fam. ep. 6.* Quanta in turba, quantaque in confusione rerum omnium videremus. *Quintil. l. 2. c. 16.* Excitare turbas. *Ter. in Eun.* Turbas dare. h. e.urbationes afferre. ¶ Metonymice, quia multitudo fere non vacat perturbatione, turba accipitur pro multitudine. *Cic. 2. Verr. Videt ad ipsum Fornicem Fabianum in turba Verrem*, appellat hominem, & ei voce maxima victoriam gratulatur. *Ovid. l. 1. Am. el. 7.* Quæque tuos currus comitantur turba sequetur. *Nepos in Dertam. c. 6.* In turbam exire. *divulgari.* ¶ *Turbam* de duobus tantum usurpat *Ovid. 2. Fast.* ubi loquens de Tito, & Arunte Tarquinii superbi filius matrem osculantibus, inquit v. 715. Oculi quisque suæ matri properata tulere, Non intellecto credula turba Deo. ¶ Translate usurpatur de quacunque multitudine. *Cic. 1. de nat. Deor.* Magnam turbam congregat ignotorum Deorum. *Id. in Bruto c. 32.* Præclare, inquit Brutus, teneo, qui istam turbam voluminum effecerit. *Lucan. l. 4. v. 251.* Turba scelerum. *Plin. l. 9. ep. 25.* Turba negotiorum. ¶ *Nonius c. 12. n. 26.* discrimen affert inter turbam, & turbas, ut turbadicatur de multitudine hominum, turba de perturbationibus: sed hæc differentia nulla est, nam turbam facere apud *Terent. Eun. 4. 1. 2.* est idem ac turbas excitare.

Turbamentum, i, n. *turbazione, תורב, Germ. unrube, Gall. troublement, Hisp. turbamiento, תורבוס,* idem ac turbatio. *Sallust. in oratione Lepidi ad Populum R. Maxima turbamenta Republicæ, atque exitia probate. Tac. l. 1. hist. c. 23.* Quæque alia turbamenta vulgi.

Turbasso, is, it, futurum conjunctivi pro turbavero, apud veteres. *Cic. 3. de Leg. c. 4. ex leg. XII. Tab.* Ast qui turbassit in agendo, fraus auctoris est. Alii leg. turbassit.

Turbate, adv. *turbatamente, Germ. unordentlich, Gal. avec trouble, Hisp. turbamiento, תורבוס,* confuse, turbulente. *Cæf. l. 1. B. C. c. 5.* His de causis aguntur omnia raptim, atque turbate.

Turbatio, onis, f. *turbazione, Florus l. 4. c. 6.* Divitiarum spes exurbatione Republicæ. *Gell. l. 19. r. 1.* Coloris, & vultus turbatio.

Turbator, oris, m. *turbatore, תורב, Germ. betruber, Gal. breillon, troubleur, Hisp. perturbador, תורבוס,* qui turbat. *Liv. l. 2. c. 16.* Cum pacis ipse auctor a turbatoribus belli piemeretur. Adde *Tacit. Ann. 1. c. 30.*

Turbatrix, icis, f. *turbatrice, quæ turbat. Prudent. Psephom. v. 669.* claudis turbatrix invida pacis. *Sez. 4. Theb. v. 369.* Accumulat crebris turbatrix lama pavores.

Turbatus, a, um, *turbato, תורבוס,* confusus, commotus. *Cæf. l. 2. B. Civ.* Turbatus ex inopinato malo. *Cic. pro Planc. c. 14.* Ferre modice populi voluntates, allicere alienas, retinere partas, placare turbatas. *Virg. 8. Æn. v. 435.* turbatæ Palladis arma. h. e. vel concitatae & iratæ, vel turbantis, inquit *Servius. Senec. l. 2. de Ira, c. 35.* Facies turbator. *Sueton. in Tiber. c. 69.* Turbatiore caelo.

Turbella, æ, f. *תורבילון*, parva turba, parva perturbatio. *Plaut. Pseud. 1. r. turbellas dare.* ¶ Legitur & *turbela* unico l.

Turben, V. Turbo, inis.

Turbidatus, a, um, adject. *torbidato, torbido. Marsian. Capell. l. 1.* Aer ex calore supero, madoreque infero turbidatus.

Turbide, adv. *torbidamente, θορβιδως,* confuse, turbulente. *Cic. 4. Tusc. c. 10.* Intelligatur igitur, perturbationem jaclantibus se opinionibus inconstanter, & turbide in motu esse semper. *Tacit. 3. Ann. c. 12.* Turbide, & feditiose.

Turbido, as, a. i. *intorbidare, turbare. Sidon. l. 6. ep. 2.* Animæ serenitatem secularium versutiarum flatibus turbidare. Adde *Marsian. Capell. l. 1.*

Turbidulus, a, um, adject. *torbidetto, aliquanto turbato. Prudent. Apotheos. v. 8.* Turbidulus sensus, & litigiola argumenta.

Turbidus, a, um, *torbido, turbato, תורב, Germ. besurber, Gal. trouble, trouble, Hisp. turbis, θορβιδως, οχληρος,* confusus, commotus, conturbatus, a turba. Dicitur de omnibus rebus corporeis. *Cic. 5. Tusc. c. 34.* Darius in toga, cum aquam turbidam, & cadaveribus inquinatam bibisset, negavit unquam se bibisse jucundum. *Id. 1. de Invent.* Quasi ex turbida tempestate in portum, &c. ¶ Translate ponitur pro confuso, pleno perturbationum. *Cic. 1. Tusc. c. 33.* Quæ omni turbido motu semper vacet. *Id. 6. Fam. ep. 14.* Si turbidissima sapienter terebas, tranquilliora late feras. *Ovid. 1. Trist. eleg. 10.* Pectora sunt iplo turbidiora mari. *Tac. l. 4. hist. c. 48.* Mox C. Cæsar turbidus animi, &c. *Id. 1. hist. c. 21.* Omne in turbido consilium. *ogni passio aeva le sue confusioni.* ¶ Item pro elato, arroganti tumente. *Virg. 10. Æn.* Atque animo spem turbidus hausit inanem. ¶ Item pro terribili. *Virg. 11. Æn.* Et Venulo adversum se turbidus interit. ¶ Item pro eo qui turbas molitur, & tumultum. *Tacit. 1. Ann. c. 38.* Reduxit in hyberna turbidos, & nihil ausos. ¶ *Turbidum* adverbialiter pro turbido. *Horat. l. 2. od. 19.* recenti mens trepidat metu, Plenoque Bacchi pectorum turbidum lætatur. ¶ Cum genitivo, turbidus ausi, *Sil. l. 13. v. 214.*

Turbinatio, onis, f. *επιρροισις,* actus turbinandi. *Plin. l. 15. c. 21.* Aliis rotunditas mali, aliis turbinatio pyri, aliis ovata species.

Turbinatus, a, um, *κωροσθης,* quod in figuram turbinis definit. *Plin. l. 1. c. 37.* Cor homini infra lævam papillam turbinato mucrone in priora eminens. *Id. l. 37. c. 4.* Et laterum sexangulo lævore turbinatus in mucrone. *Id. l. 15. c. 15.* Turbinatio pyris figura, quam malis.

Turbinus, a, um, quod est in modum turbinis. *Ovid. 8. Met. v. 556.* Corpora turbine juvenilia vortice mersit, h. e. aquis in modum turbinis præcipiti cursu inundantibus. de torrente enim loquitur.

Turbo, inis, m. *turbine, תורב, Germ. windbraut, Gal. tour bilion, Hisp. torvellino, τολκωλ, τωβωρ,* ventus vorticosus, & validissimus, qui obvia quæque deturbat, & profrenit. *Cic. 3. de nat. Deor.* Ergo imbres, nimbi, procellæ, turbines sunt Dii putandi. *Id. l. 12. Fam. ep. 25.* Ut Minerva nostra, custos Urbis, quam turbo dejecerat, restitueret. *Plaut. Cure. 5. 2. 47.* Exoritur ventus turbo. ¶ Sæpe translate usurpatur pro turbatore. *Cic. pro Domo c. 53.* Tu procella patriz, turbo, & tempestas pacis, & otii. ¶ Item pro calamitate, ærumna. *Cic. in Pison.* Ut, qui maximis turbinibus, ac fluctibus Republicæ navem gubernassent. ¶ Quoniam vero ventus iste in gyrum flat, metonymice turbo ponitur pro gyro, orbe, circulo, conversione in orbem. *Virg. 12. Æn.* Præcipientem scopulo, atque ingentis turbine saxi Excutit. *Sil. l. 3.* Alter lethifero iſtridebat turbine serpens. *idell. gyro, spira.* ¶ Item pro vortice aquarum. *Stat. 4. Theb.* Hos turbo rapax, hoc lubrica fallunt Saxa. ¶ Est & turbo genus instrumenti lusorii, quod a pueris scutica in gyrum circumagitur, *paleo, fattore, ερζιλος, βιμυδξ.* V. *Trachus. Virg. Æn.* Ceu quondam torto volitans sub verberè turbo, Quem pueri magno in gyro vacua atria circum Intenti ludo exercent, ille actus habena Curvatus tertur spatibus: Stupet incisa turba, Impubescit manus, mirata volubile buxum. Dant animos plagæ. *Tibull. l. 1. el. 5.* Namque agor, ut per plana citus sola verberè turbo, Quem ceter adfeta verfat ab arte puer. *Chasifus Grammatic. l. 1. & Serv. in loc. Virg. cit.* legunt hic, turben, neutro genere. ¶ Ad hujus instrumenti similitudinem turbo dicitur, *Græce τωβος,* quicquid formam habet in imo acutam, in summo latiore, seu ex lato paulatim definit in acutum. *Cic. de Fato c. 18.* Sed revertitur ad cylindrum, & turbinem suum, quæ moveri incipere, nisi pulsa, non possunt. *Ovid. 1. Met. v. 335.* Cava buccina fumitur illi, Tortilis in latum, quæ turbine crescit ad imo. ¶ Turbo etiam eadem ratione dicitur quoddam instrumentum ad nendum aptum. V. *Rhomus.* Hoc utebantur venefice in incantationibus. *Horat. epod. 17. v. 6.* Candida parce vocibus tandem sacris, Citumque retro solve,olve turbinem.

Turbo, onis, m. *τωβωρ,* nomen proprium gladiatoris. *Hor. l. 2. sat. 3. v. 310.* Corpore majorem rides Turbonis in armis.

Turbo, as, a. i. *turbare, תורב, Germ. betruben, Gall. trombler, Hisp. turbar, תורבילון, תורבוס, תורבוס,* turbas facio, commoveo, contundo, & dicitur de quacunque re, sive corporea, sive incorporea. *Cic. pro Cluent.* Mare, quod sua natura tranquillum est, ventorum vi agitur, atque turbatur. *Id. ad Q. Fr. l. 3. ep. 1.* Simul, ne quid ille turbet, vide. *Id. ib. ep. 9.* Ad te ne hæc quidem scribo, quæ turbantur in Republica. *Id. 1. de nat. Deor. c. 14.* Aristoteles quoque in tertio de Philoſophia libro multa turbat, a magistro Platone diffentiens. *Tac. l. 3. Ann. c. 47.* Si una, alterave civitas turbet, h. e. tumultum aut seditionem moveat. ¶ Dicitur etiam de animo pro commovere, perturbationem aliquam in eo excitare. *Virg. 1. Æn.* Sed res animos incognita turbat. ¶ Usurpatur & impersonaliter. *Cic. pro Sylla:* Utrum quo facilius Romæ ea, quæ conabatur, efficeret, si in Hispania turbatum esset. *Virg. Ecl. 1.* totis usque adeo turbatur agris.

Turbor, oris, m. turba, perturbatio. *Cal. Aurel. Tard. l. 4.* Turbor spiritus. *Et ibid.* Turborem magnum facere, atque stomachum vexare.

Turbilla, læ, f. *picciola turba. Apulej. l. 11. Metam.* Dimotis turbulis. *Et infra.* Turbulæ complent totas plateas.

Turbulens, tis, adject. turbulentes. *Callistrat. lib. 48. Dig. tit. 19. leg. 28.* In quibusdam civitatibus turbulentes.

Turbulente, adv. *confusamente, ταραχιδως,* confuse. *Cic. pro Domo c. 26.* Omnia contra leges, moreque majorum temere, turbulente, per vim, per furorem esse gesta. *Id. in Partic. c. 30.* Turbulentius agere. *Sidon. l. 2. ep. 13.* Turbulentissime regere.

Turbulenter, adv. idem ac turbulente. *Cic. l. 2. ep. 16.* Extremum illud erit, nos nihil turbulenter, nihil temere faciemus.

Turbulentia, æ, f. confusio, turba, perturbatio. *Tertullian. advers. Hermog. c. 41.*

Turbulento, as, a. i. *επιρροισις,* perturbor. *Apul. l. 9. A. Me strepitu turbulento.* *Id. ib. l. 2.* Hopes totam civitatem turbulenter.

Turbulentus, a, um, *turbolento, confuso, θορβιδως, ταραχιδως,* plenus confusiois, ac perturbationis, turbidus. *Cic. 7. Verr. c. 10.* Ut nullus unquam dies tam magna, turbulenteque tempestate fuerit, quoniam tempore Solem ejus dici homines viderent. *Phadr. fab. 1. v. 12.* Turbulenta aqua, *torbida.* ¶ Sumitur etiam pro amante turbarum, seu fedi-

seditionum. *Cic. 2. de Or.* Ut mihi necesse fuit in Sex. Titium seditionum civem, & turbulentum. ¶ Item pro eo, quod cum seditione conjunctum est, seu quod turbulente fit. *Cic. Att. l. 4. ep. 3.* Conciones turbulentæ Metelli, temerariæ Appii, furiosissimæ Publii. ¶ Translate dicitur de animo pro commoto, perturbato. *Cic. 1. Fin.* Et quemadmodum temeritas, & libido, & ignavia temper animum ex cruciant, & semper sollicitant, turbulentæque sunt, sic si cuius in mente injustitia confedit, hoc ipso quod adest, turbulenta non potest non fieri. ¶ Item de re ad animum pertinente, pro eo, quod confusiois plenum est. *Cic. 2. de nat. Deor.* Quæ res genuit falsas opiniones, errorumque turbulentos. ¶ Denique de quibuscumque rebus, pro perturbato, calamitoso, ærumoso. *Cic. pro Cæc.* Ea sunt & turbulenta, & temeraria, & periculosa. *Id. in Pison. c. 15.* Meum turbulentissimum tempus tuo tranquillissimo præstat. *Liv. l. 2. c. 61.* Turbulentior inde annus excepit L. Valerio, T. Emilio Cost.

Turcæ, arum, m. pl. Ital. *Turchi*, *Musulmani*, Hisp. *los Turcos*, Gal. *les Turcs*, pop. Scythiæ, seu Sarmatiæ Asiæ, qui Caucasios montes inter Pontum Euxinum, & Caspium mare incolebant, & suis sedibus egressi imperium suum longe lateque per Asiam, Europam, & Africam armis propagarunt, ac demum sedem Regni Byzantii, & Constantinopoli constituerunt. Hi se ipsos Musulmanos, id est fideles, nominant. Eorum Monarchia initium accepit anno Christi 1300. in Europam trajecterunt anno 1361. & Hadrianopoli confederunt, Amurathe Rege. Constantinopoli potius initio anno 1453. Mahumete II. Rege, P. O. II. Pont. Max. ¶ De iis meminere *Pompon. Met. lib. 1. in fine*, & *Plin. l. 6. c. 1.* & cum Thyssagetis conjungunt. Verba Plinii sunt: Dandari, Thyssagetæ, Turcæ. *Pomponii* vero: juxta Thyssagetæ, Turcæque vastas silvas occupant, alunturque venando. Ex quibus locis dicitur, falli eos, qui Latine æferunt *Turci*, *orum*, imitati Græcos Scriptores rerum Constantinopolitanarum, qui τούροι, & τούροι usurpant.

Turda, æ, V. Turdus.

Turdarius, vel Turdarium. *Varr. subinis. l. 5. de L. L.* Qui omnes verba ex verbis ita declinari scribunt, ut verba litteras alia assumant, alia amittant, alia commutent, ut fit in turdo, in turdario, in turdelice.

Turdellix, icis, f. turdus exiguus. *Varr. lib. 5. l. L.* Verba ex verbis ita declinari, ut litteras alia adsumant, alia amittant, alia commutent, ut fit in turdo, turdario, turdelice.

Turdetani, m. *los Algarve*, pop. Hispaniæ, partim in Lusitania Australi, ubi hodie Algarbiæ Regnum, cum portu Portugaliæ, partim in Bætica, ubi Hispaniense territorium, & Ducatus Mediæ Sidoniz in Vandalitia prov. teste *Brietio*. Facete *Plaut. Capt. 1. 2. 60.* cum dixisset, multis militibus opus esse, inter eos enumerat *panitos, placentinos, turdetanos*, ludens nimirum in ambiguo. nam *Turdetani* & *populi* sunt, & significare possunt eos qui turdos faginant, & vendunt: qui jocus in aliis quoque nominibus, qui ibidem leguntur, latet.

Turdillus, i, m. parvus turdus. Legitur a quibusdam apud *Senec. ep. 96. in fine*, ubi alii aliter.

Turdili, lorum, m. populi Hispaniæ Beticæ ubi nunc pars regni Granatensis, & Andalusis. *Varr. l. 2. R. c. 10.* scribit, neque Basculos, neque Turdulos esse ad pecuariam rem idoneos: fortasse quia ea natio nimis mollis fuit.

Turdus, i, m. *tordo*, κίχλα, κίχλα, genus avis. A sono accepit nomen, quomodo juxta *Varr. l. 4. de L. L.* a suis vocibus nomen impositum upuræ, cuculo, corvo, pavoni, anseri, buboni, aliique. Aliter *Isid. l. 12. c. 7.* Turdi, inquit, a tarditate dicitur: huius enim confinio se reterunt, hoc est in fine autumnii. *Hor. l. 1. ep. 15.* Nil melius turdo, nil vulva pulchrius ampla. *Martial. l. 13. epigr. 92.* Inter aves turdus, siquis me iudice certet, inter quadrupes gloria prima lepus. ¶ Quæritur, an dicatur & turda. Negat *Varr. l. 8. de L. L.* ubi clare ait, Dicitur corvum, turdum, non dicit corvam, turdam. Adde *lib. 3. R. c. 5.* Sed omnes Perlii codices, ac membranæ, Casaubono attestante, *far. 6. v. 24.* habent: Sollers turdum nosse salivam. ¶ Est & turdus piscis, quem & ipsum κίχλα vocant Græci. A colore turdi avis nomen habet, ut indicat *Varr. l. 4. de L. L. Quintilianus* quoque *l. 8. c. 2.* inter ea, quæ a similitudine nomen habent, & soleam, & turdum piscem ponit. *Plin. l. 32. c. 11.* Turdus inter saxatiles nobilis.

Turus, V. Thureus.

Turgens, entis, o. g. αἰδῶναρ, gonfio. *Plin. l. 20. cap. 13.* Imponunt & mammis turgentibus decoctam rutam, & pituitæ.

Turgens, es, gonfiaris, enfiaris, טורג, Ger. *barzen*, Gal. *s'enfler*, Hisp. *hincharse*, *ογκώμας*, οἰδῶ, inflor, tumeo. *Virg. 7. Ecl.* Jam læto turgens in palmite gemmæ. ¶ Translate sumitur pro commoveri, irasci. *Plaut. Caf. 2. 5. 17.* Nunc in fermento tota est, ita turget mihi. *Id. Mest. 3. 2. 10.* Tota mihi turget uxor nunc domi. ¶ Item per translationem dicitur de oratione. *Auct. ad Her. l. 4. c. 10.* Ita gravis oratio sæpe imperitis videtur ea, quæ turget, & inflata est.

Turgescens, entis, o. 3. partic. a turgesco. *Plin. l. 8. cap. 50.* Novembri mense, ut Martio pariant capræ turgescitibus virgultis.

Turgesco, is, n. 3. gonfiaris, enfiaris, טורג, Germ. *sich aufblähen*, Gal. *s'enfler*, Hisp. *hincharse*, *ογκώμας*, turgidus fio, intumescio. *Cic. 3. Tusc. c. 9. ex Poeta:* Corque meum penitus turgescit tristibus iris. *Varr. 3. de R. R. c. 9.* Et, ne tum denique in eorum corpore turgescat aqua, prohibendum.

Turgidulus, a, um, dim. a turgidus. *Casull. Carm. 3.* Flendo turgiduli rubent ocelli.

Turgidus, a, um, gonfio, טורג, Ger. *barzend*, Gal. *enfler*, Hisp. *hincharse*, *ογκώμας*, inflatus, tumidus, tumens. *Plaut. Mil. 4. 3. 15.* Cubare in navi lippam, atque oculis turgidis. *Cic. 5. Tusc.* Num aliquod quippiam membrum tumidum, ac turgidum non vitiose se habet? *Hor. l. 3. ode 13.* Cras donaberis hædo, cui frons turgida cornibus.

Turgor, oris, m. gonfiamento. *Marsian. Capella lib. 2. pag. 35.* Disertus magno cum turgore.

Turia, æ, f. 1. *Albarazin*, urbs Hisp. Tarr. alius Celtiberorum, nunc Aragoniæ, in colle, a fontibus Turis fl. extructa ab Aefonibus pop. Italæ anno U. C. 640. Aliis videtur potius *Tervel*, urbs finitima in R. Aragonio.

Turias, æ, m. Thurias, Durias, Turium, Turulis, *Guadalavivæ*, fl. Hispaniæ Tarraconensis. Oritur una leuca a fontibus Tagi, supra Lobetum, hinc per Aragoniam fluens, ad Terulum recipit Alhambra fl. deinde per R. Valentiam labitur, & paulo intra Valentiam urb. in mare Mediterraneum, & sinum Sacronensem se exonerat.

Turifer, V. Thurifer.

Turii, m. 2. Thurii, Thurium, opp. & urbs exc. Magnæ Græciæ, apud oram sinus Tarentini, & ostia Chrathis, & Sybaris fl. ¶ Turii stem, vel Thurii, Turii, opp. Apuliæ Peucetiae, inter Cuperlanum, & Aquam vivam ad 6. M. P.

Turio, onis, m. *versucula*, tenuis omnis ramusculus, quales maxime in summis arboribus. *Col. l. 12. c. 48.* Lauri turiones in hoc usu mittito, ut olivas depriment.

Turma, æ, f. *turma*, *torma*, *compagnia di soldati cavallo*, טור, Ger. *geschwader reuter*, Gal. *bande de gens d'armes*, Hisp. *vanda, esquadra*, Ita, agmen triginta equitum, five cum tribus Decurionibus triginta trium. Nam *Varr. l. 4. de L. L.* disertum scribit, suo etiam tempore tres fuisse in turma Decuriones. Festus autem ita de Decurionibus: Decuriones appellatur, qui decem equitibus præstant. Postea res mutata est. Nam turma facta est triginta duorum equitum, & unus totæ turmæ est præpositus, qui quamquam triginta duobus equitibus præstat, tamen pristino retento nomine, & ipse Decurio vocabatur. Clare id ostendit *Vegetius l. 2. c. 14.* Quemadmodum, inquit, inter pedites centuria, vel manipulus appellatur, ita inter equites turma dicitur. Et habet una turma equites XXXII. Huius qui præest, Decurio nominatur. Ut enim centum, & decem pedites ab uno Centurione sub uno vexillo gubernantur, similiter XXXII. equites ab uno Decurione sub uno vexillo reguntur. ¶ De origine vocis ita *Varr. 4. de L. L.* Turma terna est, quod terdeni equites ex tribus Tribubus, Gatiensium, Rannium, & Lucernum fiebant. Itaque primi singularum decuriam Decuriones dicti, qui ab eo in singulari turmis tum etiam nunc terni. Hæc *Varr. Cic. pro Marc.* Nihil tibi ex ista laude Centurio, nihil Præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. ¶ Translate usurpatur pro quacunq; multitudine. *Hor. l. 3. ode 4.* Divofque mortalesque turmas Imperio regit unus æquo.

Turmalis, & le, o. 3. *τάρμας*, quod eisdem turmæ est, quod est in eadem turma. *Liv. l. 5.* Manlius Consul filius supra castra hostium cum suis turmalibus evasit. ¶ Item quod ad turmam spectat. *Claudian. de bell. Gild. v. 447.* Excitet incestos turmalis buccina somnos. *Stat. 4. Theb. v. 10.* Bellona Turmale tremens. h. e. turmale clasticum canens; vel generatim, ad arma excitans. *Id. l. 2. v. 14.* non sanguine cretus turmalis, trabeaque Remi. h. e. non natus ex equestris ordine, sed ex senatorio, ut sequentia carmina declarant. ¶ Translate sumitur pro gregali, pro eo, quod est simul cum multis aliis. *Cic. de Or. c. 65.* Ex translatione utem, ut cum Scipio ille major Corinthiis statuum pollicentibus eo loco, ubi aliorum essent Imperatorum, turmales dixit displicere.

Turmarius, a, um, adjct. idem ac turmalis. *Cod. Theodof. l. 6. tit. 35.* Turmariorum, quos capitularios vocant, curam subire.

Turmatim, adv. *a schiera*, Ger. *mit scharen*, Gal. *par bandes*, Hisp. *de vanda*, en vanda, *ταξία*, per turmas. *Hist. l. 8. B. G. c. 18.* Turmatim in eum locum venerunt. *Liv. l. 5.* Mox ululatus, cantusque difonos, vagantibus circa mœnia turmatim barbaris, audiebant.

Turnus, m. 2. nobilis juvenis inter Laurentes, Latino regnante, conforbrinus Amatæ Reginæ. Hic cum Latino bellum gessit ob Laviniam ejus filiam, quam cum ipse cuperet, Latinus maluit Æneæ Trojano in matrimonium collocare. *V. Dionysium Halic. Rom. Ant. l. 1. Livium l. 1. c. 2. & Virgilium l. 12. Æn.*

Turonis, m. 3. pop. Galliæ Lugdunensis, quorum tractus hodie Turonia dicitur, la Touraine, urbs vero Turones, Turo, Turonica urbs, Casarodunum, ad Ligerim fl. ubi ponte lapideo oblongo, & pulcherrimo jungitur, ex altera parte alluitur Cari fl. ampla, elegans, culta, emporium celebre in regione perferaci, & rigua inter Aurellanos, & Andegavos. *Lucan. l. 1. v. 437.* Inhabiles Turones circumfusa castra coercent.

Turonicus, a, um, adjct. ad Turones pertinens, ut Turonica Ecclesia, *Sulpic. Sever. de vita B. Mart. c. 9.*

Turpatus, a, um, adjct. *imbrattato*. *Stat. 4. Theb. v. 106.* Herculea turpatus gymnædo vultus Amnis.

Turpicillus, a, um, *τυρπιλλος*, subturpis, dim. a turpis. *Cic. 2. de Or. c. 61.* Tantum interest, quod gravitas honestis in rebus severe, jocus in turpiculis, & quasi detormibus ponitur. *Casull. Carm. 43.* turpiculo puella naso.

Turpido, inis, idem quod turpitude. *Tertall. de cor. Mil. c. 14.* Turpido, & dedecoratio.

Turpificatus, a, um, nom. partic. turpis factus, *refo deforme, laido, turpe*. *Cic. 3. Off. c. 29.* Quanta læditas turpificati animi debet videri.

Turpitas, us, u, m. vetus poeta comicus, cujus multa carmina afferunt. *Nonius, & Priscianus.*

Turpiluricupidus, i, *chi brama guadagno turpe, & disonesto, αἰχμηρῆς*. *Plaut. Trin. 1. 2. 63.* Turpiluricupidum te vocant cives tui.

Turpio Ambivius, actor comædiarum, ætate Terentii.

Turpis, & pe, o. 3. *bruto, deforme*, טור, Ger. *ungefalt*, Gal. *laido*, Hisp. *feo*, *αἰχμῆς*, *δυσωδῆς*, detormis, cui pulcher opponitur. *Ter. Phorm. 1. 2.* Lacrumæ, vestis turpis. *Virg. 3. Georg.* Optima torvæ Forma bovis, cui turpe caput. h. e. valde magnum, ideoque deforme. Eadem ratione *Id. ib. l. 4.* turpes Focas dixit. ¶ Transferitur etiam ad animum pro inhonesto, infami, indecenti. *Ter. Hesut. 5. 4.* Pudet Dicere hac præsentem verbum turpe. *Cic. 1. Off.* Luxuria vero cum omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima est. *Id. 8. Fam. ep. 11.* Iste omnium turpissimus, & fordidissimus. *Ovid. 1. Amor. eleg. 13.* Fabula non cælo turpior ulla foret. ¶ Turpe neutrum interdum Poëticè pro turpiter ponitur. *Casull. Carm. 43. v. 8.* Turpe incedere. *Stat. l. 3. Theb. v. 335.* Turpe gemens. Adde *Claudian. l. 2. in Eurpore v. 446.*

Turpiter, adverb. *bruttamente, indecentemente, vergognosamente*, Germ. *schandlich*, Gal. *villenement*, Hisp. *deshonestamente, αἰχμῆς*, fœde, indecore. *Ces. l. 3. B. Civ.* Reliquos turpiter fugere coegerunt. *Cic. l. 1. de nar. Deor. c. 12.* Empedocles turpissime labitur. *Ovid. l. 5. Trist. eleg. 6.* Turpius ejicitur, quam non admittitur hospes.

Turpitude, inis, f. *surpitudine, bruttezza*, טור, Germ. *schant*, Gal. *laidite*, Hisp. *fealdad, αἰχμῆς, αἰχμηρῆς*, detormitas. *Cic. pro Domo* a Sex. Serrano sanctissima sacella suffoila, incensa, inædificata, oppressa, summa denique turpitudine esse tædeta nescimus? ¶ Translate sumitur pro vitio, labe, seu macula animi, vel alterius rei incorporeæ. *Cic. 2. de Or. c. 59.* Verborum turpitudinem, & rerum obscœnitatem vitare. *Auct. ad Heren. l. 1. c. 6.* Si causa turpitudinem habebit, exordiri poterimus his rationibus, &c.

Turpo, as, a. 1. *bruttare, αἰχμῆς*, turpitudine afficio, fœdo. *Cic. 1. Tusc. ex Poeta*, Jovis aram sanguine turpari. *Hor. l. 1. sat. 5.* At illi fœcia cicatrix Setosam lævi trontem turpaverat oris.

Turricula, æ, f. *torrcella*, parva turris. *Vitruv. l. 10. c. 19.* supra medium tecti fastigium turricula. ¶ Accipitur etiam pro vase illo in modum turris factio, per quod tali in alveolum mitti solent, & alio nomine *pyrgus* dicitur. *Martial. l. 14. ep. 17.* cuius titulus est, *Turricula*. Quæritur compositos manus improba mittere talos: Si per me misit, nil nisi vasa facit.

Turris, ra, rum, *συργυροειδής*, quod turres fert. *Ovid. 4. Fast. v. 219.* At cur turrisera caput est onerata corona? Alii leg. *turrisa*.

Turriger, ra, rum, *συργυροειδής*, quod turres gerit. *Virg. 10. Æn. v. 253.* Turrigeræ urbes. *Plin. l. 11. c. 2.* Sed turrigeros elephantorum mirantur humeros. ¶ Dea, five Mater turrigera, Tellus, Ops, Cybele, Berecynthia, Mater Idæa. *Ovid. 4. Fast. Phryx* puer in sylvis facie

facie spectabilis altis Turrigeram casto junxit amore Deam.
 Turris, is, f. torre, טור, Germ. turn, Gal. tour, Hisp. torre, τῦρῶν, ædificium in magna altitudine protentum. Juxta Varonem l. 4. de L. L. dicta est a torrens, quod hæc profpicitur ante alios. Secundum Isidorum l. 15. c. 11. turres dicuntur, quod teretes sint, & longæ. Quippe vel rotundæ sunt, vel saltem procul videntibus rotundæ existimantur. Cic. 5. Tus. Dionysius concionari ex turri alta solebat. Virg. 10. Æn. Miseri tantis turribus altis Nequidquam. ¶ Turris item fuit machina bellica ambulatoria, nempe ligneum ædificium in magna altitudine erectum, subjectisque rotis huc illuc mobile, in imo habens arietem ad muros subruendos, in medio pontem super eodem muros immittendum, in superioribus autem partibus milites conis, & sagittis armatos, qui hostes a munitione deturbarent. Cic. 15. Fam. epist. 4. Aggere, vineis, turribus urbem oppugnare. V. Veget. l. 4. c. 17.
 Turrilus, a, um, fornicato con torri, τῦρῶν, ἑστῦρῶν, turribus instructus, turribus plenus. Ovid. l. 3. Amor. el. 7. Quid tibi turrilis incingere mœnibus urbes? ¶ Accipitur quoque pro eo, cui turris superponitur, vel quod turres gestat. Plin. l. 8. c. 7. de elephantis. Iterum totidem turrili cum sexagenis propugnatoribus. ¶ Item pro eo, quod turrim capite tanquam coronam gerit, ut pro Cybele, seu Berecynthia, seu Matre Deorum, quæ turrita fingitur, quia terra est, quæ urbes sustinet. Virg. 6. Æn. Qualis Berecynthia Mater Læta Deum partu Phrygiæ turrita per uberes Invehitur curru. ¶ Item pro alto, sublimi, excello, turris instar edito, tacto ad turris similitudinem. Virg. 3. Æn. Gemino demittunt brachia muro Turrili scopuli.
 Turrus, m. 2. Torre, Turri, f. Carnorum, qui apud Forum Julium decurrit, & in mare Adriaticum apud Aquilejam influit. Plin. l. 3. c. 18.
 Tursio, onis, m. Suppur, piscis delphino similis, suavissimus, & laudatissimus. Plin. l. 9. c. 9.
 Turtur, uris, m. τῦρῶν, avis ex genere columbarum, a sono, quem edit. Plaut. Most. l. 1. 44. Tu tibi istos habes turtures, pisces, aves. Cic. 2. Fin. Turtures & cursu, & peregrinatione lætantur. Virg. 1. Ecl. Nec gemere acria cessabit turtur ab ulmo.
 Turturilla, æ, f. parvus turtur, quia turtures molles sunt, & lascivi, præsertim fœminæ, quæ si mare desistantur, dicuntur se mutuo concendere: ideo Senec. ep. 96. Hi, inquit, qui expeditiones periculosissimas obeunt, sortes viri sunt, primoresque castrorum: isti, quos publica quies, aliis laborantibus, molliter habet, turturillæ sunt, turti contumeliæ causa. h. e. imbecilles homines, delicati, effœminati. Isidorus, eumque secutus Lipsius, turturillam ajunt dici locum, in quo corruptelæ fiebant, ducta itidem a turturibus denominatione. Alii in Seneca loco aliter leg.
 Turunda, æ, f. tronda, τῦρῶν, ἑστῦρῶν, ossa, vel quid simile, cuiusmodi sunt, quibus fariuntur altilia ad faginam, a terendo, ut merenda a merendo, præbenda a præbendo. Cato c. 89. Polline, vel farina hordeacea conferta turundas faciat. Varro l. 3. de R. R. c. 9. Fariuntur turundis hordeaceis, partim admixtis ex farina loliaceæ, aut femine lini ex aqua dulci. ¶ Ponitur etiam pro linamento illo ex filis, quod in ulcus immitti a Medico solet, tasta. Cato c. 157. Et, si fistula erit, turundam intro trudit: si turundam non recipiet, diluito, succum exprimito.
 Tus. V. Thus.
 Tuscania. V. Thuceania.
 Tuscæ. V. Thucæ.
 Tusculanensis, e, adject. a Tusculano, ut Tusculanensis dies, h. e. in Tusculano rure tractati. Cic. 9. Fam. ep. 6.
 Tusculanum, i, n. Grotta Ferrata, s. Marsa di Grotta Ferrata, villa Ciceronis in agro Tusculano. Nunc ibi cœnobium insignis Monachorum. Cic. Att. l. 1. ep. 9. Nos Tusculano ita delectamur, ut nobismet ipsis tum denique, cum illo venimus, placeamus.
 Tusculanus, a, um, τῦρῶν, quod ad Tusculum spectat, ut Ager Tusculanus, in quo erat villa Ciceronis celebratissima, Quæstiones, seu disputationes Tusculanae, quæ in agro Tusculano in villa Ciceronis habitæ sunt. Cic. 2. de Div. Totidem subsecuti libri Tusculanarum disputationum res ad bene vivendum maxime necessarias aperuerunt.
 Tusculum, n. Frascati, col. & urbs Latii, in Campania Romana, ad rad. collis, inter urbem Romam, & Labicum, & ubi plurimæ villæ, & palatia Principum Romanorum. Conditum existimatur a Telegono Ulyssis, & Circes filio, qui, cum patre imprudens occidisset, in ea se fe loca recepit. Sed Baudrandus dicit, vetus Tusculum omnino fuisse, ubi nunc est, in Frascati planitie, non in summo montis jugo, in quo rudera, & vestigia maximorum ædificiorum conspiciuntur, in eodem jugo villam privatam, non oppidum fuisse. Cic. pro Font. & Horat. Epod. 1.
 Tuscillus, ia, um, adject. ad Tusculum pertinens, ut Tuscula tellus, Tibul. l. 1. eleg. 8. v. 57.
 Tuscus. V. Thucus.
 Tussedo, inis, f. idem ac tussis. Apul. l. 9. Metam. Assiduo pulsu tussedinis hucili.
 Tussicilla, æ, f. tussilla, θυγγῶν, parva tussis. Plin. l. 5. ep. 19. Veteris infirmitatis tussicula admonitus, rursus sanguinem reddidit.
 Tussicularis, re, adject. utilis ad tussim, ut tussicularia medicamenta, Cal. Aurelian. Atus. 2. 13.
 Tussiculofus, a, um, adject. tussi laborans. Cal. Aurelian. Atus. 2. c. 13.
 Tussiculosa, & frigida senilis est ætas.
 Tussicus, a, um, qui multum tussit. Firmic. l. 5. c. 16. Luna alios tussicos, alios splenicis efficit. Adde Marcell. Empir. c. 20.
 Tussis, entis, o. g. partic. a tussio. Plin. l. 20. c. 2. Semen eorum cum cumino tritum, potumque in vino tussientibus auxiliatur.
 Tussilago, inis, f. ungula cavallina, herba ad tussim apprime faciens, unde & nomen habet, ætque duplicis generis. Officinæ unguam caballi appellant. Plin. l. 26. c. 6.
 Tussio, is, n. 4. tussio, Ger. husten, Gal. toussir, Hisp. toffer, ἄττω, tussim patior. Plaut. Asin. 4. 1. 50. Forte si tussire coepit, ne lice tussiat, Ut cuiquam linguam in tussiendo proferat. Hor. l. 2. Sat. 5. v. 107. Si quis Forte cohæredum senior male tussiet.
 Tussis, is, f. sasse, Ger. husten, Gal. toux, Hisp. toffe, βῆξ, est vehementissima quædam afflatio, qua plurimus simul, celerrimeque foras æas spiritus, sive aer attrahit, propellitque una secum suo impetu æas, quæ vias suas obstruunt. Ter. Heaut. 2. 3. 132. Gemitus, screatus, tussis, rufus abstinere. Virg. 3. Georg. Et quatit ægros Tussis anhelæ fues. Catull. ep. 41. Malamque pectore expulsi tussim.
 Tusus, a, um, nom. partic. a tundo, pesto, ut tusa testa. Virruv. l. 2. c. 5. Tusa herba, Apulej. de herb. c. 28.
 Tutaculum, i, n. idem quod tutamentum, munimentum. Prudent. l. 2. advers. Symmach. v. 387. fida ut tutacula nudis, Invaldidque parent.
 Tutamen, inis, n. difesa, ἵπῶν, Ger. schirm, Gal. defense, Hisp. defension, ἀσφάλεια, ὄχυρον, munimentum, defensio, defenfaculum.

Virg. 5. Æn. v. 262. Donat habere viro decus, & tutamen in armis.
 Tutamentum, i, n. idem ac tutamen, unde factum est. Liv. l. 27. c. 61. Ut ea sola ignibus aliquoties coniectis ab hoste etiam tutamentum fuerit.
 Tutanus, i, m. Deus apud Romanos, idem, ut putant, atque Hercules, cui ara fuit extra portam Capenam, a tustela, quod adversus Annibalem tutatus esset Populum Romanum. Alius igitur fuit a Tutono, vel Tutino, qui idem ac Priapus. Var. apud Non. c. 1. n. 143. Hercules tuam fidem, Noctu Annibalis cum fugavi exercitum, Tutanus hoc, Tutanus Romæ nuncupor, Hæc propter omnes qui laborant, invocant.
 Tutatio, onis, f. Jul. Firmic. l. 4. c. 7. Qui regias opes, thesaurisque fidei tutatione custodiunt.
 Tutor, oris, m. idem quod tutor. Apulej. de Deo Sacras. Dubiis præmonitor, periculosus tutorator, egenis opitulatur.
 Tutatus, a, um, partic. a tutor, depon. cbi ha difesa. Ovid. 5. Trist. eleg. 6. v. 15. Nil nisi me solum primo tutatus es. ¶ Passiva significatione Symmach. l. 9. epist. 11. Ut auxilio tuo tutata possessio a molestis vindicaretur.
 Tute, pronomen. V. Tu.
 Tute, adverb. sicuramente, ἀσφαλῶς, ἀσφάλεια, secure, sine periculo. Auf. ad Her. l. 3. c. 5. Eum tute vivere, qui honeste vivat. Cæ. Pomp. Cic. in ep. ad Att. l. 8. post epist. 11. Nam te hic tutissime fore puto. Pallad. l. 1. tit. 6. Semina tutius in agris, quam in horreis servantur.
 Tutela, æ, f. tutela, difesa, ἐπιτροπή, ἀσφάλεια, defensio, a tutor. Cic. 3. Fin. de Jove: Hoc intelligi volumus, salutem hominum in ejus esse tutela. Senec. de Consol. ad Helv. c. 9. Terra vix ad tutelam recolentium fertilis. al. mantententio di cbi la coltura. ¶ Tutela navis est signum seu simulacrum alicujus Numinis, quod in puppe constituitur, & ejus navis tutelam habet. Ovid. 1. Trist. eleg. 9. Est mihi, sitque præcor flavæ tutela Minervæ Navis, & picta casside nomen habet. Valer. Flac. l. 1. v. 301. Vifa coronatæ tulgens tutela carinæ Vocibus his inflare deci, ¶ Hinc & Genius alicujus loci tutela dicitur. Petron. in fragm. Tragar. Ita tutelam huius loci habeam protipiam. Sic Horat. l. 4. ad Aug. Augustum: O tutela præsens Italiæ, dominæque Romæ. ¶ Speciatim, a puppe Jurisconsulto tutela, ut Servius definit, teste Paulo l. 1. ff. de tutelis, est vis, ac potestas in capite libero constituta ad tuendum eum qui per ætatem sua sponte se defendere nequit, jure civili data, ac permessa. Cic. 1. de Or. c. 53. Commendare filios suos tutelæ alicujus. Id. 2. de Or. c. 46. Tradere alicui tutelam in tutelam. Id. 4. Fin. c. 14. Subjicere alicuius tutelæ. Alii leg. tutelis in plur. numero. Id. pro Rosc. Com. c. 6. Pervenire in tutelam alicujus. ¶ Venire in tutelam suam, est te tutoris potestate exire, & juris sui fieri, ut dicitur tutelæ. Cic. in Top. c. 11. Si filius mortuus esset prius, quam in suam tutelam venisset. Eodem sensu dicimus, tutelam recipere, quod legitur apud Sueton. in Claud. c. 2. ¶ Tutela sua esse esse sui juris. Senec. epist. 33. Adijce, quod isti numquam tutelæ suæ fiunt.
 Tutela, æ, f. Tutela, urbs Hisp. Tarr. in finibus Vasconum, in R. Narvarræ, ad Iberum fl. ubi recipit annum Quæiles. ¶ Tutela altera, Tutela de Duero, opp. Castellæ veteris, ad Durium fl. ¶ Tutela etiam, seu Tutella, Tutle, urbs Galliæ, in Aquitania prima, & Lemovicensis prov. ad Curretiam fl. & Solanam torrentem, caput prov. Lemovicensis.
 Tutelaris, & re, o. 3. tutelare, che difendo, ἐπιτροπικός, quod tuetur, quod quippiam in sua habet tutela, ut Diis tutelares, in quorum tutela urbes putabantur, qui in oppugnatione urbium certo carminis genere solebant evocari, ne cum ipsis etiam Diis bellum susceptum videretur, & ut urbes Deorum opo desititæ facilius caperentur. Arnob. l. 3. Macrobi. l. 3. Saturn. c. 9. ¶ Sumitur item pro eo, quod quacunque ratione ad tutelam pertinet. Ulp. l. videamus, ff. de iur. iurando: Videamus, in tutelari causa quis jurare, & adversus quem possit. Paul. l. hæredes, ff. de fidejussoribus, & nominatoribus, & hæredibus tuscorum: Non excusetur hæres, si dicat, se instrumenta tutelaria non invenisse. ¶ Tutelari Prætor est, ad quem pertinet pupillis tutores dare, quem primus instituit M. Antoninus Philosophus, cum antea ea res ad Consules pertineret, teste Jul. Capitolin. in ejus vita c. 10.
 Tutelarius, ii, m. ἐπιτροπικός, ἐφορτῆς, custos, qui ædes publicas, & sacras suo periculo tuetur. Plin. l. 34. c. 7. Capite Tutelarios cavere pro eo, instituti publici fuit.
 Tutelina, & Tutulina, æ, f. Dea, a tutando sic appellata, quod fruges præcipue in ejus tutela essent. Var. apud Non. c. 1. n. 243. Tuam fidem, Tutelina, invoco. ¶ Ejus simulacrum erat in Circo positum, in columna collocatum, quæ & ipsa Tutelina dicta est. Tertul. de spectac. c. 8. ¶ Apud Macrobi. l. 1. Saturn. c. 16. legitur Tutuliana pro Tutulina.
 Tuto, as, a. 1. idem ac tutor. Plaut. Merc. 5. 2. 25. Invoco vos Lares Diales, ut me tutetis. Alia exempla ex Nevio, Pompon. & Pæuv. asfert Non. c. 7. n. 70.
 Tuto, adv. sicuramente, Ger. sicher, Gal. seurement, Hisp. seguramento, ἀσφαλῶς, sine periculo, impune. Plaut. Amph. l. 2. 3. Petri ut liceat tuto illam amplexari. Cic. 4. Verr. Qua vix tuto transire posse videamur. Id. l. 14. Fam. ep. 3. Ut tuto sim, quod laboras, id mihi nunc facillimum est. h. e. in tuto sim. Id. 8. Attic. ep. 1. Non me quæreret, ubi tutissimum essem. Ita cum Charis. l. 1. legitur Victorius, Gruter. & Græv. alii tutissime. V. Tute.
 Tutor, aris, d. 1. defendere, ἵπῶν, Ger. schirmen, Gal. defendre, Hisp. defender, ἀσφαλῶς, defendo, diligenter defendo, protego. Ter. prol. Hec. v. 42. Ego interea meum non potui tutari locum. Cic. pro Sylla: Hunc patronum, defensore, custodem illius colonie, per vos tutari, conservareque cupiunt. Hor. l. 2. ep. 1. Res Italas armis tuteris, moribus ornes. Plin. in præf. l. 7. Truncos etiam, arboreque cortice interdum gemino a frigoribus, & calore tutata est. ¶ Usurpatur etiam passive. Plaut. Amph. 2. 2. 20. Patria, & prognati tutantur, servantur.
 Tutor, oris, m. tutor, defensor, ἐπιτροπος, qui tuetur, defensor. Hor. Epod. 2. Et te pater Sylvane tutor finium. ¶ Speciatim sumitur pro pupilli defensore, pro eo, qui jus, & potestatem habet in capite libero, ad tutandum eum, qui se per ætatem nondum tutari potest. Hæc autem ætas est usque ad pubertatem, id est usque ad decimum quartum annum. Nam inde usque ad vigesimum quintum dantur curatores, qui etiam furiosus, & mente captis toto vitæ cursu dari solent. Paul. l. 1. ff. de tutelis: Tutores autem sunt, qui eam vim, ac potestatem habent, exque re ipsa nomen acceperunt. Itaque appellantur tutores, quasi tutores, atque defensores, sicut æditui dicuntur, qui ædes tuentur. Liv. l. 1. Postremo tutor etiam liberis Regis testamento institueretur. Perf. fast. 3. v. 96. Tutorem esse alicui. Modest. l. Caus. ff. de excusationib. Dare alicui tutorem. ¶ Sumitur etiam translatè. Cic. in Brut. c. 96. Nos autem, Brute, quoniam post Hortensii clarissimi Oratoris mortem orbæ Eloquentiæ quasi tutores relicti sumus.
 Tutorius, a, um, adject. di tutore. Justin. l. 30. c. 3. Mittitur, qui tutorio nomine regnum pupilli administrat.
 Tutrix, icis, f. tutrice. Cod. Justin. l. 5. tit. 35. leg. 3. Filiorum suorum

tutricem eam existere faciunt.

Tutulatus, a, um, qui tutulum gestat, *Varro l. 6. de L. L.* Tutulati dicitur hi, qui in sacris capitibus (*Scaliger leg. apicibus*, id est Hammeis) habere solent ut metam. Id tutulum appellatur ab eo, quod matres familias crines convolutos ad verticem capitis, quos habent uti velatos (*Scal.* elatos) dicunt tutulos, sive ab eo, quod tuendi causa capilli fiebant, sive ab eo, quod altissimum in urbe quod est, ea res tutissima tutulus vocatur.

Tutulus, i, m. 3. *καρμύλον, κορμύλη*, capillorum in conum congestus, in feminis, quem *Lucanus* nominat turritam frontis coronam, *Statius* celsos frontis honores, suggestuque comæ. *V. Tutulatus. Terull. l. de Pallio c. 4.* Tunc certissime supra omnes exuvias angusta veitis, superque omnes apices, ac tutulos sacer suggestus deducit oculos. *In scriptis. apud Gruter. pag. 579. n. 5.* Apone Succesæ a tutul: Ornati. *C. Bationis Epigonis Atrienfis, conciaeste.* ¶ Ponitur etiam pro apice flammæ, hoc est fumio fastigio pilei, quo Flamen utebatur. *Fest.* Tutulum vocari ajunt Flaminicarum capitis ornamentum, quod fiat vitæ purpurea innexa crinibus, & extructum in altitudinem: Quidam pileum laotum forma metalli figuratum, quo Flamines, ac Pontifices utuntur, eodem nomine vocari.

Tutulus, i, prima producta, secunda correpta, m. *ἀκρότης*, altissima pars in urbe. *Varro l. 6. de L. L. V.* Tutulatus.

Tutulus, i, m. Deus idem, qui Priapus hortorum tutor. *Arnob. l. 4.*

Tutus, a, um, *secure*, *Ger. sisher*, *Gal. seur*, *Hisp. seguro*, *ἀσφαλῆς, ἀκιδάωτος*, qui est extra periculum, tectus, munitus, incolumis, salvus, a *tuere*. Construitur vel absolute, *Cic. l. de Fin.* Tutor vita, & voluptas plenior. *Id. pro L. Man.* Quis locus tam firmum habuit prædium, ut tutus esset? ¶ Vel cum ablat. & præpos. *ad. l. Cir. 2. de nar. Deor.* Ut sint a frigidibus, & a caloribus tutores. *Afin. Cic. l. 10. Fam. epist. 31.* In quibus plane tutum me ab insidiis inimici sciebam non futurum. ¶ Vel cum acc. & præp. *contra, & adversus. Cic. 7. Verr.* Nullius res tua, nullius domus clausa, nullius vita septa, nullius pudicitia munita contra tuam cupiditatem, & audaciam posset esse. *Cels. l. 5. c. 23.* Mithridates adversus venenorum pericula tutum corpus dicitur reddidisse. ¶ Vel cum acc. & præp. *ad. Liv. l. 36. c. 32.* Cæterum sicut testudinem, ubi collecta in suum tegimen est, tutam ad omnes ictus video esse. ¶ Vel cum ablat. causæ, seu instrumenti. *Dolabella Cic. l. 9. Fam. ep. 9.* Animadvertis, Cæ. Pompejum nec nominis sui, nec rerum gestarum gloria, nec etiam Regum, ac nationum esse tutum. *Virg. 1. Æn.* Auxilio tutos dimittam, opibusque juvabo. ¶ Sumitur etiam pro sano, cauto, provido, nam qui sapit & cavet, tutus est. *Horat. l. 2. Sat. 3.* ex quo est habitus male tutæ mentis *Orthes. Id. de ar. poet.* fertur humi tutus nimium, timidusque procellæ. ¶ *In tuto esse, vel collocare*, est in statu, vel loco tuto. *Cic. de Arusp. Resp. Cum Dii immortales moment de optumatum discordiis, in tuto collocant Clodium. Terent. Heaut. 4. 3. 30.* Nam qui ille poterit esse in tuto?

Tutus, a, um, *suo*, *Ger. dein*, *Gal. sien*, *Hisp. suyo*, *οὐδὲ, σφουίτηρ*, quod ad se pertinet, pronomen possessivum. Est a *Dorico τοῦς*, pro *οὐδὲ*. Nisi simpliciter dici dicere, ut a me est meus, sic a tu esse tuus. *Plaut. Pers. 4. 4. 37.* Tua merx est, tua indicatio est. *Cic. Fam. 13. e. pist. 17.* Qui & in bello tuorum fuisse, & propter memoriam Crassi de tuis unus esset. h. e. unus tuorum amicorum. *Ter. And. fr. ult. v. 11.* Me in tuis secundis respice: tuus est nunc Chremes. h. e. tuus amicus, tibi obsequens. *Plaut. Trinum. 2. v. 46.* Bene volo illi facere, si tu non vis. Ph. nempse de tuo, *del tuo*. ¶ Interdum ponitur pro eo, quod est alicui accommodatum, opportunum, utile. *Marzial. l. 10. epigr. 19.* Sed ne tempore non tuo disertam pulses ebria januam memento. *Et post:* Hæc hora est tua, dum furit *Lyæus*. ¶ *Tuum est*, idem est, atque tui officii, vel negotii est, ad te spectat, tua interest. *Ter. Andr. 4. 1. 54.* Tuum est, si quid præter spem evenit, mihi ignoscere. *Plaut. Stich. 5. 4. 36.* Haud tuum istuc est te vereri. *non à tuo costume*. ¶ In ablativo singulari admittit syllabicas particulas *pre*, & *mer*, & significat tuo, vel tua ipsius. *Plaut. Mil. 3. 1. 21.* Tibi tuopte consilio occludunt linguam. *Id. Trin. 3. 2. 40.* Tuapte sponte.

T A N T E Y.

Tyana, f. i. *Tiana*, urbs A Cappadocæ, ad rad. Tauri M. inter Sasima & Faustiniopolim, media tere inter Cæsaream ad Bor. & Tarsum urb. Cilicæ ad Mer. patria Apollonii. *Plin. l. 5. c. 29.*

Tyaneus, a, um, quod ad Tyanam urb. spectat. *Ovid. 8. Met. v. 719.* O. Bendit adhuc Tyaneus illic Incola de gemino vicinis corpore truncos.

Tyberis. V. Tiberis.

Tybur. V. Tibur.

Tyche, es, f. i. una ex quatuor partibus urbis Syracusanæ, a *τύχη, fortuna*, propter nobile in ea Fortunæ Deæ templum. *Cic. 6. Verr. c. 53.* Tertia est urbs, quæ, quod in ea parte Fortunæ sanum antiquum fuit, Tyche nominata est: in qua & gymnasiū amplissimum fuit, & complures mæles sacre: coliturque ea pars, & habitatur frequentissime.

Tychius, ii, m. *τύχιος*, faber celeberrimus apud *Homer. Iliad. 7.* qui Ajax clypeum fabricavit. *Ovid. 3. Fast. v. 823.* sit Tychio doctior ille licet.

Tyde, es, f. i. Tu de, *Tuy*, urbs Hispaniæ Tarr. in Callaïcis, seu in Gallæcia, ad Minium fl. supra ejus ostia 6. l. in Cæc. Conditæ fuit a Diomede, & de patris nomine dicta. *Sil. l. 3.* Oenæ miseræ domus, Ætolaque Tyde.

Tydeus, i, per duas syllabas, m. *τύδης*, filius Oenei Regis Calydoniæ ex Euryboæ, vel, ut aliis placet, ex Althææ. Cum fratrem suum Menalippum infans occidisset, ad Adrastum Regem Argivorum se contulit, cujus filiam Deiphilen in conjugem sumpsit. Postea a Polynice, qui & ipse ibi exulabat, & alteram Adrastræ filiam Argiam nomine in uxorem habebat, legatus ad Eteoclem Regem Thebarum, fratrem ejusdem Polynicis, missus est, ut pacis memor fratri Regnum redderet. Ad quem cum venisset, & legatione functus esset, Eteocles negavit, se Regno cessurum esse. Quo responso Tydeus vehementer commotus est, ita ut non sit veritus & hostis, & solus Thebanos omnes, quotquot tum forte cum Eteocle essent in convivio, ad quodlibet certaminis genus provocare. Atque ut animose provocavit, ita omnes (sic illi Pallas propitia erat) strenue vicit. Quam ob rem Thebani dolore, ac indignatione accensi, reverfuro infidias tenderunt, collocatis ad opportunitatem locum, qua Tydeus transfuratus erat, quinquaginta juvenibus cum duobus ducibus, Mæone filio Æmonis, & Lycophonte filio Autopboni. Sed eos omnes Tydeus ad ipsum locum occurrentes stravit, occiditque, fretus Deorum, qui ubi ministrabant, auguriis, unitantum Mæoni parcens, quem acceptæ cladis nuntium ad Eteoclem remiit. Reverfuro ad Adrastrum consuit, bellum Eteocli inferendum esse. Collectis igitur undique copiis, cum Adrasto, & Polynice, reliquisque Græcis Principibus, ad bellum Thebanum profectus est, in quo post multas res præclarissime gestas a Menalippo quodam Thebano lethali ter vulneratus occubuit. Filium reliquit Diomedem. *Virg.*

6. Æn. Hic illi occurrit Tydeus, hic inclutus armis Parthenopæus.

Tydidēs, æ, *τύδιδης*, Diomedes filius Tydei. *Virg. 1. Æn.* O Danaum totissime gentis Tydide. *Hor. l. 1. ode 6.* Tydidem Superis parem.

Tylos, seu Tyllus, Tylus, f. 2. oomen duarum insularum in mari Rubro, in sinu Persico. Abundant unioibus, & margaritis, item oleis, ficibus, palmis, vitibus, variique pomorum generibus. *Priscian. de situ orbis:* Hic Tylos est superans vastæ miracula terræ. Vide *Plin. l. 6. c. 28.*

Tympania, orum, n. margaritæ genus superne rotundæ, ab inferiore parte planæ. *Plin. l. 9. c. 35.*

Tympanicus, a, um, *τυμπανικός*, qui tympanite laborat. *Plin. l. 25. c. 5.* Hydropsicis, incipientibusque tympanicis, stomachicis, &c.

Tympaniolum, li, n. parvum tympanum. *Arnob. l. 6. sub fin.* Tympaniolum, tibiæ, psalteria.

Tympanista, æ, m. *samburino, τυμπανιστής*, qui tympana pulsat. *Apul. de Deo Sacras.*

Tympanistrā, æ, f. *τυμπανίστρια*, quæ tympanum pulsat. *Sidon. l. 1. ep. 2.* Tympanistrā, psalteria canit.

Tympanites, æ, m. *τυμπανίτης*, species hydropsis sicca, in qua flatus totam abdominis, interdum & thoracis regionem tumentem faciunt. Nomen ex eo est, quia venter ita distentus sonum reddit tympani, si pulsetur. *Plin. Valer. l. 3. c. 12. & Cas. Aurel. Chronicon. l. 3. c. 8.* Nam *Cels. l. 3. c. 21.* Græce usurpat.

Tympaniticus, a, um, adject. tympanite laborans. *Veget. l. 3. c. 27.*

Tympanitico, as, n. 1. *τυμπανίτικον*, tympanum pulso. *Suer. in Aug. c. 68.* Et assensu maximo comprobavit verum in scena pronuntiatum de Gallo Matris Deum tympanizante: Videtur, ut cinxerit orbem digito temperet?

Tympanotriba, æ, m. *samburino, τυμπανωτής*, Germ. *strummenfchlager*, *Gal. joueur de tambourin*, *Hisp. aduforo*, *sancador de atabal, τυμπανιστής*, qui tympanum terit, id est pulsat. *Plaut. Truc. 2. 4. 9.* Tympanotribam amas, hominem non nauci. h. e. mollem, & effæminatam, quales erant Cybeles sacerdotes tympana pulfantes. *Turnebus credit*, a Plautot vocari eum, qui æpe in tympano per tormenta cruciatus sit. Nam in tympano apud Græcos homines torquebantur.

Tympnum, i, m. *simpano, samburo*, *קטן*, *Ger. strummen*, *Gal. sambourines*, *Hif. atabal, pandero, τυμπανον*, instrumentum ex una parte planum, intus vacuum, membrana extensa clausum, quod baculo, vel etiam manibus pulsatur, quo gentes uti solebant in sacrificiis Cybeles, seu Matris Deorum. *Juvenal. sat. 3. v. 64.* Jampridem Syrus in Tiberim deflexit Orontes, Et linguam, & mores, & cum tibiæ chordas Obliquas, nec non gentilia tympana secum Vexit, & ad circum iussas prostare puellas. *Virg. 9. Æn.* Tympana vos, buxulque vocat Berecynthia Matris Idææ. ¶ Est & tympanum vehiculi lignum tectum, ut inquit *Servius*, quia ad modum pellis in vehiculo, supra vehiculum afferes lati, & subtiles extenduntur, alii dicunt esse testudinem radorium in rotis, hoc est lignum illud rotundum, quod canthos, seu circulum rotæ efficit: alii denique, atque, ut opinor, rectius, tympanum esse ajunt rotam ex folido ligno factam. *Virg. 2. Georg. v. 444.* Hinc radios trivere rotas, hinc tympana plauris. ¶ Etiam tympanum ad rem architectonicam transfertur. Est autem machina rotunda ad rotæ similitudinem, qua a calcantibus hominibus versata subvehuntur pondera, vel demittuntur. Hujusmodi etiam tympana in portibus videmus ad exonerandas naves accommodata. *Lucr. l. 4. v. 903.* Multaque per trochæas, & tympana pondere magno Commovet, atque leve sustollit machina nisu. ¶ Præterea tympanum est pars fastigii anterior in summis coronis columnarum, triangulari plerumque figura, quæ intra ipsius fastigii coronas clauditur. *Io spondato del frontispizio. Vitruv. l. 3. c. 3.* ¶ Item rota ad hauriendam aquam accommodata, quæ dum ab hominibus calcantibus versatur, aquam modiolis exceptam extollit, & versat in castellum, seu vas ad id paratum. *Id. l. 10. c. 9.* ¶ Item rotæ molendini interiores ad perpendicularium collocatæ, dentibusque infixis aliæ aliam versantes, tympana dicuntur. *Id. ibid. c. 10. V. Bald. in Lex. Vitruv.* ¶ Denique tympana olim appellari consueverunt planas, & rotundas lances, quæ in mensis imponerentur, scribit *Plin. l. 33. c. 11.*

Tymphe, es, f. i. mons Epiri, in Thesprotia reg. gyppo abundans.

Tympheî, m. 2. pop. Ætolizæ, al. Thesfaliæ, al. Macedoniæ, inter Epirum ad Occ. & Thesfaliam ad Or. quorum oppida Tympea, & Æginum. *Plin. l. 4. c. 2.*

Tyndaræus, m. 2. *Τυνδαρης*, idem ac Tyndarus. *Ovid. in epist.* Me tibi Tyndareus vita gravis auctor, & annis creditur.

Tyndaræus, a, um, *τυνδαρηος*, quod ad Tyndarum spectat, ut Puer Tyndareus. *Valer. Flacc. l. 1. v. 167.* Tyndareusque puer. h. e. Castor, aut Pollux.

Tyndaridæ, arum, m. 1. Pollux, & Castor filii Tyndari. Secundum *Servium in 2. Æn.* etiam Pollux Tyndarides dicitur est, est ex Jove, & Leda fuerit procreatus, quemadmodum Poetæ Herculeum Jovis filium appellent Amphitryonidem. *Ovid. 5. Fast.* Abiulerant raptas Phæben, Phæbellæ forem Tyndaridæ fratres.

Tyndaris, idis, f. *τυνδαρίς*, Helena, vel Clitæmnestra filia Tyndari, & Lædæ, cum qua Jupiter adulterium patravit. *Virg. 2. Æn.* Non tibi Tyndaridis facies invisâ Lacææ.

Tyndaris, idis, f. Tyndarium, *Io Tindaro, S. Maria di Tindaro*, col. & urbs Siciliæ, in ora litorali, condita, & nominata a Tyndaro Lacedæmonio patre Helenæ, nunc excisa, seu potius mari absorpta. *Plin. l. 2. c. 91.*

Tyndaritanî, orum, m. Tyndaridis oppidi incolæ. *Cic. Verr. 5. c. 47.*

Tyndarus, i, m. five Tyndareus, *τυνδαρηος*, filius Oebali, Rex Oebaliæ, seu Laconizæ, id est regionis Laconizæ. Habuit uxorem formosissimam Ledam, cum qua Jupiter adulterium patravit. Sucepit duos filios, Pollucem, & Castorem, & duas filias, Helenam, & Clitæmnestram. *Bocc. l. 5. Gen. c. 40.*

Typhæus, m. 2. per tres syllabas, *τύφως*, unus e Gigantibus, filius Titani, & Terræ, quem illa Jovi irata, ad perniciem cælestium fertur edidisse. Hic, cum in ingentem corporis molem adolevisset, eo recordiæ provectus est, ut Jovem ad certamen de Regno provocaret, eumque de Cæli possessione deicere conaretur. Quapropter a Jove fulmine ictus est. Aliqui, ut Pindarus, & eum secuti *Ovidius 5. Met. & Strabo l. 13.* fabulantur, in Sicilia sub monte Ætna sepultum fuisse, alii, ut *Homerus* in Catalogo, quem *Virgilius l. 9. Æn. & Lucanus l. 5.* sequuntur, detrusum esse sub Inarimem inf. Campanizæ. *Virg. 9. Æneid.* Inarime Jovis imperiis imposta Typhæo. *Lucan. l. 5.* Conditur Inarimes æterna mole Typhæus.

Typhæus, a, um, per quatuor syllabas, *τύφως*, quod ad Typhoeum spectat. *Virg. 1. Æn. v. 665.* Nate, Patris summi qui tela Typhœa temnis. id est quibus Typhoeum gigantem percussit.

Typhæus, a, um, adjectiv. idem quod Typhæus. *Claudian. l. 3. de rapte. Prof. v. 183.* ruptine Typhæia cervix Inarimem?

Typhon, onis, m. *τύφων*, idem qui Typhæus. *Ovid. 2. Fast.* Terribilem quondam fugiens Typhona Dione. ¶ Typhon item, frater Oïridis, Regis Ægypti, qui ipsum clam necavit, & in viginti quinque partes corpus

corpus eius discerpit. Tandem ab Iride Regina sorore & uxore Osi-
 tidis in bello est interemptus, cum iis, qui cædis fuerant confecti, au-
 xilio filii, cui Orus nomen erat. *Diad. Syll. l. 1. c. 2.*
 Typhon, onis, m. τῆφω, vortex funigans, sed sine igne, ratus, seu
 ventus vorticofus mira velocitate, sed sine igne, e nube erumpens, a
 τῆφω, fumigo. *Lucan. l. 7.* Et trabibus mistis avidos typhonas aquarum
 Detulit. *Plin. l. 2. c. 48.* Sin vero depresso sinu ætius rotati effregerint,
 sine igne, hoc est sine fulmine, vorticem faciem, qui typhon vocatur,
 id est vibratus ecephias: desert hic fecum aliquid abruptum e
 nube gelida, convolvens, versansque, & ruinam suo illo pondere ag-
 gravans, & locum ex loco mutans rapida vertigine: præcipua navigan-
 tium pestis, non antennis modo, verum ipsa navigia contorta frangens.
 Typhus, i, m. τῆφος, Græce est fumus, a τῆφω, fumigo. Per Meta-
 phoram sumitur pro fastu, arrogantia, superbia, elatione, jactantia.
Arnob. l. 2. Typhum, superciliumque deponere. *Es infra:* Typhum
 arrogantiamque frangere.
 Typhus, a, um, adject. *Figurativo, che adombra, o significa.* Usurpant
Sedulius l. 3. v. 208. & *Arator in Acta Apostol. c. 13.*
 Typus, i, m. forma, figura, τῆπος, τύπος, Ger. *vorbild*, Gal. *type*, Hisp.
molde, τύπος, torina alicujus rei, figura, imago, exemplar, umbra
 quedam, & adumbratio rudis. *Plin. l. 35. c. 12.* Umbram ex facie ejus
 ad lucernam in pariete lineis circumscripsit, quibus pater ejus impre-
 sa argilla typum fecit. ¶ Non solum vero typi dicuntur formæ illæ,
 ex quibus res efformantur, sed etiam insculptæ variarum rerum effi-
 gies, & formæ, quarum distincta varietate in testoriis delectabantur,
 ita ut variaz quadræ, & crustæ variis cælatæ speciebus viderentur.
Cicero. Att. l. 1. ep. 9. Prætere typos tibi mando, quos in testoriolo
 atrioli possis includere. V. ibi *Manus.*
 Tyra. V. Tyras.
 Tyragita, m. 1. Tyrageta, Tyrigete, Tyritæ, pop. Sarmatiz Euro-
 pæ, in illo tractu, ubi hodie Podolia interior, prov. Mer. R. Polo-
 niaz, versus Tyram fl. *Plin. l. 4. c. 12.*
 Tyranna, æ, fem. tyrannas, mulier quæ tyrannidem occupat. *Trebell.*
Poll. in XXX. Tyrann. c. 31. Nemo dicturus est, me feminas inter tyran-
 nos cum risu & joco, tyrannas videlicet & tyrannidas, ut ipsi de me
 solent jactare, posuisse.
 Tyrannice, adv. tyrannicamente, Ger. *tyrannischer weise*, Gal. *tyrannique-
 ment*, Hisp. *crualmente*, τυραννικῶς, tyrannorum more, crudeliter,
 violenter. *Cic. 5. Ver. c. 48.* Nunc ut hoc tempore ea, quæ regie, seu
 potius tyrannice statuit in aratoris Apronius, prætermittam.
 Tyrannicida, æ, com. *uccisore del tiranno*, τυραννοκτόνος, qui tyrannum
 occidit. *Plin. l. 7. c. 23.* Quæ torta non indicavit Harmodum, & Ari-
 stogitonem tyrannicidas. *Suet. in Tiber. c. 4.* Pænia tyrannicidarum.
 Adde *Quintil. l. 5. c. 10.* ¶ *Cicero* pro hac voce utitur circumlocutio-
 ne, inquit enim pro *Mil. c. 29.* Græci deorum honores tribuunt iis vi-
 ris, qui tyrannos necaverunt.
 Tyrannicidium, ii, n. τυραννοκτομία, actus tyranni occidendi. *Quintil.*
l. 7. c. 4. Tyrannicidium est occidere tyrannum.
 Tyrannicus, a, um, *tyrannico*, Ger. *tyrannisch*, Gal. *tyrannique*, Hisp.
tyrannico, τυραννικός, quod est tyranni, hoc est crudele, & superbum.
Auf. ad Heren. l. 2. c. 30. Tetrum, crudele, tyrannicum Focinus. *Cic.*
1. de Leg. c. 15. Aut si omnes Athenienses delectarentur tyrannicus legi-
 bus, num idcirco hæc leges jura haberent?
 Tyrannus, idis, f. *tyrannus*, tyrannia, Ger. *tyranney*, Gal. *tyrannie*, Hisp.
tyrania, τυραννία, tyranni dominio, imperium sævum, ac violentum.
Cic. 3. Off. c. 23. Quid, si tyrannidem occupare, si patriam prædere con-
 abitur pater? *Id. Att. l. 14. epist. 9.* O Dii boni, vivit tyrannus, ty-
 rannus occidit. *Id. ibid. epist. 14.* Sublato tyranno, tyrannida manere vido-
 co. *Juvenal. Sat. 8.* Quid Nero tam sæva, crudaque tyrannide fecit?
 Tyrannoctonus, i, m. τυραννοκτόνος, idem ac tyrannicida, a τυραννῶ,
 tyrannus, & κτείνω, interficere. *Cic. Att. l. 16. ep. 15.* Eum modo non
 inimicum tyrannoctonus, verum etiam amicem fore.
 Tyrannopolita, æ, m. civis ejus urbis, in qua tyrannus imperat. *Sidon.*
l. 5. ep. 8. Vicia nostrorum tyrannopolitarum.
 Tyrannus, i, m. *tyranno*, *signore*, טיראן, Ger. *tyran*, Gal. *tyran*, Hisp.
tyrano, τυραννός, rex, seu monarcha, qui plenam habet in subiectos
 potestatem. N-m primo tyrannus in bonam partem pro rege, seu prin-
 cipe accipi consuevit. *Virg. 7. Æn.* Pars mihi pacis erit dextram terti-
 gisse tyranni. h. e. Æneæ. Adde *Naposem in Militiæ sub fin.* ubi docet
 ab incolis Cherfonei tyrannos dici, qui perpetua dominatione utun-
 tur. ¶ Progressu temporis, crescente malitia, cum superbi reges re-
 gnare cœperint, ad illos tantum hoc nomen restrictum est, qui per
 insolentiam viribus imperii abutebantur, non jure, & æquis legibus,
 sed vi, & quadam animi libidine dominabantur. *Cic. de Am. c. 15.* Hæc
 est enim tyrannorum vita, nimirum in qua nulla fides, nulla chari-
 tas, nulla stabilis benevolentiz potest esse fiducia, omnia semper sus-
 pectia, atque sollicita sunt, nullus locus est amicitiz. *Id. 2. Off.* Nec
 vero huius tyranni solum, quem armis oppressa pertulit civitas, &c.
 ¶ Translate sumitur pro quocunque moderatore. *Hor. l. 2. od. 17.* Seu
 tyrannus Hesperiaz Capricivus undæ. ¶ Vetus quidam interpretis,
 cujus verba adducit *Cassiodorus ad Trebell. Pollion. in XXX. Tyrannic.*
31. itemque *Servius ad Virg. 7. Æn.* scribit Tyrannus esse communis
 generis, ita ut etiam in hominibus euvre usurpari possit, sed ad hoc
 confirmandum deest adhuc idonei Scriptoris exemplum.
 Tyras, æ, m. & Tyra, Naperis, *Tyra, Turla, Nießer*, flu. Germano
 Sarmatiz, nunc Poloniz. Oritur ex lacu parvo in Russia nigra prov.
 a Premissia 9. l. Pol. in Or. a Leopoli 4. in Mer. hinc in Ortum tendens,
 rigataque Pocutia tractu, Podoliam superiorem, & inferiorem a Mol-
 davia separat, & in Bessarabia tractu in Pontum Euxinum se exonerat
 intra Bialograd, ab ostio Istri 60. M. P. in Bor. *Plin. l. 4. c. 12.*
 Tyras. 1. *Moncastrò, Biologrod, Akerman*, urbs Sarmatiz Europæ, ad
 ostia Tyræ fl. vix 5. M. P. supra ostia fl. caput Bessarabiz. *Plin. l. 4. c. 12.*
 Tyrianthinus, a, um, *color misto di porporino, e violetto*, τυρανθίνος,
 quod est colore facto ex ianthino, hoc est violaceo, rursus Tyria pur-
 pura inebriat, ut Vestes Tyrianthinæ, quæ colore huiusmodi sunt in-
 tectæ. *Marrisl. l. 1. epigr. 54.* Sic interpositus vili contaminat unco
 Urbica Lingonica Tyrianthina bardocucullus. Adde *Pl. l. 9. c. 41.*
 Tyridates, is, m. τυριδάτης, frater Vologesis Parthorum Regis, qui Ne-
 cropolis principatu Romam venit, & Regni Armeniz diademata ab eo ac-
 cepit. *Tac. l. 6. c. 7. Ann.*
 Tyris, & Tyris, this, t. Τύρις, ἱσθμῶς, urbs Peloponnesi, Argis vi-
 cina, in qua Hercules educatus traditur. *Plin. l. 4. c. 5.*
 Tyrianthus, ii, m. Hercules, a Tyrintha urbe, in qua educatus est. *Virg.*
7. Æn. Postquam Laurentia victor Geryone extincto Tyrianthus attigit
 arva. *Sil. l. 8. v. 318.* Tyrianthus heros. ¶ Scribitur & *Tyrinthius*.
 Tyrisse, m. 2. pop. Macedoniz, in Emathia, inter Cyrrhellas, & Pel-
 lam urb. quorum urbs Tyrisia. *Plin. l. 4. c. 10.*
 Tyristis, f. 3. Tyristas, *Peristaji*, urbs Cherfonei Thraciz, in ora ad
 Propontidem. *Plin. l. 4. c. 11.*

Tirithæe, es, f. urbs Colchorum, in ripa Phasidis fl. a Phaside urbe in-
 trorsum distans in mediterraneis. *Plin. l. 6. c. 4.*
 Tyrium, ii, n. purpura Tyria. *Tersul. de panis. c. 11.* Num in coccino,
 & Tyrio pro delictis supplicare nos concedet?
 Tyrius, a, um, τύριος, quod spectat ad Tyrum urb. *Virg. 1. Æneid.* Nec
 tam avertis equos Tyria Sol jungit ab urbe. ¶ Tyria puella, Euro-
 pa filia Agenoris Regis Tyri, & totius Phœniciz. *Ovid. 5. Fast.* Præbuit
 ut taurus Tyriz sua terga puellæ Jupiter. ¶ Metonymice, quoniam
 in urbe Tyro laudatissima tingebatur purpura, factum est, ut Tyrium
 dicamus pro purpureo. *Ovid. l. 2. de Ar. v. 297.* Sive eris in Tyriis, Ty-
 rios laudabis amictus. *Stat. l. 1. silv. 2. v. 151.* Tyrium ahenum. V. *A-
 benum*. ¶ *Tyria maria*, prov. dicebatur de re admodum tumultuosa,
 periculique plena: & *Tyria maria excitare*, pro ingentes tumultus com-
 movere. Inde natum est, quod Pœni Tyro oriundi adeo potentes in
 mari fuerunt, ut omnia maria infestantes navigationem redderet per-
 culosam. *Africanus apud Fest.* ¶ Tyrii, orum, Tyri incolæ. *Virg. 1. Æn.*
 ¶ Dicitur etiam de Thebanis, quia Thebas Cadmus Tyri in
 Phœnicia natus condidit. *Stat. 3. Theb. v. 406.* Tyrius exul. h. e. Poly-
 nicus filius Oedipodis Thebarum regis. *Id. l. 3. silv. 1. v. 16.* Tyrium
 plestrum. h. e. Amphionis, qui Thebarum muros cantu extruxit. *Id.*
12. Theb. v. 693. Tyrii montes. h. e. qui sunt circa Thebas.
 Tyro cum derivatis, V. Tyro.
 Tyropatina, æ, f. h. e. piceata ia modum casei confecta ex lacte, o-
 vis, & melle. *Apic. l. 7. c. 2.*
 Tyros, V. Tyrus.
 Tyrotarchus, i, m. τυροταρχος, genus obsonii ex caseo, & falfamentis
 confecti, a τυρός, caseus, & τάρχηος, falfamentum. Quidam volunt esse
 jus ex caseo salito expressum, quo in condimentis usi sunt Veteres. *Cic.*
Att. l. 4. epist. 8. hac voce utitur, & *l. 9. Famil. ep. 16.* ¶ Patella tyro-
 taricha apud *Apic. l. 4. c. 2.* est placenta ex tyrotaricho confecta, & con-
 dita, aliis præterea adhibitis condimentis, quæ ibidem enumerat.
 Tyrrhæni, Hetrusci, Thucii, *Toscani, τυρρηνοί*, pop. Italiæ, quorum re-
 gio Tyrrhenia, sive Hetruria, sive Thucia. Hos quidam indigenas Ita-
 liæ, alii advenas fuisse dicunt. Qui indigenas censent, hoc nomen ipsis
 inditum ajunt ab ædificiis munitis, quæ in urbium mœnibus erigi so-
 lent, quæ Græce τύρρηες, Latine turres appellantur, quod primi om-
 nium in Italia turres extruxerint, in iisque habitarent, quemadmodum
 Mæsyæci pop. Asiæ appellati sunt a μέσῳ, turris, quod habitarent
 in ædificiis ligneis munitis, & turrim inflat excelsis. Sunt qui
 dicunt, eos alienigenas esse, alii ajunt, Lydos, sive sponte, sive ob
 agri fertilitatem, patria relicta, in Italiam navigasse, Tyrrhenum col-
 oniaz ducem fuisse, gentique nomen a se inposuisse. Hunc vero Tyrrhe-
 num alii dicunt filium fuisse Atyos ex Callitheæ, alii Herculis ex
 Omphale. Sed *Xanthus Lydus* nullam de hac re mentionem facit. Al-
 lii dicunt, Tyrrhenos a Mythis ortum trahere, & ita appellatos esse a
 Tyrrheno Telephi filio, qui post Trojæ incendium in Italiam venerit.
Hellanicus Lesbicus dicit, Tyrrhenos eisdem fuisse, atque Pelagos,
 hos, postquam in Italia cœperunt habitare, Tyrrhenorum nomen as-
 sumpsisse, condidisse Tyrrheniam urbem. Sed ab hoc *Mythius* dissen-
 tiens ait, Tyrrhenos post patriam relictam, in ipsis suæ professionis
 erroribus mutato nomine Pelagos appellatos ob quandam similitudi-
 nem avium, quæ pelagi, idest ciconiæ, vocantur, quod gregatum &
 per Græciam, & per multas alias regiones diu vagati fuerint. In hac
 sententiarum varietate censemus, Tyrrhenos potius indigenas fuisse,
 quam Lydos, aut Pelagos: non Pelagos, quia lingua diversa tuere, non
 Lydos, quia nec eandem linguam habebant, neque eosdem Deos
 colabant, nec legibus, nec vitæ studiis similibus utebantur, sed in
 hisce rebus etiam plus a Lydis, quam a Pelagis, differabant. *Dionys.*
Halicarn. Rom. Antiq. l. 1. Virg. 11. Æn. Tyrrheni, quæ tanta animis i-
 gnavia veitris? ¶ Tyrrheni quoque, pop. insulares maris Ægei,
 Lemnum, Imbrum, & alias insulas oræ Thraciæ incolentes, a quibus
 Tyrrhenicus sinus dictus est.
 Tyrrhenia, æ, f. Hetruria, Thucia, *la Toscana*, regio Italiæ. Vide
Hetruria. Ovid. 14. Met. Concurrat Latio Tyrrhenia tota, dique, & Æ.
 Tyrrhenum mare, Thuscum, Inferum, Notium, *il mare di Toscana, τυρ-
 ρηνική θάλασσα*, pars ampla maris Mediterranei. Extenditur a Macra flu-
 via ad Siculum fretum, inter Thusciam, Ditionem Pontificiam, Re-
 gnum Neapolitanum, Siciliam, Sardiniam, & Corsicam, in ora Italiæ,
 ejusque partes sunt Sinus Formianus, Neapolitanus, Salernitanus, Ta-
 laus, Terineus. De etymo sic *Servius in 1. Æn.* Tyrrhenum mare dictum
 est, vel quod Thusciam alluit, id est Tyrrhamam, vel a Tyrrhenis nau-
 tis, qui se in hoc mare præcipitaverunt. Namque hoc habet tabula,
 dormientem in litore Liberum Patrem puerum nautas abstulisse Tyrrhe-
 nos, qui cum esset exspectus in navi, quo dederetur, interrogavit.
 Responderunt illi, quo vellet. Liber ait, ad Naxum insulam sibi sa-
 cratam. Sed cum alio vela deflecterent, iratum Numen tigris sibi sacra-
 tas visibus eorum objecit: quo terrore se illi in buctus dedere præci-
 pites. Hæc *Servius. Ovidius* quoque hanc eandem narrat tabulam, *Metam.*
3. fab. 10. additque, Tyrrhenos hocce nautas in Delphinis fuisse conver-
 sos. *Virg. 1. Æn. v. 67.* Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat æquor.
 Tyrrhænus, m. 2. vir Lydus, filius Atyos ex Callitheæ, quintus a Jove. Nam
 ex Jove, & Terra genitus est Mafnes, qui primus in Mæonia, quæ postea
 Lydia dicta est, regnavit, ex hoc, & Callithoe Oceani filia procreatus
 Cotys, Cotyi vero, qui uxorem duxit filiam Tulli Terrigenæ Halien,
 duo fuere filii, Avies, & Atyos, ex Aty, & Callithoe Choræ filia Lydus,
 & Tyrrhænus nati sunt. Ex his duobus Lydus paternum regnum accepit,
 & a se regionem illam Lydiam appellavit, Tyrrhænus vero cum coloni-
 a in Italiam venit, magnamque partem in suam potestatem redegit, &
 focis suis Tyrrhenorum nomen imposuit. Sed *Herodotus* ait, Tyrrhenum
 quidem fuisse filium Atyos, sed Atyon Mafnez, & Mæonas non sponte,
 sed ob agri fertilitatem e suis sedibus migrasse, Atyon universum popu-
 lum in duas partes divisisse, fortique rem commisisse, ut altera pars,
 & alter filius remaneret, altera pars, & alter filius discederet, itaque
 Lydum ibi remansisse, Tyrrhenum discesse. Quidam dixerunt, Tyrrhe-
 num Herculis fuisse filium ex Omphale Lyda prognatum, hunc in I-
 taliam profectum, Pelagos eiecisse e suis urbibus, non omnibus, sed
 iis tantum, quæ trans Tiberim erant, & quæ ad Septentriones specta-
 bant. Alii Tyrrhenum Telephi filium fuisse tradunt, & post Trojam
 captam in Italiam venisse. *Dionys. Halicarn. Roman. Antiq. l. 1.*
 Tyrrhænus, a, um, adject. ad Tyrrhenos pertinens. *Ovid. 15. Met. v.*
527. Gens Tyrrhena. *Virg. 1. Æn. v. 67.* Tyrrhenum æquor. *Stat. 1. Achil.*
v. 56. Tyrrhæni greges. h. e. delphini. cujus rei rationem V. in
 Tyrrhenum mare. ¶ *Tyrrhenus murmur*, apud *Stat. 6. Theb. v. 404.*
 est sonus tubæ, quam Tyrrhenus Hercules filius primus invenisse dicitur
 a *Plin. l. 7. c. 56.* & *Hygino fab. 274.* Hinc *Virg. 8. Æn. v. 526.* Tyrrhe-
 nusque tubæ mugire per æthera clangor.
 Tyrrhida, arum, m. 2. filii Tyrrhi pastoris. *Virg. 7. Æn. v. 483.* Tyrrhi-
 dae pueri, quem matris ab ubere raptum Nutribant.
 Tyrrhus, m. 2. τῆρῆς, pastor in agro Laurenti, amicus Latini Regis, &

ad quem in sylvas Lavinia post mortem Æneæ, timens sibi aliquam calamitatem ab Afranio, fugit, ubi etiam Sylvium peperit. *Dionys. Rom. Ant. l. 1. & Serv. in 7. Æn.*
 Tyros, l. 2. Tyros, *Sarra, Sar, Tyros*, urbs Syriæ, in Phœnicia, in ora maris Mediterraneæ, apud Palæstyrium, inde 30. stad. ampla olim, & munita, in saxo undique prærupto, cum portu capaci, una ex iis, quæ Tripolim efficiebant, inter Sidonem ad Bor. 24. M. P. & Ptolemaïdem ad Austr. 32. Ab Agenore Phœnicæ Rege ortum habuissè traditur, sicuti Sidon a Sichene. Olim insula tuit, septingentis passibus ab alto mari divisa, sed Alexandri Magni eam oppugnantis operibus continuo juncta est. *Plin. l. 5. c. 19. Curs. l. 4.* ¶ A Tyro variz coloniz ortum habuere, ut Leptis, Utica, & illa Romani Imperii æmula Carthago. *Lucan. lib. 3.* Et Tyros instabilis, pretiosaque murice Sidon. ¶ Circa Tyrium mare optima conchyliis, & purpuræ capiuntur, tingendis vestibus aptissime nobiles, ut est apud *Plin. l. 4. c. 19. & l. 35. c. 6.* hinc *Tyria vestes, Tyrius murex*, & sc. pro excellenti purpura ponuntur, quin & ipsa Tyros pro purpureo colore usurpatur. *Martial. l. 2. epigr. 29.* Quæque Tyron toties epotavere lacernæ. *Idem lib. 6. epigr. 2.* Te Cædmea Tyros, me pinguis Gallia vestit.
 Tzani, m. 2. idem qui Sanni, qui sunt populi Themiscyraz ultra Trapezuntem, ut est apud *Plin. lib. 6. cap. 4.* Ita vocabatur ætate Eulisthii.

DE LITERA V.

V Litera vocalium ultima, quæ tamen etiam consonantis vice fungitur, quoties alteri vocali imminet, eamque comprimit, ut *vates, vox, vultus*. Poetæ interdum eam dissolvunt metri causa, ut *Horat. Epod. 13.* Niveful deducunt Jovem: nunc mare, nunc siluz, &c. ubi *siluz* trisyllabum est. ¶ Aliquando in o converfa legitur. Olim enim dixere *hecoba, notrix, probaverant, dederont*, pro *hecuba, nutrix*; &c. teste *Quintil. l. 1. c. 4.* At contra scribebant *Pulxena, & Chulcides*, pro *Chalcides, & Polyxena*. *Id. ibid.* Ponebatur etiam pro *u*, ut *libens, & carnufex, pro libens, & carnifex*. ¶ Latini sæpe Græcam *v* in *u* vertebant, quod in voce *Sylla* adnotavimus. ¶ In numeris *V*. valet quinque.

V A N T E A.

Vacans, antis, o. *aziasto, privo d'affari, vacanzur*, qui otiatur. *Cal. Cic. l. 8. Fam. ep. 3.* Hoc mihi certum, & jucundissimum vacanti negotium erat tecum id totius tempus consumere, *Ovid. 9. Met. v. 611.* Nec petiit horamque, animumque vacantem. *Virg. 3. Georg. v. 477.* Saltus longe lateque vacantes. h. e. armentis, pecoribusque desertos. ¶ Milites vacantes erant supernumerarii, ad commoda solum participanda in numeros relati, quos *Sueton. in Claud. c. 25.* supra numerum appellat. *Lampid. in Alexand. Sev. c. 25.* ¶ *Vacans* mulier, hoc est vidua, *Martian. leg. 5. ff. de vi public.* ¶ *Bona vacantia* dicuntur, quorum nullus est hæres. *Leg. 1. Cod. de bon. vacant.*

Vacanter, adv. in vano, *κενός*, supervacue, inaniter, frustra. *Gell. l. 17. c. 10.* Vacanter hoc etiam accumulavit, & inaniter.

Vacat, avit, imp. 1. *aver tempus, σπαρῆν ἔστι*, otium, vel tempus vacuum est. Et tertii ordinis. Sed tamen non semper datus exprimitur. *Virg. 2. Æn.* Et vacat annales nostrorum audire laborum. *Ovid. 2. Trist. v. 216.* Non vacat exiguis rebus adesse Jovi. *Juv. sat. 1.* Si vacat, & placidi rationem admittitis, edam. ¶ Quandoque ponitur pro curæ esse, placere. *Quintil. l. 11. c. 1.* Cui esse diserto vacet.

Vacatio, onis, f. *vacanza, esenzione, vacati*, cessatio ab opere, immunitas. *Cic. Fam. 9. epist. 6.* Quæ studia vacationem habent publici munitas. *Id. l. de Leg. c. 4.* Nullam tibi a causis vacationem dari video. *Id. de clar. Orat. c. 31.* Vacationem augures, quo minus juriis operam darent, non habere. *Id. 7. Per. c. 22.* Uti vacatione, *servitii del privilegio di esenzione*. ¶ *Vacatio militiæ* dicitur, cum milites vel propter expletium stipendiorum tempus, vel propter ætatem, vel alia quapiam de causa militare non coguntur. *Cæf. l. 6. B. G. c. 14.* Druides militiæ vacationem, omniumque rerum habent immunitatem. *Nep. in Attic. c. 9.* Incidit bellum civile, cum haberet annos LX, usus est ætatis vacatione. *Cic. 5. Phil. c. 12.* Tumultum decerni, delectum haberi, sublati vacationibus. *Id. ibid. c. ult.* Militibus veteranis, liberisque eorum vacationem esse, Senatui placere. ¶ Hujusmodi militares vacationes interdum pretio emebantur: hinc *vacatio* ponitur etiam pro ipso pretio. *Tac. 1. hist. c. 46.* Otho promissit, ex hîco suo vacationes annuas exsolviturum. h. e. pecuniam, qua soluta, liceret annum a militia abesse.

Vacca, æ, f. *vacca*, Ger. *kah*, Gal. *vache*, Hisp. *vaca, vaca*, bos fœminâ, *Var. l. 2. de R. r. c. 5.* Discernuntur in prima vitulus, & vitula, in secunda juvenca, & juvenca, in tertia, & quarta taurus, & vacca. *Cic. 1. de nat. Deor.* Cur non gessiret taurus eque contrectatione, equus vacæ?

Vacca, m. 1. Vacua, Vacuus, Baccia, *Vouga*, f. Hispaniz Lusitanicæ, cum oppido, seu pago cognom. qui inter Durium ad Bor. & Mundam ad Austr. fluit, & in Oceanum Occid. fere medius decurrit inter Labricam, & Portum. *Plin. l. 4. c. 21.*

Vacca, æ, f. urbs Africæ, proxima Uzitæ, quæ se Cæsari dedit. *Hirt. de B. Afr. Pop. Vaccentis.*

Vaccæi, m. 2. pop. Hisp. Tarrac. per quos Durus labitur, Arevacis ad Or. Vettonibus ad Austr. & ad Occ. Asturibus ad Arctos finitimi, quorum Regio *Regno di Leon* dici potest, tametsi hoc Regnum magis patet. *Plin. l. 3. c. 3.*

Vaccinium, n. 2. flos purpurei coloris, apud Romanos, idem qui hyacinthus, cujus herba cæpa agrestis dicitur, a quadam cæpæ similitudine. Habet enim, *Dioscoride* teste, folia bulbi, & radicem bulbeacem, caulem vero dodrantalem, minimo digitu tenuiorem, comam procumbentem, incurvamque, purpureorum florum plenam. Itaque Vaccinium hyacinthum esse, *Dioscor. Ruell. Matthiol. Dodonæus*, alique censent. Favent his Glossæ *Phlox*, in quibus est *Vaccinium*, *αρχαία, ὑάκινθος*. Similiterque Glossæ *Cyr. Τάκινθος, ἀκρίδος, vaccinium*. Pleriqueque volunt, hunc florem eundem esse, atque violam, at viola dicta sit quasi vitula, propterea, quod Poetæ fabulantur, florem hunc in pabulum suo puellæ jam in vitulam conversæ et terra fuisse effusum, quomodo & Græcis similiter a puellæ nomine *ἴον* appellatur, ita hac ipsa occasione eundem florem vaccinium appellari, ut a vacca sit vaccinium, quomodo a mucro est mucinum. Sane vaccinia violas esse scripsit *Serv. ad illud 2. Virg. Eclog.* Alba ligustrâ cadunt, vaccinia nigra leguntur. Ac similiter Glossæ *Phil.* ubi legas, *ἴον ἁλάν, ligustrum; ἴον μέλας, vaccinium; ἴον ἁλάν, viola, vaccinium*. Verum talis hocce, indicat *istud Eccl. 10. εἰς δὲ ἴον*. Quid tum, si fuscus Amyntas? Et nigre violæ sunt, & vaccinia nigra. Ubi manifeste distinguit. *Idem facit Virg. l. 7. c. 17.* Tricrôtes cum volunt sibi Atticum imitari, violam aridam

conjicientes in vas cum aqua confervecere faciunt ad ignem, &c. *Æs. mox*: Eadem ratione vaccinium temperantes, & lac miscentes, purpuram faciunt elegantem. Quamquam non defunt, qui ut hanc tuncantur sententiam, dicant, violarum esse plura genera, & inter ea esse vaccinium. Quicquid tamen sit, illud certum est, vaccinium esse florem colore cæruleo ad nigrum accedente, d'azurro carico, o violetto carico. Hinc *Virg.* nigra vaccinia dixit *Ecl. 10.* eodem modo, quo violas nigras. Et tamen violæ nigre non sunt, sed valde nigricantes. ¶ *Plin. l. 16. c. 18.* Scribit, vaccinia in Gallia esse purpurea, & ad servitiorum vestes tingendas apta (quod & *Vitruv.* inquit in verbis citatis) in Italia vero mancipis feri, hoc est, ut exponit *Turneb. l. 4. c. 16.* feri a mangonibus, & adhiberi ad fricanda, & illinenda corpora mancipiorum venalium, quoniam iis pubertas tardetur, quod hujusmodi mercatoribus valde est utile. Addit hic *Harduinus*, duplex ex *Plinii* verbis colligi esse vaccinium, alterum Gallicum purpureum, alterum Italicum, quod idem sit ac hyacinthus, ut dictum est. ¶ Scribitur & *Vaccinium uniceo*. Vaccinus, a, um, di *vacca, vacca*, quod est ex vacca. *Plin. l. 24. c. 3.* Cortex illinitur decoctus lacte vaccino serpentis plagæ.

Vaccûla, æ, f. *Coitior*, parva vacca. *Virg. in Diris, v. 132.* Vaccula nonnumquam secreta cubilia captans. Uti sunt præterea hac voce *Apul. l. 7. & Arnob. l. 9.*

Vaccio, is, n. anom. *vacarfi*, vacuum fio. *Lucret. l. 6. v. 1003.* multufque vacat in medio locus. Adde *v. 1015.*

Vaccera, æ, f. *palu, یر, Ger. psal, Gall. cloison, Hisp. estaca, vacera*, proprie est stipes, ad quem equi religantur, etfi generatim ita dicitur quicunque stipes, seu palus humi defixus, ad castra munienda, hortos claudendos, & hujusmodi, per *Metaphoram* vero homo stupidus, qua ratione, & idem *stipes* vocatur. Ita de hujus vocis significationibus scribit *Fest. & Ælii*, Atque *Lexiv* auctoritatibus confirmat. *Col. l. 6. c. 19.* Omnesque transeveris fex temonibus quasi vaccere inter se ligantur. *Id. l. 9. c. 1. de vivariis claudendis*: Ubi vero neutrum patrifamiliz conducit, ratio postulat vaccaris includi. Sic enim appellatur genus clathrorum, idque fabricatur ex robore, quercu, vel subere. **Vaccerrôsus**, a, um, insanis corruptus, cœritus. Hoc nomen nove formatum fuit ab *Augusto*, teste *Suet. in ejus vit. c. 87.*

Vacillans, antis, o. *vacillante. Cic. l. 16. Fam. ep. 13.* Accipi tuam epistolam vacillantibus literulis. hoc est non recte præ valetudine scriptis. *Id. 3. Phil.* In Galliam mutilatum ducit exercitum cum una legione, & ea vacillante.

Vacillatio, onis, f. *vacillamento, واکانگی*, actus vacillandi. *Quint. l. 11. c. ult.* Est & illa indecora in dextrum, ac lævum latus vacillatio, & alternis pedibus insistentium.

Vacillo, as, n. 1. *vacillare, non essere costante, vacillar*, Germ. *schwanken*, Gal. *vaciller*, Hisp. *bambancar, vacilar*, est proprie inconstantem esse, & quasi alternatim modo huc, modo illic inclinari, nutare, fluctuare. *Nonium* si audimus *c. 3. n. 148.* a baculo venit, quo se lassit, & infirmi sustentant. *Cic. in Brut. c. 60.* Cum ex eo in utranque partem toto corpore vacillante quævisit, quis loqueretur e lentre. *Quintil. l. 8. c. 3.* Vacillare ex vino. ¶ Item tremere, nutare. *Lucret. l. 5. v. 1235.* sub pedibus tellus cum tota vacillat. *Id. ibid. v. 1095.* arbor ventis pulsa vacillans. ¶ Translate accipitur pro inconstantem, seu instabilem esse quacunque in re. *Cic. Att. l. 12. ep. 1.* Sed quod scribis ingenuicum matutinum, *επιμνηστικόν*, est memoria vacillare. *Id. 3. Offic.* Justitia vacillat, vel jacet potius. ¶ Sic etiam vacillare testis dicitur, qui in dicendo testimonio sibi non constat, & modo affirmat, modo negat. *Modestini. l. 2. ff. de testib.* Testes, qui adversus fidem testationis vacillant, audiendi non sunt. ¶ Prima in hoc verbo syllaba corripitur *Lucret.* præter adducta loca etiam *l. 4. v. 1121. & l. 5. v. 195.* productur tamen ab *cod. l. 3. v. 505.* Tum quasi vacillans primum confurgit, & omnis, &c. Ex quo quidam duplici e scribendum putarunt, quemadmodum & in quibusdam Felti MSS. exaratum cernitur.

Vacive, adv. per otium, cum vacat. *Phædr. in pref. l. 5.* Quartum libellum dum vacive perleges, nell' ore ozioso.

Vacivitas, atis, f. *vacuidis, vacuitas. Plaut. Curcul. 2. 3. 40.* Ita cibi vacivitate venio laxis lactibus. *Brut. ad Cic. l. 11. Fam. ep. 10.* Quantam cupiditate hominibus iniicitur vacivitas. Alii perlego leg. *vacuitas*.

Vacivus, a, um, adject. *vacuo, disoccupato, vacuus. Plaut. Trinum. prol. v. 11.* Date vacivas aures, dum eloquor. *Id. Caf. 3. 4. 6.* Vacivas vides fecit mihi. *Id. Bæch. 1. 2. 45.* Valde afficit me vacivum virium. h. e. sine viribus, invalidum.

Vaco, as, n. 1. *essere voto, vacare, Ger. obigen, Gall. vaquer, Hisp. dar obra, vacar, vacar*, vacuum sum. Usurpatur vel absolute. *Cic. Att. l. 12. ep. 11.* Tota domus superior vacat, ut scis. *Plin. l. 10. ep. 14.* Rogo, dignitatis, ad quam me provexit indulgentia tua, vel auguratum, vel septemviratum, quia vacat, adijcere digneris, sono *vacanti*. ¶ Vel cum ablat. sine præp. *Virg. 3. Æn.* Hofte vacare domos, sedefere altare relictas. ¶ Vel cum præp. a, vel ab. *Cæf. l. 3. B. C. c. 25.* Hæc a custodiis classium loca maxime vacabant. ¶ *Vacare pecunia* dicitur, quæ non est occupata, *danso morto. Paul. Dig. l. 26. sit. 7. l. 11.* ¶ Translate dicitur de quacunque re, pro carere, expertem esse, liberum esse. Usurpatur cum ablat. sine præp. *Cic. l. 7. ep. 3.* Vacare culpa magnum est solatium. *Id. l. Off. cap. 19.* Nullum est tempus, quod iustitia vacare debeat. *idest* in quo iustitiam administrare non oporteat. ¶ Vel cum ablat. & præp. a, vel ab. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 1.* An ab omni curatione, & administratione rerum vacent. *Liv. l. 7. c. 1.* Ne quando a metu, ac periculo vacent. ¶ Vel cum ablat. partis, ut *Vacare animo*, quod est curis solutum esse. *Cic. 1. Div. c. 6.* Si vacas animo, neque habes aliquid, quod huic sermoni prævertendum putes. ¶ Quoniam vero qui negotiis caret, vitam otiosam agunt, metaleptice notat otiosum esse, cessare, nihil agere, *σπαρῆν*. Tunc similiter usurpatur vel absolute. *Cic. l. 12. Fam. ep. 29.* Aut, si ne tu quidem vacas, noli impudens esse, nec mihi molestiam exhibere. *Cæf. l. 4. B. G. c. 8.* Itaque una ex parte a Suevis circiter nullia passuum sexcenta agri vacare dicuntur. *idest*, non excoli, non arari. ¶ Vel cum ablat. & præp. a, vel ab. *Cic. in Brut. c. 78.* Nullum tempus illi unquam vacabat aut a forensi ditione, aut a commentatione domesticâ, aut a scribendo, aut a cogitando. ¶ Per *Metalepsin* quoque, quoniam qui nullis negotiis impediuntur, attentius solent applicare animum ad aliquid, capitur pro dare operam, animum adijcere, studere. In hac acceptione constituitur cum dativo. *Plin. ep. 9. l. 1.* Quod evenit mihi, postquam in Laurentino meo aut lego aliquid, aut scribo, aut etiam corpori vaco. *idest* corpus curo. *Curs. l. 6. c. 7.* Ille non vacasse sermoni suo Regem causatus est, *cha il Re non aveva avuto agio d'ascoltarlo*. ¶ Interdum reperitur cum accusat. & præp. in, vel ad. *Ovid. l. 3. de Pont. eleg. 3.* In nullum mea mens grande vacavit opus. ¶ *Vacare imperforaliter* V. supra in *Vacat*. ¶ Cum infinitivo, *Stat. 8. Theb. v. 186.* Tu Tyrias acies, adversaque signa vacati sternere. **Vacuatus**, a, um, *vacato, vacuo. Colum. l. 12. c. 50.* Vacuata dolia. *Aurel. Vitr. in Epitom. c. 43.* Sanguine vacuatus.

Vacare, adv. inaniter, futitler. *Arnob. l. 3. Inaniter, vacue, & sine ulla substantia constituta sunt omnia.*
 Vacuefactio, is, feci, factum, a. 3. idem ac vacuo, *vosare. Nepos in Cimon. v. 2. Scrym quom eo tempore Dolopes incolebant, vacuefecit. Macrob. J. 7. Satyr. c. 12. Venas inedia vacuefacere. Apud Lañant. l. 4. c. 17. Vacuefacere circuncisiones, est tollere, & abrogare.*
 Vacuefactus, a, um, partic. *vosato. Cic. Catil. l. c. 7. Quid quod advenit tuo ista subfellia vacuefacta sunt? Al. leg. vacua facta. Nepos in Timol. c. 3. Novis civibus bello vacuefactas possessiones dividit. h. e. desertas, bello vastatas.*
 Vacuitas, atis, f. *privatio, κατάρσις, κενωσις, inanitas, privatio, absentia. Cic. l. Fin. c. 10. Ipsa liberatione, & vacuitate omnis molestiæ gaudemus. Id. l. Offic. c. 21. Adhibenda est vacuitas ab angoribus. Virg. l. 2. c. 9. Interveniuntur vacuitates ignis occupans. h. e. loca vacua.*
 Vacuina, æ, f. Dea vacantium, sive otiosorum, a vaco. *Vetus Interpres Horatius in l. 1. ep. 10. Vacuina apud Sabinos plurimum colitur: quidam Dianam, nonnulli & Cererem esse dixerunt, alii Venerem, alii Victoriæ, Deam vacationis, quod faciat vacare curis. Sed Varro primo rerum divinarum Minervam dicit, quod ea maxime hi gaudent, qui sapientie vacant. Hæc ille. Huic agricolæ, cum a laboribus ruris vacarent, ut post perceptos fructus requiescerent, per hyemem vota solabant, & sacrificabant. Ovid. 6. Fast. v. 307. Nam quoque cum sunt antiquæ sacra Vacuina, Ante Vacuinales stantque, sedentque locos.*
 Vacuina Fanum, *Vacuone*, pagus Sabinorum, ubi Vacuina Dea colebatur. *Horat. l. 1. epist. 10. in fine. hoc fanum putre vocat, quia vetustate colapsum erat.*
 Vacuinalis, le, adjectiv. ad Vacuam pertinens. *Ovid. 6. Fast. v. 308. Ante Vacuinales stantque, sedentque locos.*
 Vacuo, as, a. 1. *vosare, ריק, Germ. laren, Gall. ruider, Hisp. vaciar, κενω, vacuum reddo, vacuefacio. Martial. l. 11. epigr. 6. Elysiun liceat si vacuare nemus. Colum. l. 3. c. 13. Qui ripam erigi jubeat, sulcumque vacuare.*
 Vacuus, a, um, *vacuo, voro, κενός, inanis, non occupatus, nihil continens, a vaco. Ufurpatur vel absolute. Virg. 3. Georg. Jamque elati sublimi ventura Aera per vacuum ferri. Liv. l. 27. Vacuus paulo post equus, errans per urbem cognitus, &c. idest sine fessore. Id. l. 39. c. 14. Partem ædium vacuum tacere. Vel cum abl. sine præp. Cic. de U. niu. Nihil igni vacuum videri potest. Vel cum ablat. & præp. a, vel ab. Cic. 5. Tusci. Maximeque, quod is locus ab omni turba id temporis vacuum esset. Metaleptice sumitur pro spatioso, vasto, ingenti. Virg. 3. Georg. v. 143. Saltibus in vacuis pascant, & plena secundum Flumina. Translate accipitur pro experte cujuscuque rei, seu libero a quacunque re, & constituitur vel absolute. Cic. pro R. Am. Cum ille confirmaret, sese prædia vacua filio traditurum. Id. Att. l. 2. ep. 23. Cum vacui temporis nihil haberem. Id. in Brut. c. 5. Nunc vero, inquit, si es animo vacuo, expone nobis quod querimus. Vel cum ablat. sine præp. Cic. Att. l. 10. ep. 18. Consilium nostrum spero vacuum periculo fore. Id. 2. Fin. Cum vacui curis, etiam quid in cælo fiat, scire avemus. Vel cum abl. & præp. a, vel ab. Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 3. Si eris ab isto periculo vacuus. Id. 3. Verr. Hora nulla vacua a furto, a scelere, a crudelitate, a flagitio reperitur. Reperitur etiam cum gen. Ter. Heaut. 1. 1. 38. Vacuum tempus ne quod dem mihi laboris. Al. leg. *vacuum. Hor. l. 2. sat. 2. ad fin. Vacuus operum, sbrigato dalle facende. Translate ponitur pro otioso, quia qui nullis curis occupatus, nullis negotiis irretitus est, is otiosus est. Cic. in Brut. c. 5. Itaque hunc elegimus diem, cum te sciremus esse vacuum. Ovid. 3. de Pont. eleg. 1. v. 121. Nec rursus jubeo, dum sit vacuissima, quaeras. Vacuum mihi est, tempus mihi suppetit, vacat, bo tempore. Sallust. apud Gell. l. 9. c. 12. Postquam remoto metu Punico, simulatas exercere vacuum tuit. Tacit. 2. hist. c. 38. Ubi subacta orbe, & æmulis urbibus, securas opes concupiscere vacuum tuit. Vacua pecunia dicitur, quæ nullum scenus parit. Leg. 28. Dig. Depositi. Vacua mulier, sine marito. Tacit. 13. Ann. c. 44. Vacua possessio est, quæ nullum habet dominum, vel quam dominus libere alteri cedit. Leg. penult. Dig. de acqu. possess. & leg. 52. Dig. de Verb. oblig. Hinc venire in vacuum est hereditatem vacantem adire. Horat. l. 2. sat. 5. v. 48. ut scribare secundus hæres, & si quis casus puerum egerit Orco, In vacuum venias. In vacuum pendere dicitur de iis, qui cum æri alieno solvendo non sint, eorum bona venaliter exponuntur in tabula suspensa in publicis locis, tanquam si vacua sint, h. e. a nullo possessa. Suet. in Claud. c. 9. Ad eas rei familiaris angustias decidit, ut cum obligatam ærario fidei liberare non posset, in vacuum lege prædatoria venalis penderet sub edicto prætorum. Vertex vacuus, *capo vano, scemo, vora di cervello. Horat. l. 1. od. 18. Attoilens vacuum plus nimio gloria verticem.***

comparere in iudicio ad diem præstitutum, per se, vel per advocatum. *Cic. 5. Verr. Statuit iste, ut arator decumano, quo vellet decumano, vadimonium promitteret. Vadimonium constituere, est diem statueret, quo quis in iudicio comparere debeat. Cic. de Sen. Omnia, quæ curant, meminerunt, vadimonia constituta, qui sibi, cui ipsi debeant. Differre vadimonium, est differre diem contentionsis, quo reus in iudicio comparere promiserat. Cic. Att. l. 2. ep. 7. In hominem ire cupiebam, non mehercule ut differrem cum eo vadimonium. Plin. l. 7. c. 53. Bebius judex, dum vadimonium differri iubet. Vadimonium deferre, est non comparere in iudicio ad diem præstitutum, eadem in contumacia. Cic. pro Quincti. Non dubitavit, inquit, cum vadimonium desertum esset, bona proscribere. Plin. in Pref. Inscriptioes, propter quas vadimonium deferri potest. h. e. inscriptiones librorum promittentes multa adeo festiva, & magna, ut propter eorum librorum lectionem vadimonium deferri posset. Vadimonium missum facere, est vadimonii obligationem remittere, condonareque. Cic. pro Quincti. c. 14. Qui postea quoque vadimonium missum tegerit.*

Vado, das, a. 1. *guadare, passare a guado, vado trajicio. Afferunt a Lexicographis quibusdam locus Papiniani JCI l. ult. Dig. de servit. præd. rust. ubi tamen alii aliter legunt. Item locus ex Solino, quem non nondum invenire potuimus.*
 Vado, dis, si, sum, n. 3. *andare, camminare, גרר, Germ. geben, Gal. aller, Hisp. yr, באדיל, eo, iter facio. Virg. 2. Æn. Per tela, per hostes Vadimus haud dubiam in mortem. Cic. Att. l. 4. ep. 10. Ad eum postfridie mane vadebam, cum hæc scripsi. Id. eid. l. 14. ep. 11. Lentulus Spinther hodie vadit me: cras mane vadit, si parer. Transfertur ad flumina, pro fluere. Plin. l. 5. c. 26. Et parte lava in Melopotamiam vadit per ipsam Seleuciam. Præteritum vadi legitur apud Terentium. Pall. c. 3. Et præterea locum habet in compositis evado, pervado.*

Vador, aris, atus sum, dep. 1. *citare in iudicio con siccari, est alicui denunciare, ut in jus veniat, usque rei vades, seu sponsores ab eo postulare, ne fallat, κενωσις. Plaut. Pers. act. 2. sc. 4. v. 18. Vadatur hic me P.Æ. Utinam vades desint, in carcere ut sis. Cic. pro Quincti. c. 19. Debere tibi dicit Quinctium, procurator negat: vadari vis, promittit: in jus vocas, sequitur; iudicium postulas, non recusat. Id. ibid. c. 6. Se jam neque vadari amplius, neque vadimonium promittere: siquid agere secum velit Quinctius, non recusare. Hic, cum rem Gallicanam cuperet revivere, hominem in presentia non vadatur. Ita sine vadimonio disceditur. Liv. l. 3. c. 13. Tot vadibus accusator vadatus est reum. Ovid. de remed. amor. v. 675. Jamque vadaturus lectica prodeat, inquit, &c. Sumitur & passivè, ut docet Priscian. l. 8. est enim, ut ipse ait, verbum commune. V. Vadatus.*

Vadofus, a, um, *guadato, pieno di guadi, διαβατός, παρόδος, qui frequentia habet vada, quæ transiri pedibus possunt. Cæf. l. 1. B. c. c. 25. Quod his locis vadofus mare erat. Liv. l. 37. c. 14. Quod in fluminis modum longum, & angustum, & vadofus omnium portus fit. Solin. c. 22. (al. 65.) Ganges, ubi vadofissimus est. Pomp. Mela, l. 2. c. 5. Atax ex Pyreneo monte digressus, vadofusque est. Quidam hic leg. vadus eodem sensu.*

Vadum, i, n. vel vadus, i, m. *guado, guazzo, acqua bassa, טבר, Ger. furt, Gal. gué, Hisp. baja, vado, παρόδος, τὰ βραχέα, locus in flumine, mari, vel lacu, tam parvè profunditatis, ut pedibus transiri possit. Liv. l. 38. c. 18. Pontem, quia vado nunquam transitur erat facere insituit. Sumitur etiam pro mari. Vir. 5. Æn. Sulcant vada falsa carinæ. Catull. Argon. carm. 65. Ausi sunt vada falsa decurrere puppi. Item pro fundo. Plin. l. 31. c. 3. de puteis: Ut illa vado exiliat vena, non e lateribus. Translate, & proverbialiter Res est in vado, significat in tuto esse, quia, ut in profundo periculum, ita in vado securitas. Ter. Andr. 5. 2. Omnis res in vado est. Plaut. Aul. 4. 10. 73. Hæc propemodum jam esse in vado salutis res videtur. Emergere & vado, est maximam rei alicujus difficultatem superare; usque de travaglio, tractum a navigantibus, qui non sine maximo discrimine inter breviam, & loca vadofa navigant. Cic. pro Cluent. c. 21. Sed quoniam emerisse jam e vadis, & convulos prætervesta videtur oratione mea. Tentare vadum, est aggredi negotium aliquod. Ovid. l. 3. de Arte, v. 469. Verba vadam tentent abiignis scripta tabellis. Vadus in mascul. genere usurpatur a Sallust. l. 1. hist. apud Non. c. 3. v. 265. & a Varr. l. 1. de oru. maritima, apud Serv. in 1. Æn.*

Væ, guai, vâ, interjectio male inanimatis, vel abominantis, a Græca voce allata. Ter. Andr. 2. 1. 2. Væ misero mihi. Virg. 9. Ecl. Mantua væ misere nimium vicina Cremonæ. Martial. l. 5. epigr. 34. Si sciero, væ tibi, caudicide. Cum accusativo, Senec. in apologeth. med. Væ me: puto, concacavi me. Singularis est hujus particule usus apud Liv. l. 5. c. 48. Audita, inquit, intoleranda Romanis vox, væ victis esse, cæsi vincti non si debbono aspettare se non disgrazie. Invenitur etiam scriptum væ addita aspiratione.

Vadus, a, um, V. Vadofus.

Væneo, V. Veneco.

Væsellus, a, um, adject. *astutello, furbetto. Festus in voce Astellus. Sicut fit diminutive a macro macellus, a vasto vassellus, ita ab alterno altellus.*

Vater, tra, frum, *fortile, astuto, פרוץ, Ger. geschaid, Gal. fin, rusè, Hisp. recatado, astuto, δολος, παρρηγο, subtilis, callidus, astutus. Contractum videtur ex vasifer, quasi qui varia semper afferre norit, quibus se, vel alios possit extricare. Cic. 3. de Rep. apud Non. c. 1. n. 70. Non sunt in disputatione vatri, non veteratores, non malitiosissimi. Hor. l. 2. sat. 2. Illum aut nequities, aut vatri inficitia juris Postreum expellet. idest subtilis, vel in quo multi subtiliter versantur. Rufus Cic. 1. de nat. Deor. c. 15. Jam vero Chysippus, qui Stoicorum somniorum vaterissimus habetur interpres, &c. Comparativum vatrior est apud Hieronym. epist. 23. ad Marcel.*

Vatramentum, i, n. *astuzia, calliditas. Fal. Max. l. 7. c. 3. Quantum imperium quam parvo interceptum est vatramento!*

Vaire, adv. *fortilimente, astutamente, παρρηγο, subtiliter, astute, callide. Cic. 4. Verr. c. 53. Nihil sane vatre, nec malitiosè facere conatus est.*

Vastrius, aut Vastrius, æ, f. *fozzigliezza, acutezza, calliditas, acumen. Senec. epist. 49. Non vacat mihi verba dubie cadentia consecrari, & vatriam in illis meam experiri.*

Vagabundus, a, um, *vagabondo, ἀλλυτος, παλιδος, qui sedem stabilem nullam habet, sed modo huc, modo illuc aberrat, vagus, erro, errabundus. Sen. de vita beata c. 12. Ille effusus in voluptates, ac vagabundus semper, & ebrius. Alii legunt reptabundus, alii vactabundus, Gronovius etiam lapsabundus. habet tamen Augustin. l. 5. Confess. c. 6. & l. 13. c. 5.*

Vagans, antis, o. *περιπαιμνος, vagante. Cic. 2. de Div. c. 38. Quæ est igitur natura, quæ volucres huc, & illuc passim vagantes afficiat, ut significant aliquid? Hor. l. 4. od. 15. Et vaganti fræna licentia Injicit.*

Vagatio, onis, f. *il vagare suo, e là, παλιδ, περιπαρ, πει, actus vagandi. Liv. l. 5. c. 8. Neglectum Anxuri præsidium vagationibus militum,*

tum, & Volcos mercatores vulgo receptando, proditis repente portarum custodiibus oppreffum eit.

Vage, adv. *quæ e. d.*, *πλάσιος*, *sparsim*. *Auct. ad Her. l. 4. c. 2.* Quas idcirco non vage disperferim, sed a superioribus separaviimus. *Liv. l. 26. c. 39.* Qui vage effufus per agros, palantefque adortus, &c.

Vagedrúfa, m. 1. Ions Siciliæ, idem qui Arethufa, apud Syracufas. *Sil. l. 14. v. 230.* Qui fontes, Vagedrúfa, tuos, & pauperis alvei Hypaten.

Vagienni, m. 2. Vagenni, Batienni, Bacienni, Bacienni, pop. Liguriæ montanæ, feu Gallie Subalpinæ, prope fontes Padi fl. ubi hodie Marchionatus Salutarium, ad rad. Alpium. Horum primaria urbs erat Augusta Vagiennorum, quæ a multis creditur eadem, ac Salinæ, *Saluzæ*, circa ortum Padi. *Plin. l. 3. c. 5. & 20. Sil. l. 8. v. 606.* Tumpernix Ligus, & sparsim per faxa Vagenni.

Vagina, *æ, f. i. fodero, guaina*, *γυνή*, *Ger. scheindensuter*, *Gal. fourreau*, *Hisp. vaina*, *καλός*, *ἐπίστυλιον*, theca gladii. *Cic. in Catil. l. 1. c. 2.* Veruntamen inclufum in tabulis, tanquam gladium in vagina reconditum. *Id. l. Invent. c. 4.* Gladium e vagina educere. *Virg. 4. Æn. Dixit*, vaginaque eripit ensem Fulmineum. ¶ Translate dicitur de folliculo frumenti, quo spica etiamnum pubescens, necdum plane apprens circumvolvitur. *Cic. de Sen. c. 15.* Culmoque erecta geniculato vaginis jam quasi pubescens includitur. ¶ Item de theca cufuseque rei. *Plin. l. 8. c. 15.* Mirum, pardos, pantheras, leones, & similia condito in corporis vaginis unguis inucrone, ne refringantur, hebetenturque, ingredi. *Id. l. 11. c. 37.* Omnia quidem principalia viscera membranis propriis, ac velut vaginis inclufis providens natura.

Vaginûla, *æ, f. καλός*, parva vagina. *Plin. l. 18. c. 7.* Et far in vaginuis fervant ad fatus.

Vagio, is, ivi, itum, n. 4. *vagire*, *βαβαζέω*, *μιμνήσκω*, *κνύζωμαι*, ploro, proprium infantium, cum fletum emittunt. Est vox a sono facta. *Varro apud Gell. l. 16. c. 17.* Iccircoque vagire dicitur experimente verbo sonum vocis recentis. *Cic. de Sen. c. 23.* Quod si quis Deus mihi largiatur, ut ex hac ætate repuerasam, & in cunis vagiam. ¶ Translate vagire tribuitur hædis a *Varrone l. 6. de L. L.* & leporibus ab auctore *carm. de Philom. v. 60.* ubi etiam primam syllabam corripit præter communem usum.

Vagitanus. V. Vaticanus.

Vagito, as, n. 1. *βαβάζωμαι*, frequenter vagio. *Stat. 4. Sylv. 8. v. 35.* Cumque tibi vagitet tertius infans. Alii legunt *vagivet*.

Vagitus, us, m. *vagito*, *βαβάζωμαι*, *κλυθμυρισμός*, fletus infantium. *Virg. 6. Æn. Continuo auditæ voces, vagitus & ingens, &c. Quintil. l. 1. c. 1.* Edere vagitus. ¶ Dicitur etiam de quocunque ejulatu. *Celf. l. 7. in præox.* Chirurgus perinde faciet omnia, ac si nullus ex vagitibus alterius affectus oriretur.

Vago, as, n. 1. idem ac vagor, *vagare*. *Plaut. Mil. 2. 3. 14.* Te alloquor vitii, probrique plena, Quæ circum vicinos vagas. Ita legit *Nonius*. Alii *vaga es*. *Varr. apud Non. c. 7. n. 2.* Puellæ cum choro pari vagantur. *Prædicit. hymn. ante somn. v. 29.* Liber vagat per auras Rapido vigore lenfus.

Vagor, aris, d. 1. *vagare*, *andare* *vagando*, *ἀλάζωμαι*, *πλανάζωμαι*, *περιερίπαμαι*, huc, illuc oherito, huc, atque illuc feror, ex *ve*, idest *valde*, & *agor*, hoc est feror. Usurpatur vel absolute. *Cic. Att. l. 8. ep. 2.* Vagatur egentes cum conjugibus, & liberis. ¶ Vel cum acc. & præp. per, vel circum. *Ovid. l. 1. Fast. vagantur* Incestodite læta per arva boves. *Suet. in Ner. c. 26.* Circum vicinos vagabatur ludibundus. ¶ Vel cum abl. & præp. in. *Cic. l. de Invent. c. 2.* Nam tuit quoddam tempus, cum in agris homines passim bestiarum more vagabantur. ¶ Vel cum abl. sine præp. loco acc. *Cic. pro Font. l. 1.* Contra vagantur læti, atque erecti passim toto foro. ¶ Vel cum adverbis, *huc, illic, quocunque, quocunque*. *Cic. 2. Agr. Quocunque* velint, summo cum imperio, vagari ut liceat, conceditur. *Id. de Divin. l. 2. c. 38.* Aves huc, & illuc passim vagantes. ¶ Sæpe translate usurpatur. Sic animus vagari dicitur, cum aberrat ab ea re, quam agere coperat, item cum inconstans est, instabilis. *Cic. 2. Off. c. 2.* Non enim fumus ii, quorum vagetur animus errore, nec habeat unquam, quid sequatur. ¶ Transfertur etiam ad alia, pro effluere, excurrere. *Cic. pro Marc. Vagabitur* modo nomen tuum longe, atque late. *Id. l. de Or. Ne* vagari, & errare cogatur oratio.

Vagorûm, n. 2. Sessui, Sagium, *Secc.*, urbs Sessuorum caput, in Gallia Lugdunensi, in Normannia prov. ad fontes Olinæ fl. Aliis est *Vagion*, olim opp. Gallie Celticæ, nunc pag. in Britannia min. apud oram Bor.

Vagulatîo, onis, f. actus vociferandi. *Fest.* Vagulatîo in lege 12. Tabularum significat questionem cum convicio.

Vagus, a, um, *vago*, *vagante*, *vagabondo*, *γ*, *Ger. umbschweifig*, *Gall. vagabond*, *Hisp. errado*, *πλάσιος*, *πλάσιος*, *πλανήτης*, qui huc, illuc vagatur, seu errat. *Cic. Att. l. 7. ep. 21.* Itaque vagus esse cogitabam. *Id. pro Cluent. c. 62.* Cum vagus, & exul erraret. *Hor. l. 4. od. 4.* Vagæ aves. ¶ Sumitur etiam pro fluente. *Hor. l. 1. od. 34.* Quod bruta tellus, & vaga flumina, &c. ¶ Metonymice usurpatur etiam extra personam. *Cic. pro Mil. c. 26.* Vide, quam sit varia vitæ, commutabilisque ratio, quam vaga, volubilisque fortuna. *Id. 5. Fin. de bestis, Motusque* solutos, & vagos a natura sibi tributos requirunt. *Martial. l. 11. epigr. 38.* Discursus varios, vagumque mane. h. e. matutina huc illuc vagatio salutandi gratia. ¶ Translate fumitur pro amplo, copioso. *Cic. 2. de Orat. Sed* si illam quoque partem questionum Oratori volumus adjungere vagam, & liberam, & late patenter. ¶ Item pro communi multis rebus. *Plin. l. 27. cap. 4.* Ambrosia vagi nominis est, & circa alias herbas fluctuati. hoc est ambrosiæ nomen multis herbis est commune. ¶ Item pro libero a nominibus. *Cicer. in Orat. Solutum* quiddam sit, nec vagum tamen, ut ingredi libere, non ut licenter videatur errare. ¶ Item pro instabili, inconstanti, incerto. *Cic. 2. de nat. Deor. Est* enim & philosophi, & Pontificis, & Cottæ de Diis immortalibus habere, non errantem, & vagam, ut Academicis, sed, ut nostris, stabilem, certamque sententiam.

Vah, vah, *φ*, interjectio insultantis. *Hieron. ad Damasum.* Sicuti non in lingua Latina habemus interjectiones quodam, ut in insultando dicimus *vah*, & in admirando *pape*, & in dolendo *hei*, ita & Hebræi inter reliquas proprietates linguæ suæ habent interjectionem, &c. *Priestianus l. 1. c. de numero litterarum, & l. 2. c. de syllaba*, scribit, factum esse per Apocopen ex *vaha*. *Plaut. Mof. l. 3. 99.* Vah, quid illa potest peius quidquam muliere memorari? ¶ Interdum est interjectio admirantis. *Plaut. Curc. a. 3. v. 79.* Subiegit solus intra viginti dies. *LU. Vah. C. Quid* mirare? ¶ Aliquando exultantis. *Plaut. Bæsch. 4. 8. 39.* Vah, salus mea servasti me.

Vaha, interjectio exultantis, vel ridentis. *Plaut. Caf. 4. 4. 25.* Vaha. S. Quid negotii est?

Valachia, f. 1. *la Valochia*, pars antiqui Regni Hungariæ, ubi alias pars Daciæ: Terminatur a Sept. Transylvania, a Mer. Istro fl. & partim Bulgaria, ab Occ. Hungaria, ab Or. Moldavia. Ejus caput est Tergovifcum, *Taruis*.

Valdænus, m. 2. *Valpe*, fl. Pannoniæ inf qui Valpium opp. Hungariæ alluit, ac in Danubium ad Valcum inira Dravum fl. inluit. *Plin. l. 3. c. 25.*

Valde, adv. *multo, grandemente, jomamente*, *λίαν*, *μῦλλον*, *σφόδρα*, multum, vehementer, majorem in modum, ex *valide*, per Syncope, ut *Priestianus* monet l. 15. Jungitur nominibus positivis. *Cic. l. 15. Fam. De* Hispania novi nihil, sed expectatio valde magna. ¶ Interdum verbis. *Cic. ad Tiron. l. 16. epist. 19. Fam. Literas* tuas valde expecto. *Id. l. 14. epist. 1. ad Att. Quidquid* vult, valde vult. ¶ Item adverbis. *Cic. Att. l. 1. epist. 17.* Qui primum illud valde graviter tulerunt. *Id. l. 1. Fam. ep. 8.* Valde bene rem gerere. *Id. l. 14. Att. ep. 1.* Valde vehementer dicere. ¶ Etiam adv. *totis, & quam*. *Cic. 2. de Divin. c. 39.* Nihil est tam valde vulgare, quam nihil sapere. ¶ Dicitur & *valdequam*, sicut *facnequam*, & *perquam*. *D. Brut. ad Cic. l. 11. epist. 13.* Nam tuos valde quam paucos habet. ¶ Comparativum est *valdius*, *πιῦ*, *maggiormente*: superlat. *valdissime*, *affissimo*. *Horat. de ar. poet. v. 321.* Valdius oblectat populum. *Id. l. 1. ep. 9.* novit me valdius. *Senec. de brev. vitæ, c. 8.* Dicere solent eis, quos valdissime diligunt. Ita legi in veteribus libris suis, testatur *Muretus*; alii *validissime*. ¶ Interdum valde est adverbium affirmantis, & ponitur pro *ita, facne*. *Plaut. Pseud. l. 3. 110.* Meam amicum tu vendidisti? Ba. valde viginti minis.

Valdius. V. Valde.

Vale, *ita sano, ita bene, addio, ὑμῖνος*, *ὑγιῆς*, *χαρῆς*, sanus, sive incolumis esto, secunda persona numeri singuli. temporis præteritis modi imperativi verbi *valeo*. Hac voce utitur in discessu, vel cum remanentes respondemus abeunt. *Ter. Eun. l. 2.* In hoc biduum, Thais, vale. *Virg. 3. Æl. Et* longum formose vale, vale, inquit, iola. ¶ Item in calce, seu fine epistolarum. *Cic. ad Q. Fr. l. 2. epist. 6.* Mi tratre vale. *Id. Att. l. 5. epist. 20.* Etiam, atque etiam vale. *Id. l. 24. Fam. ep. 2.* Valet, mea desideria, valet. ¶ Differt a *salve*, quod *salve* majus quiddam significare videtur, vel quod *vale* ad corpus reteratur, *salve* ad pericula, & mala externa. *Cic. l. 16. Fam. epist. 6.* Vale, mi Tiro, vale, & salve. Quiddam hoc discrimen afferunt, quod *salve* dicent in salutatione matutina, *vale*, cum discedebant. Alii ita distinguunt, ut *salve* usurpatur in accessu, vel in literarum principio. Fatentur tamen hæc discrimina non esse perpetua. *V. Salve*. ¶ *Vale facere*, est valere jubere, vale dicere. *Apulej. l. 4. A. A. Vale* factio discessimus. ¶ *Vale*, & *salve* item tere verba postrema, quibus olim mortuos affabantur. *Varro apud Servium*: Vale, & salve, cum ad mortuos referuntur, non id dictum est, quod aut valere, aut salvi esse possint, sed quod ab his recedimus, eos nunquam visuri. *Virg. 11. Æn. Salve* æternum mihi, maxime Palla, Æternumque vale.

Valedico, is, n. 3. *salutare, dire addio*. Hoc verbum duabus vocibus *vale*, & *dico* constat, & tere divisæ usurpantur a Scripatoribus: conjunxit tamen *Ovidius*, nam secundam in *vale* corripuit, quæ alioquin longa est, sed vi compositionis corripitur potest, ut docent Grammatici: *l. 1. Trist. eleg. 7. v. 21.* Idque quod ignoti faciunt valedicere saltem.

Valens, entis, o. g. *valere, sano, gagliardo, ἰσχυρός*, *ἰσχυρῆς*, *ὑγιῆς*, sanus, incolumis, firmus. *Cic. l. 16. Fam. ep. 9.* Sed tamen Aclapio medicus plane confirmat, propediem te valentem fore. ¶ Metaleptice ponitur pro potenti, robusto, *ισχυρῆς, ἰσχυρός*; cui opponitur *imbecillus*. *Cic. Att. l. 7. ep. 3.* Qui, mallem, tantas ei vires non dedisset, quam nunc tam valenti resisteret. *Id. in Or.* Valentiorum hæc laterum sunt, nec ab eo, quem informamus, aut expectanda, aut postulanda. *Id. 7. Verr. c. 54.* Hæc cum maxime loqueretur, sex lictores circumstant valentissimi. ¶ Item pro efficaci, utili, *giovoleve, efficace*. *Plin. l. 20. c. 18.* Silvestri papaveri longum ac pusillum caput, & ad omnes effectus valentius. *Celf. l. 4. c. 15.* Valens est etiam adversus ulcera intellinorum minii gleba cum salis hemina contrita.

Valenter, adv. *valerosamente, potestemente, ἰσχυρῆς*, potenter, fortiter, robuste. *Col. l. 1. c. 5.* Quippe quæ ab imo præstructa valenter resistent contra ea, quæ postmodum superposita incumbunt. *Ovid. 11. Met. v. 481.* Et præceptis spirare valentius Euris.

Valentiâ, *æ, f. valore, potenzia, gagliardezza, βίαια*, *δυναστία*, potentia, firmitas, fortitudo, robur, cui *invaleantia* opponitur. *Titian. apud Non. c. 1. n. 68.* Sapientia gubernatoris navem torquet, non valentia.

Valentia, *æ, f. opp. Latii*, in monte Palatino, quod postea *Roma* appellatur, est ab Evandro. *Solin. c. 2.* Sunt, qui videri velint Romæ vocabulum ab Evandro primum datum, cum oppidum ibi offendisset quod extructum antea Valentiani dixerat juvenus Latina, servataque significatione impositi prius nominis Græce *βίαια*, Valentiam Latine nominatam. ¶ Valentia item, Ital. *Valenza*, *Hisp. Valensia*, urbs Hisp. Tarr. alias Castellænorum, ad Turiam fl. qui paulo infra in sinum Sacronensem, nunc Valentinum dictum, se exonerat, ampla, nobilis, elegans, caput Regni Valentini, & totius Regni Conventus juridicus. *Plin. l. 3. c. 3.* ¶ Valentia quoque, *Valencia de Miño*, seu *Valencia al Meno*, opp. Hisp. Tarrac. in conf. Bracarum, & Callaïcorum, in R. Portugalizæ, in ipso limite Galliciæ, ad Minium fl. parvum. ¶ Sunt prætere. aliz urbes hoc nomine nuncupatæ, de quibus V. Geographos. ¶ Hinc fit adiect. *Valentinus*, nam Valentini populos memorat *Plin. l. 3.* non femel.

Valentulus, a, um, aliquantum valens. *Plaut. Caf. 4. 4. 26.* Obsecro, ut valentula est, Pene exposuisti cubito.

Valè, es, lui, litum, n. *effere sano, gagliardo, robusto, ὑγιῆς*, *ἰσχυρῆς*, sanus sum. *Plaut. Amph. 2. 1. 34.* Equidem valeo, & sanus sum recte, Amphitruo. *Id. Persa 2. 5. 8.* Quid agitur? ut valeatur? *Cic. de Fin. Ut* inter optime valere, & gravissime ægrotare nihil prorsus dicent interesse. *Juvenal. sat. 6.* Valere stomacho. *Rurjus Plaut. Mil. 4. 8. 8.* Matri oculi si valerent, mecum venisset. ¶ *Valere a morbo, ab oculis*, & ejusmodi, est morbo liberatum esse. *Plaut. Epid. 1. 2. 26.* A morbo valui, ab animo æger tui. *Gell. l. 13. c. ult.* Cum valebo ab oculis, revise ad me. ¶ *Ne valeam*, est juramentum imprecatorium. *Martial. l. 2. epigr. 5.* Ne valeam, si non totis, Deciane, diebus, Et tecum totis noctibus esse velim. ¶ *Ursurpamus* etiam hoc verbum, cum discedimus, & in fine epistolarum, quo alicui bonam valetudinem precamur. *V. Vale*. Et quoniam abeuntes per hæc verba salutare solemus, *Vale*, & *salve*, invaluit consuetudo, ut hæc fumantur pro discedere, quod vel illi a nobis, vel quod nos ab illis, quibus sic loquimur, vale dicendo recedamus. *Cic. Att. l. 5. ep. 2.* Postea jam jussi valere, cum me spectans et sua villa, num quid vellem rogasset. *Suet. in Aug. c. 53.* Et discedens eo modo sedentibus valere dicebat. ¶ Alii leg. *vale dicebat*. ¶ Atque etiam hoc verbo utimur, cum stomacho, & indignatione commoti aliquem abire jubemus, & res suas sibi habere, *andarsene, assendere a se stesso*. *Ter. Adelph. 4. 4. 13.* Valeas, habeas illam, quæ placet. *Id. Andr. 4. 2. 14.* Valeant, qui inter nos distidium volunt. *Cic. 1. de nat. Deor. Si* maxime talis est Deus, ut nulla gratia, nulla hominum charitate teneatur, valeat. ¶ Sæpe translate fumitur. *Plaut. Aut. 2. 9.* Ain tu, vale- re te? E. Pol ego haud a pecunia perbene. *non isid troppo bene di denari.* ¶ Metaleptice usurpatur pro posse, pollere, vim sive auctoritatem

tatem habere, *valere, potere, avere virtutē. ἰχθυόω, δύνασθαι.* In hac acceptione usurparat vel absolute. *Ter. Eun. 5. 2. 41.* Neque tam imperita, ut, quid amor valeat, nesciam. *Cic. in Brut.* Ubi plurimum perficere, & valere possent. *Id. post redit. in Sen. Lex valet.* h. e. servatur, vim suam obtinet. ¶ Vel cum abl. instrumenti, ut *Valere equo, viribus, opibus, potentia, auctoritate, voluntate, amicis, &c. Cic. pro Dom.* Quasi ego in illo genere omnino quicquam aut curatione, aut potestate valerem. *Id. l. 1. Fam. ep. 7.* Qui plus opibus, armis, potentia valent. ¶ *Valere gratia* dicitur apud eos, quibus ipsi praeliamus, aut quibus grati sumus. *Liv. l. 31.* Apud magnam partem Senatus & magnitudine rerum gestarum, & gratia valebat. ¶ Vel cum abl. & præp. in. *Martial. l. 3. ep. 64.* Siquid habes animi, quid in arte valet. ¶ Vel cum abl. & præp. pro. *Plin. l. 20. c. 13.* Quæcunque autem ruta & per se pro antidoto valet, foliis tritis, & ex vino sumptis. ¶ Vel cum dativo. *Gell. l. 5. c. 12.* Nam & augendæ rei, & minuendæ parum valet. ¶ Vel cum dat. commodi. *Cic. l. 6. Fam. ep. 7.* Quicquid valebo vel auctoritate, vel gratia, valebo tibi. ¶ Vel cum acc. & præp. ad. *Cic. l. 3. de Or.* Hoc valet ad agendum. *Id. 3. de Div.* Affectio astrorum valet ad quædam res. ¶ Vel cum acc. & præp. in. *Cic. 2. Tusc. c. 26.* Ut in vulgus insipientium opinio valeat honestatis. *Quintil. l. 4. c. 5.* Quædam tamen, et ipsa dura sunt, in id tamen valent, quod scio. ¶ Vel cum acc. & præp. apud. Sic valere apud aliquem, est gratiosum esse, & posse ab eo aliquid facile obtinere. *Cæf. l. 1. B. G. c. 17.* Quorum auctoritas apud Plebem plurimum valeat. *Cic. l. 3. de Or.* Nam neque auctoritate quicquam apud me plus valere potest, neque voluntate. ¶ Vel cum acc. & præp. contra. *Cic. Fam. 11. ep. 27.* Non vereor, ne me vitæ modestia parum valitura sit contra falsos rumores. *Id. 4. Acad. c. 27.* Hoc valet contra te. *Id. contra de te.* ¶ Vel cum infinitivo. *Plin. l. 34. c. ult.* Sandaracha valet purgare, sistere, exalcescere, perrodere. *Id. virtutē de purgare &c.* ¶ Sumitur etiam pro significare, quasi sit vim, & potentiam habere. *Cic. 2. Off.* Hoc verbum quid valeat, non videtur. *Suet. in Vitel. c. ult.* Cui Tolozæ nato cognomen in pueritia Becco fuerat: id valet gallinæ rostrum. *Nepos in Themistocle.* Hoc eo valebat, ut ingrati ad depugnandum omnes cogenterent. ¶ Refertur quoque ad pretium, & æstimationem, pro æquale esse, continere, æstimari, *valere, ἰχθυόω.* Hæc significatio ducta est ex illa translative, seu metaleptica, qua notat posse vim habere. In hac notione usurpat vel cum genitivis pretii incerti, ut *santi, quanti, pluris, minoris. Paul. l. si servum meum, ff. ad leg. Aquiliam:* Si servum meum occidisti, non affectionem æstimandam esse puto, sed quanti omnibus valet. h. e. omnium opinio, & æstimatione. ¶ Vel cum abl. pretii itidem incerti, *magno, parvo, plurimo, maximo, minimo. Ulpian. l. 13. ff. de actionibus empti.* Quibus subtrahitis, quia minime valerent hæreditas. id est nullius fere, aut exigui pretii esset. ¶ Si vero pretium certum exprimitur, exigit accusativum. *Varro l. 4. de L. L. ad fin.* Denarii, quod denos æris valebant, quinarii, quod quinos. ¶ Vel ablativum. *Plin. l. 33. c. 3.* Aureus nummus post annum 62. percussus est, quam argenteus, ita, ut scrupulum valerent ferretissimi vicenis. **Valeria, æ, f. prov. Pannoniæ inf. inter Danubium, & Dravum fl. magis versus Danubium extensa, al. regio Pannoniæ sup. inter Draum, & Saum, ultra Drzum extensa, circa Solvam, & Statuas Colofas, ubi hodie pars Hungariæ inf. longe a Stiria in Or. Alias dicitur Pannonia Interamnia, & Ripariensis. Ammian. l. 19. c. 11. scribit ita nominatam esse a Valeria Diocletiani filia. ¶ Valeria quoque regio Latii, juxta lacum Fucinum, cujus urbes Valeria, sive Marfi, Carteoli, Amiternum, Furconium, Reate. ¶ Item Valeria, Colonia Julia Valeria, Castrum Altum, Valeria, olim col. & urbs Celtiberorum, nunc pag. Hisp. Tarr. in Castella nova, in mediet. apud Suconem fl. Ejus incolæ *Valerenses* dicuntur. *Plin. l. 3. c. 1.***

Valeria via, una ex viis urbis Romæ, quæ ex porta Asinaria, per Tybur urb. in Marfos ducebat, ita dicta, quod per eam in Valeriam regionem Marforum iter erat. *Onophr. Panvin. & Rosin. l. 1. antiq. Rom. c. 13.*

Valeria aquila, t. genus aquilæ omnium minimæ, sed viribus præcipuæ, quæ Græcè *παραπυρρίτος* dicitur, colore nigricanti, sine clangore, & sine murmuratione, ut scribit *Plin. l. 10. c. 3.*

Valerianus, a, um, ad Valerium pertinens, ut Valeriani milites, Liv. l. 6. c. 13. h. e. P. Valerii trib. militum consulari potestate.

Valerientes, ium, populi Hispaniæ Tarraconensis, quorum urbs Valeria. Plin. l. 3. c. 3.

Valerius, m. 2. gens Patricia apud Romanos; olim *Valesii* dicti, ut testatur *Quintil. l. 1. c. 4.* Ejus autem nominis originem multis narrat *Rosin. l. 5. Ant. Rom. c. 21.* ex *Zosimo*, itemque *Angelus Politian. miscellan. c. 58.* ¶ In Valeriorum familia multi celebres viri fere, quorum primus P. Valerius, cognomento Publicola, qui quater consul fuit. *V. Publicola.*

Valerius Maximus, C. R. historicus, tempore Tiberii Imp. Militavit sub Sexto Pompejo, ut ipse de memorat, ubi de institutis antiquis loquitur. Scripsit facta, & dicta memorabilia, ad eundem Tiberium. Eum legisse se ostendit *Gell. l. 12. c. 7.*

Valerius Antias historicus Romanus scripsit annalium grande opus. nam *Priscian. l. 9.* citat ejus libros LXXXV. *Gellius* autem *l. 7. c. 9.* LXXXV. qui tamen omnes perierunt. Ejus meminere etiam *Cenforinus, Afcion, & Macrobi.*

C. Valerius Flaccus e Setia Campaniæ urbe ortus, Poeta non ignobilis, scripsit heroico carmine libros octo Argonauticon (quamquam ultimus mutilus ad nos pervenit) Fl. Vespasiano nuncupatos, cujus tempore vixit. Paupere sorte usus est, & ædmodum juvenis decessit Patavii sub Domitiano. Eum quidam Patavinum fuisse putant, quia multo tempore in hac urbe domicilium habuit. Hinc a *Martial. l. 1. epigr. 62.* vocatur spes & Alumnus Antenoræ Iaris. Ejus mortem desit *Quintil. l. 10. c. 1.* multumque laudat.

Valerius, a, um, adject. ad Valerios pertinens, ut Valeria gens. Cic. pro Flacc. c. 1. & 11. ¶ Valerius tabula, h. e. Valerii cuiusdam argentarii, qui officinam in foro habebat, ad quam acta quædam forensia fieri solebant. *V. Cic. in Vat. c. 9. & Fam. 14. ep. 2.*

Valefcio, is, n. 3. divenire gagliardo, ἰσχυρόω, validus fio, a valeo. Lucr. l. 1. v. 940. Sed potius talis factio recreata valefcit. Tac. l. 1. histor. c. 32. Bona consilia mora valefcunt.

Valetudinarium, ii, n. infirmeria, νοσοκομῆιον, locus, in quo valetudinarii, & infirmi curantur, ut valetudinem malam bona permittunt. *Sen. ad Lucill. ep. 27.* Tanquam in eodem valetudinario jaceam. *Col. l. 2. c. 11.* Sive alter languidior est, in valetudinarium contestum deducat.

Valetudinaris, a, um, mal sano, malaticcio, νοσώδης, νοσώδης, qui frequenter ærotat. Cels. præf. l. 1. versus fin. Qui valetudinarios non triunt, &c. Adde *Senec. de benef. l. 1. c. 11. & de ira l. 3. c. 33.* ¶ Sumitur etiam active. Hinc valetudinarius medicus est, qui valetudine affectos curat, vel potius qui ministerio fungitur in valetudinario. *Leg. ult. Dig. de jure immun.* Quibusdam aliquam vacationem

munerem graviorum conditio tribuit, ut sunt meniores, options, valetudinarii, medici, capfarii, &c.

Valetudo, inis, f. diffeccione, flato, δὴδερν: habitu corporis in animalibus, ab antiquo *supino valetum verbi valeo.* Cum enim non valetudo modo, sed & valetudo dicitur per longum, plane verisimile est, quemadmodum veteres dixerunt *olimus, & oletum*, sic eisdem dixisse *valitum, & valetum*, & ab illo quidem esse *valetudo*, ab hoc *valetudo*. Vocabulum est medium, quo modo sanitas significatur, modo morbus. Igitur primum pro sanitate accipitur, *sanitas, gagliardexza, franberexza, & xexza, & xexza, xexza, xexza.* *Cic. 2. Off. circa fin.* Valetudo sustentatur notitia sui corporis, & observatione earum rerum, quæ res aut prodesse soleant, aut obesse, & continentia in victu omni, atque cultu, corporis tuendi causa, & prætermittendis voluptatibus, postremo arte eorum, quorum ad scientiam hæc pertinent. *Hor. l. 1. epist. 4.* Et cui Gratia, fama, valetudo contingat abunde? ¶ Accipitur item in deteriori parte, pro morbo, *malattia, oççioçia, xexza.* *Cic. 2. de Divin. Esculapius potest præferbere per somnium curationem valetudinis. Id. l. 4. Fam. ep. 1.* Molestique te ferre, quod me propter valetudinem tuam, cum ad urbem accessissem, non vidisses. ¶ Sæpe confusionis tollendæ causa addimus epithetum, quo significationem ejus restringimus, dicimusque de sanitate *valetudinem bonam, firmam, commodam, integram, &c.* de morbo *valetudinem acerbam, adversam, agram, difficilem, duram, extremam, imbecillam, incommodam, insensam, infirmam, ingravescentem, longam, malam, perditam, pessimam, tenuem, &c.* *Cic. 2. Fin.* Ut enim medicorum scientiam, non ipsius artis, sed valetudinis causa probamus. *Id. 4. Tusc.* Ii sunt ejusmodi constituti, quasi mala valetudine animi, sanabiles tamen. *Id. in Brut.* Is semper infirma, atque etiam ægra valetudo fuit. *Id. Att. l. 5. ep. 8.* Me incommoda valetudo tenebat jam duodecimum diem Brundisii. *Suet. in Tiber. c. 68.* Valetudine proferperrima tu. *Plin. l. 21. c. 27.* Valetudo calculorum, *mal d' calculi.* *Cic. 14. Fam. ep. 4.* Valetudo oculorum, *mal d' oçchi.* ¶ Urturpat etiam in plurali numero. *Tacit. 4. Ann. c. 50.* Valetudines principis regere solitus. *Suet. in Aug. c. 80.* Graves, & periculosas valetudines expertus est. ¶ Translate *Cic. Tusc. c. 37.* Mala valetudo animi. *Suet. in Calig. c. 50.* Valetudo mentis, *strensa, pazza.*

Valgiolum, V. Valgium.

Valgiter, adverb. valgo modo. Petron. in Satyr. Commovebat valgiter labra, & me tanquam turtivis subinde oculis verberabat. *Id. ibid.* Oborto valgiter labello.

Valgium, ii, n. instrumentum quoddam rusticum ad areas complanandas, a *valgus.* In Campania sane habetur genus id tali specie, quasi furæ duæ in diversum collocatæ, quo ut cylindro supplanantur aræ. *Plin. l. 17. c. 10.* Scitur mense Aprili, aræ æquata cylindris, aut valgio, alias dentum. *Harduinus* tamen ex melioribus lib. & M. S. legit aut *valgiolis densum.* Alii *volgolis.* *Valgiolum* autem idem significat. ¶ *Valgia* a *Fulgent. de prisce. ferm. n. 47.* exponuntur labellorum obtortiones in supinato one aut subactione peractæ.

Valgus, a, um, βαλγός, qui furas habet extrorsum intortas, & in diversum actas, qui, ut *Petronius* loquitur, crura in orbem pandit; quales pedes cancri habent, & lacerti, quorum videlicet pars intra conditur, pars extra procedit, fer priora genua post curvantur, posteriora in priorem partem, ut *Plinius* loquitur *l. 11. c. 45.* cui *varus* opponitur, *βαλγός, qui introrsum pedes, vel crura obtorta gerit, h. e. pedes habet incurvos, & in se contractos, cuiusmodi spadones, & calistratos videmus. Fests. Valgos Opilii Aurelius, aliique complures ajunt dici, qui diversas furas habeant, & qui talos vitiosos habeant. Plaut. Mil. 3. 1. 128. Ne uxor mihi ignifitos pueros pariat postea, aut varum, aut valgum, aut compernem, aut pætum, aut bronchum filium. Cels. l. 8. c. 20. Crus longius altero, & valgus est. ¶ Trans. late dicitur de aliis etiam rebus, ut *Suavia valga,* idest oscula obtorta, seu quæ alicui dantur obtorto ore, seu labiis, ut cum meretricis osculantur aliquem labia obtorto ore deffensionem. *Plaut. Mil. 2. 1. 16.* Majorem partem videas valgus fuaviis.*

Valide, adv. assai, fortemente, ἰσχυρῶς, τάρω, potenter, vehementer, majorem in modum. Plaut. Merc. prol. v. 42. Amare valide cœpi hic meretricem. Cal. Cic. l. 8. Fam. ep. 2. Quin ego, cum pro amicitia validissime faverem ei, &c. *Quintil. l. 10. c. 2.* Nec promptum est dicere, ut rotes peccare validius putem. *Plin. l. 9. ep. 35.* Validissime cupere.

Validitas, atis, f. validitas, robustezza, forza. Apul. in Asclep. Membra & validitate, & tenuitate diversa.

Validus, a, um, sano, gagliardo, ἰσχυρός, valens, sanus, firmus, a *valleo.* *Ter. Hec. 3. 5. 7.* Atque adeo, quod maximum est, sanum, atque validum. *Liv. l. 3.* Necdum ex morbo satis validus. ¶ Translate sumitur pro forti, robusto, potenti. *Plaut. Amph. 1. 1. 8.* Ita quasi incudem, me miserum homines octo validi cædant. *Liv. l. 1. c. 15.* Urbs valida murti. *Id. l. 2. c. 39.* Ducibus validior, quam exercitu, res Romana. *Tacit. 15. Ann. c. 53.* Validus animi, *uomo di grande spirito.* *Plin. in paneg. c. 9.* Validissimum præsidium. *Id. l. 3. ep. 9.* Validus facundia.

Valitibus particip. V. in Valeo.

Vallaris, & re, o. 3. quod ad vallum spectat, ut *Vallaris corona,* qua donari solebat is, qui primus vallum hostium fuisset ingressus. *Liv. l. 10. c. 46.* Multæ civiæ coronæ, vallaresque, ac murales conspiciunt. *Id. l. 30. c. 28.* Qui Imperatores, qui Consules Romanos sua manu occidissent muralibus, vallaribusque insignes coronis.

Vallatus, a, um, fortificato di palizzate. Plin. l. 15. c. 18. Non castra Punicæ ad tertium lapidem vallata. ¶ Sæpe translate sumitur pro munito, stipato, circumdato quacunque ratione. *Cic. pro Mur. c. 24.* Catulinam interea alacrem, atque lætum, stipatum choro juventutis, vallatum indicibus, atque sicariis.

Vallefactus, a, um, crivellato. Fests. juxta emendationem *Salmassi.* Valli folliculi fabæ, quasi vallivoli, quia vallefacti excutiantur. Ubi perperam vulgo, *vallifasti pro vallefacti.*

Vallefici, est perire, interprete *Fests.* quia quæ vallo, hoc est cribro efficiuntur, neglecta pereunt. Idem tamen *Fests* dicit a vallo militari, quod qui extra vallum expelluntur, facile pereunt. Alii pro *valliferi* legunt *vallistere* eodem sensu.

Vallenses, m. 3. Valiniani, Ital. *Vallesiani,* Ger. *Vallisserlands,* pop. Galliæ, cis Rhodanum, ubi Seduni, & Veragri, Helvetiis fœderati, inter Allobroges ad Occ. & Lepontios ad Or. quorum regio Vallinæ, seu Valinæ, opp. Sedunum.

Vallefcere. V. Valliferi.

Vallista, f. 1. Valesia, regio Galliæ Belgicæ, Allobrogibus, & Helvetiæ finitima, ubi pop. Vallisti, seu Valesii, olim Sedunii, tametsi Valesii magis Sedunis patent, sic dicta a vallibus longis, vel multis, per quam Rhodanus fl. inter ortum suum, & Lemanum lac. decurrit, ubi Sedunum urbs primaria. ¶ Est & Vallisia, seu Valesia, *Valois,* regio Galliæ Belg. inter Picardiam, & Campaniam, in qua Sylvanectum urbs.

Valliculæ, æ, f. picciola valle. Fests in voce *Convallii.*

Vallis, is, seu valles, is, f. *valle*, *βάλλος*, *βάλανος*, *βάλανος*, planities a duobus lateribus inclusa. *Fest.* Convallis est planities ex omni parte comprehensa montibus, collibusve: Vallis duobus lateribus inclusa planities. *Virg. 2. Georg.* Complentur vallesque cavæ, saltusque profundus. *Ovid. 8. Metam.* Concava vallis erat, quo se demittere rivi &c. Translate *vallis alarum* est concava pars brachii, qua humero innectitur. *Caesul. Carm. 68. in Rufum:* Tibi fertur Valle sub alarum trux habitare caper. ¶ *Totis vallibus fluere* est longe lateque extendi, & expansari dicendo. *Quintil. 1. 5. c. ult. de eloquentia:* Feratur non semitis, sed campis, non uti fontes angustis fistulis colliguntur, sed ut latissimi amnes, totis vallibus fluat. ¶ *Valles* in recto casu singularis numeri legitur apud *Virg. Æn. 11. v. 522.* Est curvo anfractu valles ecommoda fraudi. Ubi *Metri*, inquit *Servius*, necessitate compellimur, ut *vallis* dicamus. Sunt tamen, qui hoc legunt *vallis*; atque ita ultimam syllabam produci putant ratione casus, cujus apud *Virgilium* plurima sunt exempla, quæ V. apud *Emmanuel. Alu. 1. 3. cap. 6. præcepto 3.*

Vallo, as, a. 1. *fortificare, circumdare, fornire*, *περιβάλλωμι*, *περιτοφράωμι*, *περιτοφράωμι*, vallo, ambitio, & firmo. *Luc. 1. 4. v. 24.* Nulli valarent oppida muris. *Hirr. de B. Alex. c. 30.* Vallare castra. ¶ Sæpe translate sumitur pro munire, quacunq; ratione circumdare, stipare. *Val. Placc. 1. 1. Argon.* Ac inopem nullis vallaverit armis. ¶ *Vallare a liquid ratione differendi*, est Dialecticis argumentis confirmare. *Cic. 1. de Leg. cap. 24.* Atque hæc omnia quasi sepimento aliquo vallabit differendi ratione.

Vallum, i, n. *bastione, baloardo, fortificatione*, *χάραξ*, *παραχωμα*, *ἔρανος*, murus e terra ad tollæ oram aggestus, crebris fudibus, sive palis munitus, nunitio castrorum, quæ ex terra, & vallis fit. Itaque duæ ejus partes sunt, agger, & pali. *Veget. 1. 3. c. 8.* Primum in unius ordinis transibit, & itineris occupatione leviori cum sublati cespites ordinantur, & aggerem faciunt, supra quem valli, hoc est fudes, vel tribuli lignei, pro ordinem digeruntur. *Cic. 1. 15. Fam. ep. 4.* Vallo, & fossa circumdedit, sex castellis, castrisque maximis sepii. *Id. 5. Att. ep. 20.* Vallo & fossa urbem cingere. ¶ Vallum cacum quid sit, V. *Cæsur.* ¶ Sæpe translate usurpatur. *Cic. in Pison.* Cujus ego imperio non Alpium vallum obijcio. *Idem de Sen.* Contra avium minorum morum munitur vallo aristarum.

Vallus, i, m. *palo*, *χάραξ*, fudes, seu palus, cujusmodi est, cui vitis alligatur, & quo castra munitur. *Servius in illud 2. Georgic.* Quadrifidaque fudes, & acuto robore vallos: Bis, inquit, idem dixit. Nam & valli, & fudes idem sunt. *Virg. 1. Georg. v. 264.* Excacunt alii vallos turcesque bicornes. ¶ Accipitur interdum pro ipso castrorum aggere, quod usitatus vallum neutro genere dicitur. *Cæf. 1. 3. B. C. c. 63.* Erat eo loco fossa pedum quidecim, & vallus contra hostem in altitudinem pedum denuum. *Tibull. 1. 1. el. 2.* Non arces, non vallus erat. *Hirr. de B. Alex. c. 2.* Triplicem vallum obducere. ¶ Habet & aliam significationem, qua sumitur pro exiguo vanno, *crivello.* *Varro 1. 1. de R. R. c. 52.* Iis traxis, oportet e terra subjacti vallis, aut ventilabris, eum ventus spirat lenis: Ita fit, ut, quod levissimum est in eo, atque appellatur acus, evanescat toras extra aream, ac frumentum, quod est ponderosum, purum veniat ad corbeum.

Valor, oris, m. *prezzo, valore*, *ἄξιον*, Ger. *vuchre*, Gal. *prix*, Hisp. *valor*, *ἄξιον*, pretium, a *valere*. *Plin.* Victoriati valore redimi potest. *Id.* referunt Lexicographi plerique; sed ea Plinii verba merito suspecta esse debent, cum adhuc inveniri non poterint.

Valvæ, arum, f. *impollæ, porte*, *ἄνοιξι*, *ἐκλάδεις*, januæ, quæ geminas habent partes in se coeantes, ita dictæ quasi volvæ, quia introsum revolvuntur. *Cic. 1. de Div.* In templo Herculis valvæ clauvæ repagulis subito se ipsæ aperuerunt. *Id. 6. Verr. c. 56.* Valvas magnificentiores ex aureo, atque ebore perfectiores nullas unquam ullo tempore fuisse. *Ovid. 2. Met.* Argenti bifores radiabant lumine valvæ. ¶ Valvæ dicuntur etiam ipsæ januæ, quæ valvas habent. *Plin. 1. 2. epist. 17.* Triclinium undique valvas aut fenestras non minores valvis habet, atque ita, a lateribus, a fronte quasi tria maria prospectat.

Valvatus, a, um, adject. valvas habens, ut Lumina fenestrarum valvata, apud *Virruv. 1. 6. c. 6.*

Valvulus, & Valvulus, i, m. *storsz, guscio*, Ger. *schelffen*, Gal. *coorse, gouffe*, Hisp. *bollejo, λαβός*, folliculus leguminum, & præsertim tabæ. *Festus:* Valvuli folliculi fabæ appellati sunt, quasi vallivoli, quia vallo facti (lege fracti) excutiantur. *Col. 1. 6. c. 10.* Lentæ quoque valvulis exemptæ, & minute molitæ miscuntur aquæ calidæ. *Id. 1. 7. c. 4. de ovibus scitis:* Singula capita per hyemem recte pascuntur ad præsepia, tribus hordei, vel fræse cum suis valvulis fabæ.

Vana, m. 1. fl. Indix navigabilis, quem Ganges excipit. *Plin. 1. 6. cap. 18.*

Vandali, m. 2. Venedi, Fenni, Sclavi, pop. Septentrionales, qui olim tenuere Germaniam ad oram maris Baltici, ubi Ducatus Megalopolitanae est, Vandalia olim dictus, deinde per Pomeraniam, Poloniam, Slesiam, Bohemiam, Russiam, Dalmatiam effusi sunt, postea progressi sunt in Galliam, inde in Hispaniam, ibique sedes in Bætica locarunt, quæ propterea Vandalia, seu Vandalaria magna ex parte nominata est, nunc *Andaluzia*, inde in Africam trajicientes, illam occuparunt, diuque tenuerunt, sicuti & Sardiniam, sub Geinserico Rege. Alii Vandalos a Vanda Regina dictos tradunt, & primo in Polonia circa Vituliam fl. habitasse. Alii ex Berofo dictos malunt a Vandalo filio Tuisconis, nepote Manni Vandalorum. ¶ *Tacit. de Germ. c. 2.* Gent. *Vandalicus, a, um*, ut *Vandalica arma*, *Prosper Agustan. 1. de provid. in præfas.*

Vane, adverb. *vanamente*, futiliter, frustra. *Tertul. in Apolog. c. 49.* Vultus vane de nostra vexatione gaudet. *Id. de Pudic. c. 1.* Præcavendo vanissime quibus parcunt, & parcendo ineptissime quibus præcavent. *Apulej. in Apolog.* Multo vanius, & nequius excogitatum.

Vanesco, is, *vanire*, *διαλύωμι*, *ἀναϊσχυμι*, vanus fio, in nihilum redigo. *Cic. 2. de Leg. c. 9.* Animi labes nec diuturnitate vanescere, nec manibus ullis elui potest. *Ovid. 1. 3. Am. el. 6.* Carmine læsa Ceres steriles vanescit in herbas. *Tac. 5. hist. c. 7.* In cinerem vanescere.

Vanga, æ, f. *vanga*, instrumentum rusticum, quo vepreta persequimur, ut docet *Pallad. 1. 1. tit. ult.*

Vangiones, masc. 3. populi Germanicæ sup. ad Rhenum, in Gallia Belgica, nunc la *Diocesi di Magonez, e di VVormes.* *Plin. 1. 4. c. 17. Luc. 1. 1. v. 430.* Et qui te laxis imitantur, Sarmata, braccis Vangiones.

Vanidicus, a, um, *vano, bugiardo*, *ἰσως*, Ger. *großsprecher*, Gal. *vain parleur*, Hisp. *el que habla vanidades*, *ματαφωδός*, qui vana dicit, vaniloquus, mendax. *Plaut. Trinum. 2. in fine:* Cum probus potius, quam cum improbis vivere vanidicus.

Vaniloquentia, æ, f. *parlar vano*, *ἰσως*, Ger. *eisel geschwætz*, Gall. *vain parler*, Hisp. *habla vana*, *αἰσιμολογία*, vana, & inanis blateratio. *Liv. 1. 34. c. 24.* Hac vaniloquentia primum Arithenum Prætorem Achæorum excitavit. *Tac. lib. 3. Annal. cap. 49.* Id Clutorius in domo

P. Petronii, cotru ejus Vitellia coram, multique illustribus fœminis per vaniloquentiam legerat.

Vaniloquidorsus, masc. vox hybrida ficta a *Plaut. Perf. 4. 6. 20.* & conflata ex latinis vocibus *vanius*, & *loquor*, & ex græca *δῶρον* donum, significat eum qui vana verba donat, seu dat, qui vana venditat.

Vaniloquus, a, um, *bugiardo, αἰσιμολόγος*, qui vana loquitur, mendax. *Plaut. Amph. 1. 1. 223.* Ergo illic magis, quia vaniloquus, vanipolus. *Liv. 1. 35. c. 28.* Is, ut plerique, quos opes regæ alunt, vaniloquus, maria, terraque inani sonitu verborum complevit.

Vanitas, atis, f. *vanité, ἰσως*, Ger. *eitelkeit*, Gal. *vanité*, Hisp. *vanidad*, *ματαιότης*, levitas, inconstantia. *Cic. 2. de nat. Deor.* Nulla in cælo nec fortuna, nec temeritas, nec erratio, nec vanitas inest. ¶ Sæpe ponitur pro mendacio, fallacia. *Cic. 3. Off.* Quod si vituperandi, qui reticuerunt, quid de iis existimandum est, qui orationis vanitatem adhibuerunt? *Id. 3. Tusc. c. 1.* Ut vanitati veritas, & opinioni confirmatæ natura ipsa cedat. ¶ Item pro elatione, & iactantia. *Tac. in Agric. c. 18.* Nec prosperitate rerum in vanitate utentis.

Vanities, ei, f. idem quod vanitas. *Ammian. 1. 29. c. 3.* Ad extollendam ejus vanities. *Apulej. 2. Metam.* Vanities plebeja.

Vanitudo, inis, f. idem ac vanitas. *Plaut. Capt. 3. 4. 38.* Poi ego, ut rem video, tu inventus vero, vanitudine qui convincas. h. e. vanis dictis, & mendacis. *Pacuv. apud Non. c. 2. n. 886.* Turpare vanitudine ætatem suam.

Vanno, is, a. 3. *vagliare, crivellare*, *ἀλεξιόν*, est vanno fruges aut legumina movere, ac ventilare, acus, vel paleas, & trumento, vel legumine vannis expurgare, a *vannus*. *Lucil. apud Non. c. 1. n. 69.* Criffatura, ut si frumentum clunibus vannat. *Id. id. obsceno sensu:* Hunc molere, illam autem ut frumentum vannere cunnis.

Vannus, i, f. *vaglio, crivello, ἀλεξιόν*, cribrum cereale, instrumentum latum ex vimine, aliave materia, quo acus, paleaque post trituram a frumento, aut legumine ventilando, & in sublime ejaculando excernuntur. *Virg. 1. Georg. v. 166.* Et mytica vannus Jacchi. Ubi *Servius:* Mytica, quod Liberi Patris sacra ad purgationem animæ pertinebant; & sic homines ejus mysteris purgabantur, sicut vannis frumenta purgantur. *Joh. Pevius* testatur, in optimo illo Romano codice legi, *Et mystica vallus Jacchi. Col. 1. 2. c. 21.* Ipse autem spicæ melius fustibus tunduntur, vannis expurgantur.

Vano, as, a. 1. *απαρη*, fallo, apud veter. *Accius apud Non. c. 2. n. 885.* Sic illum vanans in angiportum deduxit.

Vanus, a, um, *vano*, *ἄρη*, Ger. *lar*, Gal. *vain*, Hisp. *vano*, *κενός*, instabilis, caducus, facile elabens, & interiens. *Cic. pro Planc.* Cum tibi vicilanti, assidenti, mœrenti, vana quedam miser, atque inania talia fore inluctu pollicebat. ¶ Sumitur etiam pro vacuo, inani. *Virg. 1. Georg. v. 226.* Sud illos Expectata leges vanis eluist avenis. ¶ Item pro raro, non denso, aut spisso, *vano*. *Liv. 1. 2. c. 47.* Vanior jam erat hostium acies, dum abundante multitudine freti, subtracta subsidia mittunt ad castra oppugnanda. ¶ Item pro stulto, quasi mente vacuo, & qui in rebus inanibus studium collocat. *Juven. sat. 3.* Sic libitum vano, qui non distinxit, Othoni. *Sallust. apud Gell. 1. 18. c. 4.* Percertunt stolidior, an vanior. ¶ Item pro mentiente, levia, inaniaque pro gravibus, & veris astutissime componente, *fallace, filio.* *Virg. 1. Æn. N1* frustra augurium vani docuere parentes. *Plin. 1. 28. c. 7.* Maguror artes vanissimum gerere. *Cic. pro Quir. c. 6.* Si veritate amicitia colitur, qui amicum spoliare conatus est, vanum se esse fateatur. ¶ Poetæ usurpant *vana*, neutrum plurale loco adverbii, pro inaniter, frustra. *Virg. 11. Æn.* Ut vidit fulgentem armis, ac vana tumentem: Præterea vanus dicitur, qui aliqua re frustratus est, & genitivo jungitur a Poetis. *Silius 1. 12. vers. 261.* Nec forsitan voti vanus foret, *nè serebbe andato fallito il suo desiderio, se &c.* *Virg. Æn. 10. v. 631.* Aut ego veri vana feror. *o io vo lontana dal vero.*

Vapide, adverb. *Vapide se habere* pro male se habere dicebat Augustus, ut in ejus vita testatur *Sueton. c. 87.*

Vapidus, a, um, adject. *vaporoso, insipido, guasto, ἀπυλός*, qui vaporem emittit, & proprie dicitur de vino, quod insipidum, nulliusque virtutis factum est. *Col. 1. 12. c. 5.* In vini vapidi, ut acre fiat, sextarius duodequinguaingenta. *Perf. sat. 5. v. 148.* Vejetanumque rebellum Exhalet vapida læsum pice sessilis obba. h. e. pice quæ vinarii vasis illita vinum insipidum facit. ¶ Translate *Id. ib. v. 117.* Astutam vapido feruas sub pectore vulpem. h. e. vitium corrupto.

Vapor, seu vapos, oris, m. *vapore*, *ἄρα*, Ger. *dampff*, Gal. *vapeur*, Hisp. *vapor, ατμός, ατμός*, tenuis exhalatio alicujus humoris. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 10.* Aquarum enim quasi vapor quidam aer habendus est. ¶ Ponitur aliquando pro calore. *Virg. 5. Æn. v. 683.* Lentuque carinas Est vapor, & toto descendit corpore pestis. *Plin. 1. 9. c. 10.* Ut Solis vapore ferato cortice non queant mergi. *Lucres. 1. 6. v. 952.* Pervolitans permanet odos, frigusque vaposque. Adde *Hor. Epod. 3.*

Vaporarium, ii, n. *stufa*, Ger. *dampffloch*, Gal. *cheminee*, Hisp. *chimeneas*, *ατμοθήκη*, locus in balneis, testudinis instar constructus, aerem plane continens ab igne sine fumo accenso, qui aliter *hypocaustum, caldarium, & tepidarium* vocatur. *Cic. ad Q. Fr. 1. 3. ep. 1.* In balneariis assa in alterum apodyterii anguli promovi, propterea quod ita erant posita, ut eorum vaporarium, ex quo ignis erumpit, esset subjectum cubiculis.

Vaporâte, adverb. cum vapore, aut calore. *Ammian. 1. 24. c. 4.* Effervescente vaporatius sole.

Vaporatio, onis, f. *suaporamento, ὑμιασμο, ἀναθυμιασμο*, vaporandi actus, vaporis excitatio. *Plin. 1. 28. c. 4.* Pertundere caput aqua calida ante balnearium vaporationem, & postea frigida saluberrimum intelligitur. *Gell. 1. 19. c. 5.* Cum aqua frigore aeris duratur, & coit, necessum est fieri vaporationem, & quandam quasi auram tenuissimam exprimi ex ea, & emanare. *Senec. 1. 6. Quæst. nat. c. 11.* Vaporatio inundantium aquarum.

Vaporatus, a, um, calidus, vel calido vapore plenus. *Col. 1. 1. c. 5.* Cum plerique amnes æstate vaporatis, hyeme frigidis nebulis caligent. *Id. 1. 2. c. 16.* Glebæ solibus æstivis vaporatæ. h. e. excafcatæ, & arefactæ. ¶ Item in modum vaporis emissus. *Apul. de Mundo,* Nebula est exhalatio vaporata. ¶ Translate *Perf. sat. 1. v. 126.* Inde vaporata lectore mihi ferveat aure. h. e. purgata, & audiendum præparata: vel aure calefacta, & accensa ex lectione sanorum librorum.

Vaporosus, a, um, adject. *caldo, opieno di caldo vapore.* *Arnob. 1. 6.* Illud in rigoribus algidum, hoc vaporem. Alii leg. *vaporum.*

Vaporiter, vel vaporiter (neque enim de recto casu adhuc constat) a, um, *che suapora, ατμοφόρος, ατμώδης*, quod vaporem emittit. *Strat. 3. Sitv. 5. v. 96.* Sive vaporiteras blandissima litora Bajas. *Id. 1. 1. Sitv. 3. v. 45.* Vaporiteræ fornaces.

Vaporo, as, n. 1. *suaporare, mandar vapore, ατμίζω*, vaporem emitto. *Plin. 1. 31. c. 2. de differentiis aquarum:* Vaporant & in mari ipso, quem Licinius Craffi fuisse. ¶ Est etiam verbum activum, & pro suffire ponitur. *Virg. 5. Æn. v. 481.* Succedunt matres, & templum thure vaporant.

tant. *Plin. l. 28. c. 11.* Et dum coquantur, oculos vaporari præcipiunt. ¶ Item pro calore temperare. *Hor. l. 1. ep. 16.* Sol discedens curru tu gigante vaporet. ¶ Item pro arfacere. *V. Vaporatus.*

Vaporosus, a, um, adject. pleno di vaporis. *Apulei. l. 6. A. A. Balnearum vaporosi fontes. Id. ib. l. 9.* Vaporosa caligo.

Vapores, a, um, idem quod vaporosus, ut vaporosus ardor, apud *Prudent. Peristephe. 6. v. 115.*

Vappa, æ, f. vino suavit, εὐχνης, ἐκτροπίας, ἕξερκνης αἰσθη, vinum insipidum, & nullius virtutis, postquam omnis odor, saporque optimus evaporavit. *Plin. l. 14. c. 20.* Vitiumque musto, quibusdam in locis, iterum sponte fervere, qua calamitate, cum deterbit, deperit sapor, vappæque accipit nomen, probrofitum etiam hominum, cum degeneravit animus. *Hor. l. 2. sat. 3. v. 144.* Qui Veientanum testis potare diebus Campana solitus trullia, vappamque profectis. ¶ Per Metaphoram Latinis vappæ vocantur ἀρρηστοί, idest inutiles, ac nihili homines, ignavi, viles, nugatores, in quibus nihil est solertie, nihil prudentie, ut iam patet ex loco *Plinii. Hor. l. 1. sat. 1. v. 103.* Non ego avatum cum veto te ferri, vappam jubeo, aut nebulonem. Obicænus quoque Deus de se in *lithypico carmine 13. Priap. ait:* Nos vappæ fumus, & pusilla culti Kuris numina.

Vapularis, & re, o. 3. ὑγρύλας, qui vapulat, verbero. *Jocose Plaut. Pers. l. 1. v. 22.* Fui præferratus apud molas tribunos vapularis.

Vapulo, as, n. pass. 1. *esser battuto*, בָּרַח, Ger. schlagen vverden, Gal. *ere battu*, Hisp. *ser acotado*, πῆτομα, ὑγρύδουμα, verberor, cædor. *Terent. Adelph. 2. 2. 5.* Ego vapulando, ille verberando amoque delecti sumus. *Cal. ad Cic. l. 8. Fam. ep. 1.* Suffratores veniunt, alius equitem perdidisse, alius septimam legionem vapulasse. h. e. cæsam esse. *Plaut. Asin. 3. 3. 9.* Coctum, non vapulatum conductus tui. *Quintil. l. 9. c. 2.* Testis in reum rogatus, an ab eo fustibus vapulasset. *Scioppius in Minero. Sancti. l. 3. c. 3.* ex quodam vetusto Rhetore ita legendum ait: rogatus ab reo, nunc fustibus vapulasset. *Senec. in Apocolocynt. in fine.* P. odicit testes, qui illum viderant ab illo flagris, terulis, colaphis vapulantem. ¶ A Comici usurpatur sæpe in contemptu, nam cum quis significare vult, aliquem se nihili facere, & spernere, jubet eum vapulare. *Plaut. Pers. 2. 3. 16.* Quid faciet mihi? verberibus cædi iusserit, comedes imponi? vapule; ne sibi me credat supplicem fore. *Id. Cur. 4. 4. 10.* Vapulare ego te vehementer jubeo; ne me terres. *Id. Asin. 2. 4. 72.* Tun' libero homini male feryus loquere? Le. vapula. Huc pertinet illud proverbium, *Vapula Papiria*, ortum a quadam ancilla, quæ libertate donata a Papiria hera sua, patronam innox contemptis, & cum eam salutare deberet, se ipsam salutabat, heræ autem auguriabat, ut instat feryæ vapularet. *Festus ex Siano Capitone docet*, tunc hoc proverbium dici solitum, cum vellint minantibus significare, se eos negligere, & non curare, fretos jure libertatis. Addit etiam locum *Plauti* his verbis: Ideo dico, liberta salve, vapula Papiria. ubi *Ælius* ait: vapula positum esse pro *dole*; *Varro* autem pro *peri*, teste eodem *Festus*: quod quidem pro eorum sententia facit, qui vapulo ab ἀπολύω, pevo deducunt: ex quibus est *Scioppius*, qui loco citato contendit hoc præteritum fundamentum nixus, hoc verbum non usurpari cum ablat. personæ agentis, & præposit. a, ab, & si quando usurpetur, ea ratione usurpari, qua dicimus *perire ab aliquo*. ¶ Translate *Cic. Att. 2. ep. 14.* Cum se omnium sermone sentiet vapulare. h. e. sibi obrectari. *Plaut. Sicc. 5. 5. 10.* Vapulat peculum. h. e. dissipatur.

Vara, æ, f. un travertis, lignum tranversarium in aliqua lignea machina alia lignis arrectaribus impositum, & compactum, ut aliquid sustineat. *Vitruv. l. 10. c. 18.* De materia primum basim subjectis totis fecit, supraque compexit arrectariis & jugis varas. Ita *Philander* hoc loco, & *Baldus* explicant; quorum sententia tamen in eo discrepat, quod ille varas rectas esse dicit, hic autem curvas. *V. Bald. in Lex. ubi* conem etiam exhibet. ¶ *Sequitur vara vibiam*, proverbium est usurpatum ab *Auson. in prom. Technopægn.* h. e. cadente vibia (quæ est lignum erectum & varam sustinet) varam etiam cadere necesse est, quippe vibia ipsa stante sustinetur. usurpatum autem de iis, qui cum uni vitio indulserint, abjecto omni pudore ad alia præcipites teruntur: vel de iis, qui aliquem errorem committunt, ex quo alii necessario errores sequuntur. ¶ In quibusdam Glossis, quas refert *Scalig. l. 1. lect. Auson. c. 18.* contraria ratione hoc proverbium refertur: legitur enim *Varam vibia*: ex quo fit, ut contraria quoque his duobus vocibus notio tribuenda videatur, ut nimirum vel *vara* lit lignum erectum, *vibia* tranversum, ut idem *Scalig.* exponit; vel quod ambe erectæ sint: additur enim in eisdem Glossis: Perticæ duæ sunt inter se colligatæ, quæ asserem sustinent, unde proverbium, *Vibia varam* sequitur. Sane apud *Lucan. l. 4. v. 429.* varæ sunt turcillæ bicornes erectæ, quibus retia ad accupium tenduntur. *Veiba Lucani* sunt. Aut dum dispositis atcollat retia. aris Venator. Hæc duo loca hæc ratione satis apte videntur explicari; quæ tamen si cum verbis *Vitruvii* aialitis componantur, veretur, ut conciliari possint. neminem enim ambigere puto, quin *vara* apud *Vitruv.* lignum tranversum sit. ¶ Illud denique admoneo, tum apud *Vitruv.* tum apud *Auson.* non deesse codices, in quibus aliter legitur. nam apud *Vitruv.* quidem pro *æ jugis varas*, quidam habent *æ jugis varis*: apud *Auson.* vero substituntur nonnulli *Sequitur ver hiemem*.

Varamus, m. 2. *Varamo*, fl. Venetiz, qui in Anallum, sive Plavem apud Belunum urb. influit. *Leander Clavro* dicit scribit. *Plin. l. 3. c. 18.*

Vardilli, m. pop. Hispaniz Tarr. sub Cantabris, ab Oceano ad Iberum fl. extensis, inter Vascones ad Or. & Austrigones ad Occ. ubi hodie I-pulcoæ prov. cum Major parte Atavæ tractus. Eorum caput fuit Tolosa urbs. *Plin. l. 3. c. 3.*

Varia, æ, f. παρδάρις, panthera, ita dicta a macularum varietate, quibus est spectabilis. Nam pantheræ diversicolorem, in maculofamque pellem habent. *Plin. l. 8. c. 17.* Panthera, & tigris macularum varietate propæ solæ bestiarum spectantur, cæteris unus, ac suus cuiusque generis color est. *Et mox:* Nunc varias, & pardos, qui mares sunt, appellat in eo omni genere. *Et paulo post.* Primus autem Scaurus ædilitate sua varias CL univervas misit. Alludit huc *Plautus Epid. a. 1. sc. 2. v. 15.* ubi, cum Epidicus dixisset, varie se valuisse, respondet *Theprio:* Qui varie valent, Caprigeum hominum non placet mihi, neque pantherinum genus.

Variabilis, le, adject. variabile, qui variatur, seu mutatur. *Apul. de Mundo:* Aer interior natura variabilis.

Varians, antis, o. 3. παρδάρις, ebe varia. *Plin. l. 14. c. 2.* Vix ulla magis tam denso uvarum partu impatiens variantis cæli. h. e. inconstantis, modo hoc, modo illo modo se habentis. *Col. l. 4. c. 20.* Variantibus adhuc, & acerbis uvis. idest nondum nigris, sed colore adhuc vario.

Variantia, æ, t. idem ac varietas. *Lucret. l. 1. v. 653.* nedom variantia rerum tanta queat densis, rarisque ex ignibus esse. *Adde l. 3. v. 319.*

Varianus, a, um, adjectivum a Quintilio Varo deductum, ut Variana clades, *Sucton. in Aug. c. 23.*

Variatim, adv. variamente, Germ. *anderst, und anderst*, Gal. *en diversis, fortes*, Hispan. *en diversas maneras*, πεποιθημένος, diversimode.

Gell. l. 5. c. 12. Ve enim particula, quæ in aliis, atque aliis vocabulis variatim per has duas litteras, cum a littera media immissa dicitur. Sunt qui legunt *varia, sum*.

Variatio, onis, f. variazione, ποικιλία, παραλλαγή, actus variandi, varietas, diversitas. *Liv. l. 24. c. 9.* Cæteræ centuriz sine variatione ulla Confules eodem dixerunt.

Variatus, a, um, variato, vario, ποικιλιμένος. *Cic. pro Mil. c. 3.* Eum, qui patris ulciscendi causa matrem necavisset, variatis hominum sententis non solum humana, sed etiam Deæ sapientissimæ sententia liberatum. *Catul. carm. 65. v. 50.* Etiam hominum variata figuris. *Apul. l. 3. Florid. l. 1.* Lyra concentu variator.

Varicator, oris, m. qui variatur. *Ulpian. l. 4. Dig. de bis, qui not. inf.* Prævaricator est quasi varicator, qui diversam partem adjuvat, prodiata causa sua.

Varices, V. Varix.

Varicitus, V. Varitus.

Variçs, as, avi, atum, a. 1. διακρίνω, vel διακρίνω τῆ σκίλη, sto pedibus introfium retortis, a varus, id est qui crura habet introfium retorta. *Quintil. l. 11. c. 3.* de gestu pedum: Variare supra modum in stando detorme est, & accedente motu prope obsecum.

Variçsle, adverb. Festus in voce Multi Marione: Milites in furca variçsle onera sua portare consueverant. h. e. majores varices contrahendo ex onerum bajulatione.

Variçsulus, a, um, qui varices habet. *Juven. sat. 6. v. 396.* Variçsulus fiet arsupex. Ubi sic vetus Interpres: variçsulus fiet multum flansio, dum Deos, aut eba consulit. Sic *Sidonius l. 5. ep. 5.* vocat Ciceronem *variçsulum Arpinatem*, qua de re V. in *Varis*.

Variçsula, æ, f. κριçsίδιος, exigua varix. *Cels. l. 5. c. 26.* de curatione ulcers: Si varicula intus est excidenda.

Variçsus, a, um, quod est variçs, ac dissepissis cruribus, more eorum, qui grandibus ambulat passibus, a varus. *Ovid. l. 3. de Arte, v. 203.* Illa velut conjux Umbri rubicunda mariti Ambulat, ingentes varicæ fertque gradus.

Variçs, adv. variamente, in variis modi, ποικίλως, ποικιμερῶς, variis modis, diversimode. *Cic. 2. de Divina.* Eamque vim varie moveri ab iis fideribus, quæ vocantur errantia. *Id. Acad. 1. c. 4.* Qui ab iis, qui illum audierunt, perscripti varie, copioseque sunt. *Id. l. 16. Fam. ep. 6.* Varie sum affectus tuis litteris. *Plaut. Epid. 1. 1. 14.* Varie valui. *ora bene, ora male.*

Variçsatus, a, um, adject. variato, variato, serpeggiato, diviso, varie ornatus, ποικίλος. *Apul. l. 11. Metem.* Navis picturis variis variegata. *Id. l. 2. Florid. Vellis* picturis variegata.

Variçsigo, as, a. 1. ποικιλίζω, ornatus varietate distinguo. *Auson. in epist. præmissa Idyllio 13.* Figuras alius alio scientius variegat. ¶ *Apul. l. 1. Florid.* neutrorum more usurpat, cum inquit: Lyra auro fulgurat, eburne candidat, geminis variegat.

Variçsitas, atis, f. varietas, Ger. unterstehet, Gal. *ovariet*, Hisp. *variedad*, ποικιλία, ποικιλίως, variatio, & dissimilitudo colorum. *V. Varius. Plin. l. 8. c. 30.* Oculis mille varietates esse, colorumque mutationes. ¶ Translate dicitur de quacunque dissimilitudine seu diversitate. *Cic. 1. Off.* Ut in corporibus magnæ dissimilitudines sunt, sic in animis existunt majores etiam varietates. *Id. pro Font. c. 2.* Varietas gentium. *Quintil. l. 1. c. 12.* Reficit animos, ac reparat varietas. ¶ Ponitur etiam pro inconstantia. *Planc. ad Cic. l. 10. Fam. ep. 18.* Extremescens varietatem, atque infidelitatem exercituum ejus.

Varini, & Varrini, pop. Germaniz, in Saxonia inf. ubi nunc pars Ducatus Megalopolitani. Ibi etiamnum fl. *Uvarne*, & opp. alias *Varinum*, nunc *Uvaren*. *Uvilliehus* eos collocat in Saxonia superiore, in nova Marchia Brandeburgensi, in cont. Poloniz, *Lazius* cenfet, fuisse in Suevia, ubi opp. *Veringen*. *Plin. l. 4. c. 14.*

Vario, as, a. 1. variare, fare vario, e diversa, ἄνω, Ger. *abvuelthelut*, Gal. *varior*, Hisp. *diversificar*, ποικιλίζω, ἀποκρίνω, ἀλλάττω, varium, seu diversum facio, distinguo, mutuo. Dicitur proprie de coloribus. *Virg. 1. Georg. de Sole v. 441.* Ille ubi nascentem maculis varievit ortum. *Plaut. Pen. prol. v. 26.* Variari virgins, & lotis. h. e. ita cædi, ut cutis lividuris, & vibicibus varia fit. ¶ Item de uvis maturefcentibus. *Colum. l. 12. c. 50.* & de arborib. c. 12. ¶ Translate sumitur pro diversum facere quacunque ratione. *Cic. 2. de Or.* Oratoris est formare orationem, eamque variare, & distinguere quasi quibusdam verborum, sententiarumque insignibus. *Id. in Orat. c. 18.* Variare vocem. *Virg. 9. Æn. v. 164.* Discurrunt, variantque voces, fustique per herbam Indulgent vino. *Plin. l. 8. ep. 8.* Laborem otio, otium labore variare. *Liv. l. 2. c. 57.* Sententiam variavit timor. *fecit mutar parere.* ¶ Ponitur aliquando pro varia tradere. *Liv. l. 27. c. 27.* Si, quæ de morte Marcelli variat Auctores, omnia exequi velim. ¶ Est etiam verbum neutrum, pro sibi dissimile esse, & modo hæc, modo illa ratione se habere. *Cels. l. 3.* Non in iis solum, in quibus semper ita se habet, sed in iis quoque, in quibus variat. ¶ Item pro ambiguum esse. *Liv. l. 1.* Ibi li variaret, quod raro incidebat, ut secundæ clisus vocarentur. ¶ Usurpatur etiam imperforaliter. *Liv. l. 22. c. 60.* Ibi cum sententis variaretur. *Vellei. l. 2. c. 51.* Variatum est præliis. *s'ebbe diversa sorte.*

Variçsus, adverb. ἰσθῶς, cruribus divaricatis, divisiçsque, quod fieri solet a tæmina jam mictura. Est a varus, ut a primo primitur. *Apul. 1. Met.* His editis ab imo remoto grabatulo variçsus super faciem meam resident, velicam exonerant. Ubi vulgo editum *variçsus*, repugnante analogia. Aliqui etiam *variçsus* legunt, quod a varicibus esset.

Variçsus, a, um, vario, ποικίλος, Ger. *mancherley*, Gal. *bigare*, *divors*, Hisp. *de diversos colores*, ποικίλος, ποικιλίως, quod est diversicoloris, *Cic. l. 2. de Fin. c. 3.* Varietas enim Latinum verbum est, idque proprie quidem in disparibus coloribus dicitur: sed transfertur in multa disparia: Varium poema, varia oratio, vari mores, varia fortuna; voluptas varia etiam dici solet, cum percipitur ex multis dissimilibus rebus, dissimiliter efficientibus voluptates. Hæc *Cicero. Cata. c. 73.* Ubi vix variæ cæperint fieri, bubus medicamentum dato quotannis, uti valeant. *quando l'pua comincia a vareggiare.* ¶ Translate sumitur generatim pro dissimili, multiplici, multiformi. *Cic. 2. de nat. Deor. Quæ vero, & quam varia genera bestiarum vel cicurum, vel ferarum? Id. 1. Acad. Platonis autem auctoritate, qui varius, multiplex, & copiosus fuit. Virg. 8. Æn. Gentes variæ linguis. di diversis linguagge.* ¶ Cum dativo *Horat. l. 2. sat. 3. v. 56.* Alterum & huic varium, & nihil sapientium. ¶ Item pro inconstanti, instabili, commutabili. *Virg. 4. Æn. v. 569.* Varium, & mutabile semper Fœmina. *Liv. l. 2.* Ibi varia victoria, & velut æquo Marte pugnatum est. *Sallust. de Casil. c. 5.* Animus audax, subdolos, varius. Huc pertinet jocus Ciceronis in *Isauricum apud Quintil. l. 6. c. 3.* Miror, inquit, quid sit, quod pater tuus homo constantissimus te nobis varium reliquit. Ut simul alludat ad ejus faciem variis, seu maculis distinctam.

L. Varius, Poeta Latinus in numero Epicorum, & Tragicorum, tem-

poribus Augusti, cui fuit charissimus. De eo scribit *Horat. l. 1. od. 6. & Tacit. in dist. de Orat. c. 12.*

Varix, icis, m. *varice*, *vena gonfia*, *κίρσις*, vena scæculo sanguine tumefacta, quales in temporibus, ventre, & cruribus imprimis oboriri solent. *Cic. 2. Tusc. cap. 15.* Cum varices scabatur C. Mario, dolebat. *Cels. l. 2. c. 8.* Varix ortus infamiam tollit. *Sen. ep. 78.* Dum varices ex nimio labore, bajulis ufuventi, atque diuturna statione. Unde *Juven. sat. 16. ver. 395.* Varicosus fiet aruspex. Ubi sic vetus Interpres: Varicosus fiet multum stans, dum Deos, aut exta consulit. Idem ex nimio viæ labore contingit. *Varro apud Non. cap. 1. n. 104.* Nam si tuam rheadam non habuiffem, haberem varices. ¶ Atque hinc scomma capavit Vatinius in Tullium, ut *Macrob. narrat l. 2. Saturn. c. 3.* Cum enim Cicero gloriaretur, se humeris Reipublicæ ab exilio reportatum, Unde ergo, inquit, tibi varices? Varices enim habebat Tullius. Unde *Sidonius eundem l. 5. ep. 5.* vocat *varicolum Arpinatem.*

Varrini. V. Varini.

Varro, seu Varo, onis, m. homo durus, & asper. Hæc vox & uno R, & duobus scripta invenitur, quomodo & *varri*, & *varri* legitur *Lucill. apud Fest. in Squarrosus*, Varro nam ac rupicum squarrosia incondita rostra. *Perf. Sat. 5. v. 138.* Varo regultatum digito terere balinum Contentus peraget. Alii leg. *Baro*, quod idem fere sonat.

Varrones, familia plebeja apud Romanos. Ita dicti sunt a varo, seu varro, quod notat hominem durum, asperumque. Sed de hoc aliter ipse *Terentius Varro apud Servium in 11. Æn.* his verbis: Est & alia hujus rei historia. Varro enim, cum de suo cognomine disputaret, ait, eum, qui primus varro sit appellatus, in Illyrico hostem, Varro nem nomine, quod rapuerat, & ad nos portaverat, ex insigne factu meruisse. Ubi deest videtur *Varronis cognomen.* Nili cum *Salmastio* legas, insigne ex factu meruisse. Nam insigne, & signum dicebant pro cognomine, ut ad historiam Augustam idem *Salm.* annotavit.

M. Terentius Varro. Μάρκος Βάρρων, Civis Romanus, Ciceronis ætate, Romanorum omnium eruditissimus, ut *Quintilianus* asserit. Plurimos, doctissimisque scripsit libros de Lingua Latina, de vita Populi Romani, de re rustica, de liberis educandis, quem librum *Catonem* appellavit, &c. Scripsit etiam satyras. *Quintil. l. 10. c. 1.* ¶ De Varrone altero *Atacino*, V. *Atacinus.*

Varronianus, a, um, ad Varronem pertinens, *Varroniani milites* apud *Liv. l. 23. c. 38. h. e.* qui sub Varrone consule militaverant.

Varus, i, est macula, sive tuberculum exiguum, & durum in facie, quod a Græcis τρυφός appellatur. *Plin. l. 32. c. 4.* Oleum amygdalinum purgat, mollit corpora, cutem erugat, nitorem commendat, varos cum melle tollit e facie. *Id. l. 28. c. 8.* Lentigines tollit, ac varos, omnemque maculas. Adde *Cels. l. 9. c. 5.*

Varus, i, m. *il Varo*, Gall. *le Var*, h. Galliz Narb. Oritur ex Acema M. in Alpibus maritimis, Giannatevamque rigat. Hinc ductus aliquot amnibus, per Provinciam labitur, deinde ipsam separat a Comitatu Nicænsi, & prope Nicæam in mare Mediterraneum se exonerat. *Plin. l. 3. c. 4.*

Varus, m. 2. *Quintilius prænomine C. R.* qui ab Augusto præfectus Germanico exercitui, circa saltum Teutoburgensem, hodie *Teuteberg*, a Germanis, Arminio duce, dolo circumventus, cum tribus legionibus interfectus est. Hujus mortem dehet *Varrus l. 1. Carm.* Ejus etiam meminit *Maro 6. & 9. Ecl.* ¶ Hoc nomen varus ductum est a cruribus raris, ut docet *Plin. l. 11. c. 45.*

Varus, a, um, *strambo*, *stiletto*, *varo*, *βασίς*, qui introrsum pedes, seu crura obtorta gerit, cui opponitur *valgus*, *ελαγίς*, qui habet crura incurvata extrorsum, cui in exteriori parte crura, pedesve fluctuant. Ita *Arion Horatii* interpres ad *sat. 3. l. 1.* eumque fecutus *Vossius* in *Eymol.* in voce *Varus*. *Nonius cap. 1. n. 794.* generatim exponit *distortis cruribus*: & *Festus*, *incurva crura habens*. *Horat. lib. 1. sat. 3. v. 47.* Hunc varum distortis cruribus, illum Balbutit scæurum pravus tultum male talis. ¶ Sumitur etiam generatim pro obtorto, incurvo. *Ovid. 9. Metam. fab. 1.* Brachiaque opposui, tenuique a pectore varas In statione manus. i. e. incurvas, intlexas ad corripendum antagonistam.

Vas, adis, comm. g. *secundis*, *malleolare*, *εγγυρίς*, qui promittit, suo se periculo aliquid iudicio siturum. Proprieque vas erat in re capitali, ut *Festus* docet, & hi *Ausonii* versus indicant, quibus inter vadem, & prædem differentiam ponit: Quis subit in pœnam capitali iudicio? Vas. Quid, si lis fuerit nummaria? quis dabitur? Præs. *Cic. 3. Off. c. 10. de Damone*, & *Pythia*: Vas factus sit alter ejus sistendi, ut si ille non revertisset ad diem, moriendum esset ipsi. *Id. 2. Fin. c. 24.* Vadem te ad mortem Tyranno dabis pro amico, ut *Pythagoreus* ille fecit Siculo Tyranno? *Id. ad Brut. epist. 18.* Vades accipere. *Liv. l. 39. r. 41. in fin.* Vades deserere.

Vas, vasis, n. *vaso*, *ἄσος*, Ger. *geschibe*, Gal. *vaissieu*, Hisp. *vaso*, *αγγος*, *αγγος*, *ασος*, instrumentum capieundum ad aliquid cadendum. In numero plurali est secundæ declinationis, & intlectitur *vasa*, *vasorum*, *vasis*. Nani veteres etiam *vasum* dixerunt, quod V. infra suo loco. *Cic. 1. Tusc. Nam corpus quidem quasi vas est, aut aliquod animi receptaculum. Id. pro Mur.* Ad ille expositus vasa Samia. *Lucr. l. 6. v. 230.* vasis integris vina repente defugiant. ¶ Hoc nomen interdum generale notionem habet, & significat non solum ea instrumenta, quæ aliquid in se recipiunt edendi bibendique causa paratum, sed ea etiam quæ aliquid sustinent, ut scutelas, vel promulsidaria, ut docet *Ulp. l. cum aurum. Dig. de aur. arg. &c.* ¶ Quin & omnis generis supellex nonnunquam vasorum nomine venit. *Senec. 1. de benef. c. 1.* Diligenter in patrimonio & vasa debitoris inquirimus. Sic *Ulpian. l. 7. Dig. de instr. vel instrum. leg.* vasa utilia culturæ appellat ea instrumenta, quæ ad colendum agrum apta sunt. Hinc in re militaria vasa sunt omnis generis impedienda, *il bagaglio*, ex quo illæ locutiones, *conclamare vasa*, & *vasa colligere*, cum scilicet movenda sunt castra, & alio transferenda. *Cic. 6. Verr. c. 19.* Ille ex Sicilia iam castra moverat, & vasa collegerat. *Cels. l. 1. B. C. c. 66.* Signum dari jubet, & vasa militari more conclamari. *Intimar la marchia*. ¶ *Jocose Plautus* vasa ponit pro virilibus: nam ea sunt præcipua supellex, quæ viri nonnunquam. *Pæn. 4. 2. 41.* Facio quod manifesto mæchi haud terne solent; retero vasa salva. Adde *Aul. Præp. arm. 69.*

Vasarium, ii, n. *utenfile*, *ασος*, supellex omnis, ac instrumenta cuncta, quibus Magistratus, cum in provinciam iret, instruebatur, ut *vasa*, equi, muli, viaticum, & *vasis*. *Cic. in Pison. cap. 35.* Nonne H. S. centies, & octogies, quod quasi vasarium nomine in venditione mei capitis adscripseras, ex æratio tibi attributum Romæ in quaestu reliquisti? *Vitruv. lib. 1. c. 10.* vasaria appellat vasa balnearum, caldarum, tepidarium, & frigidarium. ¶ Translate *Plin. l. 7. c. 49.* Nec sunt omnia vasaria excutienda: mediz tantum partis inter Apponnum, Padumque ponemus exempla.

Vasates, um, m. pop. Gallie in Aquitania, inter Nitiobriges ad Or. & Bituriges Vibiscos in Occ. prope Garumnam fl. Horum tractus hodie *le Bazadois* dicitur.

Vasaticus, a, um, adject. ad Vasates pertinens, ut *Vasatica rheada*, *Auson. ep. 7. v. 18.*

Vascellus, li, m. *picciolo vaso*. *Inscript. apud Gruter. pag. 1108.* Filius in vascello, & massa repositus. Ubi *vascellus* videtur esse urnula, in qua cineres conduntur.

Vascones, m. 3. po. Hisp. Tarr. ad Pyrenæorum M. rad. in conf. Aquitaniz, inter Iberum fl. & Pyrenæos montes, ut inter Cantabros, Celtiberos, & Illegetes, ubi hodie Regnum Navarræ. Eorum caput fuit Pompeo. Hi a Metello Romanorum duce obfessi, in tantam famem compulsi sunt, ut humana carne vescerent. *Juven. sat. 15. v. 93.* Vascones, ut fama est, alimentis talibus usi. ¶ Vascones quoque, *Guasconi*, pop. Galliz Aquitanicæ, oriundi a Vasconibus Hispaniæ, qui aliquando montes Pyrenæos transgressi in Aquitania confedere, quorum regio Vasconia, Ital. *la Guascona*, inter dictos montes, Garumnam fl. & Oceanum Aquitanicum. ¶ Adjective *Paulin. Nolan. ad Auson. carm. 10. v. 212.* Vasconum saltu. h. e. Pyrenæo.

Vasconia, æ, f. Vasconum regio. *Paulin. Nolan. ad Auson. carm. 10. v. 203.* Vasconia saltus, & nungida Pyrenæi Obicis hospitia.

Vasconicus, a, um, adject. ad Vascones pertinens. *Paulin. Nolan. ad Auson. carm. 10. v. 218.* Ac si Vasconicus mihi vita fuisset in oris.

Vascularius, ii, m. *chi fa vasi*, Ger. *goldschmid*, Gal. *saiseur de vaisselle*, Hisp. *platero*, *ασכולαρις*, qui scyphos, aliaque ex auro, vel argenteo vascula facit. *Cic. 6. Verr. c. 24.* In regiam maximam pallam artifices omnes, cælatores, ac vasculares convocari jubet. *Ulp. l. 20. Dig. de præscriptis verbis*: Si cum emere argentum velles, vasculares ad te detulerit.

Vasculum, i, n. *vasello*, *vasetto*, *αγγυδριον*, vas exiguum. *Cato c. 11.* Vasculum facito, de materia hederacea. *Quintil. l. 1. c. 2.* Nam ut vascula oris angustii supertusam humoris copiam respuunt.

Vasus, a, um, adject. vacuus, inanis, levis, quemadmodum in *Glossis* exponitur. *Vitr. l. 3. c. 4. in fin.* Venustatem persequitur visus, cuius si non blandimur voluptati proportione, & modulorum adjectionibus, ut id, in quo fallitur, temperatione augeatur, vasus, & inventus conspiciuntur remittitur aspectus. *vista troppo spaziosa, e sproportionata.* ¶ *Vasca* tibia, si *Salmastium* audimus in notis ad *Fl. Vopisc.* est ea que *μαλακτὸς αὐλὸς*, in *Glossis* dicitur. h. e. tibiz quoddam genus curvum, & obliquum, soni levioris, & acutioris, qua præcipue tibicines inflandi artem edicere, & meditari consueverant. *Solin. c. 5.* Insula arundinum ferax, quæ accomodatissimæ sunt in omnem sonum tibiaum, seu prætorias facias, quarum locus est ad pulvinaria præconum; seu *vascas*, quæ foraminum numeris prætorias antecedunt. ¶ Sunt qui tum apud *Vitruv.* tum apud *Solin.* legunt *vasus*, invitis perisicæ Criticis.

Vasio, onis, f. Vasion, Vassionensis Urbs, Forum Vocationum, *Vasion*, urbs Galliz Narb. in Provincia, in Com. Vinlaxino, ad fl. *Lovvuse*, in colle.

Vastabundus, a, um, adject. vastans, *Ammian. l. 31. c. 8.* Vastabundi omnnes per latitudines Thraciz pandebantur impune.

Vastatio, onis, f. *devastazione*, *rovina*, *καταστροφή*, depopulatio. *Liv. l. 7.* Vastatio Romani agri. *Cic. 10. Fam. ep. 15.* Italiam a vastatione defendere.

Vastator, oris, m. *saccheggatore*, *κατακτητής*. *Ovid. 11. Metam. v. 405.* de *Iupp.* vastatoremque cruento ore terum. *Stat. 2. Achill. v. 318.* Trojæ vastator Achilles.

Vastatorius, a, um, adject. qui vastat. *Ammian. l. 18. c. 13.* Hostium vastatoria manus. *Id. l. 19. c. 19.* Vastatorius globus.

Vastatrix, icis, f. quæ vastat. *Senec. ep. 95.* Luxuria terrarum marisque vastatrix.

Vastatus, a, um, adject. *saccheggato*, *devastato*. *Hor. l. 4. od. 4.* Vastata impio tumultu tana. *Cic. pro Sext. c. 24.* Vastatum, ac relictum forum. *reso deserto.*

Vaste, adv. *vastamente*, *αυτως*, cum vastitate. *Cic. 3. de Orat. c. 12.* Non asperè, ut ille, quem dixi, non vaste, non rustice, non huicè, sed presse, & æqualiter, & leniter. h. e. nimis aperiendo os. *Idem ib. c. 43.* Ut neve asperè concurrant, neque vastus diducantur.

Vasteco, is, n. 3. *distrugetsi*, *καταστροφικος*, vastus fio, inhorresco, desero. *Accius apud Non. c. 2. n. 892.* Ne scelerè tuo Thebani vastecati agri.

Vastificus, a, um, *καταστροφικός*, quod vastitatem asfert. *Cic. 2. Tusc. c. 9. ex Poeta*: Erymanthiam hæc vastificam abiecit beluam.

Vastitas, atis, f. *ampiezza*, *επιπληξία*, *ἀμετρία*, nimia magnitudo. *Col. l. 5. c. 1.* Non aserveraveram, quæ vastitas ejus scientiæ contineret, cuncta me dicturum. *Id. l. 3. c. 8.* Pari vastitate belus progengerari, quis neget? *di equal ampiezza di corpo.* *Col. l. 1. c. 9. sub init.* Vastitas vocis. ¶ Frequenter sumitur pro solitudine, eremo, statu illo aliquid provinciz, qui est sine incolis, vel sine incolarum frequentia. *Cic. 1. Cæcil. c. 5.* Tæteta Urbis, vitam civium, Italiam denique totam ad exitium, & vastitatem vocas. *Id. in Pison. c. 35.* Efficere vastitatem. ¶ Item pro vastatione, depopulatione. *Accius apud Non. c. 4. n. 482.* Propterea tot, tantisque habemus vastitates funerum. ¶ Translate sumitur pro quacunque inanitate, seu privatione. *Cic. in Bruto c. 6.* Teque Bruti dolentem vicem, quasi deservisse iudiciorum vastitatem, & fori.

Vastities, ei, f. idem ac vastitas, hoc est destructio, separatio. *Plaut. Pseud. 1. 1. 68.* Harum mihi voluptatum omnium, atque identidem tibi Distractio, dissidium, vastities venit.

Vastitudo, inis, f. idem ac vastitas. *Cato c. 141. R. R.* Uti in morbos visos, & visofque viduitatem, vastitudinemque, calamitates, intemperiatque prohibebis.

Vasto, as, a. 1. *quasi vire*, *saccheggare*, *distruere*, *rovinare*, *שר*, Ger. *verwastet*, Gal. *gâte*, Hisp. *yerma*, *καταστροφικος*, populor, depopulor, destruo, perdo. *Virg. 8. Æn.* Vastant cultoribus agros. h. e. abducendo cultores, & desertos vastos, & desertos efficiunt, inquit *Servius*. *Tibull. l. 4. eleg. 1.* Atque dum (zone cœli) gelido vastantur frigore semper. *sono sibilante pe'l troppo freddo.* ¶ Significat etiam incultum, ac desertum reddere. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 39.* Homines cultores terræ constituti non patiuntur eam nec immanitate beluarum efferari, nec stirpium asperitate vastari.

Vastulus, la, lum, adject. *alquanto grande*. *Apul. l. 2. Metam. in fine.* Vastulus corporibus tores nostras irruentes.

Vastus, a, um, *vaslo*, *ampio*, *immenso*, *ἄ*, Ger. *vucit*, Gal. *extremement grand*, ou *large*, Hisp. *grande*, y *espazioso*, *ακαρὸς*, *ἀμετρία*, valde magnus, iuste magnitudinis, & amplitudinis modum excedens, immensus. *Virg. 1. Æn.* Hic vasto Rege Æolos antro. *Id. 5. Æn.* Vasti ictus. *Cic. 1. de Divin. c. 24.* Tum visam beinam vastam, & immanem, circumplicatam serpenibus, &c. *Id. in Pison. c. 24.* Cum mare vastissimum hieme transibas. *Liv. l. 31. c. 1.* In vastiore altitudine inveni. ¶ *Vassa liera* dicitur, quæ magnum habet sonum. *Cic. in Or. c. 45.* Quomodo enim vester *axilla*, *ala* talis est, nisi fuga literæ vastioris? ¶ *Vzlla oratio* est, quæ propter crebrum vocalium concursum huius, nimisque aperta est. *Aul. ad Herenn. lib. 4. cap. 12.* Crebræ vocalium concursiones, quæ vastam & hiantem orationem reddunt.

¶ *Vastus animus* translate dicitur, qui immoderate aliquid cupit. *Sall. de Catil. c. 5.* Vastus animus immoderata, incredibilia semper cupiebat. Vasti præterea dicuntur homines aegres, insulsi, invenusti. *Gell. lib. 19. c. 9.* Sed ne nos tanquam profecto vastos quosdam, & infubidos ἀνευστύχους (invenustis) condemnemus. *Salmast. in exercit. Plin. legit vastos. Cic. 1. de Or. c. 25.* Sunt quidam ita lingua hæsitantes, aut ita voce absoni, aut ita vultu motuque corporis vasti atque aegres, ut &c. ¶ Sumitur etiam vastus pro deserto, vacuo, inani. *Plaut. Bacch. 4. 9. 130.* Fit vasta Troja: sciuntur proceres Pergamum. *Cic. 2. Agrar. c. 26.* Alterum genus agrorum propter sterilitatem incultum, propter pessimum vultum, atque desertum emetur ab iis, qui eos vident sibi esse relinquendos.

Vasum, i, n. idem, ac vas. *Plaut. Truc. 1. 1. 33.* Aut aliquid vasum argenteum. *Cato apud Gell. l. 13. c. 22.* Neque mihi ædificatio, neque vasum, neque vestimentum ullum est in manu pretiosum.

Vates, is, com. profeta, indovino, נביא, Ger. vweyffager, Gal. devin, Hisp. adevino, נביא, propheta, homo divinus, seu fatidicus, qui res futuras præsentit, ac prædicit. *Plaut. Mil. 2. 3. 37.* Bonus vates poteras esse, cum quæ sunt futura, videas. *Virg. 6. Æn. Tuque o sanctissima vates, præscia futuri. Cic. 2. de Leg. Alterum, quod interpretatur fatidicorum, & vatium effata incognita. ¶ Usurpatur etiam pro Poeta, quia Poetæ divino instinctu afflari dicuntur. Cic. 1. de Divin. ex Poeta: Verfus, quos olim Fauni, vatesque cænebant. Col. in Præf. lib. 30.* Ex voluntate vatis maxime memorandi, idest *Virgili.* ¶ Præterea vates dicitur, qui in aliqua arte excellentissimus est, velut qui tanquam a Diis edoctus secreta ejus artis interpretari optime novit. *Valer. Max. l. 8. c. 12. n. 1. Q. Scævola legum clarissimus, & certissimus vates. Plin. l. 11. c. 37. sub jpn.* Arteriarum pulsus descriptus est ab Herophilo medicinæ vate miranda arte.

Vatia, æ, comm. g. idem ac vatius. *Varro l. 8. de L. L.* Cum idem faciat, ac siquis puerorum per delicias pedes male ponere atque imitari vatius cœperit, hos corripit oportere concedat; contra siquis in consuetudine ambulandi jam factus sit vatia, aut compernis, si eum corrigi non concedat. ¶ Numeratur & inter cognomina Romanorum, quod qui primus in Vatia familia id cognominis sortitus est, pedibus fuerit vatius. *Plin. lib. 11. c. 45.* Namque & hinc cognomina inventa Planci, Plauti, Scauri, Panæ: sicut a cruribus Vari, Vatiæ, Vatini.

Vatica, æ, f. species herbæ, quæ aliter bellonaria vocatur, ita dicta a vates, quia qui eam ederent, Deo pleni videbantur, & vaticinabantur, ut est apud *Apul. in Herbario c. 74.*

Vaticanus, i, m. Deus, qui præesse credebatur primæ voci infantium, quæ *Vagitanus*, a vagiendo. *Gell. l. 16. c. 17.* Et agrum Vaticanum, & eisdem agrum præsidem appellatum acceperamus a vaticiniis, quæ vi, atque instinctu ejus Dei in eo agro fieri solita essent. Sed præter hanc causam M. Varro, in libris Rerum Divinarum, aliam esse tradit itius nominis rationem. Nam sicut Aius, inquit, Deus appellatus, araque ei statuta est, quæ est in infima nova via, quod in eo loco divinitus vox edita erat: ita Vaticanus Deus nominatus, penes quem essent vocis humanæ initia, quoniam pueri, simul atque partu sunt, eam primam vocem edunt, quæ prima in Vaticano syllaba est: accidit eo vagire dicitur, exprimente verbo sonum vocis recentis. Hæc *Gellius.* In quibusdam *Augustini* verbocibus l. 4. de Civ. Dei cap. 11. legitur *Vagitanus* propter rationem a Varrone allatam.

Vaticanus Mons, i, m. *Vaticano*, Βατικανόν όρος, unus ex decem montibus urbis Romæ, interminibus Janiculum, non procul a Tiberi, non longe a theatro Pompeii, supra molem Hadriani, ubi S. Petri Basilica, & palatium Pontificum amplissimum. Ita dictus est a Vaticano Deo, penes quem erat vox humanæ initia, qui ibi colebatur. V. Vocem præcedentem. ¶ Prima, & tertia syllaba hujus nominis semper producuntur, secunda variatur. *Hor. l. 1. ode 20.* Simul & jocosa Redderet laudes tibi Vaticani Montis imago. *Juven. sat. 6. v. 343.* Et Vaticano fragiles de monte patellas.

Vaticanus, a, um, adject. ad Vaticanum montem pertinens, ut Vaticanæ vallis. *Tacit. Ann. 14. c. 14.* Vaticanus ager. *Cic. Agrar. 2. c. 35.*

Vaticinans, antis, o, g. *ei prædicere, Σπασιζω*, partic. a vaticinor. *Cic. 1. de Divin.* Quod & somniantibus sæpe contingit, & nonnumquam vaticinantibus per turorem. *Liv. l. 2. Virginium Consulium in concionibus veluti vaticinantem audiverat.*

Vaticinatio, onis, f. *indovinazione, predizione, μαγικη*, actus vaticinandi, divinitio, futurorum prædictio. *Cic. Att. lib. 8. ep. 12.* Quarum vaticinationem falsam esse cupio. *Id. 2. de nat. Deor. c. 3.* Multa ex Sibyllinis vaticinationibus, multa ex Arupicum responis commemorare possum, &c.

Vaticinator, oris, m. *indovino, χρησµατής*, qui vaticinatur, vates. *Ovid. l. 1. de Ponto, el. 1. v. 42.* Unde tamen vivat, vaticinator habet.

Vaticinium, ii, n. *vaticinio, predizione, μαγικη*, oraculum, divinitio, prædictio futuri. *Plin. l. 7. c. 52.* Plena est vita his vaticiniis, sed non contentia, cum sæpe falsa sint.

Vaticinor, aris, d. *profetizzare, indovinare, נביא*, Germ. vweyffagen, Gal. deviner, Hisp. adevinar, נביא, χρησµατής, προφητης, μαγικη, divino, futura præsentio, ac prænuntio, a vates. *Cic. 1. de Div. Illud, quod volumus, expressum est, ut vaticinari furor vera solet. ¶ Aliquando accipitur pro delirare, sive ariolari, quæ significatio indetrata est, quod Sacerdotes oracula eduntur turore quodam soleant corripit. Cic. pro Sen. c. 10.* Eos autem, qui dicentur, dignitati esse servendum, &c. vaticinari, atque insanire dicebat. ¶ Interdum etiam pro canere, dicere, asserere. *Cic. de Am. Agrigentinum quidem doctum quendam virum carminibus Græcis vaticinationum terunt, quæ in rerum natura, totoque mundo consistant, quæque moverentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam. Plaut. Pseud. 1. 3. 128.* Vetera vaticinamini. *voï die cose rancide.*

Vaticinus, a, um, *μαγικη*, quod ad vaticinium pertinet. *Liv. l. 25. c. 1.* Et edixit, ut quicumque libros vaticinos, præcationesve, aut artem sacrificandi conferret haberet, &c. *Ovid. 2. Met. v. 644.* Hæc ubi vaticinos concepit mente furor.

Vatienus, a, um, idem, ac vatius, seu vatia. Ita docet Nebrissenfis. Nempe secutus est antiquos *Plinii* codices, apud quem l. 11. c. 45. pro *Vatiniis Vatieni* legitur in antiqua *Parmentii* editione anni 1476. V. *Vatia.*

Vatillum, i, n. parvum vas. Legit hanc vocem *Salmast. in Trebell. Poll. in Claud. c. 14.* ubi ait, Cœtilium vatilla quatuor. *Alii basilla.*

Vatinianus, a, um, adject. ad Vatinium pertinens. *Caull. Carm. 14.* Odiſſem te odio Vatiniano. V. *Vatinius. Id. Carm. 54.* Vatiniana crimina.

P. Vatinus, Civis Rom. contaminatissimæ vitæ. Pudoris adeo prolapsus fuit, ut non invenit dixerit Seneca, Vatinium assiduo convicio depudere didicisse. In hunc, cum adversus reum, quem Cicero in judicio defendebat, productus esset tellis, tam acerbe Cicero invehit eum, ut patet factus ejus flagitium in summum Romani Populi odium pervenerit. Hinc factus locus proverbio, ut *Vatinianum odium* pro capitali, & implacabili odio accipiatur. ¶ Vatinus alter Beneventa-

nus, futor fuit difforti corporis, ijemque faber calicum vitreorum, qui quatuor rostra instat nasorum protenta habebat. *Martial. l. 14. ep. 96.* Vilia futoris calicem Monumenta Vatini accipe. V. *Tacit. 15. Ann. c. 34.* ¶ Hinc ipsi calices Vatini dicti sunt. *Martial. l. 10. ep. 3.* Vatiniorum proxeneta tractorum.

Vatius, a, um, *Bavardus*, idem ac valgus, idest qui crura extrorsum obtorta habet. *Varro. l. 2. de R. R. c. 9. de canibus:* Sint cruribus rectis, ac potius varis, quam vatius. *Ulp. l. 10. Dig. de Ædit. ed. Quæsitum est, an balbus, & blæsus, & atypus, isque, qui tardius loquitur, & varus, & vatius, sanus sit.*

Vatraz, & Vatricofus dicitur, qui vitiosus est pedibus. Ita *Nonius c. 1. n. 99.* ubi alii leg. *Vatiaz, & Vatricofus.*

Vatrenus, 2. Vatrenus, *Janterno*, fl. *Æmiliz*, qui oritur ex Apennino M. supra Florentiam opp. penes Forum Cornelii decurrit, & in Padum intra Lucum opp. inter Ravennam, & Argentam 15. M. P. influit. *Plin. l. 3. c. 16.*

U A N T E B.

Ubbæ, æ, f. genus populi, quod & obbæ dicitur. Ita *Non. c. 2. n. 597.*

Uber, eris, n. *mammella, 𐤀𐤁𐤁*, Ger. *dute*, Gal. *mammelle*, Hisp. *teza*, *ἄδρα*, *mamina*. Nonnullorum sententia proprie ubera videntur dici interiora mammarum, mammæ vero uberum eminentiæ. *Virg. 3. Ecl. Binos alit ubere lætus. Cic. 1. de Divin. ex Poeta:* Martia, quæ parvos Mavortis femine natos Uberibus gravidis vitali rore rigabat. ¶ Sumitur etiam pro ubertate, sæcunditate soli, fertilitate. *Tacit. 3. hist. c. 34.* Cremona numero colonorum, ubere agri adolevit, Horitumque. *Virg. 2. Georg. Quique frequens herbis, & fertilis ubere campus. Pallad. l. 1. c. 33.* Pratis vero recentia sterora sufficiunt ad uber herbarum. ¶ Reperitur etiam pro globo, ut *Uber apum*, idest globus novi examinis ex ramo pendens, mammæ similis. *Pallad. in Junio c. 7.* Si unius uberis educatione pendebunt.

Uber, eris, o, 3. *fertile, secondo, 𐤀𐤁𐤁*, fertilis, copiosus, pinguis. Est ab uber subit. quæ notat mammam. Nam quia rufus in soli commendatione illud subinde uber soli vocabant, hinc factum suspicamus, ut uberes agri dici cœperint, quia fecundi essent, ac pingues, postea etiam ad alia translata hæc vox sit. *Cato apud Priscian. l. 5. pag. 647.* *Presech.* Ita res uber fuit. *Cic. 5. Fin. Ne feces quidem spicis uberibus, & crebris esse potest, si avenam usquam videris. Id. 2. de Agr. Deor. Uberissimi vitium fructus. ¶ Non solum de terra, & agris, vel iis, quæ ad agros pertinent, sed etiam de aliis rebus corporeis dicitur. *Caull. ad Q. Fr. l. 3. ep. 1. c. 3.* Ego locum æstate umbroſiorem vidi nunquam, permultis locis aquam profluentem, & eam uberem. *Gell. l. 4. c. ult.* Eques uberissimus, & habitissimus. *grassissimo.* ¶ Translate etiam dicitur. *Cic. 1. de Or. Ut animi, atque ingenii motus quidam esse debent, qui ad excogitandum acuti, & ad explicandum, ornandumque sint uberes. Id. in Brut. Nemo plenior, & uberior ad dicendum fuit. Id. in Pison. c. 14.* Uberissima triumphis provincia. ¶ In ablativo casu facit, *ubere, & uberi.* *Plaut. Rud. 4. 2. 6.* Piscatu me uberi comptivit.*

Uberatus, a, um, *abundante*, uber, abundans. *Pallad. in Febr. sis. 17.* Surtulli, qui inferendi sunt, sint gemmis pluribus uberati.

Uberius, *più abbondantemente*, fecundius, copiosius, adv. com. sine positivo. *Cic. l. 3. Fam. ep. 11.* Non solum quia planius loquebantur, & uberius, quam vulgi sermo. *Id. l. 2. de nat. Deor. c. 7.* Hæc cum uberius disputantur, & fulus.

Ubbio, as, a. 1. *far fertile, e secondo, 𐤀𐤁𐤁*, Ger. *fruchtbar macher*, Gal. *rendre fertile*, Hisp. *bazer fertile*, *ἄδρα*, uberem facio, fecundo, lætifico. *Plin. in Paneg. c. 32.* Et cœlo quidem nunquam benignitas tanta, ut simul omnes terras uberet, fovæteque. *Pallad. l. 11. c. 8.* Hoc velut coitu steriles arbores uberantur. ¶ Est etiam verbum neutrum, & notat uberem, seu fecundum esse. *Col. l. 5. c. 9.* Neque enim olea continentur biennio uberati.

Ubberrime, *abundantissimamente*, fecundissime, copiosissime, adv. sup. sine positivo. *Cic. 2. de Div. c. 1.* Magnus locus Philoſophicæ proprius a Platone, Aristotele, Theophrasto, totaque Peripateticorum familia tractatus uberrime.

Ubertas, atis, f. *fertilitas, abbondanza, 𐤀𐤁𐤁*, Ger. *fruchtbarkeit*, Gal. *fertilitat*, Hisp. *fertilitad*, *ἄδρα*, fertilitas, sæcunditas, copia, abundantia. *Cic. 2. de nat. Deor. Nuper nati mammæ appetunt, earumque ubertate saturantur. Id. 5. Ver. Si ubertas in percipiendis fructibus fuit, consequitur utilitas in vendendis. ¶ Translate usurpatur pro quacunque copia, sive affluentia. *Cic. 1. de Or. Aut qui discernes eorum, quos nominavi, ubertatem in dicendo, & copiam, &c. Id. pro Dom. c. 26.* Ne quis oriretur aliquando in tanta ubertate improborum, qui &c.*

Ubertim, adv. *copiosamente*, Ger. *überflüssigklich*, Gal. *abundamente*, Hisp. *fertil y copiosamente*, *ἄδρα*, copiose, affluenter. *Caull. de comæ Bero-nicis c. 65.* Ubertim thalami quas intra limina fundunt. *Claudian. de laud. Serene v. 214.* Quantæque cadebant Ubertim lacrymæ!

Ubertus, a, um, *fertile, copioso, abbondante, 𐤀𐤁𐤁*, Ger. *fruchtbar*, Gal. *fertile*, Hisp. *fertil*, *ἄδρα*, fertis, copiosus, affluens. *Gell. l. 7. c. 14.* Sed ea ipsa genera dicendi jam antiquitus tradita ab Homero sunt tria in tribus, magnificum in Ulyſſe, & ubertum, subtile in Menelao, & cohibatum, miltum, moderatumque in Nestore. *Solin. c. 34.* Solum planum, & ubertum.

Ubi, *dove, in che luogo, 𐤀𐤁*, Ger. *wo*, Gal. *ou*, Hisp. *adone*, *𐤀𐤁*, *𐤀𐤁*, *𐤀𐤁*, *𐤀𐤁*, in quo loco, adv. status in loco, ab *𐤀𐤁*, vel *𐤀𐤁*. Interdum interrogativum est. *Cic. 2. de Or. Ubi sunt, qui Antonium Græce negant scire? ¶ Interdum relativum. Cic. Fam. l. 1. ep. ult. Ut ibi malis esse, quam isic, ubi solus sapere videare. Plin. l. 12. c. 14. Alexandria, ubi thura interpolantur. ¶ Dicitur etiam de aliis rebus, pro in quo, vel in qua. *Ter. Eun. 2. 3. 20.* Sive adeo digna res est, ubi tu nervos intendas tuos. *Cic. 5. Tufc. c. 8.* Est, ubi id isto modo valeat. *Id. pro Quinct. c. 9.* Neque nobis adhuc præter te quisquam fuit, ubi nostrum jus contra illos obtineremus. h. e. apud quem. ¶ Ponitur etiam pro postquam. *Virg. Æn. 2. v. 790.* Hæc ubi dicta dedit. *Cic. pro Rab. Post. c. 13.* Ubi semel quis pejeraverit, ei credi postea, etiam pro plures Deos juret, non oportet. ¶ Item pro quando. *Ter. Andr. 5. 2. 7.* Ubi voles, acerſce. *Cic. in Pison. c. 27.* Ubi galli cantum audivit, avum suum revixisse putat, mensam tolli jubet. *Liv. l. 7. c. 45.* Ubi primum in conspectum ventum est, arma agnovere, subito cæc. ¶ Conjungitur quoque cum genitivis *gentium, terrarum, loci, locorum*. Sed genitivi illi significationi nihil addunt, ornatus tantum gratia ponuntur. *Plaut. Capt. 5. 2. 5.* Propemodum ubi loci tum fortunæ sint, facile intelligis, idest in quo statu. *Cic. Att. l. 5. ep. 10.* Quia, quid ageres, ubi terrarum esses, ne suspicabar quidem. *Plin. l. 7. c. 24. ad fin.* Ut inanis mens quærat, ubi sit loci.*

Ubiunque, adv. *in qualunque luogo, dovunque, 𐤀𐤁 𐤀𐤁*, *𐤀𐤁 𐤀𐤁*, quocunque in loco, ab *ubi*, ea forma, qua a quo est *quocunque*. *Cic. Att.*

Att. l. 7. ep. 25. Ut te ante Calendas Januarias, ubicunque erimus, fistas. Id. 7. Ferr. c. 67. Omnes hoc loco cives Romani, & qui adfunt, & ubicunque sunt, vestram feveritatem desiderant. ¶ Coniungitur etiam cum gen. genium, & terrarum. Cic. 1. de nat. Deor. c. 44. Ubicumque erit gentium, a nobis diligeretur. Id. 2. Phil. c. 44. Qui ubicunque terrarum sunt, ibi est omne Reipublicæ præsidium. ¶ Secunda huius vocis syllaba anceps est. Ovid. 7. Metam. v. 736. uni Servor, ubicunque est, uni mea gaudia servo. Id. 3. Amor. eleg. 10. v. 5. Te, Dea, munificam gentes ubicunque loquuntur.

Ubilibet, dovunque su vuot, ubicunque. Senec. de Tranquill. animi, c. 1. ante med. Cibis parabilis facillique, ubilibet non defuturus. Ubinam, adv. in quale luogo, πῦ χῆρος, πῦ γῆς, in quoniam loco. Interrogativum, vel infinitivum est. Coniungitur eleganter cum gen. gentium. Cic. 1. Catil. c. 4. O Dii immortales, ubinam gentium fumus? Id. 1. de nat. Deor. c. 10. In quo non video, ubinam mens constans potest insistere. ¶ Servius ad Æn. v. 116. docet penultimam huius vocis corripi quidem posse, sed ex usu producti.

Ubiquaque, adverb. idem quod ubique. Apul. de Mundo. Omnia ubiqueque generentur, otacustarum delatione dicebat. Alii rectius leg. omnia quecunque ibi.

Ubique, adv. in ogni luogo, Ger. allenthalben, Gal. par tout, Hisp. en todo lugar, πανταχῶ, in omni loco. Virg. 2. Æn. Crudelis ubique Luctus, ubique pavor. Cic. pro Leg. Manil. c. 12. Omnes qui ubique prædones sunt, capti sunt. ¶ Ubique itineris est omnibus itineribus. Apul. l. 1. A. A. Nihil istarum rerum, quæ itineris ubique nos comitantur, indigemus. ¶ Interdum ponitur pro ubicunque. Jvalen. leg. 77. Dig. de contr. empr. In lege fundi vendundi lapidicinæ in eo fundo, ubique essent, exceptæ fuerunt. ¶ Item pro quando. Horat. l. 2. sat. 2. v. 85. ubique Accedent anni, & tractari mollius ætas Imbecilla vollet. Sed alii aliter legunt, & interpretantur.

Ubifici. V. Vibifici. Ubiubi, adv. ovunque, οὔν αἰ, ἔνθ αἰ, ubicunque. Cic. 2. Tusc. c. 29. Nunc ubiubi sit animus, certe quidem in te est. Liv. l. 42. c. 57. Sperantes facile ubiubi essent, se conversuros aciem. ¶ Scribitur & divisum ubi ubi.

Ubiuis, adv. in qual si voglia luogo, οποσοῦν, πανταχῶ, quolibet in loco, quasi ubi tu vis. Cic. l. 6. Fam. ep. 1. Nemo est, quin ubiuis, quam ibi, ubi est, esse malit. Id. Att. l. 14. ep. ult. Qui mihi videntur ubiuis rutiis, quam in fenatu fore. Terent. Hecyr. 3. 1. 4. Quanto fuerat præstabilius, ubiuis gentium agere ætatem! ¶ Penultima syllaba incipit quantitatis est. Communi quidem consuetudine producuntur; at Horat. corripit l. 1. sat. 4. v. 74. Non ubiuis, coramve quibuslibet; in medio qui &c.

U A N T E C.

Ucalëgon, ontis, m. ὑκαλέγων, nobilis Trojanus, qui tempore Trojani belli o fenium abstinere armis. Hom. 3. Iliad. Virg. 2. Æn. Jam proximus ardet Ucalegon, h. e. domus Ucalegonis per Metonymiam.

U A N T E D.

Udo, ontis, m. calciamenti genus ex hircinis pilis confectum, ab ἕδος, id est pavimentum, solum, quod eo calcatur. Ulp. l. argumento, ff. de auro, argento mundo legato: Alia causa est udonum (Alii leg. odonum) quia usum calciamentorum præstant. Ubi male Basilius legit hadorum. Extat & apud Marcial. lib. 14. ep. 140. ubi lemma est Udones Cilicii, distictione vero tale. Non hos lana dedit, sed olentis lana mariti. Cyniphio poterit planta latere sinu.

Udo, as, a. 1. udum, seu humidum facio, humecto. Macrobi. lib. 7. Saturn. cap. 12. Quæ udanda sunt corporis, vino loventur, quæ siccanda sunt, melle deterguntur.

Udor, ontis, m. umiditas, umore, mador, humor, ὑγρασία. Par. lib. 4. de L. L. Udor quivis deorum in terram imber. Alii leg. sudor.

Udus, a, um, umido, ὑγῶ, Germ. feuchts, Gal. humide, Hisp. humedo, mojado, ὑγρός, humidus, ab Æolico ὑδός, pro ὑδωρ, aqua. Quidam ab ὑδός deducunt, eoque hudus scribunt, quos merito improbat Camerarius in Orthographia. Virg. 3. Georg. v. 388. Nigra subeist udo tantum cur lingua palato. Marcial. l. 5. ep. ult. Ædilem rogat udo aleator. h. e. vino madens. ¶ Latet obfensus sensus in illo eusd. lib. 11. epigr. 17. Uda puella leges, sis Patavina licet. ¶ Udor colore illinere apud Plin. l. 35. c. 7. est quod Itali dicimus, dipinger a fresco.

V A N T E E.

Ve, ouvero, ἢ, Ger. oder, Gal. ou, Hisp. o, ἢ, vel, aut, conjunctio disjunctiva, & enclitica, quæ dictionibus semper postponitur, ut Purpure, idest vel puer. Cic. Phil. 5. c. ult. Uti C. Panfa, A. Hirtius consules, alter ambove cognoscerent. Id. lib. 1. ep. 9. Peto a te, ut id a me neve in hoc reo, neve in aliis requiras. ¶ Ponitur interdum pro an. Cic. 2. Phil. c. 16. Qui, albus, atterve fueris, ignorans, fratris filium præterit. Horat. l. 1. sat. 2. Quid inter-Eit, in matrona, ancilla, peccave togata. Nepos in Iphicr. cap. 3. Interrogatus, utrum pluris patrem, matremve faceret. Alii leg. matrem. ¶ Est etiam particula, quæ tantum conjuncta verbis & præposita usurpatur, habetque vim modo augendi, ut in vehemens; modo minuendi, aut privandi, ut in vecors. Hoc sensu etiam ve scriptum invenitur.

Veca, æ, Villa viciosa, oppidum Hispaniæ Tarraconensis cum portu in ora Asturum. Plin. l. 4. c. 22.

Vecordia, æ, f. παρξία, ἀνοία, παραρροσύνη, infania, desipientia. Ter. Andr. 4. 1. 2. Hoccine credibil' est, aut memorabile, tanta vecordia in nata cuiquam ut fiet, &c.? Ovid. 12. Met. Quæ te vecordia, Theseus, Euryte, pulfat, ait?

Vecors, ordis, o. pazzo, sciocco, ἄλλ, Germ. unfsinnig, insensè, Hisp. bovo, áns, ἀνοήτος, παράρως, excors, infanus, insipientis, a ve, quæ particula hic minuit, & cor. Vecordem enim dicimus, quasi expertem cordis, hoc est sanæ mentis parum habentem. Cic. 1. Tusc. Aliis cor ipsum animus videtur, ex quo excordes, vecordes, concordedeque dicuntur. Paul. apud Fest. Vecors est turbati, ac mali cordis. Liv. l. 4. cap. 49. Audita vox ejus in concione stollida, & prope vecors. Rursus Cic. pro Dom. cap. 55. Istius vecordissimi mentem cura metuque terrebant.

Vecstabilis, le, adject. mobile, qui vehi potest. Senec. l. 3. quest. nat. c. 5. Ipsius insule materia vecstabilis. Quidam leg. vecstabilis eodem sensu.

Vecstabilum, i, n. carro, ὄχημα. Gel. l. 20. c. 1. Jumentum quoque non id solum significat, quod nunc dicitur, sed vecstabilum etiam, quod adjunctis pecoribus trahabatur.

Vecstaculum, i, n. id, quod aliquid vehitur. Tertul. de baptis. c. 3. & de anim. c. 53.

Tom. II.

Vecstarius, a, um, ὑκαρῆς, quod vehit, vel aptum est ad vehendum. Var. l. 2. R. R. c. 7. de equis: Neque idem, qui vecstarius facere vult, neque eodem modo parantur ad ephippium, ut ad prædam.

Vecstatio, ontis, f. verbale a vecsto, sed usurpatur passiva significatione. Senec. de tranquill. c. ult. Vecstatio, & iter reficiunt animum, l' andare a cavallo, o in cocchio. Sueton. in Calig. c. 3. Gracilitas crurum paulatim repleta assidua equi vecstatione post cibum.

Vecstatus, a, um, particip. deponenti forma, & significatione activa. Plaut. Merc. prol. v. 74. Agrum se vendidisse, atque ea pecunia navim parasse, atque easpe merces vecstatum undique. h. e. vectavisse.

Vecstarius, ii, m. qui premendo vecstum machinam commovet. Vitruvius l. 6. c. 9. Ipsum autem torcular, si non cochleis torquetur, sed vecstibus, & prelo premitur, si minus longum pedes quadraginta constituatur: Ita enim erit vecstario spatium expeditum.

Vecstibilis. V. Vecstabilis.

Vecsticularius, a, um, τειχοβορῆς, quod ad vecsticulas, sive ad vecstes pertinet. Fest. Vecsticularia vitia dicitur eorum, qui vecstibus parietes alienos perfodiunt turandi gratia. Casso: Vecsticulariam vitam vivere, repente largiter habere, repente nihil.

Vecstigal, alis, n. gabella, δαξιο, γῆρα, Ger. zoll, Gal. peage, gabelle, Hisp. alcavala, ἄρῆδος, pecunia, quæ solvitur Reipublicæ fisco, sive ætario, earum rerum causa, quæ vehuntur. Dicitur esse a vehendo, quia proprie pro vectura penditur. Differt a tributo, quod hoc secundum capita, & opes mobiles solvitur, vecstigal autem secundum agros, & res immobiles: præterea ex tributo stipendia militibus pendebantur, ex vecstigali sustinebantur cæteræ Reip. necessitates, ea enim de causa primum infinitum fuit. Atque hæc intelligenda sunt de vecstigali secundum propriam ejus nominis vim, & sententiam: nam præterquamquod promiscue interdum a Scriptoribus vecstigal, & tributum usurpantur, ut videre est apud Sueton. in Calig. c. 40. ubi quod vecstigal initio appellat, paulo post tributum dicit; ad alios quoque publicos redditus significandos vecstigal fœssissime transferunt. Itaque triplex potissimum vecstigal apud Romanos fuit, ex portu (quod proprie eo nomine venit) ex decumis, & ex scriptura. Cic. pro leg. Manil. c. 6. Nam cum hostium copie non longe abfunt, etiamsi irruptio nulla facta sit, tamen pecora relinquuntur, agri cultura deseritur, mercatorum navigatio conquiescit; ita neque ex portu, neque ex decumis, neque ex scriptura vecstigal conservari potest. ¶ Vecstigal ex portu (quod & portorium dicitur) erat quod capiebatur ex rerum venalium importatione & exportatione. Decuma erat decima pars frumenti, & quinta aliarum frugum, quæ solvebatur ab iis, qui agros publicos possidebant. Scriptura erat ea pecunia, quæ pendebatur ab iis, qui pecora armentave in publicis silvis, & pascuis habebant: causa autem appellationis est, quia hi numerum pecudum profitebantur apud Publicanos, qui cum numerum in commentariis perferiebant. V. Sigon. lib. 1. de antiqu. jur. Civ. Rom. cap. 16. & Lips. lib. 2. de magnitud. Rom. c. 2. ¶ Erant præterea alii publici redditus, qui vecstigalia vocabantur, & a variis Principibus pro varia temporum necessitate, vel etiam pro infans eorum sumptibus, aut avaritia instituti sunt, ut centesimæ rerum venalium, bona damnatorum, vigesimæ legatorum, & hæreditarum, &c. item quod super urina commentus est Vespasianus, & alia innumera. Sueton. in Aug. c. 49. Ætarium militare cum vecstigalibus novis instituit. Id. ibid. c. ult. Quantum pecuniz esset in ætario, & fisco, & vecstigaliorum redditus, ubi notandus genitivus vecstigaliorum pro vecstigalium. quod & in Calig. c. 16. idem Auctor usurpat. Cic. pro Leg. Manil. c. 2. Exercere vecstigalia, levare i dazi, far il gabelliere. Id. Q. Fr. l. 1. ep. 1. cap. 11. Vecstigalia exigere. Id. ibid. Vecstigal pendere. Id. de clar. Orat. c. 36. Levare agrum vecstigali. Id. Agrar. 2. c. 21. Vecstigal agro imponere.

¶ Interdum vecstigalia dicuntur ipsi agri vecstigalibus obnoxii. Salsust. in orat. Philippi contra Lepidum. Mithridates in latere vecstigalium nostrorum, quibus adhuc sustentantur, diem bello circumspicit. ¶ Neque vero publici tantum redditus, sed & privati, quos quisque ex suis prædiis percipit, vecstigalis nomine significantur. Cic. Parad. 6. c. 3. Ex meo tenui vecstigali, detractis sumptibus cupiditatis, aliquid etiam redundabit. Id. ibid. Non intelligunt homines, quam magnam vecstigal sit parsimonia. Id. 2. Offic. c. 25. Vecstigalia urbana rusticis anteponantur.

Vecstigaliter, ii, m. gabelliere, qui vecstigalia exigit. Jul. Firmic. l. 3. c. 13. Publicani, aut vecstigalarii.

Vecstigalis, & le, o. 3. tributario, soggetto a pubbliche gravanze, ὑποτέλης, τελειόφορος, quod vecstigal pendit, cui immunis opponitur. Sic provinciz, civitates, agri, & homines, qui vecstigalia perfolvunt, vecstigales dicuntur. Cas. l. 4. B. G. c. 3. Hos tamen vecstigales sibi fecerunt. Cic. 5. Ver. c. 33. Vecstigalis civitas. Id. ib. c. 43. Agri vecstigales. ¶ Sumitur etiam pro eo, quod ex vecstigalibus colligitur. Sic Pecunia vecstigalis erat, quæ ex re frumentaria, ex portoria, ex cæteris vecstigalibus, quæ Publicani exercebant, exigebatur. Cic. 3. Ver. c. 35. Decem enim naves iustu L. Murænzæ Populus Mileficus ex pecunia vecstigali populi Romani fecerat. ¶ Item pro eo, quod domino suo pecuniam meret, vel acquirit. Cic. 2. Phil. c. 25. Tum existimavit se suo jure cum Hippia vivere, & equos vecstigales Sergio mimo tradere. h. e. ex quibus quantum faceret, ait Manut. nam alii aliter explicant. Col. in pref. l. 1. Ex mercenariis aliqueam jam reculantem quotidianum illud tributum, qui vecstigalis esse non possit.

Vecstio, ontis, f. ὄχησις, actus vehendi. Cic. 2. de nat. Deor. c. 60. Efficiamus etiam domitu nostro quadrupedum vecstiones.

Vecstis, is, m. leva, lieva, ἄρ, ἄρῆδος, palus e ferro, vel ligno, grandior, rusticis, tabris cæmentariis, & aliis necessariis ad onera promovenda, & alia multa facienda, cujusmodi sunt iustus illi, qui navibus subducuntur, cum attrahuntur ad pelagus, vel cum ad litora subducuntur. Cas. l. 2. B. C. c. 11. Saxa, quam maxime possunt, vecstibus promovent, præcipitataque in msculum devolvunt. ¶ Dicitur quoque in torculari de baculis validis per mediam machinam tractatis, quibus manu ductis machina dum veratur, funem ductarium advolvit. Hinc vecstarii. Virr. l. 6. c. 9. Ipsum autem torcular, si non cochleis torquetur, sed vecstibus, & prælo premitur. ¶ Rustici vecstes sunt instrumenta accommodata ad aliquid subvertendum, evertendum, effringendum. Hor. l. 3. ode 26. Hic hic ponite lucida Funalia, & vecstes, & arcus Oppositis toribus minaces. Cic. Ferr. 6. c. 43. Demoliri lignum, ac vecstibus labefactare conantur. ¶ Præterea vecstis est instrumentum ex ferro, aliave materia, quo ostium clausum adversus vini munitur, catenaccio, chiausisello. Virg. 7. Æn. Centum ærei claudunt vecstes, æternaque ferri Robora. Hujusmodi vecstem invenit Cynira Agriopæ filius, teste Plin. lib. 7. cap. 36. ¶ Denique vecstis est etiam lignum, seu fustis teres quo bajuli onera ferunt, stanga. Claud. de quarto Consul. Honor. v. 571. hic Numina Memphis In vulgus proterre solet: penetrabilis exit Effigies, brevis illa quidem, sed plurime infra Liniger imposito fuscipat vecste sacerdos, Testatus fudore Deum. Loquitur Claudian. de more Ægyptiorum,

qui Deorum suorum effigies solemnī pompa circumferebant. Vectis, is, f. *Viecht*, insula est Angliæ in Britannico mari. *Sueton. in Vespas. c. 4.*
 Vectitor, aris, frequentativum a vecto. *Arnob. lib. 5.* Curru quadriiugo vectitatus.
 Vectio, as, a. 1. *portare, ôxiu*, freq. a veho. *Virg. 6. Æn. v. 391.* Corpora viva nefas Stygia vectare carina. *Hor. Epod. ode ult.* Vectator bumperis tunc ego inimicis eques. *Gel. l. 16. c. 19.* Dorso super fluctus edito vectavisse. ¶ Particip. *vehtus* V. supra suo loco.
 Vectōnes, seu Vectones, m. 3. pop. Lusitaniz, inter Durium ad Bor. & Tagum ad Mer. ubi hodie pars Meridionalis Regni Legionis, & pars Bor. Extremaduræ Castellanz. *Lucan. l. 4. v. 9.* Vectoneque leves, protigique a gente vetuita Gallorum.
 Vector, oris, m. *chi porta*, qui vehit. *Ovid. 1. Fast.* Ecce rudens rauco Sileni vector asellus intemptivus edidit ore fonos. ¶ Frequenter passivè accipitur pro eo, qui in aliena navi, vel equo, vel plaustrum vehitur pretio, *navigante*, כוּכָו, Ger. *der gefubret vuirdt*, Gal. *passager*, Hisp. *passagero*, *επιβάτης*. *Cic. 7. Phil. c. ult.* Et summi gubernatores in magnis tempestatibus a vectoribus admoneri solent. *Virg. 4. Ecl. Cedet* & ipse mari vector. ¶ Translate etiam dicitur. *Cic. Att. l. 2. ep. 10.* Male vehi malo alio gubernante, quam tam ingrativ vectoribus bene gubernare.
 Vectorius, a, um, adject. *da trasportto, da carica*, ut vectoria navis, a *pu* *Cef. l. 5. B. G. c. 8.* & *Suston. in Cef. c. 63.*
 Vectura, æ, f. *veitura, άγωγη, φορη*, vectio. *Varr. l. 2. R. R. c. 7. de equis.* Quod alii sunt idonei ad rem militare, alii ad vecturam, alii ad administram, &c. *Cic. Att. lib. 1. ep. 2.* Missimus, qui pro vectura solveret. *Cef. l. 5. B. C. Remiges*, arma, tormenta, vecturæ imperabantur. ¶ *Facere vecturam*, est vehendo parare sibi lucrum. *Quintil. declam. 12.* Clafis nostra vecturam facit, & vicinarum civitatum copias introducit. ¶ Sumitur etiam pro mercede, quæ pro vectura solvitur. *Plaut. Most. fcl. 3. 2. 138.* Tres minas pro istis præter vecturam dedi.
 Vecturarius, ii, m. qui vecturis præest. *Cod. Theodof. l. 14. tit. 6.* Vecturarios præcipuum trecentos boves dare.
 Vectus, a, um, *portato, άχημιος*, partic. a vehor. *Virg. 1. Æn.* Diversa per æquora vecti. *Nepos in Cæbr. c. ult.* Navem relinquere, in qua fuerat vectus. *Veiles. l. 5. c. 59.* Nunquam alio vectus vehiculo.
 Vediantii, m. 2. Vediantii, pop. Galliz Narb. inter Alpes maritimas ad Or. & Varum fl. ad Occ. ubi hodie Comitatus Nicægenis. Eorum caput fuit Cemenelum, ex cuius ruderibus crevit Nicæa in vicinis, in ora maris Medit. longe a Sanctio in Or. licet aliqui eorum urb. Sanitium, *Jenes*, fuisse scripserint. *Plin. l. 3. c. 5.*
 Vedius, m. 2. idem ac Vejovis, vel Dis Pater, seu Pluto, apud *Capellam. l. 2.* Nam ut dicitur *sub Jove*, & *sub Dio*, itidem dixere *Vejovis*, & *Vedius*. Significat ergo malum Diuum, h. e. malum Jovem. nam Pluto cacodæmonum maximus est.
 Vegēo, es, qui, sine sup. n. 2. *effere sano, e vegeto, εββα, εββαρω*, vegetus, & incolumis sum, valeo, quasi vi ago. *Varr. apud Non. c. 2. n. 876.* Nec natus est, nec morietur, vigeat, veget utpote plurimum. ¶ Sæpius sumitur active pro vegetum facere, excitare, commovere, impellere. *Pompon. apud Non. loc. cit.* Animus Venus veget voluptatibus. *Lucret. l. 5. v. 1297.* Et moderatier hunc (equum) tranis, dextraque vegere.
 Veges, etis, o. g. idem ac vegetus. *Liv. l. 21. c. 43.* A tergo Alpes urgent, vix integris vobis, ac vegetibus transitæ. Ita quidam Lexicographi: sed plerique Critici, qui locum corruptum putant, substituant *vegetatibus*.
 Vegetabilis, is, n. adject. *vegetabile*, qui vegetari potest, ut radix vegetabilis. *Aman. l. 22. c. 8.*
 Vegetandi, vis, n. vegetandi vis, vegetatio. *Prudent. Hamartig. v. 75.* Sunt tuta nempe simal, lux, & calor, & vegetamen. *Er v. 298.* nostræ vegetamina vitæ.
 Vegetatio, onis, f. actus vegetandi. *Apul. de Afino l. 1.* Ut etiam fatigationem sedentariam incessus vegetazione discuterem.
 Vegetator, oris, m. qui vegetat. *In orat. ad Deum, que habetur in Ephemericis. Aufon. 1. & a quibusdam Paulino Nolano tribuitur.* Irrequies, cum ita ipse movens, vegetator inertum.
 Vegetatus, a, um, adject. vegetus factus. *Prudent. Cathem. 10. v. 7.* Elementa tibi dum vegetata cohærent.
 Vegetus, in. 2. cognomen Flavii Renati Comitis Constantinopolitani, Valentini Principis tempore. Scripsit ad Valentianum libros quatuor, epinonum videlicet institutionum rei militaris, de commentariis Catonis, Augusti, Trajani, & Hadriani Principum, ac Frontini. ¶ Extant etiam libri quatuor rei Veterinariæ, seu Mulomedicinz cum eisdem Vegetii nomine; sed dubitant Eruditi eisdem ne sint, an alterius qui idem forte nomen habuerit.
 Vegēto, as, a. 1. *far crevere, rinforsare, rievicare*, כוּכָו, Ger. *erfrischen*, Gal. *renforcer*, Hisp. *recrear*, *βουναμι*, *δευαλι ποια*, vegetum facio, recreo, roboro. *Gell. l. 17. cap. 2.* Memoriz vegetandæ gratia. *Apul. de Mundo.* Spiritus ille, qui animalia omnia vegetat. *Prudent. Hamartig. v. 846.* anima structum vegetaverat Adam.
 Vegētus, a, um, *vegeto, vigoroso, sano, gagliardo*, כוּכָו, Ger. *frisch*, Gal. *vigorous*, Hisp. *vezo*, y *fuerte*, *υετος*, *ευρωτος*, *ευκλιτος*; incolumis, vividus, agilis, & ad obviandas actiones idoneus, a *vego*. Proprie dicitur de corpore. *Cic. Att. l. 10. ep. 16.* Tu, quoniam quartana cures, & non modo morbum removisti, sed etiam gravedinem, te vegetum nobis in Græcia sisse, & literarum aliquid interea. *Suet. in Cef. c. 45.* Nigris, vegetisque oculis, valetudine prospera. *occhi vivi. Col. l. 6. c. 20.* Torva facies, vegetior aspectus. *Plin. l. 18. c. 26.* Hoc intervallum temporis vegetissimum agricolis, maximeque operosum est. h. e. quod veluti vegetes, & actuosos facit multitudine rerum agendam. ¶ Translate etiam de animo usurpatur, pro vivo, acri, integro. *Cic. 1. Tusc. c. 18.* Nec tam vegeta mens aut in corde, cerebrove, aut in Empedocleo sanguine demersa jacet. *Id. 1. de Div. c. 29.* Ut illa tertia pars rationis, & mentis luceat, & se vegetam ad somniamdam, acremque præbeat. *Liv. lib. 6.* Sed vegetum ingenium in vivo pectore vigeat, virebatque integris sensibus.
 Vegrandis, de, adject. *malamente grande, δυσωξητος*, male grandis, parvus, minutus, gracilis, a præposit. *ve*, quæ tum minuendi, tum augendi vim habet. *Varr. lib. 2. R. R. c. 2.* de ovibus: Quæ postea concipiunt, sunt vegrandis, & imbecillæ. *Ovid. 3. Fast. v. 445.* vegrandia terra colonæ, Quæ male creverunt, velcque parva vocant. *Plaut. in Cestel. apud Festum:* Quod nisi sic iteres, nimium is vegrandi gradu. ¶ Sumitur etiam pro valde grandi. *Lucil. apud Non. c. 2. n. 884.* Non iccirco exollitur, & vitæ vegrandi datur. *Perf. Jar. 1. v. 97.* Ut ramalet vetus vegrandi subre coctum. Alii leg. *pregrandi*.
 Veha, æ, f. idem ac via, a vehendo. *Varr. l. 1. R. R. c. 2.* Rustici etiam nunc quoque viam veham appellant, propter vecturas, & vellam, non villam, quo vehunt, & unde vehunt.
 Vehatio, onis, f. actus vehendi, vectura. *Cod. Theod. l. 3. de calcis colliorib.*

Vehela, læ, f. plaustrum, vehiculum. *Capitol. in Maxim. s. 13.* Alios Scythicis vehelis exhiberet, alios in custodia detineret. Al. leg. *vehetilis*.
 Vehemens, entis, o. g. *veemente, grande*, ძიქ, Ger. *heftig*, Gal. *vehement*, Hisp. *vehemente*. *σφοδρος, δυνας, βιας*, magnus, gravis, acer, ductum a *vi*, h. e. impetu mentis, ut ait *Fronto*: ut a *ve* intensiva, & *mens*, inserta aspiratione, ut sonus sit firmior, vegetiorque. *V. Gel. l. 16. c. 5. Ter. Andr. l. 1. 122.* Ne hæc quidem satis vehemens causa ad oburgandum. *Cic. in Brut.* Ex quo significabat, illum non in agendo solum, sed etiam in meditando vehementem, atque incensum fuisse. *Auct. ad Herem. l. 4.* Hoc genus & acrimonia habet in se, & est vehementissimum. *Liv. l. 3. c. 19.* In plebe coercenda vehementior. ¶ Sumitur etiam in malam partem, pro aspero, duro, difficili. *Cic. in Vatin. Nilium est vehemens, ferocis natura.* *Id. pro Syll. Itaque idem ego illum, qui vehemens in alios, qui inexorabilis in cæteros esse visus sum.* ¶ Transfertur etiam ad plantas, & notat luxuriantem, exuberantem. *Col. l. 3. c. 1.* Terræ denzæ dabit vehementem vitem, multaque materia frondentem. ¶ Per translationem etiam dicitur de oratione, vel stylo orationis. *Cic. 2. de Or. c. 49.* Tunc admiscere huic generi orationis vehementi, atque atroci genus illud alterum, de quo ante disputavi, lenitatis, & mansuetudinis copii. *Cic. 6. Ver.* Litteræ mittuntur isti a patre vehementes, ab amicis item, videret quid ægeret. h. e. acres. ¶ Poeticè etiam *vehens* dicitur. *Lucret. l. 3. v. 153.* Verum ubi vementi magis est commota metu mens.
 Vehementer, adv. *vehementemente, con veemenza, σφοδρα, δυνας, άγας*, acriter, valde, impense. *Cic. 8. Phil. c. 5.* Vehementer me agere taceo, iracunde nego. *Id. l. 11. Fam. ep. 15.* Litteras tuas vehementer expecto. *Id. 1. de Or. c. 33.* Vehementissime se exercere in aliqua re. *Cef. l. 2. B. C. c. 4.* Vehementius exterreri. ¶ Sæpe sumitur in malam partem, pro severe, aspere, acerbè. *Cic. 4. Ver.* Nilii restitissent statuas, vehementer ius minatur. *Id. Att. l. 10. ep. 7.* Quintum puerum accepi vehementer.
 Vehementefco, is, n. 3. *faris veemente. Col. Aurel. Tard. 1. c. 3.* Vehementefcit hæc passio hieme. *Er l. 4. c. 6.* Cum viderint, fluorem vehementefcere.
 Vehementia, æ, f. *veemenza, σφοδρότης, δυνατης*, gravitas, acritudo. *Plin. l. 13. c. 8.* Flore candido cum vehementia odoris.
 Vehens, tis, *chi porta*, qui vehit, *βασαζω, ôxiu*. *Gell. l. 16. in fin.* Delphinus vehens, & homo infans. *Id. l. 20. c. 1.* Jumentum tergo vehens. ¶ Sæpe sumitur passivè pro eo, qui vehitur equo, currui, vel navi. *Id. l. 2. c. 2. ex Claud. Quadrigar.* Ei consuli pater proconful in equo vehens venit. *Id. l. 5. c. 6.* Eum qui ovaret, introire solitum equo vehentem. *Cic. in Brut. cap. ult.* In te intuens, Brute, doleo, cujus in adolescentiam per medias laudes quæ quadrigis vehentem, transversa incurrit misera fortuna Reipublicæ.
 Vehes, is, f. *veggia, carro, ôχιος*, plaustrum, vel tantum fœni, stercoreis, alteriusve materiæ, quantum in plaustrum, vel alio instrumento vehi una vectura potest. *Plin. l. 36. c. 15.* Amplitudinem cavis eam fecisse proditur, ut vehem fœni large onustam transmitteret. *Col. l. 11. c. 2. versus fin.* Satis erat in singula juera vehes stercoreis comportare numero decem, & octo: vehes autem stercoreis habet modios octoginta, dieciocto earrete. ¶ Dicitur & vehis in recto casu. *Col. lac. cir. circa princ.* Materies si roborea erit, ab uno labro dolari ad unguem per quadrata debet pedum viginti: hæc erit vehis una: pinus autem quinque, & viginti pedum æque ab uno expeditur, quæ & ipsa vehis dicitur. Hoc loco *Columella* vehem nominat operam fabri lignarii, quæ uno die confici potest: ut quemadmodum vehes significat mensuram stercoreis, quæ una vectura vehi potest, ita per quandam similitudinem vehis dicitur etiam opus, quod uno die fit. Sequitur enim idem auctor: Nec minus ulmus & fraxinus pedum triginta, cupressus autem pedum quadraginta, tum etiam sexagenam pedum abies, atque populus singulis operis ad unguem quadrantur, atque omnes hæ mensuræ similiter vehes appellantur, &c.
 Vehia, æ, f. plaustrum, a vehendo. *Paull. apud Fest.* Vehia apud Osicos dicebatur plaustrum. Unde vehiarii suptes in plaustris, & vectura, vehitura. In vulgatis est *veja, vejaris, veitura*, sine aspiratione.
 Vehicularis, re, idem quod vehicularius, ut Vehicularis cursus, *Arcaid. Dig. lib. 50. tit. 4. leg. 18.*
 Vehicularius, a, um, adject. ad vehiculum pertinens. *Capitolin. in Max. & Balb. c. 5.* Vehicularius fabricator. h. e. qui vehicula facit. ¶ *Vehicularis cursus* institutus est ab Augusto, ut in ejus vita c. 49. testatur *Suetonius*. Is enim, quo celerius scire posset, quid in quaque provincia gereretur, juvenes primo modicis intervallis per vias militares, (*corruis, postigiani*) dehinc vehicula, (*sedie da postia*) disposuit, quibus nuntii vecti, & subinde ea mutantis brevissimo tempore magna itinerrum spatia conficiebant. Atque horum vehicularum expensæ solvebantur tere a provincialibus pro rata parte. Aliquando tamen ex quorundam Principum liberalitate in sumptus suppeditabantur ex fisco, *Capitolin. in Anton. Pia. c. 12.* Vehicularium cursum summa diligentia sublevavit. *Amnian. l. 14. c. 11.* Vehicularia res. *V. Salmas. in Spartiani Adrian. c. 7.* ubi hac de re multa.
 Vehiculatio, onis, f. cura, & munus vehicularii cursus, h. e. onus, quod habebat Provinciz alendi jumenta, & publici per vehicula cursus conservandi. *Vet. nummus apud Spanhem. p. 800.* Vehiculatioe Italiz remissa. *V. vocem præced.*
 Vehiculum, i, n. *carro, carriaggia, כוּכָו*, Ger. *svagen*, Gal. *chariot*, Hisp. *carro, ôχιος, ôχιος*, currus, vel plaustrum ad vehendum aptus. Est autem nomen generale, sub quo continentur omnia instrumenta, quibus aliquid vehitur. *Cic. Verr. 7. c. ult.* Omnes Dii, qui vehiculis thenfarum solemnes cætus ludorum initiis. *Id. ib. c. 23.* Illi tibi furtorum vehiculum comparaverunt. ubi *Cic.* navem intelligit, ad apprehenda Romam ex Sicilia furta Verris, a Mamertinis paratam. ¶ Præcipue tamen sic appellatur currus ad iter faciendum aptus, *sedia, caleffo*. *Suet. in Calig. c. 39.* Comprehensis ad deportandum meritaris quoque vehiculis. *sedia da nolo. Cic. in Pison. c. 25.* Triumphalia vehicula. h. e. quibus triumphantes per Urbem vehantur. *Id. Att. l. 10. ep. 12.* Ego vero vehiculo, si navis non erit, eripiam me ex istorum periculo. ¶ Servus ab *vehiculis*, & a *commentariis vehicularum* fuit inter officia domus Augustæ. *Inscrip. apud Gruter. pag. 592. n. 4.* Vehicula quatuor rotarum Phryges dicuntur invenisse, ut ait *Plin. l. 7. c. 56.*
 Vehis, V. Vehes.
 Veho, is, xi, cum, a. 3. *portare, condurre, menare*, כוּכָו, Germ. *subven*, Gal. *porter*, Hisp. *llevar*, *ôxiu, κουλζω, βασαζω*, est ope alicujus instrumenti portare, ut navis, plaustris, jumentis, & constructur cum abl. cum vel sine præposit. in. *Cic. 1. Tusc.* Cum enim illam ad solemem, & statutum sacrificium curru vehi jusset. *Id. 2. de Div. c. 68.* Equus, in quo vehabar, mecum una demersus rursus apparuit. *Id. in Pison. c. 25.* Vehi per urbem. *Id. 2. Phil. c. 24.* Vehi in esedo. *Id. 3. de nat. Deor. cap. 37.* Vehi in aliqua navi. *Ovid. 3. de ar. am. v. 797.* Vehi equo. ¶ Hoc sensu etiam passiva significatione usurpatur. *Lamprid. in Heliogab. c. 4.* Quæ earum carpento, quæ equo veheret. Alii leg. *veh-*

Velitaris, & re, o. 3. γυμνασιεύς, quod ad Velites pertinet, ut Haſta velitaris, quam Polybius vocat γυμνασιεύς, qua ſi utebantur. *Liv. l. 16. c. 4.* Et ſeptena jacula quaterſum longa pedes data, præfixa ferro, quale haſtis velitaribus inæſt. *Salluſt. in Jugur. c. 105.* Præterea iere ſagittarii, & cohors Peligna cum velitaribus armis, itineris properandi cauſa; neque id ſecus, atque aliiſ armis adverſum tela hoſtium, quod ea levia ſunt, muniti erant.

Vellicatim, V. Vellicatim.

Velitatio, onis, f. *ſcarumucia*, ἀντιβολισμός, ἀντιβολισμός, actus velitandi, levis pugna. *Plaut. Rud. 2. 6. 41.* Equidem meam velitationem exerceo. Nam omnia coruſca præ tremore fabulor. ¶ Translate ſumitur pro mutua probrorum obſeſione, λογιμαχία. *Festus.* Velitatio dicta eſt utro, citroque probrorum obſeſione, ab exemplo velitaris pugne. *Plaut. Aſin. 2. 2. 31.* Verbis velitationem fieri compendio volo.

Veliternus, a, um, adject. ad Velitras pertinens, ut Veliternus ager, *Plin. l. 16. c. 45.* Veliternus populus, *Liv. l. 8. c. 12.* ¶ Veliterni, o-rum, Velitrarum incolæ, *Liv. l. 8. c. 14.*

Velites, m. 3. *ſoldatis armatis alla leggiera*, ἀλιμαχοί, milites levis armaturæ, nullis, aut exiguis militaribus velibus tecti, ut expeditiores eſſent, qui funda tantum, & miſſilibus pugnabant, præliumque auſpicabantur, qui etiam *vorales*, & *expediti* dicebantur, item *ſerventis*, & *acerſi*. Erant in genere peditem. Quare male ab aliquibus Veleſ exponitur *caval leggiero*. Dicitur velites videntur, quali *Volites*, quia hac illac volare illis licet, quod cataphracti non poſſunt ob armorum pondus. *Fest.* Advelitatio, jactatio quædam verborum, figurata ab haſtis velitaribus. Velites dicuntur expediti milites, quali volites, ideſt volantes. *Ovid. in Ibin. v. 46.* Utque petit primo plenum flaventis arenæ Nondum caſſaſſi Velitis haſta ſolum. *Liv. l. 26.* Et ubi ad con-jectum teli ventum eſt, ſigno dato Velites deſiliunt. ¶ Cum autem quatuor fuerint peditem genera in militia Romana, Velites, Haſtati, Principes, Triarii, viſiſſimi eorum Velites erant. Nam inter Velites nulli militabant, niſi & armis tirones, & opum ratione pauperes, atque imarum claſſium. Nam ſi pauperes, ſed uſu veteres eſſent, in Triarios transferri ſolebant: ſi divites, ſed tirones, inter Haſtatos militabant. ¶ Erant Velitum arma gladius, haſta, palma. Haſta autem eorum erant jaculatoriæ, non ſtabiles, quales Haſtatorum. ¶ Per Translationem Velites dicuntur homines leves, inconſtantes, & qui plus ſatis jocis utuntur. *Cic. l. 9. Fam. ep. 20.* Me autem a te, ut ſcurram Velitem malis oneratum eſſe, non moleſte tuli. ¶ Reſtus caſus ſingularis *Voles* aſſertur a quibusdam Lexicographis, & Grammaticis, ſed ſine exemplo.

Velito, as, pro Velitor uſurpatur ab antiquis teſtatur *Præſian. l. 8.*

Velitor, aris, d. 1. eſt uſurarius, altercari, rixari, verbis contendere, λογιμαχία, ductum a Velitibus pugnam levi, & decurſorio prælio incipientibus. Nam a verbis plerumque ad manus ſolet deveniri, ſicut a Velitibus ad milites gravis armaturæ. *Plaut. Men. 5. 2. 28.* Neſcio quid velitati eſtis inter vos duos. *Gel. l. 6. c. 11.* Cum iniquiſſimis hominibus non eſt convicio decertandum, neque inaledictiſ adverſum impudentes, & improbos velitandum.

Velitræ, f. 1. Vælitræ, Belitra. *Veletri*, *Belivri*, m. & urbs Volſcorum, in Latio, in Campania Romana, in via Appia, in clivo, lepida, & culta. *Sil. l. 8. v. 378.* Setia, & incelebri miſerunt valle Velitræ.

Velivolans, antis, o. quod velis volat. *Cic. l. 1. de Div. c. 31. ex Poeta:* Advenit, & fera velivolantibus Navibus complevit manus litora.

Velivolans, a, um, quod velis volat. Eſt navis epitheton, quia ut aves aliis, ita naves velis voltare videntur. *Ovid. l. 4. de Pon. eleg. 5.* Et fre-ta velivolans non habitura rates. ¶ Sumitur etiam paſſive pro eo, per quod velis volatur, ideſt navigatur. *Virg. l. 1. Æn. v. 224.* Deſipientes mare velivolam, terræque jacentes.

Vella, æ, f. 1. idem ac villa, a vella, ideſt via. *Var. l. 1. de R. R. c. 2.* A quo ruſtici etiam nunc quoque viam vellam appellant, propter veteras, & vellam, non villam, quod vehunt, & unde vehunt.

Vellatæ, m. 3. populi Aquitanicæ, inter Saſſuminos, Tornates, & Conſorannos. *Plin. l. 4. c. 19.* Eorum oppidum *Brigale* a nonnullis putatur.

Vellatæra, æ, f. ἀμαρτυρία, περιφύειν, exercitium, vel quæſitus veſturæ, a vella, ideſt villa. Vella autem eſt a vella, ideſt via. Vella a *vehendo*. *Var. l. 4. de L. L.* Velabrum dicitur a vehendo. Vellaturam facere etiam nunc dicuntur, qui id mercede faciunt. *Id. l. 1. de R. R. c. 2.* Ruſtici etiam nunc quoque viam vellam appellant, propter veteras, & vellam, non villam, quod vehunt, & unde vehunt. Item dicuntur, qui veſtibus vivunt, vellaturam facere. ¶ Quidam ſcribunt ſimplici l. Unde in Onomaſtico, *Vellatura*, περιφύειν.

Velleda. V. Velleda.

Velleſus Paterculius eques Romanus, prænomine Marcus, vel, ut alii volunt, Publius, variis muneribus ſunctus, denique a Tiberio Prætor factus, ſcripſit duobus libris hiſtoriam compendiariam de rebus Romanis uſque ad exceſſum Liviz conjugis Auguſti, ſtylo plane Latino, & eleganti. Cum in Seiani amicitiam receptus eſſet, ab eodem Tiberio quinqueagenarius occiſus eſt.

Velleræus, a, um, adject. vellere conſtans, laneus. *Aſcon. in Divin. Ver. Crumenæ & velleræ,* & cortæ.

Vellicatim, adv. μεμαχίαι, ἀντιβολισμός, hinc illinc aliquid decerpendo, carptim, ſparſim, non continue. *Sifen. l. 1. Hiſt. apud Non. c. 2. n. 811.* Nos una æſtate in Aſia, & Græcia geſta idcirco continetia literis mandavimus, ne vellicatim, aut ſaltuatiim ſcribendo leſorum animos impediremus. Aliqui apud *Gel. l. 12. c. ult.* ubi hæc eadem verba referuntur, legunt *velitatum*, quod deducunt a Velites, & interpretantur per ſaltus, & intervalia, quod Velites pugnando ſaltibus utantur.

Vellicatio, onis, f. πημῆς, actus vellicandi. *Sen. de vic. beat. c. 5.* Cum non tantum lacerationes, ſed etiam vellicaciones eſſugerit. ¶ Translate accipitur pro obſteſtatione. *Sen. l. 3. de Ira c. 43.* Detrimenta, injurias, convicia, vellicaciones contemnimus.

Vellicatus, us, m. actus vellicandi. *Plin. l. 28. c. 6.* Extremitates corporis, vel aurium vellicatibus perſtringi. Veſtium exemplar omittit *vellicatibus*.

Vellico, as, a. 1. *pelare*, *picciare*, *mordere*, הפריע, Ger. *aſterzen*, Gal. *pincer*, *arracher*, Hiſp. *peçilgar*, הפריע, frequenter vello, quod proprie fit, cum extremas corporis partes digitis vellimus, & preſſando inſectamus. *Plauſt. Moſt. 3. 2. 142.* Cornix altat: ea voltuſius duo viciffim vellat. *Quintil. l. 6. c. 1. de puero ſuente:* Ex pedagogo fe vellitari reſpondit. ¶ Per translationem ponitur pro criminari, quod criminari ſit quodammodo mordere, ac lacerare. *Horat. l. 1. ſerm. fat. 10. v. 79.* an crucior, quod Vellat abſentem Demetrius. *Cic. pro Corn. Balb.* More hominum invident, in conviviis rodunt, in circulis vellitant.

Vellimen, inis, n. idem quod vellus. *Var. l. 2. R. R. c. 21.* Lanam demtam, & ac conglobatam alii vellera, alii vellimina appellant. Alii leg. *vellimins*, alii *vellimnia* eodem ſenſu.

Vello, is, velli, & vulſi, vulſum, a. 3. *ſvellere*, *ſtirpare*, *pelare*, הפס,

Ger. *ruffen*, Gal. *arracher*, Hiſp. *arrancar*, πῆλλω, μὲνῶν, extirp-, videturque eſſe a πῆλλω, quod idem ſignificat. *Cic. 6. Verr. c. 24.* Tum illa (emblemata) ex patellis, & thuribulis quæ vellera, ita ſcite in aureis poculis illigabat, &c. *Suet. de Caf. c. 45.* Circa corporis curam morolor, ut non ſolum tonderetur diligenter, ac raderetur, ſed velleretur etiam. hoc eſt pilum ſibi ad radicem velli juberet. *Col. l. 11. c. 3.* Vellere radicibus. ¶ Sumitur etiam translate pro eruere, evertere. *Liv. l. 26. Aræ, foci,* Demum delubra, ſepulchra majorum vulſa, temerata, ac violata. ¶ Item pro extrahere. *Horat. l. 2. ſat. 3.* Tu piſces hyberno ex æquore vellis. ¶ Item pro lacerare, torquere. *Stat. 5. Syl. 2.* Velluntur ſecreto pectora morſu. h. e. tacita torquor moeſtitia. *Barbam vellere*, proverbium eſt, quo ſummum contemptum, ac ludibrium ſignificamus. *Horat. l. 1. ſat. 3.* Barbam tibi vellunt laſcivi pueri. ¶ *Aurem vellere*, eſt admonere. *Virg. Ecl. 6. v. 3.* Cinthius aurem vellit, & admonuit. *Calpurn. Ecl. 4. v. 155.* Vellit nam ſæpius aurem Invidia paupertas, & dicit: vilia cura. ¶ Præteritum vulſi aſſertur a *Diomed. l. 1.* probaturque ex compositis *revulſi*, & *prævulſi*, quorum illud apud *Ovid.* legi quidam putant. (V. *Revello*) hoc a *Liberio* uſurpatum ſuit; præterea teſtatur *Voff. de Grammat. l. 5. c. 28.* non ſemel vulſi uſurpatum fuiſſe a *Lucano*; nec tamen ullum locum aſſignat; cæterum *velli* uſitatus eſt.

Vellus, eris, n. lana, 13. Ger. *vwole*, Gal. *toifon*, Hiſp. *vello*, μαλλός, πῆλα, κῆβητ, lana ex ove dempta, & conglobata, a *velleno*, quod ante inventam tonſendi rationem lana ſoleret evelli, teſte *Var. l. 4. de L. L. & l. 2. R. R. c. ult.* itemque *Plin. l. 8. c. 48.* ¶ Ponitur frequenter pro lana nondum detonta, ſed adhuc in ipſis hærente pecudibus. *Virg. 3. Ecl.* Ipſe aaris etiam nunc vellera ſiccata. *Id. 3. Georg.* Rejice, ne maculis intuſcet vellera pullis Naſcentum. ¶ Nonnunquam etiam pro ipſis pellibus una cum lana ovibus detractis. *Virg. 7. Æn.* Centum lanigeras maſtabat rite bidentes, Atque harum eſſultus tergo, ſtratiſtque jacebat vellereibus. *Col. l. 7. c. 4.* Pelles eorum propter pulchritudinem lanæ, majore pretio, quam alia vellera, mercatoribus traduntur. ¶ Vellus etiam propter ſimilitudinem ponitur pro lana, quæ apud Seres Scythiæ populus ex arborum trondbibus deſpicitur, ut veteres crediderit. *Virg. 2. Georg.* Velleraque ut foliis deſpectant tenuia Seres. ¶ Quin etiam ipſas arborum frondes vellera interdum invenimus appellata, quod iſi veſtiantur arbores, quemadmodum vellereibus oves. *Ovid. de Nuce, v. 131.* At ſimul induimus noſtris ſua vera ramis. Alii leg. *munera*. ¶ Item tenues nubes, & in modum vellorum cælo ſparſas. *Virg. 1. Georg. v. 397.* Tenuia nec lanæ per cælum vellera ferri. *Lucan. l. 4. v. 123.* iam clarior aer, & par Phœbus aquis denſas in vellera nubes ſparſerat. ¶ Item nives cædentes. *Martial. l. 4. epigr. 3.* Aſpice, quam denſum tacitarum vellus aquarum deſluat in vultus Cæſaris, inque ſinus.

Velo, as, a. 1. *velare*, *coprire*, פקע, Ger. *bedecken*, Gal. *voiler*, Hiſp. *cu-brir con velo*, σκεπάω, teqo, operio, a *velum*. *Virg. 3. Æn.* Et capita ante aras Phrygiæ velamur amictu. ¶ Nonnunquam ponitur pro veſtire, induere. *Ovid. 3. Met.* Et velat maculoſo vellere corpus. ¶ Interdum pro ornare. *Virg. 2. Æn.* Nos delubra Deum, miſeri, quibus ultimum eſt ille dies, feſta velamus fronde per urbem. ¶ Interdum pro ligare. *Pompon. apud Non. c. 4. n. 479.* Reſtus eſt vilis, velet galam. ¶ Translate accipitur pro abſcondere, celare, diſſimulare. *Plin. in Pa-neg. c. 56.* Agentibus tibi gratias niſi velandum eſt, nihil omittendum. *Senec. in Hippol. v. 271.* Scelus ſcelere velare.

Velocitas, atis, f. *velocitas*, ταχύτης, celeritas, a *velox*, & proprie dicitur de celeritate corporis. *Cic. 4. Tuſc. c. 13.* Velocitas autem corporis, celeritas appellatur, quæ eadem ingenii laus habetur propter animi multarum rerum brevi tempore percuſſionem. *Id. 1. Off. c. 30.* Videmus alios velocitate ad curſum, alios viribus ad lucandum valere. *Liv. l. 25.* Quos in expeditione velocitate corporum, ac levitate armorum aptiſſimos eſſe ratus eſt. ¶ Translate dicitur de celeritate animi. *Plin. l. 7. c. 12.* Quoniam velocitas cogitationum, animique celeritas, & ingenii varietas multiformes notas imprimi.

Velociter, adv. *velocemente*, ταχέως, celeriter. *Cic. in Somn. Scip. c. 9.* Quibus agitur, & exercitatus animus velocius in hanc ſedem, & domum ſuam pervolat. *Id. de Univ.* Quæ velociffime moventur, ea celeritate vinci a tardioribus, & cum ſuperabant, ſuperari videbantur. *Ovid. 4. Faſt. v. 445.* Hanc videt, & viſam patruus velociter auferit.

Velox, ocis, o. g. *veloce*, *preſto*, פקע, Ger. *ſchnell*, Gal. *leger*, Hiſp. *li-gero*, ταχίς, celer. *Virg. 5. Æn.* Veloces jaculo cervos, curſuque fatigat. *Cic. 1. Tuſc. c. 19.* Nihil eſt animo velocius. *Caf. l. 1. B. G. c. 48.* Velociffimi pedites. *Plin. l. 8. c. 34.* Velox ſaltu. *Quintil. l. 6. c. 4.* Ingenium velox, ac mobile. ¶ Cum infinito, *Stat. 6. Tbeb. v. 797.* nec jam hic abſistere velox.

Velum, i, n. *vella*, פרוכר, Ger. *ſchiffſegel*, Gal. *voile*, Hiſp. *vella*, ὑπόπλο, linteum navis, quod circa malum expanſum ventum excipit, & ipſam navem impellit. Factum eſt, teſte *Cic. in Or. c. 45.* per Synocpen a *ve-xillum*, ac ratione, qua ab *axilla* eſt *ala*, a *maxilla mala*, fuga literæ v. ſuſioris. *Virg. 1. Æn.* Talia jaſtanti ſtridens Aquilone procella Velum ad erſa ferit. *Id. 3. Æn.* Interea claſſem velis aptare jubebat Anchieſ. ¶ Sæpe translate uſurpatur. *Cicer. pro Dom.* Quid tandem? ſi tu, quæ in illis Reipublicæ tenebris, cæciſque nubibus, & procellis, cum Senatum a gubernaculis deieciſſes, populum e navis exturbaffes, ipſe archipirata cum grege prædonum impuriſſimo pleniffimis velis navigaffes, &c. ¶ Metaleptice, quoniam velum circum malum involvitur, eumque tegit, uſurpatur extra rem nauticam pro involuero, ſeu integumento, quo quid velatur, *velo*. *Cic. 2. Catil.* Quos pexo capillo nitidos, aut imberbes, aut bene barbatos videtis, manicatis, & talaribus tunicis, velis amictos, non togis. *Id. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1.* Multis enim ſimulationum involucriſ tegitur, & quali velis quibusdam obtenditur uniuſcujuſque natura. ¶ *Vela facere*, eſt expedire, explicare, *ſar vela*. *Cic. 7. Ver. c. 34.* Princeps Cleomenes in quadritremi Centuripina malum erigi, vela fieri, præcidi anchoras imperavit. ¶ Per translationem *vella facere*, accipitur pro toto conatu rem aliquam aggredi. *Cic. 4. Tuſc.* Utrum igitur maxis? ſtatim ne nos vela facere, an quaſi e porto egredientes paululum remigare? ¶ *Dare vela*, eſt ventis ſe committere, & navigare, *ſar vela*. *Virg. 1. Æn.* Vela dabant læti, & ſpumæ ſalis ære ruebant. *Id. l. 4.* Et ventis dare vela jubeho. ¶ Metaphorice ſumitur pro augere, celebrem facere. *Martial. l. 8. epigr. 70.* Periam tenui frontem redimire corona Contentus, tamæ nec dare vela luz. ¶ *Dare vela retroſum*, metaphorice eſt in diverſum mutare ſententiam, vitæque inſtitutum, ſumpta Metaphora a navigantibus, qui curſus errorem verſus velis corrigunt. *Hor. l. 1. od. 34.* Nunc retroſum Vela dare, atque iterare curſus Cogor relictoſ. ¶ *Vellis*, *equiſque*, eſt, omnibus nervis, omni conatu, omni ingenio, omni diligentia, & celeritate. *Cic. 1. Off. c. 33.* Cum his velis, equiſque, ut dicitur, ſi honeſtatem tueri, ac retinere ſententia eſt, deſertandum eſt. ¶ *Remis*, *velisque*, idem ſignificat, quod *velis*, *equiſque*, inde translatum, quod, cum navis ſimul & remigio, & velo impellitur,

pellitur, fumus est nautarum conatus. *Plaut. Aſin. 1. 3. 5.* Remigio, veloque, quantumque poteris, ſefina, & fuge. *Cic. 3. Tuſc. c. 11.* Terra enim res eſt, miſera, deſpectabilis, omni contentione, velis, ut ita dicam, remiſque fugienda. ¶ Eſt etiam velum pannus, qui cubiculorum januis obtenditur. *Martial. 1. 1. epigr. 35.* At meretrix abiigit teſtem veloque, ſeraque. *Lampid. in Alex. Sev. c. 4.* Salutaretur vero, patente velo, admiſionalibus remotis. *a portiera alzata.*

Velut, adv. *ſiccione*, מִיָּבֵשׁ, Ger. *gleich wvie*, Gal. *comme, ainſi comme*, Hiſp. *aſſi, como, eior, wntep*, ſicut, quemadmodum, ex vel, & ut, quomodocumque *ſicut ex ſic*, & ut. *Cic. 2. de Fin. Non* elogia monumentorum id ſignificant, velut hoc ad portam. *Id. de Aruſp. reſp. c. 4.* Ejus conatum reſutato velut beſterno die. *Col. 1. 3. c. 95.* Nos quoque pari ratione velut Olympiarum equarum, ita fortificamur Aminearum vitium feminibus electis largæ vindemiz ſpem capiamus.

Veluti, adv. idem, ac velut, ex vel, & uti, quomodocumque *ſicuti*, ex ſic, & uti. *Cic. 2. de nat. Deor.* Beſtiz, quæ gignuntur in terra, veluti crocodili. *Virg. 1. Æn.* Ac veluti magno in populo cum læpe coorta eſt Seditio.

Vena, *z*, f. *vena*, Ger. *blutader*, Gal. *veine*, Hiſp. *vena, פאיג, פוס*, vas ſanguinem ad cor reſſuum continens. *Venzæ*, & arteriz differunt. Nam *venzæ* ſunt vaſa ſanguinis, arteriz ſpiritus. Deinde arteriz ſunt infra *venas*, ſuper arterias locantur *venzæ*, præterquam in dorſo, in quo magna arteria, quæ trachea dicitur, & poſita ſuper *venam*. Præterea *venzæ* ſuapte vi immobiles ſunt, & ſanguinis tantum dimittendi gratia explorantur, arteriz motu, atque pulſu ſuo habitum, & modum febrim demonſtrant. *Cel. 1. 18. c. 10.* Vena eſt conceptaculum ſanguinis, quod ἀγγειον Medici vocant, miſti, conſuſique cum ſpiritu naturali, in quo plus ſanguinis eſt, minus ſpiritus. Arteria eſt conceptaculum ſpiritus naturalis miſti, conſuſique cum ſanguine, in quo plus ſpiritus eſt, minus ſanguinis. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 8.* Jam vero *venzæ*, & arteriz micare non deſiunt quaſi quodam igneo motu. *Id. ibid. c. 55.* Eoque modo ex his partibus, & ſanguis per *venas* in omne corpus diffunditur, & ſpiritus per arterias. *Plin. 1. 11. c. 37. cir. fin.* Ubi ſunt nervi, interiores conducunt membra, ſuperiores revocant: Inter hos latent arteriz, & idem ſpiritus ſemitæ: His innant *venzæ*, idem ſanguinis rivi, &c. ¶ Vena tamen pro arteria quandoque ponitur. *Cic. de Fat.* Si cui *venzæ* ſic moventur, ſi habet febrim, &c. *Celſ. 1. 2. c. 6.* Venis enim credimus fallaciſſimæ rei, quia læpe iſtæ leviores, celerioresque ſunt & ætate, & ſexu, & corporum natura. ¶ *Venzæ* primariæ tres numerantur: *vena pulmonalis*, per pulmonis parenchyma diſſuſa: *vena cava*, quæ per totum corpus ramos ſuos diſpergit, & *vena portæ*, quæ ſaltem per organa tertii, vel infimi ventris, ſive abdominis diſſuſa eſt. V. *Anatomicos. Cic. 2. de nat. Deor.* Cui ſimilis alter adjuñctus eſt, in quem ſanguis a jecore per *venam* illam eavam inſluit. ¶ *Venzæ* concidere dicuntur, quando deſiunt vires, & arteriarum pulſus languidus fit. *Celſ. 1. 3. c. 5.* Si proxius *venzæ* conciderunt. ¶ Venam incidere, eſt ſcalpello *venam* aperire, *ſalſaffare. Cic. in Piſon.* Medico, quem tecum eduxeras, imperati, ut *venas* hominis incidere. *Id. de Aruſp. reſp.* Et Medicum inſtruxiſti ſuum; qui legato, ſocio, amico, libero lædiſſime, & crudeliſſime *venas* incidere. ¶ Translate *venzæ* etiam de arboribus dicuntur. *Plin. 1. 16. c. 38.* In quarundam arborum carnis pulpz, *venzæ* que ſunt. ¶ Item de marmore, de ſilice, & aliis lapidibus. *Strab. 1. ſylv. 3.* Picturata lucentia marmora *vena*. *Virg. 1. Georg. Venzæ* ſilicis. ¶ Item ſic vocantur ſubterranei meatus, per quos unda manat, aut alius liquor. *Hirt. 1. 4. B. Alex.* Omnia enim litora naturaliter aque dulcis habere *venas*. ¶ Item loca illa ſubterranea in metallifodinis ubi ipſa minera metallica habetur continuata. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 60.* Nos æris, argenti, auri *venas* penitus abditas invenimus. *Juven. ſat. 9. v. 31.* Accipimus tenuè argentum, *venzæ* que ſecundæ, *diſſiſſa lega*. ¶ Per translationem quoque *vena* uſurpatur pro natura. *Cic. 1. de Orat. c. 52.* Teneat, oportet, *venas* cujuſque generis, ætatis, ordinis. ¶ Item pro ingenio hominis ad aliquid agendum apto, pro àndole, & vi genuina ingenii, translatione ducta a fontibus, quorum alii anguſtiorè *vena* manant, alii tanta, ut flumen ingens efficiant, vel a metallis, quorum etiam *venzæ* non genere tantum, ſed & copia differunt. *Horat. 1. 2. od. 18.* At fides, & ingeni Benigna *vena* eſt, pauperemque dives me petit. *Id. de Art. v. 409.* Ego nec ſtudium ſine divite *vena*, Nec rure quid proſit, video, ingenium. *Juven. ſat. 7. v. 53.* Sed vatem egregium, cui non fit publica *vena*. h. e. ingenium vulgare, & rude, commune cum aliis. ¶ Denique per Metalepſin pro virili inguine reperitur. *Martial. 1. 11. epigr. 17.* O quoties rigida pulſibus pallia *vena*.

Venabulum, li, n. *ſpiedo da caccia*, Germ. *ſchweinspieß*, Gal. *epieu*, Hiſp. *venablo*, *ωροβόλον*, *ωροδ*, telum, quo venantes utuntur aciei longiſſimæ. *Cic. 1. 7. Fam. ep. 1.* Aut præclara beſtia venabulo tranſverberatur? *Martial. 1. 14. epigr. 31.* Longo venabulo roſtro. *Virg. 4. Æn. lato* venabula terro.

Venafrano, a, um, quod ad Venafrum ſpectat. *Hor. 1. 3. od. 5.* Tendens Venafrano in agros. *Juven. ſat. 5. v. 86.* Venafrano piſcem perſundit; ad hic, qui Pallidus aſſertur miſero tibi caulis, olebit Laternam. h. e. optimo oleo. V. *Venafrum*.

Venafrum, n. 2. *Venaſro*, urbs alias Campaniz, in confin. Samnii, nunc in R. Neapolitano, in prov. Terræ Laboris, in colle, a Vulturno fl. nonnihil diſtans, a Liri fl. 10. M. P. in Or. Olei terax. *Hor. 1. 2. carm. od. 6.* Viridique certat bacca Venaſro. *Martial. 1. 13. epigr. 98.* Hoc tibi Campani fudabit bacca Venaſri.

Venalis, & le, o. 3. *venale*, da vendere, *ωραριμος*, *ωρος*, *ωρητος*, quod vendendum eſt, vel venditioni expoſitum eſt. *Cic. 3. Off. c. 14.* Venales quidem hortos ſe non habere dixit. ¶ Aliquando ponitur pro avaro, ſordido, qui pecuniæ, aut obſonii gratia ſe ipſum venderet, nihilque facere recuſaret. *Saluſt. in Jugur. c. 35. de urbe Roma:* O urbem *venalem*, & cito perituram, ſi emptorem inveniat. *Martial. epigr. 60. l. 3.* Cum vocor ad cenam non tam *venalis*, ut ante. *Cic. pro Dom. c. 19.* Denique ille novitiuſ Ligur, *venaliſ* aſcriptor, & ſubſcriptor tuſ. *Id. Ver. 3.* Habere fidem, juſurandum, veritatem, officium, religionem, *venalem*. ¶ Interdum *venalis* ſine ſubſtantivo ponitur, quod tamen facile ſubauditur. Igitur *venales*, ſi nihil addas, ſervi intelliguntur, qui ad vendendum ſunt expoſiti, & proprie novitii. Servorum enim alii novitii ſunt, alii veteratores. *Quintil. 1. 8. c. 2.* Item quod commune eſt & aliis nomen, intelligetur alicui rei peculiariter tributum, ut urbem, Romam accipimus, & *venales*, novitios, & Corinthia, æra, cum ſint urbes aliæ quoque, & *venalia* multa, & tam aurum, & argentum, quam æs Corinthium.

Venaltas, atis, *venaltas*, conditio alicujus rei, qua vendibilis eſt. *Sidon. 1. 5. ep. 13.* & *Cod. Juſtin. 1. 4. tit. 59. leg. 1.*

Venaliter, adv. *venaliter*, *ωραριως*, more vendentium, & ementium. *Sen. de Benef. 1. 2. c. 11.* Ut moleſte extenuemus, idque non *venaliter*. Alii leg. *venaliter*.

Venaliarius, ii, m. *ωραριος*, mango, ſervorum negotiator. *Leg.*

107. ff. de F. J. Mercis appellatione homines non contineri, Mela ait, & ob eam rem mangones non mercatores, ſed venalitiarios appellari ait, & recte. *Ulpian. 1. 7. ff. de legat. 3.* Vi venalitiarium artem exercebat.

Venalitium, ii, n. *ωραριος*, locus, ubi mancipia venalia proſtant. *Venul. de ædific. lib. 1. ult.* Nam quoniam ex venalicio novitiorum emptus alicui miniſterio præpoſitus fit.

Venalitius, ii, m. *ωραριος*, idem ac venalitiarius, qui ſcilicet greges mancipiorum venales habet. *Cic. in Orat. c. 70.* Neque me divitiæ movent, quibus omnes Africanos, & Lælios multi venaliti, mercatoreſque ſuperarunt.

Venalitius, a, um, da vendere, *ωραριος*, idem ac venalis, & de ſervis dicitur. *Plin. 1. 35. c. 18.* Hoc eſt inſigne venalitiis gregibus, opprobriumque inſolentis fortunæ. *Pompon. 1. 4. ff.* Quod ſi familiam domeſticam uxoris, aut venalitiæ paravit. *Sueton. in Agg. c. 42.* Venalitiæ, & lanifuræ familias urbes expellere.

Venami, m. 2. pop. Aquitaniz, ad ſaltum Pyrenæum, inter Cocofates, & Onobriſates. *Plin. 1. 4. c. 19.*

Venantius Fortunatus poeta Chriſtianus, Epicoſopus Pictaviensis, ſcripſit libros quatuor carminum de Vita S. Martini, & alia quædam, obitque ante ſæculum Chriſti V.

Venaticus, a, um, *venatico*, che appartiene alla caccia, *θηρῶτικος, κυνηγετικός*, quod ad venationem ſpectat, ut *caes venatici*, quibus teras perſequimur. *Varr. 1. 2. R. R. c. 9.* Canum duo genera, unum venaticum, & pertinet ad teras beſtias, ac ſylveſtres, alterum, quod cuſtod e causa paratur. *Cic. 6. Ver.* Mirandum in modum canes venaticos dices, ita odorabantur omnia, & perveſtigabant. ¶ Canum venaticorum elegantiffime excogitata nomina habes apud *Ovid. 3. Metam.* ¶ Sumitur etiam translate. *Plaut. Capt. 1. 1. 17.* Proliſis rebus paraſiti venatici ſumus.

Venatio, onis, f. *caccia*, *θηρα*, *κυνηγία*, *κυνηγετία*, terarum perſecutio. *Cic. 2. Fin. c. 8.* Piſcatu, accipio, venatione, his omnibus exquiſitis vitantibus cruditate. ¶ Sumitur etiam pro ſpectaculo venatorio. Nam ad populi voluptatem ſervi & inter ſe pugnant, qui dicebantur gladiatores, & cum beſtiis, unde beſtarii appellati ſunt. *Cic. 1. 7. Fam. ep. 1.* Reliquæ ſunt venationes, binæ per dies quinque, magnificæ, nemo negat. Sed quæ poteſt eſſe homini politico delectatio, cum aut homo imbecillus a valentiſſima beſtia lanietur, aut præclara beſtia venabulo tranſverberatur? *Sueton. in Claud. c. 21.* Circeſes frequenter etiam in Vaticano commiſit, nonnunquam interjecta per quinos miſſus venatione. h. e. quintuplici terarum immuſione edita. ¶ Item pro ipſa præda venatione parata, & quædam pro carne terina, quia teras tantummodo beſtias venari ſolemus, *ſalvaſſicini. Liv. 1. 35. c. 49.* Cum miraremur, unde illi eo tempore anni tam multa, & varia venatio; homo renidens, condimentis, ait, varietatem illam & ſpeciem ferinæ carnis eſt manueto ſue factam. *Celſ. 1. 5. c. 26.* Et avis, & venatio, & ſuilla elixa dari poteſt.

Venaticus, a, um, adject. *di caccia*, ut venaticia præda. *Ammian. 1. 29. c. 18.* & *1. 30. c. 3.*

Venator, oris, m. *cacciator*, *θηρῶτης*, *θηρῶτης*, *κυνηγέτης*, qui venatur, qui feras perſequitur. *Cic. 2. Tuſc. c. 17.* Pernocant venatores in nive, in montibus uri ſe patiuntur. *Hor. 1. 1. ode 1.* Manet ſub Jove frigido Venator teneræ conjugis immemor. ¶ Sumitur etiam translate. *Plaut. Mil. 3. 1. 14.* Venator adeſt noſtris conſiliis cum auritis plagis. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 30.* Speculator, venatorque natura.

Venatorius, a, um, da caccia, *θηρῶτικος*, quod ad venatorem ſpectat. *Plin. ep. 19. 1. 3.* Ineſt huic computationi ſumptus ſupellectilii, ſumptus atrienſium, topiariorum, laborum, atque etiam venatoriis inſtrumentis. *Nepos in Datam. c. 3.* Gerens in capite galeam venatoriam.

Venatrix, icis, f. *cacciatrix*, *κυνηγίτρα*, quæ venatur. *Virg. 1. Æn. v. 319.* Nanque humeris de more habilem ſuſpenderat arcum Venatrix. ¶ Dicitur etiam de regione, in qua venatio fit. *Virg. 9. Æn.* Comitæ *Ænez* quem miſerat Ida Venatrix, jaculo celerem, levibuſque fagittis.

Venatrix, rz, f. *cacciagione*, idem ac venatio. Translate *Plaut. Mil. 4. 1. 43.* Viden'tu illam oculis venaturam facere, atque accupium auribus? h. e. ſermones noſtros, & facta clam indagare.

Venatus, us, m. idem ac venatio. *Cic. 6. Tuſc.* Labor in venatu, ſudor, curſus ab Eurota, fames, ſitis. *Ovid. ep. 5.* Quis tibi monſtrabat ſaltus venatibus aptos? ¶ Sumitur etiam translate. *Plaut. Rud. 4. 3. 31.* Hunc qui cepi in venatu meo. h. e. piſcatu.

Vendax, acis, o. g. *φιλωπάτης*, qui facile, ſeu libenter vendit. *Caſo R. c. 2.* Patrem familias vendacem, & non emacem eſſe oportet.

Vendibilis, & le, o. 3. *vendibile*, Ger. *verkaufflich*, Gal. *vendible*, Hiſp. *vendible*, *πωλητός*, *ωρητος*, quod facile vendi poteſt. *Cicer. 2. Agr.* Adjungitur etiam illa vendibilis Herculeana, multarum deliciarum, & magna pecuniæ. *Hor. 1. 1. ep. 17.* Et fundus nec vendibilis, nec paſcere firmus. *Varr. 1. 1. R. R. c. 4.* Arbuſta, atque oliveta vendibiliorum agrum faciunt. ¶ Translate ſumitur pro populari, pro eo, quod vulgo gratum eſt. *Cic. de Am. c. 25.* Tamen illius vendibilem orationem religio Deorum immortalium nobis defendentibus facile vincebat. h. e. favorem populi captantem. ¶ Item pro vulgari. *Cic. in Brut. c. 47.* Horum ætati prope conjunctus L. Gellius non tam vendibilis O-rator, quam ut neſcires, quid ei deſſet.

Vendico, V. Vendico.

Venditarius, a, um, *venale*, *πωραριος*, quod venale eſt, ſeu quod vendere cupimus. *Plaut. Stich. 2. 1. 3.* Præter unam linguam quoque etiam venditarius.

Venditatio, onis, f. *oſtentazione*, *πωλησις*, *αλιζωσις*, actus vendendi, oſtentatio. *Cic. 2. Tuſc. c. 26.* Quin etiam mihi quidem laudabiliora videntur omnia, quæ ſine venditione, & ſine populo teſte ſunt. *Id. de Amic. c. 32.* A multis virtus contemnitur, & venditatio quædam, atque oſtentatio eſſe dicitur.

Venditator, oris, m. *oſtentator*, qui aliquid oſtentat, & jaçtat. *Tacit. 1. hiſt. c. 49.* Famæ nec incurioſus, nec venditator.

Venditio, onis, f. *vendizione*, *vendita*, *πωλη*, *πωλησις*, actus vendendi. *Cic. pro R. Am. c. 38.* Oſtendit, ſi ſublata ſit venditio bonorum, illum pecuniam grandem amiſſurum. *Id. ibid. c. 44.* Quam ad diem proſcriptiones, venditioneſque ſiant.

Venditio, as, i. *deſiderare di vendere*, *φιλωπάω*, vendere cupio, venale propono. Non enim frequentativum eſt, ſed deſiderativum. *Cic. Att. 1. 1. ep. 14.* Tuſculanum venditatur, ut ſi poſſit, emat Pacilianam domum. *Plin. 1. 2. ep. 24.* Tranquillus vult emere agellum, quem venditare amicus tuus dicitur. ¶ Sed tamen interdum reperitur pro ſæpe, frequenter, continue vendere. *Plin. 1. 22. c. 22.* Hæc eſt, quam Ariſtophanes Euripidi Poetæ objicit ſoculiter, matrem ejus ne olus quidem legitimum venditade, ſed jancidicem. *Colum. 1. 8. c. 18.* Cato tutor Luculli grandi ære piſcinas venditabat. ¶ Item pro paſſim vendere. *Cic. 4. Verr.* Iſtius omnia decreta, imperia, literas peritiſſime, & callidiſſime venditabat. ¶ Translate ſumitur pro oſtentare, tracta ab inſtitutoribus Metaphora, qui merces ſuas oſtentare præcupide ſolent. *Auſt. ad Her.*

Vener. 1. a. c. 35. Venditare ingenium, & ostentare memoriam turpe est. Liv. 1. 3. In foro volitare, per illos te plebi venditare.

Venditor, oris, m. *venditor*, πωλητής, πρῆτης; qui vendit. Cic. 3. Off. c. 12. Ut ne quid omnino, quod venditor norit, emptor ignoret. *post red. in Sen. c. 4.* Mercatores provinciarum ii sunt, ac venditores nostræ dignitatis.

Venditrix, icis, f. *venditrix*, quæ vendit. *Scavola l. 8. Dig. de lege com. m. for.* Testatur est, defuisse venditricem.

Venditur, a, um, nom. ex partic. *venduto*. Colum. 1. 8. c. 1. Venditorum animalium pretium. *Martial. l. 12. epigr. ult.* Merx vendita sæpe. *Senec. 6. de benef. c. 38.* Constat negotiato ex empto, & vendito.

Vendo, is, didi, ditum, a. 3. *vendere*, πωρῶ, Ger. *verkauffen*, Gal. *vendre*, Hisp. *vender*, πωλοῦ, est aliquid alicui accepto pretio tradere, alienare, abalienare, venditionem facere. Contractum est ex integro *venundo*, quod dicitur quasi *venum do*. Construitur cum accusat. & dativo, itemque cum genitivis *vanti*, *quanti*, &c. & cum ablativis, *magno*, *parvo*, &c. Cic. 1. Agrar. Silvam vero tu Scantiam vendas, nobis Consulibus? *Id. 3. Offic. l. 12.* Vendo meum non pluris, quam cæteri, fortasse etiam minoris. *Id. 5. Verr. c. 53.* Quanti cuiusque decumas venderit. *Id. ibid.* Cur non ita magno vendidisti? ¶ Item cum ablativo pretii determinati. *Id. pro Sext.* Id illi grandi pecunia vendidit. *Plaut. Merc. 2. 3. 93.* Viginti minis opinor posse me illam vendere. ¶ Translate sumitur pro laudare, commendare; ductum a mercatoribus: nam laudat venales, qui vult extrudere, merces, ut *Horat. l. 1. 2. ep. 2.* loquitur. *Cic. Att. l. 13. ep. 12.* Ligarianam præclare vendidisti: posthac quidquid scripsero, tibi præconium deleram.

Venedi, m. 2. *veneda*, pop. Germano-Sarmatiz, valde extensi inter Sarmatiam Europæam ad Or. Germaniam ad Occ. Ætiazos ad Bor. & Bactarnas, Peucinosque ad Mer. ubi nunc magnus Ducatus Lithuaniz, in R. Poloniz, longe a Finnonia in Austr. sub quibus erant Venedi proprii, Carpini, Phinni, Galindæ, Sudeni, Cæltobogi, Igiliones, & alii quæ alii minoris nominis. *Plin. l. 4. c. 13.*

Venefica, æ, *venefica*, *strega*, Φαρμακία, Φαρμακεία, quæ venenum conficit. *Tacit. Ann. 13. c. 15.* de Locusta venenorum celebri artificie. Nero lenti sceleris impatiens iubere supplicium veneficæ. ¶ Ponitur etiam pro ea, quæ magicam artem exercet, & incantationibus nocet. *Ovid. ep. 6. v. 18.* Barbara narratur venifæ veneficæ tecum. *Id. 3. Amor. el. 7. v. 79.* Venefica Circe. ¶ Usurpatur et in maledictis. *Plaut. Epid. 2. 2. 37.* Viden veneficam! *Ter. Eun. 5. 1. 9.* Quid ais, venefica?

Veneficium, ii, n. *veneficium*, Φαρμακεία, crimen illud, quo quis alterum veneno necat. *Cic. pro Cluent.* Altera tantummodo consuetudinis causa timide, & diffidenter attingere rationem veneficii criminum. *Tac. l. 12. Ann. 66.* Deliquit artifex talium, vocabulo Locusta, nuper venefici damnata. ¶ Per Synecdochen sumitur pro arte malefica, incantatione magica. *Cic. in Brut. c. 60.* Idque veneficis, & cantionibus Titinæ factum esse dicebat. ¶ Apud Romanos fuit crimen publicum. Hoc autem nomine appellabatur tum istud scelus, quo homines veneno, tum istud, quo magicis incantationibus interficiebantur, idque lege Cornelia, eratque capitale, ut patet ex damnatione Oppianici. *Cic. pro Cluent. & Fulminian. l. 4. Infit.* ¶ Leges ad verus veneficium multæ fuerunt. Prima lata est anno U. C. 422. C. Valerio Flacco, M. Claudio Marcello Coss. qua in matronas, quæ viros suos veneno de medio tollebat, quæstio fuit, & centum, ac septuaginta damnatæ sunt. *Liv. l. 8.* Postea aliæ quædam leges consecutæ sunt, ut Cornelia L. Syllæ Dictatoris, & Julia C. Julii Cæsaris. Lex Cornelia omnes homines cuiuscumque conditionis, viros, mulieres, liberos, servos complectebatur, extendebaturque non modo ad eos, qui veneno aliquem suffulissent, sed etiam magicis incantationibus, item ad eos, qui mala medicamenta publice vendidissent. Permittit autem res, ut sententiæ a Iudicibus ex eius voluntate, vel clam, vel palam ferrentur. *Cic. pro Cluent.* ¶ De hoc crimine iudicium exercebatur ab uno ex Prætoribus quæstionum perpetuarum. Sed tamen interdum etiam a Iudice quæstionis habebatur. *Manus. de legib. Romanis.*

Veneficus, i, m. *veneficus*, *incantator*, Ger. *giffist*, Gal. *qui empoisonne*, Hisp. *poncojo*, Φαρμακός, qui venenum in cibo, aut potu dat, & peculiariter qui animas sepulcro evocat, atque incantationibus nocet. *Ammian. l. 10.* Siquis pro monumentum transisse vespere argueretur ut ven fucus, sepulcorumque horrores, & errantium ibidem animum ludibria colligens, reus capitis interibat. *Cic. 3. Off.* Neque enim de scicariis veneficis, testamentariis, scribis, peculatoribus hoc loco differendum est. *Id. 2. Catil.* quis tota Italia veneficus? quis gladiator? &c. ¶ Usurpatur interdum in maledictis. *Plaut. Per. 2. 4. 7.* Etiamne dicis, ubi fit, venefice? *Terent. Eun. 4. 3. 6.* Ut ego unguibus illi in oculos involvem venefico.

Veneficus, a, um, *venefico*, Φαρμακικός, quod veneno inficit. *Plin. l. 28. c. 3.* Hominum monitricas naturas, & veneficos aspectus plenus diximus. *Solin. 25.* Veneficus vermis.

Venenarius, rii, m. *venenator di veneni*, Φαρμακιστής, qui parat, vel conficit, aut vendit venena. *Suet. in Ner. c. 33.* Quod acceptum a quadam Locusta venenariorum indice, cum opinione tardius cederet, &c. ¶ Adjective, venenarius calix, h. e. veneno temperatus, legitur apud *Terent. de resurr. carn. c. 16.*

Venenatus, a, um, *avvenenato*, *atossicato*, Φαρμακός, Φαρμακικός, *τωδης*, veneno infectus. *Cic. 2. de nat. Deor.* Auditum est, pantheras, quæ in Barbaria venenata carne caperentur, remedium quoddam habere. *Id. 2. de Divin.* Telum venenatum. ¶ Sæpe sumitur pro venenoso, pro eo, quod naturaliter in se venenum habet. *Plin. l. 8. c. 58.* In Italia muribus ataneis venenatus est morsus. *Id. l. 32. c. 2.* Nihil venenarius, quam in mari pascinaca. *Terent. de Bapstism. c. 1.* Vipera venenatissima. ¶ Accipitur etiam pro magica arte incantato. *Ovid. 14. Met.* Illa paventem Ora venenata tetigit mirantia virga. ¶ Significat etiam tinctum, colore imbutum. Hinc venenatum dictum est pallium Flaminiæ, quod flammeo colore tinctum erat. *Serv. in illud Virg. 4. Æn.* Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo. Veteri, inquit, cæremiariarum iure præceptum est, ut Flaminiæ venenato aperta sit. Opena autem cum dicitur, pallium significatur. Venenatum autem, insectum, quod ipse ait in Bucolicis. *Alba nec Assyrio fucatur lana veneno.* Et mox: Flaminiacum habere præcipitur arculum, ricam, venenatum, fibulam. *Idem ad illud Æn. 7.* Purpureos moritura manu didicidit amictus: Rem, inquit, quæ Flaminiæ competit, transtulit ad Regnam. Flaminiæ enim venenato operari debet. Nam cum amictum dicit, operant dicit, quæ res ad pallium refertur. Hæc *Servius*.

Veneni, m. 2. pop. Ligurum, citra Alpes. *Plin. l. 3. c. 5.*

Veneniter, ra, um, *venenoso*, Φαρμακιστήρ, veneficus, venenosus, venenum afferens. *Ovid. 3. Met. v. 85.* Jamque venenifero sanguis manare palato cœperat.

Veneno, as, a. 1. *avvenenare*, Φαρμακίω, veneno inficia, corumpo. *Lucr. l. 6. v. 820.* de *Averno*: Ut spatium cæli quadam de parte venenet. ¶ Usurpatur etiam pro colore tingere. *Cn. Marius apud Gellium l. 20.*

A. 9. Jam tonsiles tapetes ebrii fuce, Quos conchæ purpura imbuens venenavit.

Venenosus, a, um, adject. *venenoso*. *Varr. l. 1. R. R. c. 2.* Venenosæ istæ capræ, ex enim novella (sata carpento) corruptunt. Alii leg. *veneco*, ut *iste capre*, &c. *Theodor. Priscian. c. 10.* Venenosæ potiones. *Augustin. de Genes. ad lit. l. 8. c. 13.* Venenosa herba.

Venenum, ni, n. *veneno*, *toffico*, *שאר*, Ger. *giff*, Gal. *poison*, Hisp. *poncojo*, Φαρμακός, pharmaci genus, quo animalia necantur. Vix media est, & tam in bonam, quam in malam partem sumi potest: est enim venenum proprie quilibet succus, aut liquor medicatus, qui vel nocendi, vel medendi vim habet. *Cajus l. 236. Dig. de V. S.* Qui venenum dicit, adicere debet, utrum malum an bonum &c. *Cic. pro Cluent. c. 54.* Qui venenum malum fecit, fecerit. *Prudent. in Hamarig. v. 230.* Quid loquar herbarum fibras medicante veneno Tinctas, lethiferi fudisse pericula fucci. Ubi *venenum medicans* pro sano medicamine posuit, ut ex sequentibus apparet. ¶ Sæpissime tamen accipitur pro pharmaco noxio. *Cic. pro Cluent.* Omnia præterea, quæ solent esse indicia, & vestigia veneni, in illius mortuæ corpore fuerunt. *Id. 2. Catil.* Hi pueri tam lepidi, ac delicati ficas vibrare, & spargere venena didicerunt. *Id. Phil. 11. c. 6.* Venenum alicui infundere. *Id. pro Cluent. c. 60.* Veneno aliquid tingitur. ¶ Usurpatur quoque pro succo, seu colore quo aliquid tingitur. *Virg. 2. Georg.* Alba nec Assyrio fucatur lana veneno. h. e. purpura. *Ovid. de remed. Amor. v. 352.* Tum quoque, cum positus sua collinet ora venenis, Ad dominz cultus, nec pudor obfist, eas; Pyxidias invenies, & rerum mille volutes, &c. ¶ Item pro medicamento, siue unguento, quale est oleum cedrinum, myrrha, aloë, & humodum aromata, quibus cadavera perfunduntur, ne putrefcant. *Lucan. l. 8. de capite Pompeii exco.* Et infuso facies solidata veneno est. ¶ Item pro arte magica, vel alia malefica. *Cic. in Or. c. 37.* Cum sibi venenis ereptam memoriam diceret. *Horat. epod. 5.* Venena inagnum fas nescique non queunt convertere humanam vicem. ¶ Translate ponitur pro peste, pernicie. *Carull. carn. 78.* in Rufum: heu nostræ crudele venenum vitæ! *Afran. apud Non. c. 1. n. 1.* Ætas, & corpus tenerum, & morigeratio, hæc sunt venena formosorum mulierum. h. e. hæc vitæ artes, & delinimenta, quibus viros in perniciem trahunt.

Venno, is, ivi, vel ii, sine sup. n. pass. anom. *effere veneno*, πωρῶ, Ger. *verkaufft vvenden*, Gal. *erre vendu*, Hisp. *ser vendido*, πωλοῦμαι, vendor. Dicitur quali *venum co*, ut bene censet *Perottus*. Scribitur sine diphthongo, quod & *Manus*. probat in *Orthograph.* Et si aliqui per æ diphthongum scribendum putent, ut differat a *venio*. *Plaut. Men.* Quibus hic pretis porci venent? *Cic. pro Ros. Amer. c. 43.* Primum hoc videamus, ejus hominis bona qua ratione venierunt, aut quo modo venire potuerunt. *Id. de Arusp. Resp.* Atque ei se fe, cui totus venierat, etiam vobis inspectantibus venditaret. *Id. Marro l. 7. Fam. ep. 21.* Sed homo acutus ei mandatis potissimum, cui expediret illud venire quam plurimo. *Quintil. l. 12. c. 1.* Ab hoste veniet. *Nepos in fragm. c. 8.* Purpuræ libra denariis centum venibat.

Vener, oris, pass. anom. idem ac *venno*, apud veteres. *Plaut. apud Diomed. l. 1. c. de Specieb. præteriti perfecti*: Ego ne illi venear?

Venerabilis, & le, o. 3. *venerabile*, πωρῶ, Ger. *shrvvündig*, Gal. *venerabile*, Hisp. *venerable*, *σεβαστός*, *σέβας*, qui cultu, & veneratione dignus est. *Virg. 6. Æn.* Ille admirans venerabile donum Fatalis virgæ longo post tempore vitæ. *Liv. l. 1. c. 7.* Venerabilis viri miraculo literarum, rei novæ inter rudes artium homines; venerabilior divinitate credita Carmentæ matris. *Hor. l. 2. sat. 5.* Antè laurem gustet venerabilior lare divæ. ¶ Sumitur interdum active pro eo, qui alterum veneratur. *Val. Max. l. 1. c. 1. n. 15.* Senatus nostræ civitatis venerabilior in Deum. *Adde l. 2. c. 4. n. 4.*

Venerabiliter, adv. *venerabilmente*, cum veneratione. *Macrobi. l. 7. Saturn. c. 11.* Servius his dictis venerabiliter assensus, obtulit. *Valer. Max. l. 5. c. 1. n. 5.* Victorem venerabiliter exceperunt.

Venerabundus, a, um, *viverente*, *con riverente*, *σεβίμως*, cum veneratione aliquid faciens. *Liv. l. 5. c. 41.* Haud secus quam venerabundum intuebantur in ædium vestibulis sedentes viros. *C. c. 22.* Venerabundum templum iniere.

Venerandus, a, um, *venerando*, *venerabile*, *reverendo*, *σεβώς*, venerabilis, partic. vel gerund. a veneror. *Cic. 2. Agr.* Non eos in Deorum immortalium numero venerandos a nobis, & colendos putatis? *Virg. 9. Æn.* Te vero, inea quem spatii propioribus ætas Insequitur, venerandum puer, iam pectore toto Accipio. ¶ Cum genitivo interdum Græca constructione jungitur. *Silius l. 16. v. 249.* O sceptri venerande Syphax.

Veneranter, adv. *viverentemente*, *venerabilmente*, *οὐν ἀδῶ*, cum veneratione. *Terent. carn. de Judio Dom.* Submissique omnibus genibus veneranter adorant.

Venerarii, orum, m. qui parant pocula amatoria, vel magicis artibus amorem conciliant. *Terent. de pudic. c. 5.* ubi plerique alii leg. *venenarii*.

Veneratio, onis, f. *venerazione*, *viverenza*, *σεβασμός*, *ἀδῶσις*, actus venerandi, cultus, honor. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 17.* Habet enim venerationem iustam, quicquid excellit. *Plin. l. 8. c. 11.* Solis, ac Lunæ veneratio. ¶ Secundum tabulas Veneratio Dea quædam est, filia Plutonis, uxor Honoris, ex quo Majestatem peperit. *Bocc. l. 8. Gen. Deor. c. 7.*

Venerator, oris, m. *σεβαστής*, qui veneratur, cultor. *Ovid. l. 2. de Pont. el. 2.* Ille domus vestræ primis venerator ab annis.

Veneratus, a, um, *σεβαστός*, partic. a veneror. *Tibul. l. 1. el. 5.* Et tantum venerata virum hunc sedula cures. ¶ Sumitur etiam passive pro rogato, adorato, *onorato*, *adorato*, *pregato*. *Horat. l. 1. sat. 2.* Ac venerata Ceres, ut culmo surgeret alto.

Venerus, & Venerius, a, um, adjectiv. *venereo*, *ἀρροδισιακός*, quod ad Venerem pertinet. *Cic. de Sen. c. 14.* Bene Sophocles, cum ex eo quidam jam affecto ætate quæreret, uteretur ne rebus Veneris: Dii meliora, inquit. *Id. 4. Tusc. c. 32.* Et, ut turpes sunt, qui essent se lætitia tum, cum fruuntur Veneris voluptatibus. ¶ Sumitur etiam pro eo, qui Veneris cultui addictus est. *Plaut. Rud. 2. 3. 20.* Sacerdos Veneria. *Cic. pro Cluent. c. 15.* Ut in Sicilia perinulti Venerii sunt. *Id. Verr. 7. c. 54.* Ille aut homo Venerius, & affluens omni lepore, & venustate, de bonis illius in æde Veneris argenteum Cupidinem posuit. ¶ Item pro Veneris voluptatibus dedito, pro salaci, libidinoso. *Gell. l. 7. c. 8.* Delphinos venereos esse, & amalos, non modo historiz veteres, sed recentes quoque memoriæ declarant. ¶ *Jactus venereus*, jactus Veneris in ludo talorum, qui erat felicissimus. *Cic. 1. de Divin. c. 13.* Quatuor tali jactu casu Venerem afflicti. Num etiam cum Veneris, si quadringentos talos jeceris, casu futuros putas? *V. Venus.* ¶ *Pira Venereæ*, genus pirorum. *Plin. l. 15. c. 15.* Incerta nominum causa est barbaricis, Venerisque, quæ colorata dicunt. *Adde Col. l. 5. c. 10. & l. 12. c. 10.*

Venerivagus, a, um, adject. qui modo cum hoc, modo cum illo scorto venereim exercet. *Varr. apud Non. c. 1. n. 223.* Eviravit omnes Venerivaga pueros.

Veneris Portus, Veneris, Pyrenæus Portus, *Pors Venderis*, portus peramplus Gallie Narb. in Com. Rulcinonensi, ad rad. Pyrenæorum M. in ora maris Med. in ipso limite Hispaniæ, & Cataionæ, prope Caucaliberim. *Pomp. Me. 1. 2.* ¶ Item *Porto Veneris*, oppidulum Oræ Ligusticæ, cum arce, contra Portum Ericis opp. ab r. s. Macræ 5. M. P. in Occ. quanta est latitudo Portus Lunensis, Genuam versus 55. Venero, as, n. 1. Venerem exerceo, coco. *Hygin. fab. 7. 5.* Pastor dicitur dracones venerantes baculo percussisse. ¶ *Venero* pro *veneror* V. in dictione sequenti.

Veneror, aris, d. i. *venerare, riverire, onorare, adorare*, כבד, Ger. *vereben*, Gal. *venerer*, His. *acatar, εὐδοκῆσαι, ἀγαπᾶσθαι, ἀδίσκῆσαι*, colo, honoro, cultu, & observantia profector. Videtur esse a *veneror*, iudice Feilo. Non absurde etiam deduxeris a *venia*, ut venerari sit veniam a Diis exposcere. *Cic. 6. Verr. e. 43.* Quod in precibus, & gratulationibus non solum id venerari, verum etiam osculari solent. *Id. 1. Tus. c. 21.* Ejusque inventori, & principi gratias exultantes agunt, cumque venerantur ut Deum. *Tacit. Ann. 16. c. 3.* Flexus genu cætum illum manu veneratus. *Sueton. in Claud. c. 12.* Voce, manique venerari. Est autem manu venerari, manum ori admove, & osculari, deinde demittere honoris causa. venerari voce est verba dicere venerationem testantia. ¶ Interdum venerari est enixe precari, optare, vehementer cupere. *Plaut. Aulul. prol. v. 7.* Venerans me, ut id servarem tibi. *Horat. 1. 2. sat. 6. v. 8.* Si veneror fultus nihil horum. ¶ *Venero*, a-ctiva forma quidam leg. apud *Plaut. Bacch. 2. 1. 4.* ubi tamen alii *veneror* reponunt. Eadem lectiois varietas est *Trucul. 2. 5. 23.*

Veneti, m. 2. *Veneti, ἱερωὶ*, pop. Italiæ, in Gallia Transpadana, supra Cenomanos, & infra Carnos, quorum regio Venetia, ita dicti ab Hænetis pop. Paphlagoniæ, aspirantione H in V consonantem mutata. Nam Troja eversa Hæneti, & magna pars Trojanorum, duce Antenore, in intium maris Adriatici sinum pervenerunt, pulsisque Eugæis, qui inter Alpes, & mare incolebant, eas occuparunt terras, & ubi primum egressi ex navibus sunt, oppidum considerunt, quod de nomine reli-ctæ patriæ appellatur Trojam. *Signon. de antiq. jur. Ital. 1. 1. c. 25.* Sed alii teste eodem Signonio censent, Venetos esse Transalpina Gallia, ab ultimis Oceani partibus, in Italiam venisse. Quicquid agri ab Occ. Athesi, ab Or. sinu Adriatico, a Sept. Natifone fl. a Mer. Pado est comprehensum, id totum fuit Venetorum. Erant igitur, ubi hodie Marchia Tarvisina, pars Occidentalis Fori Julii, agri Vicentinus, & Patavinus, Ducatus Venetus, & minima pars Ferrariensis. ¶ Quo tempore Veneti a Romanis victi, aut omnino bello ullo petiti sint, incertum est. Cum nullo se aut Cenomanorum, aut Carnorum finitimum bello implicaverint, verisimile est, sponte se fidei, ac potestati Romanorum permisisse. Sane Romani, & Veneti juxta communem opinionem ejusdem gentis erant. Societatem vero cum Romanis injere ante Hannibalis in Italiam adventum, ut Polybius tradit: quam amicitiam nulla occasione, vel nullo potius rerum Italiæ motu violarunt, sed in perpetuum coluerunt. Paruerunt tamen & ipsi Prætori, qui Galliam Transalpinam cum imperio obtinebat, id est in provinciæ formam redacti fuerunt. Civitatem Romanam adpti sunt anno U. C. 664. lege Pompeja. *Signon. de antiq. jur. Ital. 1. 1. c. 4.* ¶ Veneti i-tem, pop. Gallie Lugdunensis, sive Celticæ, in Britannia minore, ubi nunc Diocæsis Venetensis, *le Diocèse de Vannes*, inferiore in parte Britannicæ min. versus Oceanum Aquitanicum, quorum caput Venetiæ, seu Darioirigum Venetorum. *Plin. 1. 4. c. 18.*

Venetia, z, f. 1. *Marca Trevigiana*, regio ampla Italiæ. *Plin. 1. 3. c. 18.* Terminatur ab Occ. Adria fl. quo ab Infubria separatur, ab Or. Timavo fl. quo ab Istriis dividitur, a Sept. Alpibus Rhæticis, & Julius, quibus secernitur a Rætia, & Norico, a Mer. Pado fl. quo a Gallia Togata sejungitur. Olim quidem Athusis fl. Thuficos per Gallie Cisalpinæ partem istam spais separabat a Venetiis, sed Thufcis per Gallos ejus-ctis factus est limes Venetiæ, & Gallie Cispadanæ alveus citius padi, vulgo *il Po d'Argenta*. Quare a *Propertio* Eridanus Venetus nominatur. Olim etiam ab Istriis Veneti separati sunt fluvio Timavo, postea a Carnis Tilavepto fl. Sed p. ocedente tempore factum est, ut Carni Venetis, quorum nomen late pitebat, attributi eorum etiam sibi nomen aciverint, & Venetiæ regionem usque ad Istriam sibi finitimum propagarint. ¶ Quod video sine dubio intellexisse Catonem in Epitomis Italicarum Originum, cum Venetiæ scripsit ab Isthia usque ad Padi ostia pertinere. *Signon. de antiq. jur. Ital. 1. 1. c. 25.* Hodie in tres partes dividitur. Pars Occidua inter Adduam, & Athesim fl. *Lombardia* nominatur, seu sub Longobardia continetur. Longobardia enim latius patet, Infubres, & alios populos continens. Inter Athesim, & Liguantiam fl. quorum hic Venetos proprios dividit a Carnis, dicitur *Marca Trevigiana*. Reliquum, in quo Carni, & Forojulienfes sunt, usque ad Timavum, *Friuli*, & *la Patria* nominatur.

Venetis, arum, f. 1. Ital. *Venezia, Venezia*, Gal. *Venise*, Angl. *Venice*, Ger. *Venedig, İstria*, urbs Italiæ, inter flagna Adriaticæ, condita eo tempore, quo Attila Rex Hunnorum Aquilejam evertit, caput Reipublicæ Venetæ, emporium maximum ab omnibus nationibus frequentatum, cum armamentario, & portu percelebri. ¶ Venetiæ etiam, Venetia, Darioirigum Venetorum, *Vannes*, urbs Gallie Lugdu. prope ætuanum *le Morbihan*, cum castro antiquo, *l'Hermine* dicto, ab Oceano vix 2. l. in Bor.

Venetiani, m. 2. homines factionis Venetæ, in Circo; vel qui ei factioni favent. *Inscript. apud Gruter. pag. 1075. n. 9.* Victoria Venetianorum. *Capitolin. in Vera, c. 6.* Multas a Venetianis est passus injurias, quod turpissime contra eos taveret.

Venetis insulæ, dicuntur insulæ quamplurimæ in mari in ora Australi Britannicæ minoris, quarum caput. *Belle Isle, ἡ Βέλλη*, *Plin. 1. 4. c. 19.* ¶ Ita autem appellantur, quia sunt proximæ Venetis populis Gallie. Venetis, a, um, o. 1. 2. *Veneto, ἱερωὶ*, quod ad Venetos spectat. *Propert. 1. 1. el. 11.* Quantum Hispanis Veneto diffidet Eridano. ¶ *Venetus* color, *verde marino, verdaccio*, idem ac callicus, seu coruleus, color similis maris ductibus, quem vulgo dicimus viridem marinum. Probat *Vegeris* auctoritate, qui *1. 4. c. 37.* ait, nautas colore Veneto debere indui, & veia exploratoriarum navium debere ejusdem esse coloris, quo similitudine coloris marini facilius lateant, hostilesque oculos fallant. Item *Lampridii in Heliog. c. 24.* ubi ait, Heliogabalus voluisse pisces coqui conditura Veneta, quo non alio colore mensis inferrentur, quam quo in aquis essent vivi. Quidam eundem censent esse, atque thalassinum, seu thalassinum, & cumatlem. Sane thalassinus dicitur a Græco θάλασσα, id est mare. Et cumatilis est ἀτὰρ τῶν κρυμμένων, hoc est a ductibus. Sed non idcirco hoc omnes colores eundem esse putandum est. Namque alius color maris in litore, alius in profundo, item alius placidi, alius turbidi maris. Igitur color *Veneris* est color maris placidi in litore, *thalassinus* maris placidi in profundo, *cumatilis* maris turbidi. Nam color thalassinus idem est, ac ferrugineus, ut constat ex illo *Plauti Mil. a. 5. sc. 4.* Palliolium habeas ferrugineum, nam is colos thalassinus fl. Ferrugineus autem color constat

ex mîstura nigri, & rubri, & est vicinus purpuræ subnigræ. Sunt, qui censent, colorem Venetum eundem esse, ac vitreum. Unde & apud Lampridium vulgare lectonem immutatum eunt, quia is in Heliogabalo Venetum, & vitreum, ut diversis conjungat. Sed affines sunt colores, idem non sunt, quia vitreus est Veneto remissior, clariorque. *Lamprid. loc. cit. c. 19.* Æliiva convivia coloribus exhibuit, ut hodie prafinum, vitreum, alia die venetum, & sic deinceps exhiberet. ¶ Hinc Veneta dicta est una ex quatuor factionibus aurigantium (V. *Factio*) quia Veneto colore utebatur. *Suet. in Vitell. c. 14.* Quosdam, quod Venetæ factioni maledixerant, interemit.

Venia, z, f. *facoltà, licenza, ἔξουσία*, facultas, permissio, indulgentia, beneficium. *Aufst. ad Her. 1. 4. c. 14.* Veniam ad vos, si mihi Senatus det veniam. *Cic. 1. de Or. Date nobis hanc veniam, ut ea, quæ fecistis de omni genere dicendi, subtiliter persequamini. h. e. date hoc beneficium, concedite.* *Plin. 1. 5. ep. 8.* Ideoque interim veniam (ne a torensis verbis recedam) advocandi peto. h. e. ut liceat ab advocacione cessare. ¶ *Bona venia*, vel *bona cum venia*, est liberali permissione, æquo animo, aliquo permittente. *Cic. 1. de nat. Deor.* Ut molle ferreum tantum ingenium (bona venia me audies) in tam leves, ne dicam in tam ineptas sententias incidisse. *Id. 3. de Leg. Quare, frater, bona tua venia dixerim, ista sententia maxime & tallit imperitos, & obest cæpissime Reipublicæ.* *Id. pro R. Am. Vos oro, ut attente, bonaque cum venia mea verba audiat.* *Plin. 1. 5. ep. 6. in fine.* Venia dicto fit. *mi si permissa sit dila.* ¶ Sæpe sumitur pro remissione culpæ, condonatione erroris, *perdonno, pardonanza, remissione*, חסד, Ger. *verzeibung*, Gal. *pardon*, His. *perdon, συγγνώμη*. *Cic. pro Lig. Cum a te non solum liberationem culpæ, sed errati veniam impetravissent. Id. in Pison.* Cui non apud Senatum, non apud ullum Ordinem, &c. non in Italia maximorum (seculum venia ulla ad ignoscendum dari possit. ¶ *Cum venia legere*, est excusare, siquid minus probabile occurrit, non nimium rigide examinare, sed inter legendum ad quædam connivere. *Quintil. 1. 10. c. 1.* Habent alii quoque Comici, si cum venia legatur, quædam quæ possis decerpere. Veniabilis, le, adject. idem quod venialis. *Sidon. 1. 9. ep. 1.* Nescio, qualiter fieri veniabile queat. *Prudent. Hamantig. v. 935.* Spem capio, fore quidquid ago, veniabile apud te.

Venialis, le, o. 3. *veniale, συγγνώμη ἄξιον*, quod venia dignum est. *Macrobi. 1. 7. Saturn. c. ult.* Si venialis erit ita translatio. *Ammian. 1. 28. c. 27.* Veniale pacem poscere. *Sidon. 1. 8. ep. 13.* Venialibus erratis implicari.

Venicula, z, f. species uvæ, inter optime deiorescentes enumerata a *Plin. 1. 14. c. 2.*

Veniens entis, o. g. *ἔρχομαι*, partic. a venio. *Cic. ad Q. Fr. 1. 3. ep. 4.* Non enim sumus omnino sine cura venientis anni. id est consequentis. *Virg. 5. Æn. Grator & pulchro veniens in corpore virtus. id est crescens, ut ait Servius. Ovid. 6. Fast. v. 639.* Veniens ætas. h. e. posteritas.

Venilla, z, f. maris accessus, & incrementum, sicut *Salacia* est recessus & decrementum. V. *Salacia*. ¶ Est etiam hoc nomine Nympha, vel Dea maris, Fauni uxor, soror Amate Latini regis conjugis, & Turni mater. *Virg. 10. Æn. v. 76.* Indignum est, patria Turnum consistere terra, Cui Pileumnus avus, cui diva Venilia mater.

Venio, is, ni, ventum, n. 4. *venire, ἔλθω*, Ger. *kommen*, Gal. *venir*, His. *venir, ἔρχομαι, ἔλθω*, est ire locum illum versus, ubi aliquis existit, a *venire, eo, incedo*. Ullurpatur vel absolute, *Cic. 1. 2. Fam. ep. 11.* Ne hofpes plane veniam. *Id. 1. 4. ep. 10.* Cura igitur, ut quam primum venias. ¶ Vel cum acc. aut cum adv. motus ad locum. *Cic. 1. 3. Fam. ep. 5.* Tralles veni ad 6. Cal. Sextilis. *Id. Fam. ep. 5.* Qui valetudinis causa in hæc loca veniant. *Id. 1. 16. ep. 3.* Me quam primum ad urbem venire. *Id. ad spion. post epist. 1. 16. ad Att.* Nunquam putavi fore, ut supplex ad te venirem. ¶ Poetæ interdum in his præpositionem omittunt. *Virg. Ecl. 1. v. 66.* rapidum Cretæ venientem Oævum. *Id. 2. Æn. v. 642.* tumulum antiquæ Cereris, sedemque sacratam venimus. ¶ Vel cum abl. motus de loco. *Plaut. Amph. prol. v. 40.* Nunc hodie Amphitruo venit huc ab exercitu. *Cic. Att. 1. 5. ep. 12.* Sexto die Delum Athenis venimus. ¶ Vel cum dativo, qui resoluti potest in accusativum mediante præpositione in vel ad. *Virg. 1. Æn.* Hinc populum late regem, belloque superbum Venturum excidio Lybie. id est ad excidium vel in excidium. *Sic Liv. 1. 9. c. 43.* Auxilio venire alicui. ¶ Vel cum accus. *iram.* *Cic. 3. Phil.* Quis, qui nescierit, venisse em tot dierum tibi viam gratulatum est. ¶ Vel cum infinito. *Plaut. Bacch. 4. 3. 17.* Parastus modo venerat aurum petere. ¶ Interdum ponitur pro ire, quemadmodum eo pro venire. *Ter. Andr. 2. 5. 3.* Propiterea nunc hunc venientem sequor. *Cic. 1. 1. Fam. epist. ult.* Nam, illo si veneris, tanquam Ulyffes cognosces tuorum neminem. ¶ Translate sumitur pro afferri, deferri. *Cic. ad Brutum 1. 11. epist. 24.* Quod scribis, in Italia te moraturum, dum tibi litteræ meæ veniant. *Plin. 1. 35. c. 6.* Eius, quæ ex Africa venit, octoni affes. ¶ Item pro crescere, provenire *Virg. 1. Georg.* de arboribus, Namque aliz, nullis hominum cogentibus, ipzæ Sponte sua veniunt. *Idem ibid.* Hic segetes, illic veniunt felicius uvæ. ¶ Item pro accidere, venire, contingere. *Cic. 1. 16. Fam. ep. 21.* Emisse te prædium, vehementer gaudeo, feliciterque rem tibi istam venire cupio. Alii plerique leg. *evenire.* *Cels. 1. 7. c. 27.* Solet vero sub ejusmodi viclu venire, ut alvus non reddatur. ¶ Item pro ingredi, ad compositionem aptum esse. *Quintil. 1. 9. c. 4.* Horum pedum nullus non in orationem venit. ¶ Item pro devolvi, referri, pervenire. *Cic. 3. de nat. Deor.* Ad quem dolor veniat, ad eundem necesse est interitum venire. *Id. 3. Verr. c. 10.* Hæreditas mihi venit a patre. *Id. 1. Invent. c. 45.* Res mihi venit hæreditate. ¶ Item pro incidere & adduci. *Cic. Verr. 1.* Venire in discrimen existimationis. *Id. pro Quirino* Non in eam turpitudinem venisses, ut &c. *Id. 2. de Finib. c. 24.* Ne in odium veniam, si amicum desitero tueri. ¶ Item pro cadere. *Id. 2. de Orat. c. 87.* Venire sub aspectum. ¶ Item pro esse, adesse. *Tibull. 1. 1. eleg. 2.* cum flctu noctu vigilanda venit. h. e. vigilanda est. *Senec. Med. v. 686.* Quærens, quibus mortifera veniat. ¶ Denique infinitas prope admittit translationes, & significat secundum casum, qui ei adjungitur. Igitur ad arma venire, est rem eo usque progredi, ut pugna, vel bellum ex ea emergat. *Cic. 6. Verr.* Propter æ alienum venire ad arma. ¶ *In buccam venire*, proverbialiter est occurrere, in mentem venire. *Cic. Attic. 1. 1. epist. 10.* Si rem nullam habebis, quod in buccam venerit, scribito. ¶ *In cognitionem venire*, est cognosci. *Quintil. 1. 7. c. 3.* Potest hoc genus in cognitionem venire Senatus. ¶ *In consilium venire*, est notum, & manifestum esse. *Plin. epist. 85. 1. 10.* Ut necesse sit in ea re, quæ & in consilium venit, & exemplis defenditur, deliberare. ¶ *In consilium alicujus venire*, est una cum eo deliberare. *Cic. Attic. 1. 10. epist. 1.* Veniendum ne sit in consilium tyranni, si is aliqua de re bona deliberaturus sit. ¶ *In crimen venire*, est accusari. *Ter. Hec. 3. 1. 55.* Hæc in crimen venit, ego vero in magnum malum. ¶ *Venire in fidem alicujus*, est sese dedere. *Liv. 1. 26.* Proditæ brevi sunt viginti oppida, sex vi capta, voluntaria deditione in fidem venerunt ad quadraginta. ¶ *Ad manus venire*, est venire ad arma. *Cic. 7. Verr.* Nonnunquam etiam red ad manus, atque

nis, pro lepore, sive gratia dicendi, & Venere, *χαρμεναιος*. Cic. 1. de Or. c. 57. Dicendi vis egregia, summa festivitate, & venustate conjuncta, profuit. *Id. Ferr. cap. 54.* Affluens omni lepore, & venustate. ¶ Interdum etiam pro felicitate. *Ter. Eun. 5. 4. 8.* Quis me fortunatior, venustatque aduo plenior?

Venuſte, adv. *grazofamente, con garbo*, Germ. *lieblich*, Gall. *joliment*, Hisp. *indamante, χαρμεναιος*, cum venustate, lepore. *Cal. Cic. l. 8. Fam. ep. 4.* Qua in re mihi videtur illud per quem venuste cecidisse. *Quintil. l. 6. c. 3.* Omnia venustissime finxit. *Senec. l. 1. Controv. 1.* Hispanus hunc colorem venustus, supple adhibuit.

Venuſto, a, 2. i. ornare, Ger. *zieren*, Gal. *vendrejol*, Hisp. *hazer hermoso*, *αγαλλυα*, orno. *Nepus* apud Fulgent. *Planciad. c. 43.* Myrpolia affatum mihi unguentum largitus est, quo me venustare.

Venuſtulus, a, um, *grazofitto, υπεσπασος*, aliquantulum venustus. *Plaut. Afin. 3. 70.* Compellendo blanditer, Osculando, oratione vinnula, vinnula.

Venuſtus, a, um, *grazoso, galante, ψ*, Ger. *schon*, Gal. *jo ly*, Hisp. *lindo, εραφιδιτος, χαρμεναιος*, venustatem habens, pulcher, formosus, a *Venus*. *Ter. Andr. 1. 1. 93.* Est vultu, Sofia, adeo modesto, adeo venusto, ut nihil supra, *Suet. in Ner. cap. 52.* Sufflavo capillo, vultu pulchro magis, quam venusto. *Id. in Aug. c. 79.* Forma per omnes aetates venustissima fuit. *Cic. l. 15. Att. ep. 16.* Venusta loca. ¶ Translate usurpatur pro gratioso in quacunque re ad oculos spectante. *Cic. in Bruto c. 55.* Gestus, & motus corporis ita venustus, ut tamen ad forum, non ad scenam inflitutus videretur. ¶ Item pro decente, elegante, ornato in oratione. In ea venustus, & lepidus differunt. *Quintil. l. 6. c. 4.* Lepidus, & venustus ita inter se differunt, quod venustum vocamus, quod cum gratia quadam, & Venere dicitur, lepidum, quod rotunditate quadam, & brevitate, atque acumine verborum delectat. *Cic. in Bruto.* Unum sententiosum, & argutum, sententis non tam gravibus, & feveris, quam concinnis, & venustis. *Caecil. Carm. 3.* Lugete, o Veneres, Cupidineque, Et quantum est hominum venustiorum. *Plin. l. 3. ep. 9.* Pleuragum dolor etiam venustus facit. h. e. facetos. ¶ Venustus quoque fortunatum significat, ut invenustus non solum deformem, sed & infortunatum Græcis similiter *εραφιδιτος*, pro fortunato accipitur.

Vepallidus, a, um, valde pallidus. *Horat. lib. 1. sat. 2.* Vepallida lecto desiliat mulier. Alii leg. *vel pallidus.*

Vepēnis, is, m. parvum penem habens, h. e. pūſio, puer. *V. Pifannus.*

Veprecūlla, a, f. *αξιφιδιτος*, dim. a *vepres*. *Cic. pro Sext. c. 33.* Ut illa ex vepreculis extracta nitidula Rempublicam conaretur arrodere. ¶ Est & vetus adagium, apud Pomponium, Poetam antiquum, *Viperam est in veprecula*, de is, qui subito possunt afferre malum. *Voff. in Etymol. in voce Vepres.*

Vepres, is, m. *spina, ψ*, Germ. *dorn*, Gal. *epine*, Hisp. *espinas, αχιφιδιτος*, spina, rubus. *Probus* vult esse generis masculini, *Priferianus* feminini. *Cic. 5. Tufc. c. 23.* Septum undique, & velitum vepribus, & dumetis indagavi sepulcrum. *Virg. 8. Æn. Spari* torabant sanguine vepres. *Stat. l. 5. silv. 2. v. 44.* Tot veprum nemorumque moras. ¶ Per Synecdochen accipitur pro spinarum sepe, sepe, vepreto. *Ovid. 5. Metam. v. 628.* Aut leporis, qui vepre latens hostilia cernit Ora canum.

Vepreſta, a, f. idem ac vepretum. *Ufus est Varro lib. 1. de R. R. c. 29.* ut Scaliger putat. Similiter myrteta pro myrtetum dixit *Plautus in Vidularia*, ut *Prifcianus* docet, l. 4.

Vepreſtum, i, n. *prunajo, αχιφιδιτος*, locus vepribus plenus. *Colum. l. 4. cap. 32.* Fluminum ripis, & limitibus, ac vepretis commodius, quam medietis agris, deponitur.

Ver, eris, n. *primavera*, Ger. *der freuling*, Gal. *printemps*, Hisp. *verano, εαρ*, anni pars, quæ hyemem sequitur, ab Æolico *εαρ* pro *ver*, quod e *εαρ*. *Varro l. 4. de L. L.* Tempus secundum ver, quod tum videre incipiunt virgulta, ac vertere se tempus anni, nisi quod Jones dicitur *εαρ*. *Cic. 6. Ver. c. 10.* Cum autem ver esse coeperat, cujus initium iste non a Favonio, neque ab aliquo astro notabat, sed cum roſam viderat, tum incipere ver arbitrabatur. ¶ Dividitur autem ver, ut cæteræ anni partes, in tres portiones, in ver novum, sive primum, & adultum, & præcept. Nam cum verum tempus sit trimeſtre, primum mensis primo, sive novo veri assignatur, secundus adulto tribuitur, tertius præcipiti, sive cadenti. Ita docet *Servius* ad illud *Virg. l. Georg. Vere novo*, gelidus canis cum montibus humor Liquitur. *Plin. l. 10. c. 20.* Lusciniæ pariunt vere primo, cum plurimum fena ova. *Tacit. Ann. 13. c. 36.* Donec ver adoleſceret. ¶ Secundum Latinos agricolas veteres, veris initium erat VII. id. Febr. ut *Var. lib. 1. R. R. c. 28.* docet, & snis VII. id. Maji, quo die ætatis initium ponebant, ut in *Æſtas* dictum est. ¶ *Ver sacrum*, dicebantur res, quæ vere natæ, & Diis consecratæ essent, & *Ver sacrum facere*, erat vovere Diis, sive iis consecrare, quæcumque vere proximo nasceretur. *Paul. apud Feſt.* Ver sacrum vovendi mos fuit Italis. Magnis enim periculis adducti vovebant, quæcumque proximo vere nata essent apud se animalia, immolaturus. Sed cum crudele videretur pueros, ac puellas innocentes interficere, perductos in adultam ætatem velabant, atque ita extra fines suos exigebant. *Hæſtenus Paulus.* Hanc vero consuetudinem a Sabinis ortam tradunt. Nam Sabini cum adversus Umbrōs aliquoties infeliciter pugnaſſent, Marti votum fecerunt, si victoria potiri contingeret, se illi consecraturus, quicquid proximo vere apud ipsos nasceretur. Quare cum re bene gesta in patriam essent reversi, omnem pecoris proventum Marti immolarunt, liberos vero eo vere natos, quoniam crudele videbatur occidere, Marti ministerio consecraturus, posteaque adultos, velato capite, ad quærendas sibi novas terras, extra fines suos exegerunt. *Sifenna* apud *Non. c. 12. n. 18.* Quondam Sabini teruntur vovisse, si res communis melioribus locis conſtitisset, se ver sacrum facturos. *Liv. l. 34. c. 44.* Ver sacrum factum erat priore anno. *Es mox*: Ver sacrum videri pecus, quod natum esset inter Cal. Martias, & pridie Cal. Majas. *Id. l. 22. cap. 10.* docet veris sacri nomine contineri, quod ver attulerit ex suillo, ovillo, caprino, bovillo grege. *Justin. l. 24. c. 4.* Galli abundantius multitudinem, cum eos non capeant terræ, quæ genuerant, trecenta milia hominum ad sedes novas quærendas velut ver sacrum miserunt. ¶ Translate *ver atatis*, est adoleſcentia. *Cic. de senect. c. 19. & Ovid. l. Met.*

Veraciter, adv. *veracemense*, vere, cum veritate. *Prifcian. l. 15.* testatur, usurpatum a *Plauto*, sed neque locum, neque verba indicat. Usurpatur etiam a *Hieronymo*, & *Augustino*.

Veracūlus, i, m. præſtigator, divinus, circulator, qui vanis prædictionibus plebem allicit, dum vera se dicere de futuris rebus jactat. *Sueton. in Vitel. c. 14.* Nullis tamen offensor, quam veraculis, & mathematicis. Alii leg. *vernaculis*.

Veragrāni, m. 2. Veregrani, pop. Piceni, quorum opp. *Monte Fano*, inter Auximum urb. ad Bor. 5. M. P. & Trajanam opp. ad Auſtr. 7. Vel eorum oppidum fuit *Monte Granario*, caſtr. proximum. *Plin. l. 3. c. 13.*

Veragri, m. 2. pop. Gallæ Lugdunenſis, juxta Rhodanum fl. ubi nunc

Valeſia inf. fed tantisper a Caballico tractu in Or. diffiſi. Ab aliis Inocantur in Gallia Narb. apud Rhodanum, inter Allobroges ad Occ. & Sedunos ad Or. eisque tractus attribuitur pars Valeſiæ, *Pays de Gavois*, sed ab aliis *Cabalais*, opp. vero Octodorus, *Martenach*.

Verātrix, icis, f. *gaza*, a verbo *vero*, as, quod a *verus*. Ut a *victrum* est *victrix*, ab *ultrum* *ultrix*, sic a *veratum* *veratrix*. Extat apud *Apul. 9. Miles.* Scaliger tamen, in Cirin, mavult apud *Apulejum* legere *Veteratricem*.

Verātrum, tri, n. *elleboro*, Ger. *niefwuritz*, Gal. *veratre*, Hisp. *vedegambre, ελλιβροπος*, genus herbæ, alio nomine helleborum, vehementer habens vim purgandi, educendique humores noxios, principis animæ facultatum sedem infestans. Unde melancholicis, & furiosis dari solet, & comitiali morbo laborantibus. Duplex est, album, & nigrum, utrunque radice fibrata caparum modo. Habet, ut dixi, vim purgandi. Notum de Carneade, qui solitus veratro purgari, quoties illi negotium erat futurum cum Zenone Stoico. *Perf. Jar. 3.* Non hic est Ilias Acci, Ebria veratro. Iliadem Acci dicit veratro plenam, quasi eam non scripserit naturæ munere, quod felicius Poetæ erat, sed ad scriptionem ejus indigerit multa veratri potione. De veratro *Binius* scribit *l. 25. c. 5. & 11.*

Verax, cis, o. g. *verace*, *αληθης*, qui vera loqui solet. *Cic. 1. de Div. c. 19.* Multis seculis verax fuit id oraculum. *Id. ib. c. 29.* Tum ei vifa quietis occurrent tranquilla, atque veracia. *Id. ib. l. 2. c. 56.* Herodotum cur veraciorem dicam Ennio?

Verbalis, le, adject. in verbis consistens. *Fulgent. l. 1. Mysthol.* Mulierum verbalibus undis & caudicis cedant. ¶ A Grammaticis verbalia dicuntur voces, seu nomina, quæ a verbis descendunt. *Sofp. Chryſ. l. 2. cap. de nomine.* Sunt etiam, quæ ab his *ρηματις*, dicuntur, nos non absurde verbalia dicimus, ut a verbo lego lectio, & dico dictio &c.

Verbānus Lacus, *Lago maggiore*, lacus Infubriæ, & longitudinem ad 40. M. P. extensus, 5. aut 6. latus, a Lario 24. eo minor, licet *major* appelleretur pro comparationem cum lacubus circumstantibus. In eo insula est malis Medicis cōſta, apud Palantium. *Plin. l. 3. c. 19.*

Verbalcum, n. 2. *raffobarbasso, φλωμος*, genus herbæ. *Plin. l. 25. c. 10.* Verbalcum Græci phlomon vocant: Genera habet prima duo, album, in quo mas intelligitur, alterum nigrum, in quo fœmina. Tertium genus non nisi in sylvis invenitur, &c.

Verbena, a, f. *verbena*, Ger. *arfenkraut*, Gal. *vervaine*, Hisp. *verbena, εραφιδιτος*, omnis herba ex puro loco decerpata, item ramus, virga, frons omnis arborum sacrarum, ut lauri, olivæ, myrti. *Serv. ad illud 12. Æn.* Verbena tempora vincti: verbena, inquit, proprie est herba sacra, ros marinus, ut multi volunt, idest *λιθωμοις*, sumpta de loco sacro Capitolii, qua coronabantur Feciales, & Pater Patratus fœdera facturi, vel bella indicturi. Abusive tamen verbenas jam vocamus omnes frondes sacratas, ut est laurus, oliva, vel myrtus. *Terentius Andr. 4. 4. 5.* Ex ara fume hinc verbenas. Nam myrtum fuisse Menander testatur, de quo Terentius tranſiit. *Id. ad illud Ecl. 8. Verbenasque adole pingues*: Verbenæ, inquit, dicuntur virgulta, quæ semper virent, jucundi odoris. Alii verbenas virgulta religioni apta. Alii proprie olivarum ramos. Nam ideo & pingues ait, quamvis hoc & de palma, & de lauro dici possit. Alii rorem marinum dicunt. Omnia tamen hæc a viriditate verbenæ appellatur. *Hæſtenus Servius.* Ex posteriore hoc loco discimus, veteres ipsos Grammaticos maxime digladiatos esse super verbenæ voce. Id non alia de causa factum est, quam quod videntur, vocem eam ab antiquis tribus rebus diversis. Sed revera nullus inter nos est dissentus, quia late adeo vox hæc patet, ut ramos, virgas, frondesque omnes sacrarum arborum, ut lauri, olivæ, myrti, atque adeo herbas omnes ex puro loco decerpatis complectatur. Quare etiam de myrti frondibus usurpet *Terentius*, non dubitat tamen *Plinius* dicere, id esse sacri graminis genus. Ita enim ille *l. 22. c. 2.* Non aliunde sagmina in remediis publicis tuere, & in sacris, legationibusque verbenæ. Certe utroque nomine idem significatur, hoc est gramen ex arce cum sua terra evulsum: ac semper & legati, cum ad hostes, clarigatumque mitterentur, idest res raptas clare repetitum, unus utique verbenarius vocabatur. ¶ Ad etymon quod attinet, verbenam dictam est, quasi herbena. *Don. ad Andr. 1. 4. sc. 3.* Verbenæ, quasi herbene, redimicula sunt ararum. *Acro ad Hor. l. 4. od. 11.* Verbenæ sunt omnes herbæ frondesque festæ ad aras coronandas, dictæ quasi herbene. Nempè spiritus asper mutatur in v consonam, quomodo pro *Henetis Venetor*, & *από τὸ εαρις* vespertum dicimus. *Servius* verbenas a *viriditate* sic dici ait, ut supra vidimus. ¶ *Ufus* primarius verbenarum fuit in fœderibus percutiendis, & in legationibus, ut constat ex *Liv. l. 1. & Plin. c. 2. & l. 25. c. 9.* ¶ Præterea verbenis aras coronabant, ut liquet ex *Donato loc. cit.* ¶ Infuper Dcorum mensas verrebant, & domos purgabant, quod *Plin. l. 25. c. 9.* tradit. *Plaut. Truc.* Fer huc verbenam mihi, thus, & bellaria. *Cic. 6. Verr. c. 50.* Dies ille, quo ego Ennam cum venissem, præſto mihi Sacerdotes Cereis cum intulis, ac verbenis fuerunt. *Liv. l. 1. c. 24.* Fecialis erat M. Valerius: Is Patrem Patratum Sp. Fulvium fecit, verbenam caput, capilloſoque tangens.

Verbenāta, a, f. idem ac verbenam. *Turnebus* tamen putat rectum esse *verbenata*. *Plin. l. 25. c. 9.* Nulla tamen Romanæ nobilitatis plus habet, quam hierobotane. Aliqui peristereon, nostri verbenacum vocant. Hæc est, quam legatos terre ad hostes indicavimus. Hac Jovis mensa veritur, domus purgantur, luſtranturque. Genera ejus duo sunt, foliosa, quam fœminam putant, mas rarioribus foliis. Ramuli utriusque plures, tenues, cubitales, anguloſi. Folia minora, quam quercus, angustioraque, divifuris majoribus, flos glaucus, radix longa, tenuis. Nasctur ubique in planis aquosis, &c. *Hæc Plin.*

Verbenarius, ii, m. qui verbenam fert. *Plin. l. 22. c. 2.* Legati cum ad hostes, clarigatumque mitterentur, idest res raptas clare repetitum, unus utique verbenarius vocabatur.

Verbenātus, a, um, verbenam coronatus. *Suet. in Calig. c. 27.* Alterum, qui se periturum ea de causa voverat, conculantem pueris tradidit verbenatum, infultatumque.

Verber, eris, n. *bastone, verga, bacchetta, ψ*, Ger. *ſtech*, Gal. *foves*, Hisp. *vara, ηρατις, αρατομα*, instrumentum verberandi, qualis est virga, fultis, flagellum, ferula, & si quid est simile. item ipse verberum ictus. *Ovid. Metam. 14. v. 820.* ictu verberis increpuit. *Ter. Andr. 1. 2. 27.* Verberibus caſum te in pistrinum. *Dave*, dedam usque ad necem. *Virg. 3. Georg. v. 106.* Illi intant verbere torto. *Cic. 3. de Leg. c. 3.* Coercere aliquem verberibus. ¶ *Verbera fundæ* sunt funiculi, quibus fundæ torquetur. *Virg. l. Georg. v. 309.* Stuppa torquentem Balaeris verbera fundæ. *Sil. l. 1. v. 314.* Hic crebram fundit Balaeri verbere glandem. ¶ Sæpe translate usurpatur. *Lucr. l. 1. v. 955.* Verbera ventorum. h. e. impetus. *Horat. l. 3. ode 12.* Aut examinari metuentes patruz verbera linguæ. idest objurgationes. ¶ Reperitur etiam pro verbo. *Prifcianus in Periegeſi*: Piſittacus hic viridis, decoratus torque rubenti Nasctur, humanæ simulat qui verbera linguæ.

Verberabilis, & le, o. 3. *degno di sferzate, μαστηριος*, verberibus dignus. *Plaut.*

Plaut. Aul. 4. 4. 6. Verberatissime, etiam rogatus, non fur, sed trifur? Verberatio, onis, f. *sferzata*, μαστρογυρισ, *ισβδία*, actus verberandi. Translate *Q. Cic. Trion. 1. 16. Fam. ep. ult.* Mirificam mihi verberationem cestationis epistola dedidit. h. e. reprehensionem.

Verberator, oris, m. qui verberat. *Prudent. in pass. Cassiani, v. 38.* Donetur ipsis verberator parvulis.

Verberatus, us, m. idem ac verberatio. *Plin. l. 31. c. 3.* Si etiam expressa in altum, aut e sublimi dejecta, verberatu corripit aera.

Verberatus, a, um, adject. *battuto*, *ictus*. *Horat. l. 3. od. 1.* Vineæ verberatae grandine. *Tacit. in Agr. c. 41.* Verberata aures fermonibus.

Verberatus, a, um, *degno di bastonate*, *μροστυμιας*, verberibus dignus. *Plaut. Pseud. 4. 1. 7.* Sed eum video verberem statum. *Id. Pers. 2. 2. 2.* Ain' vero verberem caput? Adde *Captiv. 5. 1. 31.*

Verberatus, as, a. 1. *μροστυμιας*, saepe verbero. *Plaut. apud Fest.* Verberitare idem Cato frequentative ab eo, quod est verbero, dixit.

Verbero, onis, m. *uomo da bastone*, *μροστυμιας*, verbere dignus. *Plaut. Amph. 1. 1. 128.* Ain' vero verbero? *Id. Pseud. 4. 7. 63.* Ædepol hominem verberonem!

Verbero, as, a. 1. *battere*, *sferzare*, *כדד*, Ger. *schlagen*, Gall. *battre*, Hisp. *acotar*, *μροστυμιας*, *τύπτω*, verbere cædo, pulso, petcutio, ferio. Videtur esse discrimen aliquid (quamquam non perpetuum) inter verbero, & pulso. nam ut ait *Officius l. 5. Dig. de injur. verberare* est cum dolore cædere, *pulsare* sine dolore. Alii ita distinguunt, ut *verberare* proprium sit virgarum, & flagrorum, *pulsare* autem generalius sit, & ad quodvis ictus genus significandum pertineat. *Cic. 7. Verr. c. 54.* Sex licetores valentissimi, & ad pulsandos verberandosque homines exercitativissimi. *Id. Verr. 5. e. 26.* Videtis pendere alios ex arbore, pulsari autem alios, & verberari. *Id. 7. Verr. c. 43.* Quæ cum apud te diceret, virgisi oculi verberabantur. ¶ Accipitur etiam pro petcutere quacunque ratione. *Cic. 8. Phil. Ante Consules*, oculofoque Legatorum tormentis Mutinam verberavit. *Virg. 3. Æn. v. 423.* fluctus sidera verberat unda. *Id. 11. Æn. v. 756.* Aquila æthera verberat alis. *Plaut. Trucul. 4. 3. 3.* Mihi vox aures verberat. *Plin. l. 14. c. 21.* Verberari Sole, Luna, imbre, ventis. ¶ Translate etiam de verbis dicitur pro oburgare, conviciari, lacessere. *Plaut. Truc. 1. 2. 17.* Me illis quidem hæc verberat verbis. *Cic. in Pison. c. 26.* Os tuum terreum Senatus convicio verberari noluit. ¶ *Verberare lapidem* proverbium. *Plaut. Cur. 1. 3. 41.* Noli, amabo, verberare lapidem, ne perdas manum.

Verberificatio, onis, f. *discorso*, *parlare*, sermo de re aliqua. *Cæcilius apud Donat. in Terent. Eun.* Qui tibi de meo amore verberificatio est patri?

Verbigæna, æ, m. *Prudentius Cathem. 3. v. 2.* hoc nomine vocat Christum, quia ex Virgine Maria sine virili semine, folaque divini Verbi potentia Verbum caro factum est.

Verbigero, as, n. 1. *scienciare*, *cicalare*, *διδάσκω*, verba facio. *Apul. in Apol.* Quandiū, & quoties inter nos verbigeratum sit.

Verbilivus, æ, adject. *leggero nel parlare*, qui levis, & inconstans in loquendo est. *Propert. lib. 2. eleg. 4. v. 28.* Cinthia formipotens, Cinthia verbilevis. Alii aliter leg.

Verbofæ, adv. *con molte parole*, *πολυλόγως*, multis verbis. *Cic. pro Mur. c. 12.* Satis verbofæ: Sed quid postea? *Id. l. 7. Fam. 3.* Hæc ad te scripsi verbofius.

Verbofitas, atis, f. verborum affluentia. *Firmic. l. 6. c. 11.* Therites fuit debilis, ridiculus, & garrula verbofitate semper impatiens. *Prudent. in Rom. v. 551.* Verbofittatis ipse rumpatur locus. Adde *Symmach. lib. 8. ep. 48.*

Verbofius, a, um, *pieno di parole*, *πολυλόγως*, *πολυμυθός*, qui verbis abundat, multiloquus, garrulus, locutulejus. *Cic. pro Mur. c. 14.* Prælis promulgatis tollitur e medio non solum ista vitia verbofita simulatio prudentie, sed etiam ipsa illa domina rerum sapientia. *Id. l. 7. Fam. ep. 3.* Habes epistola verbofiosiora fortasse, quam velles. *Quintil. l. 2. c. 4.* Ut quidam sententiarum gratia verbofiosissimos locos arceffunt.

Verbum, bi, n. *parola*, *כדד*, Germ. *wort*, Gal. *mot*, *parolef*, Hisp. *palabra*, *λέξις*, dictio, vox, vocabulum. Quanquam enim anguste fere accipitur, ut nonini opponatur, tæpe natura sua latius patet, ut & nomen, & pronomen, & cæteras orationis partes complectatur. Imo de ipsa oratione usurpatur. *Ter. Eun. 1. 2. 8.* De exclusione verbum nullum. *Cic. 2. de Or. c. 30.* Neque enim quoties verbum aliquid est scribendum nobis, toties ejus verbi literæ sunt cogitatione conquiritæ. *Horat. l. 1. ep. 1. v. 34.* Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem possis. *V. Vox.* ¶ *Publica verba* dicuntur, quæ in communi sunt consuetudine, & usu. *Cic. l. Acad. Dialecticorum* vero verba nulla sunt publica, suis utuntur. *Ovid. 3. de Arte.* Munda, sed e medio, consuetaque verba puellæ Scribite, sermonis publica verba placent. ¶ Verba Prætoris, quibus ejus jurisdictio continebatur, tria erant, *Do, Dico, Adicio.* *Ovid. 1. Fast. v. 47.* Ille nefarius erit, per quem tria verba silentur. *Est infra: v. 52.* Verbaque honoratus libera Prætor habet. ¶ Aliquando speciatim ponitur pro una ex octo partibus orationis, in qua omnis vis orationis est, *verbo*, *ῥήμας*. In hæc acceptioe verbum est pars orationis declinabilis, quæ modos, & tempora habet, ut *Amo, amabam, amarem*, &c. *Cic. 3. de Or. cap. 49.* Consuetudo modo illa fit scribendi, atque dicendi, ut sententiæ verbis finiantur, eorumque verborum junctio nascatur a proceris numeris, ac liberis. *Quintil. l. 9. c. 4.* Verbo sensum claudere, si compositio patitur, optimum est. ¶ Nec singulas tantum dictiones verbi nomine Latini appellant, verum etiam contextam, & solidam orationem, ut diximus. *Ter. Hec.* Verbis dici non potest Tantum, quam re ipsa navigare incommodum est. *Id. Andr. 1. 5. 6.* Miseram me! quod verbum audio? ¶ Hinc usurpatum reperitur pro sententia, sive enuntiatione. *Ter. Eun. 1. 2. 95.* Utinam istuc verbum ex animo, ac vere diceret. ¶ Item pro sententia aliqua insigni, quæ Græcis *ἀξιωμα* dicitur. *Ter. Adelph. 5. 8. 29.* Postremo illud non meum verbum facio, quod Mitio bene, & sapienter dixit. ¶ Item pro proverbio, sive aliquo vulgari dicto. *Ter. Adelph. 5. 3. 17.* Nam vetus verbum hoc quidem est, communia esse amicorum inter se omnia. Adde *Plaut. Trucul. 4. 3. 2.* & *5. v. 30.* ¶ Interdum verbum accipitur, ut rei oppositum, idest pro vocabulo inani. *Cic. l. de Or. c. 12.* Quid est enim tam furiosum, quam verborum vel optimorum, atque ornatissimorum sonitus inanis nulla subjecta sententia, nec scientia? *Id. in Pison. c. 27.* Dolor enim est malum, ut disputas, exilimatio, dedecus, intamia verba sunt, atque ineptiæ. ¶ Interdum ut tacto opponitur, sive pro inani promissione. Hinc *verba dare* est decipere, circumvenire. *Ter. Andr. 1. 3.* Cui verba dare difficile est. *Cic. Att. l. 15. ep. 16.* Vel verba mihi dari facile patior in hoc, meque liberentur pisebo credulum. *Id. 3. Phil.* Scilicet verba dedimus, decerpimus. ¶ Interdum ut scripto opponitur, pro viva voce. *Cic. l. 7. Fam.* Plura illi mandata verbo, quam scripto, dedi. *più in voce, che in iscritto.* ¶ Interdum quoque ut rei, & veritatis opponitur. *Nepos in Phocion. c. 3.* Causam apud Philippum regem verbo, re ipsa apud Polypercontem dicere justus est, *in apparenza a vanti a Filippo, in realtà Gr. Cic. Ver. 3. cap. 58.* Cum hoc verbo &

simulatione Apronio, etiam tibi obiectum esset. ¶ *Verbi causa*, & *verbi gratia* idem est ac exempli causa, *per ragion d' esempio*, *verbi gratia*. *Cic. de Fato c. 6.* Si quis, verbi causa, oriente Canticula natus est, is in mari non morietur. *Id. 5. Fin. c. 11.* Verbi gratia, propter voluptatem nos amemus. ¶ *Uno verbo* est paucis verbis, *in una parola*, *per dir breve*. *Cato R. R. c. 157.* ¶ *Bona verba quæso*, formula est, qua aliquem iratum placare studemus. *Terens. Andr. 1. 2. 33.* Ubivis facilis passus sim, quam in hac re me deludier. Da bona verba quæso, *di grazia non v'adirate, piano di grazia, colle buone.* ¶ *Verbum*, & *Verba facere*, est loqui, disserere, orationem habere. *Cic. in Bruto c. 78.* Qui nunquam verbum in publico fecerunt. *Id. Verr. 6. c. 66.* In senatu verba facere. *Id. Att. l. 16. ep. 16.* Verba facere pro aliquo. ¶ *Verba facere mortuo*, est ei velle aliquid persuadere, qui aut non audiat, aut nolit audire, sive operam ludere. *Ter. Phorm. 5. 8. 26.* Verba sunt mortuo. ¶ *Verba habere*, idem ac verba facere. *Cic. in Somn. Scip.* Multis verbis ultro, citroque habitis, ille nobis consumptus est dies. ¶ *Verbum de verbo exprimere*, est ad verbum transterre. *Ter. in prol. Adelph.* Verbum de verbo expressum extulit. ¶ *Verbum verbo reddere*, seu pro verbo reddere, idem est, ac verbum de verbo exprimere. *Hor. in Arte:* Nec verbum verbo curabis reddere fidus Interpres. *Cic. de opt. gen. Or. c. 5.* In quibus non verbum pro verbo habui necesse reddere, sed genus omnium verborum, vimque servavi. ¶ *Totidem verbis transferre*, idem *Cic. Att. l. 6. ep. 2.* Itaque istum ego locum totidem verbis a Diczarcho transfuli. Eodem fere dicimus *ad verbum edificare*, *exprimere*, &c. *Id. l. Fin. c. 2. & l. de Or. c. 34.* ¶ *Meis verbis*, est meo nomine, *da mia parte*. *Plaut. Bacch. 4. 7. 79.* Scribe salutarum tuo patri verbis meis. *Cic. Att. l. 16. ep. 11.* Atticæ, quoniam hilatura est, meis verbis suavius des.

Vercellæ, f. 1. *Vercelli*, urbs Lybcorum, in Pedemontio, ad Sessitem fl. in confinio Insuorum, & Salaffiorum, cum arce valida. *Plin. l. 3. cap. 17.*

Vercellenfis, se, adject. ad Vercellas pertinens, ut Vercellenfis ager, *Plin. l. 23. c. 7.*

Verculum, i, n. diminutiv. quasi parvum ver, adhibetur in blanditiis. *Plaut. Casin. 4. 4. 15.* Meum corculum, melliculum verculum.

Vere, adv. *veramente*, *con verità*, *ἀληθῶς*, sincere, non false. *Ter. Heaut. 1. 1. 102.* Hoc ibi fit, ubi non vere vivitur. *Cic. Off. 3. c. 3.* Honestum, quod proprie, vereque dicitur, id sapientibus est folis. *Id. Att. l. 5. ep. 21.* Non *υπερβολικῶς*, sed verissime loquitur. *Id. pro Mil. c. 29.* Ne libentius hæc in illum vomere videat, quam verius. ¶ Est etiam, bene, recte, iuste. *Nepos in Themist. c. 1.* De infantibus verissime judicabat, & de tuturis callidissime conciciebat. *Liv. l. 35. c. 8.* Cum verius esset imperium habenti tradi exercitum, quam legato.

Verecundans, antis, o. g. partic. a verecundor. *Cic. 3. de Or. c. 9.* Alterum cunctantem, & quasi verecundantem incitabat.

Verecunde, adv. *vergognosamente*, *con verecondia*, Ger. *schamhaftig*, *klich*, Gal. *avec honte*, Hisp. *con verguena*, *αἰσχύνως*, cum verecundia. *Cic. 5. Fin.* Tum ille timide, vel potius verecunde, Facio, inquit, equidem. *Id. 2. Fin.* Cyrenaici quidem non reculant, vestri hæc verecundius, illi fortasse constantius.

Verecundia, æ, f. *verecondia*, *vergogna*, *כושר*, Germ. *scham*, Gal. *honte*, Hisp. *vergüencia*, *αἰδώς*, *αἰσχύνη*, modestia contraria arrogantia, metus iustæ reprehensionis. Differunt verecundia, & timor. Nam veretur liber, metu it servus, ut scribit *Donatus Andr. a. 3. fe. 2.* Seu, quod idem est, verecundia ingenuitatis cuiusdam est, & modestiæ, unde & in laude ponitur, timor vero est animi sibi male conscii ob scelus aliquod perpetratum. *Cic. in Paritr. c. 23.* Custos vero virtutum omnium, & dedecus tujens, laudemque maxime consequens, verecundia est. *Liv. l. 1.* In eam verecundiam adducti sunt, ut civitatem totam in cultum verum Deorum violari, ducerent nefas. ¶ Interdum fumitur pro modestia, seu moderatione. *Plin. l. 2. ep. 7.* Causas summa fide, pari constantia, nec verecundia minore defendit. ¶ Item pro naturali rubore sanguinis in vultu suffusi. *Sueton. in Domit. c. 18.* Commendari se verecundia oris adeo sentiebat, ut &c.

Verecunditer, adv. idem quod verecunde. *Pompon. apud Non. c. 11. n. 59.*

Verecundor, aris, d. 1. *vergognarsi*, *כושר*, Germ. *sich schamen*, Gal. *avoir honte*, Hisp. *tener vergüencia*, *αἰσχύνεσθαι*, verecundia teneor, *Plaut. Trin. 2. 4. 77.* Verecundor neminem apud mensam decet. *Cic. in Hort. apud Non. c. 7. n. 101.* Hi nostri amici verecundantur capti splendore virtutis.

Verecundus, a, um, *vergognoso*, *rispettoso*, *modesto*, *כושר*, Germ. *schamhaftig*, Gal. *honteux*, Hisp. *vergüencoso*, *αἰδύμω*, qui verecundia tenetur, qui pudens est, a *vercor*. *Plaut. Asin. 5. 1. 6.* Decet verecundum esse adolescentem. *Cic. 1. de Leg.* Innocentes ergo, & verecundi sunt, ut bene audiunt. ¶ Translate fumitur pro parco, moderato. *Cic. in Orat.* Nec in faciendis verbis erit auidax, & in transferendis verecundus, & parcus. *Id. l. 16. Fam. ep. 17.* Verecunda translatio. *Id. Phil. 12. c. 5.* Verecundiorum esse in postulando. *Vellei. l. 2. c. 33.* De Pompejo: In gerendis honoribus verecundissimus. *Quintil. l. 10. c. 1.* Verba verecunda. ¶ Verecundus color est rubor, quo facies suffunditur, cum verecundamur. *Horat. epod. 17.* Fugit juvenutus, & verecundus color.

Verecarius, ii, m. *carriero*, *postiglione*, nuntius publicus, qui equis certo loco postis maxima quam celerrime itinera conficit, quem Itali, Celtæ, Belgæ Hispani *postam* appellant, a *veredes*. Gl. vet. *Veredarii* dicuntur a vehendo, quia festinanter in equis currunt, nec descendunt de equis, antequam sua responsa liberent. Habent pennas in capite, unde intelligitur festinatio itineris, daturque eis semper equus paratus. Non manducant, nisi super equis, quando proficiuntur. Ubi notandus ritus antiquus, quo nuntios ait pennas gestavisse, in quo illi imitati Mercurium Deorum nuntium. Hujusmodi nuntios *παραφύπυς* quoque appellat Plutarchus in vita Othonis. *Sidon. Apollin. l. 5. ep. 7.* Hi sunt, qui invident tunicis otia, stipendia paludatis, viciacia veredarius, mercatoribus nundinas. *Jul. Firmic. Mathes. l. 3.* Regum nuntios, veredariofo reddent. Hinc jocus *Paulini* initio *ep. 9. (al. 18.) ad Sever.* Vector epistolularum nostrarum veredarius pedes, aut bipes veredes.

Vereðus, i, m. *cavallo da posta*, *πρωτο παχυρροπος*, equus cursus publici. Equus iste olim vehicularis fuit: unde & veredo nomen. Nam constatum est ex Latino *veho*, & Gallico *veda*, sive rheda: quomodo & *verhedus* cum spiritu scribitur in *Pand. Flor. l. ult. ff. de mun.* Ethymon hoc veredi affert *Festus*. *Veredes*, *inquit*, antiqui dixerunt, quod verherent rhedas, idest ducerent. Quæ quidem *Festus* sententia etiam ex eo vera offenditur, quod antiquis curforibus cursus publicus erat vehicularis, ut constat ex *Sueton. in Augusto, c. 49. V. Vehicularis*. Hinc patet eorum error, qui putarunt, veredum fuisse equum sine vehiculo, eoque veredum non quasi *veheredum*, sed quasi *vehedum* dictum videri. Nempe in errore hunc eos duxit, quod postiorore ævo etiam equis singulis ad publicum cursum uti tolerent: quæ

res fecit, ut his etiam veredorum nomen sit tributum. *Auson. ep. 11.* Ut celerem manum, vel ruptum terga veredum Conscendas, prope dummodo iam venias. *Id. ep. 17.* Sed cunior, aut pigrum cautos conscende veredum: Non tibi sit rhex, non anor: acris equi. ¶ Per Catachresin usurpatur de quocunque equo cursus velocissimi, quilibet antiqui utebantur in venatione. *Martial. l. 12. ep. 14. ad Priscum venatorum:* Parcus utaris, moneo, rapiente veredo, Prisce, nec in lepores tam violentus eas. Szpe satisfacit prædæ venator, & accri Decidit excelsus, nec rediturus equo. *Id. l. 14. ep. 86.* Stragula fuscincti venator fume veredi.

Verenda, o. um, n. pl. *partii vergognose, τὴ ἀιδολα*, corporis partes pudende, quæ sine verecunda nominari, aut ostendi non possunt. *Plin. l. 3. ep. 14.* Et ventrem, atque etiam, sædum dictu, verenda contundit.

Verendus, a, um, *verendo, ἀδίστημος, ἀλαδίστημος*, partic. a vereor. *Ovid. 4. Met.* Majestatemque verendam imposuit. *Id. l. 3. de Ponto cl. 1.* Curia cum Patribus fuerit stipata verendis.

Verens, entis, o. g. timens; partic. a vereor. *Cic. de Sen.* Vos tamen Deo verentis, qui hanc omnem pulchritudinem tuentur, & regunt, memo iam nostri pie, inviolateque servabitis. *Id. l. 9. Fam. ep. 16.* Qui te ad scribendum incitavit, verentem, ne Silius tuo nuntio aliquid mihi sollicitudinis attulisset. *Col. l. 6. c. 2.* Sed non inertes hujus pecudis mores, qui sunt verentes plagatum, & acclamationis.

Verenter, adv. cum reverentia, & respectu. *Sedul. in proaemio operis.* sanctoque verenter stare choro.

Verēor, eris, itus sum, *l. 2. avere riverenza, rispettare, temere, Νῆγ, Ger. forchten, Gal. craindre, Hisp. temer, ἀλαδίστημος, ἀδίστημος*, est cum observantia quadam, & ingenio pudore meture. D. ferunt vereri, & temere. Est enim vereri proprie liberorum, qui honestatis gratia moventur, temere autem fervorum, qui formidine poenæ aliquid aut faciunt, aut omittunt, ut docet Donatus ad *Terent. Andr. 3. 2. 16.* Hinc *Cic. de Sen. l. c. 11.* Metuebant eum servi, verebantur liberi. *Id. in Phil. 12. c. ult.* Quid? veteranos non veremur; nam timeri se ne ipsi quidem volunt. Conjungit hæc duo *Plaut. in prol. Amph. v. 22.* Quippe qui intellexerat Vereri vos se, & meture, ita, ut æquum est, Jovem. Nempē vereri ut patrem, meture, ut maximum & potentissimum. Item *Livius. l. 39.* Veremur quidem vos, Romani, & si ita cultus, etiam timemus. Sed plus veremur, & timemus Deos immortales. Tamen hæc differentia non ubique observatur, sed verēor frequentissime idem plane est, quod timeo, nec solum de hominibus, sed etiam de rebus usurpatur. Construitur autem cum accusativo. *Cic. ad Q. Fr. lib. 1. ep. 3.* Quem meus Cicero & amat ut fratrem, & iam ut majorem fratrem verebatur. *Id. in Or. c. 1.* Veretur reprehensionem doctorum, atque prudentium. *Id. Att. l. 14. ep. 4.* Vereor Gallica bella. ¶ Vel cum dativo personæ, cui timemus. *Cic. 4. Acad. c. 45.* Vos autem mihi veremini, ne labor ad opinionem. ¶ Vel cum abl. personæ, a qua timemus, cum præp. a, vel ab. *Ter. Andr. 3. 4.* Quo didum non nihil veritus sum, Dave, abs te, ne faceres idem, &c. *Aut. ad Her. l. 2. c. 19.* Ergo & metus periculi hortabatur eum interimere, a quo supplicium verebatur. ¶ Vel cum abl. & præp. de. *Cic. de Sen. de Caribagine:* De qua non ante vereri desinam, quam illam excisam esse cognovero. ¶ R. peritur & cum genitivo. *Afran. apud Non. c. 9. n. 3.* Optandum uxorem quæ non vereatur viri. *Ter. Phorm. 5. n. 78.* Neque hujus sit veritus tæminæ primariæ. ¶ Item cum infinitivo. *Cic. l. 6. Fam. ep. 6.* Veritus sum deesse Pompeji salutis, cum ille aliquando non delitesceret meæ. *Terent. Andr. 2. 1. 23.* Vereor dicere. ¶ Et impersonaliter. *Cic. l. 2. de Fin. c. 13.* Quos non est veritum in voluptate summum bonum ponere. ¶ Et absolute pro verecundiam habere. *Plaut. Bacch. 1. 2. 50.* Hic vereri perdidit, ha perduto il roffore. ¶ Passive *Afran. apud Gell. l. 13. c. 13.* Ubi malunt metui, quam vereri se ab suis. ¶ Præterea construitur cum subjunctivo, & conjunctione ut, in iis, quæ fieri volumus, vel ne, in iis, quæ nolumus. *Cic. Fam. l. 12. ep. 19.* Non enim dubitabam, quin eas libenter lecturus es, verebar, ut redderentur. *Id. l. de Or. c. 55.* Veritus es, nisi istam artem oratione exaggerasset, ne operam perdidisses. ¶ Interdum tamen ne reperitur in iis, quæ optabilia sunt, pro ut. *Cic. l. 6. Fam. ep. 1.* Cujus tanti mali, quamvis docti viri multa dicant, tamen vereor, ne consolatio ulla possit vera reperiri præter illam, &c. *Id. pro Marc. c. 4.* Vereor, ne hoc, quod dicam, perinde intelligi auditu possit, atque ego ipse cogitans sentio. Ita est in Aldina: Sed aliæ pleræque editiones habent ut. ¶ Vel cum duabus negativis particulis ne non, quæ idem valent, quod ut. *Cic. Fam. lib. 14. ep. 5.* Quibus literis intellexi te vereri, ne superiores mihi reddite non essent. ¶ Vel cum tribus negationibus pro certum esse, omni metu liberum esse. *Cic. 6. Ferr. cap. 38.* Non vereor, ne hoc officium meum P. Servilio non probem. ¶ Accipitur etiam pro dubit. e. *Ter. Andr. 1. 4.* Sed quidnam Pamphilum Exanimatum video? vereor, quid fiet. *Cic. Att. lib. 7. ep. 7.* Et quod scribis in urbem intruisse, vereor, quid sit. ¶ In hac acceptione usurpatur cum adverb. num, quorūvis, quovis, & similibus. *Ter. Andr. 1. 2.* Verebar, quorūvis evaderet. *Cic. in Fam. 8. ep. 10.* Vereor, quomodo hoc homines accipiant. ¶ *aus l. 1. postior, ff. qui postior in pigra. hab. Sed* vereor, num hic alud sit dicendum.

Veretilla, æ, f. parvum veretrum. Item genus pitcis. *Apul. Apolog.* Duo hæc marina, veretillam, & virginal, &c. Sermo est de piscibus idem nomen habentibus, quod in homine partes, quibus sexus discernitur. Alii leg. *veretillum*, ut sit neutrius generis.

Veretillopōtæ, f. i. pocula veretri figura, quæ etiam appellatur drillopotæ, phallopotæ, phallovitroboli, seu phalloveretroboli. Vetus Scholasticus in *Juven. sat. 2* ad illa verba: Vitreo bibit ille Priapo: In vitreum, inquit, penem, quos appellant veretillopotæ. Ita legendum Cafabonus censet, ubi vulgo drillopotæ: quanquam nec phallopotæ improbat. Sed *Vasius* vulgatam lectionem retinendam putat. Nam *δριλλοτ* est Priapus, sive veretrum.

Veretrastinus, m. 2. cuius inguen est ut veretrum asinorum, a veretrum, & asinus. Extat hæc vox apud *Capitolinum, in Marco*, si recta est correctio *Isaaci Cafaboni*, ubi vulgo *veretrastinus*. Inde *dyot, & aselli* impuri istiusmodi homines apud Juvenalem, & alios vocantur.

Veretricūm, i, n. parvum veretrum. *Peiron. in Satyr.*

Veretrum, i, n. membro virile, כְּבוֹשִׁים, Germ. *das mennlich glied*, Gal. *le membre*, Hisp. *miembro viril*, *πίος, ἀνδρῶν*, membrum virile, penis, mentula, a verēor, h. e. a supino veritum. Nempē penem ea ratione veretrum dixere, qua & verenda nominamus. *Suet. in Tib. c. 62.* Excogitaverat autem inter genera cruciatu etiam, ut larga meri portatione per fallaciam oneratos repente veretris deligatis, ficitulatum simul, urinzque tormento distenderet. ¶ In Gloffis veretrum generaliter exponitur τὸ ἀδίστηρον, pudendum. Hinc *Cal. Aurelian. Tard. 5. c. 8.* veretrum muliebri dixit pro cunno.

Veretrum, n. 2. opp. exc. Salentinorum, apud Japygium prom. cuius locus adhuc *S. Maria di Pereto* nominatur, ab Uxento, & Leuc. *4. M. P.* Diverfum est ab Ureto, quod aliis est *Ujano*, aliis *Oria*.

Vergæ, f. postea Vergianum. *Roziano*, opp. inedit. Brutiorum, in Cala-

bria cit. apud Isaurum fl. inter Eabiam, & Besidianum, a Baibia ro. M. P. a Malvito, & Torano 4. Vergellus, m. 2. Gellus, *Fiume di Canne*, fl. Apulizæ, qui fluit apud Cannas, & in Ausidum labitur. Hunc Hannibal ponte ex Romanorum interfectorum cadaveribus trajecit.

Vergens, entis, o. g. *che piega verso qualche cosa, σμυρτίζω*, inclinatus. *Cic. 2. de nar. Deor.* Ut omnibus ejus partibus in medium vergentibus (id autem medium, infimum in sphaera est) nihil interruptum. *Suet. in Orbone, c. 7.* Vergente jam die ingressus Senatum, verso la fora. *Lucan. l. 2.* Illyris Jonias vergens Epidaurus in undas. *Id. l. 1. v. 130.* Anni vergentes in senium. *Tacit. Ann. 13. c. 19.* Vergens annis tæmina, d' età avanzata. *Id. Ann. 4. c. 41.* Vergente jam senecta. età decrepita.

Vergilizæ, V. Virgilizæ.

Vergivium mare, Vergivium, mare Hibernicum, Britannis antiquis *Mor Poveridh*, Hibernis *Ferisfi*, Anglis *The Irish sea*, Gallis *la mer d' Irlande*, Italis *Mare Ibernico*: mare inter Albionem, & Hiberniam interjectum, quod Hiberniam, Walliam, & partem Anglizæ Occidentalis interluit. A quibusdam extenditur ad Bolerium prom.

Vergo, is, sine præter. & sup. n. 3. *volgere, piegare, נָסַב*, Germ. *sich neigen*, Gal. *tourner, pincher*, Hisp. *inclinat, fero, inclinar, τωρτίζω*, propendo, inclino, & declino, & specio. Caret præterito, & supino, ut diximus. Nonnulli tamen ei attribunt *verfi, versum, Diomedes verxi, verxum*, sed exempla nemō affert. Usurpatur cum accus. & præp. in, vel ad, vel cum adv. motus ad locum. *Cæs. l. 1. B. G.* Vergit ad Septentriones. *Id. l. 1. B. C. c. 45.* Ab oppido declivi fastigio vergebat in longitudinem passuum circiter quadringentorum. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 1.* Id nunc honeste vergit in tectum interiores porticus. *Id. 11. Phil. N. 8.* Bruti auxilium ad Italiam vergere, quam ad Asiam, maluissent. *Liv. l. 37.* Duos in utranque partem verfos portus tutissimos habet, qui in Meridie vergunt. ¶ Ex his & aliis similibus exemplis videtur hoc verbum inter neutra collocandum; sed revera activum est, & cum dicimus *regio vergit ad Septentrionem*, facile subauditur accusativus se: præterea passivè etiam usurpatur. *Lucan. l. 1.* Et polus adversi calidus qua vergitur Austri. *Lucret. lib. 2. v. 212.* In terras igitur Solis quoque vergitur ardor. ¶ In sacris etiam est aliquis hujus verbi usus: ponitur enim pro fundere, infundere, spargere. *Servius* ad illud *Virg. 6. Æn. frontique invergit vina sacerdos*, Fundere, inquit, est supina manu libare, quod fit in sacris supernis: vergere autem est conversa in sinistram partem manu ita fundere, ut patera convertatur, quod in internis sacris fit. Hæc *Serv.* Hinc *Sat. 6. Theb. v. 211.* Spumantesque mero patæz verguntur. ¶ Extra sacra etiam *Lucretius* pro fundere, se miscere posuit, *l. 5. v. 1008.* Illi imprudentes ipsi sibi sæpe venena vergebant. ¶ Translate *Tacit. Ann. 2. c. 43.* Nam suam ætatem vergere, Germanici nondum satis adolevisse. *avanzarsi, accostarsi alla vecchiezza.* *Curt. lib. 4. c. 7.* Nox vergit ad lucem, s' avvicina al dì. V. etiam *Vergens*. ¶ Præteritum *verfi* quidam putant illo *Ovidii* carmine, *lib. de Pont. epist. 9. v. 52.* in gelidos verfit amonia sinus. Sed alii *fudis* alii *verisit* reponunt.

Vericōla, æ, qui, vel quæ verum colit. *Tersul. in carm. ad senat. conv. vers. v. 2.* cum vericolæ penetraveris ostia legis.

Veridice, adv. veridicamēte. *Ammian. lib. 31. cap. 1.* Veridice prædicere.

Veridicus, a, um, *veridico, vero, ἀληθῆς*, qui vera dicit, verus. *Lucret. l. 6. v. 6.* Omnia veridico qui quodam ex ore profudit. *Cic. pro Flacc. c. 32.* Veridicas adjungis causas inimicitiarum. *Martial. l. 5. epigr. 1.* Seu tua veridicæ discunt responsa forores.

Veriloquium, ii, n. sumitur pro etymologia, seu origine vocis. *Cic. in Top. c. 8.* Multa enim ex notatione sumuntur. Ea est autem, cum ex vi nominis argumentum elicitur, quam *ετυμολογία* vocant, id est verbum ex verbo, veriloquium; nos autem novitatem verbi non satis apti fugientes, genus hoc notationem appellamus, quia sunt verba rerum notæ. Ex his *Ciceronis* verbis satis apparet, vocem hanc non esse latino scriptori facile usurpandam.

Verimonos, æ, f. idem ac veritas, apud veteres. *Plaut. Truc. 1. 2. 65.* Istuna ad amicam verius verimonos retere. Ita quidem referunt nonnulli Lexicographi, sed sanior, probatiorque ejus loci lectio sic se habet. *istuc ad amicam veras verimonias referre.*

Verisimilis, le, o. 3. *verisimile, πιθανός, αἰώς*, id, quod licet non sit verum, veri tamen similitudinem habet, probabile. *Cic. 2. de Or. c. 19.* Narrationem jubent verisimilem esse, & apertam, & brevem. *Id. 1. Inven.* Verisimilimum mihi videtur, quodam tempore, &c. *Plin. l. 5. c. 22.* Quod est verisimilius, quam quod &c. ¶ Frequenter usurpatur substantive, & in genere neutro, ut multa adjectiva. *Cic. pro Rosc. Am. c. 20.* Etiam tum, cum verisimile erit aliquam commisso, in suspitione latratote. *Id. ibid. c. 41.* Non est ita profecto, Judices, non est verisimile, ut Chrysofonus horum literas adamarit, aut humanitatem. *Id. in Brus. c. 17.* Non verisimile est, quam sit in utroque genere & creber, & distinctus *Caro. non si pud credere, quanto &c. Ter. Andr. 1. 3. 20.* Nihil quidem non fit verisimile. non posso credere. ¶ Usurpatur etiam divisim, per Tmesin. *Cic. 1. de nar. Deor.* Hæc ego nunc Phyciorum oracula fundo, vera, an falsa, nescio, sed veri tamen similia, quam vestra. *Id. Fam. 12. ep. 5.* Simile vero videbatur.

Verisimiliter, adv. *verisimilimente, πιθανῶς*, cum aliqua similitudine veritatis. *Apuley. in Apolog.* Verisimiliter fingere. *Id. in Apolog.* Verisimilium confingere.

Verisimilitudo, inis, f. *verisimilitudine, probabilit.* *Cic. 4. Acad. c. 33.* Sine offensione ipsam verisimilitudinem non impediam sequi. *Sen. 4. de benef. c. 33.* Ee ire, qua ducit verisimilitudo. Adde *Plin. l. 34. c. 7.* ¶ In quibusdam optimis Exemplaribus horum trium Scriptorum, quos attulimus, legitur divisa vox in duas *verisimilitudo*. quin *Cicero* ipse in *Parisionib. c. 11.* & de *Univerf. c. 3.* transpositis verbis *similitudinem* dixit: ex quo patet, rectius divisim hanc vocem usurpari. neque enim Latina lingua præsertim aureæ ætatis istiusmodi duarum vocum *συναγωγῆς* magnopere amat.

Veritas, atis, f. *veritas, πίστις, Ger. wahrheit, Gal. verité, Hisp. veridad, ἀλήθεια*, vera ratio, res vera, verum. *Cic. l. 2. de Inv. c. 54.* Veritas est, per quam immutata ea, quæ sunt, aut ante fuerunt, aut futura sunt, dicuntur. *Id. 1. de Or. c. 34.* Proferre aliquid in lucem veritatis. *Quintil. l. 6. c. 1.* Non admittit hoc idem veritas fori. ¶ Interdum ponitur pro iustitia, seu æquitate. *Cic. pro Dejot.* Quæ mihi ad spem obtinendæ veritatis gravissima sunt. *Id. pro Quintil.* Tot, tantisque difficultatibus affectus, atque afflictus in tuam, C. Aquili, fidem, veritatem, misericordiam P. Quinctius confugit. ¶ Item pro veritate. *Plin. in Paneg. c. 84.* Ut in illa tua simplicitas, tua veritas, tuus candor agnoscutur.

Veritus, a, um, V. Vereor.
 Veriverbium, ii, n. *verro parare*, ἀλλοθολογία, verus sermo. *Plaut. Capt.* 3. 4. 34. Tu reperitus, Philocratem qui superes veriverbio.
 Vermiculatē, adverb. tessellatim, vermiculato opere. *Quintil. l. 9. c. 4.* Tessellatē struere, & vermiculatē inter lexes committere.
 Vermiculatio, onis, f. *σκαλωθρία*, vitium arborum, aliarumque plantarum, item fructuum, & segetum, cum vermiculis, & bestiolis infestantur. *Plin. l. 17. c. 12.* Neque vermiculationi obnoxium.
 Vermiculatus, a, um, *σκαλωθρός*, *σκαλωθρός*, quod quandam vermiculorum effigiem imitatur. Hinc vermiculata dicuntur opera tessellata, quia minutis tessellis, quasi vermiculis, sint variegata, distinctaque. *Lucill. apud Cic. 3. de Or. c. 43.* Quam lepide lexis compositæ, ut tessellatē omnes Arte pavimento, atque emblemate vermiculato! *Plin. l. 35. c. 7.* Vermiculatis ad effigies, atque, & animalium crustis.
 Vermiculor, aris, d. i. *far vermi*, *ου*, Ger. *voluum*, *uwerden*, Gal. *faire de vers*, Hisp. *eriar gusanos*, *vermifol*, *σκαλωθρία*, *σκαλωθρία*, vermiculos gigno, vermiculis infestor, quod vitium non modo lignis, & arboribus, verum & aliis plantis, & fructibus solet accidere, ex quibus vermiculi nascuntur. *Plin. l. 17. c. 24.* Vermiculatur magis minutæ quædam arbores, omnes tamen fere, idque aves cavi corticis sono experiantur.
 Vermiculofus, a, um, adject. vermibus plenus. *Pallad. l. 12. tit. 7. de pruno*: Ne poma cadauca, & vermiculofa nascantur.
 Vermicululus, i, m. *vermicello*, *σκαλωθρίον*, exiguus vermis, *Lucr. l. 2. v. 898.* Et tamen hæc cum sunt quasi putretacta, per imbres Vermiculos pariunt. *Plin. l. 10. c. 65.* Jam obituris muribus vermiculum in capite signi tradunt.
 Vermina, um, n. pl. *dolor di ventre*, *σφρα*, idem ac tormina. *Fest.* Vermina dicuntur dolores corporis cum quodam minuto motu, quasi a vermibus scindatur: Hic dolor Græce *σφρα* dicitur. Vermina igitur signat *Cornelius Celsus*, cum *l. 2. c. 7.* de lignis aquæ intercutis loquens, ait; Eiusdem morbi nota est, ubi circa umbilicum intestina torquentur (*σφρα* Græci vocant) coæque dolores manent. Ex quibus *Celsus* verbis patet, cur eundem morbum *Plinius*, & alii appellent tormina. *Lucr. l. 5. v. 995.* Vermina læva.
 Vermians, tis, particip. vermina, seu dolores ventris afferens. *Arnob. l. 1.* Verbo Christus percussit verminantium morborum cruces.
 Verminatio, onis, f. *σκαλωθρία*, vitium in iumentis, cum a verme infestantur. *Plin. l. 28. c. 11.* Isdem sanari demissis in fauces iumentorum verminationis notione est. ¶ Sumitur etiam generatim pro cruciatu, tormento, vexatione. *Sen. ep. 78.* Sic podagra, & chiragra, & omnis vertebrarum dolor, nervorumque interquiescit, cum illa, quæ torquebat, hebetatur: omnium istorum prima verminatio vexat, impetum mora extinguitur, & finis dolendi est obtorpuisse. *Id. ep. 95.* Cerebri æstuantis verminationes.
 Vermio, as, n. i. *avere vermi*, *fare vermi*, *σκαλωθρίω*, vermibus infestor. *Sen. l. 2. Nar. Quæst. c. 31.* In venenatis corporibus vermis non nascitur, Fulmine icta intra paucos dies verminant. ¶ Interdum accipitur generatim pro torqueri, ac cruciari. *Martial. l. 14. ep. 23.* Si tibi morosa prurigne verminat auris.
 Vermior, aris, d. i. *σφρα*, ventris torminibus vexor, & generatim torqueor. *Pompon. apud Non. c. 1. n. 189.* Decimo demum turgens verminat, parturit.
 Vermiofus, a, um, *σκαλωθρός*, quod vermes habet. *Plin. l. 20. c. 14.* Succo auribus vermiofus inflillatur.
 Vermis, is, m. *verme*, *רמ*, Ger. *worm*, Gall. *ver*, Hisp. *gusano*, *σκαλωθ*, genus insecti, quod in animalium corpore, & in stercore gignitur. *Lucr. l. 2. v. 870.* Quippe videtur licet vivos existere vermes stercore detro. *Plin. l. 18. c. 17.* Vulgo vero, si dulcedo noceat, & vermes radicibus inhærent, remedium est amurca pura.
 Verma, æ, com. g. *servo nativo di casa*, *וירי*, *וירי*, Ger. *leibeygner*, Gal. *de une servus domestique*, Hisp. *servo nacido en casa*, *οικουρ*, *οικουρ*, servus domi nostræ, vel etiam in terra nostræ natus. *Plaut. Mil. 3. l. 103.* Quid, natrici non mihius quicquam, quæ vernas alit? *Cal. Cic. l. 9. ep. 15.* Bellienus verna demetrii, qui ibi cum præsidio erat, &c. ¶ Deterior autem vernæ conditio est, quam servi, quia verna nascitur servus. *Plaut. Amph. 1. 1. 24.* Sattius est me queri illo modo servitutum, hodie Qui fuerim liber, cum nunc potivt pater Servitutis: hic, qui verna natus est, queritur. *Valer. Max. l. 3. c. 4.* Vernam huic urbi natum Regem danto. ¶ Vernarum nomen apud antiquos pro concivio habebatur. Causa est, ut quidam dicunt (inter quos est *Non. c. 1. n. 206.*) quod eo nomine primum dicti fuerint ii, qui sacro vere nati essent. *Plaut. Amph. 4. 2. 13.* Cum cruciatu tuo, isthac hodie, verna, verba lunditas. ¶ Servos vernas ad contumeliosas argutias erudiebant. *Seneca de Provid. c. 1.* Cogita filiorum nos modestia delectari, vernularum licentia, illos tristori disciplina contineri, horum ali audaciam. *Martial. l. 1. ep. 42.* Urbanus tibi Cæcili videtur: Non es, crede mihi: quid ergo? verna es. b. c. furra impudens, & procax. *V. Vernilias.* ¶ Adjective ponitur pro vernaculo. *Martial. l. 1. ep. 50.* vernas aptos, Leporemque forti callidum rumpes equo. *Id. l. 13. ep. 43.* Lecta suburbanis mittuntur aprina ramis, Et vernæ tuberes: quid tibi cum Libycis? ¶ Jungitur ætiam cum nominibus neutris generis, ut *verna mancipium*, teste *Valer. Probo initio l. 2. V. dicta in Aduena.*
 Vernaculus, i, m. verna procax, & maledicus *Martial. l. 10. ep. 3.* Vernaculorum dicta, sordidum dentem. *V. Vernilias.*
 Vernaculus, a, um, *domesticus*, *nativo*, *οικουρ*, *επιχωρ*, quod nostra in regione natum est, vel quod illi proprium est, & peculiare. *Varro l. 4. de L. L. A*quatilium vocabula animalium partim sunt vernacula, partim peregrina. *Cic. l. 9. Fam. ep. 15.* In quo passim imaginem antique, & vernaculæ festivitatis agnoscere. *Plin. l. 14. c. 2.* Potissima nobilitas datur uvis peculiaribus, atque vernaculis Italiæ. *Id. l. 17. c. 22.* Vernacula putatio deiecit per ramos vitium crinibus circumvestit arborem, crinesque ipsos uvis. idest propria regionis. *Plaut. Pæn. 4. 2. 105.* Consilium vernaculum. h. e. a nobis excogitatum. ¶ Ponitur etiam pro domestico, pro eo, quod a nobis domestica consuetudine usurpatur. *Cic. in Brut. Nescio*, quo sapore vernaculo. *Id. 6. Ver.* Non ut solemus interdum in defensionibus dicere crimen domesticum, ac vernaculum. ¶ Vernacula multitudo a *Tacit. Ann. 1. c. 31.* dicitur, quæ vernis, libertinis, similibque sepe plebis consistat.
 Vernalis, le, adject. ad vernam pertinet. *V. Vernilias.* ¶ Item ad ver pertinens, vernus. *Mansl. l. 3. v. 28.* Tunc angusta dies vernales fertur in horas.
 Vernaliter, atis, f. scurriliter, vernarum procaxitas. *V. Vernilias.*
 Vernalter, adverb. *da servus*, vernæ more. *Horat. l. 2. sat. 3. v. 108.* nec non vernalter ipis tungitur officis. ¶ Item urbane, sed urbanitate non ingenua, sed affectata, & servo digna. *Senec. l. 2. de benef. c. 11.* Et hæc ipsa non vernalter, nec ea figura, qua &c. *V. integrum Senecæ locum*, ubi alii leg. *vernalter*, quod idem est.
 Vernans, tis, adject. veris tempore germinans, pullulans. *Plin. l. 12. c. 22.* Vernantes arbores. *Senec. Herc. Oct. v. 380.* vernantes silvæ. *Rur-Tom. II.*

fuls. *Plin. l. 7. c. 2.* Salubri caelo, semperque vernante. h. e. tam grata temperie aeris, & loci amenitate, ac si semper ver esset.
 Vernatio, onis, f. actus serpentis corium Vere novo (interdum & Autumno, ut *Aristoteles* testatur) exuentis. *Plin. l. 29. c. 5.* Membrana, sive senectus anguini vernatione exuta, cum cancro masculo trita. *Id. l. 30. c. 3.* Anguini vernationis membrana cum oleo, & tædæque refina calefacta. ¶ Sumitur etiam pro ipso corio serpentis, quod alias senectus, Græcis *λεβερ*, & *σφρα*, dicitur, *spoglia del serpente*. *Plin. l. 29. c. 6.* Lendes tolluntur adipe canino, vel anguibus in cibum sumptis anguillarum modo, aut vernatione, quam exuunt, pota.
 Vernicomus, a, um, vernans. *Martial. initio l. 6.* Hinc jam vernicomæ frondent tibi munera olivæ.
 Vernilis, le, o. 3. *servile*, *οικουρ*, servilis, a verna. *Tac. l. 2. hist. c. 59.* Quamvis odium Vitellius vernilibus blanditiis velaret. h. e. servilibus, & adulatoriis liberoque homine indignis. Est qui legit *vernalis*, sed *vernibus* usitatus est. *Quintil. declam. 19. c. 12.* Adhibere quæstionem vernilibus corporibus. ¶ Metaphice sumitur pro scurrili, quia servos vernas ad contumeliosas argutias erudiebant. *Tacit. l. 3. hist. c. 32.* Vernile dictum omnem invidiam in eum vertit, tanquam signum incendendæ Cremonæ dedisset, quæ iam flagrabat. *V. Vernilias.*
 Vernilitas, atis, f. urbanitas quædam affectata, & non ingenua, nec libero homine digna. *Sen. epist. 95.* (al. 96.) Interdum obnixè petimus id, quod recufaremus, si quis offerret, hæc sive levitas, sive vernilitas, puniendæ est promittenti facilitate. ¶ Hoc nomine significatur etiam facili procacitas, & distortorum impudentes sales, qui in vernis maxime placebant. nam huiusmodi præditi dicacitate quærebantur, qua si carerent, dabatur a dominis opera, ut docerentur, quo gratiores evaderent, dictisque etiam contumeliosis dominum oblectarent. *Sen. de constant. Sap. c. 11.* Eadem causa est, cur nos mancipiorum nostrorum urbanitas in dominos contumeliosa delectet, quorum audacia ita demum sibi in convivas jus facit, si cepit a domino. Pueros quidam in hoc mercatorum procaxes, & eorum impudentiam acunt, & sub magistro habent, qui probra meditate effundant: nec eas contumelias vocamus, sed argutias. *Quintil. l. 1. c. 11.* Nec vitia ebrietatis effingat, nec servili vernilitate imbutur. *Plin. l. 34. c. 8.* Puerum subdolus, ac fucate vernilitatis.
 Verniliter, adv. *οικουρ*, serviliter, scurriliter, adulatorie, a *vernibus*. *Cæcil. apud Non. c. 1. n. 203.* Credo, minus tandem hoc fit verniliter. Alii leg. *vernalter*.
 Verno, as, n. i. *pullulare*, *germogliare*, *επι*, *αναβλασταν*, verno tempore flores, frondelive emitto, pullulo, germino. *Ovid. 7. Met. v. 284.* Vernat humus, floresque, & mollia pabula surgunt. *Mart. l. 9. epigr. 55.* arguo passere vernat ager. *V. Vernans.* ¶ *Vernas*, ver est. *Plin. l. 2. c. 50.* Ætate nimbofa, semper quodammodo vernat, vel autumnat. ¶ *Vernare* etiam dicuntur angues, cum vere exuvias ponunt, & cutem renovant. *Plin. l. 8. c. 27.* Anguis hiberno sive membrana corpori obducta, sceniculis fucco impedimentum illud exuit, nitidusque vernat. Hinc *Vernatio*, quod V. ¶ Aves quoque, quæ primo vere canere incipiunt, itemque apes parientes novos factus, & mellis opus tunc influentes vernare dicimus. *Ovid. 3. Trist. el. 12.* Indocilique loquax gutture vernat avis. *Colum. l. 9. c. 9.* Apes curam postulant diligentiorum cum vernant, & exundant novis factibus. ¶ Translate *Martial. l. 2. epigr. 61.* Cum tibi vernarent dubia lanugine malæ. h. e. pilos emittere inciperent, & tenera lanugine ætatis ver præferrent.
 Vernula, æ, com. g. dim. a verna. *Juven. sat. 10.* Quem sequitur custos angustæ vernula capræ. *Plin. l. 22. c. 17.* Vernula charus Pericli Athenienium principii.
 Vernum, i, idem ac ver. Suapte tamen natura adjectivum est, cum tempus intelligatur. *Plin. l. 19. c. 5.* In hoc mirum, imas ejus radices crescere hyeme, verno, aut cum apparuerit viola, minus, ac contrahi. *Vernus*, a, um, *di primavera*, *εαρινός*, quod est veris, a ver. *Cic. 5. Tusc. c. 13.* Alia verno tempore tepescit frondescunt. *Ovid. l. 3. Trist. At mihi sentitur vix verno Sole soluta. Plin. l. 10. c. 31.* Ofcines non tenere factus faciunt ante æquinoctium vernum. *Tibul. l. 2. eleg. 1.* Verni flores. *Proper. l. 3. eleg. 5.* Rola verna.
 Vero, as, n. i. *dire il vero*, *αληθίνως*, verum dico. *Enn. apud Cæll. l. 18. c. 2.* Satiin' vates verant ætate in agunda?
 Vero, onis, m. idem ac verum, h. e. telum. *Apud Aurel. Viç. de Cæsar. c. 17.* verones plumbei dicuntur, quibus utebantur gladiatores cum Commodò Imperatore pugna ludrica batuentes, ne cum ictu vulnerarent, qui contra acuto ferro congredebatur, multoque etiam per summam feritatem consuebat.
 Vero, adv. *veramente*, *in veritã*, idem ac vere, adverbium est assentiendi, seu affirmandi, & ponitur pro ce-to, sane, plane, certamente, *certo sì*. *μὴν*, *ἴ*, *μὴν*, *γένοι*. *Cic. 2. Tusc. c. 11.* Fuisi sæpe, credo, in scholis philosophorum. A. vero, & libenter quidem. *Id. in Brut. c. 87.* Sed tu, inquit, orationes nobis veteres explicabes? Vero, inquam, Brute. *Id. l. Divin. c. 46.* Puellam defatigatam petiisse a matertera, ut sibi concederet paulisper, ut in ejus sella sederet, illam autem dixisse, vero tibi concedo. *Idem pro Marcel. c. 1.* Est vero fortunatus ille, &c. *Id. ad Q. Frat. l. 1. ep. 1.* Tibi & tuit hoc semper facillimum, & vero esse debuit. ¶ Junctum cum adverbio *minime*, negationi vim addit. *Cic. 3. Off. c. 6.* Nonne igitur sapientis? minime vero. *no certamente.* ¶ In hac affirmandi notione jungitur sæpe cum particulis enim (V. enimvero suo loco) *aut*, *neque*, &c. *Cic. 1. de Or. c. 17.* Si quis eslet, aut si etiam unquam fuisset, aut vero esse posset. *Id. pro Sex. c. 16.* Neque huic vestro tanto studio audiendi, neque vero huic tantæ multitudini decro. *Id. pro Cæll. c. 30.* Cælio neque proprium quæstionis crimen obicitur, nec vero niquid ejusmodi, quod sit a lege sejunctum. ¶ *Non vero pro nec vero* admodum rarum est. *Cic. de Senec. c. 9.* Non vero tam isti, quam tu ipse nugator. ¶ *Eiegarum vero* usurpatur in ironiis. *Cic. Phil. 13.* Turpem vero actionem, qua defenditur amplissimi auctoritas ordinis contra crudelissimi gladiatoris amentiam. *Virg. 4. Æn. v. 93.* Egregiam vero laudem, & spolia ampla referitis Tuque, puerque tuus. Adde *Ter. in Phorm. 2. l. 57.* ¶ Est etiam conjunctio adverbialia, idem valens, quod *sed*, *autem*. *Cic. pro Arch. c. 8.* Homerum Colophonii civem esse dicunt fuisse, Chii suum vendicant, Salamini repetunt, Smyrnæi vero suum esse confirmant. ¶ Sæpe conjungitur cum particulis *age*, *at*, *quæ*, *neque*, *ne*, &c. *Cic. pro Leg. Man. c. 14.* Age vero, ceteris in rebus qualis Pompejus sit temperantia, considerate, *ora mo*, *ora poi*. *Cic. pro Marcel. c. 4.* At vero hæc tua justitia hoc-ecet quotidie magis. *Id. 2. Phil. c. 8.* Nec vero tibi de verbis respondebo. *Id. l. de Orat. c. 53.* Neque vero hoc solum dixit, sed & fecit. ¶ *Jamvero V. suo loco.*
 Verodunum, n. 3. Virodunum, Veredunum, Verduna, *Verdum*, urbs Galliæ Belgicæ, intra fines Lotharingiæ inserta, sed tamen Gallici juris cum toto tractu adjacente, in conf. Campaniæ ad Mosam fl. ampla, & probe munita cum arce recenti.
 Veromandii, m. 2. Viromandii, populi Gallici Belgicæ in Picardia prov.

animo secum verfare. ¶ Item pro mutare. Cic. 4. Fin. Homo igitur acutus, causam non obtinens repugnante natura verba verfare cepit. Id. pro Cal. c. 6. Verfare suam naturam, & regere ad tempus, & huc, & illuc torquere. ¶ Item pro moliri, machinari, tractare. Virg. 2. Æn. v. 62. Seu verfare dolos, seu certæ occumbere morti.

Verfor, aris, passiv. 1. *verforari*, *girari*, verfor, convertor, ἀναστρέφωμαι, Cic. in Somn. Scip. Orbes, qui versantur retro contrario motu, atque cœlum. Id. 1. de nat. Deor. Versari circum axem cœli admirabili celeritate.

Verfor, aris, atus sum, d. 1. *verfare*, *convertere*, *practicare*, *vivere*, *trastenerere*, וירא, Ger. *uvohnen*, Gal. *banser*, *practiquer*, Hisp. *vivir*, *ymorar*, *σμιφωμαι*, *διδωμι*, *διδασκω*, frequens sum, dego, moram traho, & sup. *versum verso*. Est enim proprie verbum metaphoricum, inde tractum, quod qui in aliquo loco, aut re immoratur, quodammodo in ea huc, & illuc se se verfat, seu in illa volutatur. Cic. 7. Ver. Versabatur in Sicilia longo intervallo altare Phalaris. Id. pro Mil. c. 20. Quo in tundo propter insanas illas substructiones facile mille hominum versabatur valentium. ¶ Sæpe ponitur pro vivere cum aliquo, confuescere. Cic. 1. Catil. c. 5. Nobiscum versari jam diutius non potes. Id. Att. l. 10. ep. 8. Nec versari inter eos sine delectore poteris. Nepos 9. c. 2. Apud præfectos regis versabatur. ¶ Item pro esse. Ter. Andr. Nescis, quantis in malis verser miser. Cic. 1. Offic. c. 23. Temere in acie versari, & manu cum hoste confingere. Id. 2. Offic. c. 13. In clarissima luce versari. ¶ Item pro exercere, agere. Cic. 1. Offic. Opificesque omnes in sordida arte versantur. ¶ Item pro studere, operam dare. Cic. 1. 4. Fam. ep. 3. Servius quidem tuus in omnibus ingenius artibus, in primisque in hac, in qua ego me scripsi acquiescere, ita versatur, ut excellat. ¶ Item pro se gerere. *Quintil. in proem. l. 1.* Præclarissime in consiliis, ac administratione Reipublicæ versari. ¶ Item pro occurrere, apparere. Cic. 7. Ver. Nunquam tibi Populi Romani absentis dignitas, nunquam species ipsa huiusmodi multitudinis in oculis, animoque versata est? Id. l. 14. Fam. ep. 2. Nam mihi ante oculos dies, noctesque versaris. Id. pro Sex. Mihi ob oculos versabantur. ¶ Item pro considerare, contemplari, occupatum esse. Cic. 1. Offic. Quæ omnes artes in veri investigatione versantur. *Quintil. l. 2. c. 16.* Versatur circa res omnes Rhetoricæ. ¶ Item pro inhærere, adhærere. Cic. pro Cæc. In verborum errore versari.

Verforia, vel Vorforia, æ, f. pes veli, hoc est funiculus, quo extremus veli angulus religatur. *Verforiam* dixere, quia prout hæc manu teneatur, ita velum profertur, vertiturque. Alii *verforiam* dicunt simpliciter esse conversionem, *ποπύλω*. Sed utique sit de veri vocis origine, quæ non satis nota est, certum est translate dici *verforiam capere*, pro reverti, sententiam mutare, ab aliqua re desistere. *Plaut. Merc. 5. 2. 34.* Huc ventus secundus est, cape modo vorforiam. Id. *Trinum. 4. 3. 19.* Quin tu quod perit, perisse ducis? cape vorforiam, recipe te ad herum.

Verfum, præp. vel adv. idem ac versus. *Plaut. Epid. 2. 2. 63.* Cæpi rursum verfum illas pauxillatim accedere. ¶ Et addita alia præpositione. *Sallust. in Jug.* Fugam ad se verfum fieri.

Versura, æ, f. *conversione*, *στροφή*, conversio, a vertendo. *Varr. l. 1. R. R. c. 46.* Quod ex quibusdam foliis propter eorum versuram, quod sit, anni tempus, dici possit, ut olea, & populus, & salix: horum enim folia cum convertunt se, solstitium dicitur reverti. ¶ Item versura dicitur locus, ad quem cum quis pervenerit, revertitur. Sic in agricultura versura vocatur, ubi sulcus unus desinit, alterque incipit, a boum conversione, quod boves in arando post peractum legitimum sulcum circumaguntur, vertunturque. Græci eodem modo *βυστρον* vocant. *Col. l. 2. c. 2.* Cum ventum erit ad versuram, in priorem partem jugum propellat, & boves inhibeat. ¶ In architectura quoque versuræ vox usurpatur, & sic dicitur exterior angulorum in parietibus flexus. Græci *κρημνώ* vocant. *Ulus Vitruv. l. 3. c. 1. Id. l. 5. c. 6.* Versuras in theatris nominat porticus a scena ductas ad theatri cornua. ¶ Item usurpatur in mercatura, estque mutatio creditoris, *volutura*, *μεταλλάξις τῶ δανειῆς*. Unde *versuram facere*, *πλῶν ἐπιποιῶ*, dicuntur, qui pecuniam sænori accipiunt, ut aliud æs alienum dissolvant. Ita dicta est a vertendo creditore, quod debitor creditorem commutat, ut pluribus docet *Donatus ad Ter. Phorm. 5. 2. in fine.* Cic. pro Flacc. c. 20. Negavit, se se omnino versuram ullam fecisse Romæ. Id. pro Font. A quibus versuras tantarum pecuniarum tactas esse dicunt? Id. 4. Ver. Quæ significabant, multis nominibus eos homines versuram a Carpinatio fecisse, qui pecuniam Verri desierunt. h. e. multis de causis pecuniam fœneratitiam fuisse. ¶ Translate *Senec. ep. 19.* Ab Epicuro versura facienda est. h. e. sumendum est præceptum aliquid ab Epicuro, quod tibi communicem. V. integrum locum. ¶ Per translationem item *versuram solvere*, seu *versura solvere* dicimus eos, qui ita se presentibus explicant incommodis, ut aliis gravioribus impediantur. *Ter. Phorm. a. 5. sc. 2.* In eodem luto hæsitas: Versuram solves, Geta: præfens, quod fuerat malum, in diem abiit: plagæ crescent, Nisi propiciis. h. e. debitas tandem pœnas dabis etiam cum fœnore: simili conditione, atque illi solent, qui ut syngraham unam dissolvant, & una cautione se liberent, pecuniam mutuam majore fœnore iterum accipiunt. In dies enim deteriorum conditionem suam faciunt. *Cic. 5. Att. ep. 15.* Vereor, ne illud quod tecum permutavi, versura mihi solvendum sit. ¶ Sunt, qui etiam in *Tertullianii* verbis *versura solves* legunt: quod sane valde placet.

Verfus, us, m. *versus*, *viga*, *Ger. verff*, Gal. *vers*, Hisp. *verso*, *στίχης*, *ἴσος*, *μέτρον*, linea illa, quam in scribendo ducimus, & spectatim carmen poeticum. Nam versus nomen natura sua non minus solutæ quam ligatæ orationi convenit. Est a *vertendo*. Cujus ratio ex agricultura optime intelligitur. Quemadmodum enim agricolæ vomere vertunt terram, ac sulcum faciunt: ita in ceris quoque stilo sulcabant scribentes. Igitur singuli scripturæ sulci ex eo versus nomen accepere, quod, ut agricola vomere solum, sic scriptor stilo ceram vertit, ac, ut ille in terra sulco uno absolutus, vertit aratrum, aliumque sulcum efficit, sic qui scribit, stilo sinistrorsum versus, prolatoque, novum in cera sulcum ducit. Sed quia Poetæ versus suos certo absolvent pedum numero, hinc factum, ut si sibi versus nomen prope fecerit peculiare. Primum itaque versus generatim accipitur pro illo ducto vocum, qui fit a sinistra in dexteram, vel a dextra in sinistram, vel a summo ad imum, secundum diversam diversarum gentium scribendi rationem. *Cic. Att. l. 2. ep. 16.* Nam ita deplorat primis versibus mansionem suam, ut quemvis movere possit. *Plin. l. 4. ep. 11.* Non paginas tantum epistolæ, sed etiam versus, syllabæque numerabæ. Tangit hic *Plin.* antiquum morem, quo solebant veteres versus inire numerum, ut de libri magnitudine constaret. *Nepos in Epamin. c. 4.* Uno hoc volumine vitas excellentium virorum concludere statuimus, quorum separatim multis millibus versus complures scriptores ante nos explicarunt. Adde *Quintil. l. 10. c. 1.* ¶ Speciatim accipitur pro carmine. *Cic. pro Arch. c. 10.* Nam siquis minorem tractum gloriæ putat ex Græcis versibus percipi, quam ex Latini-

nis, vehementer errat. Id. 3. de Or. c. 50. In versus se mente, ac voluntate conijcere, *pori di proposito a far verbi.* *Hor. l. 2. ep. 2. v. 51.* Verfus tacere. *Virg. Ecl. 5.* Dicere versus. ¶ Interdum pro cantu. *Plin. l. 10. c. 29. de Juscinis.* Meditantur aliæ juniores, versusque, quos imitentur, accipiunt. ¶ Notat etiam ductum in arando, sive sulcum; quæ notio principalis est, & magis propria, ut dictum est. *Col. l. 2. c. 2.* Bubulcum autem pro proficissum ingredi oportet, alternisque versus obliquum tenere aratrum. *Plin. l. 18. c. 19.* In arando versus peragi, non frigare in actu sapius. ¶ Item mensuram agri. *Varr. l. 1. R. R. c. 10.* In Hispania ulteriore metiuntur jugis, in Campania versibus, apud nos in agro Romano, ac Latino jueris. Jugum vocant, quod juncti boves uno die exarare possunt. V. rium dicunt centum pedes quoquo versus quadratum, Jugerum, quod quadratum duos actus habet. ¶ Item significat ordinem, seu tractum. *Virg. 4. Georg. v. 144.* Ille etiam feras in versus dultuitulos. *Id. 5. Æn. v. 119.* Triplici pubes quam Dardana versus impellunt. *Id. 8. triplici ordine remorum.* *Id. l. 15. c. 29. de Myrto:* Tarentinam locis innoto nostratam patulo, exotica densissimo, fenis totiorum finibus. ¶ Item speciem quandam motus, sive saltus. *Plaut. Scch. 5. 7. 2.* Si isthoc versus me viceris, alio me provocato. Ubi *versus* est pro *versu*, antiquo scribendi more.

Versus, a, um, *volto*: *ολεσω*, *ῥηρη*, Ger. *gekchre*, Gal. *tourne*, Hisp. *bucio*, *εστραμωλεω*, conversus, mutatus in contrariam partem, part. a. *versor*. *Virg. 1. Æn.* Et versa pulvis inscribitur hasta. *Id. l. 5. v. 141.* Spumant freta versa lacertis. idest undæ, quas brachia remis invertunt. Hoc loco quidam putant, esse participium a *verror*. ¶ Sumitur etiam pro converso, idest spectante in aliquam partem. *Virg. 3. Georg.* Versaque in obnixo urgentur cornua vasto Cum gemitu. ¶ Translate dicitur de quacunque re, pro mutato, quacunque ratione mutatio facta sit. *Cic. pro R. A.* Videte nunc, quam versa, & mutata in peiorem partem sint omnia. *Tac. l. 1. An. c. 4.* Igitur versus civitatis statu. *Plaut. Caf. 2. 5. 35.* Necessum est vorlis gladiis depugnarier. h. e. aliis armis, aliis artibus. ¶ Item pro proposito. *Liv. l. 40. c. 5.* Totus in Persæ versus pater, cum eo cogitationes ejus rei dies, ac noctes agitabat, hoc est omni benevolentia in Persem transiata. ¶ Interdum migrat in nomen, ut multa alia participia, & reperitur cum genitivo animi, quemadmodum etiam dicimus, *mutatus animi*, *subversus animi*, *erectus animi*. *Tac. 4. hist. c. 84.* Qui versus animi modo numen pavescere, modo minis adversantis populi terreri. Alii tamen rectius legunt *diversus*. ¶ *Versa* (seu *versa* antiquo more) *oratio* eadem est, quæ metro ligata, quia in carmine naturalis verborum ordo maxime invertitur, quemadmodum *prosa*, quæ est soluta. *Apulej. l. 4. Florid.* Jam & prosa, & versa facundia illum veneratus sum. ¶ In rem versus aliquid dicitur a Jctis, quod aliqua ex parte res, seu facultates domini amplificavit. V. *titulum* De in rem verso, *Dig. l. 15. ff. 3.*

Versus, a, um, *scopato*, *purgato*, *σκαπαίωρος*, scopis mundatus, partic. a *verror*. *Plaut. Pseud. a. 1. sc. 2. v. 31.* Versa, ipsa, terla, itrata, lauta, costaque omnia ut sient. Ita *Diomed.* præconante, corrigit *Vallens Acidalius*. Similiter *Seneca dial. de Superstit.* dixit, *versa sempla*, ut *Diomedes* testis est.

Versus, verso, *ωρῆς*, præp. ex iis, quæ accusativo inserviunt, & suo casui fere postponitur. *Cic. Fam. l. 11. ep. 27.* Cum Brundisium versus irei ad Cæsarem. ¶ Quandoque loco accusativi habet adverbium, ut *Sursum versus*, *deorsum versus*, *quoquo versus*, &c. *Caes. c. 156.* Postea ubi deorsum versus ibit. *Cic. in Or. c. 39.* Cum gradatim sursum versus reditur. *Id. in Partis.* Et idem quasi sursum versus, retroque dicitur. *Cæf. l. 7. B. Gall.* Dimitti quoquo versus legationes. *Gell. l. 5. c. 12.* Ut quædam vocabula, quibus particula ista præponitur, ambigua sint, & utroque versus dicantur. h. e. in utraque partem. *Id. l. 12. c. 13.* Cum vero omnes terras omnifariam, & undique versus circumfluat, nihil citra eum est. ¶ Habet etiam quandoque adjunctam aliam præpositionem. *Sulpit. ad Cic. l. 4. Fam. ep. 12.* Ille in Italiam versus navigaturus erat. V. *Versum*. Alia multa huiusmodi exempla congruit *Pareus* in *Lex. Cris.*

Versute, adv. *astutamente*, *πανύργως*, astute, callide. *Cic. in Bruto, c. 9.* Nihil, ut ita dicam, subdole, nihil versute, quod ille non viderit.

Versutulosus, a, um, *κερβαλέωλος*, qui versute loquitur. *Cic. 3. de Or. c. 38.* Vel coniungendis verbis, ut hæc (ex *Ennio*) Tum pavor sapientiam mihi omnem ex animo expectorat, Num non vis huius me versutulosas malitias? Videtis enim & versutulosas, & expectorat ex conjunctione facta esse verba non nata. *Id. in Or. c. 49.* Imo vero ista sequamur, asperitateque fugiamus: *Habeo istam ego perterritivæpam.* Idemque: *Versutulosas malitias.*

Versutus, a, um, *εγκενησθη*, *σπερδαῖς*, *στροφάεις*, *παλιντροπικ*, ingeniosus, promptus, qui facile mentem in quantilibet partem versat. *Tullius l. 3. de nat. Deor. c. 10.* Versutos eos appello, quorum celeriter mens versatur. *Id. 3. de nat. Deor.* Et Chrylippus tibi acute dicere videbatur, homo sine dubio versutus, & callidus. *Id. 3. de Fin.* Versuti in differendo. ¶ Frequenter in malam partem accipitur pro astuto, callido, qui mentem crebro ad malitiam vertit, qui modo hoc, modo illud, ut visum fuerit, simulat, & se in omnes vertit species, *Festus*. Versuti dicuntur, quorum mentes crebro ad malitiam vertuntur. *Cic. 2. de Fin.* Sed omnia callide referentem ad utilitatem, acutum, versutum, veteratorem, &c. *Id. post red. in Sen.* Cum eum præter simulatam, versutatorem tristitiam nulla res commendaret. *Plaut. Epid. 3. 2. 35.* Versutior es, quam rota figularis. *Vellej. l. 2. c. 118.* Illi in summa teritate versutissimi. ¶ Reperitur & cum gen. *Plin. l. 7. c. 13.* Respondit versutus ingenii mango ob id ipsum se tanti vendidisse.

Vertagus, i, m. *bracco*, genus canis venatici, ita dictus, ut quidem multis videtur, a *verro*, & *ago*, quia agendo feras, sæpe vertitur & huc illuc discurret. *Martialis. l. 14. ep. 200.* Non sibi, sed domino venatur vertagus acer Illæsum leporem qui tibi dente teret. *Jul. Firmic. l. 5. Astron. c. 8.* Equorum nutritores, accipiunt, falconum, cæterarumque avium quæ ad aucupia pertinent, similiter & canum, Molossorum, vertagorum, & qui sunt ad venationes accommodati.

Vertebra, arum, f. 1. *vertebræ*, *μεσασαυ*, *σπονδυλοι*, *σπονδυλ*, spinæ ossa in cæphores quosdam nodos conglobata, & in medio sibi concava, ut spinali medullæ transitum præbeant, firmissimi autem vinculis colligata, quorum beneficio interiores nodi cohærescunt. Harum munus est, ut corpori flectendi se, incurvandique præbeant facultatem, quod sine illis proflus rigidum esset, & inflexibile. Igitur dictæ sunt a *vertendo*, quia earum beneficio homo se vertere, flectereque potest. *Cels. l. 8. c. 1.* Spina constat ex vertebra quatuor & vigintri. ¶ Translate per quandam similitudinem in insectis vertebrae appellantur eæ partes, quæ circa ipsam sitæ incurvantur, corpori flexum præbeant. *Plin. l. 11. c. 1.* Imbricatis flexilibus vertebra. ¶ Usurpatur hæc vox etiam in singulari numero, ut legere est apud *Cels. loc. cit.*

Vertebratus, a, um, *σπονδυλωδής*, in modum vertebrae factus. *Plin. l. 11. c. 37.* Sed quibus cervix e multis, vertebraeque orbiculatum offibus, flexilibus ad circumpectum, articuloz nodis jungitur.

Vertens, entis, o. g. *ἐλσος*, partic. a *verto*. *Virg. R. Æn.* Gorgona defecto vertentem lumina collo. ¶ *Annus vertens, Mensis vertens* est totius anni, vel mensis vertentis, seu procedentis, & delabentis cursus, *il corso*, o. lo spazio d'un anno, o d'un mese. *Cic. pro Quir.* c. 12. Si debuit *sextis*, *Sexte*, petitis statim; si non statim, paulo quidem post; si non paulo post, at aliquando: sex quidem illis mensibus protecto; anno vertente sine controversia, *dentro lo spazio d'un anno*. *Nepos in Agestil.* c. 4. Tanta usus est celeritate, ut quod Xerxes anno vertente conlecerat, hic tranierit triginta diebus. *Plaut. Pers.* 4. 4. 76. Nunquam hercle hunc vicentem vertentem servibit tibi. ¶ Alia ratione *vertens annus* dicitur a *Cic. in Somn. Scip.* c. 7. Ibi enim annum illum intelligit, qui a *Macrobi.* l. 2. in *Sonn. Scip.* c. 11. vocatur *annus mundanus*, & a *Platone* dictus est *magnus*, h. e. spatium multorum annorum, quorum cursu expleto sidera, stellæque omnes ad eam cœli positionem redeant, in qua initio Mundi fuerunt; quæ quidem positio post 15. millia annorum contingere putabatur, ut *Iato* dicit. *Macrobi.* docet: Et iure *annus vertens* dictus est, quia, ut *Macrobi* verbis utar, conversione plenæ universalitatis efficitur. Homines, inquit *Cic. loc. cit.* populariter annum tantummodo solus, id est anni astris reditu metiuntur; cum autem ad idem, unde semel profecta sunt, Astra redierint, eandemque totius cœli descriptionem longis intervallis retulerint, tum ille vere annus vertens appellari potest. V. plura apud *Macrobi. loc. cit.*

Vertex, icis, m. *ὄψις*, id quod vertitur, vel circa quod conversio fit. Speciatim iunitor pro altissimis cœli partibus, quas Græce polos vocamus, id est pro partibus extremis axis, circa quem cœlum vertitur. *il polo.* *Cic. 2. de nat. Deor.* c. 41. ex *Poeta*: Extremumque adeo duplici de cardine vertitur Dicitur esse polos. *Virg. 1. Georg.* v. 142. Hic vertex nobis semper sublimis, at illum Sub pedibus Styx atra videt, Manesque profundi. ¶ Item *vertex*, seu *vortex* accipitur pro vento contorto, ac rotato, qui aliter typhon vocatur, id est pro flatu repentini genere, qui e sicca nube erumpit sine igne, ejusque partem abruptum secum rapit, eamque convolvit, & in nigrum turbamem versat, ac pondere illo ruina suam aggravat, & locum ex loco mutans rapida vertigine non antennis modo, sed & navigia contorta frangit, ut *Plin.* l. 2. c. 48. docet. Hinc ponitur pro quocunque vento, qui in æyrum movetur. *Lucan.* l. 3. v. 631. Vicinum involvens contorto vertice pontum. *Jen.* l. 5. Q. nat. c. 13. Ventus aliquo promontorio repercutus, atque in se volutus facit vortexem, qui circumactus, & eundem ambiens locum, ac in se ipse vertigine concitans, vertigo vocatur. ¶ Item accipitur pro aquis in se contortis, quod nempe vertantur in æyrum. *Quint.* l. 1. 8. c. 2. Secundo modo dicitur proprium inter plura, quæ sunt ejusdem nominis, id, unde cætera ducta sunt: ut vertex est contorta in se aqua, vel quicquid aliud similiter vertitur: inde propter flexum capillorum, pars est summa capitis, & ex hoc, quod est in montibus eminentissimum. Recte, inquam, dixeris hæc omnia vertex, proprie tamen, unde initium sumptum est. *Horat.* l. 2. ad. 9. Flumen minores volvit vertices. *Virg.* 1. *Æn.* v. 117. Rapidus vortex. ¶ Item hoc vocabulum accommodatur capillis, propter eorum flexum. Sed Metonymice accipitur pro parte summa capitis, propter flexum cavillorum, ut vidimus in verbis *Quintissiani, la cima del capo.* *Cic. pro R. Com. c. 7.* Non ab imis unguibus usque ad verticem summum ex fraude, fallaciis, mendaciis confilare totus videtur? *da capo a piedi.* *Plin.* l. 11. c. 37. Vertices bini homini tantum, aliquibus capitis ossa plana. Intelligit verticem a parte anteriore, & alterum a parte posteriore. ¶ In eodem homine usurpatur etiam de vertigine, & rotatione, quæ in doloribus circumagitur, lancinatque præcordia. *Cic. 2. Tusc. ex Poeta.* Nunc nunc dolorum anxileri torquent vertexes. ¶ Ab hominis capite hæc vox translata est ad montium cacumina. Igitur a similitudine capitis humani, quod in montibus eminentissimum est, vertex appellatur, *cima, κορυφή.* *Cic. 6. Ferr.* c. 48. Dicitur inflammasse tædas ex his ignibus, qui ex *Ætnæ* vertice erumpunt. ¶ Denique dicitur de parte altissima cujusvis rei, ut turris, arboris, &c. *Plin.* l. 12. c. 1. Arbor nemorosio vertice & se vallis protegens ramis. *Lucr.* l. 6. v. 750. Arcis in ipso vertice. ¶ Translate *Modest.* *Dig.* l. 27. tit. 1. leg. 13. Sævola, Paulus, & Ulpianus vertex legum prudentem. *capit de Giureconsulti.*

Vertebulum, i, n. idem ac vertebra. *Laëz.* de *opifi.* c. 5. Summas ossium partes crassioribus nodis congloravit, ut verti tutius possent, unde sunt vertebula nominata.

Verticillatus, a, um, *σφαιροειδής*, rotundus, vertebratus. *Cels.* l. 8. c. 1. Superius autem humeri caput rotundius, quam cætera ossa, verticillatis scapula-um ossibus inseritur. Alii leg. *verticillatis*, alii *vertibulatis*, eodem sensu.

Verticillus, i, m. *σφαιροειδής*, instrumentum, quod fuso adhibetur, ut facilius vertatur. *Plin.* l. 37. c. 2. In Syria quoque feminas verticillos inde facere.

Verticordia, æ, f. 1. Veneris cognomen, de quo ita *Ovid.* l. 4. *Fast.* Roma pudicitia proavorum tempore lapsa est: Cumzæm veteres consueverunt animum. Tempora jubet heri Veneri: quibus ordine factis, inde Venus verso nomina corde tenet. *Val. Max.* l. 8. c. 15. Ut Veneris Verticordæ simulacrum consecraretur, quo facilius virginum, mulierumque mentes a libidine ad pudicitiam converterentur.

Verticofus, seu reclusus Verticofus, a, um, *ἀντικύμδης*, contortus, complicatus. *Liv.* l. 21. c. 5. Quidam verticofus anni delati in hostes, ab elephantis obtritus fuit.

Verticulus, arum, *γιουρτε*, articuli, a *verto*. *Fest.* Verticulas cum dixit Lucilius, articulos intelligi voluit. ¶ Non tamen soli isti articuli dicuntur, sed etiam spondyli spinæ, h. e. vertebrae. *Lucil.* apud *Non.* c. 3. n. 103. Hæret verticulus adixum in posteriore Parte, atque articulis, ut nobis talu', genueque. ¶ Translate verticulus in machinis dicuntur vincula quædam lignæ, vel ferreæ, vel ex quavis alia materia, quibus pars una machinæ alteri adiungitur, ita tamen ut flexi, & verti possint. *Vitruv.* l. 10. c. 13.

Vertigino, as, n. *γυρῆσι*, circumteror, a *vertigo*. *Tertull.* c. 3. de *Pollio.* Ocelli, immo luminis puncta vertiginant.

Vertiginosus, a, um, adject. *chi passio vertigini.* *Plin.* l. 23. c. 2. Accutum vertiginolis perquam utile.

Vertigo, inis, f. *gyro, vertigine, ἰατρῆ, περιστάσις*, conversio, rotatio, a *verto*. *Plin.* l. 2. c. 3. Tantæ molis rotatæ vertigine assidua. *Pers.* *Fast.* v. 76. Quibus una Quiritem Vertigo facit. Alludit ad morem Romanorum in manumittendo, qui servum alapa percutiebant, deinde dextera ejus apprehensa ipsum circumagebant, atque ita de manu mittebant. *Sigon.* de *ant. jure C. R.* l. 1. c. 6. ¶ Ita etiam vocatur morbus capitis, qui ex trisidus, & lentis humoribus sursum ex verticulo commoventibus oritur, quo affecti occasione parva succidunt, a *vertendo*, quia omnia circumagi videntur, quæ quoniam ob oculos eorum, qui tali morbo laborant, verticofa quædam, & rotantia circumagi videntur. Græci vocant *σπίνθη*. *Plin.* l. 7. c. 6. A conceptu decimo die dolores capitis, oculorum vertigines, tenebraeque. *Juven.*

far. 6. v. 303. Cum bibitur concha, cum jam vertigine testum Ambulata, & geminis exturgit mensa lucernis.

Verto, is, verti, versum, a. 3. *volgere, voltare, mutare, τρέψω, στρέψω*, torqueo, converto. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 10. Verti me a Minturnis Arpinum versus. *Id.* 3. de *nat. Deor.* Terra in aquam se vertit. *Liv.* l. 23. c. 47. Vertere arma adversus alium. *Id.* l. 7. Vertere in se omnium oculos. h. e. omnium admirationem de se movere. *Virg.* 10. *Æn.* Vertere sententiam. *mutar parere.* *Id.* 1. *Æn.* Quæ te sententia vertit? *Cæsar.* l. 1. B. Civ. c. 8. Vertere aliquid in contumeliam suam, *far viddande in sua vergogna, e smacco.* *Propert.* l. 2. eleg. 19. Et Deus, & durus vertitur ipse dies. h. e. & Dei voluntas, & calamitatum series aliquando mutatur. ¶ Atque hæc est præcipua & latior hujus verbi significatio, ad quam etiam illa pertinent, Vertere terga, *dar le spalle, porsi in fuga.* *Liv.* l. 1. c. 15. Vertere hostes in fugam, *cacciar' in fuga.* *Id.* l. 30. c. 33. ¶ *Vertere solum* est patriam mutare, *andar' in bando*; de quo *V. Solum.* Sic *vertere solum.* *V. Solum.* ¶ Præterea in hac, quam diximus, significatione sæpe hoc verbum ita usurpatur, ut neutrorum naturam videatur inducere. *Liv.* l. 3. Aliquandiu æquatus inter omnes terror fuit, paulatim totus vertere in plebem cepit. *Id.* l. 5. Jam verterat fortuna, *avea mutato factus*: sed in his & similibus aliis facile subintelligi potest aliquis accusativus, ita ut opus non sit in neutrorum ordinem hoc verbum conjicere. ¶ Sed permulti sunt præterea, & valde diversi hujus verbi usus. f. sumitur enim interdum pro gyrum agere. *Virg.* 2. *Æneid.* Vertitur interea cœlum, & ruit Oceano nox. ¶ Item pro transferre de una in aliam linguam, *tradurre.* *Cic.* 1. *Fin.* Quamquam si plane sic verterem Platonem, ut Aristotelem, ut verterunt nostri Poætæ fabulas. *Id.* 2. *Tusc.* Verti enim multa de Græcis. ¶ Item pro evertere, destruere. *Cic.* 1. *Offic.* c. 24. Ut Callicratidas, qui cum Lacedæmoniorum dux fuisset Peloponnesiaco bello, multaque fecisset egregie, vertit ad extremum omnia. *Manil.* l. 4. v. 80. Fuit alter amore, Et Pontum tranare potest, & vertere Trojam. Loquitur de Paride, qui ob raptam Helenam in causa fuit excidii Trojanorum. ¶ Item pro convertere, redigere, *rivolgere, applicare.* *Plin.* l. 15. c. 4. Usum olei ad luxuriam vertere Græci. *Cic.* 1. *Verrin.* Ex illa pecunia magnam partem ad se vertit. *tenne per se.* ¶ Item pro contugere, amplecti, suscipere. *Ter. Eun.* 5. 1. Redundam, redigam, ut, quo se vertat, nesciat, *che non saprà a che appigliarsi.* *Cic.* 5. *Verr.* Quo enim le verteret non habebat. *Id.* 2. de *Divin.* Superstitio, quocunque te verteris, persequitur. ¶ Item pro considerare, volvere, agitare. *Liv.* l. 39. Vertebatur, utrum manerent in Concilio Lacedæmonii. h. e. discerebatur. *Plaut. Mostell.* 5. 1. 10. Ubi ego video, rem verti in meo foro. h. e. agitari, disputari. ¶ Item pro tribuere, dare, *scrivere*, cum duobus dativis. *Cic.* l. 7. *Fam.* ep. 6. Ne illæ sibi vitio verterent, quod abesse a patria. Vel cum accus. & præposit. *in.* *Liv.* l. 48. c. 11. Causas secundorum & adversorum vertere in Deos. ¶ Item pro verari, esse. *Liv.* l. 6. c. 36. Res in discrimine vertitur. *Plaut. Mostell.* 3. 1. 109. Jam homo in mercatura vertitur. *l'impiega.* ¶ *Verti in aliqua re* est in ea consistere, summam rei in ea esse. *Liv.* l. 37. c. 7. Totum id vertitur in voluntate Philippi. *tutto sta nel volere di Filippo.* *Cic.* 2. *Verr.* c. 7. In unius potestate ac moderatione vertuntur omnia. ¶ Item evenire, succedere, cum adverbis *bene*, aut *male.* *Plaut. Pers.* 4. 1. 5. Si malus est, male res vertunt, quas agit; si autem frugi, eveniunt frugaliter. *Id.* *Aulul.* 4. 10. 57. Quæ res tibi bene, feliciterque vertat. *Liv.* l. 1. c. 28. Tullus Mettium benigne alloquitur: quod bene verat, castra Albanos Romanis castris jungere jubet.

Vertumnalia, seu Vortumnalia, orum, n. 2. vel ium, n. 3. Vertumni festa, quæ fiebant mense Octobri. *Varr.* l. 5. de *L. L.*

Vertumnus, seu Vertunnus, i, m. Deus quidam apud Romanos, qui in omnigenas se se formas vertebat, ut Proteus apud Græcos. *Ovid.* 14. *Met.* Prop. l. 4. el. 2. Sed alii de eo scribunt. Quidam tradunt, a Romanis habitum esse Deum, in cuius tutela arborum fructus essent, cæteraque, quæ autumnii tempore maturefunt, ita dictum, quod autumnii tempora perciperet. Alii docent, Vertumnum fuisse Deum, qui præfuit rebus contrahendis, ac permittendis, dictum autem a *verto*, quia mercatorum verbum est. *Afon.* in 3. *Verr.* c. 59. Vertumnus, Deum invertendarum rerum, id est mercaturæ. Alii ajunt, fuisse Deum humanarum cogitationum præsidem, ideoque multiformem fingi, & inconstantem, quemadmodum & illæ variz sunt, & mutabiles, hinc in quo Vertumno natos esse dici, qui cogitationes suas regere non possint. *Acon.* in illud *Horat.* l. 2. *sat.* 7. v. 14. *Vertumnus, quotquot sunt, natus iniquis.* Nec desunt, qui inde Vertumnus dictum putent, quod Tiberim fl. a foro Romano longe averterit. *Propert.* l. c. Alii scribunt, quod Curtium lacum in Tiberim averterit. Nam hic lacus fuit, ubi postea forum Romanum. Quam opinionem tangit & *Ovidius* l. 6. *Fast.* v. 410. ¶ Hic Deus Pomonam Nympham tertur adamasse, & ubi fubi ejus saltem conspectu trui liceret, in nullas non formas se transmutasset. *Ovid.* 14. *Met.* ¶ Simulacrum habuit in foro, in ultimo vico thurario, sub basilicæ angulo flectentibus se ad postremam dexteram partem, teste *Afon.* in illud *Cic.* in *Verr.* 2. c. 50. Qui a signo Vertumni in circum maximum venit.

Veru, u, n. 4. *spiedo*, Ger. *braspiess*, Gal. *baotche*, Hisp. *assador, ὄβελος*, instrumentum terreum, oblongum, cum cuspidè, quo carnes ad ignem torrentur. *Varro* l. 4. de *L. L.* a versando sic dici scribit. Nam ad ignem jugiter versatur. In singulari numero indeclinabile est, in plurali inflectitur *verua, veruum, verubus.* *Virg.* 1. *Æn.* v. 212. Pars in trista secant, verubusque tremantia figunt. ¶ Etiam ob similitudinem sic dixerit jaculi genus. *Virg.* 7. *Æn.* v. 665. Et tereti pugnant mucrone, veruque Sabello. *Sidon.* *Carm.* 5. v. 418. Equo ruit acide fossus ille, veruque alius. ¶ *Verum pro veru* in nominativo, & accusativo singulari dixit *Plaut.* *Rud.* 5. 2. 15. & 17.

Vervactor, oris, m. Deus vervacti prætes. In Flaminis Cerealis redagatione, cum sacra taceret Cereri, ac Telluri; Vervactor, Redagator, Imporcitor. Hæc ex *Serv.* in l. 1. *Georg.*

Vervacum, i, n. *νιανθῶ, νιάνθῶ*, ager vere proficissus, deindeque quiescens utque ad sequentem autumnum, quo fementis fit, qui alio nomine, *novalis* dicitur, cui opponitur ager *resibilis*, qui nempe restat, novali quiescente. *Plin.* l. 18. c. 19. Quidam utique ab æquinoctio veru proficidit volunt. Quod vere semel aratum est, a temporis argumento vervacum vocatur. Hoc in novali, atque requieto necessarium est. *Varro* l. 1. de *R. R.* c. 44. Illud quoque multum interit in rudi terra, an in ea feras, quæ quotannis obita sit, quæ vocatur resibilis, an in vervaclo, quæ interdum requiritur. Adde *Col.* l. 2. c. 10.

Verucini, m. 2. *le villara d'Arene*, pop. Galliz Narb. in Provincia, supra Suelteros. *Plin.* l. 3. c. 4.

Veruculum, i, n. *ὄβελος*, exiguum veru. Speciatim sic dicitur instrumentum terreum, quo metallorum expurgatores spumam eximunt a reliqua materia. *Plin.* lib. 33. cap. 6. E superiori catino defluens in inferiorem, & ex eo subliata veruculis terreis, atque in ipsa flam-

na convoluta veruculo, ut fit modici ponderis.
Vervecus, a, um, *de castione*, $\alpha\lambda\upsilon\mu\epsilon\lambda\epsilon\tau\omicron$, factus ad similitudinem vervecis, ut vervecus Jupiter, apud *Arnob. l. 5. h. e. Jovis signum vervecis forma cultum sub Ammonis nomine.* ¶ Quod addi solet ex *Plaut. Capt. 5. l. 31.* Vervecia statua, rectius in opt. Codicib. habetur *verberes*.
Vervecinus, a, um, *de castione*, quod ex vervece est. *Lamprid. in Commodo, c. 1.* Vervecina pellis.
Vervex, ecis, *m. castione*, *castrato*, $\chi\epsilon\lambda\epsilon\iota\varsigma$, $\epsilon\lambda\epsilon\tau\tau\mu\alpha\iota\omicron\varsigma$, mas inter oves, qui inversi, sive adepti sunt testiculos. Nam qui ad generandum sobolem integer tenetur, *aries* dicitur. *Cic. 2. de Leg. c. 22.* Quod genus sacrificii lare vervecibus fiat. *Plaut. Capt. 4. 2. 40.* Qui petroni nomen induunt verveci sectari. *V. Petro.* ¶ Translate dicitur de homine stupido, folido, ignavo. *Juvenal. Sat. 10. v. 50.* Vervecum in patria, crassoque sub aere nasci. *Plaut. Merc. 3. 3. 6.* Ibane vero, vervex, intro eas?
Veruina, æ, f. i. idem, ac verutum, a veru. Unde patet, vocem em quatuor, non tribus syllabis enuntiarī debere. *Fulg. Planciades, n. 33.* Veruina jaculi genus longum, quod aliqui verutum nominant. *Galibus Bassus Satira:* Veruina confodiendo, non te nauci facio. *Plautus Bacch. 4. 8. 46.* Si tibi est machætra, & nobis veruina est domi, Qua quidem te faciam, si tu me irritaveris, Consofiofem fornicia nenia.
Verulāni, m. 2. pop. Latii, quorum urbs Verulum. *Plin. l. 3. c. 5.*
Verulium, n. 2. Verulæ, *Veroli*, col. & urbs Latii in Herculicis, apud Cosam fl. Fraffinoni finitima, media fere inter Anagninam ad Occ. & Soram ad Or. 9. aut 10. M. P. *Livius.*
Verum, i, n. 2. *vero*, *verid*, $\alpha\lambda\theta\epsilon\iota\varsigma$, id, quod verum est, res vera, veritas. *Cic. 4. Acad. Quæ ista regula est veri, & falsi, si notionem veri, & falsi, propterea, quod ea non possunt interfosci, nullam habemus?* *Id. l. 12. Fam. ep. 5. Id autem eo facilius credebatur, quia simile vero videbatur.* *Perf. Sat. 1. v. 107.* Sed quid opus teneras mordaci raderet vero Auricularis? Ubi verum mordax est veritas libera, male sibi conficiunt aures offendens. ¶ Aliquando verum accipitur pro æquitate, pro eo, quod est æquum, justum, par, conveniens, bonum, utile, $\delta\iota\kappa\alpha\iota\upsilon\varsigma$, $\epsilon\pi\iota\kappa\alpha\iota\varsigma$. *Hor. l. 1. ep. 7. v. 98.* Metiri fe quenque suo modulo, ac pede verum est. *Cic. pro Domo, c. 8.* Sed quid ad te, qui neges esse verum, quenquam ulli Republicæ extra ordinem præfici? *Cæsar l. 4. B. Gall. c. 8.* Neque verum esse, qui suos fines tuos non poterunt, alienos invadere.
Verum, adverb. *id. veramente*, *certo che id*, $\mu\epsilon\lambda\iota\sigma\tau\alpha$, $\alpha\lambda\theta\epsilon\iota\varsigma$, vere, vero, & usurpatur in responsonibus cum aliquid affirmare volumus. *Terent. Heaut. 5. 3. 10.* Facies? Ch. Verum. *Id. Adelph. 4. 2. 4.* Men' quæris? Sy. Verum. ¶ Sæpius est conjunctio adverbativa, & significat sed, *ma*, *anxi*, $\alpha\lambda\lambda\alpha$, $\kappa\alpha\iota\omicron\tau\iota$, *j. Cic. pro Mur.* Ea sunt omnia non a natura, verum a magistro. *Id. 5. Phil. Expectabantur, Calendis Jan. fortasse non recte. Verum præterita omitimus. Id. pro Cæl. c. 19.* Non modo agendo, verum etiam cogitando. ¶ *Verum enimvero* majorem habet adverbandi vim, quam solum *verum*, *ma nondimeno*. *Liv. l. 4. c. 4.* Nemo invitum pactationem nuptialem quemquam facere cogessit. verum enim vero lege id prohiberi, id demum contumeliosum est. *Adde Cic. Verr. 5. c. 84.* ¶ *Verum enim* idem fere significat, quod *verum*. *Terent. Adelph. 2. 1. 47.* Verum enim, quando bene promeruit, fiat. *ma pure*, *tustavia*. ¶ *Verum vero* idem est quod *verum enim*. *Caro apud Gell. l. 13. c. 17.* Verum vero inter offam, atque herbam ibi vero longum intervallum est. Veteres quædam Editiones habent *verum inter offam* &c. omisso *vero*.
Verum pro Veru, V. supra in *Veru*.
Veruntamen, *ma*, *nondimeno*, $\mu\epsilon\lambda\iota\sigma\tau\alpha$ $\delta\epsilon$, $\mu\epsilon\lambda\iota\sigma\tau\alpha$ $\alpha\upsilon\tau\iota$, sed tamen. *Cic. 7. Verr. c. 39.* Consilium capio primo stultum, veruntamen clemens. *Id. 12. Fam. ep. ult.* Non dubitabam equidem, veruntamen multo mihi notiofem amorem tuum effecit Cherippus.
Verus, a, um, *vero*, $\alpha\lambda\theta\epsilon\iota\varsigma$, sincerus, solidus, non falsus. *Cic. 6. Verr. Inter hunc, & illum Numidicum verum, & germanum metallum intereffe.* *Id. 4. Acad. c. 4.* Causa mihi videtur esse verissima. *Aufhor de elamas. anteq. ives in exil. c. 2.* Neque majus est, neque verius. *Virg. 12. Æn. Duce, puer, virtutem ex me, verumque laborem, Fortunam ex alius. Laßans. l. 1. c. 11.* Illud in vero est, quod, &c. *b. e.* illud verum est. ¶ Aliquando fumitur pro veridico, *veritiero*, $\epsilon\pi\iota\mu\omicron\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$, sicut contra falsus pro fallaci. *Ter. And. 2. 5. 12.* Sum verus. ¶ Interdum pro nativo, non adulterato, *naturale*, *proprio*. *Ter. Eun. 2. 3. 26.* Color verus, corpus solidum. ¶ Nonnunquam pro æquo, iusto, bono. *V. verum*.
Verutum, i, n. $\sigma\alpha\upsilon\tau\iota\omicron\varsigma$, $\delta\theta\iota\lambda\epsilon\iota\varsigma$, genus jaculi, id est hafile, quod veru præfixum habet, & etiam veru dicitur, *Fest.* Veruta, pila dicuntur, quod veluti verua habeant præfixa. *Cæf. l. 5. B. G.* Transfigitur scutum Pulsoni, & verutum in balteo defigitur. *Virgilius 2. Georg. v. 168.* Afuetumque malo Ligurem, Volfofoque veruto. Alii leg. *verutos*. h. e. veru armatos, ut fit adjectivum.
Verutus, a, um, adject. *V. Verutum*.
Vesania, æ, f. $\rho\epsilon\alpha\tau\iota\alpha$, $\sigma\tau\epsilon\phi\alpha\tau\iota\omicron\varsigma$, $\mu\epsilon\gamma\iota\varsigma$, vecordia, amentia, stultitia. *Hor. l. 1. Sat. 3.* Ne vos ageret vesania discors. *Plin. l. 35. c. 11.* Ulyffes simulata vesania bovem cum equo jungens.
Vesaniens, tis, particip. *infurioso*, $\iota\mu\pi\alpha\epsilon\tau\tau\omicron$, insaniens, furens. *Caull. Carm. 25. in Tballum:* velut minuta magno Deprensa navis in mari, vesaniante vento.
Vesanus, a, um, *paçzo*, *furioso*, $\pi\alpha\tau\alpha\phi\omega\iota\varsigma$, $\mu\epsilon\gamma\iota\omega\delta\eta\varsigma$, insanus, demens, furiosus, a *ve*, quæ particula hic minuit, & *sanus*. *Cic. pro Domo, c. 21.* Hæc furiosa vis vesani Tribuni Plebis. *Id. ibid.* Ac primum illud a te homine vesano, & furioso requiro. ¶ Metonymice dicitur etiam de eo, quod vesaniam efficit. *Virg. 9. Æn. Suadet enim vesana fames. Caull. Carm. 95.* Cum vesana meas torreret flamma medullas.
Vescendus, a, um, particip. passivæ significationis, *da mangiare*. *Plin. l. 20. c. 5.* Dyfentericus vescendus dederet.
Vescens, tis, particip. qui vescitur. *Virg. 6. Æn. v. 656.* Conspicit ecce alios dextra lævaque per herbas vescentes. *Plin. l. 9. c. 13.* Delphinus vescens ex hominum manibus.
Vesco, is, activa forma pro vescor. *Terull. de jejuni. c. 5.* Quis nos vescet carne? h. e. pascet. Hinc quidam passivæ accipiunt illud *Plin. l. 8. c. 50.* Caprinum jecur si vescatur, restituit vespertinam aciem his, quos Nyctalopas vocant. Alii leg. *vescantur*.
Vescor, etis, sine præf. *d. 3. mangiare*, $\epsilon\delta\omega$, $\epsilon\delta\omega\mu\alpha$, $\tau\epsilon\phi\omega\mu\alpha$, $\sigma\tau\epsilon\mu\alpha$, edo, cibo utor, pascor. Constitruitur cum nom. & abl. sine præf. *Cic. in Or.* Quæ est autem in hominibus tanta perversitas, ut inventis frugibus glande vescantur? *Id. 2. de Nat. Deor. c. 23.* Dii nec escis, nec portionibus vescuntur. ¶ Inventitur etiam constructum cum accusativo. *Plin. l. 8. c. 50.* Sic caprinum jecur vescantur. *Tacit. in Agric. c. 28.* Eo inopie venere, ut infirmisimos suorum forte ductos vescerentur. *Adde Acc. apud Non. c. 4. n. 478.* ¶ *Vescendo esse*, est esui aptum esse, *essere buono da mangiare*. *Plin. l. 21. c. 16.* Radix ejus vescendo est decocita. *Sic ad vescendum aptum esse*, eodem sensu apud *Cic. 2. de Nat. Deor. c. 64.* ¶ *Vesci ex manu hominis*, est ex manu hominis escam

capere. *Plin. l. 9. c. 8.* Simili modo ex hominum manibus vescens, fenèrique fe tractandum. ¶ Translate, vel per Catachresin fumitur pro uti, frui. *Virg. 1. Æn.* Quod si fata virum fervant, si vescitur aura Ætherea. *Cic. 5. de Fin. c. 20.* Vesci voluptatibus paratissimis. ¶ Item pro videre. *Accius apud Non. c. 4. n. 477.* Priusquam infans effes, facinus tui oculi vescuntur.
Vescellus, a, um, *foffile*, *debole*, *macilente*, $\lambda\epsilon\pi\theta\epsilon$, $\iota\chi\theta\epsilon$, $\mu\epsilon\tau\theta\gamma\alpha\mu\mu\omicron\varsigma$, aliquantum gracilis, macilentus, male curatus, dim. a *vescus*. *Fest.* Vesculi, male curati, & graciles homines. *Ve* enim syllabam rei parvæ præponebant, unde *Vesovum* parvum Jovem, & *veglabam* fabam minutam dicebant.
Vescus, a, um, *buons da mangiare*, $\epsilon\delta\omega\delta\iota\mu\omicron\varsigma$, edulis, sive esui aptus. *Virg. 3. Georg. v. 175.* Nec vescas salicum frondes, uvamque paluitrem. *Id. l. 4. Verbenasque premens, vescumque papaver.* ¶ Accipitur etiam pro parvo, minuto, gracili. *Ovid. 3. Fast. v. 445.* Vegrandia farra coloni, Quæ male creverunt, parvaque vesca vocant. *Plin. l. 7. c. 20.* Corpore vesco, sed eximii viribus Tritanum. ¶ *Servius in 3. Georg. scribit*, vescum proprie significare teneum, levem, atque illud quod ibidem v. 175. legitur *vescas salicum frondes*, interpretatur teneras, & siccas.
Vesuvius, i, m. idem ac Vesuvius, apud Poetas. *Virg. 2. Georg. v. 224.* Talem dives arat Capua, & vicina Vesuvo Ora jugo. *Servius* Vesuvium d'verium esse putat a Vesuvio, atque illum quidem in Liguria, hunc in Campania situm esse. Sed fallitur. Constat enim celeberrimum Scriptorum testimonium, Ligusticum montem *Vesulum*, non *Vesuvium* esse appellatum.
Vesica, æ, f. *vesicica*, $\kappa\upsilon\sigma\tau\iota\varsigma$, $\kappa\upsilon\sigma\tau\eta$, $\phi\upsilon\sigma\eta$, urinæ receptaculum in corpore animalis, folliculus, in quo urina colligitur infra alvum a priorè parte. *Cic. 2. Fin. c. 30.* Tanti autem morbi aderant vesicæ, & torminum. *Hor. l. 1. Sat. 8.* Displora sonat quantum vesica, pedepi. *Apulej. l. 1. Metam.* Vesicam exonerare. ¶ Ponitur & pro muliebri inguine. *Juvenal. Sat. 1. v. 38.* Quæ testamenta merentur nobiscum, In cælum quos evehit optima summi Nunc via processit, vetula vesica beata.
Velicaria, æ, f. $\alpha\lambda\iota\kappa\iota\gamma\alpha\beta\omicron\varsigma$, herba, quæ vesicæ medetur. *Plin. l. 21. c. 31. de Syrybano:* quorum alterum, qui acini coccine, & granosi folliculi, halicacabum vocant, & alii callion, nostri autem vesicariam, quoniam vesicæ, & calculus proficit, &c.
Vesicarius, a, um, adject. ad vesicam pertinens, ut vesicaria aqua, *Marcell. Empir. c. 26.*
Vesicula, æ, *vesicichetta*, $\kappa\upsilon\sigma\tau\iota\delta\iota\omicron\upsilon\varsigma$, parva vesica. In herbis quibusdam vesiculæ dicuntur folliculi, quibus semen includitur. *Cic. 2. de Divin. c. 14.* Et pulejum aridum florescere brumali ipso die, & inflatas rumpi vesiculas, & semina malorum, quæ in his mediis inclusa sint, in contrarias partes se fe vertere.
Vesiculosus, a, um, adject. vesicis, seu tuberculis plenus. *Cal. Aurelian. Acus. 3. c. 17.*
Vespa, æ, f. *vespa*, $\sigma\phi\delta\epsilon$, $\alpha\delta\epsilon\phi\alpha\lambda\eta$, insectum volucre aculeatum, api simile. *Cic. l. 5. de Fin. c. 15.* Cornibus uti videmus boves, vespas aculeas, &c. De vespis *Plinius* scribit l. 11. c. 21. ¶ *Vespa* quoque vocantur, qui aliter dicuntur vespillones, idest qui cadavera efferebant, & incendebant. *Fest.* Vespa, & Vespillones dicuntur qui funerandis corporibus officium gerunt, non a minutis illis volucris, sed quia vesperino tempore eos effertur, qui funebri pompa duci propter inopiam nequeunt.
V. Vespasianus, decimus Romanorum Imperator. Suscepit Imperium anno Christi 70. vel 71. Multis virtutibus insignis fuit, sed eas omnes uno avaritiae crimine lædavit. ¶ *Titus Vespasianus*, Flavij filius, & in Imperio successor, anno Christi 81. Fuit omnibus hominibus a deo carus, ut amor mundi, & delicæ humani generis cognominaretur. *V. Suetonium.*
Vesper, is, & *Vesperus*, i, m. $\epsilon\sigma\pi\epsilon\tau\tau\omicron\varsigma$, una stellarum errantium, eadem, quæ Venus, quæ etiam Græco nomine *Hesperus* dicitur, medium inter Solis, & Mercurij sphaeras situm obtinens, a Græco nomine allato, converso spiritu aspero in v consonum. *Plin. l. 2. c. 8.* Infra Solem ambit ingens sidus, appellatum Veneris, alterno meatu vagum, ipsique cognominibus æmulum Solis, ac Lunæ. Præveniens quippe, & ante matutinum exoriens, Luciferi nomen accipit, ut Sol alter, diem maturans: contra ab occasu refulgens, nuncupatur *Vesper*, ut protergens lucem, vicemque Lunæ reddens. *Virg. l. 1. Georg. Illuc fera rubens accendit luminam Vesper.* *Horat. l. 2. od. 9.* Vespere surgente. ¶ Sumitur aliquando pro ipso vesperino tempore. *Cæf. l. 2. B. C. c. 43.* Magistris imperat navium, ut primo vespere omnes scaphas ad litus appulsas habeant. *Cic. 3. Phil.* Atque ibi fe occultans perpotavit usque ad vesperum. *Virg. 3. Georg. Solis ad occasum cum frigidus aera vesper Temperat, & saltus reficit jam rosida Luna.* *Ovid. l. 1. Trist. el. 2.* Nunc Zephyrus fero vesperè missus adest. ¶ *Nescis quid serus vesper vehas*, titulus est, quo a Varrone inscripta fuit una ex Iatyris Menippeis, ut auctor est *Gellius l. 13. c. 11.* & ex eo *Macrob. l. 1. c. 7.* Proverbialis est, sicut sunt & alii perijque, quod salubriter adtemeretur, ne præsentium successuum prosperitate sublati futuri curam abijciamus, neque ulla de re securi simus, prius, quam exitum viderimus. Nec dubium, quin eodem respexerit *Maro*, cum 1. *Georg. de Solis prognosticis tractans* ait: Denique quid vesper serus vehat. Et *Livius l. 45. c. 8.* qui scripsit. In secundis rebus nihil in quenquam superbe, ac violenter consilium decet, nec præsentis credere fortunæ, cum quid vesper ferat, incertum sit.
Vesper, ra, rum, $\iota\alpha\sigma\epsilon\tau\tau\omicron\varsigma$, vesperinus. *Plin. l. 10. c. 12.* His horæ rigandi matutina, atque vespera. ¶ *De vesperi suo vivere*, proverb. apud *Plaut. Mil. 4. 2. 5. h. e.* turris luis, *vivere delle sue ladre fastiche*.
Vespra, æ, f. *fera*, $\iota\alpha\sigma\epsilon\tau\tau\omicron\varsigma$, extrema diei pars, & Græca voce allata. *Cic. 2. Cassil. c. 4.* Si accelerare volent, ad vesperam consequentur. *Id. 3. Fin. Heri*, inquam, ludis commissis ex Urbe profectus veni ad vesperam. *Tac. l. 3. hist. c. 19.* Insuperbrante vespera univèrsam Flavianij exercitus robur advenit. ¶ *Vespera* ablat. absolute. h. e. vesperino tempore. *Apulej. l. 1. & 9. Metam.*
Vesperalis, & le, o. 3. vesperinus, occidentalis. *Solin. c. 14. (al. 9.)* Igitur Macedonia præcingit Thracius limes, meridiana Theffalix Epirotæ tenent, a vesperali plaga Dardani sunt, & Illyrii, &c.
Vesperascens, entis, o. g. part. a *vesperasci*, $\nu\epsilon\pi\tau\iota\varsigma$ in *Pelopid. c. 2.* Ut vesperascente cælo Thebas possent pervenire. *Tacit. 16. Ann. cap. 34.* Vesperascente jam die.
Vesperascit, ebat, imp. 3. *farsi sera*, $\eta\sigma\tau\epsilon\tau\tau\omicron\varsigma$, Germ. *es vuirdeabend*, *oder spat*, Gall. *il vient sur le tard*, Hisp. *anochace*, $\iota\alpha\sigma\epsilon\tau\tau\omicron\varsigma$ $\gamma\iota\upsilon\tau\epsilon\tau\tau\omicron\varsigma$, $\iota\alpha\sigma\epsilon\tau\tau\omicron\varsigma$, serum diei fit. *Ter. Heaut. 2. 3. 8.* Et vesperascit, & non verunt viam.
Vesperat, abat, imp. 1. *farsi sera*, $\iota\alpha\sigma\epsilon\tau\tau\omicron\varsigma$, vespera fit. *Gell. l. 17. c. 8.* Taurus Philofofus accipiebat nos Athenis cæna plerunque ad id diei, ubi jam vesperaverat.
Vesperatus, a, um, adject. ad vesperam perductus. *Salin. c. 16.* Dei jam vesperato.

Vespere, *la sera, di sera, ἑσπέρη, ἡσπέρη*, abl. sing. qui adverbialiter ponitur. *Cic. Att. l. 11. ep. 12.* Cephalio mihi a te literas reddidit ad octavam Idus Martii vespere.

Vesperti, *adv. di sera, ἑσπέρη, ἡσπέρη*, vespertino tempore, principio adventantis noctis. *Cic. l. 11. Fam. ep. 27.* Nam cum in Tufculanum vesperti venissem. *Id. de Or. Cum ad me in Tufculanum, inquit, beati vesperti venisset. Id. de Tufculano suo. Id. 1. Acad. c. 1.* Nuntiatum est nobis a M. Varrone, venisse eum Roma pridie vesperti.

Vespericus, *f. 5. opp. Vardulorum in Hisp. Tarr. inter Menofcam, & portam Amanum. Plin. l. 4. c. 20.*

Vesperna. *V. Cœna.*

Vespertilio, *onis, m. pipistrello, nottola, ἡσπέρη, Ger. Stadernauß, Gal. oiseau-souris, Hisp. morciegalo, vespertilio*, animal volatile, incertæ naturæ. Est enim medicæ cuspidam inter avem, & murem speciei, ut mus alatus dici possit. Volat enim pinnatis alis, sed inter volucres non est habendus, quod quatuor pedibus graditur, pullosque parit, non ova, quos & lacte nutrit. *Varro apud Non. c. 1. n. 228.* Factus sum vespertilio, neque in muribus plantæ, neque in volucris sum. ¶ Nomen habet a vespere, quod vespere se ad volatum proterat. *Ovid. l. 3. Met. vs. 12.* Lucenque perose nocte volant, seroque tenent a vespere nomen. ¶ Translate vespertilionis Jurisconsultus vocatur, qui *Seneca, & Apulejo* lucifugæ, hoc est qui noctu demum vespertilionum more prodeunt in publicum, ne forte in dominos, notove incidant. Hujusmodi sunt etiam, qui ære alieno obruti interdum domi delectant, metu creditorum. *Lipian. l. 31. Dig. de evition. ubi tamen alii aliter loquunt.*

Vespertinus, *a, um, di sera, ἑσπέρη*, quod ad vespem spectat, ferum, tardum. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 20.* Tum vespertinus temporibus delectescendo, tum matutinis tursum fe aperiendo. *Hor. l. 1. ep. 6.* Gnavus mane forum, & vespertinus pete tectum. ¶ Vespertinæ literæ dicuntur, quæ vesperti scriptæ, aut reddite sunt. *Cic. Att. l. 13. ep. 23.* Antemeridianis literis heri statim rescripti, nunc respondebo vespertinis. ¶ Ponitur etiam pro occidentali, ad vespem sito, *occidentale. Horat. l. 1. sat. 4. v. 29.* surgente sole ad eum, quo Vespertina tepet regio.

Vesperugo, *inis, f. ἑσπερίδα, stella, eadem quæ Vesper, Hesperus, Lucifer, Venus. Vitr. l. 9. c. 2.* Veniens stella, post occasum solis apparens in caelo, Vesperugo vocatur, aliis autem temporibus eam antecurrens, & oriens ante lucem Lucifer appellatur. *Plautus Amphit. l. 1. v. 319.* Nec Jugula, neque Vesperugo, neque Vergilæ occidunt. *Gl.* ¶ Ursupatur etiam pro vespertione. *Tertul. l. de Anima, c. 32.* Item contraria lumini, quæ cæca in totum, vel solis tenebris habent oculos, talpas, vespertiginas, noctuas.

Vesperus. *V. Vesper.*

Vespices dicuntur fructu denfa a similitudine vestis. *Paul. apud Fest.*

Vespillo, *onis, m. becchero, becchino, Ger. sodengreber, Gal. fossoyeur, Hisp. boyador, vespillero, funerario, funerarius, sendapilarius. Fest.* Vespæ, & vespillonis dicuntur, qui funerandis corporibus officium gerunt, non a minutis illis volucris, sed quia vespertino tempore eos efferunt, qui funebri pompa duci propter inopiam nqueunt. Ubi in manuscripto pro vespillonis etiam vespitiones legas. *Martial. l. 1. ep. 48.* Qui fuerat medicus, nunc est vespillo Diavulus. *Sueton. in Domit. c. 17.* Corpus eius populari sandapila pro vespitione exportatum.

Vesta, *a, f. ἑστία, filia Demogoroni, uxor Cæli, mater Saturni, quæ aliis nominibus Ops, Terra, Tellus, Cybele, Berecynthia, Rhea, Mater Magna, Mater Deorum, Mater Idæa, Mater Phrygia appellatur. Cic. 1. de nat. Deor. c. 27.* Nam Vestæ nomen a Græcis. Ea est enim, quæ ab illis ἑστία dicitur. Nempè terra & ipsa immobilis est, & cæteris causis est cæteris, ἡστία, id est status, mansioinque. *Ovid. l. 6. Fast. v. 299.* Stat vi terra sua, vi stando Vesta vocatur. ¶ Vesta altera, neptis Vestæ superioris, filia Saturni ex Ope. Nam Ops duæ nominantur, quarum prima mater fuit Saturni, eadem quæ Terra, secunda uxor dicitur Iustæ. Secundam hanc Vestam ajunt esse ignem. Sed *Cicero, & Ovidius* duas has Vestas confundunt. *Cic. Inc. est.* Nam Vestæ nomen a Græcis. Ea est enim, quæ ab illis ἑστία dicitur. Vis autem ejus ad aras, & focos pertinet. Itaque in ea Dea, quæ est rerum custos intimarum, omnis & precatio, & sacrificatio externa est. Alii legunt *evestem. Ovid. 6. Fast. v. 267.* Vesta calcem est, quæ terra: subest vigil ignis utriusque. Significant sedem terra, focusque terra. *V. ibi plura. Dionysius Halic. Rom. ant. l. 2. tit.* Vestam terram esse, ei autem ignem dicatum esse, ovia terra est ignem æthereum gignit. ¶ Vesta fingitur virgo permanisse, quia Vesta ignis est, ignis autem nihil gignit. Et quoniam erat virgo, ei etiam serviebant virgines, quæ Vestales vocabantur, quarum munus erat sempiternum ignis publici focus in urbe custodire, ut ex *Ovidio loc. cit.* percipiuntur est, quod etiam apud *Dionysium legas l. c.* ¶ Hanc Deam pro Trojani coluere, ut est apud *Virg. 2. Æn. de Hæore.* Sic ait, & ininibus vitas, & Vamque potentem, æternumque adytis essent penetrabilibus ignem. In Italiam Vestalem ignem Æneas de Troja cum Penatibus tulisse dicitur, conditque Lavinio Vestæ ædem sacravit. Postea Aicanus ædificata Alba Longa templum Vestæ extruxit in montis Albanii parte, cui suberat locus, in quo illa mater Romuli, & Romi a Marte compressa fuit. Tandem Numa Pompilius Romæ Vestæ templum sacravit anno 40. ab Urbe condita, & virgines, quæ ejus sacra custodirent, Vestas dicitur. Vide *Ovid. in fine l. 4. Fast. & loc. cit.* ¶ Hoc templum fuit in eo spatio, quod est medium inter Palatum, & Capitolium, in foro. *Dionys. l. c. Cic. 1. de Dru.* Nam non multo ante urbem eaptam exaudita vox est a luco Vulsæ, qui a Palatii radice in novam viam devexus est, &c. ¶ In eo templo servabatur perpetuus ignis, quia Vesta nihil aliud est, quam purus ignis. Sunt etiam, qui dicant, præter illum ignem alia quædam sacra in Dez sano fuisse, solis Pontificibus, & Virgibus nota, vulgo incognita. ¶ Vestalia sacra die 9. Junii celebrantur. Eo die Virgines Vestales sacrificabant, alii Floribus coronati per urbem circumdecebantur, molæ etiam fertis, & floribus ornabantur. *Ovid. 3. Fast.* ¶ Calendis Martii nova lauro Vestæ ornabatur. *Ovid. 3. Fast.* ¶ Die 15. Junii steruus ex æde Vestæ in Tiberim deterebatur. *Ovid. 6. Fast.*

Vestales, *ium, f. 3. ἑστιάδαι, virgines apud Trojanos, Albanos, & Romanos, quæ Vestæ dicatæ erant, & ignem sacrum publicum totiusurbis, & populi custodiebant. Cic. 2. de Leg. Virginesque Vestales in urbe custodiunt ignem loci publici sempiternum. ¶ Romæ institutæ sunt a Numa Pompilio, similesque fuerunt Canephoris, seu Cantharis apud Græcos. *Dionys. l. 2. Ovid. 6. Fast.* ¶ Intro quatuor fuerunt, postea ad senarium numerum auctæ, in quo numero usque ad extrema Republicæ tempora permanerunt. *Dionys. l. c. Duz* illæ, quæ additæ sunt, additæ dicuntur a Ser. Tullio, Prima, quæ lecta fuit, Amata nomine fuisse traditur. Ideo cum virgo egeretur in Vestalem Sacerdotem, hoc nomen ei imponebatur. Sed ab aliis hæc quatuor primarum virginum nomina recentur. Gegania, Berenia, Camilla, Tarpeja. ¶ Conditiones necessariæ, ut aliqua Virgo Vestæ ministerio*

dicaretur, hæc erant. Primo nobilissimæ quæque virgines eligebantur: quod etiam apud Albanos usitatum fuit, & perhonoratum habebatur. Eligi non poterat, cujus parentes, ambo, vel alter, servitutem servissent, aut in negotiis fordibus versarentur. Deinde eligi non poterat ejus filia, qui domicilium in Italia non haberet. Tertio oportebat, puellam patriam, & matrem esse. Quarto videndum erat, ne lingua debili, & aurium sensu diminuta esset, aliæque corporis labæ inquinata. Quinto eligi non poterat neque minor sex annis, neque major decem. ¶ Excultationem merebatur ea, cujus foror ad id sacerdotium lecta fuisset: item filia ejus, qui liberos tres haberet: item cuius pater Flamen, vel Augur, vel Decemvir sacris faciundis, vel Septemvir Epulorum, vel Salus esset: item filia Regis sacrorum: item Pontifica Pontificis. ¶ Vestalium optandarum jus penes ipsos Reges erat, ex Numa instituto. Exactis Regibus eligebatur a Pontifice Maximo. Maris fuit virginem a Pontifice Max. capi, idest manu prehensam ab iis parentibus, in quorum potestate erat, quasi bello captam abduci, velut ab hostibus. Verba, quibus tunc Pontifex utebatur, hæc sunt: Sacerdotem Vestalem sacra facere, quæ iussi, pro Populo Romano Quiritibusque, uti optima lege fit, ita te, Amata, capio. Amata enim nomine, ut diximus, appellari omnes confueverunt, quod ea, quæ prima capta est a Numa Rege, fuisse hoc nomine perhibetur. *V. Gell. l. 1. c. 12.* ¶ Oportebat, has virgines puras a nuptiis manere per integros triginta annos, sacra facientes, & reliquis cæremoniis de more peragentes. Quo tempore decem primis annis mysteria discabant, decem sequentibus sacra faciebant, reliquis annis alia docebant. Expleto autem triginta annorum tempore, nihil illis impedimento erat, quominus infulis, & reliquis Sacerdotii insignibus depositis, eæ, quæ vellet, nuberent. Hoc autem perpetuæ fecerunt, quibus vitæ finis non optandus, neque admodum felix contigit. Itaque reliquæ earum causum pro ominoso accipientes, virgines usque ad mortem apud Deam manebant. ¶ Honores autem illis a civitate delati sunt multi, & insignes, quorum causa neque liberorum, neque nuptiarum desiderium eas subibat. Igitur simul atque virgo capta, atque in ædem Vestæ deducta erat, illico sine emancipatione, aut capitis diminutione exhibit patriam potestatem, & jus testamenti facienti adspicebatur. Præterea Vestales juramento immunes erant. ¶ Graves pœnæ statutæ erant in Vestalium delicta, quorum quæsitores, & vindices ex legibus erant ipsi Pontifices. Si Vestalis alicujus negligentia torte sanctus ignis relictus esset, flagris a Pontifice Maximo cædi jubebatur. Hoc enim malum extincti ignis Romani maxime omnium formidabant, rati, id excidium civitati portendere, quomodocunque id accidisset, magnifque delinquentis, & curationibus placantes ipsum, retenebant in templum. Præterea virgo cædebat, quia cum ex multis aliis iudiciis cognosci poterat, an Sacerdos sancte, ac pie rei sacræ operam navasset, tum vero præcipue, si ignis extinctus esset. Ignem vero extinctum nequaquam alio ex igne reparare fas erat, sed accensa per fomites ex Sole flamma purus, & cœlestis eliciebatur. ¶ Eam vero, quæ corpus stuprum polluisset, lex antiqua jubebat virginitatem necari, & ipsius prolem in fluvio profuentem projici. Postea introductum est, ut quæ stuprum passæ fuerant, lædissimo, & miserissimo mortis genere necarentur. Vitæ enim in lecto non aliter, quam mortuæ, funebri pompa efferebantur, eas defunctibus, & prosequentibus amicis, & cognatis. Delatæ autem usque ad portam Collinam, intra mœnia, in cella subterranea ad id parata cum omnibus funereis ornamentis sepeliabantur, sine ullis monumentis, sine parentatione, denique sine iis omnibus rebus, quæ defunctorum Manibus dari solebant. *Dionys. l. 2.* Aliorum descriptione, si virgo Vestalis incesta fuisset, vincita efferbatur in sandapila per medium torum usque ad portam Collinam, ubi tumulus impudicæ Vestalium inter muros eminebat, in quo erat parva caverna subterranea, ad quam per foramen scalis descendebatur, in qua erat stratus lectulus, & lucerna ardens, & panis, lac, oleum, ne fame interiret, hoc loco deponcebatur Vestalis, solvebatur vinculis, capite velato in supplicium ducebatur, Pontifex, cum arcana quædam pronuntiavisset, cum Sacerdotibus terga vertebat, & statim impudica Vestalis in cavernam demittebatur; inde tota tellure replebatur usque ad operculum. Ea die silentium, & mœstitia in tota urbe erat. *V. Dionys. Halic. l. 2. antiq. Rom.*

Vestalis, *le, adject. ad Vestam pertinens, ut Vestalis ara. Lucan. l. 1. v. 549.* Vestales foci. *Id. ibid. v. 199.* ¶ Vestalis virgo, h. e. Vestæ cultui dicata. *V. dictionem præced. quæ Vestalis absolute sæpe dicitur. Liv. l. 1. c. 4.* Vi compressa Vestalis cum geminum partum edidisset, &c. ¶ Vestalis, *ium, absolute sunt Vestæ dicata. Arr. l. 5. de L. L.*

Vester, *tra, strum, vestro, Ger. ewer, Gal. veste, Hisp. vestro. V. m. tipes, quod ad vos pertinet. Prius fuit vester, ut ex Comiciis imprimis liquet. Est enim a vos, ut nosfer a nos. Virg. 3. Æl. Pierides vitulam lectori pacifice vestro. Cic. pro L. Man. Majores vestri sæpe, mercatoribus, ac navigatoribus injuriis tractatis, bella gesserunt.*

Vestiarium, *ii, n. ἱμασιόφυλον, ἱμασιόφυλον, locus, in quo vestes servantur, vel venduntur. Plin. l. 15. c. 8.* Vestiarium etiam contra teredines, ac noxia animalia amura aspergi. ¶ Aliquando vestiarium nomine vestitus intelligitur. *Col. l. 1. c. 8.* Tantoque curiosior inquisitiis patrisfamilias debet esse pro tali genere Romæ, ne aut in vestiarium, aut in cæteris præbitis injuriis tractentur. *Scævola l. annua, ff. de ann. leg. Et per hoc neque vestiarium, neque cibaria his debeantur.*

Vestiarium, *a, um, ἱμασιόφυλον, quod ad vestes pertinet, ut Vestiarium arca, in qua vestes seponuntur, & conservantur. Cato c. 11.*

Vestiarium, *ii, m. ἱμασιόφυλον, qui vestiarium præest, aut vestes vendit. Ulp. l. quæcumque, §. 2. ff. de inst. off. Quibus vestiarium, vel lintearium dant vestem circumterendam, & distrahendam.*

Vestibulum, *i, vestibolo, ingresso, πρόθυρον, πρόθυρον, τριπόδιον, locus ante ædium januam, inter ædes ipsas, & viam relictus, eum in usum, ut qui ædium dominum salutatum venissent, neque in via starent, neque in ipsis essent ædibus. Gell. l. 16. c. 5.* Animadvertit, quoddam haudquaquam indoctos viros opinari, vestibulum esse partem domus priorem, quam vulgus atrium vocat. Cæcilius (*Aquilus*) Gallus in lib. de significatione verborum, quæ ad jus civile pertinent secundo, vestibulum esse dicit, non in ipsis ædibus, neque partem ædium, sed locum ante januam domus vacuum, per quem a via aditus accessusque ad ædes est, cum dextra, sinistraque inter januam, tectaque, quæ sunt viæ juncta, spatium relinquunt, atque ipsa janua procul a via est, area vacanti interita. ¶ Diversum tuit ab atrio, ut clare satis patet ex loco Gellii adducto, & manifeste distinguit *Vitr. l. 5. c. 7.* His, qui communi sunt fortuna, non necessaria magnifica vestibula, nec tablinæ, neque atria, quod hi aliis officia præstant ambiundo, quæ ab aliis ambiuntur. ¶ Dicitur est a *Vesta.* Nempè quod ignis, qui est in Vestæ potestate, in vestibulo antiquitus accenderetur. *Ovid. l. 6. Fast. v. 301.* At focus a flammis, & quod lovet omnia dicitur, Qui tamen in primis ædibus ante fuit. Hinc quoque vestibulum dicit reor: inde precando Dicimus, o Vesta, quæ loca prima tenes. *V. Gell. loc. cit.*

est. ubi aliud quoque etymon affert. *Plaut. Mostell. 3. 2. 130.* Viden vestibulum ante ades hoc, & ambulacrum cuiusmodi? *Cic. 2. Verr. c. 66.* Vestibulum curiæ. ¶ Translate ponitur pro ingressu, aditu. *Cic. 7. Verr. c. 66.* In conspectu Italicæ, vestibulo Siciliæ, &c. *Id. in Orat. c. 15.* Vestibula nimirum honesta, aditusque ad causam taciet illustres.

Vesticeps, ipis, o. g. *γυμναστής*, qui iam pubescit, qui ad pubertatem pervenit, hoc est qui major est 14. annis, quod pube vestiri incipiat: Cui opponitur *investitus*. *Gell. 1. 5. c. 19.* Sed arrogari non potest, nisi iam vesticeps. ¶ Metonymice significat corruptum, seu qui rerum Venerearum corruptionem habet. *Apul. in Apol.* Investem a nobis accepti, vesticem illico reddidisti.

Vesticontubernium, ii, n. concubitus eorum, qui sub eadem veste cubant. *Petron. in Satyr. 2. 11.* Quid vesticontubernium facis? *Lucian. in Bion. præsom.* Κάθ' ὑπὸ τῶν ἰσχυρῶν μοι περικλυώμεται, ἀύστη αὐτῶν λεγόντων, μὲν δὲ ὑπ' ἐμῶ δυνάει περικλυώμεται, &c.

Vesticula, læ, f. *vesticuliola*, parva vestis. *Paul. Dig. 1. 33. leg. 18. tit. 7.* Cum in diem mortis ibi libros, & vitreamina, & vesticulam habuerit.

Vestifex, icis, m. *fartor*, qui vestes facit. *Inscrips. apud Gruter. p. 578.*

Vestifica, æ, f. quæ vestes conficit. *Inscrips. apud Reines. class. 9. n. 70.*

Vestificina, æ, f. vestium confectio, vel conficiendum vestium ars. *Tertull. de Pall. c. 3.*

Vestificus, i, m. qui vestes conficit. *Inscrips. apud Gruter. pag. 578. n. 7.*

Vestificus Cæsaris a veste scenica.

Vestifidus, a, um, adiect. qui fluentibus, laxisque vestibus utitur. *Petron. in Satyr. c. 93.* Quem Lydus adorat vestifidus. *Auson. in Technopagn. c. de hist. v. 25.* Vellera depeclit memorabilia vestifidus Ser.

Vestigatio, onis, f. investigatio, inquisitio. *Cic. Offic. 1. c. 6.* Quæ omnes artes in veri vestigatione versantur. Alii leg. *investigatione*, & quidem rectius. *Apulej. 1. 6. Metam.* Psyche dies noctesque mariti vestigationibus inquietata.

Vestigator, oris, m. *cacciatore*, *investigatore*, qui vestigat, & venatur. *Varr. 1. 4. L. L.* Vestigator a vestigis lerarum, quas indagatur. *Col. 1. 9. c. 8.* de apibus capiendis: Nam statim sono territum (examen) vel in frutice, vel in editore silvæ fronde confidet, & a vestigatore preparato vase reconditur. *Senec. 3. de benef. c. 27.* Quod factum simul & Maro ex notis illius temporis vestigatoribus notavit.

Vestigium, ii, n. *vestigio*, *pedata*, כַּרְוִי, Ger. *suffstapff*, Gal. *tracce*, *marque du pied*, Hisp. *pisada*, *ixtas*, *oribos*, pedis impressio, idest signum, quod a pede relinquitur. Videtur esse a *vestis*. Nam olim non tenui modo, sed viri etiam longis utebantur vestibus, eoque non modo pedum, sed vestis etiam indicium relinquebatur ab incidentibus. Hæc causa, cur, etsi imprimis pedum relinqueretur signum, rei tamen a vestibus nomen daretur. *Plaut. Cist. 4. 2. 29.* Sed is hac, aut hac, socii video vestigium in pulvere. *Cic. 3. Phil. c. 12.* Ille autem ex mirmillone dux, ex gladiatore imperator, quas fecit strages, ubicunque posuit vestigia! *Auct. ad Heren. c. 15. l. 3.* Stare in vestigio, non mutare sito col pede. *Cic. pro Cæc. c. 14.* Facere vestigium in possessionem. h. e. ingredi. *Idem 1. de Orat. c. 23.* Persequi alicuius vestigia, *sequere le sue pedate*, & translate imitare. *Idem de clar. Orat. c. 90.* Ipsius vestigiis persequi alicquem, eodem sensu. Sic, alicuius vestigiis ingredi, h. e. eo modo procedere, quo ipse, & translate imitari, apud *Cic. in Somn. Scip. ¶ Metonymice ponitur pro ima parte pedis. Virg. 5. Æn. v. 566.* Vestigia primi Alba pedis, frontemque ostentans arduus albam. *Cic. 4. Acad. c. 39.* Qui adversis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos Antipodas vocatis. *Cic. 6. Verr. c. 14.* Leviter presso vestigio alicquem persequi, *camminando in punta di piede.* ¶ Item pro solea ferrea equi. *Plin. 1. 28. c. 20.* Vestigium equi excussum ungula, ut solet plerunque, siquis collectum reponat, singulus remedium esse recordantibus, quoniam loco id reposerunt. ¶ Per Synecdochen usurpatur pro quacunque impressione corporis, vel partis corporis. *Cic. 5. Verr. Præsertim cum in lectulo decumantæ mulieris vestigia viderent recentia. Id. 3. de Or. c. 2.* Post ejus interitum veniebamus in curiam, ut vestigium illud ipsum, in quo ille postremum institisset, contueremur. ¶ Per Metaphoram ponitur pro quocunque rei geste monumento, indicio, signo. *Cic. pro Ponz. c. 1.* Unæ tabule proferantur, in quibus vestigium sit aliquod, quod significet pecuniam Fonteio datam. *Id. pro Mur. c. 9.* Relinquit vestigiis avaritiæ. *Id. pro R. Amer. c. 22.* Extant vestigia sceleris. ¶ Item pro momento, seu puncto temporis, translatione sumpta a vestigium facientis celeritate, quod scilicet nihil pene citius fiat, quam vestigium. *Cæf. 1. 1. B. C. c. 26.* Eodemque tempore vis magna pulveris cernebatur, & vestigio temporis primum agmen erat in conspectu. *Cic. in Pison.* Atque eodem in templo, eodem & loci vestigio, & temporis, arbitria non mei solum, sed patriæ funeris abstulisti. ¶ Hinc a *vestigio*, est confestim, extemplo, maxima celeritate. *Cic. 1. Verr. Repente e vestigio ex homine tanquam aliquo Circeæ poculo factus est verres. Servius Cic. 1. 4. Fam. E vestigio eo sum profectus prima luce.*

Vestigio, as, i. *investigare*, *careare*, כַּרְוִי, Ger. *nachsuchen*, Gal. *tracer*, Hisp. *buzcar*, *ixpido*, est quasi per vestigia inquirere. *Virg. 6. Æn. Ergo alte vestigia oculis, & rite repertum Carpe manu. Cic. post red. in Sen. c. 6.* Hi voluptates omnes vestigant, atque odorantur. *Id. 2. de Or. c. 39.* Nam & conjuncta queremus, & causas rerum vestigabimus. ¶ Item invenire, *trouare. Liv. 1. 31. c. 19.* Fugitivos, quos inquirendo vestigare poterant, reddidisse.

Vestimentum, i, n. *vestimento*, *ἐπίβλημα*, idem ac vestis. *Cic. pro Mil. c. 10.* Milo autem, cum in Senatu fuisset eo die, quoad Senatus dimissus est, domum venit, calcæos, & vestimenta mutavit. *Hor. 1. 1. ep. 18.* Vestimenta dabat pretiosa, &c.

Vestini, m. 2. *vestinios*, pop. Italicæ sub Samnitibus, a Sept. Matrino fl. divisi a Piceno, a Mer. Aterno fl. a Pelignis, & Marrucinis, ab Occ. eodem Aterno a Maris, ab Or. Supero mari irrigati, ubi hodie pars Aprutii ult. inter fl. Aternum, & fl. *Piomba*. Eorum caput fuit Aquila, cæteræ urbes numentur Aminternum, Aternum, & Pinna, Apud hos laudatissimi febant casei. *Plin. 1. 3. c. 5.*

Vestinus, a, um, quod ad Vestinos spectat. *Martial. 1. 13. ep. 28. de caeso.* Hæc tibi Vestino de grege massa venit.

Vestis, is, ivi, itum, a. 4. *vestire*, *ἔσθην*, Ger. *kleyden*, Gal. *habiller*, Hisp. *vestir*, *ἰματίζω*, *ἔσθω*, veste induo. Usurpatur vel cum nom. & acc. *Ter. Heaut. 1. 1.* Ancillæ tu meo vestiant? *Cic. pro R. Am. c. 50.* Quasi vero nescias, hunc ali, & vestiri a Cælia. ¶ Vel etiam cum abl. sine præp. *Cic. 2. de nat. Deor.* Quarum alie coriis textæ sunt, alie villis vestitæ, &c. ¶ Sæpe translate sumitur pro velare, ornare, munire quacunque re. *Cic. 6. Verr. c. 55.* His autem tabulis interiores templi parietes vestiebantur. *Id. in Brut.* Reconditas, exquisitæque sententias mollis, & pellucens vestiebat oratio. *Liv. 1. 32.* Ipsi montes Epiri vestiti frequentibus sylvis sunt. *Col. 1. 8. c. 5.* Per vicenos undique pedes gramine ripæ vestiantur.

Vestiplæca, æ, f. ancilla, quæ vestes plicat & servat. *Quintil. declam. 363.* Vestiplæcam dominæ habitu mihi. *Et rursus.* Adulter cum uxore jocus per vestiplæcam.

Vestiplæcus, ci, m. famulus, qui vestes plicat, & custodit. *Inscrips. apud Reines. class. 1. 9. n. 64. & class. 1. n. 90.*

Vestis, is, f. *veste*, *ἔσθης*, *ἰδύμα*, *ἰγύμων*, *περσολή*, id, quo corpus tegimus. Et est generale nomen, quodvis significans indumentum, tam virile, quam muliebre, quo continentur omnia lanæ, lineæ, ferica, bombycina, quæ induendi, præcingendi, tegendi, amictiendi, insternendi, accubandique causa apprata sunt, & quæ accessibus iure cedunt, quæ sunt institæ, picturæ, clavique, quæ vestibus insuntur. *Cic. 7. Verr. c. 56.* Illi ad deprecandum periculum proferebant alii purpuram Tyriam, thus alii, atque odores, vestemque lineam, gemmas alii, & margaritas. *Id. 2. Phil. c. 27.* Maximus vini numerus fuit, permagnum optimi pondus argenti, pretiosa vestis, multa, & lauta supellex, & magnifica multis in locis. *Virg. 9. Æn. Dives equum, dives pictæ vestis, & auri.* Servus a veste, & ad vestem, inter officia domus Augustæ, est qui vestem principis curat. *Inscrips. apud Gruter. pag. 578. n. 2. 4. & 7.* ¶ Sumitur etiam pro barba, & pro lanugine, quæ malas, & inguina vestit. *Virg. 8. Æn. v. 659. de Gallis:* Aurea cæsaries oullis, atque aurea vestis. Ubi vestem de barba dici, cum *Nonius* innuit, tum *Servius* clare docet. *Lucret. 1. 5. v. 672.* Nec minus in certo dentes cadere imperat ætas Tempore, & impubem molli pubescere veste. b. e. pube, lanugine. ¶ *Id. 1. 3. v. 386.* vestis araneæ. *sela di ragno.*

Vestispica, æ, f. *ἰματηράριον*, ancilla, quæ custodit vestes. *Afran. apud Non. c. 1. n. 41.* Novi non inciam ancillulam vespere, & vestispicam. Adde *Paul. Dig. 1. 33. tit. 7. leg. 18. in fin.*

Vestispicus, ci, m. *ἰματηράριος*, servus custodiens vestes, a *vestis*, & *specio*, quod frequenter diligentia vestes inspiciat. *Plaut. Trin. 2. 1. 22.* Ducitur familia tota, Vestispici, auctor, auri custos. Alii leg. *vestispice*, a *foeminino vestispica*.

Vestitor, oris, m. qui facit vestes, *fartor*. *Lamprid. in Alex. Sev. c. 41.* Dignitates acciperent fullones, & vestitores.

Vestitus, us, m. *vestimento*, *veste*, *ἰματηράριον*, *στολισμός*, *ἰδύμα*, vestimentum, vestis. *Cic. Att. 1. 1. ep. 10.* Vir indutus muliebri vestitu. *Ter. Adel. 1. 1. 38.* Vestitu numio indulgere, *spender troppo in vestirsi*, ubi *vestitus* est pro *vestitus*. ¶ Sæpe translate usurpatur pro integumento. *Cic. 2. de nat. Deor.* Adde huc fontium gelidas perennitates, liquores perlucidos amnium, riparum vestitus viridissimos. ¶ Item pro ornamento. *Cic. de Cl. Or.* Concinnitas illa, crebrietasque sententiarum pristina manebat, sed ea vestitu illo orationis, quo confueverat, ornata non erat.

Vestitus, a, um, nom. particip. *vestito*, indutus. *Nepos in Cim. c. 4.* Cum aliquem videret minus bene vestitum. ¶ Translate est tectus, ornatus. *Liv. 1. 32. c. 13.* Montes vestiti silvis. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 39.* Terra vestita floribus, arboribus, frugibus. *Colum. 1. 7. c. 3.* Id pedes quamvis ex omnibus animalibus vestitissimum est, frigidis tamen impatientissimum est.

Vestras, atis, o. g. quod spectat ad vestram gentem, patriam, festam, &c. ab antiquo *vestrasis*, quod a *vos*, ut *cujas*, *Arpinas*, *Sarfinas* ex *euzatis*, *Arpinatis*, *Sarfinatis*. *Priscian. 1. 17.*

Vestulus, i, m. *Monviso*, *βέουλος*, mons Liguricæ, pars Alpium Cottiarum, inter Galliam, & Italiam, seu inter Marchionatum Salutinae, um ad Or. & Delphinatum ad Occ. In ejus jugo planities est, unde *Padus*, & *Druentia* fl. manant. *Virg. 10. Æn. v. 708.* Ac velut ille canum morfu de montibus altis Actus aper, multos Vestulus quos piniter annos Defendit.

Vestuvius, a, um, idem ac *Vesuvius*. Poëticè. *Colum. 1. 10. v. 133.* Fontibus & Stabiz celebres, & *Vesuvia* rura.

Vesuvius, a, um, quod ad *Vesuvium* spectat. *Stat. 1. 2. silv. 6. v. 62.* Ruclastent dices *Vesuvina* incendia *Locros*.

Vesuvius, ii, m. Poëtis etiam *Vesevus*, & *Vesvius*, *Monte di Somma*, *ἄβυθος*, *ἄβυθος*, mons Campaniæ, in prov. Terræ Laboris, ignivomus, agros habens miræ fertilitatis, præterquam in solo cacumine, ubi plantitium habet magnam fructuum omnino nullum ferentem, alias vitibus magna ex parte constitus, & peramœnus, nunc omni ex parte incultus, propter crebra incendia. Constat, hunc montem olim sæpius arsisse, nunquam tamen vehementius, quam imperante Tito, quo tempore erumpens ex eo ignis vicinas regiones latissime populatus est. Anno etiam 1632. sic æstuavit, ut calamitatem ultimam Neapolis expectaret: quod etiam postea pluries accidit, sed minore impetu. De ejus variis incendiis scripsit *Recupitus*. Dicitur *Plinius Naturalis Historiæ scriptorem*, qui cognoscendi cupiditate eo se contulerat, fumo, flammisque encavisse; qua de re vide epistolam *Plinii junioris* ad *Cotelum Tacitum*, quæ *Naturalis Historiæ* est præfixa. *Martial. 1. 4. ep. 44.* Hic est pampineis viridis *Vesuvius* umbris. *Valer. Flac. 1. 3. v. 209.* *Vesuvius* attonitas acer cum suscitatur urbes.

Veter, eris, m. *vecchio*, *antico*, *γῆραιος*, *παλαιός*, *ἀρχαῖος*, senex, vetustus. *Ennius apud Priscian. 1. 3.* Cum veter occubit *Priamus* sub *Marte* *Pelago*. ¶ Comp. *vetior*, sup. *veterrimus*. *Plaut. Bacch. 5. 2. 51.* Senem illum ego tibi dedo veteriorem, lepide ut lenitum reddas. *Virg. 2. Æn. v. 513.* Ingens ara fuit, iuxtaque veterissima laurus. *Cic. de Am. Veterrima* quæque, ut ea vina, quæ vetustatem ferunt, esse debent suavissima. *Tac. 1. 6. Ann. c. 31.* Arfacem liberorum suorum veterimum imposuit. idest maximum natu. ¶ *V. Verus*.

Veteramentarius, a, um, ut veteramentarius (sutor, *ciabattino*, *ciabattiere*, *scarpinello*, *παλαιωμῆκος* *ἰάτης*), calcæarius, qui veteres calcæos reficit, a *vetus* ea forma, quæ ab armento *armentarius*, a *fermento* *fermentarius*. *Suet. in Vitell. c. 2.* *Cassius Severus* nec minus alii, eundem & futorem veteramentarium proderunt.

Veteranum, i, n. apotheca, horreum, sive locus, ubi quid in vetustate reponitur, ac servatur. *Senec. epist. 113.* Aspice veterana nostra, & plena multorum seculorum vindemis horrea. *Lipsius* hoc loco notat, etiam veterem *Horatii scholastæ* eo verbo utum esse. Plerique tamen in verbis *Senecæ* legunt *veteraria*.

Veteranus, a, um, *veterano*, *vecchio*, *πρεβύτης*, vetus, vetustus, antiquus, a *vetus*. Veterani milites, *παλαιοστρατιῶται*, sunt qui legitima stipendia vel omnia, vel certe plurima contulerant. *Sigon. de ant. jure C. R. l. 1. c. 15.* *Budeus in l. de asse*, ex auctoritate *Taciti* ostendit, eos proprie dictos esse veteranos, qui stipendia quidem legitima contulerant, adhuc tamen sub vexillo continebantur, quoad militiæ præmia, coloniasque acciperent, ab omni interitu onere immunes, præterquam propulsi hostis. *V. Stipendium*. Ii opponuntur *trones*. Nam *trones* sunt qui nuper militate cœperunt, veterani, qui multis annis stipendia fecerunt, & diuturno usu in re militari sunt exercitati. *Cæf. 1. 1. bell. Gall.* Ipse interim in colle medio triplicem aciem instruxit legionum quatuor veteranorum. *Cic. 3. Phil. c. 2.* Comparate firmissimum exercitum invicto genere veteranorum militum. *Lucan. 1. 1. v. 345.* Quæ sedes erit emeritis? quæ rura dabuntur, Quæ nos veteranus aret? ¶ Tribuitur *veteranus* etiam aliis rebus, ut veterana vitis, *Columell. 1. 3. c. 15.* Veteranum pecus, *Id. 1. 6. c. 2.* Veteranus hostis. *Liv. 1. 21. c. 16.* Sic veterana mancipia dicuntur a *Martiano 1. ult. Dig. de Public. & vestig.* quæ anno continuo in urbe servierunt, sicut novitia

novitia quæ annuum servitutis nondum compleverunt.
 Veterarium, n, n. locus in quo quid reponitur servandi causa. V. *Poteranum*.
 Veterasco, is, veteravi, n. 3. *invecchiarsi, invecchiare, παλαιωθῆναι, vetus fieri, vetulitate contrahere. Colum. l. 2. c. 15.* Aptior est tamen sicutus hominis urina, quam fex mensibus pessus fueris veterascere, si vitibus, aut pomorum arboribus adhibeas. *Cels. l. 3. c. 13. de febrilibus.* In accessionum, & recessionum vicibus, ubi veteraverunt. *Cic. in fragment. arist. apud Non. c. 5. n. 63.* Veterascens ad gloriam.
 Veterator, oris, m. *astuto, pratico, παλιμαλάς, παλιπτερός, τριβυαίς, ἀπατερός*, qui in aliqua re callidus est, a *vetus*, quali vetus in astutia, ut scribunt *Festus*, & *Donatus*, nempe a multarum rerum gerendarum vetustate, & usurpatur tam in bonam, quam in malam partem. *Terent. Andr. 2. 6. 24.* Quid hic vult veterator sibi? *Cic. 2. Fin. Acutum, versutum, veteratorem, facile ut excogitet, quomodo occulte sine teste, sine ullo consilio latet. Gall. l. 3. c. 1.* Videbatur esse in literis veterator. *Id. l. 1. c. 7. Rufus Cic. de clar. Orat. c. 48.* Ejus æqualis P. Cethegus in causis publicis nihil, in privatis satis veterator habebatur. ¶ Speciatim veterator dicitur de servo, qui diuturna servitute, ac sæpius fortassis commutata, astutus, ac vafer evasit. Itaque veteratores, & novitii opponuntur, ut offendunt verba *Venuleji l. ult. Dig. de Ædil. edict. Servum tam veteratorem, quam novitium dici posse: novitium autem non tirocinio animi, sed conditione servitutis intelligi, ac veteratorem item non spatio annorum, sed genere, & causa æstimandum.* Hoc genus servorum olim minore erat in pretio, quam novitiorum. Unde ab Ædilibus præceptum erat, ne veterator pro novitio veniret. *Ulp. l. præcipiente, ff. de Ædil. ed. Præcipiunt Ædiles, ne veterator pro novitio veniat.*
 Veteratorie, adv. *astutissime, πανόργως*, astute, callide. *Cic. in Or. 628.* Ille enim summifus, quod acute, & veteratorie dicit, &c.
 Veterarius, a, um, *astutus, παρηγορικός*, subdolos, astutus, vafer. *Cic. 7. Verr. c. 54.* Nihil ab isto tectum, nihil veteratorum expectaveritis: omnia aperta, omnia perspicua reperuntur.
 Veteratrix, icis, f. *astuta, πανόργως*, fœmina in astutiis & fraudibus exercitissima. *Apulej. l. 9. Metam. Veteratrix quædam, fœmina, quæ devotionibus & maleficiis quibus efflicere posse credebatur.*
 Veteratus, a, um, *invecchiato, vecchio*, ut veteratus caseus, apud *Scribon. Larg. compos. 140.*
 Vetères. V. *Vetus*.
 Veterinaris, ii, m. *vetturiero, κτηνίατρος*, qui veterinorum curam gerit, & veterina ducit, qui consuevit etiam illa locanda domi nutricare ad quæstum, unde equos, mulos, asinos meritorios vocamus. *Col. l. 11. c. 1.* Nam & arator reperitur aliquis bonus, & optimus toissor, aut torni sector, nec minus arborator, & vinitor, tum etiam veterinarius, & probus pastor. ¶ Veterinarij item medici vult veterinorum, *μανισκαλβί, ιππίατρος. Col. l. 6. c. 8.* Solent etiam fastidia cibo afferre vitiosa incrementa lingue, quas ranas veterinarij vocant.
 Veterinarijus, a, um, *κτηνίατρος*, quod ad veterinarium, vel ad Veterina spectat, ut Veterinaria medicina, quæ & mulomedicina, ac Græcis *ιππίατρον* vocatur. *Col. l. 7. c. 3.* Quare veterinariæ medicinæ prudens esse debet pecoris magister.
 Veterinus, a, um, *adject. da vettura, da portare*, a veho, quasi *vehetinus*, ut veterinum animal, *κτῆνος*, quod ad vecturam idoneum est, ut equi, muli, asini. *Plin. l. 11. c. 46.* Unguæ veterino tantum generi renascuntur. *Lucret. l. 5. v. 888.* Veterinum semen eorum.
 Veterositas, atis, f. veteri vitium, seu morbus. *Fulgent. l. 3. Mythol. c. 4.* torpidæ veterositas senio alere.
 Veterosus, a, um, *lathargo, λήθαργος, κηθάργος*, qui veterno, seu lethargo laborat. *Plin. l. 20. c. 4.* Livori vero recenti corticem cum melle, veterositas autem quam acerrimos mandere. ¶ Per translationem fumitur pro summe lento, ac seigni. *Ter. Eun. 4. 4. 21.* Hic est vetus, vietus, veterosus fenex. Quo in loco *Terentius* vocat *veterosum*, quod tardus esset, & segnis, ac si veterum pateretur. *Senec. epist. 82.* Ego non redigo ista ad legem dialecticam, & ad illos artificij veterosissimi nodos. h. e. admodum languidi, & nihil conficientis. ¶ Item pro hydropico. *Festus*: Cato veterosum hydropicum intelligi voluit, cum ait: Veterosus quain plurimum bibit, tam maxime sitit.
 Veterosus, i, m. *lathargo, λήθαργος, κηθάργος*, morbus ex iis, qui cerebrum infestant, qui memoriam simul, & rationem tollit, inevitabilemque dormiendi necessitatem inlicit. Est a *vetus*, juxta *Priscianum, in sine l. 2. §. Donat. in Terent. Eun. 4. 4. 21.* quia labes est inveterata. *Plaut. Men. 5. 4. 3.* Num cum veterosus, aut aqua intercus tenet? ¶ Quandoque pro nimia dormitione accipitur. *Plin. l. 8. c. 36.* Primis diebus bis septenis tam gravi somno urgi premuntur, ut ne vulneribus quidem excitari queant. Tunc mirum in modum vetero pinguescunt. ¶ Et quia hic morbus pigros homines facit, & ad negotia inutilis, quemdiu quomodo senectus, ideo veterosus quandoque pro pigritia, socordia, ignavia ponitur. *Virg. 1. Geor. Nec torpere gravi passus sua regna vetero. Cal. Cic. l. 8. Fam. ep. 6.* Nisi ego cum tabernavijs, & aquarijs pugnam, veterosus civitatem occupasset. *Cic. 2. Fam. ep. 13.* Erat in illa epistola veterosus civitatis.
 Vettero, V. *Veterasco*.
 Veticum, i, n. *cosa proibita, κολαυθία*, id quod prohibetur. *Virg. 10. Æn. Quæ contra vetrum discordia? Ovid. l. 3. Amor. el. 4.* Nitimur in veticum semper, cupimusque negata.
 Veticus, a, um, *vietato, proibito, κολαυθίος*, partic. a vetor. *Virg. 6. Æn. Hic thalamum invasit natæ, veticoque hymenæos. Hor. l. 1. o. de 3. Audax omnia perpeti Gens humana ruit per veticum netas.*
 Veto, as, tui, titum, a. 1. *vietare, proibire, ἑνῆ, Ger. verbieten*, Gal. *descendre*, Hisp. *vetar, κολῶ, καθυγγίλλω*, prohibeo, impero, ne quid fiat. Antiqui pro eo *voto* dixerunt. Unde *varia* pro *vetita*, apud *Plautum Æn. 4. 1. 24.* *Cornutus apud Cassiod. de Orthog.* Voira olim ita per o, hodie per e, ut adversum, adversum, pervorsum, perversum, votare, vetare. Differunt inter se, ut alicui dicunt, *arcere, proibere, inhibere, abigere, & vetare.* Nam *arcere* est procul pulsare, vel obfistere, ne adversarius nocere prope queat. *Prohibere* est de loco, vel de re aliqua detrudere, vel amovere dicto sive facto, ne quis obtineat, quod vult. *Inhibere* est aliquid concessum, vel permissum revocare, vel inceptum vetare, ne progrediatur. *Abigere* est de loco tugare, vel pecora, & hujusmodi abducere. *Vetare* est præcipere, vel minari, vel factu prohibere, nequid fecus dicatur, aut fiat. Construitur cum accusativo personæ, & cum infinitivo. *Ter. Phor. 4. 4. 28.* Arupex vetuit ante brumam aliquid novi negotij incipere. *Cic. 5. Ver. Vetat te Volcatus meritionem mancipis facere. Id. de Amic. c. 22.* Acta agimus, quod vetatur veteri proverbio. *Virg. 1. Æn. v. 39.* Quippe vector fatis. *Horat. l. 1. sat. 1. v. 24.* Ridentem dicere verum Quid vetat? ¶ Reperitur etiam præteritum *vetavi, Perf. sat. 5. v. 90.* Excepto si quid Masuri rubrica vetavit. quod quia quidam Grammatici decoquere non possunt, *nosavus* per nimiam licentiam reponunt.

Vettonenses, m. 3. *Vettonenses, pop. Umbriæ, quorum opp. Bistonis. Plin. l. 3. c. 14.*
 Vettōnes. V. *Vettones*.
 Vetonica, V. *Betonica*.
 Vetula, æ, f. *vecchieta, γραις, γραιά, γραιώτισ*, ancilla, dim. a *vetus*. *Plaut. Most. 1. 3. 118.* Vetule edentule, quæ vetiæ corporis fuce occultant. *Javen. sat. 6.* Dile porro Filiolam turpi vetula producere turpem.
 Vetulonia, æ, f. *Vetulia, Βετουλονία*, opp. olim Hetrurizæ, apud Populonium, caput cæterarum urbium, cum Mæonii Hetruriam obtineant, ubi sylva Vetulonia, nunc *Silva Vestera. Sil. l. 8. v. 484.* Mæonizque decus quondam Vetulonia gentis Bis fenos hæc prima dedit præcedere fasses.
 Vetulonienfes, m. 3. cives Vetuloniæ urbis. *Plin. l. 3. c. 5.*
 Vetulonius, orum, m. idem qui Vetulonienfes, *Plin. l. 2. c. 103.*
 Vetulūs, i, m. *vecchiato, γειρόπων*, dimin. a *vetus* pro *fenue*. *Plaut. Epid. 2. 2. 3.* Quales volo vetulos duos. *Cic. l. 7. Fam. ep. 16.* Tu tamen, mi vetule, non fero, primum quia illas rabiofulas (at fatuas dedisti), &c.
 Vetūlus, a, um, *alquanto vecchio, subvetulus, subantiquus. Cic. Attic. l. 13. ep. 29.* Se scire ajebar, ab eo nuper petitam Cornificiam Quinti filiam, vetulam sane, & multarum nuptiarum. *Id. de Am. c. 19.* Num quando amici digni amicitia veteribus sint antepondi, ut equis vetulis teneros anteponeere solemus. *Catull. carm. 24. (al. 27.)* Minister vetuli puer Falerni.
 Vetus, eris, o. g. *vecchio, antico, ἄντι, Ger. alt, Gal. vieil, Hisp. viejo, γραιός, παλαιός, ἀρχαίος*, antiquus, priscus, multi temporis. *Ter. Adel. 5. 3. 17.* Nam vetus verbum hoc quidem est, Communia esse amicum inter se omnia. *Cic. de Univ. c. 11.* Credendum nimirum est veteribus, & priscis, ut ajunt, viris, qui se progeniem Deorum esse dicebant. *Plaut. Truc. 2. 2. 50.* Vetus est inaceria. *Id. Pseud. 1. 3. 129.* Vetera vaticinari, h. e. frivola, trita, esse *vanide*. ¶ Jungitur aliquando cum genitivo. *Silius l. 4. v. 532.* gnarus belli, veteresque laborum. *vecchi, ed affusati nelle fatiche. Tacit. 6. Ann. c. 44.* Sensit vetus regnandi, fallos in amore odia non fingere. ¶ *Id. 4. hist. c. 20.* Illi veteres militiæ, congregantur in cuneos. ¶ Et cum infinito, *Sil. l. 5. v. 505.* Hinc Fadum petit, & veterem bellare Labicum. ¶ *Veteres* absolute sunt majores, & omnes qui longo ante nos tempore vixerunt. *Plin. l. 36. c. 7.* Onychen in Arabiæ montibus, nec usquam alibi fasci putavere veteres nostri. ¶ Inter veteres, fenes, & antiquos hoc statuit dicitrimen *Valla l. 4. c. 5.* quod *sanus* vocantur, quantum ad privatum ipsorum ætatem, quam ulque ad senectutem perduxerunt, *veteres*, quantum ad publicum tempus. quod alia ætate vixerunt, licet fortasse ad senium non pervenerint: *antiqui* utrique dicuntur, sed magis veteres, quam fenes. ¶ Veteres tamen dicuntur etiam, qui grandes natu sunt, & fenes. *Sallust. in fragment. l. 2. hist. apud Non.* Quibus rebus aliquantam partem gloriæ dempserat, præcipue apud veteres, & sanctos viros, &c. *Liv. l. 42. c. 47.* Veteres, & moris antiqui memoris. *Favro l. 2. R. R. c. ult. de agnis.* Lac melius est a valentibus, & ab iis, quæ nondum veteres sunt. ¶ Interdum vetera appellantur etiam ea, quæ paulo ante fuerunt. *Sueton. in Vespas. c. 8.* Consulatus octo veteri addidit. *Nepos in Attic. c. 9.* Veteri instituto vitæ effugit nova pericula. ¶ *Gradus veterior, veterissimus.* V. supra in *Veter*. ¶ *Sub Veteribus*, subaudi *tabernis*, pars erat tabernarum in Romano foro: nam earum aliz veteres erant, aliz novæ, ita dictæ a tempore, quo constructæ fuerunt. *Plaut. Cure. 4. 1. 19.* Sub Veteribus ibi tui qui dant, quique accipiunt tenore. Adde *Sueton. in Aug. c. 100.* ¶ Sic contra *Virg. l. 5. de L. L. Sub Novis*, pars dicta in foro ædificiorum.
 Vetusculus, a, um, *adject. antichetto*, ut vetuscula dictio, apud *Sidon. l. 8. ep. 15.*
 Vetusitas, atis, f. *antichità, קדמה, Ger. alte, Gal. vieillesse, ancienne-té, Hisp. viejez, αρχαιότης*, antiquitas. *Cic. de Am. c. 19.* Magna est vis vetustatis, & consuetudinis. *Virg. 3. Æn.* Tantum ævi longinqua potest mutare vetustas. *Liv. l. 10.* Nec quid quoque anno actum sit, in tanta vetustate non rerum modo, sed etiam auditorum, digere possis. ¶ Ponitur etiam pro senectute, *vecchiezza. Ovid. Metam. 12. v. 182.* Tum senior: quamvis obstat mihi tarda vetustas &c. ¶ Item pro veteris amicorum inter se consuetudine, & longa notitia. *Cic. Fam. 11. ep. 16. L. Lamia præturam petit: hoc ego utor uno omnium plurimum: magna vetustas, magna consuetudo intercedit. à gran tempo che si conoscono. Id. 10. Fam. ep. 10.* Inter nos amore sumus, officijs, vetustate conjuncti. ¶ Item pro diuturnitate futuri temporis. *Cic. 14. Attic. ep. 9.* Hæc mihi videntur habitura vetustatem, *che siano per durare lungo tempo. Colum. l. 12. c. 44.* Poma in vetulitate reponere. *Plin. l. 23. c. 1.* Vetulitate uvæ induunt. *si conservano lungo tempo. Col. l. 3. c. 2.* Vinum vetulitate patitur, h. e. vetustate non corrumpitur, sed diu durat.
 Vetusite, adverb. *anticamente, all' antica*, more veterum. *Aston. Pedian.* ¶ Item ex longo tempore. *Plin. l. 27. c. 7.* Vetusissime in usu est. *à gran tempo, che s'adopera.*
 Vetusisco, is, n. 3. *invecchiarsi, בלה, Ger. alt. uverden, Gal. s'envieillir*, Hisp. *envejecerse, παλαιωθῆναι*, inveterasco, vetusitum acquirō. *Col. l. 1. c. 6.* Quoniam vina celerius vetuscescunt, quæ sumi quodam genere præconco matoritate trahunt.
 Vetusiscus, is, n. 3. idem quod vetusisco. *Nigid. apud Non. c. 5. n. 63.* Dicemus, quæ vetustate deteriora sunt, vetusiscere, veterascere, quæ meliora.
 Vetusus, a, um, *vecchio, anticho, קריק, Germ. alt, Gal. vieil, Hisp. viejo, anciano, αρχαίος, παλαιός*, vetus, antiquus. *Cic. l. 13. Fam. ep. 36.* Cum Demetrio Mega mihi vetustum hospitium est. *Virgil. 2. Æn. v. 713.* Est urbe egressis tumulus, templumque vetustum Delertæ Cere. *Rurjus Cic. in Bruto de Leio:* Sed multo tamen vetustior, & horridior ille, quam Scipio. *Tac. l. 2. Ann. c. 2.* Qui Voonem vetustissimum liberorum eius accirent, h. e. maximum natu.
 Vexabilis, le, adject. qui molestiam affert. *Cal. Aurelian. l. 2. Acus. c. 13. & 14.*
 Vexabiliter, adverb. molestiam afferendo. *Cal. Aurelian. 2. Acus. c. 9.*
 Vexāmen, finis, n. vexatio, molestia, concussio. *Lucret. l. 5. v. 351.* Aut cecidisse urbes magno vexamine mundi.
 Vexatio, onis, f. *veffazione, affizione, molestia, קנייה, Ger. plagung, Gal. vexation, Hisp. enojio, ενόχλησις, γκακωσις*, actus vexandi, afflictio, infestatio. *Liv. l. 38. c. 59.* Per vexationem, & contumelias inimicum petere. *Cic. 1. Catil. c. 7.* Vexatio, direptione locorum.
 Vexatīvus, a, um, *adject. qui vexat, & affigit. Cal. Aurel. Acus. 2. 29. & Tard. 3. 4.*
 Vexātor, oris, m. *chi molestia, קנייה, Ger. planger, Gal. vexeur, Hisp. el que da enojio, γκακωσις*, qui vexat, infestator. *Cic. de Arusp. resp. c. 22.* Tam crudelis mei, tam sceleratus Reipublicæ vexator esse potuisset? *Id. pro Sex. c. 8.* Veteres vexatores ætatuæ lux desipientis. h. e. qui se perum impudice sectati fuerant.

Vexatrix, icē, f. qm̄ vexat, & molestiam affert. Prudent. in Psychomach. v. 58. & Laſant. l. 3. c. 29.

Vexatus, a, um, afflicto, moleſtato, vexatus, partic. a vexor. Cic. pro Quinſ. ult. Multis vexatus contumeliis, plurimis jactatus injuriis, non turpis ad te, ſed miſer conſugit. Velle. l. 2. c. 79. Claſſis tempeſtate vexata. Nepos. 20. c. 1. Sicilia bello vexata. Propert. l. 2. eleg. 28. Vexata vita multa per pericula.

Vexillarius, ii, m. aſſero, σημαίνων, ſignifer, qui vexillum fert. Liv. l. 8. c. 8. Ordo ſexagenos milites, duos centuriones, vexillarium unum habet. Adde Tacit. l. 1. hiſt. c. 41. Præterea vexillarii dicti ſunt milites, qui ſumpti, & lecti ex legionibus, & ab eis diviſi militabant. Ratio autem appellationis eſt, quia ſeparatim a legionibus auxiliis, & cohortium ſignis, ſub proprio vexillo erant, atque ob eam cauſam vexilla a cohortibus, quæ in legionibus erant, Tacit. l. 1. hiſt. c. 70. aperte diſtinguit. Id. 2. hiſt. c. 83. Legio ſexta, & tredecim vexillarium millia ingenti agmine ſequentur. Id. ib. c. 18. Tres prætorias cohortes, & mille vexillarios veterano exercitui obijcitur.

Vexillatio, onis, f. gonſalonata, ſquadra, ala equitum. Veger. l. 2. c. 1. Equitum alæ dicuntur ab eo, quod ad ſimilitudinem alarum ab utraque parte protegant acies, quæ nunc vexillationes vocantur, a velo, quia velis, hoc eſt ſtammulis utuntur. Suet. in Galba, c. 20. Illud mirum admodum fuerit, neque præſentium quæquam opem Imperatori ferre conatum, & omnes, qui accerſerentur, ſpreviſſe nuntium, excepta Germanicorum vexillatione.

Vexillifer, a, um, adject. vexillum ferens. Prudent. in Psychom. v. 19. Hunc vexilliferæ quoniam fors obtulit iſtum, de ſobrietate loquitur.

Vexillum, i, n. bandiera, бѣга, Ger. ſeldzeichen, Gal. banniere, Hiſp. wandera, σημαίον, ſignum militare. Tacit. l. 1. Ann. c. 20. Manipuli poſtquam turbatum in caſtris accepere, vexilla convellunt. Flor. l. 3. c. 20. Servis ad vexillum vocatis. h. e. ut nomina militiæ darent. Submittere vexilla, abbaſſar l'infegne. Translate Stat. l. 4. ſilv. 2. v. 41. Submittere vexilla fortune ſuz. h. e. humiliter ſe gerere, de maieſtate ſua aliquid demere civilitatis cauſa. ducta eſt translatio a militiâ, in qua victi vexilla ſua ante victores demittere ſolent. Per antonomiaſiam vexillum dicitur velum illud, quod imperator proponi jubet, cum certaminis tempus imminet. Caſ. l. 2. B. G. c. 20. Cæſari omnia uno tempore erant agenda: vexillum proponendum, quod erat inſigne, cum ad arma concurrere oporteret; ſignum tuba dandum; ab opere revocandi milites, &c. Hirt. de Bello Hiſp. c. 28. Renuntiatum eſt ab ſpeculatoribus Pompejum in acie ſteſiſſe: hoc nuncio allato, vexillum propoſuit. Id. de B. Alex. c. 45. Vexillo ſublato, quo pugnandi dabit ſignum. Præterea vexillum ponitur interdum pro manu militum ſub uno vexillo. Squadra. Stat. l. 12. Theb. v. 782. Accedunt utrinque pio vexilla tumultu, Permiſcentque manus. Et ſpeciatiim pro manu vexilliariorum. Tacit. l. 1. hiſt. c. 70. Præmiſſis Gallorum, Luſitanorum, Britannorumque cohortibus, & Germanorum vexillis. V. Vexillarius.

Vexo, as, a, 1. moleſtare, infeſtare, affligere, πω, Ger. plagen, Gal. vexer, Hiſp. enojar, ενοχλῆσαι, ενοχῶ, moleſto, perturbo, infeſto. Servius ad illud Maronis Ecl. 6. Dulcibus vexaſſe rates: Probus, inquit, vult hac ratione defendere, dicens vexaſſe venire ab eo, quod eſt veho, veſto, vexo, ut vexaſſe ſit poſtaſſe, & ſine dubio pro arbitrio ſuo evertiſſe. Non enim ſui potens eſt, qui vehitur. Bene ergo, inclinatum verbum eſt. Nam qui fertur, & raptatur, & huc, atque illic diſtrahitur, vexari proprie dicitur. Hæc Servius, cui aſſentiantur Gell. l. 2. c. 6. & Macrobi. l. 6. Saturn. c. 7. Cic. 2. Verr. de Sicilia: Quam iſte per triennium ita vexavit, ac perdidit, ut ea reſtitui in antiquum ſtatum nullo modo poſſit. Id. pro Flac. c. 20. Splendidiffimum, atque ornatiffimum civitatis ſuz probris omnibus, maledictiſſique vexat. Dicitur etiam de animo, pro jactare, diſtorquere. Cic. pro Dom. Quæ te tanta pœna tuorum ſcelerum, flagitiorumque vexet. Saluſt. in Caſil. At me honoris cupido eadem, quæ cæteros, fama atque invidia vexabant.

U A N T E F.

Uſens, ſive Oufens, entis, m. l'auſente, il Portatore, Baldino, Baudino, ſ. Latii, qui naſcitur ad diverſorium vulgo Caſe Nove 2. M. P. ab Setia, in Campania Romana, & juxta Privernum fluit, marique Tyrheno excipitur apud Terracina urb. Virg. Æn. 7. v. 802.

Uſentinus, ſive Oufentinus, a, um, quod ad Uſentem agr. ſpectat, ut Tribus Uſentina. Feſtus: Oufentinz Tribus initio cauſa fuit nomen luminis Oufens, quod eſt in agro Privernate inter mare, & Terracina. Poſtea deinde a Cenſoribus alii quoque diverſarum civitatum eidem Tribui ſunt adſcripti. Tribus Uſentina addita eſt una cum Falerina, anno U. C. 435. M. Foffio Flacinator, L. Plautio Venno Coſſ. Liv. l. 9. c. 20.

V A N T E I.

Via, æ, f. via, ſtrada, γῆγ, Ger. vveg, Braſſ, Gal. voye, Hiſp. camino, calle, βῆς, locus, qua vehiculum ire poſteſt: ita dicta a vehendo quaſi vehis. Varr. l. 1. R. R. c. 2. Villicus agri colendi cauſa conſtitutus, atque appellatus a villa, villa ab eo, quod in eam convehuntur fruſtus, & evehuntur, cum veniunt. A quo ruſticæ etiam nunc quoque viam, veham appellat, propter vectoras. Id. l. 4. de L. L. Ut quo agebant, actus, ſic qua vehabant, viæ dictæ. Differunt iter, actus, via, quod iter hominis eſt, actus hominis, & jumentis, via hominis, jumentis, & vehiculi. Unde conſequitur, iter eſſe anguſtius actum, actum via. Nam anguſtiore ſpatio it homo, quam armentum, ac armentum anguſtius ſpatium requirit, quam vehiculum. Iter duorum pedum latitudine deſignatur, quantum requiritur, ut tranſire poſſint occurrentes: actus eſt iter quatuor pedes latum, ut Feſtus ſcribit in voce Actus: at viæ latitudo lege XII. Tab. in porrectum pedes habet octo, in anfractu, ideſt ubi flexum eſt, pedes duodecim. Hæc trium harumque vocum proprietates eſt, quando de ſervitute agrorum loquimur. Nam alias via accipitur pro quovis loco, per quem ire omnibus licet. Nativam vocum vim ſpectavit quoque Pomponius, cum in l. ſi eam, l. 3. ff. de ſervit. ait: Si tam anguſti loci demonſtratione facta, via conceſſa fuerit, ut neque vehiculum, neque jumentum ea inire poſſit, iter magis, quam via, ut actus acquiſitus videbitur. Sed ſi jumentum ea duci poterit, non etiam vehiculum, actus videbitur acquiſitus. Ad quem locum provocamus, ſi quis nobis opponere velit verba Ulpiani, qui lib. 1. de ſervit. ruſſ. ait, Actus eſt jus agendi vel jumentum, vel vehiculum. Ubi, ſi proprietatem vocis ſpectaſſet, ſcribere debuiffet, Actus eſt jus agendi jumentum, non etiam vehiculum. Sed popularem loquendi conſuetudinem, non nativam vocabuli vim, ſpectavit Ulpianus: uti & Paulus, cum l. 7. tit. cod. Qui actum habet, & plauſtrum ducere, & jumenta agere poſteſt: item Modestiſſimus, l. 12. Tom. II.

Actus eſt, ubi & armenta trajicere, & vehiculum ducere liceat. Quia ratione nihil inter viam, actumque intereſſet, quia utrumque tum agendi pecoris, tum vehiculi ducendi juſs contineret. Ceterum frequentiffime via latiore ſignificatione uſurpatur pro quovis loco, per quem ire licet, ut dictum eſt. Ter. Eun. 3. 2. Haud convenit una ire amicam cum Imperatore in via. Cic. 12. Phil. Tres ergo viæ, a ſupremo mari Flaminia, ab infero Aurelia, media Caſſia. Hor. l. 1. ſat. 9. Ibam forte via ſacra, ſicut meus eſt mos. (V. Sacer) Tac. l. 3. hiſt. c. 82. Per anguſta, & lubrica viarum flexerat. Via inepta, aut deterrima eſt difficilis, ſalebrosa, ſtrata caſtut. Cic. Att. l. 9. ep. 11. Curſare huc illuc via deterrima. Id. ib. l. 16. ep. 15. Longulum ſane iter, & via inepta. Dare ſe in viam, interſeſi in viaggio, Id. l. 14. Fam. ep. 12. Sic committere ſe viæ, eodem ſenſu, Id. ib. l. 16. ep. 4. Dare viam alicui per fundum ſuum, Id. pro Cæc. c. 10. laſciario paſſare, dar gli ſtrada. Decedere de via eſt aberrare, fallar la ſtrada. Sueton. in Caſ. a. 31. Et cum luminibus exſtinctis decēſſet via, diu erabundus &c. Translate Cic. pro Cal. c. 16. Se nulla cupiditate inductum de via decēſſiſſe, h. e. ab honeſtatis, & virtutis tramite declinaſſe. Præterea decedere de via eſt alicui obviam venienti honoris cauſa locum dare, dar la ſtrada. Sueton. in Tiber. c. 32. Cum palam eſſet, ipſum quoque eis abſurgere, & decedere via. Hoc ſenſu Seneca ep. 64. dixit ſemita cedere. Tota errare via eſt vehementer errare, errare di gran lunga. Ter. Eun. 2. 2. 14. Viarum aliz private ſunt, aliz publicæ, aliz vicinales. Et private quidem ſunt, quæ per privatos agros ducuntur; publicæ vero, per quas omnibus, & in quemcumque publicum locum ire licet; quæ ſunt in ſolo publico, publice manuntur, & curatores habent. Vicinales ſunt, quæ per vicos, aut in vicos ſerunt, quæ & ipſæ publicæ ſunt, ſi non ex collatione privatorum ſunt conſtitutz; nam ſi ex privatorum collatione reſciuntur, utique ſunt private, ut docet Ulpian. l. 2. ff. ne quis in loc. vel itin. publ. Publicæ viæ nunc Militares, nunc Conſulares, nunc Prætoriz vocantur, Græcis βασιλικῆς, ſtrada regie, ſtrada mæſtre; & a publica auctoritate, & uſu nomen fortiuntur. Ulpian. loc. cit. Publicas vias dicimus, quas Græci βασιλικῆς, noſtri Prætorias, alii Conſulares vias appellant. Id. leg. 3. ff. de loc. & itin. public. Viæ militares exitum ad mare, aut in urbes, aut ad flumina publica, aut ad aliam viam militarem habent: vicinalium autem viarum diſſimilis eſt conditio; nam pars earum in militares vias exitum habet, pars ſine ullo exitu intermoritur. Hæc Ulpian. Cæterum quod ad alias appellationes pertinet, viæ hæ publicæ dictæ ſunt etiam Conſulares, & Prætoriz ad ſignificandum publicum earum uſum: nam Prætor erat ſummus Urbis miniſtratus, Conſul Reipublicæ: legimus etiam multas publicas vias a Conſulibus, nonnullas a Prætoribus aut deductas, aut ſtratas fuiſſe. Viæ publicæ a Romanis admirabili magnificencia non in Urbe ſolum, ſed etiam tota Italia factæ, & ſtratz fuerunt: nulla enim gens fuit, quæ publicæ civium commoditatis, & ornamenti tum urbis, tum agrî ſtudioſior extiterit. Eis faciendis, vel reſciendis primarij cives præpoſiti erant, & primo quidem Cenſores, deinde hiſiſi alii in rebus occupati, creati ſunt proprii Magiſtratus, qui viarum Curandaram, & Curatores viarum vocabantur. In viis conſtitutz fuere columnæ lapideæ, quæ ſingulis intervallis poſitz ſignum milliarium præzerebant. V. Lapis. Nomina viarum a variis ſignibus impoſita ſunt: aliz enim ab Ulpianibus appellatz ſunt, ut Flaminia a C. Flaminio Conſ. ſtrata; aliz ab urbiſus, ad quas ferebant: ut Collatina; aliz a Provinciis, ut Campana; aliz a diverſis eventibus, ut Triumphalis, Fornicata, &c. Metonymice via ſumitur pro ipſo actu eundi, viaggio. Cic. 1. Phil. De via languere, eſſe ſtanco dal viaggio. Id. 1. Div. Multorum diurnam viam progredi, far un viaggio di molte giornate. Id. pro Plane. Pergere aliquot diurnam viam. Id. Fam. 14. ep. 12. Dare ſe in viam, metterſi in viaggio. Inter vias idem eſt ac in via, eundo, per iſtrada. Plaut. Pæn. 5. 3. 43. Ne inter vias præterbitam, metuo. Ter. Eun. 4. 2. 1. Cæpi mecum inter vias aliam rem ex alia cogitare. Iſta perpetuum veteres optabant inimicis ſuis, quos maximo habebant odio, cum aliqui illi profecturi eſſent, quibus verbis a Diis petebant, ut nunquam in ea loca redirent, ſed quanto magis iter facere pergerent, tanto magis e conſpectu ſe eriperent. Cic. in Piſon. An quod tibi proficenti evenit, ut omnes exerarentur, male precarentur, unam tibi illam viam, & perpetuum eſſe vellent. Translate ſumitur pro tranſitu, canali, vehiculo. Cic. 2. de nat. Deor. c. 55. Succus is, quo alimur, permanat ad jecur per quadam a medio inteſtino uſque ad portas jecoris ductas, & directas vias. Item pro ratione, & modo aliquid faciendi. Virg. 6. Æn. Aut tu, ſi qua via eſt, ſiquam tibi Diva creatrix Oſtendit. Cic. 2. Ver. Habeo autem certam viam, atque rationem, qua omnes illorum conatus inveſtigare, & conſequi poſſim. Id. 1. de Leg. Et qui aliter juſ civile tradunt, non tam juſtitiz, quam litigandi, tradunt vias. Item pro methodo, ſive ordine ſcribendi, vel dicendi. Cic. in Brut. Nam antea neminem ſolium via, nec arte, fed accurate tamen, & de ſcripto pleroſque dicere. Ingreſſi viam dicuntur, qui vera, non falſa, & aliena narrant. Plane. Amph. 2. 1. 273. Ingreſſus eſt viam. Sic Id. Afen. 1. 1. 39. Reclam inflas viam: ea res eſt. v. dicit bene.

Vialis, le, adject. ad viam pertinens. Lares viales, qui & præſtites dicti, erant ii quorum imagines in viis, & campis ſtatebantur, ut iis præſent, & tutas omnibus præſtarent. Plaut. Merc. 5. 2. 24. Invo-co vos, Lares viales, ut me bene juvetis.

Vians, antis, nom. particip. viandante, iter faciens, viator. Solin. c. 42. Submovere accessus viantium. Prudent. Ham. rrig. v. 208. Incautum ſpoliare viantem. Apulej. initio Floidor. Religioſi viantium. h. e. religioſi viatores: Græca phraſis, ſen imitanda.

Viarus, a, um, odiaſe, quod ad viam ſpectat. Cel. Cic. l. 8. Fam. ep. 9. Leviſſime enim, quia de intercalando non obtinuerat, tranſgunt ad populum, & pro Cæſare loqui cæpit, legemque viariam non diſſimilem agrariæ Rullii, & alimentariam, quas jubet Ædiles metiri, jactavit. h. e. de viis muniendis, vel faciendis.

Viaticus, a, um, proviſto per il viaggio, εἰς δὸς ἰατρῆς, ἐπιτιςτοπιμῆς, viatico inſtructus. Plaut. Men. 2. 1. 29. Cum inſpicio marſupium, viaticati hercle admodum æſtve ſumus. h. e. levi admodum viatico ſummiſtri inſtructi. Nam æſtate qui iter faciunt, paucioribus diebus, quo volunt, perveniunt. Turneb. l. 18. c. 15.

Viaticum, i, n. exiguum viaticum. Ulpian. l. ſi longus, in fine, ff. de ſummiſſis: Et egeſtate Romæ labore, viaticulo ſuo non recepto, quod ad ſumptum pater ei deſtinavit. Apul. l. 7. de Aſino: Viaticulum mihi corraſi.

Viaticum, i, n. viatico, ναιτοναγλία, ἐπιτιςτοπιμῆς, quicquid iter agendi cauſa neceſſarium eſt, ſive cibus ſit, ſive pecunia ad vicium expendenda. Plaut. Capr. 2. 3. 89. Sequere me, viaticum ut dem a trapezita tibi. Cic. Att. l. 12. ep. 31. Velim, videas, & quid viatici, & quid inſtrumenti ſatis ſit. Translate ad aliarum quoque rerum apparatus traductur. Claud. in Annal. apud Gel. l. 17. c. 7. ſimul forma, tactiſi eloquentia, dignitate, acrimonia, confidentia pariter præcelebant, ut facile intelligeretur magnum viaticum ex ſe, atque in ſe ad rempubl. evertendam habere.

Viaticus, a, um, quod vias interfert, ut Viatica cœna, *δοικόνειον*, quæ datur abito, vel peregre adventienti: quæ & *advencia* dicta est. *Plaut. Bacch. 1. 1. 61.* Ego forori meæ cœnam hodie dare volo viaticam.

Viatum, adverb. per vias. *Diomed. Grammatic. l. 1.*

Viator, oris, m. *viatore*, *viandante*, *δίων*, *διδωρπος*, qui iter facit. *Cic. pro Mil. c. 21.* Quia non semper viator a latrone, nonnunquam etiam latro a viatore occiditur. *Id. de Fato. c. 15.* Hoc modo viator quoque bene vestitus causa grassatori fuisse diceretur, cur ab eo spoliaretur.

¶ **Speciatim** usurpatur pro apparitore, seu ministro publico. **Viatores** igitur, *fantii*, erant ministri publici Magistratuum, qui se se itineri committentibus, quotiescunque aliquis Romam a Magistratu vocaretur vel ex pagis agri Romani, vel ex aliis regionibus extra Urbem. Itaque dicti sunt a *via*. *Cic. de Sen. c. 16.* A villa in Senatam arceffebantur **Curius**, & cæteri senes, ex quo qui eos arceffebant, viatores nominati sunt. ¶ **Viatores** alii a *licitoribus* fuerunt. Argumento est antiqua *urorumque* origo. *Lictor enim a ligando, viator a vis* est appellatus. *Signon. de ans. jur. C. 1. 2. c. 15.* Valgius tamen eisdem fere viatores, ac *lictores*, existimavit, ut est apud *Gellium l. 12. c. 3.* *Lictorem enim dicit a ligando appellatum esse, quod, cum Magistratus Populi Romani virgis quempiam verberari iussissent, crura ejus, & manus ligari, vinciturque a viatore solita sint, ique, qui ex collegio viatorum officium ligandi haberet, licitor sit appellatus. Sed viatoribus Romani usi sunt vocandi, & nuntiandi causa, non ligandi. Liv. l. 23.* Consul viatorem misit, qui patri nuntiaret, ut sine *licitoribus* ad Consulem veniret.

¶ **Viatoribus** ii Magistratus utebantur, quorum potestas potius, quam imperium extitit, quales fuerunt *Censores*, & *Tribuni Plebis*: i. e. soli viatores, absque *licitoribus*, erant proprii eorum Magistratus, qui potius potestatem, quam imperium, habent. Nam Magistratus, qui imperio præditi erant, non solum viatoribus, sed etiam *licitoribus* utebantur. Ex *Valgii* sententia dici potest, apparitores Magistratum, qui potestatem præ se ferrent, fuisse duntaxat viatores, id est habuisse solum munus vocandi absentes, non autem ligandi: apparitores autem eorum Magistratus, qui habent imperium, simul & *lictores*, & viatores fuisse, i. e. exercuisse tum munus vocandi, tum officium ligandi, quemadmodum ipsi imperatum esset. ¶ **Tribuni Pl.** utebantur viatoribus, non ad vocandum, ut *Consules*, sed adprehendum. Non enim vocationem habebant. Minime vero utebantur viatoribus ad ligandum. Nam aliud est apprehendere, aut ligare. Prehendimus aliquem manibus, vel veste, ligamus funibus, vel aliis vinculis. *Varr. l. 2. Rer. hum. apud Gell. lib. 13. c. 12.* In Magistratu habeat alii vocationem, alii prehensionem, alii neutrum: vocationem, ut *Consules*, & cæteri, qui habent imperium: prehensionem, ut *Tribuni Pl.* & alii, qui habent viatorem: neque vocationem, neque prehensionem, ut *Quæstiores*, & cæteri, qui neque *lictores* habent, neque viatorem. Qui vocationem habent, iidem apprehendere, tenere, abducere possunt, & hæc omnia, siue adfunt, quos vocant, siue acciri iusserunt. *Tribuni Pl.* vocationem habent nullam, & *Liv. lib. 2.* Ardens itaque ira *Tribunus viatorem* mittit ad *Consulem*, *Consul licitorem* ad *Tribunum*.

Viatorius, a, um, da *viaggio*, *δοικονομικός*, quod ad viam pertinet, ut *Viatorius vas*, quo iter agentes terendi potus gratia utuntur. *Plin. l. 16. c. 10. de saxo:* Vasa viatoria ex ea vitis in Gallia facta, mortifera fuisse comperit est. *Leg. 40. ff. de iur. arg.* Aurum viatorum.

Viatrix, icis, f. quæ iter facit. *Blasian. Capell. l. 6.* Viatrix infatigata. *Inferrip. apud Gruet. pag. 745. n. 5.* Aquila viatrix. Sed hic videtur esse nomen proprium.

Vibali, m. 2. *Bibali*, pop. *Hisp. Tarr. Callaicus*, & *Bracharis finitimi*, quorum opp. *Forum Bibalorum. Plin. l. 3. c. 3.*

Vibex, icis, f. *piaga*, *lividezza*, *lividura*, *הכורה*, *Ger. Striemenen*, *Gal. marque*, *frangées*, *Hisp. rancha*, *jenal*, *μυρωδ*, *αελιδωυα*, signum verberis in corpore remanens. *Plin. l. 30. c. 13.* Verberum vulnera, atque vibices, pellibus ovium recentibus impositis, obliterantur. *Perf. Jas. 4. v. 48.* Si pulex multa cautus vibice flagellis.

Vibila, æ, f. lignum, seu pertica erecta. *V. Vara.*

Vibilia, æ, f. Dea præles viarum. *Arnob. l. 4.* Ab erroribus viarum Dea Vibilia liberat. Ita emendat *Gelenius*, pro quo in aliis libris *Upibilia*.

Vibisci, m. 2. *Bituriges*, *Vibisci*, *Ubisci*, pop. Gallie *Aquitanicæ*, circa *Burdegalam. Plin. l. 4. c. 19.*

Vibo, onis, f. 3. *Vibo* *Valentia*, *Hippo*, *Hipponium*, *Bivona*, *Bibona*, *ὐπώνιον*, olim urbs *Locorum* in *Bruttis*, in ora sin. *Hipponiatis*, qui & *Vibonensis* a *Plin. l. 3. cap. 5.* dicitur. *Strabo* *Hipponem* a *Loerentibus* conditum, atque *Bruttis* a *Romanis* ademptum *Vibonem* *Valentiam* nominatum prodit. ¶ *Eo* *Romani* *coloniam* miserunt anno *U. C. 562.*

M. Acilio, *P. Cornelio* *Coff. Signon. de antiq. jur. Ital. l. 2. c. 5.*

Vibones, m. 3. *hæres herbe Britannicæ*, qui devorati ante tonitrua a *tuimbinis* securos reddere existimantur, teste *Plin. l. 25. c. 3.*

Vibrabilis, le, adject. qui vibrari potest. *Auson. epist. 24. v. 108.* Si tendi facilis cuiquam fuit arcus *Ulyssi*, Aut præter dominum *vibrabilis* ornus *Achilli*.

Vibrabundus, a, um, adject. vibrans. *Marsian. Capell. l. 7.*

Vibrâmen, inis, n. vibratio, crispato. *Apul. l. 6. Met.* Trifalca vibrâmina draconum.

Vibrans, antis, o. g. *πάλλων*, partic. a *vibro*, quod neutram significationem habet, & ponitur pro celerrime agitato, vibrato. *Virg. l. 2. Æn. v. 211.* *Sibila* lambebant linguas vibrantibus ora. *Ovid. 12. Met.* Contentientemque suis vibrantia tela lacertis. *Vsl. l. 8. Argon.* Cum subito ingentem media inter nubila flammam conspiciat, & sæva vibrantes luce tenebras. ¶ *Translate Cic. in Brut. c. 95.* Et erat oratio cum incitata, & vibrans, tum etiam accurata, & polita, *disorso vehementi*, & *di grand' impressione. Quintil. lib. 10. c. 1.* Breves, vibrantesque sententiae, acutæ, & penetrans. *Plin. l. 10. c. 29.* Sonus *lucimæ* vibrans. *h. e. tremulus, onso con gorgia.*

Vibratio, onis, f. *vibrazione*, actus vibrandi. *Festus in voce Gradivus.* *Gradivus* *Mars* appellatus est a vibratione hæzæ, quod *Græci* dicunt *κρδαιών*. *Vopisc. in Caro, c. 8.* *Tonitruum* continuata vibratio.

Vibratus, a, um, vibrato, *gestato*, *πεπαιμένος*, partic. a *vibro*. *Virg. l. 8. Æn.* Namque improvviso vibratus ab æthere fulgor. Cum fonitu venit. *Ovid. 8. Met.* Vibrata per auras spicula. ¶ *Somitur etiam pro crispo, seu crispato. Virg. 12. Æn.* Et fœdare in pulvere crines *Vibratos* calido terro, *myrrhaque* madentes. *Plin. l. 2. c. 78.* *Barba*, & *capillo* vibrato.

Vibrissæ, arum, f. 1. *peli delle nasci*, *τελχες βίβος*, ut exponunt *Glossæ veteres*, *pili* in *naribus* hominum. *Festus:* *Vibrissæ* *pili* in *naribus* hominum dicti, quod his evulsis caput vibratur.

Vibrissio, as, a. 1. sæpe *vibro*. *Speciatim* de voce dicitur, quando flectitur, & crispatur in canendo. *Fest.* *Vibrissare* *est* *voce* in *cantando* *crispare. Titianus:* Si erit tibi *cantandum*, *facito*, usque *exvibrisses.*

Vibro, as, a. 1. *vibrare*, *movere*, *collare*, *ויר*, *Ger. schusten*, *Gal. jester*, *durder*, *Hisp. lancar*, *κρδαιών*, *σείω*, *πάλλω*, *φραπιδών*,

moveo eum tremore, quatio, concutio. *Ovid. ep. 11. v. 77.* Sic mea vibrari pallentia membra videres. *h. e. tremere.* ¶ *Sæpe* *ponitur* *pro* *movere* *simpliciter*, *agitare*, *non*, *ut* *aliqui* *consent*, *pro* *jacere*, *promovere*, *jaculari. Cic. 1. de Or. c. 80.* Atque *ejusmodi* *illa* *profusio* *debet* *esse*, *non* *ut* *Samnitum*, qui vibrant hætas ante pugnam, quibus in pugnano nihil utuntur. *Virg. 11. Æn.* *Hæstique* *reductis* *Protendunt* *longe* *dextris*, & *spicula* *vibrant.* ¶ *Est* *etiam* *verbum* *neutrum*, *pro* *tremere*, *micare. Cic. 4. Acad. c. 33. de mori.* Quodque nunc, quia a *Sole* *colleget*, *albescit*, & *vibrat*, *disimulique* *est* *proximo* *ei* *continenti. Plin. l. 2. c. 8. de terra motu:* Nec simplici modo quatitur unquam, sed tremat, vibratque. ¶ *Translate Cic. in Or. c. 70.* *Demosthenes*, *cujus* *non* *tum* *vibrare* *fulmina* *illa*, *nisi* *numerus* *contorta* *terrentur. h. e.* *non* *tum* *est* *ejus* *incitata* *oratio*, & *vehemens*, *nisi* & *c. Catul. carm. 37. (st. 36.)* *Defissem* *truces* *vibrare* *jambos.*

Viburnum, i, n. *viburno*, genus fructicis, lentum imprimis, & flexibile. *Dictum est a vico*, quia ad vicum, hoc est ligandum, idoneum est. Vel ab *ισβω*, *cado*, *verbero*, quod virgultum hoc aptum fit ad cædendum. *Virg. 1. Ecl.* Verum hæc tantum alias inter caput extulit urbem. Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

Vica, t. idem quod *victoria* apud *Veteres*, ut testatur *Isidor. l. 10.* & probari quodammodo potest ex sequenti vocabulo.

Vica Potæ, *Dea* *vincendi* *potens. Cic. 2. de Leg. c. 11.* Quod si fingenda nomina *Vicæ* *Potæ*, id est *potis* *vincendi*, atque *potentiæ*, si funderique cognomina *Statoris*, & *invicti* *Jovis. Seneca Apocolocyntis.* Proximus rogatur *sententiam* *Diespiter*, *Vicæ* *Potæ* *filius.*

Vicani, *κωμῆται*, qui *vicos* *ruflicos* habitant. *Cic. 1. Divin. c. 58. ex Poeta:* Non habeo denique *nauci* *Marfum* *Augurem*, *Non* *vicanos* *Arufpices*, *non* *de* *circo* *Astrologos. h. e.* *qui* *quærit* *causa* *per* *vicos* *vagantur. Liv. l. 38. c. 30.* *Vicani*, quique *ibi* *exules* *habitarant.*

Vicarianus, a, um, adject. *di Vicario. Sidon. l. 1. ep. 3.* *Civium* *desidiam* *Vicariano* *apice* *transcendit. h. e.* *honore*, & *dignitate* *Vicarii.*

Vicarius, a, um, *che*, *fa*, *le* *altrui* *veci*, *ἀντιβῆτος*, quod *vicem* *alicujus* *gerit. Cic. pro R. Am. c. 38.* Propterea, quod quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in his operæ nostræ *vicaria* *fides* *amicorum* *supponitur. Quintil. Declam. 9.* *Vicarias* *manus* *polliceri. Id. ib.* *Vitam* *alterius* *vicaria* *morte* *redimere.*

Vicarius, ii, m. *vicario*, *Ger. Statthalter*, *Gal. vicaire*, *Hisp. vicario*, *ἀντιβῆτος*, qui *vicem* *alterius* *obtinet*, *cujusmodi* *sunt* *Prætorum* *substituti*, & *locum* *tenentes*, ut *vulgo* *vocant. Cic. c. 5. Ver.* *Hic* *Diongetus*, *qui* *ex* *publicis* *vestigalibus* *tanta* *luera* *facit*, *vicarium* *nullum* *habet. Id. 6. Ver.* *Succedam* *ego* *vicarius* *tuo* *muni. Id. pro Mur.* *Nolite* *mihi* *subtrahere* *vicarium* *diligentæ* *meæ. Id. pro Scylla.* *An* *hoc* *Regnum* *appellabitur*, *cujus* *vicarius* *qui* *velit* *esse*, *inveniri* *nemo* *potest. Id. l. 16. Fam. ep. 22.* Itaque te do *vicarium*: tu cum *obferabis.* ¶ *Speciatim* *vocabatur* *vicarius*, *qui* *in* *familia* *atriensis* *servo*, *id est* *majori* *serviret*, *δ τῷ αἰετῷ αἰετῆρι*, ut interpretatur *Theophilus. Hor. l. 2. sat. 7.* *Sive* *vicarius* *est*, *qui* *servo* *paret*, *ut* *mos* *Vester*, *ait*, *seu* *conservus. Martial. l. 2. ep. 18.* *Esse* *sat* *est* *servum*, *jama* *nolo* *vicarius* *esse. Paul. l. si in re, 19. ff. de noxal. ad.* *Si* *servus* *tuus* *navem* *exercuerit*, *ejusque* *vicarius* *&* *idem* *nauta* *in* *eadem* *nave* *damnum* *dederit.* ¶ *Opponuntur* *autem* *vicarius*, & *servus* *ordinarius*, ac *ille* *in* *huius* *quasi* *domini* *peculio* *est. Ulp. l. 17. ff. de pecul.* *Si* *servus* *meus* *ordinarius* *vicarius* *habeat*, *id*, quod *vicarii* *mihi* *debeat*, *an* *deducam* *ex* *peculio* *servi* *ordinarii?*

Vicatum, adv. *κατὰ κώμης*, *sparsim* *per* *vicos* *urbis. Cic. pro Dom. c. 50.* *Servorum* *omnium* *vicatum* *celebratur* *tota* *urbe* *descriptio.* ¶ *Significat* *etiam* *per* *pagos. Plin. l. 6. c. 26.* *Meopotamia* *tota* *Arsyriorum* *fuit* *vicatum* *dispersa*, præter *Babylona*, & *Ninum*.

Vicellenses, m. 3. pop. Latii, qui cum *Velienibus*, *Sicanis*, & aliis multis interiere. *Plin. l. 3. c. 5.*

Vicem. *V. Vicis.*

Vicennarius, a, um, *di venti*, *ἀννενάρης*, quod in se continet viginti. *Quidam* *scribunt* *vicennaria* *duplici* *nn*, ut *fit* *ab* *annus*, *potius* *quam* *a* *viginti. Plaut. Pseud. 1. 3. 69.* *Tum* *lex* *me* *perdit* *quinta* *vicennaria*, *omnes* *metuunt* *credere. id est* *lex* *lata* *in* *minores* *viginti* *quinque* *annis. Macedonum* *enim* *Senatusconsulto* *cautum* *fuit*, *ne* *quid* *minorè* *25.* *annis* *credetur*, *si* *contra* *heret*, *ejus* *rei* *nulla* *esset* *actio*, *nisi* *forte* *in* *rem* *minoris* *esset* *conversâ.*

Viceni, æ, a, *venti*, *וויצטי*, *Ger. zventzig*, *Gal. vings*, *Hisp. veynete*, *ἀννῆτος*, *nomen* *numerales* *distributivum*, quod tamen sæpe pro *cardinali* *viginti* *reperitur. Liv. l. 22.* *Vicena* *quinta* *millia* *æris. Plin. l. 6. c. 23.* *Circa* *has* *hydri* *marini* *vicenum* *cubitorum* *adnatantes* *terruere* *clafsem. Col. l. 3. c. 3.* *Vicenas* *amphoras* *percipiunt.*

Vicennalia, n. plur. *ludi* *vicicimo* *quoque* *anno* *celebrari* *soliti. Laflano. de morr. persequ. c. 17.* *Diocletianus* *perrexit* *Romam*, *ut* *illic* *vicennalia* *diem* *celebraret.* ¶ *In* *nummo* *Constantini* *apud* *Carol. du Fresno Famil. Byzant. pag. 27.* legitur *vicennaliorum* *in* *genit. plurali.*

Vicennium, ii, n. *spæzio di vent' anni*, *viginti* *annorum* *tempus. Modest. l. 8. ff. de administr. rer. ad civit. pertinens.* *Calcularii* *erroris* *retractatio* *etiam* *post* *vicenni* *tempora* *admittitur.*

Vicentia, f. 1. *Vicenza*, *urbs* *Italicæ*, *alias* *in* *Venetia*, *hodie* *in* *Lombardia*, *ad* *Reronis*, & *Medoaci* *minoris* *confluentiam*, *scorpio* *figura* *performis*, *caput* *agri* *Vicentini.* ¶ *Conditâ* *fuit* *a* *Gallis. Justin. l. 20.* *Obtinuit* *civitatem* *Romanam* *una* *cum* *aliis* *Venetis*, *anno* *U. C. 664.* *Cn. Pompejo* *Strabone* *patre* *Pompeji* *Magi*, & *L. Porcio* *Catone* *Coff.* *lege* *ipsum* *Cn. Pompeji* *Strabonis*, *mortuo* *collega*, *fuit*, *quo* *in* *Tribu* *Menencia. Signon. de ans. jur. Ital. l. 3. c. 2.* *In* *castigationibus* *Codicibus. Tac. 3. hist. c. 8. & Plin. l. 3. c. 19.* *legitur* *Vicentia*, *quemadmodum* *&* *in* *aliis* *antiquis* *libris*, & *lapidibus*, *quos* *æfert* *Manue. in Orthogr.*

Vicentinus, & *rectius* *Vicetinus*, a, um, adject. *Vicentino. Inscripti. apud Manue. in Orthogr.* *Inter* *Athefinos*, & *Vicetinos* *terminos* *statuit.*

Vicetianura, æ, f. *carica del Inogotenense*, *o* *vicario del Queltore. Ascum. Pedian.*

Vices. *V. Vicis.*

Vicesima, quæ, f. *ventesima*, *εικοστή*, *genus* *vestigalis*, *quo* *in* *centenas* *libras* *quæ* *exigebantur* *ex* *servis*, & *libertis*: *nam* *cum* *servus* *veneret*, *vestigal* *illud* *pro* *eo* *emptor*, *cum* *manumitteretur*, *herus* *solvebat. Liv. l. 7.* *Cn. Manlius* *Consul* *legem* *novo* *exemplo* *ad* *Sutrium*, *in* *castris* *tributum* *de* *vicesima* *eorum*, *qui* *manumittuntur*, *tulit. Patres*, *quia* *ea* *lege* *haud* *parvum* *vestigal* *inopi* *æratio* *additum* *esset*, *auctores* *fuerunt.* ¶ *Sublatis* *cæteris* *vestigalibus* *retenta* *est. Cic. Att. l. 2. ep. 2.* *Et* *eo* *magis*, *quod* *portoris* *Italicæ* *sublatis*, *agro* *Campano* *diviso*, *quod* *vestigal* *superest* *domesticum*, *præter* *vicesimam?* ¶ *Alia* *fuit* *vicesima* *hereditatum*, & *legatorum* *ab* *Augusto* *imposita* *illis*, *qui* *in* *testamento* *aliquid* *acquisivissent. Dio. l. 55. & Plin. in Paneg. c. 37.* ¶ *Legitur* *&* *vigesima.*

Vicesimani, orum, m. *milites* *legionis* *vicesimæ. Tac. 1. Annal. c. 51. & 64.*

Vicesimarum, a, um, *εικοσῆτος*, quod ad *vicesimam* *spectat. Liv. l. 27. c. 10.*

10. Cætera expedientibus, quæ ad bellum opus erant, Consulibus, aurum vicissimum, quod in sanctiore ætate ad ultimos casus servabatur, promi placuit. hoc est aurum, quod ex vicissima collectum fuerat.

Vicissimatio, onis, f. supplicium militare, quo vicissimos quisque puniebatur. *Capitolin. in Macrin. c. 12.* Quando eos centesimaret, qui digni essent decumatione, atque vicissimatio.

Vicissimus (usitatus quam Vigessimus) a, um, adject. *vicissimo, ventesimo, ultimus ex viginti. Cic. pro Leg. Manil. c. 3.* Annum jam tertium & vicissimum regnat. *Idem Fam. 11. ep. 25.* Altero & vicissimo die. *Varr. l. 3. R. c. 9.* Ut vicissimus dies, & primus sit par.

Vicissis, viginti asses. *V. Biceffis.*

Vicia, æ, f. *veccia, Germ. vuseken, Gal. vesce, Hisp. arveja, Bœtia, εὐρακων, κύμα,* leguminis genus, jumentorum pabulo aobilissimum, cubitali altitudine, foliis fere petrofolini, amplioribus tamen, minutis, nigrantibusque in siliqua granis. *Plin. l. 18. cap. 15.* Et vicia pinguescent arva, nec ipsa agricolis operosa: uno sulco fata, non sarritur, non sterocatur, nec aliud, quam deocatur.

Vicia, æ, f. continentia. *Fest. viciam dicebant continentiam. Al. leg. vinciam.*

Viciarium, ii, n. locus viciis condendis aptus. *Col. lib. 11. c. 2.* ubi alii leg. *vittaria*, nempe a *vittibus*.

Viciarius, a, um, *di veccia, Cœnæus*, quod ad viciam pertinet, ut Cribrum vicarium, quo vicia expurgatur a frumento. *Col. lib. 8. c. 5.* Cribro vicario, vel etiam loliario, qui jam fuerit in usu, pulli superponantur, deinde pulegii furculis fumigantur.

Vicies, adv. *venti volte*, Germ. *zwanzig mahl*, Gal. *vingt fois*, Hisp. *veinte vezes, εικοσάκις*, viginti vices, seu vicibus. *Plin. l. 7. c. 28.* Centies vices præliatus, octies ex provocatione victor, &c. *Col. l. 5. c. 2.* Ita, ut paulo ante dixi, latitudinis pedes cum longitudinis pedibus si multiplicabis, centies vices ducenti quadragesimi sunt viginti octo milia, & odlingenti.

Vicinialis, & le, o. 3. *consortivo*, Ger. *nachbavurschafft*, Gall. *du voisinage*, Hisp. *de veindad, γειτονία*, quod ad viciniam spectat. *Paul. l. 1. ff. de sac. & iis. publ. Vix vicinales*, quæ ex agris privatorum collatis factæ sunt, quarum memoria non extat, publicarum viarum numero sunt. *V. Via. Liv. l. 21. cap. 26.* Itaque ingens coacta vis navium est, linteriumque temere ad vicinalem ufum paratarum. h. e. ad ufum vicinæ, seu vicinorum.

Vicina, æ, f. idem ac vicinitas. Quidam Grammatici distinguunt vicinia a vicinitate, quod *vicinia* dicatur de locis propinquis, *vicinitas* de conjunctione hominum inter se. *Corn. Fronto*: Vicinia vicorum conjunctio, vicinitas hominum conversatio est. Sed hæc differentia non observatur. *Cic. l. Tusc. c. 16.* Inde in vicinia nostra Averni lacus. *Col. l. 7. c. 3.* Summitti in vicinia urbis quandoque oportebit. ¶ Metonymice sumitur pro ipsis vicinis. *Horat. l. 2. Sat. 5.* Funus egregie factum laudet vicinia. *Id. l. 1. ep. 16.* Sed videt hunc omnis domus, & vicinia tota. ¶ Translate ponitur pro conjunctione cuiuscunque rei, similitudine, *Quintil. l. 8. cap. 3.* Est tamen diversarum rerum quædam vicinia. *Plin. l. 31. c. 3.* Aqua ad viciniam lætis accedens.

Vicinias, atis, f. *vicinitas, vicinanzza, קרבה*, Ger. *nachbavurschafft*, Gall. *voisinage*, Hisp. *veindad, γειτονία*, vicorum conjunctio, vicinorum inter se propinquitas. *Terent. Heaut. 1. 1. 4.* Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas facit, ut te audacter moneam, & familiariter. *Cic. pro Cluent.* Pater huicque, Judices, homo non solum municipii Latinatis, ex quo erat, sed etiam regionis illius, & vicinitatis virtute, æstimatione, nobilitate facile princeps. ¶ Usurpatur etiam generatim pro quacunque locorum propinquitate. *Plin. l. 4. c. 16.* Triginta prope jam annis notitiam ejus Romanorum armis non ultra viciniam sylvæ Calydoniæ propagantibus. ¶ Metonymice ponitur pro vicinorum multitudine. *Cic. 6. Ver. Signum*, quod notum erat vicinitati, buccina datur. ¶ Translate usurpatur de quacunque propinquitate, seu conjunctione. *Cic. 2. de nat. Deor.* Itemque naves, eo quod omnis odor ad superiora fertur, recte sursum sunt, & quod cibi, & potionis judicium magnum earum est, non sine causa viciniam oris secutus sunt. *Idem in Brut.* Quod & equalitas vestra, & pares honorum gradus, & artium, studiorumque quasi finitima vicinitas tantum abest ab oblectatione, & invidia. *Id. post red. ad Quir. cap. 1.* Amicitia, & consuetudines, vicinitates. *Plin. lib. 21. cap. 18.* Multi vero non discernunt a Cypro vicinate nominis. *Quintil. lib. 3. cap. 6.* Virtutibus, ac vitis vicinitas quædam est.

Vicinities, adv. *da vicino. Cod. Theod. l. 15. tit. 1.* Omnes intra centum pedes vicinitus, quantum ad horrea pertinent, arceantur.

Vicinium, ii, n. *vicinanzza*, vicinitas. *Sen. de brev. vit. c. 15.* In vicinio veritatis invidia, simplicius longe posita miramur. *Plin. lib. 2. cap. 16.* Quandiu in vicinio fuit terra. Utroque tamen loco optimi plerique Codices habent *vicino*.

Vicinus, aris, *esser vicino*, vicinus sum. *Sidon. l. 2. ep. 11.* Si nobis pro situ, spatioso regionum vicinaremur. *Id. l. 8. ep. 9.* Vicinabatur festinata correctio.

Vicinus, i, m. 2. *vicino, שכני, Ger. nahe, Gal. voisin, Hisp. cercano, γειτον*, qui in eodem vico, aut certe non procul ab ædibus nostris habitat. *Cic. Att. l. 2. ep. 14.* C. Arrius proximus est vicinus, imo ille quidem jam contubernalis. *Horat. l. 2. ep. 2.* Cætera qui vitæ servaret munia recto More, bonus sane vicinus, amabilis hospes, Comis in uxorem, &c.

Vicinus, a, um, *vicino, ἑγγυς, πλησιέστερος*, propinquus, proximus, conjunctus. *Cic. 3. Ver. c. 18.* Latona ad parientium vicina. *Virg. 1. Georg. in fin.* Vicinæ ruptis inter se legibus urbes Arma terunt. *Ovid. 6. Fast. v. 275.* Ni convexa foret, parti vicinior esset. ¶ Regit interdum dativum, interdum genitivum. *Ovid. 3. Trist. eleg. 4.* Terra vicinia mihi. *Cic. 3. Offic. cap. 29.* Fides, quam in Capitolio vicinam Jovis Optimi Maximi majores nostri esse voluerunt. ¶ In *vicino*, est prope, *da vicino. Vellei. lib. 2. cap. 70.* Cum in vicino efflet agmen. *V. Vicinium.* ¶ Translate ponitur pro simili. *Cic. in Orat. c. 32.* Esse igitur perfecte eloquentis puto non eam solum facultatem habere, quæ sit ejus propria, luce, lateque dicendi, sed etiam vicinam ejus, atque finitimam Dialecticorum scientiam assumere.

Vicis, i, 3. *vicenda, mutazione, ὄψις, Ger. streis, Gal. fois, tour, Hisp. vez, vicinia, μεταβολή*, alternatio, vicissitudo. Habet omnis casus præter nominat. singul. & genit. plur. *Horat. l. 1. od. 4.* Solvitur acris hyems grata vice Veris, & Favoni. *Plin. l. 3. 4. cap. 8.* Per vices, a *vicenda, l' un dopo l' altro. Col. l. 3. c. 2.* Alterna vice annorum vites multi plus minus asserunt, un anno più, un anno meno. *Quintil. lib. 6. c. 5.* Judices, vel prædicates Magistratus appellandi sunt frequenter, ut loquendi vices servantur. ¶ Quoniam vero plurima alternatim fiunt, hinc plures, & varias notiones præciatim habet. Sæpe accipitur pro loco. *Cic. l. 2. de Leg.* Nulla est enim persona, quæ ad vicem ejus, qui a vita emigravit, propius accedat, quam hæres. *Plin. lib. 8. c. 46.* *Qui Tom. II.*

in Ægypto etiam numinis vice colitur. *Inscript. apud Gruter. pag. 193. n. 10.* Vice sacra judicare. h. e. loco Cæsaris. *Plin. in Pæneg. c. 80.* Vice Dei fungi erga omne hominum genus. *Cels. l. 4.* Sumere pitianam in vicem vini, in vice di vino. ¶ Item pro munere, officio. Unde vice alterius fungi, *far le altrui veci, ἀν' ἄλλοῦ ἀνὰ*, dicimus eum, qui alterius locum supplet, absentisque munere fungitur. *Liv. l. 1. c. 20.* Ne sacra Regiæ vicis defererentur, Flaminem Jovi aîduum Saerdotem creavit. *Id. ib. c. 41.* Itaque per aliquot dies, cum jam expirasset Tarquinus, celata morte, per speciem alienæ fungendæ vicis suas opes firmavit. *Plin. l. 5. ep. 6.* Hypocaustum, si dies nubilus est, immisso vapore vicem Solis supplet. *Plin. alter. l. 2. c. 8.* *de Stella Venetis*: Prorogans lucem, vicemque lunæ reddens. ¶ In hac, & superiore acceptione, pro ablativo accusativus a veteribus usurpatus est, per Enallagen, & Hellenismum. *Plaut. Rud. 3. 5. 34.* Si appellabit quampiam, vos respondetote istinc istarum vicem, idest pro istis. *Cic. l. 1. Fam. ep. 9.* Quoniam ille perennis inimicus amicorum suorum nostram vicem ultus est ipse per se. *idest se se pœna afficiendo occupavit officium nostrum. Liv. l. 34. c. 32.* Remittimus hoc tibi, no vicem nostram irascaris. ¶ Sumitur quoque pro tempore, vel actione, quæ sit in tempore. *Horat. l. 4. od. 14.* Et arces Alpibus impositas tremendis Dejecit acer plus vice simplici, idest plus implici clade, clade duplo majore illa, quæ cæteri despicissent. Alii exponunt, plus quam semel, *più d' una volta*. Et sane hoc sensu *Pallad. l. 1. tit. 30.* Tribus, inquit, per diem vicibus potu adjuvant, *tre volte al giorno*. Et *l. 10. tit. 7.* Prima vice agros proficindemus, *per la prima volta*. *Capitol. in M. Anton. Philos. c. 7.* Diversis vicibus, in diversis temporibus. ¶ Item pro modo, ratione. *Liv. l. 1. ita duo deinceps Reges alius alta vice, ille bello, hic pace civitatem auverunt*: Sed vetas exemplar legit *alta via*. Nonnulli vero exponunt alio tempore. ¶ Item pro similitudine, instar. *Cic. Att. l. 10. ep. 11.* Nisi forte me Sardanapali vice in suo lectulo mori malo censueris, quam exilio Themistocles. Adde *Plin. l. 9. c. 45.* ¶ Item pro recompensatione, retributione, *vicompensa, pariglia. Plin. l. 2. ep. 6.* Reddam vicem, si reposes. *Tac. 4. hist. c. 3.* Tanto proclivius est injuriæ, quam beneficio vicem exsolvere, quia gratia oneri, ultio in quæstu habetur. ¶ Reperitur quoque pro pugna, periculo. Nam per vicissitudinem pugnatur. *Virg. 2. Æn. v. 432.* Nec tela, nec ulla Vitavisse vices Danaum. ¶ Item pro pœna, incommodo, damno. *Cic. pro Dom. c. 4.* Mihi uno necesse & meam, & aliorum vicem pertimescere. *Ter. Heaut. 4. 5.* Ita me Di amabunt, ut nunc Menedemi vicem Miseret me. ¶ *Vice versa*, seu potius *versa* vice significat contraria ratione, per lo contrario. *Apulei. l. 4. Florid.* Prima (vini) cratera ad sitim pertinet, secunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatem, quarta ad insaniam: verum enimvero Musarum cratera versa vice quanto crebrior, tanto prior ad animi sanitatem. *Gel. l. 16. c. 13.* Primos municipes sine suffragii jure Cærites esse factos accepimus: hinc tabulæ Cærites appellatæ versa vice, in quas Censores referri jubebant, quos notæ causa suffragiis privabant. ¶ *Vicium* in genitivo plurali *Danet.* affert ex *Quintil.*

Vicissatim, adv. idem ac vicissim. *Plaut. Pæn. prol. v. 46.* Ad argumentum nunc vicissatim volo remigrare. *Id. Rud. 4. v. 27.* Nolmet oneremus vicissatim voluptatibus.

Vicissim, adv. *a vicenda, vicendevolmente, scambievolmente, גלגלית, Ger. hergegen, Gal. a son sour, Hisp. a vezes, ἀλλήλοῦ*, per vices, alternatim. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 1.* Quod si habere aliquid, quod liqueret, tamen te audire vicissim vellem, cum ipse tam multa dixissem. *Id. ib. c. 7.* Terra uno tempore Horere, deinde vicissim horrere potest. ¶ Quandoque significat secundo loco, sive similiter, sive ex altera parte. *Ter. Heaut. 4. 3. 10.* Sed nunc, Clinia, da te mihi vicissim. nam amici quoque res est videnda. *Cic. 3. Fam. ep. 6.* Hoc ego nunc facto delector; nihil enim potuit feri amicis, confidera nunc vicissim tuum. *Virg. 5. Ecl.* Nos tamen hæc quocunque modo tibi nostrâ vicissim Dicemus.

Vicissitas, atis, f. idem ac vicissitudo, apud veteres. *Acc. apud Non. c. 2. n. 893.* Vicissitatemque imperandi tradit.

Vicissitudo, inis, f. *vicissitudine, mutazione, vicenda, גלגלית, Ger. veränderung, Gal. tour, changement, Hisp. mudanza, μεταβολή, μεταβολή*, alternatio, mutatio ex alio in aliud. *Terent. Eun. 2. 2. 45.* Omnium rerum vicissitudo est. *Cic. 5. Tusc. c. 24.* Quæ vita, quis interitus, quæque ex alio in aliud vicissitudo, atque mutatio. *Id. l. 5. Fam. ep. 12.* Nihil est enim aptius ad delectationem lectoris, quam temporum varietates, fortunæque vicissitudines. *Id. 2. de Leg. c. 7.* Vicissitudines dierum, ac noctium. ¶ Idem est aliquando ac remuneratio, *corrispondenza. Cic. de Amic. c. 14.* Nihil est enim remuneratio benevolentis, nihil vicissitudine studiorum, officiorumque jucundius.

Vicomagister, tri, *capo di contrads*, præfectus alicui vico. *V. Vico. & P. Vicioris.*

Victa, æ, f. Dea victus. *Arnob. l. 3.* Victa, & Potua sanctissimæ, victui, potuique procurant.

Victimæ, æ, f. *victima, Ger. schlachtopfer, Gal. sacrifice, Hisp. sacrificio, ἱεράριον, θυσις*, animal sacrificio destinatum. Dicta est a victis hostibus. *Ovid. 1. Fast. v. 335.* Victimæ, quæ cecidit dextra victrice vocatur, Hostibus a domitis hostia nomen habet. *Fest.* triplicem etymologiam adducit. Victimam, inquit, Ælius Stilo ait esse vitulum, ob eius vigorem: alii autem, quæ vincita ducatur ad altare: aut quæ ob hostes victos immolaretur. ¶ Differunt *victimæ*, & *hostia* trifariam. Primo *hostia* a quovis Sacerdote immolabatur, *victimæ* ejus tantum manu, qui nosem ipse vicisset, ut patet ex loco allato *Ovidii*. Atque hinc alterum quoque discrimen consequitur. Nam si *victimæ* victoris unius dextra mactabatur, non potuit victimæ cædi, nisi hostibus victis: at *hostia* quoque esse poterat, quæ, cum iretur in hostes, cædebat. *Serv. in 1. Æn.* Hostiæ dicuntur sacrificia, quæ ab his sunt, qui in hostem pergunt: victimæ vero sacrificia, quæ post victoriam sunt. Sed hæc licenter confundit auctoritas. Tertium discrimen est, quod *victimæ* est major, ut vitulus, *hostia* minor, ut agnus. Itaque *Cornel. Fronto* his verbis differentiarum libellum claudit: Victimæ major est, hostia minor. Hinc *Plaut. Pseud. a. 1. sc. 3.* Nolo victimas, minimis hæc dextris Placari volo. *Horat. l. 3. od. 23.* Victimæ Pontificum fecures Cervicæ tinget. ¶ Sæpe victimæ ponitur pro hostia, ut hostia pro victimæ, neglectis illis discrimenibus, quæ attulimus. *Cic. Att. l. 1.* Ego enim te arbitror, cæsis apud Amaltheam tuam vicimis, statim esse ad Sicyonem oppugnandum profectum. ¶ Sumitur quoque translate. *Cic. pro L. Flacc. c. 38.* Quam potestis P. Lentulo mactare victimam gratiore, quam si L. Flacci sanguine illius nefarium in vos odium saturaveritis?

Victimarius, rii, m. *λεπομέτρος*, sacrorum minister, qui victimam ligabat, & cultrum, aquam, & molam parabat, & reliqua, quæ sacris erant necessaria. *Valer. Max. l. 1. c. 1.* Libros Petilius Prætor urbani ex auctoritate Senatus, per victimarios factis igne, in conspectu populi cremavit. *Liv. l. 40. c. 29.* Libri in comitio, igne a victimariis

riis factis, in conspectu populi cremati sunt.

Victimo, as, n. 1. sacrificio. *Apul. l. 7. A. A. Hircum Marti victimant.*

Victio, as, n. alimentariis, mantentibus, vivere, *επιτομα*, victu utor, a vor, vefcor. *Ter. Eun. 5. 8. 44.* Et libenter vivis, etenim bene libenter victitas. *Plaut. Truc. 2. 3. 26.* Victitare parce.

Victo, as, n. 1. freq. a vivo. *Plaut. Capt. 1. 1. 15.* In occulto miseri victant suco fuo. Al. leg. *victitant.*

Victor, oris, m. vincitore, *ויקטור*, Germ. *überwinder*, Gall. *vainquer*, Hisp. *vencedor*, *viktoris*, qui in certamine superior evasit. *Cic. l. 9. Fam. ep. 9.* Multa enim victori eorum arbitrio, per quos victi, etiam invito faciendi sunt. *Idem in Pison.* Neque resistentem Cn. Pompejo omnium gentium victore, &c. *Plin. l. 7. c. 28.* L. Sicinius Dentatus centies vicies præliatus, octies ex provocatione victor. *Stat. l. 9. Theb. v. 324.* Victor belli, h. e. in bello. ¶ Adjective *Nepos in Agesil. c. 4.* Victor exercitus. *Ovid. 4. Trist. el. 2. v. 47.* Victor currus. h. e. triumphalis, in quo victor fedat. ¶ Præterea victor significat etiam eum, qui opus aliquod ad optatum finem perduxit, & qui voti compos factus est. *Virgil. 2. Æn. v. 329.* Victorque Sinon incendia miscet. *Horat. l. 1. ep. 13.* Victor propositi simul ac perveneris illuc.

Victoria, æ, f. *victoria*, *νικη*, Ger. *steg*, Gal. *victoire*, Hisp. *victoria*, *vikta*, hostium superatio, a *vencendo*. *Cic. pro M. Marc. c. 3.* Victoria, quæ natura insolens, atque superba est. *Hor. l. 1. serm. 1st. 1.* Quid enim? concurrunt, horæ momento cita mors venit, aut victoria læta. *Sallust. in Catil. c. 58.* Victoria cruenta. h. e. in qua magna cædes etiam victorum fit. *Id. in Jugur.* Eripere alicui victoriam. *Liv. l. 4. c. 50.* Victoria penes patres fuit. *Id. l. 30. c. 30.* Habere victoriam in manibus. *Cic. pro Cæli. Consequi victoriam. Id. pro L. Man. Reportare victoriam.* ¶ Apud Romanos Victoria Deæ nomen erat, cuius simulacrum effingebatur lauro coronatum, altera manu palmæ, altera oleæ ramum præterens. Pinnata etiam, & aligera pingebatur, ut e caelo devolans ad eos, quos suis ornare successibus vellet, pexo crine, nudo pede suspensa, strophio revincta, sinu vestis fluitante. *Var. l. 4. de L. Turneb. l. 13. c. 12. & l. 27. c. 2. & 5.* ¶ Poetæ tabulantur, fuisse filiam Acherontis ex Styge, affuisse Jovi in bello adversus Gigantes, Jovem illi pro munere dedisse, ut Dii per Stygem ejus matrem jurarent, si quis eorum juramento non stetit, quoddam temporis spatium neclare abiret. *Cic. 2. de nar. Deor. Quid Opis? quid Salutis? quid Concordiæ? Libertatis? Victoriæ? quorum omnium rerum quia vis erat tanta, ut sine Deo regi non posset, ipsa res Deorum nomen obtinuit.*

Victorialis, le, adject. ad victoriam pertinens, ut victorialis dies, quo victoria aliqua celebratur. *Trebell. Poll. in Gallien. cap. 2.* populorum quasi victorialis diebus ad festivitatem, ac plausum vocavit.

Victoriatus, (subaudi *nummus*) *νικηφόρος*, nummus argenteus Lege Clodia percussus, qui alteram denarii partem pondere, & precio exæquabat, ut docet *Var. l. 9. l. 9. & Volus. Mucian. de ponderibus*. Causa nominis est, quod signatus erat Victoria, ut docet *Plinius l. 33. c. 3.* Valebat autem quinque asibus; hinc & quinarius dictus est, ut *Var. l. 4. de L. l. indicat. Cic. pro Font. Itaque Titurium Tolosæ quaternos denarios in singulas vini amphoras portorii nomine exegisse, Cordum Porcum, & Murnium ternos victoriatos, Vulchalone feræ umbinos, & victoriatos mille. Quintil. l. 6. c. 4.* Dicente quodam, victoriatio se uno in Sicilia quinque pedes longam murrinam emisse. *Liv. l. 41. c. 13.* Tulit in eo triumpho victoriatum LXXXV. millia.

Victoriola, æ, f. parvum Victoriæ Deæ simulacrum. *Cic. 3. de nar. Deor. c. 34.* Idem Victoriolas aureas, & pateras, coronasque, quæ simulacrum porrectis manibus sustinebantur, sine dubitatione tollebat.

Victoriosus, a, um, *νικηρός*, vincere assuetus, seu qui plures, & varias victorias reportavit. Vox est *Catonis*, ut *Gel. l. 4. cap. 9.* testatur. *In Numio Probi, apud Spanhem. Victorioso semper. Sidon. lib. 5. ep. 6.* Victoriosissimo viro.

Victrix, icis, *vincitrice*, *ויקטרה*, Germ. *überwinderin*, Gal. *vainqueresse*, Hisp. *vencedora*, *viktrixa*, quæ vicit, quæ certamine superior evasit. *Cic. ad Brut. ep. 10.* Erat victrix Respublica, cæsis Antonii copiis, ipso expulso. *Id. l. Tusc. c. 48.* Oraculum erat datum, si Rex interfectus esset, victoribus Athenas ire. *Id. pro Cluent. cap. 5.* Victrix filix, non libidinis. ¶ *Victrices literæ*, dicuntur victoriam nuntiantes. *Cic. Att. lib. 5. ep. 22.* Quod autem die Cassii literæ victrices in Senatu recitatae sunt. ¶ Interdum *victrix* sumitur pro voti compote. *Virg. 7. Æn. Junonem victrix affatur voce superba.* ¶ Est etiam adject. quod cum neutris etiam conjungitur. *Claudian. de VI. Consul. Honor. v. 24.* & certius omnia surgunt Victrici concepta solo. *Virg. Æn. 3. v. 54.* Res Agamemnonias, victricaque arma secutus. *Justin. l. ult. in fin. Victoria ad eos arma transfudit.* ¶ *Serv. in loc. Virgil. citat.* docet, nomina fœminina in ix in plurali tantum numero neutra fieri, sed Claudiani verba etiam in singulari id fieri posse ostendunt.

Victualis, le, adject. *appartenens ad vitto*, ut victualis ministerium, *Apul. de dogm. Platon.*

Victus, V. victus, us.

Victurus, a, um, *νικησων*, partic. futuri temporis a vinco. *Gell. l. 14. c. 1.* Pyrrhus rex, an M. Curius prælio victurus esset. ¶ Est etiam partic. verbi vivo, *Bibbæ. Cic. de Sen. Nemo est tam senex, qui se annum non putet victurum.*

Victus, us, m. *νιστος*, Ger. *nahrung*, Gal. *le vivre*, Hisp. *mantenimiento*, *νικησων*, *επιτομα*, omne illud, quo vivimus. *Ulpian. l. 43. § 44. de verb. signif.* Victus verbo continentur, quæ esui, potui, cultusque corporis, quæque ad vivendum homini sunt necessaria. *Cic. de Amic. c. 23.* Multi divitias despiciunt, quos parvo contentos tenuis victus, cultusque delectat. *Ovid. 6. Fast. Nunc inopes, victus, ignavaque fata timentes, &c. Colum. in præfat. l. 10.* Tolerare victum lacte. *Cels. l. 1. c. 10.* Mutare aliquid ex consuetudine victus. ¶ In plurali numero. *Plaut. Mil. 3. l. 144.* Meæ domi accipiam benigne, lepide, & lepidis victibus. ¶ Translato ponitur pro vivendi ratione. *Nep. in Dion. c. 4.* Namque appetitū erant cultodes, qui cum a pristino victu deducere. ¶ Veteres in genit. sing. dicebant etiam *victus*. *Var. apud Non. c. 8. n. 88.* Primum de re familiari, secundo de victus consuetudine differam. ¶ Item dicebant *victi*. *Plaut. Capt. 4. 2. 75.* Proin tu tu quotidiani victi ventrem ad me afferas. ¶ Repertur etiam *victu* pro *victus* in dativo. *Gell. l. 4. c. 16. ex Lucil. Quod sumptum, atque epulas victu præponis honesto.*

Victus, a, um, *vincto*, *superato*, *νικηθείς*, certamine superatus, partic. a vincor. *Cic. pro Font. Ut velint isti aut quiescere, id quod victi, ac subacti solent. Horat. Epod. od. 9.* Terra, marique victus hostis, Punico Lugubre mutavit sagum. ¶ Dicitur & de aliis rebus extra bellum. *Horat. Epod. Victus prece. Ovid. l. de Pons. ep. 17.* Ira victa per preces. *Id. l. Fast. v. 422.* Corpora victa sopore. *Tacit. 4. Ann. c. 8.* Victo gemitu, *compreso si gemitu. Id. l. Ann. c. 57.* Neque victa in lacrimas. h. e. non eousque depressa, ut mitteret lacrimas. *Id. l. 11. Ann. c. 2.* Victo silentio, *vorso il silenzio.* ¶ Ponitur aliquando pro voti impote, *επιπονη*, quemadmodum contra *victor* pro voti compote, *νικησων*. *Virg. 9. Ecl. Nunc victi tristes, quoniam fors omnia versat.* ¶ I-

tem pro eo qui a proposito pristino recedit. *Virg. 2. Æn. Hic vero victus genitor se tollit ad auras.*

Viculus, i, m. *νικηλιον*, parvus vicus. *Liv. l. 21. c. 33.* Castellum, viculoque circumiectos capit.

Vicus, i, m. *contrada*, *borgo*, Ger. *gasse*, Gal. *conté*, Hisp. *barrio*, *vicus*, *βίχον*, multa domus junctæ. Est ab *Æolico βίχων*, vel *βίχων*, pro *οίκος*. Dissert a pago. Nam pagus de rure tantum dicitur, vicus de rure, & de urbe. Deinde vicus est pars pagi. *Tacit. de morib. Germ. c. 12.* Eliguntur in eisdem comitiis & principes, qui jura per pagos, vicofque reddant. ¶ Vicorum, ut innotuit, alii sunt urbani, alii pagani. Vicus urbanus est pars minor urbis, quæ ex multiplicatis domibus constat, ut Romæ *vicus Cyprius*, *vicus Africanus*, *vicus sceleratus*, &c. Vicus paganus, seu rusticus, sunt plures villæ, seu domus rusticæ conjunctæ, in aliquo pago, aliquo spatio remotæ ab urbe, nullisque mœnibus cinctæ. Nam ædificia urbi contigua, suburbia dicuntur, quæ mœnibus clauduntur, appellantur castella. *Cic. l. 14. Fam. ep. 1. de vico rusti.* Quod ad me, mea Terentia, scribis, te vicum venditurum, quid obsecro te, me miserum, quid futurum est? *Horat. l. 2. epist. 1. de vico urban.* Deserit in vicum vendentem thus, & odores. *Ovid. 6. Fast. Certa fides facti, dictus sceleratus ab illa Vicus, & æterna res ea pressa nota.* ¶ Singulis Romæ vicis quatuor præficiebantur viri, qui *Magistri vicorum*, & etiam *Vicomagistri* dicebantur, quorum munus erat vicis tuari, rixas, seditionesque sedare, incendia extinguenda curare, & familia. Infructi sunt ab Augusto, ut in *ejus vit. c. 30.* scribit *Sæton.* Addit *Africanus in Pisonisæ Orationsis c. 4.* Ludos Compitalitios ab illorum vicorum magistris, prætexta in eo munere indutus, celebratos fuisse.

Vicus Æquensis, Æquana, Æqua, *Vico di Sorrento*, urbs alias Picentinarum, nunc prov. Terræ Laboris, in R. Neapolitano, in ora sin. Neapol. ad Rad. collis, parva admodum.

Vicus Varronis, *Vicovarro*, *Vicovarro*, opp. Sabinorum, ad Anienem fl. prope Nomentum urb. exc. in colle.

Videllcet, adv. *certamento*, *veramente*, Ger. *nemlich*, *freyllich*, Gal. *certes*, *c'est a savoir*, Hisp. *ciertamente*, *conviene a saber*, *δισταλτι*, *δαρσιν*, certe, quidem, vere, nimirum. Est adverbium confirmandi, teste *Donato*, in *Adelph. a. 3. st. 4.* Constatum est ex videre, & licet, quomodo *scilicet*, ex *scire*, & licet. *Terent. Adelph. 3. 4. 4.* Videlicet de psalteria hæc audivi. *Id. Heaut. 2. 3. 22.* Hic de nostris verbis hic errat videlicet, quæ hic fumus locuti. ¶ Interdum *vix* originis casum retinet. *Plaut. Truc. 4. 1. 4.* Videlicet, parcum illum fuisse senem. *si pud ben vedere, che &c. Idem ib. v. 51.* Videlicet, illum fuisse nequam adolescentem. ¶ Eleganter usurpatur in Ironia, sine irrisione. *Cic. 2. Phil. c. 6.* Tuus videlicet salutaris consulatus, perniciosus meus. *Idem 2. Catil. c. 6.* Homo enim videlicet timidus, & permodeste vocem consulis ferre non potuit. ¶ Est etiam adverbium explanandi, pro *scilicet*, nempe, *ciò*. *Cic. pro Sex. Venisse tempus iis, qui in timore fuissent, conjuratos videlicet dicebat, ulciscendis. Idem pro Cluent. c. 46.* Ut metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos perveniret. *Id. 2. de Leg. c. 10.* Caste lex jubet adire ad Deos, animo videlicet. ¶ Eleganter locum habet in responsionibus. *Id. pro Cæcili. c. 15.* Quid metuebant? vim videlicet. *Id. Ver. 4. c. 33.* Quid horum fe negat fecisse; illud videlicet unum, quod necesse est, pecuniam accepisse.

Viden? pro *vides ne?* *Virg. Eun. 2. 2. 10.* Viden? me ex eodem ortum loco?

Videndus, a, um, particip. passiv. verbi videre. *Ovid. 3. Amor. eleg. 14.* Si fuerint oculis probra videnda meis. *Id. 3. Trist. eleg. 4.* sint animo cuncta videnda meo.

Videns, tis, particip. *chi vede*, *veggente*. *Virg. Ecl. 1. mea regna videns mirabor.* ¶ Eleganter jungitur cum *vivus*, & significat vigilantem, & optime cernentem ea quæ sunt. *Terent. Eun. 1. 1. 28.* Prudens, & sciens, vivus, vidensque pereo. *Cic. pro Quint. c. 15.* Huic acerbissimum vivo videntique tunus ducitur. *Idem pro Sex. c. 27.* Vivus, ut ajunt, & videns cum victu & vestitu suo publicatus.

Vidēō, es, di, sum, a. 2. *vedere*, *ναι*, Ger. *sehen*, Gal. *voir*, Hisp. *verer*, *ελεω*, *δραω*, oculorum sensu aliquid percipio, cerno, spectro, perspicio. Est ab *εἶδω*, ut docet *Macrobi. l. 1. sat. c. 15.* *εἶδω*, autem eandem sere habet significationem. An differant *cerno*, & *video* V. in cerno. Construitur cum acc. *Cic. 7. Ver. Jam hoc ipso ifum vestitu Siculi, Civesque Romani sæpe viderunt.* ¶ Vel etiam cum abl. instrumenti. *Ter. Adel. 3. 2.* Certe hinc oculis egomet vidi. *Cic. 3. Catil. Ut eos pene oculis videre possemus.* ¶ Per Metalepsim accipitur pro vigilare. *Virg. 6. Ecloga. Jamque videnti Sanguineis frontem moris, & tempora pingit.* V. *Videns.* ¶ Item pro convenire, una esse. *Cic. Att. l. 6. ep. 2.* Ego, ut spero, propediem te videbo. ¶ Item pro alloqui, congedi. *Cic. Att. l. 3.* Graviter te acturum cum Aquilio confirmavi. Videbis ergo hominem. *Plin. l. 1. ep. 5.* Rogo, mane videas Plinium domi. h. e. visas. ¶ Translate sumitur pro agere, capere, habere. *Cic. Curio. l. 7. Fam. epist. 30.* Fuit enim mirifica vigilantia, qui suo toto Consulatu somnum non viderit. Loquitur de Capinio, qui paucas horas Consul vixit. ¶ Item pro consequi, adipisci. *Cic. lib. 14. Famil. ep. 1.* Quem ego diem si video, & si in vestrum complexum venero. ¶ Transferitur etiam ad animum, pro cernere, intueri, ut fit in somniis. *Cic. 4. Acad. Et, si nunc, aut si etiam dormientes, aliquid animo videre videamur. Tac. l. 2. Ann. c. 14.* Nox eadem lætam Germanico quietem tulit, viditque se operatum. ¶ Translate frequenter sumitur pro intelligere, cognoscere. *Cic. 2. Agr. Sed videte vim legis Agrariæ.* ¶ Item pro prævidere, prænoscere. *Liv. l. 6. c. 12.* Vates in futurum vident. *Cic. l. 4. Fam. An tu non videbas mecum simul, quam illa crudelis esset futura victoria? Id. l. 6. ep. 3.* Summa tamen eadem est, & idem exitus, quem ego tam video animo, quam ea, quæ oculis cernimus. ¶ Item pro animadvertere, cogitare, considerare, ut *Vide quid agas*, quæ est trita quædam clausula, qua eos monemus, qui magna agerentur: quæ tamen non terrentis est, sed excitantis, ut inquit *Donatus. Ter. Poorm. 2. 2. 32.* Vide, quid agas, prima coitio est acerrima. *Id. 7. Ferr. Videas etiam, atque etiam, & consideres, quid agas, quo progrediare, &c.* Hoc sensu usurpatur etiam impersonaliter, & passiva terminatione. *Plaut. Aæn. 3. 3. 95.* Da isti viginti minas: vides me amantem egere. Li. Videbitur. *si vedrà, si penserà.* ¶ Item pro curare, efficere. *Ter. Adelph. Ego istuc video. Id. And. 2. 6. 25.* Ego, hæc ut recte fiant, video. *Cic. Att. l. 2.* Tu ista omnia vide, & guberna. *Id. Att. l. 5. ep. 1.* Antecesserat Staius, ut prandium nobis videret. h. e. pararet, curaret. Item pro cavere. *Cic. 4. Acad. Vide quæso, etiam, atque etiam, ne illarum quoque rerum pulcherrimarum a te ipso minuatur auctoritas. Pompejus ad Domit. inter epist. Cic. ad Att. l. 8. post ep. 12.* Diligentius nobis est videndum, ne distracti pares esse adversario non possumus. ¶ Item pro confulere, providere. *Terent. Poorm. 1. 4. 12.* Recte mihi vidissem, & senis essem ultus iracundiam. ¶ Item pro fidere, credere. Hinc *Me vide*, phrasis est comica, pro eo, *in me recipio*. *Ter. And. 2. 2. 13.* Atqui istuc ipsum nihil periculi est: me vide. *Plaut. Trinum. 3. 3. 78.* Nihil est de signo quod verare: me vide. *Ita nulla min fode.* ¶ *Vide* interdum uluc-

ufurpatur, cum in lignamur, aut stomachamur. *P. J. J. Jul. l. 1. 7.* Vide, ut incedit! *Terent. P. J. J. 2. 3.* Avaritia vide quid faciat. *Virg. Aeneid. 12, 11, &c.* eleganter ufurpamus, cum alicujus rei curam aliis relinquimus. *Cic. 6. Verr.* Compono hoc, quod postulo, de argento: de reliquo videtur. *Id. pro Quint. c. 17.* Quid mihi, inquit, cum ista summa fantomonia? viderint ista officia viri boni. *Id. 3. de nat. Deor. c. 4.* Quam simile sit istud, tu videris. *Id. de Amic. c. 3.* Quam id recte faciam, viderint sapientes. *¶* Interdum per catærefin hoc verbum ufurpatur de aliis fenfibus præter oculos. *Virg. Aen. 4.* magire videbis sub pedibus terram. *Plaut. Mil. 4. 6. 44.* Nafo hac quidem videt plus, quam oculis. *¶* Videre diem, est vivere. *Ovid. 5. Trist. el. 5. v. 44.* Sive diem videat, five tegatur humo. *¶* *Vifo opus est* pro videndum est. *Plaut. Capt. 2. l. 29.* Vifo opus est, cauto opus est, ut accurate hoc agatur. **Videor**, eris, visus sum, pass. 2. *effere veduto, βλέπομαι, ὄραμαι, cernor, confpicio.* *Virg. 4. Ecl.* Divitque videbit Permittos Heroas, & ipse videbitur illis. *Varr. l. 1. R. R. c. 2.* **Videor**, eris, visus sum, d. 2. *parere, fembrare, δαίω, φανερμαί,* opinionem, seu imbecillam affectionem in alicujus animo infundere, præ me fero. Ufurpatur semper personaliter ut deponens absolutum, & quidem, si solum est, & ufurpatur cum duobus nominativis, uno ante, altero post, si autem coniungitur cum infinitis verborum personalium, interdum cum duobus nominativis, interdum cum uno ufurpatur. Frequentissime tamen ufurpatur etiam in tertio ordine, idest cum dativo personæ. *Cic. 1. Off.* Nunquam omnino periculi fuga committendum est, ut imbelles, timidique videamur. *Id. Att. l. 2. ep. 1.* Illa tua horridula mihi, atque incompta visa sunt. *Id. 2. Fin. c. 13.* Quæ Aristoni, & Pyrrhoni omnino visa sunt pro nihilo. h. e. nihili ab eis æstimata sunt. *Id. 4. Cæcil.* Videor enim mihi hanc urbem videre lucem orbis terrarum, atque arcem omnium gentium subito uno incendio coincidentem. *Cic. l. 16. Fam. ep. 21.* Videor videre eminentem te rusticus res. *¶* Reperitur ufurpatum & impersonaliter. Sed hujuscæ constructionis unicuique exemplum apud veteres Scriptores extat. *Cic. 5. Tus. c. 5.* Non mihi videtur ad beate vivendum satis posse virtutem. *¶* Significat etiam firmum animi placitum, & ufurpatur pro placere, censere, statuere. In hac acceptione semper impersonaliter construitur, & cum infinitivo vel expresse, vel occulte. *Cic. de Sen.* Nunc autem mihi visum est de senectute aliquid ad te scribere. *Id. l. 14. Fam. ep. 7.* Si tibi videbitur, villis iis utere, quæ longissime aberunt a militibus. *¶* Atque hac ratione sæpe in decretis, & Senatus consultis adhibebatur. *Cæf. l. 1. B. C. c. 2.* Uti ante certam diem Cæsar exercitum dimitteret: si non faciat, cum adversus rempublicam facturum, videri. *¶* Hujus verbi usus apud Ciceronem adeo frequens est, ut nonnunquam ab eo per pleonasmum tantummodo ufurpetur, ita tamen, ut non sine quadam vi, & elegantia. *Pro leg. Manil. cap. 10.* Satis multa verba scripsit videor, quare hoc bellum legem genere ipso necessarium, magnitudine periculofum; restat, ut de Imperatore ad id bellum deligendo, actantis rebus prædicandum dicendum esse videatur. **Vide sis.** *V. Sis.* **Vidua**, f. i. *vedova, אִלְמָנָה, Ger. wittwe, Hal. veufue, Hisp. niuda, χήρα, Læti, mulier viro orbata:* dicta est, quasi a viro idua, hoc est divisa. iduare enim erat olim idem ac dividere. Ita scribit *Macrobi. l. 1. Saturn. c. 15.* *¶* Revera adjectivum est, & subintelligitur mulier. *Plaut. Trucio. l. 1. 2.* Quæ tandiu vidua viro suo caruit. *Hor. l. 1. ep. 1. v. 78.* Sunt, qui Fruitis, & pomis viduas venentur avaras. *¶* *Labeo l. 2. Dig. de Verb. signif. docet,* viduam dici non solum eam, quæ maritum habuit, sed etiam eam, quæ nulli nupsit, qua ratione videtur *Propert. l. 2. eleg. 22.* dixisse. Quidve tibi prodest viduas dormire puellas? *Et Liv. l. 1. c. 46. ad fin.* Et, se rectius viduam, & illum cælibem futurum fuisse, contendere. **Viduatus**, a, um, nom. particip. *privato, spogliato. Virg. 4. Georg. v. 518.* Arva nunquam viduata prunis. *Cic. in Præfat. l. 10.* Materia viduata corpore. *Sil. lib. 3. v. 601.* de *Tartaro:* Viduata lumine regna. *¶* Cum genitivo *Lucret. l. 5. v. 838.* Viduata manuum. *¶* Absolute *viduata* pro viro orbata. *Sueton. in Galb. c. 5.* Agrippina viduata morte Donitii, *restata vedova.* **Viduatus**, us, m. *stato vedovile. Terent. de Virg. veland. c. 9.* **Viducasses**, m. 2. *Viducasses, Biducasses,* pop. Gallicæ Celt. inter Le-xovios ad Or. & Unelos ad Occ. in Normannia inferiore, ubi nunc tractus le *Bessin*, quorum caput Julobona, seu Bajocum. Alii eos collocant in reg. la *Beauve.* **Viduatus**, atis, f. *calamita, σουδαρά, calamitas, apud veteres. Paul. apud Fest.* Viduatas calamitas dicta, quod viduet bonis. *Caro de R. R. c. 141.* Uti tu morbos viros, invisofque, viduatum, vastitudinemque, calamitates, intemperiesque prohibefis. **Viduatus**, atis, f. *vita vedovile, χήρα, χήρα, vita cælebs post nuptias. Cic. pro Cæc. c. 5.* Ebutius iste, qui jam diu Cæfennis viduatae, ac solitudine aleretur. *Liv. l. 40. c. 4.* In viduitate relicta filia singulos parvos filios habentes. *¶* Sumitur etiam pro privatione, inopia. *Plaut. Rud. 3. 3.* Nunc demum est, cum omnium copiarum, atque opum, auxilii, præfidii viduitas nos tenet. **Vidularia**, æ, f. nomen unius ex amiffis Plauti Comædiis, cujus fragmenta aliquot afferunt *Nonius & Prifcianus.* Dicta est a vidulo; sed cuius præcipue argumenti fuerit, ignoratur. **Vidulus**, i, m. *bolgia, valigia, אֲבָרָה, Germ. bulgen, Gal. bougette, valize, Hisp. bolsa, Φαλαγγήσιον, ἄβρα, facculus, quo pecunia, vel aliud quidpiam itineris causa reponitur. Plaut. Rud. 4. 4. 88.* Est ne hic vidulus, ubi cistellam tuam inesse ajebas? *Id. Met. 5. 7. 47.* Recte obignatum in vidulo est marfupium. **Vidulo**, as, a. 1. *privare, ὀχεύω, Germ. berubben, Gal. priver, Hisp. privar, χήρην, ἀποστερεῖν,* orbo, privo. *Virg. 8. Æn.* Tot ferro sæva didisset Funera, tam multis viduafset civibus urbem. *Hor. lib. 2. ode 29.* Et foliis viduantur orni. **Viduvium**, ii, n. *stato vedovile. Sidonius l. 3. ep. 2.* **Viduus**, a, uum, *vedovo, privato, privo, χήρος, expers, privatus, orbatus, defertus.* Proprie dicitur de ea re, vel loco, vel tempore, in quo alter conjugum mortuus est. *Ovid. 1. Fast.* Per totidem menses a funere conjugis uxor Sustinet in vidua tristitia signa domo. *Id. ep. 18.* Cur ego tot viduas exegi frigidæ noctes? *¶* Translate de quacunque re ufurpatur, pro experte, vacuo, privato. *Hor. l. 1. od. 10.* Voce dum terret, viduus phætra Risit Apollo. *Id. lib. 4. od. 5.* Et vitem viduas ducit ad arbores. *¶* Cum genitivo *Avien. in Perieg. v. 939.* Cefpes herbæ viduus. *Silvius l. 2. v. 247.* Viduus teli. *¶* Et cum ablat. & præposit. *as, vel ab. Virg. in Calice prope fin.* Ditis opacos cogor adire læcus viduos a lumine Phæbi. **Vienna**, æ, f. *Vienna, Ala Flaviana, Vindobona, inc. Vioen, Ital. Vienna, Gal. Vienne, urbs Pannoniæ sup. apud fines Hungariæ, ad Danubium fl. ubi recipit Vion æmnen, unde nomen urbi, cum ponte, ampla, culta, munita, caput Austriæ, sedes Imperatoris a multis annis. ¶* Vienna altera, Gall. *Vienne, Ital. Vienna, col. & urbs Gallicæ Tom. II.*

Narb. in Delphinatu, ad Rhodanum fl. cum ponte, ubi recipit Geram, ad rad. collis, oliu celeberrima, & ex Gallicæ præcipuis, valde ampla, nunc angustior. Conditam ferunt Helicæ Prophetæ temporibus, Lycurgo gubernante apud Spartanos, Romulo Sylvio Rege Romanorum. In ea Pîlatu exulavit. In ea celebratum fuit Concilium Viennense univerfale XV. anno 1311. a Clemente V. Pont. Max. *¶* Ab ea tractus adjacens dicitur Viennensis, *le Viennois.* **Vico**, es, evi, etum, a. 2. *legere, λογίζω, est inflectere, vincire, ligare. Varr. l. 4. de L. L.* Vizez est vincire: unde apud *Ennium:* Ibat vizez Veneri corollam. *Id. l. 2. R. R. c. 23.* Ut habeas vimina, unde viedo quid facias. **Victor**, V. Vitor. **Viētus**, a, um, *molle, languido, di poche forze, μετρο, παρρησι, μαλακός, mollis, languidus, flaccidus, a vico, quod est inflectere, vincire, ligare. Don. ad illud Eum. a. 4. sc. 4. v. 21.* Hic est vetus, vietus, veterinosus fenex: Vietus, *inquit,* mollis flaccidusque, & flexibilis corpore, unde & vimina, & vinenta, & vites, & vietores dicitur: & vizez, religare dicitur: quia vietis virgis magis religare possimum quidlibet. *Lucret. l. 3. v. 386. de tela aranei:* Nec supra caput eiusdem cecidisse vietam Veitem sentimus. id est putrem. *Cic. 2. de Divin. c. 16.* Vel fufpicari contractum aliquo morbo bovis exile, & exiguum, & vietum cor, & diffimile cordis fuisse. *Col. l. 12. c. 15.* Ficus porro neque nimium vieta, neque immatura legi debet. *¶* Inventur & penultima corrupta, ut quidam censent. *Hor. epod. 12.* Qui sudor vietis, & quam malus undique membris Crescat odor. Dici tamen potest, duas hic syllabas per Synæresim in unam contrahi. **Vigens**, entis, o. g. *force, vigoroso, ἀκμάζων, ἀκμαῖος,* fortis, vegetus. *Cic. 2. Fin. c. 14.* Homines enim est multus alii, tamen hoc uno a bestis plurimum differunt, quod rationem habeant a natura, mentemque datam & acrem, & vigentem. *Lucret. l. 2. v. 361.* Herbæ rore vigentes. *Sueton. in Ner. c. 20.* Terpnem citharædum vigentem tum præter alios accessit. h. e. florentem, præter alios in sua arte peritum. *¶* *Non. c. 5. n. 44.* hoc interesse ait inter *vegetum* & *vigentem*, quod *vegetus* sit incolumis, *vigens* fortis: *vegetum* corporis, *vigentem* animi etiam dici potest: quæ quidem differentia non usquequaque vera est. **Vigēo**, es, gui, sine sup. n. 2. *effere in vigore, vivere, valere, ὑπαίω, ἀκμάζω, floreo, potens sum, polleo.* Est a *vi.* Imo fortasse non simplex est derivatum, sed compositum, quasi *vi ago*, ut *Fellus* censet. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 33.* Quod si ea, quæ a terra stirpibus continentur, arte natura vivunt, & vigent. *Id. Att. l. 4. ep. 3.* Nos animo duntaxat vigemus etiam magis, quam cum florebamus. *Id. pro Cal. c. 5.* Vigent studia rei militaris. *Id. 2. de Or. c. 87.* Vigere memoria. *Virg. Æn. l. 4.* Fama malum, quo non aliud velocius ullum Mobilitate viget, vireique acquirit eundo. *Nepos in fragment. c. 8.* Vigebat violacea purpura. h. e. erat in pretio. *Id. in Alcib. c. 5.* Qui paulo ante victores vigeant. h. e. floerant. **Vigefco**, is, n. 3. *ἐπιμακίζω, vigere incipio. Catul. ad se ipsum, 43. (al. 47.)* Jam læti studio pedes vigefcunt. **Vigefies**, *venti volte. Apulei. de dogm. Plat.* **Vigēni**, æ, a, adject. *venti, vitem ac vicini. Col. l. 4. c. 30.* Viminalium singula jugera sufficere possunt quinque & vigenis jugeribus ligandæ vineæ. **Vigefimus**, V. Vicefimus. **Vigeflis**, viginti assibus, ut *offuffis, octo assibus. Martial. l. 12. epigr. 77.* Amphora vigeflis, modius datur ære quaterno. h. e. viginti assibus venditur. **Vigēs**, adverb. idem quod vicies. *Martian. Capel. l. 6.* Umbra vigēs quater complicata. **Vigil**, is, com. g. *vigilante, γρηγορότερος, ἑγρηγορός, ἀγρυπνῶν,* vigilans, hoc est qui non est torpens, quales sunt dormientes, fed in vigore, & actû suo est, a *vigeo. Virg. 4. Æn. v. 182.* Monstrum horrendum, ingens, cui quot sunt corpore plumæ, Tot vigiles oculi. *Horat. l. 3. od. 16.* Canum vigilum excubiæ. *¶* Vigil etiam dicitur, qui vigilare facit. *Ovid. 3. Met. v. 396.* Curæ vigiles. h. e. quæ nocturno quoque tempore mordent, & somnum impediunt. *Horat. l. 3. od. 8.* Vigiles lucernas perfer in lucem. h. e. ad quas vigilatur. *Stat. l. 1. Sil. 2. v. 196.* Vigiles questus. h. e. qui per noctem vigilando emittuntur. *¶* *Tacit. 4. Ann. c. 48.* Noctem vigilem capessere. h. e. vigiliis agendo. *¶* Ignis vigil dicitur, qui nunquam extinguitur. *Virg. 4. Æn.* vigilemque sacraerat ignem, Excubias divum æternas. *¶* Auris vigil, est attenta. *Stat. l. 2. Achil. ¶* *Vigiles, lum,* absolute, sunt excubiatores, nocturnique custodæ, *guardie, fentinelle nocturne, Φρησι. Plaut. Amph. l. 1. 195.* Rex Creon vigiles nocturnos singulos semper locat. *Cic. 6. Ver. c. 43.* Clamor a vigilibus, fanique custodibus tollitur. *¶* Translate *Lucret. l. 5. v. 1435.* Solem & Lunam mundi vigiles dixit. **Vigilabilis**, le, adject. vigilatus. *Var. in fragment. Sisyra Menipp.* Dormitio vigilabilis, quæ me puellum impubere cepit. **Vigilandus**, a, um, *γρηγορότερος,* part. vel ger. a *vigilo*, sine somno transigendus. *Tibull. l. 1. el. 2.* Cum flexu mox vigilanda venit. *Quintil. l. 11. c. 5.* Et vigilandæ noctes, & fuligo lucubrationum bibenda. *¶* Aliquando sumitur pro eo, quod est vigilanter providendum, vel magno studio, diligentiaque conficiendum. *Virg. 1. Georg.* Atque ubi jam breviorque dies, & mollior æstas, Quæ vigilanda viris. **Vigilans**, antis, o. g. *vigilante, ἀγρυπνῶν,* particip. a *vigilo. Ter. And. 5. 6. 8.* Num ille somniat Ea, quæ vigilans voluit? *Hic vigilans somniat,* proverbium est apud *Plaut. Captiv. 4. 2. 68.* quod dicitur de iis, qui multa sibi bona, & gaudia fingunt, & in votis suis sibi valde blandiuntur. *Vigilans dormire* proverbialiter dicitur ab eodem *Plaut. Pseud. l. 3. 105.* qui in re aliqua segnis, remissus, & socors est. *¶* Sæpe nomen est, & significat diligentem, providum, intentum. *Cic. pro R. Am. Unum hoc dico, nostri isti nobiles, nisi vigilantes, & boni, & fortes, & misere icordes erunt. Id. 2. Ver. c. 11.* Perficiam, ut nemo unquam post hominum memoriam paratior, vigilantior, compositior ad iudicium venisse videatur. *Trebell. Poll. in Gallien. c. 14.* Vigilantissimus Cæsar. **Vigilanter**, adv. *vigilantem, attentem, con diligenter, ἐγρηγορότως, ἐπιμακίζως,* cum vigilantia, & sollicitudine. *Cic. 6. Ver.* Quod vigilantanter provinciam administrasset, hujus omnes vigiliis in stupris constat, adulterisque esse consumptas. *Id. pro Mur. c. 15.* Quem L. Murena pater hujuscæ vehementissime, vigilantissimeque vexatum, repressum magna ex parte, non oppressum reliquit. *Idem in Somn. Scip. c. 8.* Enitar multo vigilantius. **Vigilantia**, æ, f. *vigilantia, (omni parcitas, ἀγρυπνία. Plin. l. 3. ep. 5. de avunculo suo:* Erat incredibile studium, summa vigilantia: lucubrare a Vulcanibus incipiebat, &c. *¶* Translate ponitur pro diligentia. *Terent. Adelph. 3. 3. 44.* Vigilantiam tuam tu mihi narras? *Cic. Attic. l. 8. ep. 9.* Horribili vigilantia, celeritate, diligentia est. **Vigilarium**, ii, n. *luogo della fentinella,* locus in quo nocturnæ excubiæ aguntur. *Senec. ep. 57.* Quid interesse, utrum super aliquam vigilarium ruat, an mons, aut turris? Alii leg. *vigilarium* in masculinum genere, & intelligunt militem nocturnas excubias agentem: integrum autem locum

5. 2. 11. Interea in angulum aliquo abeam, atque edormiscam hoc vil-
li. *questo poco di vino e' ho bevuto.*
Villus, i, m. *focco, peli messi insieme*, ἄλκυ Ger. *harlock*, Gal. *poil*,
Hisp. *vello*, *ἄλκυ*, *ἄλκυ*, *ἄλκυ*, non proprie pilus est, sed potius
multorum pilorum collectio, & quidam quasi foccus, quales in júbis
leonum, & luporum, & nonnullorum etiam canum separatos videmus
propendere, quales item sunt in vestibus focci illi prominentes, qui
nodie etiam ornatus causa arte fullonia pannis inducuntur. Est a *vinus*,
idest cinnus, molliter flexus, ut *Isidorus* exponit l. 3. c. 19.
Vel est a *vellendo*, qua ratione ab eodem *vellus* venit. *Cic. 2. de nat.*
Deor. c. 47. Animantium vero quanta varietas est, quarum aliz coriis
tecta sunt, aliz villis vestite, aliz spinis hirsute, &c. *Virg. 3. Georg.*
Udisque aries in gurgite villis Merlatur. *Mart. l. 1. 4. ep. 136.* Calfaciunt
villi pallia nostra mei.
Vimen, inis, n. 3. *vimine, vincto, venco, stroppa*, Ger. *korbweiff*, Gal.
verge, Hisp. *vello*, *οὐσῶν*, *ἰψ*, *ἄλκυ*, omne virgultum lentum, sed
molle, flexile, & aptum ad viendum, idest ligandum. *Varro l. 1. de*
R. R. Ut habeas vimina, unde viendo quid facias. Fessl. Viere, alligare,
unde vimina, & vasa viminea. ¶ Fiunt autem vimina ex virgibus
populi, ulmi, sanguinei fruticis, betulæ, coryli, vitis, & salicis,
quæ principatum obtinet. *Caf. l. 1. B. Civ. Reliquum corpus navium*
viminibus contextum coriis integebatur. *Col. l. 4. c. 40.* Nec refert,
cujus generis vimen feras, dum sit lentissimum.
Vimentum, i, n. idem quod vimen. *Tacit. 12. Ann. c. 16.* Mænia non fa-
xo, sed cratibus, & vimentis, ac media humo, adversus irrupentes
invalida erant.
Viminalis, & le, o. 3. *εισιμαλῆς*, quod ad vimina pertinet. Viminalis
arbor est, ex qua vimina fiunt. *Plin. l. 17. c. 20.* Salicis viminalis
singula jugera sufficienti viginti quinque vineæ jugeribus. *Col. l. 4. c.*
30. Quare salices viminalis, atque arundinetæ, vulgaresque sylvæ, vel
consulto consistit & castaneis prius faciendæ sunt. ¶ *Viminalia* abso-
lute sunt arbores, quæ vimina ferunt. *Plin. loc. cit.* Hæc est viminalia
cultura. ¶ Viminalis collis, unus ex septem urbis Romæ colli-
bus, in tertia urbis regione, ita dictus a vimumin sylvæ in eo ena-
ta circa aram Jovis, unde & Jupiter ipse Viminæus cognominatur.
Varro l. 4. de L. L. ¶ Viminalis porta, Porta de S. Agnefe, una ex
portis urbis Romæ, inter Salariam, & Exquilinam, ita dicta, quod
in Viminale colle duceret. Eadem vocata est *Inter aggeres, No-*
mentana, Ficulensis.
Viminētum, ti, n. *vincbero*, locus viminibus confitus. *l'ar. l. 4. de L. L.*
Viminēus, a, um, d. *vimini, εισιμαλῆς, ἄλκυ*, quod est ex vimine.
Plaut. Epid. 1. 1. 26. Viminæi falces virgarum. *Caf. l. 3. bell. Civ. c. 63.*
Multum autem ab icu lapidum viminea tegumenta galeis imposita
defendebant. *Virg. 1. Georg. v. 95.* Viminæque trahit crates.
Vin' est vis ne? *Plaut. Pæn. 5. 2. 155.* Vin' eam videre?
Vinacea, æ, f. *vinaccia, γλυκιστήριον*, acini, seu grana uvæ jam pressæ.
Col. l. de Arb. c. 4. Præterea post hæc vinacæ heminan uvæ albæ in
nigra, uvæ nigra in alba ponito. *Plin. l. 17. c. 22.* Circum capita ad-
ditum stercora, paleas, vinacæ, aut aliquid horumce.
Vinaceus, & vinaceus, i, n. & m. *vinaciuculo, Ger. treber*, Gal. *mare,*
pepin, Hisp. *granillo de uva, γλυκιστήριον*, granulum illud lignosum, quod
in uvæ acino nascitur. Fere usurpatur in numero plurali. *Col. l. 3. c. 11.*
Humido loco sciet non recte mandari fructus teneri, & amplioris aci-
ni, sed callosi, & angusti, frequentisque vinacæ. *Id. l. 11. c. 2.* Naturalis
autem maturitas est, si, cum expresseris vinacæ, quæ acinis celantur,
jam intuscatæ, & nonnulla propemodum nigra fuerint. ¶ Nonnun-
quam tamen vinacæ, *vinacice*, dicitur inveniuntur pro totis uvæ expressæ
reliquiis, hoc est non solum pro hisce granulis, verum etiam pro
ipsis folliculis, qui Græcæ *σπυρρα*. *Col. l. 12. c. 36.* Tortivum mustum
dicimus quod post imprimam pressuram vinaceorum, circunciso pede ex-
primitur. *Id. l. 6. c. 3.* Licet etiam, si sit leguminum inopia, & eluta,
& siccata vinacæ, quæ de lora eximuntur, cum paleis miscere. *Ca-*
ro. c. 25. Vinacæ quotidie recentes succernunt. *Varro l. 3. de R. R. c. 11.*
Pabulum his datur triticum hordeum, vinacæ uvæ.
Vinacæus, a, um, quod ad vineam, sive uvam, sive vinum spectat.
Cic. de Jen. c. 15. Omitto enim vim ipsam omnium, quæ generantur et
terra, quæ ex fici tantulo grano, aut ex acino vinaceo, aut ex cætera
multum frugum, aut stirpium minutissimis seminibus tantos truncos, tan-
toque procreat. Alii rectius legunt *ex acinis vinaceo*.
Vinalia, orum, vel ium, quemadmodum dicimus *Saturnalia*, & *io-*
rum, n. *ἡμεροῦν*, dies, quo vinum novum Jovi libabant. *Festus*:
Vinalia diem festum habebant, quo die vinum novum degustabant,
& Jovi libabant. Duplicia erant: prima celebrabantur 9. Cal. Maji, seu
die 23. Aprilis, altera 13. Cal. Septembris, seu die 20. Augusti. *Plin.*
l. 18. c. 29. Vinalia priora, quæ ante hos dies sunt 9. Cal. Maji degu-
standis vinis instituta, nihil ad fructus attinent. *Et infra*: Extra has
causas sunt Vinalia altera, quæ aguntur ad 13. Cal. Septembris. *Ad-*
de Ovid. 4. Fast. v. 898.
Vinalis, le, adject. ad vinum pertinens. *Macrob. l. 7. Saturn. c. 7.* Si qua
vinalis fortitudo in homine refedit. *Spirito, e forza del vino bevuto.*
Vinaria, orum, n. vasa ad vinum continentium apta, ut sunt dolia,
cadi, cupæ, testæ, &c. *Horat. l. 2. sat. 8. v. 39.* Invertunt Aliphanis
vinaria tota Vibidius, Balatroque.
Vinaris, rii, m. *venditor vini, vinastiere, εισπωλῆς*, vini venditor.
Plaut. Afn. 2. 4. 30. Sed vina, quæ heri vendidi vinario. *Suet. de Clau-*
dio, c. 40. Cum de laniis, aut vinaris ageretur, exclamavit in curia.
¶ Ponitur aliquando pro vino, ac obvio. *Ulp. in l. 4. ff. de Edil.*
ed. Item aleatores & vinaris non contineri edicto, quosdam respon-
diffe, Pomponius ait. *Adde eund. ibid. leg. 25.*
Vinaris, a, um, *εισιμαλῆς*, quod ad vinum pertinet, ut *Cella vinaris*,
apotheca, in qua vinum ailveratur, *lacus vinaris*, in quem mustum
defluit, *Taberna vinaris*, in qua venditur vinum; *Vas vinarium*, in
quo vinum apponitur. *Cic. 6. Verr. c. 27.* Erat etiam vas vinarium ex
una gemma prægrandi. *Plin. l. 12. c. 13.* In quibus erant claves vinaris
cellæ. *Col. l. 12. c. 18.* Tum lacus vinaris, & torcularis, & tora, omnia-
que vasa eluenda sunt. ¶ Crimen vinarium, quod veritatur circa vi-
num. *Cic. pro Font. c. 5.* Cognoscite nunc de crimine vinario, quod il-
li invidiosissimum, & maximum esse voluerunt. Loquitur de portorio,
idest vectigali vini exportandi gratia solvendo, quod a Fontejo con-
stitutum in Gallia fuisse, accusator ejus dicebat.
Vinca, æ, f. seu Vinca pervinca, *pervinca, κλαυθῆς, ἀρραβιδῆς, χαμα-*
δάρα, herba topiaria, perpetuo virens, lauris tollis geniculatum vestita,
humi serpens, & in modum funiculi se se porrigens, tenuibus sarmen-
tibus obvia quæque vinciens, veteribus inopiam dorum supplere solita,
quæ etiam centunculus, clematis, & chamædaphne appellatur, ita
dicta, quia semper vireat, aerisque injurias vincat, & pervincat. Di-
citur chamædaphne, quia humilis laurus, propter foliorum similitu-
dinem. *Plin. l. 21. c. 11.* Nam vinca pervinca semper viret, in modum
linæ foliis geniculatum circumdata: Topiaria herba: inopiam tamca

forum aliquando supplet. Hæc a Græcis chamædaphne vocatur. *Id.*
ibid. c. 27. Et vinca pervinca, sive chamædaphne, arida tusa hydropi-
cis datur in aqua, &c.
Vicentia, æ. V. Vicentia.
Vincens, a, um, adject. ad vincendum aptus. *Jocose Plaut. Scic. 4. 2.*
56. Nam mihi intus potione vincea ornabo gulam. h. e. laqueo me
vinciendo gulam frangam.
Vincibilis, le, n. 3. *vincibile, νικητός*, qui vinci potest, superabilis.
Col. l. 3. c. 12. Gravem terram, vix ulla cultura vincibilem. *Ter. Phorm.*
1. 4. 48. Justam illam causam, facilem, vincibilem, optumam. h. e.
quæ obtineri potest.
Vincto, is, vincti, vinctum, a. 4. *legare, νικῶ*, Ger. *binden*, Gal. *lier*,
Hisp. *atar, déo*, ligo, constringo. *Virg. 1. Æn.* Purpureoque alte suras
vincere coturno. *Horat. lib. 4. od. 1.* Vincere novis tempora floribus.
¶ Translate *Cic. pro Marcello. c. 8.* Omnia quæ delapsa jam fluxerunt,
severis legibus vincienda sunt. *Id. 3. de Orat. c. 49.* Membra orationis
vincere numeris. *Id. Attic. l. 7. ep. 17.* Loca occupare, vincere præditiis.
h. e. munire. *Propert. l. 3. eleg. 4.* Vincere mentem multo Lyæo. h. e.
impedire, opprimere. *Id. ibid. eleg. 19.* Vincere lectum certo tædere.
Vincto, is, vici, vinctum, a. 3. *vincere, superare, farsi superiore, νικῶ*,
Ger. *überwinden*, Gal. *vincere, Hisp. vencer, κερταίο, νικῶ*, supero,
ex certamine superior evado, victoriam reporto, proprie dicitur de
hostibus, & in bello. *Cic. pro L. Manii.* Nos, quorum majores Antio-
chum Regem classe, Perseque superant, omnibus navalibus pugnis
Carthaginenses, homines in maritimis rebus exercitissimos paratissi-
mosque vicerunt. ¶ Translate sumitur pro superare quodcumque ge-
nus hominum, & quamcumque rem, quacumque ratione. *Cic. 3. Catil.*
Mihi vivendum est cum illis, quos vici, ac subegi. *Id. 1. Off.* Non est
contentanum, qui invictum se a labore præstiterit, vinci a voluptate.
Id. 1. de Orat. Eloquentia cæteros vinceret. ¶ Speciatim vero per
translationem ponitur pro obtinere, probare. *Cic. pro Cluent. c. 44.* Vin-
ce deinde, virum bonum fuisse Oppianicum. *Plaut. Mostell. 1. 2. 12.*
Protecto ita esse, ut prædico, vero vincam. *Rurfs (sic pro Rofc. Com.*
c. 18. Vincere judicio aliquid, ostendere per via iudicijaria. *Id. pro Dejot.*
c. 8. Vincere causam. ¶ Item pro exprimere, quasi difficultatem rei
dicendo superare. *Virg. 3. Georg.* Nec sum animi dubius, verbis ea vin-
cere magnum Quam sit. ¶ Item pro animi competent fieri. *Propert.*
l. 1. eleg. 8. Rumpantur iniqui: Vicimus; assiduas non tulit ille pre-
ces. *Ovid. 3. Trist. eleg. 9.* Vicimus, inquit: Hic mihi morte sua causa
salutis erit. *V. Vitor.* ¶ Item pro concoquere, digerere. *Plin. l. 11.*
c. 53. in fine: Pervigilio quidem præcipue vincuntur cibi. ¶ *Expe-*
ctationem vincere, est facere præter expectationem, & spem aliorum,
& plus, quam quisquam speraverat. *Cic. 7. Verr. c. 55.* Expectate facin-
dos, quam vultis improbum, vincam tamen expectationem omnium.
¶ *Vincere sua facta*, est diutius, quam naturalis ordo fert, vivere.
Virg. 11. Æn. Contra ego vivendo vici mea fata, superstes Restarem ut
dignor. ¶ Vincere sponsonem, & vincere sponsonem, *vincere, o qua-*
dammodo la scommessa. *Cic. pro Quint. c. 27.* Num quid est cause, quin-
di, si iste ex edicto non possederit, ego sponsonem vicerim? *Id. pro Cæcin.*
c. 31. Ostendo eum, qui fateatur se deiecit, vincere sponsonem. Ali-
li hic quoque reponunt sponsonem.
Vinctio, onis, f. actus vincendi. *Arnob. l. 2. adv. gentes.* Neque esse om-
nino dissolutionis expertes, sed voluntate Dei regis, ac principis
vinctioe in perpetua contineri. *Id. l. 6.* Vinctioeque vi colligari. *Cic.*
1. Tuscul. c. 29. Quæ ante interitum vinctioe aliqua tenebantur. Alii
multo rectius *junctione*.
Vinctor, oris, m. *chi lega.* *Arnob. l. 6.* Phidias sciebat, aurum fuisse,
lapides atque ossa informia, seque horum omnium congregatorem,
atque vinctorem.
Vinctura, æ, f. *legamento, δέσις*, actus vincendi. *Plin. l. 16. c. 37.* Pa-
riuntque baltheo corticis vincula, & aliz virgas sequacis ad vinctur-
tas lentitæ. *Caf. l. 8. c. 22.* Ne vinctura talum ledat.
Vinctus, us, m. *legame, δεσμός*, ligamen. *Varro l. 1. de re rust. c. 8.* Ex
vindemia facta, denique dicitur pendere in palmam aut tuniculo, aut
vincto, quod antiqui vocabant cesum.
Vinctus, a, um, *legato, νικῶ*, Ger. *gebunden*, Gal. *lié*, Hisp. *asado, 2e-*
deués, partic. a vincior. *Ter. Eun. 2. 3. 22.* Quas matres student Em-
miffis humeris esse, vincto pectore, ut graciles fient. *Cic. 6. Verr.* Ut
cujus ad statum Siculi te Prætor alligabatur, ejus religioni te eun-
dem vinctum, astrictumque dedamus. ¶ Metaleptice accipitur pro
captive, seu servo. Compeditus enim vincti servi in ergastulis opera
faciebant, vel ruri agriculturam exercebant. *Plin. l. 3. ep. 19.* Nec ipse
usquam vinctus habeo. ¶ Item pro coacto. *Horat. l. 2. sat. 7.* Ac vel-
ut usque Vinctus eas, ita te felicem dicis.
Vinctulatus, a, um, adject. vinctulis confectus, vinctus. *Martian. Cap-*
pell. l. 1. Rofæ decussatum vinctulatus. *Cal. Aurelian. Tard. 4. c. 8.* Mutuo
amplexu vinctulati.
Vinctulum, i, (& per syncop. *Vinctum* apud Poetas) n. *legame, νικῶ*, Ger.
band, Gal. *lien*, Hisp. *laco, asadura, δεσμός*, ligamen, a vinciendo.
Cic. 1. de Orat. Si corpora capta sint armis, aut conficta vinctulis.
Virg. 2. Æn. Nam teneras arebant vincula palmas. ¶ Metaleptice su-
mitur pro carcere, quia homines olim fere non carcere solum, sed et-
iam in carcere vinctulis coercerantur. *Venulejus l. 224. ff. de verb. sig-*
nis. Vinculorum appellatione vel privata, vel publica vincula signifi-
cantur. *Cic. Verr. 5. c. 6.* Conjicere in vincula. *Liv. l. 29. c. 19.* Ex vin-
culis causam dicere, *far le vize disse in prigione.* *Plin. l. 7. c. 34.* Esse
in vinculis. *Quintil. l. 7. c. 4.* In vinculis aliquem habere. ¶ Frequen-
tissime translate usurpatur, pro omni eo, quod vim habet conjuen-
gendi, ac obstringendi. *Cic. 3. Off. c. 31.* Nullum enim vinculum ad strin-
gendam fidem jurejurando majores archius esse voluerunt. *Id. Att. l. 6.*
ep. 2. Vinculum amoris. *Virg. 5. Æn.* Ne cui me vincio vellem sociare
jugali. idest conjugio. *Quintil. l. 5. c. 10.* Vincula legum. ¶ Item
pro negotio. *Hor. l. 1. ep. 7. v. 67.* Ille Pivindelo Excusare labore, &
mercenaria vincla.
Vindelici, orum, m. pl. *ἰνδελικῶν*, pop. Vendelicæ, qui hodie Germa-
nis annumerantur. *Hor. l. 4. Carm. ode 4.* Videre Rhæti bella sub Alpi-
bus Druum gerentem, & Vindelici.
Vindelicia, æ, f. inc. *Bayren, Ital. Baviera, ἰνδελικῆς*, regio Europæ,
alias pars Illyrici, nunc Germaniæ, ubi hodie Ducatus Bavariz, &
pars Auftriaz Sueviæ prov. Terminos habebat a Sept. Danubium, &
pars Auftriaz, Lico fl. determinante, ab Occ. Brigantium lac. ab
Or. Oenum fl. & Noricum. Nomen accepit a Vinda, & Lico fl. Ho-
die Bavariz dicitur. Sed Bavariz multo latius patet, partem Norici
ultra Oenum complectens, ubi Salisburgensis tractus. Vindeliciæ cap-
ut fuit Augusta Vindelicorum, *Augsburg*, vel *Augsburg*.
Vindelicus, a, um, adject. ad Vindelicos pertinens. *Martial. l. 9. ep. 86.*
Me tibi Vindelici raptum narrabat in oris.
Vindemia, æ, f. *vendemmia, νινδῆ*, Ger. *der berbst*, Gal. *vendange*, Hisp.
vendimia, τρυγητός, collectio utarum, a vino demendo. *Varro l. 4. de*
L. L.

L. L. Vindemia, quod est vini demia, vel vitis demia. *Cato l. 1. de re rust. c. 54.* In vinctis uva cum erit matura, vindemiam ita fieri oportet. *Plin. l. 9. ep. 20.* Ipse cum maxime vindemias graciles quidem, ubiores tamen quam expectaveramus, colligo. ¶ Nonnunquam accipitur pro ipsis uvis. *Virg. 2. Georg.* Non eadem arboribus pendet vindemia nostris, *Id. l. 3.* Mitis in apricis coquitur vindemia saxis. ¶ Transferitur & ad aliarum rerum collectionem, *varcolas. Plin. l. 15. c. 1.* Oleatum vindemia. *Id. l. 11. c. 14. & Colum. l. 9. c. 15.* Vindemia mellis. Vindemiālis, le, adject. ad vindemiam pertinens, ut Vindemiāles fructus, *Macrob. l. 7. Saturn. c. 7.* Vindemiales feriae, *Minut. Fel. in Octav.* Vindemiator, oris, m. vendemiator, וַיְמַד, Ger. *leser in herbst*, Gall. *vendangeur*, Hisp. *vendimador*, τρυγητής, qui vindemiam peragit. *Larvo l. 4. de L. L.* Vindemiator, vel quod vinum legere dicitur, vel quod de vite id demit. *Hor. l. 1. sat. 7.* Durus vindemiator, & invidius, cui sæpe viator Cessisset, &c. Ubi ita per Synzesein in unam syllabam conprehantur. ¶ Vindemiator quoque est signum cœlestis. Hic fuit Amphelios puer filius Satyri, & Nympha, natus in Ismaro in monte Thraciæ, apud Hebrum fl. & Maroneam urbem, Baccho charissimus, cui Bacchus vitam tradidit. Cum uvas colligeret, ex ulmo decidit. Extinctum Bacchus in Cœlum transtulit. Dicitur est a Græca voce ἀμπελον, vitis. De ejus sideris ortu alia dicunt. Secundum *Ovidium 3. Fast. v. 407.* oritur 3. Non. Martii, idest die quinta, secundum *Colum. l. 11. c. 2. 7.* Cal. Septembris, secundum *Plinium l. 18. c. 31. 11.* Cal. Sept. sed *Affyriz 5. Cal. Ægypti* Nonis. Vindemiatorius, a, um, τρυγητικός, quod ad vindemiam pertinet. *Var. l. 3. de re rust. c. 2.* Nihil magis torcula, vasa vindemiatoria, aut ferias olearias, aut trapeta. Vindemiō, as, a. 1. vendemiarius, וַיְמַד, Ger. *herpsten*, Gall. *vendanger*, Hisp. *vendimiar*, τρυγητός, uvas colligo. *Plin. l. 14. c. 2.* Vindemiare uvas. *Columell. l. 12. c. 33.* Vindemiare vinum. Vindemiola, æ, f. τρυγητιόλα, parva vindemia; & translate dicitur de fructu studiorum. *Cic. Att. l. 1. ep. 10.* Ego omnes meas vindemiolas eo reservo, ut illud subsidium senectuti parem. Vindemitor, oris, m. idem ac vindemiator. *Ovid. 3. Fast. v. 407.* Mergitur, visus effugietque tuos. At non effugiet Vindemitor. Vindex, icis, com. g. vendicator, οὐκ, Ger. *recher*, Gall. *uengeur*, Hisp. *uengador*, πμωρδός, ἰκτικόν, ultor, vel ultrix injuriæ, a vindico. *Cic. l. 5. Fam. ep. 6.* Sed partim odio inducitur me excludunt, & aperte vindicem conjunctionis oderunt. *Id. 3. de nat. Deor. c. 18.* Furiz Dæz sunt, specularitrices, eredo, & vindices facinorum, & sceleris. ¶ Accipitur item pro assertore, seu defensore. *Cic. Att. l. 2. ep. 1.* Nisi quod me illum ipsum vindicem æris alieni, ære non Corinthio, sed hoc circumferano obruerunt. idest defensorum, & servatorem creditorum adversus Catilinam, & alios conjuratos, qui æs alienum solvi volebant. *Id. 3. de Leg. c. 18.* Habeat fane populus tabellam quasi vindicem libertatis. ¶ Vindex speciatim appellatus est, qui, cum cuiuspiam esset injecta manus, ut ad Prætozem, Judicemve duceretur, eum liberabat. *Fest. Vindex* ab eo, quod vindicat, quo minus is, qui prensus est, ab aliquo teneatur. Atque ita usurpatur in *leg. 12. Tab.* Affiduo vindex affiduo esto: proletario qui volet, vindex esto. Sententia est, homini affiduo, sive locupletis solum locupletem fieri posse vindicem, seu sponsorem, at proletario, ac nullius classis homini, quisquis velit, hoc est non locupletem tantum, utpote meliorem, sed etiam proletarium tanquam parem. Hæc interpretatio colligitur ex *Festo* in voce *Assiduos*, & *Gell. l. 16. c. 10.* ¶ Vindex honorum dicitur a *Plaut.* is, qui aliorum honores contaminat, violat ac tollit. hæc autem locutio ducta est ab iis qui aliquid vindicant, & suum afferunt, proindeque alteri auferunt. *Plaut. Trinum. 3. 2. 16.* Ita ne tandem majores famam traderent tibi tui, ut virtute eorum anteparta per flagitium perderes; atque honori posterorum tuorum vindex ut fieres? ¶ Interdum hæc vox adjectivi more usurpatur. *Ovid. Heroid. ep. 9. v. 13.* Vindicibus pacatus viribus Orbis. *Carull. eam. 65. v. 191.* Facta multantes vindice pœna. Vindex, icis, nom. propr. cuiusdam servi Romani (qui & *Vindicus*) qui cum detexisset coniurationem quorundam nobilium adolescentum de recipiendis in Urbem Tarquinis jam a Bruto expulsis, libertatem in præmium, civitatemque Romanam consequutus est. *V. Liv. l. 2. c. 4. & 5.* Ex eo ortum quidam putant, ut servi qui in libertatem a Prætoze afferbantur, virga eorum capitibus a licitore imposta & circumacta, *vindicta liberati* dicerentur. *V. Vindicta.* Huc certe allussit *Claudiam. in 17. Consul. Honor. v. 612.* Te fastos inente quater solemniam ludit Omnia libertas. deductum, Vindicem morem Lex celebrat; famulatusque jugo laxatus herili Ducitur, & grato remeat securior ictu: Tristis conditio, pulsata fronte, recedit. Vindicatio, onis, f. vendetta, ἰκδικήσις, actus vindicandi. *Cic. 2. de Invent. c. 22.* Vindicatio est, per quam vis, & injuria, & omnino omne, quod obfurgatum est, defendendo, aut ulciscendo propulsatur. ¶ Est etiam apud JCtos assertio alicujus rei, & probatio, qua ostenditur, rem illam esse ejus, a quo assertitur, *protesta su qualebe cosa. Ulpian. l. 43. Dig. de actionib. Et obligatorib.* Actionum duo sunt genera, in rem que dicitur vindicatio, & in personam, quæ conditio appellatur. Vindicatus, a, um, nom. particip. vendicatio, puniso. *Cic. Ver. 3. c. 83.* Improbium facinus in nullo vindicatum. ¶ Item assertus, defensus. *Fel. l. 1. 2. c. 73.* Vindicatum armis mare. *Curr. l. 3. c. 12.* Vindicatum jus. Vindicatæ, arum, ἰκδικήσις, sunt sententiæ, sive assertiones, seu adjudicationes, quæ a Prætoze fiunt de re aliqua, de qua controversia est. nam lis vindicatarum ea dicitur, qua controversæ rei possessionem petimus, non quidem justam, & absolutam, sed fiduciariam, & veluti depositariam rei, & fructibus reddendis obnoxiam, dum lis de re ipsa, aut de possessione ejus disceptatur. Nam eum de re aliqua inter duos, aut plures apud Prætozem controversa est, & incertum est, uter litigatorum, pendente lite, rei controversæ possessor esse debeat, uterque a Prætoze vindicias postulat, h. e. ejus rei possessionem. Dat autem iudex, cui æquum esse videatur. Ille, cui dederit, satisfat adversario suo fe nihil in re, de qua lis est, deterius facturum: adversarius vero pollicetur certam pecuniam, aut æstimationem, quam amittat, nisi ea res, de qua contendit, sua sit. *Cic. 3. Ver. c. 45.* Aut prædes litis vindicatarum cum satis accepisset, sponsonem faceret. *V. hic Astonium.* Alii legunt *pro præde.* *Id. pro Mil. c. 27.* Qui non calumnia litium, non injustis vindiciis, ac sacramentis alienos fundos, sed castris, exercituum, signis inferendis petebat. ¶ Vindicatæ secundum libertatem dicuntur, quæ sunt a servitute in libertatem: *vindicatæ secundum servitutem* vocantur, quæ sunt a libertate in servitutem. Unde Prætor dicitur decernere vindicias secundum libertatem, quando aliquem in libertatem afferit, idem dicitur dare vindicias secundum servitutem, quando pronuntiat, eum servi loco habendum, donec, dicta causa, de statu confiterit. Igitur utrique vindiciæ proprie dantur, pendente lite. *Liv. l. 3. c. 44.* Neque cederet secundum libertatem postulantihs vindicias. *Et infra c. 47.* Decresse vindicias secundum servitutem. *Id. ibid. c. 51.* Proin-

de ut ille iterum ac sæpius provocet, sic se iterum ac sæpius iudicem illi ferre, ut (*Appius*) vindicias ab libertate in servitutem dederit. *h. e.* ni constet, Appium in servitutem caput liberum duci iussisse. Erat enim hæc sponso quædam, qua Virginius Appio provocanti iudicem ferrebat, ni probaret, cum contra leges dedisset vindicias in servitutem. *V. Sponso, & Juxta.* ¶ Vindicatæ dicere, est vindicias pronuntiare de re aliqua controversa. *Levius lib. cit. c. 56. de eodem Appio:* Vox una vindicæ libertatis ex eo missa ore, quo vindiciæ nuper ab libertate dictæ erant. ¶ Vindicatæ ferre, est sententia, decretoque obtinere rem. Dicebat enim vindicias jure, ferrebat vindicias, qui rem obtinebat. *Lex XII. Tabul. apud Festum.* Si vindiciam falsam tulit rei, sive litis. Ubi notandum singularis numeri visus, qui invenitur etiam apud *Gell. l. ult. c. 10.* ¶ Olim ipse quoque res quarum possessio per vindicias petitur, vindiciæ dicebantur, ut habet *Ser. Sulpis. apud Festum.* Hinc vindiciæ etiam appellabantur glebæ, quæ ex fundo sumptæ in jus afferbantur, ut in iis velut in ipso fundo, vindicias Prætor daret. *Cincius apud eund. Fest.* Vindicō, as, a. 1. vendicare, punire, οὐκ, Ger. *rachen*, Gall. *uenger*, Hisp. *uengar*, ἰκδικῆσις, πμωρδός, ultor, idest ulcisci, punire; item defendere, sibi assumere, &c. Geminam hanc notionem *Diomedis* asserit *lib. 1.* Hoc verbum non pro defendo veteres dicebant, sed pro animadverto, & punio, ut *Sallustius in Jug. c. 36.* Nisi vindicatum fuerit in noxios. *Et Castina c. 9.* Vindicatum in eos, qui contra imperium pugnaverant. Multi duo verba distinguunt, *vindico*, & *vendico*, & origine differre volunt. Nam, ut iudico *Varroni l. 4. de L. L.* est a *jus*, & *dico*, ita vindico esse a *vim*, & *dico*, sed vendico esse a *venum*, unde & *veneo*, ac *venundo*, & eoque vendicare proprie dici de dominio, quod emptioe nobis acquirimus. Nos semper *vindico* dicendum censemus, quomodo & ea vox scribitur in Pandectis Florentinis, & lapidibus antiquis, quos asserit *Manut. in Orthograph.* Sumitur igitur primo pro ulcisci, seu punire. *Cic. 5. Ver.* Omnia que vindicaris in altero, tibi ipsi vehementer fugienda sunt. *Id. pro Dejor.* Præsertim cum is unus esset, qui posset de absente fe vindicare. *Id. de Am. c. 12.* Talis improborum consensio non modo excusatione amicitie tegenda non est, sed potius omni supplicio vindicanda est, *Sen. de Benef. l. 6. c. 5.* Utrum & beneficium illi reddere debeam, & me ab illo nihilominus vindicare. ¶ Accipitur quoque pro sibi assumere, rei alicujus sibi dominium, seu jus afferere, *assumere*, *assurpassi*, *far suo*, *βιωσιμίζω*, *πρασιμίζω*, *ἀνταναζίνω*, *Cic. 1. Off. c. 1.* Si id mihi amicum, videor id meo iure quodammodo vindicare. *Id. infra.* Non nobis solum nati sumus, ortusque nostri partem patriam vindicat, partem amici. *Id. pro Arb. c. 8.* Homerum Colophonii civem esse dicunt suum, Chii suum vindicant. ¶ Item pro defendere ab injuria, liberare, eripere, *defendere*, *ἀπαλλάττω*. *Cic. 1. de Fin.* Sapientiamque esse solani, quæ nos a libidinum impetu, & formidinum terrore vindicat. *Liv. l. 3. c. 56.* A cuius crudelitate vosmetipsos armis vindicatis. ¶ Vindicare in libertatem, est afferere in libertatem, eripere & servitutem, *mettere in libertà*, *liberare*. *Cic. l. 1. B. C. Ut se*, & Populum Romanum paucorum factione oppressum in libertatem vindicaret. ¶ Vindicare libertatem, est tueri. *Cic. l. 7. B. G.* ¶ Vindicare fe ad suos. *h. e.* incolumem fe recipere. *Cic. pro Rab. Post. c. 9.* ¶ Vindicare fe existimationem hominum, *h. e.* suam apud homines bonam existimationem tueri. *Cic. Ver. 5. c. 58.* Ubi tamen alii leg. *vendicare*. ¶ Vindicari aliquis dicitur, qui vindicias fert alicujus rei, *h. e.* ejus possessionem obtinet. *Liv. l. 3. c. 46.* Se a M. Claudio petiturum, ut decederet iure suo, vindicarique puellam in postero diem pateretur. *h. e.* usque ad postero diem in possessione suæ libertatis permanere. *Et mox:* Ita vindicatur Virginia, spondentibus propinquis. Vindico, is, a. 3. idem ac vindico, as. *Lucr. l. 3. v. 895.* Ipse ubi miseret, neque enim fe vindicet hilum. Vindicola, æ, m. & f. Naiades Vindicolæ a *Var.* apud *Non. c. 4. n. 50.* dictæ videntur, quod locum aliquem incolerent, qui Vindus, vel Vindus appellaretur. Vindicula, æ, f. vendetta, νῆκη, Ger. *rach*, Gall. *vengeance*, Hisp. *uenganca*, ἰκδικήσις, libeήσις, ultio, vel animadversio pro delicto. *Juvonal. sat. 13. v. 180.* At vindicta bonum vita jucundius ipsa. ¶ Vindicula etiam erat virgula quædam, quam licitor manumittendi servi capiti imponens, eundem servum in libertatem vindicabat, dicens quædam verba solemnia. Nam libertatem donandi tres sunt species. Una, cum quis servum consentiente populo, vel jubente domino, nomen detulisset in censum; tunc enim civis Romanus fiebat, & servitutis vinculo solvebatur. Altera per virgam, quæ vindicta vocabatur, cum Prætoris Urbani iussu licitor manumittendi servi capiti virgam imponens, eundem in libertatem vindicabat, dicens quædam verba solemnia. Tertia, si qui suprema voluntate in testamenti serie servum liberum scripsisset. Vindicatæ rationem intulisse fertur P. Valerius Poplicola, cum ad populum tulisset de præmiis Vindicis servi, qui patefecit nobilium adolescentum de reducendo Tarquinio coniurationem: qua lege Vindex & libertate, & civitate donatus est. *Liv. l. 2. c. 5.* Secundum pœnam noentium, ut in utranque partem arcendis sceleribus exemplum nobile esset, præmium indici pecunia ex ærario, libertas, & civitas data. Ille primum dicitur vindicta liberatus. Quidam vindictæ quoque nomen tractum ab illo putant, Vindicio ipsi nomen fuisse. Post illum observatum, ut qui ita liberati essent, in civitatem accepti viderentur. Hæc *Liv.* Quo loco pro Vindicio legendum Vindici, ut ex *Plusarcho*, & *Dionysio* constat. Verba solemnia, ut ex Constantino Armenopulo constat, hæc erant: *Profitemur hunc præsentem hominem esse liberum, Et civem Romanum:* Græca Armenopuli verba sunt, *Φάμαι τον παρτητον ἀνδρωπον εντα ελδύθερον & πολιτνω Ρωμαιορον.* Hæc potestas primo Consulatum fuit, post ab iis ad Prætozem Urbanum est translata. *Cic. in Top. c. 2.* Si neque censu, neque vindicta, nec testamento liber factus est, non est liber. *Hor. l. 2. sat. 6.* Quem ter vindicta, quaterque Imposita haud unquam misera formidine privet. *Perf. sat. 5. v. 88.* Vindicatæ postquam meus a Prætoze recessi. ¶ Hinc sæpe sumitur pro assertione, defensione. *Vell. l. 2. c. 64.* Utrique vindicta libertatis morte Actit. *Ovid. 4. de Pont. eleg. 6.* Cum sibi suscepta est legis vindicta severæ. Vinea, æ, f. vigne, vignale, οὐκ, *vveingarten*, Gal. *vigne*, Hisp. *vina*, ἀμπελων, οὐκ, locus vitibus confitus, vel multitudo vitium simul confitarum. *Cic. de Sen.* Nec vero fegetibus solum, & pratis, & vineis, & arbutis res rusticæ lætæ sunt. *Virg. 2. Georg.* Hinc omnis longo pubescit vinea factu. ¶ Vinearum quinque sunt genera, unum sparsis palmitibus humi repens, alterum ptdatum simpliciter adminiculo sustentatum, tertium jugatum, quartum compluviatum, quintum arbutivum. *V. Plinium l. 17. c. 22.* ¶ Est etiam vinea instrumentum bellicum, ex lignis compactum, latum pedibus octo, altum septem, longum sexdecim, testum duplici ligno, cratibusque contextum, cuius latera quoque vimine sepuntur, ne saxorum, ac telorum impetu perfringantur, extrinsecus, ne crementur, crudis, ac recentibus cortis integuntur, sub quo oppugnantis tutius ad muros subruendos pu-

gnant, *galleria*. Cum plures fuerint, junguntur ordine. *Plaus. Mil.* 2. 2. 111. Ad eum vineas, pluteoque agam. *Cic. l. 15. Fam. ep. 4.* Agger, vineis, turribus oppugnavi.

Vinealis, & le, o. 3. *di vigna*, Ger. *des rebgarten*, Gal. *de vigne*, Hisp. *de vino*, *αμπελιος*, quod est aptum ad vineam. *Col. l. 3. c. 12.* Ad quam posita est limitatio terræ vinealis.

Vinearius, a, um, da *vigna*, Ger. *du rebackers*, Gal. *de vigne*, Hisp. *de vino*, *αμπελιος*, quod est vineæ, vel quod ad vineam pertinet. *Col. l. 5. c. 5.* Validam vitem in ramos diducere censeo, & traducibus dispergere, atque diradire, cæteroque vinearios coles præcipitare.

Vineaticus, a, um, da *vigna*, *αμπελιος*, quod ad vineam pertinet. *Var. l. 1. R. R. c. 22.* Sic alia quoque nonnulla genera species habent plures, ut falces: nam dicuntur ab eodem Scriptore vineaticæ opus esse sex. *Col. l. 4. c. 1.* Quippe feminibus vineaticis nimium me profundos censuisse heri scrobes.

Vineola, læ, f. *picciola vigna*. *Vet. Inscript. apud Fabret. pag. 223.* Huic monumento cedit cum vineola sola &c.

Vinetum, ti, n. 2. *vigna*, *vignale*, Ger. *rebackers*, Gal. *vignoble*, Hisp. *vinado*, *αμπελιος*, locus, ubi multitudo vitium consistit est, locus vineis abundans. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 66.* Nec vero ita refellendum est, ut, si fegetibus, aut vinetis cuiuspiam tempestas nocuerit, &c. *Virg. 2. Georg.* Optima vinetis fatio est cum vere rubenti. *Col. l. 3. c. 4.* Cui vineata fecere cordi elis, faciat vitiarium, ex quo possit agrum vineis vestire.

Vinūs, a, um, adject. *di vino*, ut vineus latex, *Solin. c. 5.*

Vinifer, a, um, adject. *abundante di vino*, vini ferax, ut vinifera vitis. *Apul. de herb. c. 66.*

Vinipotor, oris, m. *bevisor di vino*, *εισιποτης*, potor vini. *Plin. l. 14. c. 54.* Scitum de quodam vinipotore reperitur, Syracusan tandem potare solitum, donec ab eo cooperta in terra ova lætum ederent.

Vinitor, oris, m. *vignator*, *וינור*, Ger. *vigneron*, Gal. *vigneron*, Hisp. *vinadero*, *αμπελιος*, rusticus vinearum cultor. *Cic. 5. de Fin. An ea, quæ per vinitorum antea consequbatur, etiam per seipsam curabit?* *Virg. 10. Ecl.* vestrique fuissent Aut custos gregis, aut maturæ vitator vix.

Vinitorius, a, um, *αμπελιος*, quod est vinitoris. *Col. l. 4. c. 25.* Ux autem sic deposita vinitoria alcis figura.

Vinivora, acis, vini avidus potor. *Commodian. Instruct. 18.*

Vinnulus, a, um, significat flexuosum inflat vini, hoc est cincinnis, metaphorice autem dicitur de oratione flaviter inflexa, & molli, qualis est in minutionibus cætus, sive in chromatica Musica, prout Boetius appellat. *Plaus. Afr. 1. 3. 70.* Compellando blanditer. Osculando oratione vinnula, vensuflula. Ita legit *Jam. Duza*, & ita interpretatur. Sed alii aliter. *Paulus apud Festum* interpretatur mollem, his verbis: Vinnulus dicitur molliter fe gerens, & minime quid viriliter faciens. Plautus: Oratione vinnula, ac vensuflula. Sunt qui legunt *vinulus* unico n, & vocem derivant a *vinum*, accipiuntque pro blando, venusto, illecebrosos, & ad sensus permanente, ut vinum in venas. ¶ Additur etiam a quibusdam locus *Cic. Att. l. 4. epist. 16.* Profecto rem aves vinnulam. Sed alii *vinnulam*, alii plerique *nullam* reponunt.

Vinolenta, æ, f. *ubriacæ*, *μεθη*, *ειροθυλεια*, ebrietas, vitium ebrietatis. *Cic. in Top. c. 20.* Cuius etiam generis illa sunt, ex quibus verum nonnunquam in enitur, pueritia, somnus, imprudentia, vinolentia, infania. *Id. 2. Phil. c. 39.* Quod turriofam vinolentiam tuam proferam?

Vinolentus, a, um, *ubriacæ*, *εβριος*, *παισιος*, ebriofus, vino fe ingurgitans. *Cic. 1. Agr. c. 1.* Hæc per Deos immortales utrum esse vobis consilia fecerum, an vinolentorum fomina, & utrum cogitata sapientum, an optata furiosorum videntur? *Id. l. 12. Fam. ep. 25.* Omnemque suum vinolentum furorem in me unum effunderet. ¶ Medicamenta vinolenta sunt, in quibus potior pars vinum est. *Cic. in Pison. c. 6.* Meministi ne, cum isto ore feritido terrerrimam nobis popinam inbalhas, excufatione te uti valetudinis, quod diceris, vinolentis te quibusdam medicamentis solere curari?

Vinositas, atis, f. succus vinofus. *Tertull. de jejun. c. 1.* Siccatens cibum ab omni iurulentia, ne quid vinositas vel edamus, vel potemus.

Vinosus, a, um, *vago del vino*, *וינש*, Ger. *voinjuebig*, Gal. *yrrogne*, Hisp. *embrago*, *οινωδης*, qui vini cupidus est. *Horat. l. 2. epist. 19.* Laudibus arguitur vini vinosus Homerus. *Ovid. 3. Fast. v. 765.* Cur anus hoc faciat quæris? vinofoz ætas hæc erat. *Plaus. Curcul. l. 1. 79.* Vinofiffima est. ¶ Item qui est bene potus, ebrius. *Liv. l. 41. c. 4.* Iftorum pauci, qui modice vinofo erant, memores fugæ tuerunt. ¶ Sumitur etiam pro eo, quod vini saporem refert. *Plin. l. 23. c. 6. de malis Punicis;* Quæ vero ab his sapore proxima vinofa diximus, parvum nucleum habentia, utiliora paulo intelliguntur.

Vinnulus, V. Vinnulus.

Vinum, i, n. *vino*, *ויין*, Ger. *vwein*, Gal. *vin*, Hisp. *vino*, *οινος*, liquor ex uvis expressus, videturque esse a voce Græca allata, præmissio v, & addita Latina terminatione. *Cic. de Sen. c. 18.* Ut enim non omne vinum, sic non omnis ætas vetustate coacalescit. *Ovid. 6. Fastor. v. 673.* Nox erat, & visus oculique, animique natabant. *Cels. l. 3. c. 19.* Vinum nullarum virium. *Id. ibid.* Vinum multarum virium. ¶ Qualitates viti sunt asperum, austerum, dulcimum, lenè, molle, novum, vetus, me rum, purum, tenue, vapidum, &c. quæ omnia vini epitheta leguntur apud *Cels. Cic. Plin. Columell. Virg. & alios.* ¶ Vinum lugiens dicitur, quod brevi tempore corrumpitur. *Cic. 3. Offic. c. 23.* ¶ *Vino madre* est ebrium esse. *Plaus. Trucul. 4. 2.* ¶ Simili ratione deponere *vino alique* apud *eund. Aulul. 3. 6. 38.* est ebrium reddere. Et *vino percusi* apud *eund. Caf. 3. 5. 16.* Et *vino fuciari* apud *Iustin. l. 1.* ¶ Metonymice vinum ponitur pro poculo. *Virg. 1. Æn. Crateras magnos statuant, & vina coronant.* ¶ Item pro uvis. *Plaus. Trinum. 2. 4. 135.* Tum vinum, priusquam coactum sit, pendet putridum. ¶ *In vino*, est inter bibendum, in convivio. *Ter. Heaut. 3. 3. 7.* Vel heri in vino quam immodestus fuisti! Alii leg. *in convivio*. *Cic. 5. Verr. Nisi forte existimatis, eum in vino ac luce non rississe, qui nunc in periculo, ac exitio.*

Vio, as, n. 1. *camminare*, iter facio, eo, a via. *Plaus. Truc. l. 1. 18.* Quot illic iracundiz sunt? quot pericula vianda? hoc est adeunda. Alii aliter leg. *V. Taubman.* Uturpant etiam *Prudent. l. 2. 25. vers. Symmach. v. 772. & Ammian. l. 20. c. 23.* ¶ *Quintil. l. 8. c. 6.* reponit hoc verbum inter infelicis ficta: ex quo apparet, argentea quoque ætate in usu fuisse, sed non omnibus probatum.

Viococcus, i, m. *chi ba cura delle strade*, viarum curator. *Varr. l. 4. de L. L. Quis non videt, unde ærifodinz, & viococcus?* Alii aliter leg.

Viola, æ, f. *viola*, Ger. *violen*, Gal. *violetta*, Hisp. *violeta*, *τορ*, fosculus purpurei coloris, cuius planta folium hederæ non diffimile habet, nigrius tamen, & tenuius, cauliculum autem a media radice profilientem; videturque esse a voce Græca allata. *Cic. l. 5. Tusc. An tu me in viola putabas, aut in rosa dicere?* *Horat. l. 3. od. 10.* Tinctus viola pallor amantium. ¶ Violarum tria sunt genera, purpurea, lutea, alba. *Plin. l. 21. c. 6.* Violarum plura genera, purpureæ, luteæ, albæ. Ex iis vero, quæ sponte apricis, & macris locis proveniant,

purpureæ, latiore folio, statim ab radice carnofa exeunt, folzque Græco nomine a cæteris discernuntur appellata læ, ut ab his lanthina veris. *Id. ibid. c. 11.* Florum prima ver nuntiantium viola alba, Tepidioribus vero locis etiam hyeme emicat. Postea quæ appellatur purpura. Proxime flammea, quæ & phlox vocatur, sylvestris duntaxat.

Violabilis, & le, o. 3. *violabile*, *βλαβιμος*, qui aptus est, ut violetur. *Virg. 2. Æn. Vos æterni ignes, & non violabile vestrum Tector nomen, ait. Scet. 5. Theb. v. 258.* nullis violabilis armis. h. e. invulnerabilis.

Violacæus, a, um, *violato*, *di color di viola*, Ger. *viol farb*, Gal. *violet*, Hisp. *de color de violetas*, *violado*, *ιωδης*, *ιαδης*, violæ colorem referens. *Plin. l. 9. c. 39.* Nepos Cornelius, qui Divi Augusti principatu obiit, Me, inquit, juvene violacæ purpura vigeabat. *Id. l. 35. c. 16.* Et quod, si æra præducatur, violaceum reddit colorem.

Violacium, ii, n. succus violarum, vel vinum violarum succo conditum. *Apic. l. 1. c. 1. & 4.*

Violarium, ii, n. *violajo*, Ger. *ost da viol violen vrabesen*, Gal. *violier*, Hisp. *violar*, *ιωρ*, locus, ubi nascuntur violæ. *Virg. 4. Georg. v. 32.* Irriguumque bibant violaria fontem. *Ovid. 4. Fast. v. 435.* Ille legit calthas, huic sunt violaria curæ.

Violarius, rii, m. *sinore di pavonazzo*, *ιωβιτης*, violacæ coloris infector. *Plaus. Aul. 3. 5. 36.* Flammearii, violarii, carinarii.

Violatio, onis, f. *violazione*, *חילוי*, Ger. *verletzung*, Gal. *violence*, Hisp. *corruption*, *βλαβη*, *εβρισημα*, actus violandi, violentiæ illatio, profanatio, corruptio. *Liv. l. 29. c. 8.* Tum quoque alio genere claudis eadem illa pecunia omnibus contactis ea violatione templi furorem iniecit. *Senec. epist. 104.* Violatio religionum. *Valley. l. 2. c. 1.* Violatio fidei.

Violator, oris, m. *violatore*, *βλαβης*, qui violat, violentiæ illator, ruptor, corruptor. *Ovid. l. 2. de Pont. el. 2.* Confugit interdum templi violator ad aram. *Liv. l. 4. c. 19.* Hicine est, inquit, ruptor tæderis humani, violatorque gentium juris? *Tacit. 1. Ann. c. 58.* Violator tæderis.

Violatus, a, um, *violato*, *offeso*, *βεβλαμμενος*, *βλαβης*. *Cic. post red. in Sen. Fortissimi, atque optimi viri Tribuni Pl. sanctissimum corpus non solum tactum, ac violatum manu, sed vulneratum ferro, contentumque vidistis, Id. 2. de Leg. c. 9.* Violatum jus. *Ovid. l. 3. de Pont. el. 5.* Ipse quidem Getico peram violatus ab arcu.

Violens, entis, o. g. *violento*, *βλαος*, idem ac violentus, a vis. *Hor. l. 3. od. ult.* Dicar, qua violens obstrept Ausidus.

Violente, adverb. idem ac violenter. *Sen. in Med. v. 605.* Rumpe nec sancti violente mundi Frædera sacra. *Ovid. 9. Met. v. 121.* quo te fiducia, clamat, Vana pedum violente rapit? Potest tamen utroque loco esse vocativus casus a *violentus*.

Violenter, adv. *violentemene*, *βραως*, per vim, cum violentia, injuriose. *Liv. l. 5.* Quia solemnia ludorum, quos intermissi netas est, violenter diremisset. *Colum. l. 7. c. 3.* Rivalem violentissime persequi. Interdum sumitur pro ægre, & invite. *Ter. Phorm. 5. 1. 4.* Ita patrem adolefcentis facta hæc tolerare audio violenter. ¶ Interdum pro crudeliter. *Plin. l. 3. c. 9.* Proconfulatum violenter gerere. *Sueton. in Tito, c. 6.* Violentius agere.

Violentia, æ, f. *violencia*, *βλαη*, Ger. *gewalt*, Gal. *violence*, Hisp. *violencia*, *βλας*, vis major, impetus. *Cic. 12. Phil. Novi hominis furorem, novi effrenatam violentiam. Plin. l. 2. c. 38.* Quoniam & tonitruum, & fulminum iactus horum (ventorum) violentiæ plerique assignant. *Lucret. l. 3. v. 483.* Vehemens viis violentia conturbare animam consuevit.

Violentus, a, um, *violento*, *βραως*, Ger. *gewaltig*, Gal. *violens*, Hisp. *violento*, *βλαος*, qui vim facit, a vis. *Cic. 1. Phil. Non opes violentas, & Populi R. minime terendam potentiam, fed charitatem civium, & gloriam concupisse. Virg. 2. Georg. Aut ubi navigiis violentior incidit Euræus.* ¶ Violenti homines dicuntur, qui proni sunt ad iracundiam, sævi, intractabiles, & nihil indulgentes. *Liv. l. 34. c. 32.* Violentissimus tyrannus. *Cic. 5. Phil. homo vehemens, & violentus.*

Violo, as, a. 1. *violare*, *βλαω*, Ger. *northzwingen*, Gal. *violier*, Hisp. *corromper pro fuerca*, *βλαβησαι*, vim infero, lædo, corrumpto, a vis. *Cic. 3. de nat. Deor.* Quæ patrem dicitur interemisse, virginitatem suam violare conantem. *Id. pro C. Rab. perd. c. 2.* Nisi sit de locis religiosis, ac delubris, quos ab hoc violatos esse dixisti, pluribus verbis tibi respondendum putas. ¶ Dicimus etiam violare parentes, hospites, Republicam, Deos, sacra, leges, jura, amicitiam, dignitatem, existimationem, fidem, lædus, famam, &c. *Cic. 3. Fin. Ut peccatum est patriam prodere, parentes violare, fana depeculari, &c. Id. 3. Verr. c. 32.* Cum apud exteras nationes imperii, nominisque nostri famam tuis probis, flagitiosque violaris. *Id. l. 13. Fam. ep. 73.* Nisi quid existimas in ea re violari existimationem tuam. *Virgil. 4. Æn. Violare pudorem. Cels. l. 6. B. G. c. 22.* Violare hospites. *Plin. l. 10. c. 34.* Violare fidem connubii. *Liv. l. 28. c. 44.* Violare foedus. ¶ Violare aliquid voce, aut verbo, est, dicitis lædere. *Tibull. l. 1. eleg. 2. & Cic. pro Dom. & pro Leg. Manil. ¶ Violare silvam securi. h. e. ejus arbores antea integras, & intactas lædere. Ovid. 3. Met. ¶ Virg. Æn. 12. v. 67.* Indum sanguineo veluti violaverit ostro si quis ebur. h. e. maculaverit, intecerit. *Servius* hic affert illud *Homeri*, *ὄδ' ἐτε τις τ' ἐπέφρατα γυρή φοίνικι μίμηρ*. Sic *Cædian. de Aleffo, l. 1. in Rufin. v. 63.* Et statu violare dicit.

Vipera, æ, f. 1. *vipera*, *βίβρα*, Ger. *natter*, Gal. *viper*, Hisp. *bibora*, *ixis*, *εχιδνα*, serpentis genus. Dicitur esse, quia latere solet in vepre. Nam *vipre* pro *vepre* crebro invenias in codicibus manuscriptis. Vel dicitur quasi *vivipara*, quia sola e serpentina genere dicitur parere vivum animal. *Virg. 3. Georg. Sæpe sub immotis præsepibus aut mala tactu Vipera delituit. Ovid. 2. de Rem. Am. v. 421.* Parva necat morsu spatiosum vipera taurum. ¶ Translate *Cic. de Arusp. Resp. c. 24.* Etiam ne in sinu, atque in deliciis quidam optimi viri viperam illam venerant, atque pestiferam habere potuerunt? Hinc ut scribit *Donatus ad Ter. Eun. 5. 2. 6.* usurpatur in conviciis præcipue ancillarum moleste loquacium, & iracundiarum.

Viperælis herba dicitur ab *Apul. de herb. c. 89.* ruta hortensis, quod advenfus viperarum morsus valet.

Viperæus, a, um, idem ac viperinus. *Virg. 7. Æn. Viperæam inspirans animam. Ovid. 2. Met. Videt intus edentem Viperæas carnes vitiorum alimenta suorum Invidiam.*

Viperinus, a, um, *di vipera*, *εχιδνας*, *εχιδνας*, quod ad viperam spectat. *Cic. 2. Fin. ex Poeta.* Cui viperino morsu venæ viscerum Venero imbutæ tetros cruciatu cident. *Horat. Epod. 3.* Quid hoc veneni sævit in præcordiis? Num viperinus hic cruor Incoctus herbis me fetelicit? ¶ Viperina, æ, f. est herba eadem, quæ serpentaria. *Apul. de herb. c. 5.*

Vipto, onis, m. *gue minore*, *γερπυς*, minor grus. *Plin. l. 10. c. 49.* Ibi (in Balcaribus insulis) & buteo accipitur generis in honore menfarum est, item vipiones. Sic enim vocant minorem gruem.

Vir, viri, m. *uomo*, *ויט*, Ger. *mann*, Gal. *homme*, Hisp. *varon*, *bombro*, *αδης*, masculus in genere hominum, a vi, quod major in eo vis est, quam in femina. Unde & a viro virtus nomen accepit. *Plin. l. 11. c. 63.* Viros avidiores Veneris hitemo, fœminas ætate Hebidus proclit.

¶ Sæpe non tam sexum notat, quam fortitudinem, & virtutem. *Cic. ad Q. Frat. l. 2. epist. 11.* Sed cum veneris, virum te putabo: si Sallustii Empedoclea legeris, hominum non putabo. *Id. 2. Tusc. l. 1.* Ita & tui dolorem ut vir, & ut homo majorem ferre sine causa necessaria noleat. *Id. pro Cel. Cum is jam se corroboravisset, ac vir inter viros esset. Ovid. Fast. 6. v. 594.* Si vir es, indicas exige dotis opes. ¶ Interdum refertur ad ætatem. *Ovid. Metam. 13. v. 397.* Litera communis mediis pueroque, viroque inscripta est tollis. ¶ Nonnunquam ad conjugium, & ponitur pro marito, atque ita usurpatum læpissime fuisse a veteribus, *Festus* auctor est. *Terent. Andr. 3. 3.* Tibi generum firmum, & filie invenies virum. *Virg. Ecl. 8.* O digno conjuncta viro. ¶ Neque solum de hominibus, sed etiam de brutis dicitur. *Virg. Ecl. 7.* Vir gregis ipse caper deerraverat. ¶ Viros etiam eos dicimus, qui muliebria pati maxime refugiunt. Ita *Vespasianus*, ut *Mucianum* impudicum hominem argueret, mordereque, dicere solebat: Ego tamen vir sum, ut refert *Suet. in ejus vit. c. 13.* Huc pertinet & illud *Ovid. 1. de art. am. v. 536.* Et si quis male vir querit habere virum. ¶ Reperitur etiam pro virilitate, idest pro virtute generandi, aut pro partibus genitalibus. *Catull. Arg. 58. (al. 64.) de Atty:* Itaque ut relicta sentit libi membra sine viro. *Plaut. Afin. a. 1. sc. 3.* Quin si tu voles, domi servi qui fuit, castrato viros. ¶ Interdum viri nomen in oratione ponitur elegantæ causa loco pronominis ille, aut is. *Virg. 4. Æn. v. 3.* Multa viri virtus animo, multaque recurat Gentis honos. *Cic. 9. Att. ep. penult. de Pompejo:* Vidisti igitur virum, ut scripseras? ¶ *Viris, e-* quisque decerere, proverbialis locutio est, qua significatur inmaximam in aliqua re conatus. *Cic. 3. Offic. c. ult.* Cum his viris equisque, ut dicitur, si honestatem tuam, ac retinere sententiam est, decertandum est, con suto lo sforzo. ¶ Viri boni dicuntur, qui bonis, honestisque sunt moribus: sed speciatim sic vocari solebant læneratores. *Cic. Att. l. 9. epist. 12.* Prætores jus dicunt, Ædiles ludos parant, viri boni usuras perhibent. *Id. 2. Offic. c. ult.* Sed de toto hoc genere, de quaerenda, de collocanda pecunia commodis optimis viris ad medium Janum sedentibus, quam ab ullis philosophis disputat. *Id. 8. Att. epist. 1.* Eundem, ut quemcunque tors tulerit casum, fubeam potius cum vis, qui dicuntur esse boni, quam videam a bonis dissentire: est propediem video bonorum, idest lautorum, & locupletum, urbem referam fore. ¶ Candi dati etiam, publico, & civili vocabulo, viri boni dicebantur. *Sen. ep. 3.* Sic illum amicum vocasti, quomodo omnes Candidatos bonos viros dicimus. ¶ In militia vir virum legere dicebatur, cum in acie instruenda duces potestatem faciebant militibus, ut sibi quisque socium notum sibi, & spectatæ virtutis adjungeret, a quo latus ille tegeatur, vicissimque is ejus tegeat, accenderenturque ambo proprio exemplo ad acris pugnam: quod fieri maxime solebat, cum periculum aliquid majus instabat, & cum fortissimo hoste erat congregiendum. *Liv. l. 9. c. 39.* Etrusci coacto exercitu, cum vir virum legisset, quantis nunquam antea simul copis, simul animis dimicaverunt. Huc alludit *Cic. pro Arch. c. 21.* ubi de comitatu Clodii loquens, Ille, inquit, qui semper secum scorta, semper exoletos, semper lupas dicebat, tum neminem, nisi ut virum a viro lectum esse diceret. Apud *Virgil.* quoque hic mos innuitur *l. 1. Æn. v. 631.* ubi tamen videtur significari, non tam socium sibi a milite, comitemque in pugna lectum fuisse, quam delectum, destinatumque oculis, & ictibus hostem, in quem irrueret. Verba *Virgilii* sunt: Tertia sed postquam progressi in prælia, totas implicuere inter fe acies, legitique virum vir. In Senatu etiam legendi hic mos est aliquando usurpatum, ut Senator Senatorum eligeret. *Suet. in Aug. c. 35.* Senatorum affluentem numerum ad modum præstitium redegit duabus lectionibus; prima ipsorum arbitrato, quo vir virum legit. **Vira**, *♀*, f. fœmina, apud veteres, a vir. *Festus:* Querquetulanæ viræ putantur significari nymphæ prædentes querqueo virecentis: quod genus sylvæ indicant fuisse intra portam, quæ ab eo dicta sit Querquetulana. Sed fœminas antiqui quas nunc dicimus, viras appellabant. Unde adhuc permanent virgines, & viragines. Hæc *Festus*. **Virago**, inis, f. donna d'animo virile, e *maschio*, ἀρρενωπός, ἀρπάρη, fœmina, quæ animo, & robore virum refert, mulier tortis, quæ viro similis sit, & virilia opera faciat. *Plaut. Merc. 2. 3. 79.* Recte ego emero matris tuæ Ancillam viraginem aliquam, non malam forma mala. *Ovid. 2. Met. v. 765.* Huc ubi pervenit bello metuenda virago. h. e. Pallas, quæ sæpe a Poëtis hoc nomine indigitatur, ut ab eodem *Ovid. Met. 6. v. 130. a Sess. l. 4. silv. v. 23. & 11. Theb. v. 414. &c.* **Viratus**, a, um, adject. virile, *maschio*, virili animo præditus. *Varr. apud Non. c. 2. n. 97.* Si non malit vir viratam uxorem Atalantam. Al. leg. *viratiam* eodem sensu. **Viratus**, us, m. virtus, constantia virilis, officium, quod a hono viro præstari solet. *Sidon. in conc. quæ est post epist. 9. l. 7.* Bono viratu æmulis suis magis prodesse cupiens, quam placere. **Viribus**, ii, m. idem qui Hippolytus, filius Tnetæ, & Hippolytæ Amazonis, qui, cum a Phædra novebra per calumniam apud patrem delatus esset, quod ipsi stuprum intere voluisset, patris iram veritus, concessio curru fugam arripuit, cumque juxta maris litus pervenisset, incusso a Neptuno pavore, ab equis conternatis, implicatus habenis, dilaceratus est: cujus vicem miserata Diana, eum opera Æsculapii filii Apollinis ad vitam revocavit, & in Aricino nemore, in Italia collocatum, pro Hippolyto Virbium appellavit. *V. Ovid. 15. Met. v. 544.* **Virectum**, V. Vit etum. **Virens**, entis, o. *verdeggiante*, χαλκίζων, partit. a viro. *Virgil. 4. Georg. v. 18.* At liquidi fontes, & ignava virentia musco. *Horat. in Art. v. 117.* Mercatorne vagus, cultorve virentis agelli. ¶ Translate ponitur pro florenti, ac vegeto. *Sil. l. 1. Ævi flore virens. Justin. l. 43. c. 5.* Virium gloria virente florere. *Horat. Epod. 17.* Virens in Ætna flamma. h. e. nunquam intermoriens, sed perpetuis virens ignibus. Al. leg. *virens*, al. *vibrans*, al. *furens*. **Virgo**, es, vi, sine supino, *essere verde*, *verdeggiare*, צרור, Ger. *grun- seyn*, Gal. *verdoyer*, Hisp. *enverdecer*, *βάλω*, χαλκίζω, viridis sum, a vi, seu *vigore*. Nam viris plantæ, quæ necdum aruerunt, sed in suo fuit vigore. *Cic. 5. Tusc. c. 13.* Itaque & arbores, & vites, & ea, quæ sunt humiliora, neque se tollere a terra altius possunt, alia semper virent, alia hyeme nudata, verno tempore tepetacta frondecunt. *Ovid. 2. Metam. v. 777.* Pectora telle virent, lingua est suffusa veneno. ¶ Translate est vigere, pollere, in vigore esse. *Horat. Epod. 13.* Dum virent genua. *Flor. l. 1. c. 22.* Hæc est secunda ætas populi Romani, & quasi adolescentia, qua maxime viruit, & quodam more virtutis exarsit. ¶ *Virere oculis* dicuntur illius, qui bile tument. *Plaut. Men. 5. 2. 76.* Vident tui illi oculos virere? Al. aliter leg. *V. Taubmann*. **Virgo**, onis, m. avis, quæ & viridia dicitur, & Græcæ *χλωρίς*. *Plin. l. 18. c. 29.* **Vires**, rium, f. *forza*, *αλκή*, *ἰσχύς*, *δύναμις*, robur, fortitudo, potentia, facultas, *vis*. Quiddam existimant, *vis*, & *vires* idem nomen esse, illud numeri singul. hoc plur. Sed si idem nomen est, *vis* in obliquis numeri singularis pro *vis*, *vis*, *vis*, *vis*, haberet, *visis*, *visis*, *vires*,

vire. *Cic. de Sen. c. 6.* Non enim viribus, aut velocitatibus, aut celeritate corporum res magnæ geruntur, sed consilio, auctoritate, sententia. *Id. ibid.* Munus est laterum, & virium. *Id. 1. de Orat. c. 45.* Cum me deficiere vires cœpissent. *Quintil. in proem. l. 4.* Defici viribus. *Kurfus Cic. de Sen. c. 9.* Agere pro viribus, quanto comportano le forze, sur quello che si può. *Id. 1. de Orat. c. 33.* Exercere vires in aliqua re. *Id. 3. Tusc. c. 3.* Omnibus opibus, viribusque elaborare, ut &c. ¶ Translate *Tacit. in Agric. c. 38.* Præfecto classis circumvehi Britanniam præcepit: datæ ad id vires. h. e. militum copię, quæ vires sunt Republicæ. *Juven. Sat. 12. v. 41.* egregius tons occultis viribus, *de occulta, a vera virtù.* *Cic. in Orat. c. 23.* Oratio carens maximis viribus. **Virelos**, is, n. *verdeggiare*, צרור, Ger. *gru vuerden*, Gal. *se renverdir*, Hisp. *enverdecerse*, *βάλω*, *βάλω*, viridis fio. *Virgil. 1. Georg. v. 55.* Arborei fœtus alibi, atque iniussa virefcunt Gramina. *Col. l. 11. c. 2.* Quiddam cum vidissent, partem aliquam uvarum virefcere. **Virelos**, is, n. 3. vires acquiri. *Fur. in Poem. apud Non. c. 2. n. 912.* Hinc crescent animi, virefcit vulnere virtus. Adde *Gell. l. 18. c. 11.* ubi hæc eadem verba refert, nec omnino improbat. **Virêtum**, ii, n. *luogo di verdura*, צרור, Ger. *gruner platz*, Gal. *verger*, Hisp. *vergero*, *παράβρω*, locus herbarum, arborumve viriditate amœnus. *Virg. 6. Æn. v. 638.* Devenere locos lætos, & amœna vireta Fortunatorum nemorum. ¶ Legitur & *virellum*. **Virga**, *♀*, f. *virga*, *bacchetta*, צרור, Ger. *rut*, Gal. *verge*, Hisp. *vira*, *βάλω*, vimen, bacillum tenue, vel aliud quidvis, quo ad ligandum, verberandumque utimur. *Virg. 1. Georg.* Nunc facilis rubea texatur fœcina virga. *Cic. pro Rab. perd. reo, c. 4.* Porcia lex virgas ab omnium civium Romanorum corpore amovit, hic misericos flagella retulit. *Id. 5. Verr. c. 29.* Cædere virgis usque ad necem. h. e. bacillis colligatis in fascibus Consulatum. *V. Falcis.* ¶ Virgam tribuebant veteres Mercurio, qua animas ad inferos deduceret, & inde reduceret; somnum induceret, & excitaret, &c. *Virg. 4. Æn.* Tum virgam capit, hæc animas ille evocat Orco Pallentes, alias sub tristitia Tartara mittit, Dat fomnos, admittique, & lumina morte resignat. ¶ *Virga sanguinea*, quarum usus erat in cædendis patriciis. *Turnebus* censet vel fuisse ex fruticibus sanguineis, vel ad horrorem fuisse cruentatas, quomodo Bellona fingitur cum sanguine flagello, & Fœciales hæstis sanguine tinctis bellum indicabant. *V. Sanguineus.* ¶ *Virga censoria* fuit obeliscus, ut *Quintiliani Interpretis* ait, idest parvus obeliscus, seu brevis linea, qua altius nomen ex libro Senatorum, Equitum, Plebeji Ordinis, styli ductu, debebant. Proverbialiter usurpatum pro severo judicio de quacunque re. Censores enim Civium Rom. moribus præerant, in eosque severissime animadvertebant, in Senatores, eis Senatoriam dignitatem adimendo; in Equites, præcipiendo, ut equum publicum venderent; in Plebejos, eos transfereudo in tabulas Cæritum, quod erat suffragii jure spoliare. *Quintil. l. 1. c. 5.* Quo quidem ita sunt severe usi veteres Grammatici, ut non versus modo Censoria quadam virga notare, &c. ¶ In Cælo virga dicitur tractus varii coloris inftar Iridis, sed recta extensus, juxta solem apparet. *Senec. l. 1. quest. natur. c. 9. & 10.* **Virgator**, oris, m. *βάλω*, qui virgis cædit. *Plaut. Afin. 3. 3. 19.* Ubi sæpe causam dixeris pendens adversus octo audaces viros, valentes virgatores. **Virgatus**, a, um, *vergato*, *drusifato*, *vario*, virgarum in modum distinctus, & quibusdam variegatus lineis, quas Græci *παριζως* vocant, ut ex *Polluce* discimus, Ger. *gasbrist*, Gal. *vergè*, Hisp. *vergado*, *βάλω*, *βάλω*. *Virg. 8. Æn. v. 660.* Aurea cæsaries ollis, atque aurea vestis, Virgatis lucent sagulis. *Sil. l. 5. v. 148.* Corpore virgato tigris. *Id. l. 4. v. 155.* Auro virgatæ velles. *Valer. Flac. l. 2. v. 160.* Virgata nurus. h. e. Barbarica veste, varisque distincta lineis induta. **Virgætum**, ii, n. *βάλω*, locus virgis confusus ad alligandas vites. *Cic. 2. de Leg. c. 8.* Sacerdotes vineta, virgætaque, & salutum populi inaugurantur. **Virgus**, a, um, *di verga*, *βάλω*, quod ex virgis factum est. *Virg. 1. Georg. v. 165.* Virgæ præterea Celei, vilisque supellex. idest vasa ex vimine facta. *Id. 7. Æn. v. 463.* Magno veluti cum flamma sonore Virgæ fuggitur coltis undantis aheni. h. e. ex virgis accensis facta, ut sit validior, inquit *Serv. Col. l. 1. c. 6.* Superpositis virgis cratibus regunt. **Virgimæ**, V. **Virgindemia**. **Virgilis**, seu **Vergilis**, f. i. *παρθένος*, septem stellæ ante genua Tauri, eadem quæ Plejades. Ex diversa, quæ affertur, etymologia orta est varietas descriptionis: nam quibusdam inde dicitæ videntur, quod virgulæ more porriganur. Sane Græcis itidem a figura *βίρω* quoque appellantur. *Festo* tamen, & *Isid. l. 3. c. 70.* magis placet, ita dici a vere, quod extremo vere oriantur, ita ut earum ortu ver definit, æstas incipiat. Alii dicunt, eas circa æquinoctium verno matutino tempore oriri. *V. Plejades. Cic. 2. de nat. Deor. c. 44.* Vergilias tenui cum luce videbis. **Virgilianus**, a, um, *βιργιλιανός*, quod ad Virgilium spectat. *Plin. in præf.* Non illa Virgiliana virtute ut certaret. *Quintil. l. 1. c. 3.* Habendumque in animo semper illud Virgilianum: *Supple carmen, vel dictum*. **Virgilius**, ii, m. *Virgilio*, *βιργιλιο*, *βιργιλιο*. Poeta Mantuanus, filius Maronis, & *Major*. De nominis hujus scriptura diversi diversa sentiunt, alius primam ejus syllabam secunda vocali, alius tertia scribentibus. Quorum utriusque suis quibusdam nituntur rationibus. *Donatus* putat scribendum per *i*, cum in ejus vita tradit, e *virgo* nomen accepisse, quam mater ejus ea nocte, quæ partum antecessit, in somnio sibi visa esse parere, tanta altitudine asurgentem, ut cælum contingeret. In eadem sententia fuit & *Priscianus*. Hisce suffragatur & *Calvis* illud: *Id Vates*, cui Virga dedit memorabile nomen *Laurea*. In Græcis quoque codicibus (si id quippiam ad rem facit) *βιργιλιος*, scriptum legimus. Alii, & imprimis *Pollitianus*, a *Vergiliarum* sidere nomen hoc deducunt, ideoque per *e* scribere malunt, quam sententiam vetustiorum aliquot marmorum testimoniis confirmant. Quibus illud accedit, quod apud *Eustathium* quoque in navium Catalogo, & apud *Suidam* *βιργιλιος* legitur. Sed ad Vergilias stellas quod attinet, dubium est, quomodo hoc ipsum nomen scribendum sit. *Nam Isidorus, & Festus*, qui a Vere deducunt, *Vergilia* scribunt, sed *Vossius* mavult *Virgilia*, quod virgulæ more porriganur. Vide hæc de re prolixiorum disputationem in annotationibus *Petris in Virgilium in se. Georg.* ¶ Primum apud Latinos inter Poetas obtinet locum. *Horat. l. 1. sat. 6.* Optimus olim Virgilius, post hunc Varius dixere, quis esset. ¶ Scripti Bucolica, Georgica, Æneidem, & alia quadam opuscula. Scripti etiam tragœdias, ut est in commentariis *Servio* tributis in 3. *Ecl.* **Virginal**, lis, n. 3. pendendum muliebre. *Apul. in Apol. Solin. c. 4. & Prudent. in passione Agnet. v. 8.* **Virginialis**, & le, o. 3. *virginale*, di *virgine*, Ger. *jungfraulich*, Gal. *virginal*, Hisp. *virginal*, *παρθενικός*, quod est dignum virgine, aut quod ad virginem pertinet. *Cic. 1. de Div. c. 31.* Ubi illa paulo ante sapiens virginalis modestia? *Id. 6. Ver. c. 3.* Erant ænea præterea duo signa, non maxima, verum eximia venustate, virginali habitu, atque vestitu.

vestitu. *Id. pro Quint. c. 11.* Virginali verecundia homo.

Virginarius, a, um, adject. ad virginem pertinens. *Plaut. Perf. 4. 9. 14.* Sequere hac celesta feles virginaria. V. Feles.

Virgindemia, vel Virgindemia, ἄ, f. ἄβελλογία, demptio, decerptio, collectio, aut apparatus virgarum verberandi, vinciendique gratia, quasi vindemia virgarum. *Plaut. Rud. 3. 2. 22.* Tergumque obtestor xum, ut tibi uberem ulmeam esse speres virgindemiam. *Varro apud Non. c. 2. n. 906.* Quid tristitorem video te esse? an ideo, quia scapulæ metuunt virgindemiam?

Virginiensis, vel Virginiensis, is, f. Dea, quæ in Gentilium connubiis præerat zonæ prima nocte novæ nuptæ a marito solvendæ. *Augustin. l. 6. de Civ. Dei, c. 9.*

Virginus, a, um, *virginale*, Ger. *jungfrauulich*, Gal. *virginal*, Hisp. *de virgen*, παρθένοια, quod est virginis, aut quod virginem decet. *Virg. l. 1. Georg. v. 430.* At si virginum suffuderit ore ruborem. *Plin. l. 28. c. 7.* Si purgatio illa post virginitatem prima sit, aut in virginea ætate spontanea. ¶ *Aqua virginea, & liquor virgineus*, fons ille, cujus aqua Virgines Vestales utebantur ad sacrificia. *Ovid. l. 1. Fast. Hic, ubi virginea campus obitur aqua. Id. l. 1. de Pon. eleg. 9.* Stagnaque, & euripi, virgineusque liquor. ¶ Virgineæ volucres dicuntur Harpyæ. *Ovid. l. 7. Met. v. 4.* quia virgineos vultus habere dicuntur, teste *Virg. 3. Æn. v. 216.* ¶ Annum virgineum vocat. *Martial. l. 9. epigr. 24.* ex quo fiebat corona in ludis celebratis in honorem Minervæ.

Virginiſvendoniðs, vox ficta a *Plau. Perf. 4. 6. 20.* quia significatur aliquis virgines vendens.

Virginitas, atis, f. *virginitas*, בְּרִיּוּת, Ger. *jungfrauſchaft*, Gal. *virginité*, Hisp. *virginidad*, παρθερία, κατή, castitas virginis, cui nullum fuit cum viro commercium. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 23.* Quæ patrem dicitur interemisse virginitatem suam violare conantem. *Virg. 12. Æn.* Hunc illi Rex ætheris altus honorem Jupiter erepta pro virginitate sacrauit. *Plin. l. 24. c. 3.* Anaxilax auctor est, mammæ a virginitate illitas semper staturas.

Virginor, aris, virginem me esse profiteor, virginem me præbeo. *Tertul. de virgin. velan. c. 12.* Virginari volunt sola capitis nuditate, uno habitu negantes, quod toto suggestu profitentur.

Virgo, inis, com. g. *virgine*, בְּרִיּוּת, Ger. *jungfrau* ov, Gall. *vierge*, Hisp. *virgen*, παρθέρος, κόρη, mulier, quæ incorrupta est, & virum non experta, cui opponitur mulier, quæ cum viro habuit commercium. Est a *virga* ex *Festis* sententia. Inquit enim in *Querquetulana virgine*: Sed tæminas antiqui quas nunc dicimus, viras appellabant. Unde adhuc permanent virgines, & viragines. *Serv. ad Ecl. 6.* a viridi tate dicta videtur. Unde hanc is causam esse autumat, cur *Maro Ecl. 6.* virginem appellat *Pasiphaen*, quæ jam mater erat *Phædræ*, *Ariadnes*, & *Androgei*. Sed proprie dicitur hæc vox de iis, quæ non cognoverunt virum. *Maro* autem usus est per *Catachresin*, ut *Vossius in Oratoris* dicit. *Cic. 3. Catil.* Qui esset decimus annus post virginum abſolutionem. idest virginum Vestalium. *Quintil. l. 6. c. 4.* Cicero oburgantibus quod sexagenarius Popiliam virginem duxisset, Cras mulier, inquit, erit. *Gell. l. 12. c. 7.* Virginem habens jam maturam viro. ¶ *Ecclesiastici* Scriptores etiam viris hoc nomen tribuunt Venerem non expertis. *Tertul. 8. de velan. virgin. c. 5. de Eva*: Ex viro suo sumpta est, & ipſo adhuc virgine. ¶ Bruta etiam animalia, quæ marem nondum admiserunt, virgines dicuntur. *Plin. l. 28. c. 9.* Quin & sanguis equorum septimum vim habet, item equarum, præterquam virginum erodit, emarginat, ulceat. ¶ Per translationem virginis vocabulum etiam aliis rebus communicatur, quas incorruptas significare volumus. *Cic. in Orat. c. 19. de Oratore Philoſophorum*: Casta, verecunda, virgo incorrupta quodammodo. *Tertul. de jejun. c. 6.* Saliva virgo, h. e. oris jejuni. *Inscript. apud Fabrum. pag. 53.* Locus virgo. h. e. in quo nullus adhuc sepultus fuit. ¶ Virgo item est signum Zodiaci constans ex vigintifex stellis. Hæc est *Erigone* filia *Icaris*, seu *Icaris* filii *Oebali* *Laconum* Regis, quæ secundum fabulas ob insignem pietatem in cælum translata fuit. Ferunt enim *Icarum* a *Baccho* utrem vini accepisse, ut ejus usum mortalibus communicaret. Quare cum rusticus quoddam ad bibendum invitasset, illi potus suavitatis capti æquo largius hauserunt. Qua ex re cum crapulæ incommodum sentirent, malum sibi medicamentum datum rati, *Icarum* interfecerunt. Erat *Icaro* canis, cujus ductu *Erigone* ad patrem pervenit, quem cum mortuum invenisset, doloris magnitudine contabuit. Aliqui narrant, eam se suspendisse. Igitur *Jovis* miseratione inter astra est translata. Vide *Virg. 2. Georg. & Ovid. 10. Met.* Hujus simulacrum virginis habitu fingebatur, spicas aliquot manu tenentis: unde quidam eandem putaverunt cum *Cerere*. *Cic. de nat. Deor. l. 2. c. 42.* Spicum illustre gerens insigni corpore virgo. ¶ *Astræa* quoque justitiæ præses, virgo dicitur. *Virg. Ecl. 4.* Jam redit & *Virgo*, redeunt Saturnia regna. ¶ Denique fons quidam, qui per *Aquæductum* *Romæ* prænestina viam deducebatur, & *Campum Martium* alluebat, virgo dictus est: causa autem appellatiõnis est, quia cum prope eum fontem rivus quidam sit, qui *Herculeus* vocitatur, veluti refugiens cum eo misceri, avertente cursum longo diverticulo visus est. Ita *Plin. l. 31. c. 3.* Alii dictum putant a *Virginitis* Vestalibus, quia non longe a templo Vestæ decurrebat. *Martial. l. 6. epigr. 42.* Cruda virgine, *Martia* quoque mergi.

Virgõſus, a, um, adject. virgis abundans. *Pallad. l. 1. tit. 24.* Frutex virgõſus.

Virgûla, æ, f. *verghesta*, ἄβελλον, parva virga. *Cic. 8. Phil. c. 8.* Cum tempus ille differret, virgula stantem circumſcripsit. *Colum. l. 3. c. 13.* In cujus latere virgula prominens ad eam altitudinem. ¶ *Virgula divina*, proverbii speciem habet, quo utitur, quoties aliquid non humana ope, sed numinis alicujus favore contigisse volumus significare. Antiquitas enim existimavit, quemadmodum in anulis, ita & in virgine ferendis aliquam fatalem, vel magicam ineffe virtutem: Adagium autem natum videri potest possimum ab illa virga, quam *Homerus* *Palladi* tribuit, adeo celebri, ut de ea *Antisthenes* *Cynicæ* sectæ conditor librum conscripserit, eam cum suo baculo confensens. *Cic. 1. Offic. c. 44.* Quod si omnia nobis, quæ ad victum, cultumque pertinent, quasi virgula divina, ut ajunt, suppeditarentur. ¶ Citatur aliquoties & apud *Nonium* *Marcellum* *Varro* in *virgula divina*, ut appareat, hunc fuisse titulum alicujus ex *Menæpeis*.

Virgultus, a, um, adject. virgulis distinctus, virgatus. *Plin. l. 9. c. 33. de concharum generibus*, Jam distinctione virgultata, crinita, crispata, &c.

Virgultum, i, n. virgultus, דְּרִימ, Ger. *sengeſteub*, Gal. *arbrisseau*, Hisp. *matas*, ἄβελλον, φυτόγονον, multitudo virgarum pullulantium. a *virgula*, quasi virguleto, simili Syncope, ut a *carice*, dicitur caruleto, a *salice* salicetum. *Caf. l. 3. B. G.* Sarmensis, virgultisque collectis, quibus fossas Romanorum compleant, ad castra pergunt. *Virg. 1. Georg. Quæcumque præmes virgulta per agros, sadferat fimo pingui.* ¶ Sumitur & translate. *Cic. pro Cal. c. 18.* Ergo hæc deserta via, & inculta, atque interclusa jam fronsibus, & virgultis relinquatur.

Virguncula, æ, f. *vergindia*, παρθενογόνος, parva virgo. *Juven. Sat.*

13. v. 40. Tunc cum virguncula Juno. *Sen. l. 1. Quest. nat. c. 17.* Libertinorum virgunculæ. Adde *Petron. in Satyr.*

Virta, æ, f. *braccialetto*, ἄβελλον, παρθενογόνος, ornamentum brachii, armilla ex ebore, auro, & gemmis, vel alia quapiam pretiosa materia, proprium virorum gestamen, quomquam & tæminis tributum legitur. *Tertull. de Pall. c. 4.* Sicuti vestigia cæstum viria occupavit, ita & endromidis solocem aliqua multitia synthesi extruxit. Al. leg. *Viriola. Plin. l. 33. c. 3.* Viriolæ Celticæ dicuntur, viriz Celticæ.

Viriatinus, a, um, adject. a Viriato, ut Viriatinum bellum. *Sueton. in Galb. c. 3.*

Viriatius, i, m. *Viriatius*, vir Lustanus, calliditatis acerrimæ. Ex venatore latro, ex latrone subito dux, atque Imperator factus, universam Lusitaniam occupavit. *V. Flor. l. 2. c. 17. & Val. Max. l. 6. c. 4. n. 2.*

Viriatius, a, um, potente, di gran forze, κραταιός, ἄδερής, validus, homo magnarum virium. *Lucil. apud Non. c. 2. n. 903.* Contra flagitium, nefcire bello vinci a barbaro viriato Annibale.

Virica, æ, f. genus teli. *Massurius Sabinus apud Gell. l. 10. c. 15.* Virica furculum de arbore felici habet. Loquitur de *Flaminica* *Diali*, atque eam in telo, quod gestat, habere furculum, seu ramulum de arbore felici. Ita interpretari videntur, qui ita legunt, nam alii aliter.

Viricillæ, æ, f. *fergette*, picciole forze, vires infirmæ, & extenuatæ, dim. a vires. *Apul. l. 11. Met.* Nam & viriculas patrimonii peregrinationes attraverant. h. e. tenues facultates.

Viricillum, i, n. *bulino*, videtur esse genus scalpelli, aut alterius feramenti ad insculpendum, aut excavandum apti. *Plin. l. 35. c. 11.* Encaulfo pingendi duo fuisse antiquitus genera constat, cera, & in ebore cæstro, idest viriculo, donec classes pingi cõpere.

Viridans, antis, o. g. *verdeggiante*, χλωροῦσιν, idem ac virens, seu viridis. *Virg. 5. Æn. v. 539.* Sic latus cingit viridanti tempora lauro. *Id. ibid. v. 388.* Proximus ut viridante toto confederat herbæ. *Plin. l. 37. c. 8.* Viridantium & alia plura sunt genera.

Viridarii, m. 2. *ortolani*, servi, qui viridiorum curæ præpositi sunt. *Ulpian. Jctus.*

Viridarium, ii, n. orto, giardino, כֶּרֶם, Ger. *garten*, Gal. *verger*, Hisp. *yardin*, ἀλωή, pratium, locus virentibus arboribus, herbiq; amœnus. *Suet. in Tib. c. 60.* Militem Prætorianum, ob surreptum et viridario pavonem, capite punivit. *Plin. l. 18. c. 2.* Quo fervos paulo ante Principis *Neronis*, contemptis hujus spatii viridariis, piscinas juvat habere majores. ¶ Legitur & *viridarium*.

Viride, adv. di color verde. *Plin. l. 37. c. 8.* Callais viride pallens. *Id. l. 17. c. 5.* Nihil omnino viridius comparatum illis viret.

Viridifia, um, n. 3. idem ac viridaria, idest prata, & arboreta. In genitivo plurali melius dicimus viridiorum, quam viridium. Sane *Macrob. l. 1. Saturn. c. 4.* docet viridia, cum epitheton est, veluti cum dicimus viridia prata, habere in genitivo viridium: at quando non pro epitheto sumitur, ut cum ipsam loci viriditatem significare volumus, habere viridiorum, ut cum dicimus formosa facies viridiorum. *Sen. ep. 86.* Cisternam ædificis, ac viridibus subditam, quæ sufficere in usum vel exercitus possit. *Vitr. l. 6. c. 6.* Ubi viridia per spatia fenestrarum prospiciantur. *Plin. l. 5. ep. 6.* Ambulatio pressis, varietque tonis viridibus inclusa. ¶ Pro herbis viridibus *Colum. l. 12. c. ult.* Cum viridia, quæ supra dicta sunt, contriveris. Supra autem enumeraverat. *Columel.* satuiream, mentam, rutam, lactucam, thymum, &c.

Viridifianus, i, m. *Deus* *Narniensium*. *Tertul. in Apol. c. 24.*

Viridiarium, V. Viridarium.

Viridifcans, tis, adject. idem quod viridans. *Tertul. de Pudic. c. 20.* Viridifcantes, & rubescentes.

Viridifcatus, a, um, idem quod viridis. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 1. c. 2.* Equidem hoc, quod melius intelligo, affirmo mirifica suavitare villam habiturum, piscina, & salientibus additis, palæstra, & sylva viridicata.

Viridis, & de, o. 3. verde, רִיבֵן, Ger. *grun*, Gal. *verd*, Hisp. *verde*, χλωπός, quod est herbacei coloris. *Cic. 1. de Leg. In viridi*, opacaque rapis inambulantes. *Virg. 2. Georg.* Quæque suo viridi semper se gramine velit. *Cic. 5. Verr. c. 18.* Viridillium colles. ¶ Viride calum dicitur a *Plin. l. 17. c. 10.* cum sudum serenumque est, quia tunc maxime ad viridem colorem accedit. ¶ Dicitur etiam de iis rebus, quæ succum habent suum, vigoremque, licet viridia quandoque non sint. *Cic. Verr. 3. c. 17.* Ignem ex lignis viridibus, & humidis fieri justit. *Colum. l. 7. c. 8.* Cæsus si tenui liquore conficitur, quam celerrime vendendus est, dum adhuc viridis succum retinet. ¶ Per translationem accipitur pro eo, quod habet vigorem, robur, firmitatem, ac integritatem. *Virg. 5. Æn. v. 295.* Euryalus forma insignis, viridique juventa. *Id. l. 6.* Jam senior, sed cruda Deo, viridisque senectus. *Sil. l. 5. v. 569.* Ille quidem cruda mente, & viridissimus iræibat, sed vani frigentem in Marte senescam Prodebant ictus. ¶ Hinc viridis absolute ponitur pro juvene. *Senec. l. 4. excerpt. contravers. in præfat.* Audivi illum & viridem, & postea jam senem. ¶ *Gell. l. 2. c. 3.* H literam inferebant veteres plebriſque vocibus, ut sonus earum esset viridior, vegetiorque. h. e. sonantior, & quasi succi, vigorisque plenior. ¶ Viridis sapor olivæ apud *Colum. l. 12. c. 47. ad fin.* Est sapor olivæ viridis. ¶ Virides *Amyclis* dixit *Strab. l. 9. Theb. v. 769.* propter colorem viridem, quo optimo lanæ *Amyclis* *Laconicæ* urbe tingebantur. Quamquam alii non viridem, sed purpureum eum colorem fuisse putant: sed & color purpureus aliquando a Latinis ita concipitur, ut ad viridem quam proximè accedit. *Sic Cic. Acad. c. 33.* mare purpureum dixit; & *Propert. l. 2. eleg. 20. v. 5.* purpureis agitatum fluctibus Hellen. Contra *Ovid. 2. de ar. am. v. 92.* virides aquas maris appellavit.

Viriditas, atis, f. verdura, color verde, רִיבֵן, Ger. *grune*, Gal. *verdure*, Hisp. *verdura*, χλωπότης, color viridis. *Cic. de Sen. c. 15.* Terra semen tepesactum vapore, & complexu suo diffundit, & elicit herbescentem ex eo viriditatem. *Id. ibid. c. 16.* Pratorum viriditas. *Plin. l. 37. c. 5.* Viriditas maris. ¶ Per translationem accipitur pro fortitudine, & flore illo ætatis, quam ἀκμή vocant Græci. *Cic. 3. Tufc. c. 31.* Sed quando in illo opinato malo vis quædam inſit, & vigeat, & habeat quandam viriditatem, tandiu appelletur recens. *Id. de Am. c. 3.* Senectus aufert eam viriditatem, in qua etiam tunc erat Scipio.

Virido, as, a. 1. viridem facio. *Ovid. in Halieus. v. 90.* Num vada subnaties ium viridentur ab herbis.

Virilla, ium, n. 3. parti vergognose, כְּבוֹשִׁים, Ger. *die mannliche ſcham*, Gal. *les parties honteuses*, Hisp. *las verguenças*, τὸ ἀνδρῶν, verenda, seu pudenda viri, quomodo mulieris natura muliebris appellatur. *Plin. l. 21. c. 27.* Et in totum ad virilla cauliculis ejus vino, & aceto tritis, nihil utilis putant. *Petron. in Satyr.* Ad virilla sua admovit novaculam inſestam.

Virillis, & le, o. 3. virile, Ger. *mannlich*, Gal. *viril*, Hisp. *varonil*, ἀνδρῶν, ἀνδρῶν, quod est viri. *Virg. 7. Æn.* Filius huic fato Divum, prolesque virilis Nulla fuit. *Liv. l. 1.* Brevi stirps quoque virilis ex novo matrimonio fuit. *Vitruv. l. 6. c. 10.* Convivia virilia. h. e. ad quæ soli viri admittuntur. *Lamprid. in Heliogab. c. 8.* Diligenter curatum est, ut ex tota urbe monobelos quærenter: sic eos appellabant, qui virilio-

res videbantur. h. e. qui majora virilia habebant. ¶ *Virilis toga* dicebatur, quam fuscabant adolefcentes post annum 16. vel ut alii volunt, post 15. deposita prætecta: dictaque est virilis, quia dabatur pueris virilem, & firmam ætatem ingredientibus, & incipientibus inter viros versari, cum ante illud tempus non contineri solerent, aut sub pædagogorum cura esse. *Cic. Philop. 2. c. 18.* Sumpsi virilem togam, quam statim muliebrem stulam reddidisti. ¶ Per translationem accipitur pro forti, & magnanimo, & minime effeminato. *Cic. Att. 1. 14. ep. a. 1.* Acta enim illa res est animo virili, consilio puerili. *Id. 2. Fin. c. 14.* Vereturque quicquam aut facere, aut loqui, quod parum virile videatur. *Salust. in orat. Marci Trib. pl. ad pleb.* Vocare aliquem ad virilia. h. e. ad res viro dignas. ¶ *Pars virilis* est idem, ac virile officium. *Cic. Verr. 5. c. 3.* Qui plusquam, quam pars virilis posulat, oneris ac munus fuscipere debeam. *più di quello, che a me s' aspetta, o le mie forze comportano. Id. 6. Verr. c. 37.* Est aliqua mea pars virilis, quod ejus civitatis sum, quam ille amplam, claramque reddidit, *ho qualche debito ancor' io, tocca anche a me in qualche modo. Horat. de ar. poet. v. 175.* n. forte seniles Mandentur juveni partes, pueroque viriles. ¶ Hinc pro virili parte, per quanto si può, *secondo le forze*, pro viribus. *Cic. pro Sext. c. 66.* Hæc qui pro virili parte delendunt, optimatæ sunt. *Id. Phil. 13. c. 4.* Me ejus beneficio plus quam pro virili parte obligatum puto. ¶ *Pro virili portione* eodem sensu dicitur: *Tacit. in Agric. c. 45.* Tanquam pro virili portione innocentiam principi donares. Virilitas, atis, *l. virilitatis, partu virili, tu avoia, d'esperituz*, idem quod virilia, seu viri pendenda. *Marzial. l. 9. ep. 7.* Non puer avari festus arte mangonis virilitatis damna moreret ereptæ. *Quintil. l. 5. c. 12.* Mancipiorum negotiatoris forma puerorum, virilitate excita, lenocinantur. Viriliter, adv. *viriliter, fortiter, av' avoia, fortiter*, & magno animo. *Cic. 2. Tusc. c. ult.* Itaque barbari quidam, & immanes ferro decerant acerrime possunt, ægrotare viriliter non queunt. *Id. 1. Off. c. 28.* Quod enim viriliter, animoque magno fit, id dignum viro, & decorum videtur. *Senec. de brev. vite, c. 6.* Omnes isti (avari, iracundi, &c.) viriliter peccant; in ventrem, ac libidinem projectorum inhonesta labes est. Viriola, æ, f. exigua viria, idest parva armillæ. *Poison. l. 14. ff. de contr. emp. v. 129.* aut coheredes viriolam, quæ pura dicebatur, pro effe confuso isto hæredi vendidissent, eaque juventa esset magna ex parte ænea. *Sevola Dig. l. 34. tit. 2. leg. ult.* Funerari me arbitrio viri mei volo, & inferri mihi, quæcumque sepulturae meæ causa feram ex ornamentis, lineas duas ex margaritis, & viriolas ex smaragdus. Viriosè, adv. a viribus deductum, significat fortiter, valide. *Tertull. de anim. c. 19.* Ultra ambibit, & quidem viriosus de suo ingenio. Viriosus, a, um, adject. *forte, robusto, viribus validus, δυναμικος. Tertull. adv. Valent. c. 16.* Vitia usu viriosa. ¶ Item venenatus, exitialis, a virus. *Apul. l. 7. Spinæ ponsu venenato viriosæ. Alii leg. virosæ.* Viriosus, a, um, adject. libidinosus, virum appetens. *Apulej. l. 9. A. A. Sæva, ebriosa, viriosa, perversa.* Viriplacæ, æ, f. Dea apud Romanos, quæ præerat jurgiis, & litibus sedandis inter virum, & uxorem. *Valer. Max. l. 2. c. 1. n. 6.* Quoties inter virum & uxorem aliquid jurgii intercesserat, in sacellum Deæ Viriplacæ, quod est in Palatio, veniebant; & ibi invicem locuti, quæ viderant, contentione animorum deposita concordæ revertebantur. Dea nomen hoc a placandis viris fertur adscuta. Viripotens, entis, o. g. *de marito, δυναμικός, nubilus, viro matura. Læcia l. 65. ff. de donat. inter virum & uxorem.* Quod vir est, quæ non dum viripotens nupserit, donaverit, ratum futurum existimo. *Papinian. l. 101. ff. de confic. & demonstr.* Cum ea, priusquam viripotens fideret, vita decesserit. Viripotens, entis, o. g. qui viribus potens est. *Plaut. Perf. 2. 3. 1.* Jovi opulento, in clyto, Ope gnato, supremo, valido, viripotenti. Viritanus, a, um, adject. viritum distributus, ut viritanus ager, apud *Fest.* Viritum, adverb. *vir' av' avoia*, per singulos viros, per singula capita. *Cic. in Brut. c. 14.* Dicitur etiam C. Flaminius is, qui Tribunus Pl. legem de agro Gallico, & Piceno viritum dividendo tulit, &c. *Id. 3. Tusc. c. 20.* Nolim, inquit, mea bona, Gracche, tibi viritum dividere liceat, sed, si facias, partem petam. *Jucron. in Tiber. c. 76.* Dedit & legita plerisque, plebi Romanæ viritum, & separatim vicorum magistris. ¶ Interdum accipitur pro separatim, seorsum. *Hor. l. 2. ep. 1.* Aut quid haberet, Quod legeret, tereretque viritum publicus usus. *Sen. Nat. Quæst. l. 5. c. 7.* De ventis in universum diximus, nunc viritum incipimus illos discutere. *Curt. l. 7. c. 4.* Si quis viritum dimicare vellet, provocavit ad bellum. Viror, oris, m. *verdura, color verde, virilitas, color viridis, χλωρότης. Pallad. in Jun. tit. 12.* Hordeum seminatuum, cui adhuc superest aliquid de virore, per manipulos ligabis. *Papise. in Prob. c. 19.* Circus ad silvæ consitus speciem gratia novi viroris effronduit. *Apulej. l. 2. Flovid. Pratorum viroses.* Virrosus, a, um, & *λαρδαίος, viri appetens, sicut mulierosus, mulieris appetens. Lucill. apud Non. c. 1. n. 80.* Vetulam, atque viriosam Uxorem exiam potius, quam castrem egomet me. *Afran. ibid.* Viriosa non fum. & , si sim, non desunt mihi, qui ultra dent, ætas integra est, formæ fatis. Virrosus, a, um, *fatido, puzolente, δυναίος, frætidus, graveolens, qui est mali odoris, vel mali saporis, a virus, quod modo venænum, modo ingratum odorem significat. Cato c. 157.* Et, si mulier eo lotio locos fovebit, nunquam virrosi fient. *Scribon. Larg. compos. 103.* Virrosissimum adversus stomachum medicamentum. *Id. compos. 163.* Virrosi odoris sordes. *Cels. l. 2. c. 21.* Virrosi pices. *Virg. 1. Georg. v. 58.* At Chalybes nudi ferrum, virosaque Pontus Castorea. Constat enim castoreum sædi, & excreandi odoris esse, adeo ut prægnantes ejus olfactu ejiciant sætum. *Servius* tamen ibi interpretatur venenata. Alii exponunt medicamentosa, medicinalia, qua ratione etiam *Nemesian.* videtur usurpasse in *Cyæget. v. 233.* Disce igitur virtus medicos, curamque salubrem. Tunc virosi tibi fumes, multumque domabis Castorea, atritu silicis lente feco cogens. quamquam nihil vetat, hoc quoque loco pro sætido accipere. ¶ Translate *Sidon. l. 5. ep. 7.* Aure virosæ susurronum hæc completæ. Virrosus, adv. *virrosamente*, cum virtute. *Inscript. apud Græter. pag. 807. n. 3.* Quæ multis cum sudoribus mixta ætate vixit virtuosè. Hanc tamen Inscript. Eruditi figuram existimant. Virrosus, utis, f. *vir' av' avoia*. Ger. *zugend*, Gal. *vertu*, Hisp. *virtad*, *av' av' avoia*, cuiusque rei vigor, bonave dispositio, quæ rem, cui inest, in suo genere bonam, perfectamve, ejusque operationem excellentem reddit. *Cicero* sic definit *l. 2. de Invent. c. 53.* Virtus est animi habitus naturæ modo rationi contentanens. *Id. l. 1. de Leg. Eff.* autem virtus nihil aliud, quam in fe perfecta, & ad summum perducta natura. *Et l. 1. Acad. Quod autem absolutum, id est virtus, quasi perfectio naturæ. De ejus origine ita Cic. 2. Tusc. l. 18.* Atqui vide, ne, cum omnes rectæ animi affectiones virtutes appellatur, non sit hoc proprium nomen omnium, sed ab ea una, quæ cæteris excellat, omnes nominatæ sint. Appellata est enim a viro virtus. viri autem propria maxime est for-

titudo, cuius munera duo in maxima sunt, mortis, dolorisque contemptio. ¶ Differt autem plurimum a probitate. Unde *Ovidius* probitatem in uxore agnoscit, at requirit virtutem, quia non audeat pro marito apud Augustum, aut Liviam intercedere. Ita enim scribit *l. 3. de Ponto* et. 1. Nota tua est probitas, testataque tempus in omne, Sic virtus etiam non probitate minor. ¶ Sæpe etiam accipitur pro fortitudine militari, & latius pro animi constantia in periculis, & rebus adversis. *Ces. l. 1. bell. Gall.* Perfacile esse, cum virtute omnibus præstant, totius Galliarum imperio potiri. *Cic. l. 10. Fam. ep. 3.* Omnia summa confectus es virtute duce, comite fortuna. ¶ Per Synecdochen usurpatur de quacunque hominis perfectione, tam corporis, quam animi, sed præcipue animi. *Cic. 5. Fin.* Ita fiet, ut animi virtus corporis virtuti anteponat. *Id. 4. Phil.* Omnia alia falsa, incerta sunt, caduca, mobilia, virtus est una altissimis defixa radicibus, quæ nunquam ulla vi labefactari potest, nunquam dimoveri loco. ¶ In hac acceptione virtutes animi sive mentis varie dividuntur, sed de his *V. Philosophos.* ¶ Per Catachresin dicitur etiam de bestis, de plantis, de lapidibus, & aliis rebus, pro ea vi, qua res, cuius est virtus, perfecta redditur, pro vi, facultate, proprietate rei unicuique inrita. *Cic. 1. de Leg. c. 16.* Nam nec arboris, nec equi virtus (in quo abutimur nomine) in opinione sita est. *Quintil. l. 4. c. 2.* Sunt quidem hæc, quas supra retuli, virtutes aliarum quoque partium. *Plaut. Mil. 3. 1. 133.* Sicuti meræ pretium statui, pro virtute ut veniat. ¶ Aliquando etiam accipitur pro ope, auxilio. *Plaut. Mil. 3. 1. 82.* Deum virtute eundem hospitio accipiam. ¶ Nonnunquam pro merito, seu præstantia. *Plaut. Most. 1. 3. 17.* Virtute formæ id event, te ut deceat, quicquid habes. ¶ Ab antiquis virtus Dea putata est, cui templum dedicaverunt. Virtutis autem templum cum æde Honoris conjunctum fuit, ita, ut in hanc non nisi per illud pateret aditus. Quo commento hoc significare voluerunt, *per unamque parandi honoris viam esse virtutem. Cic. 2. de nat. Deor.* Vides Virtutis templum, vides a M. Marcello renovatum, quod multis ante annis erat bello Ligustico a Q. Maximo dedicatum. *Et infra:* Ob eamque causam majorum institutus Mens, Fides, Virtus, Concordia consecratæ, & publice dedicatæ sunt. Virulentia, æ, f. idem ac virus, hoc est nativus cuiusque rei, vitalisque succus, aut humor. *Tertull. in Apolog. c. 8.* Panis quo sanguinis virulentiam colligas. Alii leg. *virulentiam*. ¶ Item fætor, graveolentia. *Sidon. l. 8. ep. 14.* Hircorum vos obtulisse virulentiam Christus sibi computat. Virulentus, a, um, *venenoso, iav' avoia*, qui est plenus veneno. *Gell. l. 16. c. 11.* Ut serpulum virulentorum dimotores sint. Virus, i, n. *jugos, umore, liquore*, succus natus & vitalis cuiusque rei, estque vox medice significationis, ut notat *Servius* ad *Virg. Æn. 1.* hoc est tam in bonam, quam in malam partem usurpari potest, quemadmodum *venenum*, quod eandem fere habet significationem. *Servius* loc. cit. ait, esse indeclinabile nomen: sed habet tamen genitivum *vir' is*, & ablativum *viro*. *Plin. l. 9. c. 50. de piscibus:* Nec satis effe generationis, nisi editis ovibus, inter fe versando vitale asperferunt virus. *Id. l. 8. c. 11.* Virus verrinum et Scropha a coitu exceptum. h. e. humor et genitalibus fluens. *Stat. l. 1. sil. 4. v. 104.* Jungam ipse manus, atque omne benigne Virus, odoriferis Arabum quod doctus in oris, Aut Amphrysiaco pastor de gramine carpsi. h. e. succum herbarum, aliarumque rerum salubrem. *Lucret. l. 2. v. 852. de olea Jucea:* Quam minime ut possit mixtos in corpore odores, Concoctoque suo contactos perdere viro. ¶ In malam partem ponitur pro veneno interdum absolute, sæpius tamen cum addito, ut malum virus, noxium virus, *veleno, iav' avoia, Apulej. l. 3. Georg.* Aut testæ asietus coluber succedere, & umbæ, Pestis acerba boum, pecorique aspergere virus. *Id. 1. Georg. v. 129.* Ille malum virus serpentibus addidit atris. *Plin. l. 8. c. 22.* Amatorum virus. h. e. medicamentum amorem inducens. Translate *Cic. de Amic. c. 23.* Ut non inquirat aliquem, apud quem evomat virus acerbissimum. ¶ Item pro fætoze, graveolentia, *puzza, mal' odore, δυναίος. Coluvel. l. 1. c. 5.* Nec paludem vicinam esse oportet ædificiis, quia caloribus noxium virus eructat. *Plin. l. 35. c. 15.* Prodest & ad virus alarum. *Id. l. 12. c. 12. de nardo:* Alterum ejus genus damnat in totum, virus redolens. ¶ Item pro malo, asperoque sapore, ut de maris falsedine. *Lucret. l. 2. v. 475.* Lingui enim supera tetri primordia viri aspera. Et de viribus ac spiritu vini. *Plin. l. 14. c. 20.* Ubi pigra lentas torpeat, virus addit. Vis, vis, vim, vi, f. *vir' av' avoia, forza, possanza, ισχύς, δύναμις*, robur, virtus, fortitudo, potentia, facultas, & tum proprie, tum per translationem usurpatur. *Cic. pro Domo c. 55.* Magna vis est in Deorum immortalium numine. *Id. 2. Off. c. 6.* Magnam vim esse in fortuna in utranque partem, vel secundas ad res, vel adversas, quis ignorat? *Ter. Adelph. 3. 4. 47.* Summa vi hanc defendam, atque illum mortuum. *Plin. l. 4. ep. 7.* Hanc ille vim (sive quo alio nomine vocanda est intentio quidquid velit obtinendi) si ad potiora vertisset, quantum boni efficeret potuisset. *Quintil. l. 1. c. 10.* Ambitus habet apertam vim. h. e. aperter geritur, manifestus est. *Rufus Cic. de Amic. c. 4.* Vis amicitie est in animorum consensione, *l' amicizia consiste &c. Id. ibid. c. 38.* Vis ingenii. *Id. in Orat. c. 32.* Vis & natura verborum. *Id. Fam. 5. ep. 8.* Hæc literæ habent vim fæderis, *vagliano, come se fossero una confederazione. Id. 1. Divin. c. 33.* Quod ostentum habuit hanc vim, ut Dionysius paucis posse diebus regnare cœperit, *l' effetto, che produsse quel prodigio, fu, che ec. Id. in Top. c. 8.* Ex vi nominis argumentum elicere. *Id. pro Rab. Posth. c. 15.* Vis frigorum, *la violenza del freddo.* ¶ Vires in plurali numero, quod Grammaticorum alii a vis esse ajunt, alii negant, V. supra suo loco. ¶ Sæpe notat multitudinem, copiam. *Cic. pro L. Man. c. 9.* Sic Mithridates fugiens maximam vim auri, atque argenti, pulcherrimarumque rerum omnium reliquit. *Id. Q. Fr. l. 3. ep. 7.* Magna vis aquez. *Liv. l. 29. c. 36.* Vis frumenti ingens. ¶ Notat quoque injuriam, violentiam; quæ duplex est, alia a cælo venit, alia ab hominibus: deinde injuria cælestis duplex item est, alia in tempestatibus posita est, quæ dicitur *vis major*, alia, quæ fit silente cælo, quæ *vis minor. Plin. l. 18. c. 28.* Ante omnia autem duo genera esse cælestis injuriæ meminisse debemus. Unum, quod tempestates vocamus, in quibus grandines, procellæ, cæteraque similia intelliguntur, quæ cum acciderint, vis major appellatur. Hæc ab horridis sideribus exeunt, ut sæpius diximus, velut Arcturo, Orione, Hædis. Alia sunt illa, quæ silente cælo, serenique noctibus fiunt, nullo sentiente, nisi cum tacta sunt. Publica hæc, & magnæ differentie a prioribus, aliis rubiginem, aliis uridinem, aliis carbunculum appellantis, omnibus vero sterilitatem. Hæc *Plin.* ex cuius verbis apparet, vim majorem esse, quam *Ulpianus* tempestatem calamitosam appellat, *l. ex conducto, ff. loc. & cond. Col. l. 1. c. 7.* Nam ubi sedulo colitur ager, plerunque compendium nunquam, nisi si cæli major vis, aut prædonis incesit, detrimentum affert. ¶ Frequentius accipitur pro violentia, seu injuria cum impetu facta ab hominibus. *Virg. 2. Æn.* Fit via vi, rumpunt aditus. *Cic. pro Sex. 17.* Quos homines, si vi, armisque superastem, non verebar, ne quis aut

aut vim vi repulsum reprehendere, aut &c. *Id. pro Mil. c. 4.* Vim vi defendere. *Id. Ast. l. 4. ep. 2.* Vim alicui facere. *Id. Casil. l. c. 8.* Vim alicui adhibere. *Id. Ast. l. 9. ep. 14.* Vim & manus alicui inferre. *Idem 2. Pam. ep. 9.* Vim afferre alicui. *Vellet. l. 2. c. 45. ad fin.* Interre vim vitæ suæ. *darisla morte. Cic. 2. de Fin. c. 20.* Stupratur aliquem per vim, per forza. ¶ Hæc quoque vis, quæ ab hominibus provenit, duplex est, a-lia privata, alia publica: privata vis ea censetur, quæ a privato alio-quo, & sine armis inferitur: publica vero, quæ cum armis: ideo autem hæc quæ cum armis fit, publica dicitur, quia armorum usus lege Julia tum in Urbe, tum in agro privatis hominibus interdictus erat, excep-ta venationis, vel itineris causa: proinde qui in vi facienda arma ad-hibuerit, non pro privato, sed pro publico homine se gessisse cen-satur. *Jussian. Institut. de interd. l. 5. 6. V. Manur. de legib. Rom. ubi varias enumerat leges, quæ de vi diversis temporibus late sunt. Cic. Ast. l. 2. ep. 24.* Reus erat apud Craffum Vettius de vi. ¶ *Vis* in genitivo, & dativo singulari, itemque in accusativo plurali parum est in usu; non caret tamen exemplis. *Auctor dialogi de causis corrupt. eloquent. c. 26.* Cum in magna parte librorum suorum plus vis habeat, quam sanguis. *Laeret. l. 2. v. 586.* multas vis possidet in se. *Sallust. 3. hist. apud Præfian. l. 6.* Male affectum ad omnes vis controversiarum. *Hirt. de B. Afric. c. 69.* Equitibus suis hostium vis opposuit. ¶ In Fabulis Vis seu Violentia est dea Stygis filia, apud *Hesiod. in Theogon.* Item Juno soror Jovis, & conjux. *Auson. in Technopagn. de deis.* Et soror, & conjux fratris, regina deum Vis. *Virg. 7. Æn. v. 432.* picta quæ exure carinas: Cœlestium vis magna jubet. Ubi *Servius:* Juno est vis deorum. **Viscatus**, a, um, *invischato*, visco oblitus. *Varro l. 3. de R. R. c. 7.* Quos columbarii interficere solent, duabus virgibus viscatis defixis in terram, inter se curvatis. *Ovid. l. 1. de arte am. v. 391.* Non avis utiliter viscata fugit alis. ¶ Sumitur etiam translate, ut viscata, & hamata munera, quibus majora attrahuntur, quam quæ dantur. *Plin. ep. 30. l. 9.* Hos ego viscatis, hamatisque muneribus non fua promere puto, sed aliena corripere. **Viscera**, viscus, eris. **Viscellatus**, a, um, *visceller.* ex visceribus avium pisciumque conditus, aut confectus. *Plin. Vales. l. 1. c. 24.* Pisces viscellati. *Est l. 2. a. 17.* Viscellatum pullus. ¶ Alii utroque loco corruptam lectionem putant. **Visceratum**, adv. *απαλαγγα*, per singula viscera. *Enn. apud Non. c. 2. n. 880.* Andromeda, dissipat visceratum membra. **Visceratio**, onis, f. *κρεοδαγία*, epulum, quod sebat ex visceribus, sive carnis immolatis, quæ distribuebantur inter eos, qui solemnii alicui sacrificio adessent, præcipue in Latinis feris, vel in funere alicujus excellentis viri. Nam olim quoties victimam mactabant, vel convivium celebrare moris erat, vel e victima partem ad amicos mittere. Dicta est a visceribus, quod nomine non solum intestina, sed etiam totam carnem veteres intelligebant. *Servius in 1. Æn. Viscera non tantum intestina dicimus, sed quicquid sub corio: ut in Latinis visceratio dabatur, idest caro.* Hujusmodi epulum describit *Maro l. 8. Æn.* Tunc lecti juvenes certatum, atque Sacros Viscera tosta ferunt taurorum *&c.* *Cic. 2. Off. c. 16.* Prodigii, qui epulis, & viscerationibus, & gladiatorum muneribus, ludorum, venationumque apparatu, pecuniis profundunt. *Sen. ep. 19.* Sine amico visceratio, leonis, ac lupi vita est. *Liv. l. 8. c. 22.* Et populo visceratio data a M. Flavio in funere matris. **Visceratus**, a, um, adject. viscera habens. *Prudent. in Apotheos. v. 1095.* Cum vas componeret arvo nondum viscerato. Loquitur de prima hominis e limo compositione, & viscerato arvom intelligere videtur terram nondum vitalibus præditam visceribus, nec animatam. **Viscidus**, a, um, idem ac viscosus. *Theodor. Præfian. l. 1. c. 2.* Viscidum acetum. *Id. de dieta, c. 18.* Viscidiores cibi. **Visciosus**, a, um, *viscoso*, tenace, *γλωσσός, ἱξίος*, quod est tenax, & glutinosum. *Pallad. l. 1. vit. 14.* Si quod asceæ adhæret, fuerit molle, atque viscosum, constat albaris operibus coadvenire. **Viscum**, i, n. *vischio*, Germ. *vagelleim*, Gal. *glu*, Hisp. *liga*, *murdago, ἱξός, γλωσός*, gluten aucupum, glutinum, quod aves capiuntur, ab Æolico *ἱξός*, seu *βισχός*, pro *ἱξός*, quod idem significat. *Cic. 2. de nar. Deor. cap. 57.* Provisum etiam, ut, si qua minima bestiola conaretur irumpere, in foribus aurium, tanquam in visco, inbæ-re-sceret. *Plin. l. 16. cap. 44.* Hoc est viscum pennis avium tactu ligandis, juglandis oleo subactum, cum libeat insidias moliri. ¶ Est & viscum frutex, qui ex turdorum potissimum tæce super arborum quorundam ramos delapsa, & a Sole cum humiditate quadam terrefacta nascitur, & viret per hyemem. *Virg. 6. Æn. v. 295.* Quale solet sylvis brumali frigore viscum Fronde virere nova, quod non sua seminat arbor. *Plin. l. 16. cap. 44.* Quædam enim in terra gigni non possunt, & in arboribus nascuntur. Namque cum suam sedem non habeant, in aliena vivunt, sicut viscum. ¶ Druidæ viscum venerati sunt. *Plin. l. 16. cap. 44.* Non est omittenda in ea re & Galliarum admiratio. Nihil habent Druidæ (ita suos appellant Magos) visco, & arbore, in qua gignatur, si modo sit robur, sacratius, &c. ¶ Translate viscum etiam antiqui rete vocabant, teste *Nonio c. 6. n. 20.* nempe a tenacitate. *Varro ibid.* Lepusculi timentes hoc quadrangulum, dedunt se in rete, sic fugere viscum nequiverunt, lineam que compedem. Huc trahi posse videtur & illud *Virg. 1. Georg. Tum laqueis captare feras, & fallere visco Inventum, & magnos canibus circumdare maledum.* **Viscus**, i, m. idem ac viscum. *Plaut. Bacch. 1. 1. 16.* Viscus merus vestra blanditia est. **Viscus**, eris, n. *viscera*, carne, *ἄντρον*, Ger. *ein geveuid*, Gal. *entrailles*, Hisp. *entrans*, *απαλαγγα*, intestinum, ut cor, iecur, pulmo, &c. Sed generatim accipitur pro carne, quæ est inter ossa, & cutem. *Servius in 1. Æn.* Viscera non tantum intestina dicimus, sed quicquid sub corio, ut in Latinis visceratio dabatur, idest caro. Et autem nomi-nativus, hoc viscus, hujus visceris: ut *Lucret. l. 1. v. 837.* Viscus gigni, sanguenque creati. *Id. in 9. Æn.* Viscus, quicquid sub cute. *Cic. 2. Tusc.* Spartæ vero pueri ad aram sic verberibus accipiuntur, ut multis e visceribus sanguis exeat, nonnunquam etiam, ut, cum ibi essem, audiebam, ad necem: quorum non modo nemo exclamavit unquam, sed ne ingemuit quidem. *Ovid. 15. Met.* De putri viscere passim Florilegæ nascuntur apes. *Suet. in Vitellio, c. 13.* Quin inter altaria ibidem statim viscus, & terra pene rapta e foco manderet. ¶ Per Synecdochen ponitur pro toto animali, ac præsertim pro filio. *Ovid. ep. 11.* Diripiunt avidæ viscera nostra terræ. *Id. l. 2. Am. st. 14.* Vestra quid estoditis subjectis viscera telis? In illas quæ abortivos faciunt. ¶ Trans late dicitur de terra, pro partibus penioribus, seu interioribus. *Ovid. Met. 1. v. 138.* Nec tantum segetes, alimentaque debita dives Poscebatur humus, sed itum est in viscera terræ. *Virg. 3. Æn.* Interdum scopulos, avulsaque viscera montis Erigit erectam. ¶ Denique de quacunque parte intrinseca. *Cic. 1. Casil. c. 13.* Periculum autem recubebit, & eric inclum penitus in venis, atque in visceribus Reipublicæ. *Id. Tom. II.*

2. *de Orat. c. 78.* Hæc in dicendo non extrinsecus alicunde querenda, sed ex ipsis visceribus cause sumenda sunt. *Id. pro Dom. c. 47.* Villam extruxit visceribus ærarii. *b. e. ex recondita ærarii pecunia.* *Id. Ast. l. 6. ep. 1. ante med.* *Εγχελοδωματα* illa tua mihi in visceribus hærent. **Vifendus**, a, um, *degno d'esser veduto, ἐπιτιμητός*, partic. vel gerund. a viso. *Cic. in Var. c. 13.* Epulum omni apparatu, ornatumque visendo. *Plin. l. 16. c. 43.* Vicina luco est ilex, & ipsa nobilis, 35. pedum ambitu caudicis, decem arbores metiens singulas, magnitudinis vifendæ. *h. e. dignæ videri, spectabilis, admirandæ.* **Vifibilis**, & le, o. 3. *vifibile*, *ἄσπαστος*, Ger. *sichtbar*, Gal. *visible*, Hisp. *visibile*, *ἀσπαστος, ἴσαστος*, quod sub aspectum cadit, quod sub aspectum venit, quod videri potest, aspectabile. ¶ Ponitur etiam pro videnti, aut, quod Philosophi vocant, visivo. *Plin. l. 11. c. 37.* Oculi, ceu vasa quædam, visibilem animi partem accipiunt, atque transmittunt. **Vifibilitas**, atis, ratio, qua aliquid videri potest, *vifibilitas.* *Tersul. do carne Christi, c. 12.* **Visto**, onis, f. *il vedere, vista, ὄψις*, actus videndi. *Cic. 4. Acad. c. 11.* Nec potest is, cui est visio veri, falsique communis, ullum habere judicium, aut ullam omnino veritatis notam. *Id. 2. de nar. Deor.* Neque visionem, neque auditum, neque sonum sine aere fieri posse. ¶ Metonymice dicitur de rebus ipsis, quæ videntur, ac præsertim de earum imaginibus, seu spectris, quæ a Græcis *φαντασία*, & *φαντασμα* appellatur. *vifione.* *Quint. l. 6. c. 2.* Tentabo etiam de hoc dicere, quæ *φαντασίας* Græci vocant, nos sane visiones appellemus, per quas imagines rerum absentium ita repræsentantur animo, ut eas cernere oculis, ac præsertim habere videamur. *Cic. 2. de Div. c. 58.* Utrum igitur censemus, dormientium animos per se ipsos in somniando moveri, an externa & adventitia visione pulsari? *Macrobi. in Somn. Scip. l. 1. c. 3.* Omnium, quæ videri sibi dormientes videntur, quinque sunt principales & diversitates, & nomina. Aut enim est *ὄρασις* secundum Græcos, quod Latini somnium vocant, aut *ὄραμα*, quod visio recte appellatur, aut *χαρματισμός*, quod oraculum nuncupatur, aut est *ἐπιτίμιον*, quod infomnium dicitur, aut est *θαύρασμα*, quod Cicero, quoties opus hoc nomine fuit, visum vocavit. **Visio**, is, n. 4. statum ventris emitto, sed sine crepitu. Confirmant quidam hoc verbum auctoritate *Luclii, apud Non. c. 11. n. 46.* ubi valde dubia lectio est. **Visitato**, onis, f. *apparizione, il farsi vedere*, apparitio, actus quo quis fo visibilem facit. *Viruv. l. 9. c. 4. ad fin.* Luna quoniam cum sole est, nova vocatur, postero autem die, quo numeratur secunda, præteritis a sole, visitationem facit tenuem extremæ rotundationis. ¶ Item actus visitandi alicquem, *visita.* *Tersul. advers. Jud. c. 13. ad fin.* Nec intellexissent Christum in tempore suæ visitationis inveniendum. **Visitatus**, a, um, nom. partic. *veduto*, conspectus. *Viruv. l. 9. c. 4.* Omnia visitata, & invisitata temporum necessitudine sunt constituta. *Apul. l. 4. Metam.* Immani forma tantæ bestię, noctu præsertim, visitata. *Id. de Deo Socrati.* Formam Dæmonis Socrati visitatam. **Visito**, as, a. 2. *visitare*, *ἰσπε*, Ger. *offt besuchen*, Gal. *visitor*, Hisp. *visitar*, *ἰσπεῖν, ἰσπεῖν*, freq. *c. 31.* Is cum arderet podagra doloribus, visitassetque hominem Carneades Epicuri præfamiliaris. ¶ Aliquando visitare positum legitimus pro sæpe videri. *Plaut. Curc. 2. 3. 4.* Ibi me interrogat, Ecquem in Epidaurio Lyconem trapezitam novem? dico me novisse: quid lenonem Cappadocem? annuo visitasse. *Id. Epid. 4. v. 12.* Dii boni, visitavi antehac, certe ea est. **Visitor**, oris, m. *visitatore*, qui sæpe invisit. *Apul. in Apolog.* Ipse domi tue rector, familiaris dominus, magister in convivio, in ludo quoque gladiatorio frequens visitor. Alii rectius leg. *visitor*. **Viso**, is, i, sum, a. 3. *andar, a venir a vedere*, *ἰσπε*, Ger. *sehen*, Gal. *allev voir*, Hisp. *byr a veer*, *ἐπισκεῖν, ἰσπεῖν*, eo ad videndum, venio ad videndum. *Ter. Andr. 3. 3. 3.* Id viso, tu ne, an illi insaniant. *Id. Eun. 3. 4. 7.* Visam, si domi est. *Cic. l. 9. Fam. ep. 23.* Tamen constitui ad te venire, ut & viderem te, & viserem, & cœnarem etiam. *Donat. ad Terent. Heeyr. 1. 2. 114.* notat videre esse quærentis alicquem, *vifere* officii. *Rursus Cic. 6. Ver. c. 2.* Cupidinem fecit illum, qui est Thepiss, propter quem Thepiss vifantur. *Id. l. Off. c. 39.* Domus Cn. Octavii vulgo vifebatur. ¶ Interdum regit accusativum cum præposit. *ad. Gel. l. 26.* Cum Phavorinus ad F. ontionem pedibus ægrum viferet. *Lucret. l. 6. v. 1236.* Nam quicunque suos fugitabant vifere ad ægros. *Tertens. Heeyr. 3. 1. 4.* Nunc ad eam vifam. ¶ Non raro tamen accipitur pro primitivo vifendo, præsertim si conjungatur cum verbis *eo*, *U venio*. *Plaut. Rud. 1. 2. 6.* Nunc huc ad Veneris sanum venio vifere; rem divinam facturum se dixerat. *Ter. Heeyr. 1. 2. 114.* Postquam accesserit sæpius, ægram simulat mulierem, nostra illico vifere ad eam: admittit nemo. ¶ Idem usu venit, quando jungitur his ablativis *gratia, causa, studio*, & hujusmodi. *Virg. 2. Æn. v. 63.* Undique vifendi studio Trojana juvenis Circumsufa ruit. *Cic. 5. Tusc.* Qui nec plausum, nec lucrum quærerent, sed vifendi causa venirent. *Sallust. in Casil.* Multi qui e castris vifendi, aut spoliandi gratia processerant. ¶ Particip. *vifendus* V. supra suo loco. **Visor**, oris, m. 3. *ὄρατής*, inspector, explorator. *Tac. l. 16. Ann. c. 2.* Nec inmissi visoribus, per quos nosceret, an vera assererentur. **Vispello**, V. Bispello. **Visualitas**, atis, f. *vista.* *Tersul. de anim. c. 29.* Contrarietates visualitatis, & cœcitatatis. **Visula**, æ, f. genus vitis. Forma vocis videtur diminutiva, & Scriptore exiguas tribuunt vires. Quare fortasse contractum est ex *visicula*, T in S abeunte, ut sæpe. *Col. l. 3. c. 2.* Visula deinde ab his, & minor Argitis terræ m-diocritate latantur. Nam in pingui nimis viribus luxuriant, in macra tenues, & vacuæ fructu veniunt. *Er paucis inverte-tilis:* Visula brevem materiam, & latum folium exigit, cujus amplitudine fructus suos optime adversus grandinem tectur; qui tamen nisi primo quoque tempore mature legantur, ad terram decidunt, humoribus etiam priusquam defuant, putrescunt. ¶ Est etiam idem flumen quod *Vitula.* *Pomp. Melal. 3. c. 4.* **Visum**, i, n. *vifione, fantasia*, *ἄσπαστος*, Ger. *geseht*, Gal. *ce qui est veu*, Hisp. *cosa vista*, *ὄραμα, φάσμα*, species illa alicujus rei, quæ oculis nostris, diurno tempore dum vigilamus, vel phantasiæ in somniis ob-jicitur. *Cic. 1. Acad. c. 11.* In qua primum de sensibus ipsis quadam dixit nova, quos junctos esse censuit & quadam quali impulsione obla-ta extrinsecus, quam illi *φαντασίαν*, nos visum appellemus. *Id. Acad. l. 4. c. 6.* Cum enim ita negaret, quicquam esse, quod comprehendere potest (id enim volumus esse *ἀσπαστήν*) si illud esse, sicut Zeno defini-ret, tale visum (jam enim hoc pro *φαντασία* verbum satis heherno sermone trivimus) visum igitur impressum, effectumque ex eo, quod esset, a Zenone definitum rectissime dicimus. *Er infra c. 14.* Quare igitur visum? tum illum ita definitivisse, ex eo, quod esset, sicut esset, impressum, & signatum, & effectum. *Id. 1. Tusc. c. 41.* Qui nonnunquam etiam sine visis somniorum placatissimam quietem asfert. *Virg. 4. Æn. v. 456.* Hoc visum nulli, non ipsi estata forori est. ¶ *Er visio*, & *ex visio*, per *vifione avata*, sæpe occurrit in veterib. lapidib. teste *Phil. a Tur.*

Turre in Dissert. de Diis Aqueles. pag. 301. Hinc ex viso dedicare aliquid legitur in quadam Inscript. apud Fontanin. de antiq. Horae lib. 1. cap. 6. Accipitur etiam pro spectaculo, hoc est pro re quavis, & quae spectanda proponitur. Prop. lib. 2. eleg. 6. v. 29. Quae manus obsecrans depinxit prima tabellas, Et posuit casta turpia visa domo.

Vifurgis, m. 3. Vifurgis, Bisfurgis, Iturgis, & ingens Germaniae. Primum Verra dicitur, *Vesetz*, oriturque in confinio Franconiae, non procul a Cheruscis ex Meliboco M. deinde per Hassiam fluens, prope Smalcaldum, & Isenacum labitur. Sed recepto ad Mindam opp. Fulda fl. tunc Vifurgis dicitur, & in Arctos tendens iuxta Ducatum Brunsvicensem, ibi Hamelam rigat, ut Corbiam, Mindam, Neoburgum, & Hoytgam urbes Westphaliae, hinc recepto Allera fl. paulo infra Vardan, labitur iuxta Bremam, & tandem Oceano Germanico immiscetur, inter Ducatum Bremensem, & Comitatum Oldenburgensem. V. annotat. Vadiani in lib. 3. Pomp. Melz. ¶ Vifurgis alter, *Veser*, *Vesfe*, fl. parvus Belgii. Oritur in Ducatu Limburgensi, & in conf. Juliensis, deinde Limburgum rigans, postea in Urtum cadit, & cum ipso paulo post in Mosam fl. supra Leodium.

Visurus, a, um, *visurus*, partic. temporis futuri a video. Virg. 2. Georg. Abies vedus vitula marinos.

Vilus, a, um, *veduto*, *visurus*, partic. passiv. a video. Virg. 2. Aen. Infelix simulacrum, atque ipsius umbra Creusae Visa mihi ante occurrit, & nota major imago. Idem lib. 6. Viscuque canes uiulare per umbram. Hor. l. 1. od. 15. Vilum lupum fugere.

Vilus, us, in. 4. *visla*, *vis*, Ger. *geficht*, Gal. *veue*, Hisp. *visla*, *vis*, *vis*, *vis*, potentia visiva, sensus, & actus videndi. Quintil. l. 10. c. 1. Qualis est terri fulgor, quo mens simul, visusque perstringuntur. Plin. l. 9. c. 50. Pisces atrium ventrium coeunt, tanta celeritate, ut visum saliant. Id. l. 8. c. 2. Luporum visus noxius esse creditur. Lucret. l. 5. v. 102. Nec tamen hanc possis oculorum subdere visu. Ubi visu pro visui positum est, quemadmodum Terent. Adolph. l. 1. 38. dixit vestitu indulgens. Stat. 6. Theb. v. 277. Spectat in occiduis stellatum visibus Argum. h. e. oculis semper apertis. ¶ Interdum pro eo, quod videtur, sive per diem, sive in somniis, visione. Virg. 2. Aen. Rite secundarent visus, omneque levantur. Hor. l. 1. sat. 5. immundo somnia visus Nocturnam vestem maculant. Tacit. Ann. 12. c. 13. Qua silvas pererraverit, nocturno visu demonstrat. ¶ Interdum pro specie. Cic. 1. de nat. Deor. c. 5. Ex quo existit & illud, multa esse probabilia, quae quamquam non perciperentur, tamen quia visum quandam habent insignem, & illustrem, his sapientis vita regetur.

Vita, a, um, *vita*, *vita*, Ger. *daseben*, Gal. *vie*, Hisp. *vita*, *vis*, *vis*, *vis*, *vis*, actus vivendi, animae & corporis conjunctio, quemadmodum contra eorumdem dissolutio mors est. Cic. 1. de nat. Deor. c. 53. Tribus rebus animantium vita tenetur, cibo, potu, spiritu. Id. 2. Phil. c. 3. Quod est aliud beneficium latronum, quam ut commemorare possint, his se vitam dedisse, quibus non ademerint? Id. Attic. l. 5. ep. 20. Ego in vita mea nulla unquam voluptate tanta sum affectus, in tanta laetitia vita. Id. pro Rab. perducl. c. 10. Vita curriculum. Id. Phil. c. 7. Agere vitam honestissime. Id. pro Syll. c. 27. Degere vitam miserrime. Id. Phil. 14. c. 11. Vitam pro aliquo profundero. Id. 2. Fam. ep. 2. Discedere e vita. Id. l. 5. Fam. ep. 15. Manere in vita. Id. Q. Fr. l. 1. ep. 3. Diutius in vita esse. Id. pro Rosc. Amer. c. 11. Per summum dedecus vitam amittere. Id. 4. Casil. c. 4. Vita trui. Id. de Senect. c. 18. Perducere vitam ad annum centesimum. Id. 1. de Fin. c. 4. Si vita suppetet. Id. Fam. 10. ep. 24. Si mihi vita contigerit. Id. pro Mur. c. 16. Vita aliquid expellere, amazzare. Id. de Senect. c. 19. Vitam aliquid auferre. Id. 3. de Orat. c. 3. Vita se privare. ¶ Vivere vitam, seu vita, est idem ac vivere. Cic. 4. Ferr. c. 47. Vivere vitam tutam. Plaut. Pers. 4. 3. 19. Faciam ut mei memineris, dum vita vivas. Id. Mil. 3. 1. 34. Tam ne tibi diu videor vita vivere? Utroque tamen loco, itemque aliis, qui afferuntur a Pareo in Lex. Cris. alii reponunt vitam. ¶ Ponitur etiam pro ipsa vi, quae res vivunt, i. e. pro anima. Virg. 6. Aen. Tenuis sine corpore vita. ¶ Item pro ipsis hominibus viventibus. Plin. l. 8. c. 16. Verum falsum ne sit, vita non decrevit. ¶ Item pro alimento, seu victu. Plaut. Stich. 3. 2. 9. Repere sibi vitam. Adde Trin. 2. 4. 76. ¶ Item pro infirmo, & ratione vivendi. Cic. de Am. Serpiti enim, nescio quo modo, pro omnium vitas amicitia. Id. pro R. Ag. c. 17. Vita rustica honestissima, atque suavissima. Plin. l. 18. c. 7. Panem ex hordeo antiquis usitatum vita damnavit, quadrupedumque tradidit refectibus. ¶ Item pro moribus. Ter. Adolph. 3. 3. 61. Denique inspicere, tanquam in speculum, vitas omnium lubeo. Auct. ad Her. l. 2. Deinde vita hominis ex ante actis spectabitur. ¶ Mea vita, *vita mia*, *visum*, blandientis vox est. Cic. lib. 14. Fam. ep. 2. Obfecro te, mea vita. Plaut. Trucul. 2. 4. 37. Quapropter o mea vita?

Vitabilis, le, adiect. *da scibisaf*, vitandus. Corncl. Gall. eleg. 6. quodque est vitabile nulli. Ovid. 4. de Pont. eleg. 14. v. 31. Eset perpetuo sua quam vitabilis Aera. Arnob. l. 5. Vitabilis, & tugiendus.

Vitabundus, a, um, *δολοβυμνος*, idem quod vitans. Sallust. in Jugurth. l. 101. Marius vitabundus classem hostium, ad oppidum pervenit. Liv. l. 25. c. 13. Hanno ex Brutiis profectus cum exercitu, vitabundus castra hostium, Confulesque qui in Samnio erant, cum Benevento jam appropinquaret, tria passuum millia ab ipsa urbe loco edito castra posuit. Tacit. 3. hist. c. 37. Suspendus, & vitabundus.

Vitalia, ium, n. 3. *partii vitalis*, partes vitales, ut cor, jecur, pulmo, & cerebrum, in quibus quatuor vitae summa consistit. Lucan. l. 1. Pulmonis anhelii Fibra latet, parvulusque fecat vitalia limes. Plin. l. 8. c. 7. Pilum sub oculum adactum, in vitalia capitis venerat.

Vitalis, & le, o. 3. *vitale*, *che pud vivere*, o *che fa vivere*, *חיים*, Ger. *leblich*, Gall. *vital*, Hisp. *que puede vivir*, *επιωπιος*, quod vita praeditum est, quod vivere potest, vel cui diuturnior vita sperari potest. Cic. de Am. c. 61. Principio qui potest esse vita vitalis, ut ait Ennius, qui non in amica mutua benevolentia conquiescat? Hor. l. 2. sat. 1. v. 60. O puer, ut sis Vitalis, metuo. Plaut. Bacch. 4. 9. 75. O pater, ductentem philippo, quaezo Chryfalo da, si esse salvum me vis, ut valem tibi. ¶ Interdum significat, quod vita dignum est. Laetant. l. 6. Unum est enim sapientis, & iusti, & vitalis viri opus divitias suas in sola iustitia collocare. ¶ Accipitur etiam active pro eo, quo vivimus, quodque vitam aut avertit, aut conservat. Virg. 1. Aen. v. 391. Quisquis es, haud credo, invivus caelestibus auras Vitales carpis. Cic. 2. de nat. Deor. c. 9. Caloris natura vim habet in se vitalem. Ovid. 2. Mer. v. 828. Vitale lumen.

Vitalitas, atis, f. *vita*, *το ζωτικόν*, *ζωτικόν*, vis, & potentia vitalis. Plin. l. 11. c. 37. Caeteris corruptis vitalitas in corde durat. Id. ibid. c. 48. de genibus: Hæc ut aras adorant, fortasse quia inest vis vitalis.

Vitaliter, adv. *ζωτικῶς*, cum vita. Lucr. l. 5. v. 145. Quandoquidem nequeunt vitaliter esse animata.

Vitatio, onis, f. *scifisamento*, *δολοβυμνος*, *εμφυλις*, actus vitandi, declinatio. Cic. 5. Fin. cap. 7. Ne vitatationem quidem doloris ipsam per se quiquam in rebus expetendis putavit, ne si etiam evitare possent.

Id. Phil. 3. e. 10. Quae vitatio oculorum, lucis, urbis, fori?

Vitatu, lupinum pass. verbi vitor. Hor. l. 1. sat. 4. v. 115. Sapiens vitatur, quidque petit Sit melius, causas reddet tibi.

Vitellianum, n. 2. *Viadana*, opp. amplum Cenomanorum in Gallia Transpadana, ad Padum, e regione Brixell. in Duc. Mantuano. inde 20. M. P. Parmam versus 10. Dicitur creditur a Vitellio Imp.

Vitellianus, a, um, adiect. a *Vitellio*, ut Vitellianæ partes, Tac. 1. hist. c. 84. Vitelliani milites, *Id. ib. c. 85.* ¶ Vitelliani, orum, absolute dicti sunt pugillares lutei, vitello illiti, in quibus res lascivæ & amatoris scribebantur. Quidam ita dictos putant, quod a Vitellio Imp. inventi sint. *Marzial. l. 2. ep. 6.* Hæc sunt quæ relegente me solebas Rapta scribere, sed Vitellianis. *Id. l. 14. ep. 8.* Nondum legerit hos licet puella, Novit, quid cupiant Vitelliani.

Vitellinus, a, um, adiect. a *vitellus*, qua parvum vitulum significat, ut Vitellina caro, apud Plaut. in fragment. ubi tamen alii aliter leg. *Apic.* tamen sine ulla dubitatione *bubulam* & *vitellinam* carnem dixit l. 8. c. 5. fed eodem c. etiam *vitulinam*.

Vitellus, m. 2. *Βεττιλλος*, novus Romanorum Imperator, ventri, gulaeque additissimus, qui superato ad Bebricacum Othone, Imperium arripuit, quod non multo post, deficientibus ad Vespasianum militibus, una cum vita exiit. V. Sueton. ¶ Adjective Vitellia via (de qua Sueton. in Vitell. c. 1.) ita dicta est quæ a Vitelliorum gente vel deducta, vel strata fuit; tendebatque ab Janiculo usque ad mare.

Vitellum, i, n. idem quod vitellus, h. e. ovi pars lutea. *Apic. l. 4. c. 1.* Mel, acetum, liquamen, ovorum vitella.

Vitellus, i, m. 2. dimin. a *vitulus*, ut agnellus ab *agnus*. Plaut. *Afin. 3. 3. 77.* Agnellus, hædillum me tuum die esse, vel vitellum.

Vitellus, li, m. *τοσσο δι ονο*, *tuorlo*, *הרתיך*, Germ. *eyerdoster*, Gall. *mayas*, Hisp. *yema*, *λελυθος*, *το αρχον τῆ ωῆ*, ovi pars lutea. Cic. 2. de Div. c. 65. Tum ille, Nihil ne, inquit, de vitello? Id enim ex ovo videbatur aurum declarare, reliquum argentum. Hor. l. 2. sat. 4. Longa quibus facies ovis erit, illa memento, Ut succi melioris, & ut magis alba, rotundis Ponere. Namque marem cohibent callosa vitellum.

Vitèus, a, um, *ἀμπελον*, quod est ex vite. Virg. 3. Georg. v. 380. Et pocula læti Fermento, atque acidis imitantur vitea forbis. Ubi *pocula vitea* per Periphrasin pro vino posuit. *Varr. l. 1. R. R. c. 67.* Coliculus viteus intortus.

Vitex, icis, f. *vetrice*, *ἄγρος*, frutex in arborem affurgens, ramis prælongis, lentisque, foliis olivæ, sed mollioribus, in fluminum ripis, & torrentium alveis nascens, a *viendo*, quia nempe ramuli viticis sunt lenti, & flexibiles, eoque ad viendum apti Græci *ἀγρος* vocant, quod nobis castum sonat, propterea quod matronæ in Tescmophis Atheniensium castitatem servant, ex foliis vis cubitum sibi sternebant. Vulgus herbariorum agnum castum appellat. V. Plin. l. 24. c. 9.

Vitiabilis, le, adiect. qui vitari potest. *Prudent. in Apotheof. v. 1059.* (*at. 1114.*) Ne jam vitiabilis esset.

Vitiarium, ii, n. *ἀμπελων*, *ἀμπελοφυτον*, seminarium vitium, seu locus vitium plantis confitus. *Varr. l. 1. de R. R.* Ideo in vituario, primitivum cum exit vitis, tota refecari solet, ut firmiore sarmento et terra exeat. *Col. l. 3. c. 5.* Cui vineta facere cordi est, præcipue caveat, ne alienæ potius curæ, quam suæ, credere velit, neve mercetur viridicem, sed genus furculi probatissimum domi conserat, faciatque vitarium, ex quo possit agrum vineis vestire.

Vitiatio, onis, f. *corruzione*, *φθορά*, *διαφθορά*, actus vitandi. *Sen. Controu. 23. l. 3.* Antea legem vitiationis evertere conatus est, nunc transferre vult.

Vitiator, oris, m. *corruptore*, *φθοραστής*, qui vitiat. *Sen. l. 3. Contr. 23.* Vitiatorem dimisisti, virum occides?

Vitiatus, a, um, *corroto*, *guastato*, partic. a vitior. *Cic. pro Sext. c. 54.* Coniutorum, & concionum significationes interdum veræ sunt, nonnunquam vitiatæ, & corruptæ. *Ovid. 3. Met. v. 76.* Quique halitus exit Ore niger Stygio, vitiatas incit auras. *Cels. l. 8. c. 2.* Vitiata ofsa. *Terent. Eun. 4. 4. 37.* Vitiata virgo.

Viticarpifera, forcipes sunt, quæ ad vites carpendas, seu putandas aptæ sunt. *Varr. apud. Prisc. l. 9.* Detonderunt forcipibus viticarpiferis.

Viticella, æ, f. genus herbæ. *Id. l. 17. c. 9.* Viticella herba appellata, quod, sicut vitis, quicquid proximum fuerit, apprehendat corymbis, quos anulos appellamus.

Viticella, læ, m. & f. qui vitem colit. *Sil. l. 6. v. 196.* Viticellæ nomen pervulgatura falerni.

Viticæmus, a, um, adiect. qui comas pampinis intextas habet; estque epitheton Bacchi. *Avien. in Aras. v. 70.* Et cum viticæmo crinem tondere Lyæo. ¶ Dicitur etiam de ulmo, quæ vitem sustinet. *Sidon. Carm. 2. v. 328.* Viticæmo retinens baculi vice flectit ad ulmum.

Viticella, æ, f. *viticella*, *ἀμπελις*, exigua vitis. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 35.* At enim minima Dii negligunt, neque agellos singulorum, nec viticellas persequuntur. ¶ Per Metaphoram viticellæ, *ἀμπελις*, in herbis dicuntur flagella quadam, quæ vitium palmites imitantia longe lateque proferunt, & obvia quæque prehendant, & amplectuntur, iisque quasi pedaminibus abutuntur, cuiusmodi videre est in cucurbitis, cucumeribus, aliisque nonnullis id genus. *Plin. l. 24. c. 11.* Frutex est folio hederæ, molliore tamen, & minus longis viticulis. *Pallad. in Marzio c. 9.* Aliqui florem cucumeris cum viticellæ suæ capite canæ inferunt.

Vitifer, ra, rum, *vitifera*, *ἀμπελοφυρος*, quod fert vites, seu in quo vitis proveniunt. *Marzial. l. 13. epigr. 107.* Hæc de vitifera venisse picta Vienna, Ne dubites, misit Romulus ipse mihi. *Plin. l. 3. c. 5.* Colles vitiferi.

Vitiginus, a, um, *di vite*, *ἀμπελον*, quod est ex vite. *Col. l. 12. c. 16.* Alii foliis vitiginis, nonnulli plataninis semivietas uvas contingunt. *Plin. l. 30. c. 6.* Pulmo vulturinus vitiginis lignis combustus.

Vitiginus, a, um, idem ac vitiginosus, ut Vitiginus liquor, h. e. vinum apud Lucret. l. 5. v. 15. Vitiginis latices. *Id. l. 6. v. 1090.*

Vitilena, æ, f. vitiosa, & pessima lena. *Plaut. Mostel. 1. 3. 56.* Illa hanc corruptit mulierem malefudata vitilena.

Vitilla, ium, n. 3. *vinchi*, *stroppe*, *λύγρι*, vimina, quibus vites religantur, a *viere*. *Plin. l. 24. c. 9.* Non multum a falice vitillum usu distat vitex.

Vitiligo, inis, *morfea*, *αλφες*, *μύλας*, *αδύκη*, diversi coloris maculæ per omnia membra dispersæ, lætus cutis color ex malo corporis habitu proveniens, qui nutrimentum recte peragere non potest. *Fassus* sic definit, & etymologiam deducit: Vitiligo in corpore hominis, macula alba, quam Græci *αλφες* vocant, a quo nos albus, sive a vitio dicta, etiam non lædit, sive a vitulo, propter ejus membranæ candorem, qua nascitur involutus. *Lucillus*: Hæc odiosa mihi vitiligo est, non dolet, inquit. *Plin. l. 10. c. 15.* Ferunt, eos, qui quotidie edunt capparim, paralyti non periclitari, nec lienis doloribus. Radix ejus vitilignes albas tollit. ¶ Triplex est. *Cels. l. 5. in fin.* Vitiligo, quamvis per se nullum periculum avertit, tamen foeda est, &

ex malo corporis habitu fit. Ejus tres species sunt. Alphos vocatur, ubi color albus est tere subasper, & non continuus, ut quaedam quasi guttae dispersae esse videantur. Melas colore ab hoc differt, quia niger est, & umbrae similis: cetera eadem sunt. Leuce habet quiddam simile alphi, sed magis albida est, & altius descendit, in eaque albi pili sunt, & lanugini similes. Omnia haec serpunt, sed in aliis tardius. Hæc Cels.

Vitilis, & le, o. 3. Lentus, flexibilis, ad vivendum, h. e. ligandum aptus. Plin. l. 19. c. 5. Cucurbita omnino fastigiatur, vaginis maxime vitilibus. Vitile etiam dicitur id, quod ex vimine, aut aliqua alia re vitili contextum est, πλεκτός. Plin. l. 4. c. 16. Vitilia navigia corio circumfuta. Cato R. R. c. 11. Vitilia cola.

Vitiligator, oris, m. calumniatore, beccalite, ורנגל, Ger. zankgiriger, Gall. calumniateur, Hisp. pica pleytos, αμαρτωλός, qui sola pravitate contentionem querit, cui studium est lites e litibus ferere, et quae aliena omnia anxie observat, ideoque calumniandi anam captat, vitiosus litigator, calumniator, obtricator, a vitilligo, quod a vitium, & a litigo. Plin. in præf. histor. natur. Ergo securi etiam contra vitiligatores, quos Cato eleganter ex vitibus, & litigatoribus composuit (quid enim illi aliud, quam litigant, aut litem querunt?) exsequeretur reliqua propositi.

Vitilligo, as, a. 1. litigare, accusare, riprendere, ורנגל, Ger. leichtfertig haben, Gal. blamer, legerement, endurer fausement, Hisp. pleytar, con mal pleyto, αμαρτωλός, est vitio litigare, & per Metaphoram calumniari, carpere, criminari, damnare, reprehendere, a vitium, & a litigo. Plin. in præf. histor. natur. Scio ego, quæ scripta sunt, hæc si palam proferantur, multos fore, qui vitilligent.

Vitiagistratus, magistratus vitio creatus. Sallust. in fragment. l. 3. histor. ubi alii aliter leg.

Vitineus, a, um, adject. di vite, quod ex vite est. Flor. l. 3. c. 10. Vitineis vinculis delapsi. Alii perique rectius leg. vitiginis.

Vitio, as, a. 1. guastare, corrumpere, ורנגל, Ger. verderben, Gal. corrompre, Hisp. corromper, αμαρτωλός, depravo, deterius reddo, sædo, corrumpro, destruo. Plaut. in Prolog. Aul. v. 5. Ejus filiam Lyconides vitiat. Ovid. l. 3. Met. v. 545. Vitiatur odoribus auræ. Cels. l. 8. c. 2. Os, ubi injuria accessit, vitiat. Cic. Attic. 1. ep. 13. Vitiare alterius uxorem.

Vitiose, adv. vitiosamente, αμαρτωλός, cum vitio, male. Cic. 4. Acad. Si recte conclusit, teneo, sin vitiose, minam Diogenes reddet. Cic. de Senect. c. 8. Illud vero idem Cæcilius vitiosus, supple dixit. Colum. l. 4. c. 24. Quod etiam usurpari vitiosissime, animadverto. Vitiose se habere aliquod membrum dicitur, quod vitio aliquo affectum est. Cic. 3. Tusc. c. 9. Aut non aliquid quippiam membrum tumidum, ac turgidum non vitiose se habet?

Vitiositas, atis, f. vitiositas, vitio, αμαρτωλός, vitium, pravitas. Cic. 4. Tusc. c. 13. Vitiositas autem est habitus, aut affectio in tota vita inconstans, & a se ipsa dissentiens. Id. infra c. 15. Hujus igitur virtutis contraria est vitiositas. Sic enim malo, quam malitia appellare eam, quam Græci αμαρτωλός appellant. Nam malitia certi cujusdam vitii nomen est, vitiositas omnium. Sumitur etiam generatim pro quacunque corruptione. Macrobi. l. 7. Sat. c. 10. Ille humor, qui aut de ætatis frigore nascitur, aut cujuslibet vitiositatis occasione contrahitur, ut superfluis, ita & noxius est.

Vitiosus, a, um, vitiosus, castivus, ורנגל, Ger. lasterhaff, Gal. vicieux, Hisp. vicioso, αμαρτωλός, vitius plenus, corruptus, depravatus. Dicitur non solum de animo, & moribus, sed etiam de quibuscunque rebus, quæ incolumes, integræ, sinceræ non sunt. Plaut. Mil. 2. 3. 45. Non ego emam nunc vitium tuam vitiosa nuce. Cic. 3. de Leg. cap. 15. Vitiosum suffragium. Auct. ad Her. l. 2. c. 29. Vitiosum exemplum. Col. l. 7. c. 3. Vitiosa ovis. h. e. morbo infecta. Horat. l. 3. od. 6. Progenies vitiosior. Rursus Cic. 3. de Orat. c. 26. Vitiosissimus orator. Vitiosus Magistratus dicebatur, qui vitio creati erant, cum ex legitimis auspiciis, cæterisve solemnitatibus aliquid esset omisum, aut cum in campo aliquid vitii intervenisset, quo ex Augurum disciplina solebant dirimi comitia, ut si quis interim comitibus morbo fuisset correptus, aut si fulmen esset visum, aut tonitru auditum, vel aliud quippiam esset obnuntiatum, quod inauspita futura illa comitia portenderet. Tunc enim vitiosa comitia dicebantur, & Magistratus vitiosus, vel vitio creati, cogebanturque, qui designati essent, se Magistratu abdicare. Cic. Phil. 5. cap. 4. Cum eo collega tulit, quem ipse fecit sua nuntiatione vitiosum.

Vitis, is, f. vite, ורנגל, Ger. weinreb, Gal. vigne, Hisp. via. αμπελον, genus arboris, quod uvam producit. Est ejusdem originis, ac vimen, ut ait Donatus in Eun. 4. 4. nempe a vitere, quod Festus alligare, Nonius interpretatur vincire, & inflectere. Sane vitis lenta est, facileque flectitur. Varro l. 4. de L. L. gemino loco scribit dictam esse a vinum. Id. l. 1. de R. R. c. 31. deducit ab invitando, his verbis: Et vitis eo, quod invitet ad uvas percipiendas, dicta primo videtur. Cic. de Sen. c. 15. Cujus quidem non utilitas me solum, sed etiam cultura, & ipsa natura delectat, religio, propagatio vitium, &c. Vitis erat Centurionum insigne, quo milites cædebant, ut virgæ lictorum. Plin. l. 4. c. 1. in fine. Quid, quod infertæ castris summam rerum, imperiumque continent? Centurionum in manu vitis, & opimo præmio tardos ordines ad lentas percutit aquilas, atque etiam in delictis poenam ipsam honorat. Juven. sat. 8. v. 247. Nodosam post hæc frangebat vertice vitem, Si lentus pigra muniret castra dolabra. Vitis etiam fuit machina bellica, eadem quæ vinea. Hinc sub vito præliari milites dicebantur, cum sub vinea militari pugnant. Lucil. apud Fest. in voce Sub. Neque prodire in altum, præliari procul sub vite. Sub vitem hastas jacere dicitur veles, cum eas sub manu sursum mittit. Lucil. apud Fest. Ut veles bona, sub vitem qui subijcit hastas. Vitis alba herba est, quæ Græci αμπελαλκικη dicitur, Italiane vite bianca, & seferia, fermenta habens longa, & exilibus intermediis geniculata, folia pampinosa ad magnitudinem hederæ, & quæ, ut folia vitium, dividuntur; radicem albam, grandem, & initio raphano similem, ex qua caules exeunt, apparatus similitudine. Plin. l. 23. c. 1. Vitis nigra differt ab alba colore, & præterea quibusdam in medicina usibus. Id. ibid. Vitis cana item herba est, eadem quæ saxifraga. Apulej. de herb. c. 97.

Vitis, m. 3. Utens, Monsione, al. Rozone, & apud Ravennam A. quodosto, il. parvus Æmilie. Oritur ex Appennino M. deinde prope Forum Livii labens, prope, & intra Ravennam in mare Adriaticum se exonerat.

Vitisor, oris, m. αμπελοφύτης, qui vites ferit. Quo nomine dictus est Saturnus, qui primus ferendarum vitium usum in Italiam attulit. Virg. l. 7. Æn. v. 179. Vitisor curvam servans fuvum imagine falcem.

Vitium, li, n. vitio, ורנגל, Ger. laster, Gal. vice, Hisp. sacha, αμαρτωλός, pravitas, seu corruptio cujuscunque rei, quod in quaque re malum est. De etymo vid. Cic. 3. de Fin. c. 12. Quod vituperabile est per seipsum, id eo ipso vitium nominatum puto: vel etiam a vitio dictum vituperari. Virg. l. 6. Georg. Sane illis omne per ignem Excoquitur vitium, Tom. II.

atque exudat inutilis humor. Cic. l. 9. Fam. ep. 15. Si enim nihil est in parietibus, aut in tectis vitii, cætera mihi probabuntur. Vitium facere dicuntur ædificia, dum aliqua sui parte labefactantur, dum rimas agunt, & ruinam minantur. Cic. in Top. c. 3. Si sedes ex corrue-runt, vitiumque fecerunt. Vitium dicitur de corpore, pro perpetuo impedimento. In eo enim morbus, & vitium differunt. Nam morbus est totius corporis, ut febris, vitium est partis, ut cæcitas, claudicatio, &c. deinde morbus est temporalis, ut ait Gellius l. 4. c. 2. est cum accessu, & effluquo, vitium vero est perpetuum corporis impedimentum. Potest tamen qui morbus est, etiam vitiosus dici, sed non e contrario. Equus mordax & calcitrosus, vitiosus, non morbosus est: claudus vero & morbosus, & vitiosus dici potest. Cic. 4. Tusc. c. 13. Quomodo autem est in corpore morbus, ægrotatio, & vitium, sic in animo. Morbum appellant totius corporis corruptionem, ægrotationem morbum cum imbecillitate, vitium, cum partes corporis inter se dissident, ex quo pravitas membrorum, distortio, deformitas. Itaque illa duo morbus, & ægrotatio ex totius valetudinis corporis inconvassatione, & perturbatione gignuntur, vitium autem, integra valetudine, ipsum ex se cernitur. Sed in animo tantummodo cogitatione possumus morbum ab ægrotatione sejungere. Vitiositas autem est habitus, aut affectio in tota vita inconstans, & a se ipsa dissentiens. Ita fit, ut in altera, corruptione opinionum morbus efficiatur, & ægrotatio, in altera, inconstantia, & repugnantia. Non enim omne vitium partes habet dissentientes. Ut eorum, qui non longe a sapientia abunt, affectio est illa quidem discrepans a se ipsa, dum est inspiens, sed non distorta, nec prava. Morbi autem, & ægrotationes partes sunt vitiositatis. Sed Massurius Sabinus (V. Gell. loc. cit.) posuit morbum & in toto corpore, & in parte, distinxit autem morbum a vitio, quod morbus pravitas major sit, & cum corruptione, vitium imperfectio quædam levior sit sine læsione organi, seu instrumenti. Ulpian. l. 1. ff. de Edil. edic. Si intelligatur vitium, morbusque mancipii, ut plerunque signis quibusdam demonstrari solent vitia, potest dici edictum cessare. Hoc enim tantum intuemum est, ne emptor decipiatur. Sed sciendum est, morbum apud Sabinum se definitum esse, habitum cuiusque corporis contra naturam, qui usum ejus ad id faciat deteriorum, conus causa natura nobis ejus corporis sanitatem dedit, id autem alias in toto corpore, alias in parte accidere. Nanque totius corporis morbum esse, puta Φθίσις, febrem: partis, veluti cæcitate, licet homo ita quoque natus sit. Vitiumque a morbo multum differre, ut puta, si quis balbus sit, nam hunc vitiosum esse magis, quam morbosum. Id. l. 38. ff. de Edil. edic. Ediles ajunt, qui jumenta vendunt, palam recte dicunt, quid in unoquoque eorum morbi, vitii sit. Per excellentiam dicitur de pravitate animi, cui virtus opponitur. Cic. pro Cluent. Nullam quidem ob turpitudinem, nullum ob totius vitæ non dicam vitium, sed erratum. Id. pro Cal. c. 19. Vitium ventris & gutturis non modo non minuit ætas hominibus, sed etiam auget. Id. l. 1. de Orat. c. 58. Legibus & præmia proposita sunt virtutibus, & supplicia vitibus. Hor. l. 1. ep. 1. Virtus est vitium fugere. Usurpatur præterea de injuria, quæ virgini inferitur, ei virginitatem adimendo. Hinc offerre, vel afferre vitium virgini, est eam supprare. Ter. Adelph. 3. 1. 9. Cui miseræ indignæ per vim vitium obtulerat. Plaut. Epid. 1. 2. 7. Pudicitia ejus nunquam nec vim, nec vitium attuli. Id. Amph. 2. 2. 179. vitium alicui addere, dixit eodem sensu. Univerfim dicitur de quavis deprivatione animi, ut de loquacitate senum, de deformitate gestus in Oratore, de erroribus in dicendo, de culpa in disputando, &c. Cic. de Sen. Et senectus est natura loquacior, ne ab omnibus eam vitium videat vindicare. Id. l. 1. de Orat. Adest enim fere nemo, quin acutus, atque acrius vitia in dicente, quam recta videat. Id. 2. Phil. c. 18. Quamvis quis fortunæ vitio, non suo decoxisset, per cagione della castiva fortuna, non per sua colpa. Id. 1. Off. c. 7. In vitio esse. Id. c. 16. l. 4. Acad. Huc si perveneris, meum vitium fuerit, avrd fallas' io. Vitio alicui dare, vertere. Aferre a culpa, imputare. Cic. Fam. 7. ep. 6. Ne sibi vitio verteret, quod abesset a patria. Id. Fam. 11. ep. 28. Vitio mihi dant, quod mortem hominis necessarij graviter fero. Denique usurpabatur etiam in auguriis, & auspiciis, pro impedimento, malo auspicio. Cic. 2. Phil. Id igitur obvenit vitium, quod tu iam Cal. Jan. futurum esse prævideras, & tanto ante prædixeras. Id. 1. de Div. c. 16. Ut P. Clodius Ap. Cæci filius, ejusque collega L. Junius classes maximas perdidit, cum vitio navigasset. h. e. neglecta auspicioum religione. Id. 2. de nat. Deor. c. 4. Recordatum esse, vitio sibi tabernaculum captum fuisse. h. e. quod auspiciari esset oblitus, ut ibidem addit. Id. ib. Vitio creatos consules esse.

Vito, as, a. 1. schifare, quartarsi, fuggire, ורנגל, Ger. flieben, Gal. eviter, Hisp. esquivar, ελαβίωμαι, φάγω, εκκλίω, fugio, effugio, declino. Cic. 3. Ver. Nam eum, qui palam est adversarius, facile cavendo vitare possis. Virg. 2. Æn. Testor, in occasu vestro, nec tela, nec ulla Vitavisse vices Danaum. Quæ seipsum vitare, est non sibi constare, vel sibi displicere propter scelus conscientiam. Hor. l. 2. sat. 7. Teque ipsum vitans, fugitivus ut erro. Non femel Plautus hoc verbum dativo jungit, ut Caf. 2. 2. 35. Semper tu huic verbo vitato abs tuo viro. h. e. cave, ne aliquando a viro tuo tibi dicatur hoc verbum. Id. Curcul. 2. 3. 19. Proinde domi se continente, vitent infortunio. Sic usurpatur & verbum caveo. Id. Rud. 3. 5. 48. Cave sis infortunio. V. Caveo.

Vitor, & rectius Vistor, oris, m. cerchiao, αυτιστής, qui vasa vinaria religat, stipatque, viendo, hoc est vinciendo, ligando, ut sustor a suendo. Ulpian. Dig. l. 9. tit. 2. leg. 27. in fi. Item si victori locaveris lacum vino plenum curandum. Sic Arnobius l. 2. pag. 70. dixit serpiaturo vitores, ut est in manucripto Regie bibliothecæ in Gallis.

Vitratius. V. Vitriarius.

Vitreæ, orum, n. vassi di vetro, vasa vitrea, supellex, seu instrumentum vitreum. Plin. l. 12. c. 19. Contra revehunt vitrea, & ahena, vestes, fibulæque. Martial. l. 1. ep. 42. Qui pallentia sulphurata fractis permutat vitreis. Translate vitres fractæ ponuntur pro sententiis, frivolis, & nugatoriis. Petron. in Satyr. An videlicet audirem sententias, hoc est vitrea tracta, & somniorum interpretamenta.

Vitreamina, um, n. vassi di vetro. Paul. l. 33. Dig. tit. 7. leg. 18. in fi. Cum in diem mortis ibi libros, & vitreamina, & vesticulam habuerit.

Vitreatus, a, um, adject. pellucidus in morem vitri. Lucrer. l. 3. v. 410. cernendis vitreata potestas. Sed alii plerique leg. vitata.

Vitresus, a, um, di vetro, αυτιστής, quod ex vitro est. Ovid. 2. de Arte: Sive Iatrociniis vim imagine calculus ibit, Fac, pœreat vitreo milites ab hoste tuos. Col. l. 12. c. 4. Vasa autem scitilia, vel vitrea plura potius, quam ampla. Sumitur etiam pro eo, quod vitri colorum refert. Valer. Max. ut Fons vitreus, hoc est clarus, & pellucidus. Virg. l. 7. Æn. Te nemus Angitæ, vitrea te Fucinus unda, Te liquidi serere lacus. Plin. l. 9. c. 31. Nec omnibus idem vitreus color. Petron. Sat. 3. v. 8. turgescit vitrea bilis. h. e. splendida. V. Splendidus. Metaleptice sumitur pro pertenui, & perlicido. Varro, apud Non. cap. 6. num. 4.

Quam istorum vitæzæ totæ ostentant tunicæ clavos. ¶ Item pro fragili, inconstante, inflabili. *Hor. l. 2. sat. 3. v. 222.* Et furiosus erit, quem cepit vitrea fama. idest fragilis, ut *Acron* exponit. *Porphyrius* splendiam interpretatur. *Publ. Syrus.* Fortuna vitrea est, dum splendet, frangitur.

Vitriaria, æ, f. herba eadem quæ parietaria. *Apulej. de herb. cap. 81.*

Vitriarius, ii, m. *vetraio, maestro di lavasar vetri, זכאריה,* vitri conficiendi artifex. *Sen. ep. 91. (al. 90.)* Cuperem Possidonio vitriarium ostendere, qui spiritu vitrum in plurimos habitus format. Alii legunt *vitriarium*, alii *vitriarium*.

Vitricus, i, m. *parrigro, Ger. Heffwasser, Gal. beau pere, Hisp. radastro, זכאריה,* matris nixæ maritus, cui respondet relativum privignus, ita dictus, quasi *patrius*, seu *πατριος*, quia in patris locum succedit, ac privignum, ut pater filium, amare debet. *Cic. Att. l. 15. ep. 12.* Vitricus quidem nihil censebat, quem Asturæ vidimus. *Ovid. 1. Amor. eleg. 2. v. 24. ad Cupedinem:* Necte comam myrto, maternas junge columbas, qui decaant currus, vitricus ipse dabo. Vulcanum intelligit alterum maritum Veneris, postquam ex Jove Cupidinem pepererat.

Vitrix, icis, f. quæ ligat, quasi *vetrix*, a viendo. *Plin. l. 35. c. 11.* Amavit Glyceram vitricem coronarum. Ita quidem legit *Salmast. in exercit. Plin.* sed improbat merito *Harduin.* & reponit *invenicem*.

Vitrum, tri, n. *vetro, וכוזיה, Ger. glass, Gal. verre, Hisp. vidria, זכאריה,* materia translucida, quæ ex arena splendenti, vel ex calculis pellucidis admixto nitro percoctis, & in liquorem fusis conficitur. *Lege Plin. l. 36. c. 26.* ubi pluribus vitri originem, & eius conficiendi rationem describit. *Cic. pro Rab. Posth.* Ductæ naves Posthumii Puteolis sunt auditæ, visaque, merces fallaces quidem, & fucosæ, chartis, & linteis, & vitro delatæ. *Har. l. 3. ode 13.* O tons Blandusæ splendor vitri. ¶ Vitrum Obsidianum est vitrum nigri coloris, ita dictum ab Obsidio Cive Romano. *Plin. l. 36. cap. 26.* In genere vitri & Obsidiana numerantur, ad similitudinem lapidis, quem in Æthiopia inventit Obsidius, nigerrimi coloris, aliquando & translucidus, crassiore visu, atque in speculis parietum pro imagine umbras reddente. ¶ Vitrum etiam genus herbarum est, sic dictæ, quia tingit colore vitri, hoc est hyalino, seu viridi. Græci hanc herbam vocant *ισαριον*, teste *Vitruvio l. 7. c. 14.* Sed vitri vox hac significatione crebro est corrupta, dum nunc *uisio* pro ea nunc aliud substituant, ut docet *Turneb. l. 6. c. 17. Cap. l. 4. B. Civ.* Omnes vero se Britannii vitro inscunt. Alii leg. *glasso. Vitruv. loc. cit.* Item propter inopiam coloris Indici cretas Selinusiam, aut anulariam vitro, quod Græci istam appellant, inscunt, imitationem faciunt coloris Indici. Alii aliter legunt.

M. Vitruvius Pollio peritissimus architectonicæ artis, de ea scriptis libros decem ad Augustum Imp. cum ætate jam provecus esset, floruisse sub Jul. Cæsare. Eius stilus plebejus subinde est, & illa Latine lingua ætate fere indignus, nec tamen propter antiquitatem contemnendus: habet præterea loca quamplurima intellectu maxime difficilia, circa quæ plurimi celebres Viri cum magnopere defudarint, non modo assequi veram eorum sententiam hæcenus non potuerunt, sed ne spem quidem ullam reliquisse videntur fore aliquando, ut intelligi a quoquam possint; quod tamen non tam scriptoris vitio vertendum est, quam doledum, neminem ex antiquis, qui de architectura scripserit, præter unum *Vitruvium* ad nos pervenisse, cujus adjumento illustrari ille multo facilius potuisset.

Vitta, æ, f. *benda, פריה, Ger. hauben, Gal. bando, Hisp. venda, זכאריה,* ligamentum capitis, hoc est fascia, qua antiqui vel crines, vel ferta, aut flores, aut quidvis aliud religabant. *Virg. 2. Æn.* Et falsæ truges, & circum tempora vittæ. Ubi *Servius:* Vittæ, quibus viciniam coronabantur. *Ovid. 2. Met.* Vittæ coercuerat neglectos alba capillos. *Lucan. l. 5.* Tum torta priores Stringit vitta comas. ¶ Vittæ aliz fuerunt virginales, aliz matronales, quod alio virgines cultu capitis, & ornatu, quam nuptæ matronæ uterentur. *Valer. Flac. l. 8. v. 6. de Medea:* Ultima virgines tum flens dedit oscula vittis. Erat enim mox nuptura. *Prop. l. 4. eleg. 11. v. 34.* Cinxit & acceptas altera vitta comas. idest postquam nupti.

Vittatus, a, um, *παιηθευεις*, vitta redimitus. *Ovid. lib. 1. Am. el. 7.* Sic, nisi vittatus quod erat Cassandra capillis. Procuibit templo, casta Minerva, tuo. *Lucan. l. 1. v. 595.* Vitætemque chorum ducit vittata Sacerdos. *Plin. l. 7. c. 30.* Vittatum navem Dionysius Tyrannus Platoni misit obviam. *V. Thalesius.*

Vitula, æ, f. Dea hilaritatis præles. *Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 2. V. vitulorum.*

Vitulla, æ, f. *v. vitella, זכאריה, Ger. Kald, Gal. genisse, Hisp. bezerra, זכאריה, זכאריה,* vacca, quæ annum primum ætatis nondum explevit: nam post primum annum juvenca dici incipit. *V. vitulus.* ¶ Aliquando tamen pro juvenca, vel vacca novella, seu viridioris ætatis accipitur. *Virg. 3. Ecl.* Ego hanc vitulam (ne forte recuses; Bis venit ad mulctram, binos alit ubere factus) Depono.

Vitularia via. De ea meminit *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 1. c. 2.*

Vitulatio, onis, f. V. Vitulor.

Vitulifcus, a, um, *di vitella, זכאריה, זכאריה,* quod ex vitulo est. *Cic. 2. de Divin. c. 24.* An tu, inquit, caruncule vitulinæ mavis, quam Imperatori veteri, credere? *Cels. lib. 5. c. 19.* Sevum vitulinum. *Plaut. Aulul. 2. 8. 5.* Caro bubula, vitulina.

Vitulor, aris, d. *v. allegariss, vivere in allegrezza, זכאריה,* lator. De hoc verbo ita *Macrob. l. 3. Saturn. c. 2.* Primo Pontifici juris libro apud *Pistorem* verbum hoc positum est *vitulari*. De cuius verbi significato *Titus* ita retulit: *Vitulari est voce letari.* Varro etiam in libro *quintodecimo rerum divinarum* ita refert, quod Pontifex in sacris quibusdam vitulari soleat, quod Græci *παιηθειν* vocant. Has tot interpretationis ambages quam paucis verbis docta eloquentia *Maronis* expressit: *Letumque choro parva cæmentes.* Nam si *vitulari* est *voce letari*, quod est *παιηθειν*, nonne in cantu læti *παιηθειν* enarratio verbi perfecta servata est? Et ut huic vocabulo diutius immoremur. *Hyllus* lib. quem de Diis composuit, ait, *Vitulam* vocari Deam, quæ lætitiæ præest. *Piso* ait, *Vitulam* victoriam nominari. Cujus rei hoc argumentum profert, quod postredie Nonas Julius re bene gesta, cum pridie Populus a Thucis in fugam versus sit, unde *Populifugia* vocantur, post victoriam certis sacrificiis fiat vitulatio: quidam nomen eius animadversum putant, quod potens sit vitæ tolerandæ. Hæcenus *Macrob.* ¶ De verbi etymo alii aliter. *Festus* enim, & *Varr. l. 6. de L. L.* deducunt a *vitulus*. At *Nonius c. 1. n. 47. a vita.* Cæterum vitulari generatim sumitur pro lætum, lubentemque esse, gaudio effertur, lubentis diffuere, esse pieno de contentere. *Nonius loc. cit.* Vitulantes Veteres gaudentes dixerunt: a bono vitæ commodo; sicuti qui nunc est in summa lætitia, vivere eum dicimus. A fert deinde auctoritatem *Nævii, Festus.* Vitulans, lætans gaudio, ut in prato vitulus. *Enn. apud Fest.* Habet is coronam vitulans victoria. *Plaut. Pers. 2. 3. 1.* Jovi apulento, inclyto, opes, spes, bonas copias commodanti lubens meri-

toque vitulor. h. e. summa cum voluptate, & gaudio gratias ago.

Vitulus, i, m. *vitello, זכאריה, Germ. kalb, Gal. veau, Hisp. bezerra, זכאריה,* foetus masculinus in bubulo genere, qui primum ætatis annum nondum explevit. Nam deinde juveneus vocari incipit. Est igitur nomen ætatis. *Var. de R. R. l. 2. cap. 5.* Primum in bubulo genere ætatis gradus dicuntur quatuor, prima vitulorum, secunda juvenconum, tertia boum novellorum, quarta vetulorum. Diferuntur in prima vitulus, & vitula, in secunda juveneus, & juvenca, in tertia, & quarta taurus, & vacca. *Ovid. 10. Met. v. 227.* Lactentes vituli. ¶ Non semper tamen dilticrimen id observatur, ut argumento est, quod etiam post partum juvenca appelletur vitula. *Virg. Ecl. 3.* Ego hanc vitulam (ne forte recuses, Bis venit ad mulctram, binos alit ubere factus) Depono. *Id. 4. Georg.* Tum vitulus bina curvas jam cornua fronte. ¶ Transfertur vituli vox etiam ad foetus eorum, elephantorum, aliorumque quadrupedum, imo etiam balænarum. *Virg. 3. Georg. de equis.* Jam vitulos hortare, viamque infiste domandi. *Plin. l. 8. c. 1. de elephantis.* Atque ita salutato sidere in sylvas revertuntur, vitulorum fatigatos præ se ferentes. *Id. l. 9. c. 6. de balenis:* Irrumpunt orca in secreta, & vitulos eorum, ac foetus, vel etiam gravidas lanciant morfu. ¶ Speciatim vero in mari hoc nomine vocatur bellua quædam corio, & pilis tecta, ex genere amphibiolorum, idest tam in terra, quam in mari vitam agentium, quæ & phoca dicitur, *vecchiomario. Plin. l. 19. c. 13.* Quæ pilo vestiuntur, animal pariunt, ut prius, balena, vitulus. Hic parit in terra pecudum more: secundas partu reddit. Initu canum modo coheret. Et parit nunquam geminis plures. Educatur mammis foetum. Non ante duodecimum diem deducit in mare, ex eo subinde assuescens. Interficiuntur difficulter, nisi capite eliso. Ipsius in somno mœjitus, undò nomen vituli. Accipiunt tamen disciplinam, voceque pariter, & visu populum salutant, incondito fremitu: nomine vocati respondent. Nul- lum animal graviore somno premitur, &c. *Hæc. Plin.*

Vitunus, & Vitunus, m. Deus apud veteres, qui credebatur vitam largiri, ut *Sentinus* sensum. *Cat. Rhod. l. 25. c. 30. & Augustin. l. 2. de Civ. Dei.*

Vituperabilis, & le, o. *v. vituperabile, זכאריה,* vituperatione dignus. *Cic. 3. de Fin. c. 12.* Quod vituperabile est per seipsum, id eo ipso vitium nominatum puto.

Vituperatio, onis, f. *biafimo, זכאריה, Ger. scheltung, Gal. blame, Hisp. vitupero, זכאריה, זכאריה,* vituperandi actus, reprehensio, cui oppositum laus, sive laudatio. *Cic. ult. l. 8. c. 18.* Nunc non modo te hoc crimine non arguo, sed ne illa quidem communi vituperatione reprehendo. *Quintil. in proam. l. 8.* His adiciebamus, demonstrativum laude, & vituperatione constare. ¶ Sumitur etiam passive, præsertim si jungatur cum verbis *venio, cedo, subeo, viso, effugio, adduco,* & similibus. Igitur *venire in vituperationem* est vituperari, & reprehensio- nis obnoxium fieri. *Cic. 6. Ver.* Ut propter eum in sermonem nominari, atque in tantam vituperationem veniret. ¶ *Essi alicui vituperationi,* est ad dedecus, & infamiam ejus pertinere. *Cic. l. 13. Fam. ep. 74.* Sed mihi ita persuadeo, eam rem laudi tibi potius, quam vituperationi fore.

Vituperator, oris, m. *ripenfore, זכאריה, Ger. scheltor, Gal. mepreifeur, Hisp. vituperador, זכאריה,* qui vituperat, qui proclivis est ad vituperandum, reprehensor. *Cic. 1. de Fin. c. 1.* Quanquam Philosphiz quidem vituperatoribus satis responsum est eo libro, quo a nobis Philosphia defensa, & collaudata est, cum esset accusata, & vituperata ab Hortensio.

Vituperium, ii, n. *visuperio, זכאריה,* vituperatio, dedecus, infamia. *Cic. 3. Fin. c. 12.* Quod enim vituperabile est per se ipsum, id eo ipso vitium nominatum puto, vel etiam a vitio dictum vituperium. Sed emendatiores codices habent *visuperari*.

Vitupero, as, a. *v. vituperare, biafimare, זכאריה, Ger. abel schelten, Gal. vituperer, Hisp. menosprecar, זכאריה,* vitio do, reprehendo, improbo, de dignitate alicujus, vel auctoritate detraho. *Auct. ad Herem. l. 2. c. 27.* Vitiosum est artem, aut scientiam, aut studium quodpiam vituperare vituper eorum vitia, qui in eo studio sunt, veluti qui Rhetoricam vituperat propter alicujus Oratoris vituperandam vitam. *Cic. pro Mur. c. 28.* Ego tum consilium, Cato, propter singulare aniqi mei de tua virtute iudicium, vituperare non audeo. ¶ Jungitur aliquando cum dativo. *Plaut. Caf. 2. 6. 58.* Cur omine mihi vituperat malo? Alii aliter leg. ¶ *Vituperare cælum* proverbialiter illi dicuntur, qui ut soli sapere videantur, ea etiam damnant, quæ ab omnibus probantur. *Phædr. l. 4. fab. 6. (al. fab. 64.)* Hoc illis dictum est, si qui nulli nauscant, Et ut putent sapere, cælum vituperant.

Vitupero, onis, m. *biafimatore, זכאריה,* vituperator, momus, in reprehensionem proclivis, a *vituperando*, ut *epulo* ab epulando, *manduco* a manducando. *Gell. l. 19. c. 7.* Lævius vituperones suos, subducti fupercillii captiores appellavit. Adde *Sidon. l. 4. ep. 22. & l. 8. ep. 1.*

Vivacitas, atis, f. *vivacitas, זכאריה, זכאריה,* naturalis vigor, ac robur, vitæ diuturnitas. *Col. l. 11. c. 3.* Multis etiam locis vivacitatem suam usque in annos decem prorogant. *Quintil. in proam. l. 6.* Hanc impiam vivacitatem novis insuper curis fatigare. ¶ Translate *Arnob. l. 5. pag. 179.* Istæ omnes huiusmodi mysteria in se continent sancta, rationesque miras atque altas, nec quas facile quisvis possit ingenii vivacitate peroscere.

Vivaciter, adverb. *con vigore, franchezza, e spirito. Fulgent. l. 1. Mystol.* Res mysticas vivaciter pertrahere. *Prudent. l. 2. adver. Symmach. v. 332.* vivacius abdita solers Quætere, & æternæ tandem invigilare salutis.

Vivarium, rii, n. *vivajo, parco, Ger. thiergarten, Gal. para vivier, Hisp. vivar, זכאריה, זכאריה,* locus, in quo feræ pascuntur, idest quadrupedes, aves, pisces, sive ad quæstum, sive ad venationem, ac voluptatem, a *vivendo*, quod ibi feræ vitæ detineantur. Quemadmodum autem a vivis teris vivaria dicta, ita & a *Varrone* leporaria vocata a leporibus, & a Scipione roboraria, quia septa et robare essent. Sed *Gallius l. 2. c. 20.* dicit, vivarium in hac acceptione vocabulum novum esse, veteres appellavisse vivaria, quæ Græci *οὐβιαιον*, idest viridaria, hortos; septa autem loca, in quibus feræ vitæ pascuntur, *N. Varronem l. 3. de re rustica* scribere, appellata fuisse leporaria, quæ tamen vox non invenitur apud ullum veterem Scriptorem; apud Scipionem, qui omnium ætatis fuz purissime locutus est, legi roboraria, hanc vocem id significare, quod nos vivaria dicimus, ita appellata esse a tabulis roboris, quibus septa esset. Cæterum ferarum vivaria habent etiam fua nomina propria. Sic loca, in quibus pisces continentur, dicuntur *pisces*, in quibus aves, *ornithones*, in quibus apes, *apiaria*, mellifones, mellaria, &c. *Plin. l. 8. c. 52.* Vivaria aprorum, cæterorumque sylvestrium, primus togati generis invenit Fulvius Hirpinus, qui in Tarquinienis feras pascere instituit. *Id. l. 9. c. 54.* Ostreorum vivaria primus Sergius Orata in Bajano invenit. *Juv. sat. 4.* Non dubitaturi fugitivum dicere piscem, depasumque diu vivaria Cæsaris. ¶ De vivario, quod Romæ pone Castrum Prætorium extra Urbis mœnia, inter portam Nomentanam, & Tibur-

tinam erat, scriptit Onuphrius Panvinius l. 2. de *Lutis Circei* c. 6. & Vivarius, a, um, adject. ut vivaria navis, quæ vivos pisces servat. *Macrob. l. 2. Saturn. c. 12.* Incredibilem scarorum multitudinem vivarius navibus huc advectam. In vetust. editionib. legebatur in *varis navibus*.

Vivatus, a, um, adject. *vivax, vegeto, vigen, vegetus, vividus. Lucr. l. 3. v. 559.* Denique corporis, atque animi vivata potestas. V. etiam *Vitreatus*.

Vivax, acis, o. g. *vivace, vigoroso, μακρής, diu vivens, longævus, vitæ diuturnioris. Virg. 2. Georg. Palladia gaudet sylvæ vivacis olivæ. Hor. l. 1. od. 36.* Ne vivax apium, neu breve lilium. *Id. l. 2. sat. 2. v. 132.* Postremo expellet certe vivacior hæres. ¶ Translate *Horat. de ar. poet. v. 69.* honos, & gratia vivax. *Ovid. 4. de Pont. eleg. 8.* vivax virtus, experge sepulchri. ¶ Ponitur etiam pro valido, vigenti, *vigoroso. Gell. l. 5. c. 2.* Bucephalus e mediis hostibus Regem vivacissimo cursu retulit. *Id. l. 9. c. 4.* Homines vivacissimæ pernicitatis.

Vive, adverb. vivide, valide. *Plaut. Epid. 2. v. 28.* Vive sapis! & placet.

Vivens, entis, o. g. *εὐκταῖος, partic. a vivo. Hor. l. 1. ep. 14. v. 10.* Rure ego viventem, tu dicis in urbe beatum. *Petron. in Satyr. Quam male est extra legem viventibus.* ¶ Translate *Stat. l. 9. Theb. v. 573.* Flumen vivens. *Ovid. 4. Fast. v. 553.* Vivens focus.

Viventani, m. 2. pop. Umbriæ, proximi Vettonensibus, qui cum Vindinatis interiere. *Plin. l. 3. c. 14.*

Viverra, æ, f. *γυρῆ, fens, animalculum exiguum ex genere mustelarum, quo venatores utuntur ad cuniculos ex antris expellendos, mistela rustica, quæ candidior est. Nam eam, quæ sub ventre rufescit, martem appellant. Plin. l. 8. c. 55. de cuniculis: Magna propter venatum eorum viverris gratia est: incipiunt eas in specus, qui sunt multiformes in terra, unde & nomen animalis, atque ita ejectos superne capiunt.*

Vivisco. V. Vivisco.

Vivicomburium, n. 2. supplicium, quo homines vivi comburantur, a vivus, & comburo. *Tertull. lib. de anima c. 1.* Sed de patibulo, & vivicomburio per omne ingenium crudelitatis exhauriat.

Vivide, adv. vigorose, valide, *vigorosamente, con ispirito. Gel. l. 7. c. 3.* Omnia distinctius, numerosiusque, ac comptius tortasse dici potuerunt, fortius, atque vividius potuisse dici non videntur.

Vividulus, a, um, adject. diminut. a vividus. *Catal. de coma Beren. arm. 65. v. 63.* Vividulo a statu. *Al. leg. vividus, h. e. aliquantum humido.*

Vividas, a, um, vivo, *vigoroso, ἰσχυρῶς, Gal. fort. viv, H. sp. vivo, y vigoroso, ζωτικός, vivus, vivens, vigen, Propert. l. 2. eleg. 21. v. 8.* Quatuor artificis vivida signa boves. Ubi signa vivida dixit, quasi vivientia, idque hyperbolice, quemadmodum Virgilius *Spirantis æsa, h. o. tanta arte confecta, ut vivere, & spirare videantur.* ¶ Sæpe usurpatur pro robusto, ac pleno vigoris. *axuōs. Virg. 5. Æn. v. 754.* Exiguu numero, sed bello vivida virtus. *Plin. in Paneg. cap. 44.* Amas constantiam civium, rectoque, ac vividos animos. *Valer. Max. l. 1. c. 1. extern. n. 1.* Spiritu vividore. ¶ Merum vividum, idem ac meratum, quod Græce ζυμῶν, hoc est, ἀσπράς, non mistum, vino *spiritoso. Martial. l. 7.* Hic scyphus est, in quo misceri iussit amicis Largius Æacides, vividiusque merum.

Vivificatio, onis, f. actus vivificandi. *Tertul. de resur. carn. cap. 28. & l. 5. advers. Marcion. c. 9.*

Vivificator, oris, m. qui vivificat. *Tertul. de resur. carn. c. 37. & l. 2. adv. Marcion. c. 9.*

Vivifico, as, a. 1. vivificare, dare spiritum, vivum facio, vitam, & vigorremque do, ζωοποιῶ. *Apul. in Asclep. Spiritus permixtus cunctis cuncta vivificat. Aven. in Atar. v. 500. de Aganippe fonte: Acreas Jonec vagargurgite valles vivificet. Corn. Gall. eleg. 5. v. 84.* Meque cupit flammis vivificare suis.

Vivificus, a, um, vivifico, vivum faciens. *Amian. l. 21. c. 1.* Vivificus vigor. *Apul. in Asclep. Quod sursum versus tertur vivificum.*

Viviparus, a, um, adject. qui vivos foetus parit, cui opponitur is, qui ovum educit. *Apul. in Apol. Diferentia natura viviparos, & oviparos.*

Viviradix, icis, f. *μυρῶμα, planta, quæ cum radice fertur, quasi vivam radicem habens, ad differentiam malleoli, & talearum. Plin. l. 17. c. 22.* In arido solo viviradix quoque frutira feritur. *Col. l. 3. c. 14.* Sationis autem duo sunt genera, malleoli, vel viviradicis, quod utrunque ab agrico lis usurpatur, & in provinciis magis malleoli. Neque enim seminarius student, nec usum habent faciendæ viviradicis. *Adde Cic. de Sen. c. 15.*

Vivisco, & vivisco, is, n. *fasti vivo, ζυμῶν, vivus fo. Plin. l. 9. c. 51.* Anguillæ atterunt se scopulis; ea strigmenta viviscunt, nec alia est eorum procreatio. *Prudent. in Apothosi. v. 907.* Rudem fecit viviscere limum. ¶ Per translationem accipitur pro invalescere, vigorem acquirere, *ingagliardirsi. Lucr. l. 4. v. 1131.* Quod cupido affixum cordi viviscit, ut ignis. Et paulo post, v. 1061. Ulcus enim viviscit, & inveterascit alendo. ¶ In omnibus fere his locis aliæ Editiones habent *vivisco, alia vivisco.*

Vivo, is, xi, tum, n. 3. *vivere, ἰσχυρῶς, Gal. vivere, Hi. vivit, vivo, in vita sum, vita, & communi spiritu fruor. Est a vivo, βίω in v converso. Usurpatur vel absolute. Cic. pro Planc. Si autem Plancius ita vixit, ut offenderet sciens neminem. Virgil. 1. Æn. v. 449.* lic nam fore bello Egregiam, & facilem victu per sæcula gentem. h. e. quæ facile per sæcula victura foret. ¶ Vel cum accusativo sum significationis. *Terent. Adelph. 5. 4.* Nam ego vitam duram quam vixi utque adhuc, prope iam excurso spatio mitto. V. Vita. Vel cum acc. aut abl. temporis. *Cic. de Sen. c. 7.* Nemo est tam senex, qui se annum non putet posse vivere. *Plin. l. 7. c. 48.* In Timoli montis cacumine, quod vocat Tempion, 150. annis vivere, Mutianus auctor est. ¶ Vel cum abl. instrumenti. *Cic. l. 13. Fam. epist. 29.* Tum studia illa nostra, quibus antea delectabamur, nunc etiam vivimus. *Hor. l. 2. ep. 1.* Vivit si quis, & pane secundo. ¶ Vel cum abl. modi. *Cic. pro Flac. Septingentos jam annos amplius unis moribus, & nunquam mutatis legibus vivunt.* ¶ Vel cum dat. commodi. *Cic. ad Octav. Quibus ille septus omnia miseret, nulli parceret, sibi viveret.* ¶ Vel cum casibus præpositionum. *Cic. 3. Fin. Ut e natura vivat. h. e. secundum naturam. Id. 3. Off. Ita qui in maxima celebritate, in oculis civium quondam vivimus: idest publicam vitam duximus, non privatam. Hor. l. 1. sat. 6.* Dum licet, in rebus jucundis vive beatas, Vive memor, quam sis ævi brevis. ¶ Vel impersonaliter. *Plaut. Perf. 1. 2. 17.* Quid agitur? T. vivitur. *Ter. Heaut. Hoc ibi fit, ubi non vere vivitur. Ovid. 12. Met. v. 188.* Nunc tertia vivitur ætas. *Hor. l. 2. od. 26.* Vivitur parvo bene. ¶ *Vivere in diem* dicuntur, quos Græci vocant *ζωοβίους*, qui quotidie parant nova cibaria, nullum habentes penum reconditum, omnemque curam ita abijcunt, ac si eo solum die victuri essent; notanturque hoc loquendi genere flagitiosos homines, & perditos, qui nullo consilio vitam degunt, divina, humanaque omnia nihil pensi habent, nullaque de re solliciti sunt. *Cic. 5. Tusc. c. 71.* Nos in diem vivimus. *Id. 2. Phil. c. 34.* Cum perditissimis latronibus non solum de die, sed etiam in diem vivere. Quod autem *Cic. dicit de die*, significat voluptuose: luxurioso itaque *de die vivere*, est genio *Tom. 11.*

indulgere, ductum a convivis, quæ de die, h. e. ante solitam cœnæ horam incipiuntur. hoc enim luxuriosiorum hominum erat, & gulæ nimis deditorum. *Manut. de die* exponit in media luce, palam, omnibus viventibus. ¶ *Vivere in horam*, idem est ac in diem vivere. *Cic. 5. Phil. c. 9.* ¶ *Ita vivam* affirmantis particula est. *Cic. l. 16. Fam. ep. 12.* Sollicitat, ita vivam, me tua, mi Tiro, vultetudo. ¶ *Ne vivam*, est particula imprecantis, pro moriar, ne sim salvus, dispercam, *postquam moriar. Cic. Att. l. 4. ep. 16.* Quid poteris, inquires, pro iis dicere? ne vivam, si scio. ¶ Interdum vivere est lætam vitam agere, & voluptatibus indulgere, *ἡδονῶν. Catul. carm. 5.* Vivamus, mea Lesbia, atque amemus. *Petron. in Sat. Ergo vivamus, dum licet, effugue bene. Cic. Q. Frat. l. 3. ep. 1.* Quod me hortaris ad laborem, tamen equidem, sed quando vivemus? quando avremo noi un' ora di bene? *Vivas, vivite*, utimur cum iis, quibus renunciamus. *Virg. Ecl. 8.* Omnia vel medium fiant mare: vivite silvæ, addio selve, io vis læticio. *Catul. carm. 11.* Cum suis vivat, valeatque mœchis, *sen vada.* ¶ *Vivere cum aliquo*, honesta locutione dicitur mulier, quæ cum aliquo turpem habet consuetudinem. *Nep. in Alcib. c. 10.* Mulier, quæ cum eo vivere consueverat. ¶ Est etiam interdum cum aliquo esse parvo aliquo tempore. *Cic. l. 14. ad Attic. ep. 20. ad fin.* Cum Panfa vixi in Pompejano. Is plane mihi probabat, se bene sentire, & cupere pacem. ¶ *Vixit*, dicebant veteres de eo, qui mortuus esset, eoque verbo libenter utebantur, ut ominosa mortis, & mortendi verba evitarent. Itaque *Plaut. in Cic. narrat*, Ciceronem, cum renunciaisset Senatui, necatos esse principes conjurationis, ea voce usum fuisse, *vixerunt*: quo spectat & illud *Plauti Bœceb. l. 2. 43.* Vixisse nimium plus fatius est jam, quam vivere. h. e. fatius est mortuum esse. Et *Moffel. 4. 3. 9.* Unum vidi mortuum effertor toras: modo eum vixisse aiebant. Translate vivere dicuntur ea omnia, quæ quomodocunque extant, durant, aut sunt. *Stat. l. 12. Theb. odia improba vivunt. Virg. 3. Georg. Vitium alitur, vivitque tegendo. Cic. pro Sext. Vivit exemplum defendendæ Reipublicæ. Vixit pro vixisset. Est *Virgilius Æn. 11. v. 118.**

Vivus, a, um, vivo, ἰσχυρῶς, Gal. viv, H. sp. vivo, ζωός, vita præditus, animatus, spirans. *Cic. pro Quinct. c. 15.* Is non modo ex numero virorum exturbatur, sed, si fieri potest, infra etiam mortuos amandatur. *Id. Att. l. 4. ep. 15.* Cato tamen affirmat, se vivo, illum non triumphare. *Id. pro Quinct. c. 15.* Vivus, videntque. V. Videns. ¶ *Viva* sepes dicitur, quæ non palis contextitur, sed constat rubis in eo loco natis, vel insitis, virentibus, non præcisis. *Col. l. 11. c. 3.* Vetusissimi Austores vivam spem structibus præterulerunt, quia non solum minore impensam desideraret, verum etiam diuturnior inmensis temporibus permaneret. ¶ *Ad vivum refecare*, est utique ad cutem. *Col. l. 6. c. 12.* Si sanguis in inferiore parte unguis est, extrema pars ipsius unguis ad vivum refecatur, & ita emittitur. ¶ Sumitur etiam translate pro rem exactius, & accuratius excutere, seu examinare, *sumpta Metaphora a tonforibus capillos, aut unguis refecantibus, qui sæpe molesti sunt, dum nimium diligenter esse student. Cic. de Anic. c. 5.* Nec id ad vivum refeco, ut si, qui hæc subtilius differunt. ¶ *De vivo aliquid detrachere, vel refecare*, est de ipso rei corpore. h. e. de summa, non de lucro, *dat capitale. Cic. pro Flac. c. 37.* Dat de lucro, nihil detrahit de vivo; minus igitur lucri facit. *Id. 5. Ver. c. 50.* De vivo igitur erat aliquid refecandum, ut esset, unde Apronio ad illos fructus arationum hoc corollarium nummorum adderetur. ¶ Quandoque fimitur pro naturali, & non artificiali. *Var. l. 1. de R. R. c. 11.* Si omnino aqua non est viva, cisternæ faciendæ sub tectis, & lacus sub dio, ex altero loco ut homines, ex altero ut pecus uti possit. h. e. naturalis, & ex eo loco nata. *Virg. 2. Georg. Speluncæ, vivique lacus, & frigida Tempe. Id. 1. Æn. Intus atque dulces, vivoque sedilia saxo.* ¶ Quandoque pro valido, vehementi, quod vim aliquam habet. *Virg. 1. Æn. Paullaim abolere Sæchæum Incipit, & tentat vivo prævertere amore.* ¶ *Lapis vivus, τρυφῆς*, est lapis ex omni pyritarum genere ponderosissimus, ex quo ignis excutitur. *Plin. l. 6. c. 19.* Pyritarum etiamnum aliqui genus unum faciunt plurimum habens ignis, quos vivos appellamus, & ponderosissimi sunt. ¶ *Vivæ lucernæ* h. e. ardentes. *Horat. l. 3. od. 21.*

Vix, adverb. *appena, difficiliter, Ger. kaum, Gal. 1. peine, H. sp. a penas, μόγης, μόλις, χαλῶς, difficile, difficulter, ægre. Cic. 2. de nat. Deor. Aut vix, aut nullo modo corrumpitur. Id. l. 9. Fam. ep. 8.* Mihi vero cum his ipsis vix, his autem detractis, ne vix quidem. *Liv. l. 34. c. 20.* Vix clamorem eorum, nedum impetum Sueffanis tulere. *African. l. tusor. ff. ad S. C. Velle.* Quando vix fit, ut aliqua apud eundem pro eo ipso interfecisse intelligi possit. ¶ Aliquando refertur ad tempus, pro vix dum. *Virg. 1. Æn. Vixæ conspectu Siculæ telluris in altum Vela dabant læti.* ¶ *Vix dum*, est vix adhuc. *Cic. l. 12. Fam. ep. 4.* Quod tibi tam scito succederet, quam tu vix dum triginta dies in Syria fuisses. ¶ *Vix tandem*, est post multum tempus. *Cic. l. 3. Fam. ep. 9.* Vix tandem legi literas dignas Appio Claudio, plenas humanitatis, officii, diligentię. ¶ *Vix saltem* idem fere est quod vix, aliquam modo vim addens. *Quintil. l. 6. c. 5.* Illud vix saltem præcipiendum videtur. Simile est huic illud *Plaut. Pæn. 1. 2. 27.* Vix ægre amatorculos invenimus. Alii leg. vix, ægreque, sed utroque modo pleonasmus est, quamquam non inægens.

Vixet, per Synocem pro vixisset dixit *Virg. 1. Æn.*

U A N T E L.

Ulcerastra, herba eadem quæ marrubium. *Apul. de herb. c. 45.*

Ulcerastris, onis, f. *l' impiagare, ἰσχυρῶς, ἰσχυρῶς, actus ulcerandi. Celf. l. 5. c. 28.* Myrmecia latissimis radicibus inhaerent, ideoque us excidii quidem sine ulceratione magna possunt. ¶ Item ipsum ulcus, *piaga. Senec. de constant. Sapien. c. 6.* Dolores, damna, ulcerationes. *Plin. l. 34. c. 11.* Oris ulceratio.

Ulcerastris, a, um, *impiagato. Cic. de Fat. c. 16.* Nondum enim ulcerato serpentis morfu Philoëteta, quæ causa in rerum natura continetur, fore, ut is in insula Lemno inqueretur?

Ulcero, as, a. 1. *impiagare, ἰσχυρῶς, Gal. ulcerer, H. sp. ulcereray, ἰσχυρῶς, ulcerosum facio. Horat. l. 1. sat. 6. v. 106.* Mantica cui lumbos onere ulceret, atque equos armos. *Plin. l. 18. c. 9.* Item equarum (sanguis) præterquam virginum erodit, emarginat, ulcerat.

Ulcerosus, a, um, adject. *ulceroso, ἰσχυρῶς, ulceribus plenus. Tac. Ann. 4. c. 57.* Ulcerosa facies, ac plerumque medicaminibus interfecta. ¶ Translate dicitur etiam de arboribus. *Plin. l. 17. c. 14.* Ante omnia gemmantes nitere conveniet, nihii usquam ulcerosum esse, aut retorridum. ¶ Per translationem quoque accipitur pro pleno perturbacionibus. *Horat. l. 1. od. 25.* Cum tibi hagrans amor, & libido, Quæ solet matres furiare equorum, & sæviet circa jecur ulcerosum non sine quæstia.

Ulcifico, V. in sequenti dictione.

Ulciflor, eris, ultus sum, d. 3. *venticare, vendicari, far vendetta, ἰσχυρῶς, Ger. ruchen, Gal. venger, H. sp. vengar, ἰσχυρῶς, πωπιῶν, vindico, punio, animadverto in aliquem. Usurpatur cum accus. personæ. Cic. Att. l. 9. ep. 14.* Odi hominem, & odeo. Uti nam ulciflori possem. Sed illum

illum ulciferent mores sui. *Id. ad Brut. epist. 3.* Quos quidem ego omnibus sententiis ulcifer, & persequor omnibus bonis approbantibus. *Id. pro Sex. Rosc. c. 24.* Patris ulciferis causa supplicium de matre fovere. ¶ Vel cum acc. rei. *Cic. pro Rab. c. 5.* Tu ulciferis patrii mortem, atque ille persequeret fratris tui? *Id. 3. Ver. Putavit, non oportere esse ne in ulciferanda quidem injuria cuiquam occidendi hominis potestatem.* ¶ Vel etiam cum abl. & præp. 2, vel ab. *Plin. l. 34. c. 14.* A ferro tangens humanis fe ulciferur. ¶ Vel cum abl. & præpof. *pro. Teren. Eun. 5. 4.* Ego pol te pro istis dictis, & factis, scelus ulcifer. ¶ Vel cum abl. modii. *Cic. 2. de Invent. c. 27.* Deinde hoc si constitutum sit, ut peccata homines peccatis, & injurias injuriis ulciferantur, quantum incommodorum consequatur. ¶ Vel cum abl. instrumenti. *Ovid. 7. Metam. Androgeique necem justis ulciferur armis.* ¶ *Ulcum ire* supinum pro ulcisci. *Sallust. in Jugur. c. 68.* Cum maxima cura ultum ire injurias fessinat. *Tac. 4. Ann. c. 73.* Neque dux Romanus ultum iit. ¶ Reperitur & ulcisco, is, activa positione. *Enn. apud Non. c. 4. n. 155.* Nisi patrem materno sanguine exanilando ulciferem. ¶ Hinc passive *Sallust. in Jug. c. 34.* Quidquid sine sanguine civium ulcisci nequitur.

Ulcus, eris, n. *ulcera, ulcere, piaga, פצע, פצע.* Ger. *ulcer, Gal. ulcere,* His. *Ulcus, פצע,* sanies intra cutem latitans, & tumescens. Differt a vulnere, quia vulnus est hians, patenque apertura aliquo ictu facta. *Virg. 9. Georg. v. 454.* Non tamen ulla magis præfrens fortuna laborum est. Quam si quis læro potuit rescindere summum Ulcus os. ¶ Sæpe translatè sumitur. *Cic. pro Dom. Quid, si utrunque fuit, & ut tames stimolante homines, & tu in hoc ulcere tanquam unguis existeres?* *Marzial. l. 1. epigr. 62.* Pulchrior est Chione, sed Phlogis ulcus habet. h. e. Venus sensum, artemque, pruriginem. ¶ *Ulcus tangere,* proverbiali Metaphora dicitur pro eo, quod est movere dolorem, & rei aliquid, quæ nos magno opere urat, mentionem facere. *Ter. Phorm. 4. 9.* Quid minus utile fuit, quam hoc ulcus tangere, Aut nominare uxorem? *Cic. 2. de nat. Deor. c. 37.* Quæquid horum attigeris, ulcus est: ita male infuita ratio exitum reperire non potest. h. e. quidquid horum dixeris, absurdum est. **Ulcusculum, i, n. piaguicula, פצעית, exiguus ulcus.** *Plin. l. 28. c. 19.* Lien vituli in vino decoctus, tritusque, & illitus ulcuscula oris. Subaudi, *sanas.* Adde *Cels. l. 5. c. 28. & Senec. epist. 72.*

Ulex, icis, m. frutex rotamirino similis, sed alperior, qui retinendi auri gratia sterni solet in fossis, canalibusque ad id fieri solitis. *Plin. l. 33. cap. 4.* Ulex succatus uritur, & cinis ejus lavatur substrato cespite herbofo, ut sidat aurum. Vicena millia pondus ad hunc modum annis singulis Asturiam, atque Gallaciam, & Lusitaniam præstare quidam tradiderunt, ita ut plurimum Asturia gignat. Neque in alia parte terrarum tot sæculis hæc fertilitas.

Uliginosus, a, um, o. 1. 2. *uliginoso, umido, למחמד, uligine plenus, humidus. Vetus quidam Grammas. apud Rigalt. pag. 299.* Scribit argum uliginosum dici eum, qui semper humidus est, humidum autem, qui ficcari aliquando possit. *Var. l. 4. de L. L. Ager uliginosus, humidissimus. Plin. l. 17. c. 5.* Uliginosa terra. *Colum. lib. 2. c. 4.* Uliginosos campos profcindere.

Uligo, inis, f. *uligint, umore, לרר, Ger. naturliche feuchtigkeit derenden, Gal. moiffeur, Hisp. humedad de la tierra, למד, terræ humor naturalis, ex ea nunquam recedens, ut ait Servius in 2. Georg. Varro. l. 2. R. R. c. 2.* Solum oportet esse eruderatum, & proclivium, ut everri facile possit, ac fieri purum. Non enim solum ea uligo lanam corumpit ovium, sed etiam unguas scabras fieri cogit. *Virg. 2. Georg. v. 184.* At quæ pinguis homus, dulcique uligine læta. *Sil. lib. 8. v. 380.* Et quos pestifera Pontini uligine campi.

Ulixes, m. 3. idem ac Ulysses, ut est in quibusdam veteribus libris, quomodo ab Αἰχμησος dixerit etiam *Aegyptus, a στόμα, σίπο, a σπιγο frigo. Voss. in Etymol. in voce Sipse.*

Ullo, ultus fuero, perdidit, futurum subjunctivi ab obsoleto *ulloo, vel ulloco, per Syncope. Accius apud Non. c. 2. n. 894.* Qui nisi genitorem ullo, nullum meis dat finem miseris. Alii leg. *ulso,* quod majorem sane habet analogiam ad particip. *ultus fuero.*

Ullus, a, um, *alcuno, Ger. einiger, Gal. aucun, Hisp. alguno, ու, idem quod aliquis, sed in modo usurpandi ab eo differens: non enim eo utimur affirmative, neque dicimus, Sunt ulli, qui studia amplectantur, sicut Sunt aliqui; sed vel negative, ut Non est ullus, qui publica commoda privatis rationibus præferat, vel interrogative, ut Est ne ullus, qui legum meo solutus ab injuria temperet? vel infinite, ut Nescio, an ullus sit, qui non maiorem opibus, quam virtutis honorem deserat, vel subjunctive, seu conditionate, ut Si ullus me vocabit, statim veniam. *Cic. 2. Phil. Omnino ullius rei nemo fuit eraptor, cui defuerit hic venditor. Id. 6. Verr. Nullum, inquam, horum reliquit, neque aliud ullum tamen, præter unum pervetus ligneum. Id. Verr. 4. c. 24.* Debebat ullum nummum nemini. *Id. Verr. 7. cap. 3.* Sine ulla facultate navium. *Ter. Hecyr. 4. 102.* Si ullo modo est, ut possit. ¶ Aliquando tamen usurpatur affirmative, eodem modo, quo aliquis. *Virg. 3. Georg. v. 428. de angue Calabro: Qui, dum argues ulli rumpuntur fontibus, & dum Vere madent udo terræ, ac pluvialibus Austris, Stagna colit, & ripisque habitat &c. Quintil. declam. 5.* Obijcit mihi, quod ullum de liberis meis potuerim læcere discrimen. ¶ Ponitur interdum pro alteruter. *Cic. Verr. 7. c. 3.* Durum hoc fortasse videatur; neque ego ullam in partem disputo. ¶ *Ullus* in genitivo penultimam apud Poetas habet communem. *Virgil. 11. Æn. v. 354.* nec te ullius violentia vincat. *Horat. l. 1. epist. 18. v. 37.* Arcanum neque tu scrutaberis ullius unquam. ¶ *Ulli* pro *ullius.* *Plaut. Trucul. 2. 2. 38.* Quali vero corpori reliqueris tu potestatem coloris ulli capienti.*

Ulmartum, ii, n. *ulmar, ulmorum* ferinarium, loco ulmis confitus. *Plin. l. 18. c. 11.* Differendæ ex arearum venis post annum in ulmaria, intervallo pedali in unanquamque partem.

Ulmæus, a, um, *di ulmo, פלמון, quod ex ulmo est. Col. l. 6. c. 3.* Probarique maxime ulmea frons. *Plaut. Epid. 5. 1. 20.* Quem Apelles Zeuxifque duo pingent pigmentis ulmeis. h. e. virgis ex ulmo cædent. *Id. Afsnar. 2. 2. 95.* Interminatus est nos futuros ulmeos, nisi &c. *V. Ulmus.*

Ulmistriba, æ, com. g. *פלאסטרבוס, αμστρίβος, qui assidue ulmeis virgibus cæditur, quasi ulmi attritor. Plaut. in Perf. 2. 4. 7.* Nescio, inquam ulmistriba tu.

Ulmus, mi, f. *ulmo, Ger. vimenbaum, Gall. orme, Hisp. olmo, פלמון, arbor propter raritatem foliorum maritandis vitibus maxime idonea. Virg. 4. Georg. Quo sidere terram Vertere, Mecrænas, ulmisque adjungere vites Conveniat. Juvenal. sat. 8. v. 78.* Stratus humi palmes viduas desiderat ulmos. h. e. vite carentes, quas fulciat. ¶ Ex ulmo fere erant virgæ, quibus servi cædebantur. *Plaut. Amph. 4. 2. 9.* Verbero, etiam quis ego sim, me rogitas? ulmorum Acheruus! h. e. in cuius tergo ulmeæ virgæ quasi moriuntur; vel, cuius tergom ulmeas virgas vorat, ut Acheron animas. His adde & illa ejusdem Plauti passim, *ulmistriba, ulmei styli, ulmea pigmenta, virgidemia ulmea,* quæ omnia ostendunt, ulmeis bacillis servos cædi, morem fuisse.

Ulna, æ, f. *braccio, gomito, כרף, Ger. derarm, Gal. aune, Hisp. ana,*

*vara, זרע, eubitus, brachium; item quantum spatii utraque manus extensa complectitur. Ulna enim bitariam sumitur. Interdum sumitur pro cubito; unde exponitur πῦγος. Interdum pro extensione utriusque manus; unde Glossæ, ὄργυρα, ulna. Nam ὄργυρα ἴσται ἀμφοτέρων χειρῶν ἰσπερς, ut Hesychius ait, idest ambarum manuum extensio. Serr. ad illud Ecl. 3. Dic, quibus in terris (& eris mihi magnus Apollo) Tres pateat cæli spatium non amplius ulnas: Ulna, inquit, proprie est spatium, in quantum utraque extenditur manus. Dicta ulna ἀπὸ τῶν ὤμων, hoc est a brachiis. Unde & ἀρκαίος ἴπυ dicitur, licet Suetonius ulnam cubitum velit esse tantummodo. *Id. ad illud 3. Georg. Septemque assurgit in ulnas, Ulna, inquit, secundum alios utriusque manus extensio est, secundum alios cubitus: quod magis verum est, quia Græce ὤμων dicitur cubitus. Pro cubito, seu brachio. Plin. l. 11. c. 43.* Terrestrium uni homini juguli, humeri, cæteris armis, uni ulnæ. *Cassull. epigr. 17.* Nec sapit pueri instar Bimuli, tremula patris dormientis in ulna. *Ovid. 7. Met. v. 847.* Ulnis mollibus attollere alicui. ¶ Pro mensura. *Hor. Epod. 4.* Vides ne, sacram metiente te viam Cum bis ter ulnarum toga, &c.? *Plin. l. 16. c. 40.* Arboris ejus crassitudo quatuor hominum ulnas complectentium implebat.*

Ulophònum, n. 2. *ἀλόφονον, genus herbæ, chamæleontis species, ita dictum, quasi ἄλον φρονέω, hoc est totum exitale. Fertur enim a juvenicis gustatum, veluti angina quadam eos interficere. Plerique etiam vocant, ab ἔξω, viscum, quod quibusdam in locis viscum gignat sub alis foliorum, maxime sub Canis exortum, quo mulieres in Græta præ masticæ utuntur. Plin. l. 22. c. 18.*

Ulpianus, m. Jurisconsultus, patria Tyrius. Floruit Hadriani temporibus, cujus scrinis præfuit. Cum Gallias administraret, seditione oborta interfectus est. Scriptis multa ad jus pertinentia, quæ passim in libris Pandectarum inserta sunt.

Ulpicum, i, *upiglio, ἀρρακάρδορον, genus alii grandius, præcipue in Africa inter pulmentaria ruris, unde & Punicum allium a quibusdam appellatur. Plaut. Pæn. 5. 5. 35.* Aman' tu tamen plenior alii ulpici, quam sint Romani remiges? *Col. l. 11. c. 3.* Ulpicum, quod quidam allium Punicum vocant, Græci autem ἀρρακάρδορον appellant, longe majoris est incrementi, quam allium, &c.

Uls, oltre, *πίρα, idem ac ultra, apud veteres. Prius fuit ulsis, unde ultra, ut eis a citis, unde citra. Fest. Uls Cato pro ultra posuit. Pompon. l. 1. ff. tit. 2. l. 2.* Quinqueviri constituti sunt cis Tyberim, & uls Tyberim, qui possent pro Magistratibusungi. Alii leg. *ulsi Tyberim.*

Ulter, a, um, adject. qui est ultra aliquem locum: *Salmast. in exercit. Plija. pag. 721.* conatur hanc vocem intrudere in *Plin. & Apulej.* sed utroque loco alii aliter. ¶ In usu tamen est ejus comparativum.

Ulterior, us, o. 3. *ulterior, cbi ὀ διὰ, προωπίος, ὀ πίρα, compar. ab antiquo ulter, vel ulterius, quod ab ultra. Ter. Phorm. 4. 2. 10.* Sed eccum ipsum, quis est ulterior? *Cic. de Prov. Conf. c. 15.* Quorum alter ulteriores Galliam decernit cum Syria, alter citiorem. h. e. Transalpinam. *V. Gallia. Velley. l. 2. c. 107.* Ulterior ripa. *Tacit. 4. hist. c. 77.* Mosellæ pons, qui ulteriores colonias annectit, *la passe di là. Id. de Germ. c. 17.* Proximi ripæ negligenter, ulteriores exquisitius, *quei, cbe abranopi in là. Id. 4. hist. c. 8.* Ulteriora mirari, præsentia sequi, *la case passate.*

Ulterior, *pud alere, ἑτάκων, περιπίρο, adv. compar. ab ultra. Ovid. 2. Met. v. 875.* Inde abit ulterius, mediæque per æquora ponti Fere prædam. *Id. 6. Met. Quotiesque rogabat Ulterius julto, Progenem ita velle ferebat, h. e. præter honestatem, supra quam honestum foret. Sen. ep. 103.* Et ulterius si licuisset, juvabit de immortalitate animorum quærere, imo credere.

Ultime, adverb. *afremamente. Apulej. l. 1. Met. Tandem evado, & utpote ultime affectus, ad quandam cauponam devorto. vidioso ali' estrema miseria. 13. l. 10.* Nudam flagris ultime verberat. h. e. ad extremum pene supplicium. *ἄρχατος μαρτυρο.*

Ultimo, adv. *ultimamente, ἄρχατος, postremo, ad extremum, denique. Suet. in Ner. c. 32.* Ultimo temporis compluribus dona detraxit, simulacraque ex auro, vel argento fabricata conflavit.

Ultimo, as, n. 1. in ultima parte sum, ad extremum perveni. *Tertull. de Pall. c. 1.* Cum ultimare tempora Patriæ.

Ultimum, adverb. *l'ultima volta, ὀ ἄρχατος, postremum. Liv. l. 1. c. 29.* Nunc erabundat domos suas ultimum illas visuri pervagantur. *Curt. l. 5. c. 12.* Darius Artabazum ultimum illum visurus amplectitur.

Ultimus, a, um, *ulmo, אחרון, Ger. derletz, Gal. dernier, Hisp. poßtero, ὀστατος, ἄρχατος, postremus, extremus, summus, ad inusitatum ulter, vel ultimus, quod ab ultra. Cic. 2. de nat. Deor. Luna, quæ omnium ultima est. Id. 2. de Div. Cælium ipsum, quod extremum, atque ultimum muandi est. Ter. Phorm. 1. 4. 38.* Senex, quem video in ultima platea. h. e. in ultima plateæ parte. *Id. l. 30. c. 30.* Non in ultimis laudum hoc tibi fuerit. h. e. in infima laude. *Velley. l. 1. c. 11. de Pseudophilippo.* Qui se regis stirpis ferebat, cum esset ultime. h. e. vilißimæ. *Curt. l. 5. c. 12.* Ultimum scelus. h. e. maxime detestabile. *Apulej. l. 9. Met. Ultima illa piloris uxor. h. e. deterima. Justin. l. 24. c. 2.* Inauditus, ultimique execrationibus aliquid adjuvare. *co' pud obbliganti scogivari.* ¶ Dicitur vero non solum respectu finis, sed etiam respectu principii. Igitur accipitur etiam pro primo. *Virg. Æn. 7. v. 49. de Saturno primo Lazini Regis progenitor: Tu sanguinis ultimus auctor. Cic. 1. de Fin. Quod quam magnum sit, sicæ veterum fabulæ declarant, in quibus tam multis, tamque variis ab ultima antiquitate repetitis tria vix amicorum paria inveniuntur. Id. pro Arch. c. 1.* Ab ultima pueritia. *Liv. l. 40. c. 6.* Ultima origo. *Auf. ad Her. l. 1.* Si non ab ultimo initio repetere volumus. *Ser. in Ætina, v. 17.* Ultima quis tacuit juvenum certamina Colchos? ¶ Usurpatur etiam substantive, ut cætera adjectiva. *Cels. l. 7. c. 7.* Igitur ibi ultima experiri statutum est. idest ultima remedia. *Curt. l. 3. c. 1.* Ultima Orientis subigere. h. e. extremas regiones. *Aurel. Viti. de Caf. c. 40.* Ultima vitæ agere. h. e. morti proximum esse.

Ultio, onis, f. *vendetta, ἑδωκασ, τιμωρία, actus ulciscendi. Plin. l. 11. c. 28.* Illis etiam ultionis causa datum est. *Tac. l. 2. Ann. c. 13.* Simul perdidit, & ruptores pacis ultioni, & gloriæ macandos. *Id. 13. Ann. c. 21.* Ultionem in aliquem obtinere.

Ultis, V. Uls.

Ultio, V. Uls.

Ultor, oris, m. *vendicatore, τιμωρ, ἑδωκας, qui injuriam illatam ulciscitur. Cic. pro Syll. c. 30.* Ego ille conjunctionis investigator, atque ultor certe non detenderem Syllam, si conjurasse arbitrator. *Virg. 4. Æn. Exoriare aliquis nostis ex oßibus ultor. Silius l. 2. v. 495.* Statque dies ausis olim tam tristibus ultor.

Ultorius, a, um, adject. ad ulciscendum pertinens. *Tertullian. lib. 2. adv. Marc. c. 24.* Deus immittit mala non peccatoriæ, sed ultioræ. *Utra, oltre, alra, di là, ותר, Ger. daruber, Gal. outre, Hisp. allende, πίρα, وراء, ἄρρη, ὑπερ, ἑδωκασ, præter, trans, præp. ex iis, quæ accusativo servantur, videturque esse ab uls, ut cetera a eis. Cic. Att. l. 12. ep. 27.* Ultra Silanam viliam est, quam puto tibi nocam esse. *Id. 4. Tufc.*

e. 17. Sed adhibent modum quemdam, quem ultra progredi non oporteat. Flor. l. 2. c. 7. Ultra jus victoriæ sævire, *più di quello, che la vittoria permette*. Id. *ibid.* Vulnere ingentibus pilis, nec minoribus adacta gladius ultra mortem patebant, *più ancora di quello, che bastava per dar morte*. Vellei. l. 2. c. 118. Ultra barbarum promptum ingenio. h. e. supra barbari indolem. Id. *ibid.* c. 88. Otio ac mollitibus pene ultra fœminam fluens. h. e. plus quam fœmina. Alii leg. *ultra famam*. h. e. plus quam fama prædicaret, aut homines crederent. ¶ Est etiam adverbium, cum sine causa ponitur, idem significans, quod præterea, vel amplius, *oltre a ciò, di più, d'avvantaggio*. Cic. de Univ. c. 3. Ut, si probabilita dicentur, nil ultra requiratur. Idem l. 1. de Invent. c. 49. Remotum est, quod ultra, quam satis est, petitur. Liv. l. 2. c. 19. Non ultra dilatum bellum est. Rursus Cic. Attic. l. 15. ep. 1. Oratio scripta elegantissime, ut nihil possit ultra. Sueton. in August. c. 67. Cœsum servum gravissime de se opinantem non ultra quam compedibus coercuit. *non gli fece altro, che metterlo in ceppi*.

Ultramundanus, a, um, adject. qui ultra mundum est. Apulei. l. 1. de dogm. Plat. Deus ille summus, ultramundanus.

Ultratus, a, um, adject. ultra positus, ulterior, ut ultrata regio, Hygin. de limis. pag. 156.

Ultrix, icis, f. *vendicatrice, ἀντίστα, πικρική*, quæ ulciscitur. Cic. pro Domo, c. 45. Hæc ultrix afflicta civitatis, Reipublicæ spoliis ornabitur? ¶ Ursurpatur etiam adjective, & in plurali num. habet ultricia in neutro genere, quemadmodum *ultrix* habet *ultricia*. Virg. 4. Æn. v. 473. Ultricæque sedent in limine Diræ. Sil. l. 2. v. 423. Ultricia bella.

Ultrō, adv. spontaneam, *ἑκόντι, ἐκ προαιρέσεως*, sponte, nemine rogante, aut cogente. Virg. 5. Æn. Entellus vires in ventum effudit, & ultrō ipse graviter, graviterque ad terram pondere vasto Concidit. idest nullo impellente, ut *Donatus* interpretatur. Cic. l. 4. Fam. ep. 13. Nec mihi quicquam tali tempore in mentem venit optare, quod non ultrō mihi Cæsar detulerit. ¶ Interdum significat prius. Ter. Adelph. 4. 3. Nisi si me in illo credidisti esse hominum numero, qui ita putant, Sibi fieri injuriam, si quam fecere ipsi, ultrō exposulant. Et ultrō accusant. h. e. ipsi priores accusant, non expectata querela eorum, qui injuria sunt affecti. Aliqui explicant, perverse, vice versa. Id. Phorm. 2. 3. 13. O audaciam! etiam me ultrō accusatum advenit. ¶ Interdum imo, vel e contrario. Cic. pro Quir. c. 23. Sextus Nævius, qui cum ipse ultro deberet, cupidissime contenderet &c. Plaut. Aulul. 3. 5. 55. Ubi disputata est ratio cum argentario, etiam plus ipsius ultro debet argentario. ¶ Interdum procul. Plaut. Amph. 1. 1. 164. Ultrō istunc, qui exoffat homines. Id. Captiv. 3. 4. 19. Ultrō istum a me. ¶ Interdum insuper, ultra, præterea. Virg. 2. Æn. v. 145. His lacrymis vitam damus, & miserelcimus ultro. Ita Serv. exponit. Ter. Eun. 5. 2. 21. Etiam ultro derisum advenit. Cic. pro Flacc. c. 19. Cum pro frumento pecuniam accepisset, celavit cives suos, ultrōque iis sumptum intulit. ¶ Ultrō, citroque, *di là, e di qua*, V. Citro.

Ultrō tributum, & duabus conjunctis vocibus Ultrōtributum, n. sumptus est operum publicorum, *εργασια*: ita autem appellatur, quia qui opera publica faciendi, vel rescindendi redimebant, de pecunia sua impensas omnes faciebant, ut re concessa, id ipsi ex ærario solverent, in quod locatione convenerant. Differt a vectigali, quia qui vectigal conducebat, pecuniam prius colligebat, deinde vero ærario interebat, qui vero ultrōtributa, prius pecuniam ultro erogabat, deinde ex ærario, quod sibi debebatur, accipiebat. Liv. l. 39. c. 44. Censores vectigalia summis pretiis, ultro tributa infimis locaverunt. Id. l. 43. c. 16. Quæ vectigalia, ultro tributa C. Claudius, & T. Sempronius locaverunt. ¶ Translate *Senec. l. 4. de benef. c. 1.* Virtus sæpius in ultrōtributis est. h. e. cum duo sint actus virtutis, v. gr. liberalitatis, impendere, & accipere, sæpius est in impendendo, quam in accipiendo; ideoque similior est ultrōtributis, quam vectigalibus.

Ultroneus, a, um, *spontaneo, ἑκόντι, ἐκόν*, spontaneus, voluntarius. Sen. l. 2. Nat. Quæst. c. 59. Quid interest ad mortem, jussi eam, an ultronei?

Ultus, a, um, particip. ab ulciscor, *εβι s'è vendicatio*. Sallust. in Castil. c. 33. Ulti sanguinem nostrum. V. Ulterior.

Ulva, æ, f. *alga, alga*, herba palustris, quæ in fluvio, ac palude nascitur, ut *alga*, quæ in mari. Virg. 2. Æn. v. 135. Limosque lacu per noctem obsecrus in ulva Delitui. Id. l. 6. v. 417. Tandem trans fluvium incolumes vatemque, virumque infirmi limo, glaucaeque exponit in ulva.

Ulubræ, arum, f. opp. exc. seu pagus desertus Latii, apud Velitras urb. ubi Octavianus Augustus Imp. educatus fuit, teste *Plin. l. 3. e. 5. Hor. l. 1. ep. 2.* Est Ulubris, animus si te non deficit æquus. *Juvenal. sat. 10. v. 102.* Vasa minora Frangere pannosus vacuis Ædilis Ulubris.

Ulubrænis, a, um, adject. ad Ulubras pertinens, ut Ulubrænis populus. Cic. Fam. 7. ep. 12.

Ulubrensis, se, adject. ab Ulubris. Apud *Plin. l. 3. c. 4.* Ulubrenses sunt Ulubratum incolæ.

Ulucus. V. Alucus

Ulula, æ, f. *aloca, Ger. eul, Gal. cheueche, Hisp. antillo, ὄλαλυών, αὐλαῖον*, avis nocturna ex genere noctuarum, ab *ululando*, uti Græci ei nomen ab *ὄλαλυών*. Virg. 8. Ecl. Centert & cygnis ululæ, sit Tityrus Orpheus. *Plin. l. 10. c. 12.* Uncos unguis & nocturnæ aves habent, ut noctuæ, bubo, ululæ.

Ululabilis, le, adject. ululans, ululatu plenus; ut ululabilis plangor, apud *Apul. l. 4. Mæcam*. Ululabilis clamor, apud *Ammon. l. 24. c. 2.*

Ululâmen, inis, n. idem quod ululatus. *Prudent. in hymn. exsequiar. v. 114.* Turba clangens ululamina miscet.

Ululans, antis, o. g. *ὄλαλυών, part. ab ululo*. Cic. in Or. c. 6. Cum vero iacinated, ululante voce, more Asiatico, canere cœpisset, quis eum ferret? *Virg. l. Georg. v. 486.* Ululantes lupi. *Sil. l. 6. v. 563.* Ululante dolore.

Ululatus, us, m. *ululatio, ullo, ὄλαλυμός, ὄλαλυή*, actus ululandi, clamor clarus, sed inconditus. *Cæsi. 5. bell. Gall. c. 37.* Tum vero suo more victoriam conclamant, atque ululatum tollunt. *Virgil. 4. Æn. v. 667.* Lamentis, gemituque, & fœmineo ululatu Tecla fremunt. *Ovid. Metam. 3. v. 528.* Liber abest, festique fremunt ululatis agri.

Ululatus, a, um, particip. ululatus conclamatus. *Stat. l. 9. Theb. v. 726.* Tu dulces litus, ululataque prelia gaudes. *Virgil. 4. Æn. v. 609.* Nocturnusque Hecate trivius ululata per urbes, h. e. ululantibus invocata. *Rursus Stat. l. 1. silv. 3. v. 85.* Jura Circes Dulichiis ululata lupis. h. e. ululatis completa. Sic *Claudian. de IV. Conf. Honor. v. 139.* Ululata verendis aula puerperis.

Ululo, as, n. 1. *ululare, ὄλαλυέω, ἄβηλεμ, & mœstum sonum edo*, proprium luporum, & canum, teste *Servio*, a verbo Græcæ allato, vel ab *ἄλαλυό*, latro. *Virg. 6. Æn. v. 257.* Viscæ canes ululare per umbram. ¶ Transfertur & ad alia. *Virg. 2. Æn. v. 488.* Penitusque cavæ plangoribus ædes Fœmiciis ululant. *Id. l. 4.* Summoque ululant vertice Nymphæ.

Ulysses, is, & Ulyseus, Ulyssæi, vel Ulysi, m. *Ulyffe, Ὀδυσσεύς*, filius Laertæ, a quo & Laertius cognominatus est, ex Anticlea, nepos Arcefilii, pronepos Jovis tertii, idest Jovis Cretenfis filii Saturni, Rex Ithacæ, & Dulichiū infularum maris Jonii, a quibus modo Ithacus, modo Dulichius appellatur. *Ovid. 13. Met.* Sed Servius tradit, Ulyssæm filium fuisse Sisyphi sceleratissimi latronis, filii Æoli; Anticleam enim Ulyssæis matrem, antequam aueretur, cum Sisypho concubuisse, ex quo Ulyssæm peperit. Idem Theodotus affirmat, qui ait, Anticleam prius Sisypho nupsisse, deinde ab eo discessisse, & jam prægnantem nupsisse Laertæ, ex primis autem nuptiis Ulyssæm peperisse. Idem asserit Leontius, qui narrat, Anticleam quidem primum Laertæ nupsisse, sed, cum ad Apollinis oraculum pergeret consultura, a Sisypho latrone captam, & confutatam fuisse, ex eo stupro Ulyssæm esse genitum. Atque hanc originem Ajax Telamonius filius Ulyssæi obicit in certamine de armis Achillis, apud *Ovid. 13. Metam. v. 31.* Fingitur ab Homero vir multa præditus facultia, vafer consilio, magna experientia, egregius bello, laborum patientissimus. Uxorem habuit Penelopem Icarii filiam, ex qua Telemachus filium suscepit: eamque tantopere adamavit, ut reliquis Græcorum principibus ad bellum Trojanum proficiscentibus, ipse infaniam simulaverit, futurum sperans, ut tanquam bello inutilis domi relinquereetur. Junctis itaque duobus diversis generis animalibus litus proficindebat, & fugum loco saltem ferebat. Sed Palamedem virum prudentissimum, cui demandatum fuerat, ut juventutis delectum haberet, cum in Ithacam venisset, fallere non potuit, qui ut technam Ulyssæi detegeret, aranti illi Telemachus filium in sulco obiecit: quem Ulysses conspicatus, ne læderet, aratrum in aliam partem inflexit. Eo argumento Palamedes facile deprehendit, non veram illam, sed simulatam esse infaniam. Itaque cum ad bellum Trojanum pertraxit. In eo bello strenuam, utilissimamque Græcis operam navavit. Inventit Hercules sagittas, quæ erant apud Philoctetem, easque in Troadem pertulit. Achillem in Lycomedis Regis Scyri aula inter mulieres virginali habitu latitante detexit, & ad bellum perduxit. Sæpe mendicium habitu Ilium explorandi gratia ingressus est, neglectis Iliensium contumeliis, ubi etiam ab Helena cognitus fuisse dicitur. Sæpe etiam legatione ad Priamum functus est. Græcis diffusit, ne propter Agamemnonis somnium ex Troade discederent. Una cum Diomede, eugamemnonis erat, cineres Laomedontis, qui super Scamæ portam Ilii ferebantur, clam suscipit. Palladium quoque una cum eodem Diomede ex arce cæcis custodibus rapuit. Helenum etiam vatem Priami filium dicitur rapuisse. Missus quoque explorator cum Diomede, quando Rheus Thraciæ Rex veniret, eum occidit, & equos ejus abduxit, priusquam Troadis herbas degustassent, & de Xanthi aqua bibissent. Erant autem hæc omnia in Trojanorum fati, sine quibus Troja expugnari non poterat. Cum Palamede gravissimas inimicitias exercuit, quæ potissimum occasione frumentationis exarserunt, eumque tandem per calumniam circumventum lapidibus obruendum curavit. Occiso Achille, contendit de illius armis cum Ajace Telamonio, in quo judicio fortissimè illi viro prælatum est. Effecit, ut Ilium proditione caperetur, familiaritate cum Ænea, Antenore, Thymete, vel, ut est in tabulis, opera Sinonis, & per equum ligneum. Capta Urbe, Orilochum Idomenæ Cretenis Regis filium obstantem, ne legitima pars prædæ sibi decerneretur, exorta rixa interemit. Polyxenam ad Achillis tumulum jugulavit. Ait্যানctem Heclois filium e turri præcipitavit. Cum navem confendisset in patriam rediturus, pœnam suis dolis, & sceleribus dignam persolvit. Decem enim annos, & amplius per diversa maria erravit, novis semper jactatus tempestatibus. Hinc *Ulyssæi errores* in proverbium abierunt. Ab Homero separatim a bello Trojano descripti tuere, ingenti volumine, quod *Odyssæa* inscribitur. Tandem in patriam pervenit, & Penelopis uxoris suæ proco: occidit. De ejus morte ita narrat. Post varia, & horribilia somnia oraculum Apollinis consulit, ex quo didicit, se a filio interemptum iri. Quare in locis abditis vivere decrevit. Sed Telegonus filius ex Circe susceptus, patrem suum videre cupiens, in Ithacam profectus est: ubi cum in cognitus a domo patris prohiberetur, orta contentione patrem incognitum spina venosâ trigonis piscis transfixit. *Virg. 3. Æn. Et terram altricem Iævi execratur Ulyssæi.* Alii leg. *Ulyssæi*. *Id. l. 3. Pelias & vulnere tardus Ulyssæi.* *Horat. epod. 17.* Laborios remiges Ulyssæi. *Martial. l. 14. epigr. 184.* Priami regnis inimicus Ulyssæus. *Ovid. Heroid. epist. 1.* Hanc tu Penelope lento tibi mittit, Ulyssæ. *Id. ibid.* Penelope conjux semper Ulyssæi ero. ¶ Legitur & *Ulixes* in multis antiquis codicibus, quod & supra suo loco adnotavimus.

Ulyssipō, & Olyssipō, vel Ulyssippo, onis, f. *Lisbona*, oppidum Lusitanie, quod regum Portugallensium hodie sedes est, ita dictum quod ab Ulyssæ conditum creditur. *Plin. l. 8. c. 42.*

Ulyssiponenis, se, adject. ad Ulyssiponenem pertinens, ut Ulyssiponenæ promontorium. *Plin. l. 4. c. 21.*

U A N T E M.

Umbella, f. 1. *ombrella, parasole*, instrumentum, quo Solem a facie arcemus. *Juven. sat. 9. v. 50.* Et cui tu viridem umbellam, cui fuccina mittas Grandia.

Umbra, bra, brum, *ὑμβρα*, qui est ex Umbria. *Catull. in Egnatium 37.* Aut parvus Umbra, aut obesus Hetruscus. *Horat. l. 2. sat. 4. v. 40.* Umbra aper. ¶ Dicitur etiam de cane ex Umbria. *Virg. 12. Æn. v. 753.* at vividus umbra hæret hians.

Umbilicâris, re, adject. ad umbilicum pertinens, ut umbilicaris nervus, apud *Tertul. de carn. Christi*, c. 20.

Umbilicatus, a, um, *ὀμφαλῶδης*, quod ad umbilici similitudinem factum est. *Plin. l. 13. c. 4.* Et in alvo media plerisque umbilicatum.

Umbilicus, i, m. *ombellico, bellico, ὀμφαλῆς*, media regio abdominis, cavitate quadam prædita, ligamentum intestinorum, quod mediam ferre ventris planitie obtinet, ad hoc factum, ut per illud factus, dum est in utero matris, nutriatur. *Liv. l. 26.* Adeo nudaverat vada, ut a libi umbilico tenuis aqua esset. *Cæsi. l. 6. c. 17.* Ad umbilicos prominentes ne manu, ferroque utendum sit, ante tendendum est. ¶ Per Metaphoram ponitur pro media cuiusque rei parte. *Plaut. Men. 1. 1. 45.* Dies ad umbilicum jam est. *Cic. 6. Verr. c. 48.* Qui locus, quod in media est infula situs, umbilicus Sicilia nominatur. *Liv. l. 35. c. 18.* Ætoli umbilicus Græciæ. ¶ In libris quoque sic dixere ossa, vel eburnea, vel lignea ornamenta in medio integumentis extantia, quæ voluminibus absolutis addita soebant. Sic autem dicti sunt, quod umbilici humani formam imitarentur. Alii umbilicos fuisse ajunt bacillos cedriobis, vel buxos, circa quos membræ involvebantur, quibus quidem membræ in volumen complicatis in medio utrinque ibi bacilli apparebant, & ideo dicebantur similitudine quadam umbilici. Quæ sententia ideo verior esse videtur, quia apud Veteres non colligabantur libri ex multis plagulis unam post aliam assutis, sed ex membranis convolutis fiebant, unde volumine. Alii denique umbilicos intelligunt.

gunt extremitates bacillorum, quæ & cornua dicebantur, quia iis affigebantur clavicali quidam ex ebone, aut ligno aliquo pretioso in modum umbilici. Quænam ex his sententis verior sit, iudicent eruditi. *Mars. l. 3. ep. 2. ad librum suum*: Cedro (h. e. oleo expresso ex cedro) nunc licet ambules perunctus, Et frontis gemino decens in honore Pictis luxurians umbilicis. *Id. l. 5. epigr. 6.* Quæ cedro decorata purpuraque nigra pagina crevit umbilicis. *Id. l. 2. ep. 6.* Quid prodest mihi tam macer libellus, Nullo crassior ut sit umbilico? ¶ Quia vero huiusmodi bacilli, seu bacillorum ornamenta non affigebantur membranis, nisi post finitum volumen, seu librum, hinc pervenire ad umbilicum, est ad finem libri accedere, & ad umbilicum pervenire est librum absolvere. *Mars. l. 4. ep. ult.* Ohe jam satis est, obe libelle; Jam pervenimus utque ad umbilicos. *Horat. Epod. 14.* Deus me vetat Inceptos olim promissum carmen jambos Ad umbilicum ducere. ¶ Dicitur præterea umbilicus in anulo, vel monili, ea pars, quam alio nomine paleam vocamus, cui scilicet gemma, vel margarita illigatur. *Plin. l. 36. c. 5. de margaritis*: Et alios convenit non oportere perforari, quorum fit absoluta bonitas umbilicis tantum ex auro capita comprehendebantur. ¶ Item parvus circulus in terra descriptus ad cognoscendos ventos ad humani umbilici similitudinem umbilicus dicitur. *Plin. l. 18. c. 33.* Per huiusmodi longitudinem duci farculo fulcum, vel cinere lineam, v. gr. pedem 20. convenit, mediâque mensuram, hoc est in decimo pede circumscribi circulo parvo, qui vocatur umbilicus. ¶ Item gnomon, hoc est stylus, ex quo Solis umbræ dignoscuntur, & ex iis horæ. *Plin. l. 6. c. 34.* In hoc cæli circumflexu æquinocti die media, umbilicus, quem gnomonen vocant, septem pedes longus, umbram non amplius quatuor pedes longam reddit. *Et max.* Umbilicus æquinoctio tringinta quinque pedum, umbram viginti quatuor pedes longam facit. ¶ Etiam ita dicebatur cochlea marina, quæ Aristoteli fere *ὀμφακός*. *Cic. 2. de Orat. c. 6. de Scipione*. *Emiliano*, & *C. Lelio*: Non audeo dicere de talibus viris, fed tamen ita solet narrare Scævola, conchas eos, & umbilicos ad Cajetam, & Laurentum legere consuevit. *Valerius Maximus l. 8. c. 8. n. 1.* Constat namque eos Cajetæ, & Laurenti vagas littoribus conchulas, & umbilicos lectitasse. Errare igitur videntur ii, qui umbilicos his locis parvos, rotundosque lapillos, seu calculos interpretantur. Nam etiam *Aurel. Vili. de Casario. c. 3.* cum narrasset, iussas a Caligula legiones, conchas, & umbilicos in ora maris legere; subdit deinde; *busjufmodi* pisces Græcæ Nympharum lumina appellantur, ex quo intelligimus, pisces esse, aut certe marinas conchulas, aut cochleas, quæ a maris fluctibus subinde eieciuntur.

Umbilicus Veneris, ὀμφακίς, herba est in officinis nomen retinens, folio in acetabuli formam tornato, brevi in medio cauliculo, in quo semen inest, radice olivæ modo rotunda. Est & alterum ejusdem generis, cymbalatum aliqui vocant, pinguis foliis, latioribus, ligularum modo densis, circa radicem medium oculi ambitum descriptentibus, ut in majore semper vivo, astringentis gustus, cauliculo tenui, in quo flores, & femina hyperici, radice majuscula. *Apul. de herb. c. 42.*

Umbo, onis, m. ὄμβρος, ὀμφακίς, quicquid in plano extat, ac protuberat figura rotunda, vel conica. Speciatim sic dicitur media pars clypei eminentior. Et per Synecdochen pro clypeo sumitur. *Virg. 9. Æn. v. 810.* Nec sufficit umbo istibus. *Liv. l. 5.* Gallum umbone ictum deturbat. ¶ Dicitur etiam de parte magis exstante in gemmis. *Plin. l. 37. c. 6.* Arabicæ excellunt candore circuli præcludio, atque non gracili, neque in recessu gemmæ, aut in dejectu renitente, sed in ipsis umbonibus nitente, præterea substrato nigerrimi coloris. ¶ Item de editione montis, aut scopuli parte. *Senec. l. 1. Achil. v. 408.* Undisonæ quos circuit umbo Maleæ. *Id. l. 2. silv. v. 110.* Contra riget umbo maligni montis. ¶ In toga etiam umbones dicuntur sinus, & rugæ in modum umbonis seu clypei complicatæ, & sinistro brachio collectæ, præsertim in ditionibus, & lautionibus, qui laxas admodum togas adhibebant. *Perf. sat. 5. v. 32.* Totaque impune Suburea permisit sparsisse oculos iam candidus umbo. ¶ Apud *Martial. l. 3. epigr. 46.* Umbo poni videtur pro brachio, quo tanquam umbone confertam turbam incedente repellimus. Verba sunt: In turbam inceditis, cunctos umbone repellet. Invalidum est nobis, ingenuumque latus.

Umbra, æ, f. ὄνδρα, ὄνδρα, Ger. schatten, Gal. ombre, Hisp. sombra, οὐσῆ, οὐσῆ, aer carens Sole, quod fit alicuius corporis objectu, ut nubium, arborum, parietum. *Cic. 1. de Or. c. 7.* Nam in hæc tua placatus: admonuit, quæ non minus ad opacandum hunc locum patulis est diffusa ramis, quam illa, cuius umbram fecutus est Socrates. *Id. l. 1. Tuscul. c. 45.* Gloria virtutein, tanquam umbra sequitur. ¶ Metonymice umbræ quoque Latine dicebantur tabernacula, sive tentoria in urbis visis, aut locis suburbanis compacta ad excipiendos peregrinos, qui undique vel ad spectandos ludos, vel ad vendendas merces convenirent. *Fest.* Umbræ vocabantur Neptunalibus casæ frondæ pro tabernaculis. ¶ Item ædificia omnia, ut sunt scholæ, in quibus Grammatica, Rhetorica, & aliæ artes traduntur. *Juven. sat. 7. v. 173.* Ad pugnam qui Rhetorica descendit ab umbra, id est a declamationibus, quæ sunt in scholis, ad verum certamen. *Tacit. Ann. 14. c. 53.* Studia in umbra educata. ¶ Per Metaphoram appellatur umbræ, quas faciunt pictores, ut imagines, quæ planæ sunt, solidæ videantur, *Cic. 4. Acad. c. 7.* Quam multa vident pictores in umbris, & eminentia, quæ nos non videmus! ¶ Ita quoque per Translationem vocantur mortuorum animæ. Causa appellationis est, quia putantur, cum nobis apparent, corpus æreum assumere, tenue, & nigri coloris, instar umbræ, quod momento evanescit. *Virg. 6. Æn.* Umbrarum hic locus est, & fœmi, noctisque soporæ, &c. *Suet. in Calig. c. 59.* Satis confiat, custodes hortorum umbris inquietatos. *V. Serv. ad illud Æn. 4.* Et nunc magna mei sub terras ibit imago. ¶ Umbra item translate dicitur, qui venit ad convivium non vocatus, sed illius, qui vocatus est, comes. Nam sic vocatum sequitur, veluti umbra corpus. *Hor. l. 1. ep. 5.* Brutum tibi, Septimumque, Et nisi cœna prior, potiorque puella Sabinum Detinet, assumam. Locus est & pluribus umbris. *Id. l. 2. sat. 8.* Cum Servilio Balatone Ubidius, quos Mæcenas adduxerat umbras. ¶ Præterea metaphorice umbra accipitur pro specie, signo, vestigio alicuius rei. *Cic. 3. Off. c. 17.* Sed nos veri juris, germanæque iustitiæ solidam, & expressam effigiem nullam tenemus, umbra, & imaginibus utimur. *Id. pro Mur. c. 6.* In quo ipsam luxuriam reperire non potes, in eo te umbram luxuriæ reperitum putas? *Id. At. l. 7. ep. 11.* O hominem amentem, & miserum, qui ne umbram quidem unquam tuæ salutis viderit. *Id. in Pison. c. 24.* Umbras falsæ gloriæ consecrari. ¶ *Timere umbras* proverbialiter locutione dicitur is, qui ad species etiam, & vanas timoris causas maxime est meticulosus. *Cic. Attic. l. 15. epist. 20.* Videtur iste, qui umbras timet, ad cædem spectare. ¶ Accipitur etiam umbra pro colore, prætextu, causa. *Liv. l. 8.* Nam si etiam nunc sub umbra fœderis æqui servitutum pati poterimus, quid abest, quin proditis Sidicinis non Romanorum solum, sed Samnitium quoque dicto pareamus? ¶ Item pro tutela, & præsidio. *Liv. l. 32. c. 21.* Sub umbra auxilii vestri latere volunt. *Id. l. 34. c. 9.* Erant autem eo tutiores, quod

sub umbra Romanæ amicitie latebant. ¶ D. nique umbra est piscis genus, sic a colore nigrescente appellatum, ut auctor est *Varro l. 3. de L. L.* his verbis: Vocabula piscium pleraque translata a terrestribus ex aliqua parte similibus rebus, ut anguilla, lingulaca, fudis: alia a coloribus, ut hæc, æfells, umbra, turdus: alia a vi quadam, ut hæc, lupus, canicula, torpedo. Hæc *Varro*. Umbra quoque hic piscis appellatus videri potest ob lineas quasdam obliquas a dorso descendentes, aureas, & obscuras, quæ aliarum videntur umbræ. Una enim manifestæ est, sequens obscura, & sic deinceps a capite ad caudam ulque, quemadmodum tradit *Rondeletius, l. 5. de piscibus, c. 9.* ubi plura hoc de pisce legere potes. Græcis similiter piscis hic *ὀνδρα* appellatur a *ὀνδρῶ*. *Ovid. in Alceide.* Et auri Chrylophrys imitata decus, tum corporis umbræ Liventis, rapideque lupi. *Alde Colum. l. 8. c. 16.*

Umbraculum, li, n. ὀνδρακὸν, οὐσῆ, οὐσῆ, locus, in quo est umbra, locus compositus, & tectus frondibus, aut alia re quacunque ad umbram præbendam, tabernaculum, velumve umbræ causa erectum. *Varro l. 1. de R. R. c. 51.* Ubi ea re tecta, & lora calida prope aream faciunt, ac umbracula, quo succedant homines in æstu, tempore meridiano. *Virg. 9. Æd.* Et lentæ textunt umbracula vites. ¶ Ponitur & umbraculum pro umbella, qua tegitur facies ad Solis calores arcendos, *ombrella*. *Ovid. 2. Fast.* Aurea pellebant tepidos umbracula Soles. ¶ Sumitur quoque pro schola, ducta appellatione a Philosophorum veterum ambulationibus, quæ arborum umbraculis erant opacæ, ut Academia, & Lyceum. *Cic. in Bruto, c. 9.* Procefferat enim in solem, & pulverem, non ut e militari tabernaculo, sed ut e Teophrasti doctissimi hominis umbraculis. *Id. 3. de Leg. c. 6.* Post a Teophrasto Phaleareus ille Demetrius, de quo teci supra mentionem, mirabiliter doctrinam ex umbraculis eruditorum, otioque non modo in solem, atque pulverem, sed in ipsum discrimen, aciemque produxit.

Umbræ, m. r. pop. Indiæ, ex iis, qui Patalam inf. attingunt. *Plin. l. 6. c. 20.* Umbrans, tis, nom. particip. *ombroso, che fa ombra*. *Pallad. in Augusto. tit. 8.* Umbrantibus tegi arbutis. *Prudent. Hamartig. v. 873.* Cilio umbrante tegi.

Umbratiōla, læ, m. & f. qui umbra delectatur, homo delicatus, & mollis, ignavus, qui solem, pulveremque terre non potest. *Plaut. Trucul. 2. 7. 49.* Mæchum malacum, cincinnatum, umbratiōlulum, tympanotribam. Eodem sensu etiam umbrarius dicitur. *Id. Curcul. 4. 3. 24.* Si hic me hodie umbraticus deriderit? *Senec. l. 4. de benef. c. 2.* Epicureorum delicata, & umbratica turba.

Umbraticus, a, um, da umbra, οὐσῆ, proprie significat id, quod in umbra est; & dicitur de iis rebus, quæ domi & in privatis locis sunt, procul a publica luce. *Plin. l. 9. epist. 2.* Nisi forte volumus scholasticas tibi, atque (ut ita dicam) umbraticas litteras mittere. *Plaut. Curcul. 4. 2. 22.* Quid refert me fecisse regibus, ut mihi obediunt, si hic me hodie umbraticus deriderit? *questio otiofo privatis.* Verba sunt hæc militis gloriantis, & de sua virtute prædicantis. *Senec. de Benef. l. 4. c. 2.* In hac parte nobis pugna est cum Epicureorum delicata & umbratica turba, in convivio suo philosophantium. *Petron. in satyr. c. 2.* Doctor umbraticus. h. e. qui domi clausus tradit præcepta scholastica. *V. Umbra. Gell. l. 3. c. 1.* Negotiis se umbraticis, & fellulariis quælibet intentos habent. h. e. domesticis & contentione carentibus. ¶ Urbane *latant. l. 6. c. 12.* Testificatus est, non ad veram iustitiam præcepta se dare, sed ad umbram imaginemque iustitiæ. Ignoscendum est igitur umbratico & imaginario præceptori, h. e. umbram & imaginem rerum sequenti, non veritatem. ¶ Sunt quibus umbraticus significare videtur ignavum & mollem, & huc trahunt exempla Plauti, & Senecæ supra allata: verum ea notio non tam ex vi ipsius vocis, quam ex consequentibus pendet; quia scilicet homines domi degentes, & a publica consuetudine remoti, in lucem cum prodeunt, ignavi esse solent ac timidi: quemadmodum qui in umbroso & obscuro loco diu versati, si inde exeant, facile claræ lucis vulgore obæcantur, ut loquitur *M. Seneca in proœm. l. 4. controvers. V.* Umbratilis.

Umbratilis, & le, o. 3. da umbra, Ger. schattenfermig, Gal. fait a l'ombre, Hisp. hecho a la sombra, οὐσῆ, quod ad umbram pertinet, ut *Vitis umbratilis*, quæ umbra, atque otio marcescit. *Cic. 2. Tuscul. c. 11.* Sic ad malam domesticam disciplinam, vitamque umbratilem, & delicatam cum accesserint etiam poete, nervos omnes virtutis elidunt. Huc pertinet & illud *Columella l. 2. c. 2.* Nec sit mora segnis, & umbratilis. ¶ *Exercitatio umbratilis*, est quæ in loco aperto, atque adeo in otio fit. *Cic. 1. de Or. c. 34.* Educenda deinde distinctio est hac domestica exercitatione, & umbratili medium in agmen, in pulverem, in clamorem, in castra, atque aciem forentem. ¶ *Oratio umbratilis*, est oratio Philosophorum, ita dicta ad differentiam orationis Oratorum, quia Philosophi in umbraculis versabantur, Oratores in foro, sub Sole. *Cic. in Or. c. 19.* Mollis est oratio Philosophorum, & umbratilis, nec sententiis, nec verbis instructa popularibus.

Umbratiliſter, adverb. leviter, rudi descriptione, & quasi per umbras. *Sidon. l. 2. ep. 10.* Quæ imaginariæ tantum, & quodammodo umbratiliſter effingimus.

Umbrātis, a, um, adject. umbra tectus. *Virg. 6. Æneid. v. 772.* Atque umbrata gerunt civili tempora queru. h. e. circumdata queru quodammodo umbram faciente. *Senec. 6. Thebaid. v. 553.* Idæ Olympiacis umbratis tempora ramis. *Id. l. 5. silv. 4. 79.* Umbratus genas. h. e. barbatus.

Umbria, æ, f. olim Ombria, l' Umbria, l' Umbria, οὐσῆ, regio Italiae, ampla, Apennino M. divisa, inter Hetruriam ad Occ. Tiberis discreta, & Sabiniam, & Picenum ad Or. mare Adriaticum ad Bor. Narem fl. ad Mer. Dicta est ab *ὀμβρος*, imber, quod Umbri omnium Italiae populorum antiquissimi, inundationi terrarum, imbribusque superfuisset credantur, ut refert *Plin. l. 3. c. 14.* Vel ab Umbro fl. teste eodem *Plinio*. Vel ab umbra, quod propter vicinitatem Apennini, & altitudinem montium umbrosa sit. *V. Geographos.*

Umbrī, orum, m. Umbrie populi. *Plin. l. 35. c. 77.*

Umbricæ, æ, f. genus cretæ ad vestes poliendas aptum. *Plin. l. 35. c. 5.*

Umbrifer, a, um, da umbroſo, οὐσῆ, Ger. das schatten macht, Gal. qui porte ombre, Hisp. que trae sombra, οὐσῆ, terens umbram, umbrifolus. *Varro l. 2. de re rust. c. 2.* Circiter meridians æstus, dum defervecunt, sub umbriferis rupes, & arbores patulas subiciunt. *Virg. 6. Æn. v. 473.* In nemus umbriferum. *Cic. 1. Divin. c. 13. ex poeta*: Academia umbrifera.

Umbrīs, a, um, adject. ut Umbria terra, h. e. Umbrie regio. *Gell. l. 3. c. 2.*

Umbrō, as, a. 1. adombrare, οὐσῆ, Ger. schatten machen, Gal. faire ombre, Hisp. hazer sombra, οὐσῆ, tegendo umbram facio. *Virg. 3. Æn. v. 508.* Sol ruit interea, & montes umbrantur opaci. *Plin. l. 19. c. 1.* Marcellus velis forum umbravit. *Colum. l. 3. c. 7.* Omnes pene vitæ, ne umbrant, abraduntur. *Claudian. de nupt. Honor. & Mar. v. 149.* Umbratura Deam retro sinuat in arcum belua.

Umbrō, onis, m. 3. l' Ombrone, fl. Hetruriae. Oritur in agro Senofii deinde in Mer. tendens, auctus Arbia, infra Bonum Conventum, Mercusa, & Orcia fl. versus Rosetum labitur, & S. M. P. infra in mare Tyrrenum cadit.

Umbrinus, a, um, ombroso, ... Ger. s. b. sticht, Gal. ombrageus, Hisp. sombrio, ... Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 1. c. 2. Ego locum ... Plin. l. 16. c. 26. Fico folium maximum, umbrosissimumque.

U A N T E N.

Una, adv. infirma, in compagna, ... Ger. zugleich, Gal. ensemble, Hisp. a una, ... Cic. At. l. 7. ep. 10. Si in Italia Pompejus consistit, erimus una. Id. de Am. c. 10. Quod summi puerorum amores ... Terent. Adelph. 4. 3. 7. Quæso, ut una mecum ad matrem virginis eas. Plaut. Mil. 2. 1. 61. Qui amantes una inter se facerem convenas.

Una vicefimanus miles dicitur, qui est ex legioe vicefima prima. Tacitus l. 2. hist. c. 43. Stratis Una vicefimanorum principis, aequilam abstulere. Id. 1. Ann. c. 51. Sinistrum latus Una vicefimanum, dextrum Quintanum abstulere. Legitur etiam unavevicefimanus.

Una vicefimanus, a, um, adject. vicefimus primus, ut Una vicefima legio, apud Tacit. 1. Ann. c. 45. Legitur & unavevicefimanus.

Unanimans, antis, idem quod unanimis. Plaut. Trucul. 1. 4. 80. Non amantis mulieris, sed socie unanimantis, fidentis fuit.

Unanimis, & me, o. 3. concorde, dell'istesso animo, Ger. einhellig, Gal. d' un meme coeur, & vouloir, Hisp. concorde, ómáñux, qui unus animi est, & unus sententia cum altero. Virg. 4. Æn. v. 8. Cum sic unanimem alloquitur male sana forem.

Unanimitas, atis, f. concordia, ómáñuxia, ómáñuxia, concordia, consensus. Liv. l. 40. c. 8. Mihi, Antiocho, & duobus Regum hujus ætatis nulla re magis, quam fraterna unanimitate regnum æquasse.

Unanimitè, adv. unanimamente, ómáñuxos, concordibus animis. Vopisc. in Tac. c. 4. Me unanimiter delegistis.

Unanimus, a, um, adject. idem quod unanimis, & eo etiam usitatus. Liv. l. 7. c. 21. Quæ distinerè unanimos videbatur. Valer. Flacc. l. 4. v. 161. nomenque sequutus Otroos unanimi. Casull. eam. 30. ad Alpen. Alpenhe immemor, atque unanimis felse fodalibus. Stat. 8. Theb. 2. 669. Unanimi fratres. Alii leg. unanimes. Plaut. Stich. 5. 4. 49. Ego tu sum, tu es ego: unanimi fumus. Plures tamen vet. cod. habent unianimi.

Uncatio, onis, f. curvatura. Cal. Aurel. Aul. l. 2. c. 32. Unguium uncatio, quam γυψωσιον vocant.

Uncatus, a, um, adject. curvatus, inflexus, uncus. Cal. Aurelian. Tard. 5. c. 3. Adeo ut quidam uncatis permaneat. Sidon. l. 4. ep. 20. Uncatæ lanceæ. Id. l. 9. ep. 9. Uncatis syllogismis aliqueum inhæmare.

Uncia, æ, f. uncia, Ger. untz, Gal. once, Hisp. onca, ύγκια, una ex duodecim partibus assis. Plaut. Men. 3. 3. 3. Atque huic ut addas auri pondus unciam. Unciæ partes hæ sunt, semuncia, drachma, sextula, duella, scelus, seu drachmum. Drachma octies sumpta explet unciam. Semuncia continet drachmas quatuor. Sextula est sexta pars uncie. Duella pendit duas sextulas, hoc est tertiam partem uncie: Siclus, seu drachmum, pondus est duarum drachmarum, hoc est quarta pars uncie. Quod si ad minima ponduscula libeat descendere, unciamque in minimas particulas disticere, continent singule uncie scrupula 24. obolos 48. semiobolos 96. siliquas, five ceratia 144. Frequenter fumitur pro duodecima parte hæreditatis. Senec. l. 4. controvers. 28. Ex uncia hæres erat patris sui Gallia. Quoties autem de mensuris fermo est, uncia est duodecima pars pedis. Nos pollicem dicimus. Frontin. de aqueductibus. Est autem digitus, ut convenit, sextadecima pars pedis, uncia duodecima. In mensuris agrorum uncia est duodecima pars jugeri, ut scribit Varr. l. 1. R. R. c. 10. Uncia usura, est duodecima pars centesimæ. Scævola l. Titium, ff. de admin. & persic. tut. Præfectus legionis ita testamentum cavet, Volo, ut sit in arbitrio tutorum filii mei, si voluerint hujus summæ uncias inferre usurarum nomine, ita, ne nummi dispergantur. Quæro, si apparuerit pecunia fœnerata a tutoribus, judicio tutelæ uncias usuras, an vero eas, quas stipulati sunt, præstare debeant. V. Unciarius.

Uncialis, & le, o. 3. di un' uncia, ύγκια, quod ad unciam pertinet, quod est uncia uncie, & Uncialis as, qui unciam tantum valebat. Plin. l. 33. c. 3. Q. Fabio Dictatore asses unciales facti. Uncialis herba, quæ est pollicaris altitudinis. Duodecim enim pollices constituunt pedem. Plin. l. 18. c. 16. de Medica herba: Ideo protinus altitudinis uncialis herbis omnibus liberanda est manu potius, quam farculo. Unciales literæ, lettere mafcule, vocantur a Hieronymo in prefat. lib. Job. quæ pollicis crassitudine sunt exarata.

Volabile videtur positum adverbii more pro volando, hoc est velociter, celerissime, volantis modo, in illis *Varronis* verbis, quæ refert *Non. c. 18. n. 8. & 21.* Aut ille cervum qui volabile currens, (spero secutus tragulaque trajicit. Alii tamen leg. *volabilem:* ut intelligat *volantem cervum,* alii *volatilem.*

Volans, antis, o. g. *πτερόπους, partic. a volo, as. Virg. 3. Georg.* Currus agitare volantes. *Id. 1. Æn.* Cœloque innotus aperto, Flectit equos, curruque volans dat lora secundo. ¶ *Volantes* absolute ponuntur pro avibus. *Virg. 6. Æn. de Averni palude:* Quam super haud ullæ poterunt impune volantes Tendere iter pennis.

Volaterra, f. 1. *Volterra,* col. & urbs Etruricæ, in monte, condita a Jano, sive a Thyrrheno Lydio, anno ante Urbem conditam 500. una ex primis 12. Tuscorum coloniis. Eo coloniam deduxit L. Sylla dictator, deinde C. Julius Cæsar Dictator, postea Triumvir Reipublicæ constituendæ. *Signon. de ant. jur. Italic. l. 3. c. 4. Plin. l. 3. c. 5.*

Volaterranus, a, um, adject. ad Volaterranum pertinens, ut Volaterrana vada apud *Cic. pro Quint. c. 6. V. Vada.* ¶ Volaterrani, orum, Volaterræ incolæ, *Id. pro Dom. c. 30.*

Volatica, æ, f. lamia, venefica, strix, & volando, quia veteres putarunt, veneficas se in striges aves convertere. *Fest. in Strigas:* Striges, aves nocturnas, ut ait Verrius, Græci *σείργας* appellant: a quo maleficus mulieribus nomen inditum est, quas volaticas etiam vocant. ¶ Exstat præterea hæc vox apud *Tertul. de Pal. c. 6.* Et grammaticam, inquit, & rhetor, & sophista, & medicus, & poeta, & qui musicam pulsat, & qui stellarem coniectat, & qui volaticam spectat. Alii eum qui *volaticam spectat* intelligunt aruspicem, qui ex volatu avium coniectat; alii geometram sic appellatum volunt a *vola* manatu, quas res dimittitur, vel a *vola*, qua significat terram in Etrusca disciplina, ducta origine a lingua Phœnicia.

Volaticus, a, um, *volatico, volante, volabile, πτερός,* quod volat, & cito transit, velox, & translate inconstans, levis, instabilis. *Cic. Att. l. 13. ep. 25.* O Academiam volaticam, & sui similem, modo huc, modo illuc, &c. *Id. de Arusp. Resp. c. 22.* Illius furentes, ac volaticos

impetus in se ipsos posse converti. Alii hic leg. violentos. Senec. epist. 42. Volaticum esse, ac levem.

Volatilis, & le, o. 3. volatilis, volante, πλωτός, πτερόεις, quod volat. Cic. 2. de nat. Deor. c. 60. Præterea velicimur bestius, & terrenis, & aquatilibus, & volatilibus, partem capiendo, partim alendo. Ovid. l. 2. Am. el. 7. Pueri volatilis arcus. h. e. Cupidinis. ¶ Sæpe translate sumitur pro celeri, veloci, ut Ferrum volatilis, est sagitta ferrea cuspidate præmunita, quæ ex arcu emissâ celeriter fugit, velocitatem adjuvantibus pennis. Virg. 4. Æn. de cervâ. Quam procul incautam nemora inter Cresia fixit Pastor agens telus, liquique volatilis ferrum Nescius. ¶ Item volatilis accipitur translate pro fluxo, caduco, quod facile præterit, transiit, elabitur. Ovid. 10. Met. v. 519. Labitur occulte, fallitque volatilis ætas, Et nihil est annis velocius.

Volatūra, æ, f. idem, quod volatus. Varr. l. 3. R. R. c. 5. Ibi in prima volatura cum veniunt, morantur dies paucos, requiescendi causa. Col. l. 8. c. 9. A volatura, ita ut capitur, tarturæ delinatur.

Volātus, us, m. volo, volamento, πτήσις, πτήσις, volatio, actus volandi. Cic. 2. de nat. Deor. cap. 39. Idemque & volatus alium fuisse, et spiritu ductus alit, & sustentat animantes. Martial. l. 11. epigr. 92. Si tam præcipiti fuerant, ventura volatu.

Volcatus, m. 2. Civis Rom. qui Consul Catilina repetundarum reum, quod intra legitimum tempus prosteri nequivisset, Consulatum petere prohibuit: quam rem tam ægre tulit Catilina, ut de evertenda patria cum Antonio, & Pisone nefaria consilia inierit. Ascon. Pedian. ¶ Volcatus Gallicanus, C. R. qui quinquies Consul fuit. Scripsit vitas Imperatorum, ad Diocletianum, ex quibus nunc tantum extat Avidii Cassii vita. ¶ Volcatus Tarentianus, Historicus. Scripsit historiam sui temporis, id est Gordianorum, in qua memoriz prodidit, referente Capitolino, Gordianum seniore vultum Cæsaris Augusti valde retulisse. ¶ Volcatus Epidius, Grammaticus. Scripsit res gestas Pompeii Magni, & ejus patris, primus libertinorum, qui historiam scripserint, cum ab optimo quoque scribi solita esset, ut auster est Cornelius Nepos. Ludum aperuit, docuitque inter cæteros M. Antonium, & Augustum. ¶ Volcatus Sedigitus, Poeta non ignobilis, ita cognominatus, quod fenos in manu haberet digitos. Hujus etiam hodie aliquot circunterunt jambi, quibus suum de Latinis Comici judicium protulit. Plin. l. 11. c. 43. ¶ Volcatus Jurisconsultus, Celsii præceptor, qui Asturconem vespem a rure suburbano rediens, cum in gradatore incidisset, a cane defensus fuit. Plin. l. 8. c. 11.

Volēma, orum, n. pl. pira prægrandia. Secundum Servium in 3. Æn. dicta sunt a volo, eo quod volam impleant. Id. in 2. Georg. pira volema interpretatur magna, atque idem etymon adducit. Sed addit, volema pira lingua Gallica bona, & grandia dici. Quod si est, non e Latio vox est arcessenda, sed e Gallica lingua, quæ eadem olim, ac Germanica. Virg. 2. Georg. v. 88. nec furculus idem Crustumis, & Sponsæ pris, gravibusque volemis.

Volens, tis, particip. a volo, vis, ubi vuole, e f3 qualche cosa spontaneamente, o volentieri, sponte, & non invitus aliquid faciens, libenter faciens. Velles. l. 2. c. 62. Pecunias etiam a volentibus acceperunt. Senec. ep. 107. Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. Liv. l. 7. c. 26. Si divus, si diva esset, qui sibi præpetem misisset, volens propitius adesset. h. e. benevolens, favens. ¶ Volentia alicui dicuntur, quæ grata, accepta, jucundaque sunt. Tac. 3. hist. c. 52. Muciano volentia rescribere. Sallust. in Jugurth. c. 73. Luteris, quæ de Metello, ac Mario missæ erant, volentia de ambobus acceperant. Alii leg. Luteris, quæ de Metello ac Mario missæ erant, cognitæ, volenti animo de ambobus acceperant. Id. 4. hist. apud Non. cap. 2. n. 900. Volentia plebi face-re.

Volenter, adv. voluntarie, sponte, Apulei. l. 6. A. A. Perrexit Psyche, volenter.

Volentia, æ, f. voluntà, intenzione, Βουλῆτις, idem, quod voluntas. Apul. l. 11. Metam. Mea volentia fretus. Solin. c. 36. Volentia resistendi prompta.

Voligōsus, i, m. rusticum instrumentum. V. Valgium.

Volo, as, n. s. volare, Ger. fliegen, Gall. voler, Hisp. volar a menudo, ἀναπνεύμα, frequenter volo. Cic. 2. de Or. c. 6. de avibus: Eadem autem, cum aliquid effecerint, levandi laboris vis causa passim, ac libere solutas opere volitat. Id. 1. de nat. Deor. c. 20. In hac igitur immanentia latitudinum, longitudinum, altitudinum infinita vis innumerabilium volitat atomorum. ¶ Metaphorice ponitur pro discurre-re, hac atque illac currere, vagari. Cic. pro Dom. Per medium forum volitare. Id. 1. de Or. Volitare in foro. Id. 2. Agrar. c. 22. Volitet enim ante oculos istorum Jubæ Regis filius adolescens non minus bene nummatus, quam bene capillatus. ¶ Item pro libere agere, relaxari. Cic. 2. de Or. c. 6. Sic nostri animi forensibus negotiis, atque urbano opere defessi gestiunt, ac volitare cupiunt vagi cura atque labore. ¶ Item pro animos altos gerere, efferri, magni aggredi. Cic. in Pison. Valebis apud hominem volitantem gloriæ cupiditate vir moderatus, & constans. Martial. l. 1. Ætherias, lascive, cupis volitare per auras: I, tuge, sed poteras tutor esse domi. ¶ Item pro celebrari, laudari, nominari. Cic. 1. Tusul. Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu Faxit: Cur? volito vivu' per ora virum. ¶ Item pro molestum esse, jactare se se, efferri. Cic. pro Flacc. cap. 16. Nunc vero non insultabo vehementius, nec volitabo in hoc insolentius.

Volo, as, n. 1. volare, Ger. fliegen, Gall. voler, Hisp. volar, πτερομα, est per aerem ferri, proprium alias habentium. Cic. 10. Phil. c. 5. Quem nisi in via caducæ hæreditates retardassent, volasse eum, non iter licite diceret. Virg. 1. Æn. v. 301. Volat ille per aera magnum Remigio alarum. ¶ Transfertur etiam ad alia, quæ celeriter feruntur, ut Navis volat, Fama volat, & hujusmodi, pro celeriter ire, vel ferri. Ter. Hec. 3. 4. 24. Ne me frustra illic expectet, vola. Cic. Attic. l. 2. epist. 19. Literæ Capuam ad Pompejum volare dicebantur. Id. 1. Tusul. c. 31. Volat ætas, h. e. celeriter præterit. Virg. Æn. 3. v. 321. Fama volat, pulsam regnis celsissæ paternis Idomeneæ ducem. Ovid. 10. Met. Passu volat alite virgo. ¶ Cum infinito Val. Flacc. l. 4. v. 407. Ast Erebi virgo ditem volat æthere Memphis præcipere, & Pharia venientem pellere terra.

Volo, vis, volui, sine sup. n. anom. volere, וולע, Ger. wollen, Gall. vouloir, Hisp. querer, Βάλλω, θέλω, voluntate aliquid eligo, seu approbo. Construitur cum accus. Cic. pro Cluent. Pollicitus his sum, me omnia, quæ vellent, esse facturum. ¶ Vel cum acc. & dat. Cic. pro Cluent. Nihil est enim mali, nihil sceleries, quod illa non ab initio sibi voluerit, optaverit, cogitaverit, effecerit. ¶ Vel cum infinitivo. Cic. pro Lig. A te ignosci nemini vellent. Id. Attic. l. 9. ep. 1. Deinde Arpinum volebamus. Subaudi, proficisci. Id. l. 13. ep. 10. Remque, & utilitatem focorum per te quam maxime detentam, & auctam velis. hoc est, esse. ¶ Vel cum conjunctivo, & conjunctione, ut, vel etiam sine conjunctione. Cic. in Brut. Volo, hoc Oratori contingat, ut, cum auditum sit, &c. Id. in Vatim. cap. 7. Volo, uti mihi respondeas. Virg.

3. Æd. Vis ergo, inter nos, quid possit uterque, vicissim Experiamur? ¶ Velle aliquem, interdum est eum velle alioqui. Plaut. Capt. 5. 2. 24. Philocrates, per tuum Genium, obsecro, exi: te volo. Terent. Andr. 5. 3. Quis me vult? ¶ Velle aliquem paucis verbis, est velle eum eo loqui. Plaut. Epid. 3. 4. Volo te verbis pauculis, Si tibi molestum non est. ¶ Si quid me vis - est si aliquid me vis facere, vel si aliquid a me vis. Plaut. Aulul. 2. 2. 32. Redeo ad te, Megadore, si quid me vis. Id. Æm. 1. 1. 75. Verba in pauca conferam, quid te velim. ¶ Velis, nolis, velit, nolit, &c. idem, ac sine velis, sine nolis, vogli, o non vogli. Plin. in Paneg. c. 20. Præterea futuri Principes, velint, nolint, sciunt. ¶ Interdum est, velis ne, an non velis. Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 8. Crassum Junianum hominem mihi deditum per me deterruit: velit, nolit, scire difficile est. Se egli voglia, o no. ¶ Velim, idem ac vellem, per Enallagen. Cic. l. 15. Fam. ep. 3. Tu, velim, ut confuevisi, nos absentes diligas, & defendas. Plaut. Trucul. 2. 5. in fine. Ut miles veniret, velim. ¶ Frequenter volo accipitur pro optare. Cic. l. 12. Fam. ep. 19. Eandem rem tibi volo bene, & feliciter evenire. Id. Sulpicio, l. 13. ep. 23. Accedit eo, quod Varro Murena magnopere ejus causa vult omnia. h. e. bene ei in omnibus rebus cupit. Id. l. 16. ep. 17. Cupio quod operam dedisti, mihi gratum est. valde enim ejus causa volo. ¶ Velim, quæ velles, aut ut velles, formula est, quæ utebantur significatori, sibi ægre esse, quod alteri haud bene esset, seque adeo velle, & optare, ita ei esse, ut ipse vellet. Plaut. Mofell. 3. 2. 53. Velim ut velles, Tranio, sed quid negotii est? Senec. ep. 67. Apice M. Catonem sacro illi pectori purissimas manus admoventem, & vulnera parum demissa laxantem: utrum tandem illi dicturus es, vellem quæ velles, & moleste sero an feliciter quod agis? ¶ Velle alicui factum, est optantis, ut fiat quæ alter cupit. Apul. in Apolog. Sicinium Pontium, cui factum volo, a cui bramo tute se fecisti. Ter. Adel. 5. 7. 20. Te video nostræ familiaræ tam ex animo factum velle. Gal. l. 7. c. 3. Cum & utiles illi essent, & vellent regi esse factum. ¶ Ponitur etiam hoc verbum pro opinari, censere. Cic. 1. de nat. Deor. Quatuor enim naturas, ex quibus omnia constare censet, divinas esse vult. ¶ Item pro significare. Cic. 3. de Leg. c. 14. Ita mulierculæ attendi, nec fatis intellexi, quid sibi lex, aut quid verba ista vellent. Id. in Ver. 4. c. 61. Quid sibi equestres statuz volunt propter ædem Vulcani? ¶ In futuro indicativo habet volam, voles, voles. Plaut. Æm. 1. 2. 26. Meo modo loquar, quæ volam, quoniam intus non licitum est mihi. Id. ib. l. 2. 86. Ut voles, ut tibi lubebit. ¶ Volt, & volitis, pro vult, & volitis. antiquo more sæpissime legitur apud Comicos, Piatum præsertim.

Vologæocerta, f. 1. Vologæia, Nemrus, urbs Babyloniz, a Vologeso Parthorum Rege condita. Plin. l. 6. c. 26.

Volōnes, m. 3. servi Romanorum, qui post Cannensem cladem voluntarie militiam susceperunt, a volendo. Macrobr. l. 1. Saturn. c. 2. Bello Punico, cum deessent, qui scriberentur, servi pro dominis pueraturus se polliciti, in civitatem recepti sunt, & Volones, quia sponte hoc vulerunt, appellati. Fest. Volones dicti sunt milites, qui post Cannensem cladem, usque ad octo milia, cum essent servi, voluntarie se ad militiam obtulerunt. Liv. l. 23. c. 35. Ut irones (ea maxima pars Volonum erat) discerent signa sequi.

Volpes. V. Vulpes.

Volfces, adv. Volfcorum more. Tisinn. apud Fest. in voce Ofcum: Ofce, & Volfce fabulantur: nam Latine nesciunt.

Volfci, m. 2. pop. Latii, ubi hodie pars Orientalis Campaniz Romanæ, versus Velitras, Palianum, Antium, Privernum, Terracina. Ab Occ. habebant Rutulos, & Latinos, ab Or. Samnites, & Campanos, a Sept. Æquos, Hernicos, & Marfos, a Mer. mare Tyrrenum. Eorum caput fuit Anxur, sive Terracina. Virg. 2. Georg. Astuetumque malo Ligurum, & Volfcosque veruto. ¶ Adject. Id. Æn. 7. v. 803. Volca de gente Camilla.

Volfella, æ, f. sive vulfella, molesta, Ger. rauffzeuglin, Gal. pincettes, Hisp. pincas, κρηδισίον, τερεχλαβίς, instrumentum pilis e corpore evellendis idoneum, a lupino, volsum, seu vulsum verbi vello. Martial. l. 9. ep. 28. Purgentque sævæ cana labra volfellæ. ¶ Est etiam instrumentum chirurgici generis, quo caro ex ulceribus præcidendæ apprehenditur. Cels. l. 6. c. 18. Deinde oræ vulfella prehendendæ, tum quicquid corruptum est, excidendum.

Volfgræ aves, quæ se vellunt mutuo, quæ res mali omnis credebatur, a sup. volsum, seu vulsum verbi vello. Fest. Volfgram avem, quæ se vellit, Augures hanc eandem feliciter appellant. Ita vulgo. Sed recte Volfgram præferunt viri docti. Pro feliciteram etiam reponunt fucillanem.

Volfniensis, f. adject. ad Volfinium pertinens, ut Volfniensis lacus, Volfniensis, Bullinus, Lago di Bolsena, lacus Hetruriz, juxta agrum Urbevetanum, fere rotundus, circuitu 22. al. 30. M. P. In eo sunt duæ insulæ, una major ad Or. Marsiana dicta, in qua cæsa fuit Amalazonta Gothorum Regina, altera ad Occ. Bisentina vocitata. Eum circumstant opp. Volfinium, Martha, Caput montis, Bisentia, & Mons Faliscorum urbs in colle. Vulgo hodie aliis etiam nominibus ab oppidis circumstantibus nominatur, ut Lago di Marta, ab opp. Martha, ubi s. Martham emittit, & Lago di Capo di Monte. Col. l. 8. c. 16.

Volfnienses, ium, Volfni incolæ, Liv. l. 5. c. 32.

Volfninus, seu Volfinium, & Volfinii, orum, Bolsena, Bolseno, olim urba Hetruriz ex 12. primis Thufcorum coloniis, nunc castrum ad lacum Volfniensem, ad radices collis, in via, quæ Romam per Hetruriam ducit. Ibi primum molæ versatiles sunt inventæ. Plin. l. 38. c. 18. & Liv. l. 7. c. 3.

Volfus. V. Vulfus.

Voltinia, seu Volfinia, tribus Romana una ex rusticis, quo loco constituta fuerit, & a quo dicta, ignoratur ab eruditiss. Qui Volfinia legunt, putant appellatam a Volfinio oppido. Ejus meminit Cic. pro Planc. c. 16. & 17.

Voltinienfes, cives Tribus Voltiniaz. Cic. pro Planc. c. 17.

Voltumnæ Fanum, Volturzæ Fanum, locum Hetruriz, apud Ciminum M. ubi nunc Viterbium. Suat, qui Massam esse velint urbem in Senensi ditione, inter Senas 40. M. P. & Populonium 10. Voltumna autem Dea quædam fuit a bene volendo sic dicta. Liv. l. 4. c. 33.

Volturnus. V. Vulturinus.

Volva, æ, f. μήτρα, idem ac vulva, locus in ventre fœminæ, in quo factus concipitur, & involvitur. Var. l. 2. R. R. c. 1. Agni chordi qui post tempus nascuntur, ac remanent in volvis intimis. ¶ Accipitur item pro albo boletorum involvulo in ovi speciem effumens. Plin. l. 22. c. 22. Volvam enim terra ob hoc prius gignit, ipsum postea in volva, ceu in ovo est luteum.

Volubilis, & le, o. 3. volubilis, Germ. wolvstzbr, Gall. aisé a tourner, Hisp. que se buelue, ἀπτεροσ, ἀσπρροσ, quod facile volvitur. Cic. de Univ. c. 6. Deinde animum circumdedit corpore, & vestivit extrinsecus, cæloque solivago, & volubili, & in orbem incitato complexus est. Virg. 7. Æn. Impubecque manus mirata volubile buxum. ¶ Translate ponitur pro inconstante, instabili. Cic. pro Mil. c. 26. Vide quam sit varia vitæ, commutabilique ratio, quam vaga, volubilique fortuna. ¶ Item pro eo qui in dicendo copiosus, varius, idemque facilis est. Cic.

Cic. pro Flacc. c. 20. Homo volubilis, & præcipiti quadam celeritate dicendi. *Id. de clar. Orat. c. 27.* Canorus orator, & volubilis. ¶ Hinc & oratio volubilis dicitur, quæ copiosa est, & simul facile fluens. *Cic. de clar. Or. c. 28.* Appii volubilis, & paulo fervidior erat oratio. *Auf. ad Herenn. l. 3.* Celeriter cum clamore verba conficere, ut vim volubilem orationis vociferatio consequi possit.

Volubilitas, atis, *volubilitas*, ὑψηλότης, τὸ ἑσπερῶν, aptitudo ad movendum, facilitas, quæ aliquid movetur. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 19.* Mundi volubilitas, quæ nisi in globosa forma esse non posset, & *Id. de Fat. e. 19.* Ugitur, inquit, qui protrufit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem autem non dedit. ¶ Translate sumitur pro inconstantia. *Cic. 2. de Divin. c. 6.* Quomodo ergo id, quod temere fit, cæco casu, & volubilitate fortunæ præsentiri, & prædici potest? ¶ Item pro promptitudine dicendi cum verborum copia conjuncta. *Cic. pro Planc. c. 25.* Virtus, probitas, integritas in candidato, non linguæ volubilitas, non ars, non scientia requiri solet. *Id. 1. de Orat. c. 5.* Verborum volubilitas. h. e. copia, apta connexio, & facilitas. *Plin. l. 5. ep. 20.* Mos est plerisque Græcorum, ut illis sit pro copia (rerum) volubilitas: tam longas, tamque rigidas periodos uno spiritu, tanquam torrente, contorquent.

Volubiliter, adv. *volubiliter*, ὑψηλῶς, cum volubilitate, varie, copiose, & facile. *Cic. in Or. c. 62.* Sæpe etiam in amplificanda re concessu omnium funditur numeroſe, & volubiliter oratio.

Volūcer, hęc volucris, hoc volucere, *voluce*, *volante*, ὄρνις, Germ. *fliegend*, Gal. *volant*, qui vole, Hisp. *que vuelan*, πετοῦν, πτεροῦν, volans, velox. *Virg. l. 1. Æn. v. 317.* Volucremque fuga prævertitur Hebrum. *Senec. in Herc. Fur. v. 1065.* Somne, requies animi, Pars humanæ melior vitæ, Volucer, matris Altrææ genus. ¶ Translate *Cic. pro Planc. c. 23.* Nihil est autem tam volucere, quam maledictum, nihil tacilius emittitur, nihil certius accipitur, latius dissipatur. *Id. in Bruto e. 95.* Aliud autem genus est non tam sententis frequentatum, quam verbis volucere, atque incitatum. *Id. pro Sylla c. 32.* O saltam spem, o volucrem fortunam! h. e. celeriter elabentem, inconstantem. *V. Volucris*. ¶ *Volucer* feminino gen. *Petr. in sat. c. 123.* Interea volucer, motis conterrita pennis, Fama volat.

Volūcera, æ, f. genus animalis, quod aliis nominibus *volvox*, *convolvulus*, *involvulus*, vocatur, a volvendo. *Col. de arb. c. 15.* Genus est animalis, volucra appellatur: Id tere præterdit teneros adhuc pampinos, & uvas, quod ne fiat, falces, quibus vineam putaveris, peracta putatione sanguine urfino linito.

Volucris, edis, qui, vel quæ voluci pede est, velox, celer. *Auson. ep. 21.* Per hanc salutem præpes, & volucris Paulini ad usque mœnia. Adde *Sidon. l. 9. ep. 15.*

Volūcris, is, f. *uccello*, *volatile*, ὄρνις, Ger. *vogel*, Gal. *oiseau*, Hisp. *ave*, ὄρνις, τὸ ὄρνις, τὸ πτερόν, avis, & generatim omne id, quod volat, ut apes, vespæ, tabani, & reliqua hujusmodi. *Cic. 2. de Or. c. 6.* Quemadmodum volucres videmus procreantibus, atque utilitatis suæ causâ fingere, & construere sibi nidos. *Virg. 3. Georg. E* et genus æquorum, pecudes, pistræque volucres. *Ovid. 2. Met. Fluminez volucres medio calnere Caystro.* ¶ Reperitur & in genere masculino. *Cic. 2. de Div. e. 30. ex Poeta.* Hunc, ubi tam teneros volucres, matremque peremit. Loquitur de pullis avium in suo nido ab angue peremptis. ¶ In genitivo plurali fere habet *volucrum*, tum si substantivum sit, tum si adjectivum. *Plin. l. 11. cap. 37.* Volucrum nulli dentes, præter vesperilionem. *Lucret. l. 1. v. 1093.* Volucrum ritu flammærum. Usurpari tamen potest etiam *volucrum*, ut auctoritate Ciceronis de Finibus ostendit *Charif. Grammat. l. 1.*

Volucriter, adv. *volocentem*. *Amian. l. 17. c. 3.* Volucriter congregati.

Volvendus, a, um, *δύμνω*, partic. vel gerund. a volvor. *Virg. l. 1. Æn. Triginta* magnos volvendis mensibus orbis Imperio explebit. h. e. volubilibus, & qui perpetuo cursu se volvent, & unus post alium succedent. *Id. 9. Æn. v. 6.* quod optanti Divum promittere nemo Audeat, volvenda dies en attulit ultro.

Volvens, entis, o. g. *δύνω*, partic. a volvo. *Virg. l. 1. Æn. v. 238.* Certe hinc Romanos olim volventibus annis, &c. h. e. vertentibus, se volventibus, & perpetuo cursu, ferieque succedentibus. *Id. 2. Georg. de seculo:* multoſque per annos Multa virum volvens durando sæcula vincit. h. e. temporis cursu se velut circumagens, & veluti cum eo se volvens. *Id. 1. Georg. Tarda*que Eleufinz matris volventia plaustra. h. e. fe volventia.

Volūmen, inis, n. g. *gise*, *volume*, βιβλίον, Ger. *buch*, Gal. *volume*, Hisp. *volumen*, σύνταξις, βιβλίον, generatim dicitur omne id, quod volvitur, sive in gyrum complicatur. *Virg. 2. Æn. v. 108. de serpentinibus:* Pars cætera pontum Pone legit, sinuatque immensa volumine terga. *Id. 5. Æn. v. 408.* Huc, illuc vinclorum immensa volumina versat. *Id. 3. Georg. v. 192. de equis:* Sinuare volumina crurum. h. e. pedum volubilitatem, & flexiones. *Ovid. Met. 13. v. 475.* Volumina sumi. h. e. globi in gyrum acti. ¶ Sumitur quoque pro circumvolutione sphaerærum cælestium. *Ovid. 2. Met. v. 71.* Adde, quod assidua rapitur vertigine cælum, Sideraque alta trahit, celerique volumine versat. ¶ Item pro volubilitate, varietate, inconſtantia. *Plin. l. 7. c. 45.* Si diligenter æstimentur cuncta, magna fortis humanæ reperitur volumina. ¶ Libri quoque hoc nomen imposuim eâ, quia antiqui libros, idest cortices arborum, chartas Pergamenas, & hujusmodi, in quarum una tantum parte fere scribebant, quo commodius terrent, convolverent ad cylindri similitudinem. Hinc dicimus, *evolvere libros*, idest aperire læstitandi gratia, quasi rem complicatam explicare. Differunt inter se *volumen*, *liber*, & *codex*, quia *volumen* minimum est, & pars libri, *liber* est major, & pars codicis, denique *codex* est maximus, qui constat ex libris, & ex voluminibus. Sed vulgo hæc nomina confundimus. *Cic. Att. l. 9. ep. 1.* Nam cum ad hunc locum venissem, evolvi volumen epistolæ tuarum, quod ego vul signo habeo, fervoque diligentissime. *Volumen* vocat, non quia singulari epistolæ involutæ clauderentur (hæ enim plicabatur) sed quia multæ cum essent, librum efficerent, un *pachisto* de lettere. *Id. l. 9. ep. 16.* Volumina jam contecerat ἄσπαστος. *Ovid. l. 2. Trist. eleg. 1. v. 117.* Sunt mihi mutæ ter quinque volumina formæ. *Plin. jun. l. 3. ep. 5.* Libri tres in sex volumina propter amplitudinem divisi. ¶ Voluminibus absolutis umbilici addi conſueverunt. *V. Umbilicus*. ¶ Exterior, interiorque voluminum pars frontes dietæ sunt. *Ovid. l. 1. Trist. el. 1.* Nec fragili geminæ poliantur pumice frontes. ¶ Extremæ vero partes cornua nominatæ sunt, quod extra volumen eminentes cornuum similitudinem haberent. *V. Cornu*.

Voluminōsus, a, um, adject. *pleno di piegature, o giri*. *Sidon. eam. 9. v. 76.* Angues corporibus voluminosis.

Voluntarie, adv. *voluntariamente*, ἑκείνη, ἑκούσιος, sponte, animo libenti, prompto, bono, non coacto. *Caf. l. 3. B. C. e. 91.* Atque cum milites electi circiter centum viginti voluntarie ejusdem centuriz sunt profecti. Alii leg. *voluntarii*. *Arnob. l. 2.* Ut nihil interfit,

voluntarie venerint, an illius obtemperaverint jussioni.

Voluntario, adv. idem ac voluntarie, *Leu. l. 1. c. 30.* Inde ob resistens bellorum iras, maxime sollicitatis ad defectionem animis, voluntario traxere. Sed legendum est *voluntarios* ex optimis plerisque codicibus.

Voluntarius, a, um, *voluntario*, ἑκείνη, ἑκούσιος, ἑκείνη, qui sponte agit, ut *Milites voluntarii*, qui sponte nomina dant, *Auxilia voluntaria*, quæ sponte dantur, *Mors voluntaria*, quæ sponte eligitur. *Caf. l. 5. B. G.* Neque sic voluntariorum copias detore, li ex finibus suis progressi cœpisset. *Cic. l. 7. Fam. ep. 3.* Aut capiendus tanquam exilio locus, aut conficienda mors voluntaria. *Id. l. 15. Fam. ep. 4.* Et populorum liberorum, Regumque lociorum auxilia voluntaria comparavim. *Leu. l. 1. c. 59.* Ferocissimus quisque juvenum cum armis voluntarius adeit. ¶ Per Catachreſin ponitur pro naturali, ut *Herba voluntaria*, quæ sua sponte nascitur, cui opponitur *ſativa*. *Plin. lib. 20. cap. 22. de ſerpyllo.* *Sativa* non ſerpit, ſed ad palmi altitudinem increſcit. *Pinguis* voluntarium, & candidioribus ſolis.

Voluntas, atis, f. *volonté*, βούλη, Ger. *will*, Gal. *volonté*, Hisp. *voluntad*, βούλη, βία, facultas, seu potentia partis superioris animi, qua animus hominis bonum eligit, atque amplectitur. *Cic. 4. Tuſc. c. 6.* Natura enim omnes ea, quæ bona videntur, sequuntur, fugiuntque contraria. Quomobrem simul obiecta species cuiuspiam est, quod bonum videatur, ad id adipiscendum impellit ipsa natura: id cum constanter, prudenterque fit, ejusmodi appetitionem Stoici βούλησιν appellant, nos appellatam voluntatem: eam illi putant in solo esse sapiente, quam sic definiunt: Voluntas est, quæ quid cum ratione desiderat. Quæ autem adversus rationem incitata est vehementius, ea libido est, vel cupiditas effrenata, quæ in omnibus stultis invenitur. Hactenus *Cicero. Id. l. 1. Fam. ep. 8.* Veruntamen ipse me conformo ad ejus voluntatem, a quo honeste differre non possum. ¶ Metonymice sumitur pro aliquo actu voluntatis. *Id. l. 1. Fam. ep. 2.* Idemque sententia. *Cic. Catil. 3. c. 9.* Diis ego immortalibus ducibus hanc mentem Quiritis, voluntatemque suscepit. *Id. pro Lig. c. 2.* Protectio voluntatem habuit non turpem. ¶ Item pro amore, benevolentia, propensione in alicquem. *Cic. ad Q. Fr. l. 3.* Quod de sua ergo Cæſarem voluntate humanissime, diligentissimeque locutus esses. *Id. Metel. l. 5. Fam. ep. 2.* Timuisse, ne qua mihi pars ab te voluntatis mutare tribueretur. *Id. pro Lig. c. 2.* Nullum habes signum alienæ a te voluntatis. *Nepos l. 4. e. 5.* Quæ voluntate esset in regem, celans. ¶ Item pro favore, studio. *Ter. in prol. Phor.* Voluntas vestra si ad poetam accesserit. *Cic. pro C. Rab. perd. reo:* Cum tanto studio C. Rabirius totius Apuliz, singulari voluntate Campaniz vicinias ornetur. ¶ *Voluntate*, ablativus pulchre ponitur pro eo quod est, bona cum gratia, sponte, voluntarie. *Cic. l. 1. Ver.* Ego jam tibi ipse istud, quod expetis, mea voluntate concedam. *Id. l. 13. Fam. ep. 5.* Reditus tamen in patriam voluntate omnium concedi videretur. ¶ *Ex*, & *de voluntate*, est secundum voluntatem. *Cic. in Pison.* Illud accidit præter optatum meum, sed valde ex voluntate. *Id. l. 13. Fam. ep. 30.* Siquid fecerim hoc ipso in bello minus ex Cæſaris voluntate. *Id. 4. Att. ep. 2.* Vix tamen ei de mea voluntate concedam. ¶ *Ad voluntatem loqui*, est assentari. *Cic. pro Quint. c. 30.* Se non belle dicere, non ad voluntatem loqui posse. *Sic Q. Cic. de petit. consul. c. 11.* Vitium, & sermonem ad aliorum sensum, & voluntatem commutare. ¶ *Voluntas nominis* est significantia, intellectus, il *significatio*. *Quintil. l. 7. c. 10.* Nam & in finitione, quæ sit voluntas nominis, quaeritur. *Id. l. 6. c. 2.* Cautiores voluntatem complecti, quam nomina interpretari alicuius.

Volvo, is, volvi, volutum, a. 3. *volgere*, *volvas* in giro, βόω, Ger. *uvolszen*, Gal. *volter*, Hisp. *bouler*, κολῖω, κολῖω, vertere, versio, in orbem torqueo. *Cic. in Somn. Scip. Illi* qui volvunt stellarum cursus sempiterni. *Ter. Eun. 5. 9. 55.* Saxum diu volvere. *V. Saxum.* *Virg. l. 1. Æn. v. 115.* Volvi in caput. *cadere col capo ingid.* *Sil. l. 7. v. 122.* Annis per devia præceps volvitur. h. e. volvendo se decurrit. Sic, lacrymæ volvuntur inanes, apud eundem *Virg. 4. Æn. v. 449.* h. e. cadunt, decurrunt ab oculis. Contra, *Id. 2. Æn. v. 758.* Ignis summa ad fastigia vento volvitur. h. e. globos agendo ascendit. *Id. 4. Georg. de equis:* volvunt vul naribus ignem. h. e. emittunt ignem veluti hatum. ¶ *Volvere* fe ante pedes alicujus est proiterni, provolvi, *prostrarij.* *Propert. l. 3. eleg. 2.* ¶ *Volvere libros* est evolvere, perlegere. *Cic. de clar. Orat. c. 87.* Volvendi sunt libri cum aliorum, tum in primis Catonis. ¶ Translate volvere significat animo versare, cogitare, *penſare*, *volgere coll' animo.* *Liv. l. 26. c. 7.* Multa secum, quod jam inde ire pergeret volventi subit animum, &c. *Id. l. 35. c. 18.* Ingentes jamdiu iras cum in pectore volvere, *covare.* *Salust. in Jug. c. 108.* Multa cum animo suo volvere. *Catul. eam. 65. v. 250.* Multiplices animo volvere curas. ¶ *Volvere verba*, est proferre, profundere, non intermissio cursu, æquabiliter, & copiose. *Cic. de clar. Orat. c. 70.* M. Pontidius celeriter sine verba volvens, nec hebes in causis. *Id. 3. de orat. c. 47.* Longissima est complexio verborum, quæ volvi uno spiritu potest. ¶ *Volvere casus* pro subire, experiri. *Virg. l. 1. Æn. v. 13.* Quidve dolens regina Deum tot volvere casus, Insignem pietate virum tot adire labores Impulerit. *Id. ib. v. 26.* Sic volvere Partas. h. e. ita esse in fatis, Partæ autem dicuntur vitas hominum nere, suoque volvere.

Volvox, ocis, m. ὄβω, ὄβω, vermis teneros vitium pampinos, & pubescentes uvas erodens, qui altâs dicitur volucra, convolvulus, involvulus. *Plin. l. 17. c. 28.* Alii volvozem appellant animal præterodens pubescentes uvas: quod ne accidat, falces cum sint exacutæ, fibrina pelle detergent, atque ita putant.

Volup, dilectuale, delectabile, gratum, jucundum, pro *volupe*, per Apocopen. *Plaut. Afin. 5. 3.* Hic fenex, siquid clam uxorem suo animo fecit volup. Ita legit *Non. c. 2. n. 95.* Alii *voluptatis*. *Rufus Plautus Men. 4. 3. 3.* Ut tibi ex me sit volup. Alii leg. *voluptas*. *Ean. apud Gell. l. 12. c. 4.* Quocum multa volup, ac gaudia clamque palmarque. *Lipſus* ex Vatic. cod. legit *malis volutas gaudia*. Alia quoque loca ex *Plauto* præsertim aſert *Parvus in Lex. Crit.* sed in quibus omnibus dubia adhuc est lectio.

Volūpe, adject. neutrum ab obsoleto masculino *volupis* significat delectabile, jucundum, gratum, *cosa grata*, *piacere*. *Plaut. Amph. 3. 3.* Quia vos tranquillos video, gaudeo, & volupe est mihi. *Teren. Phorm. 4. 3. 5.* Venire salvum volup est. *Donatus* legendum putat sine ulla apostrophes nota, & dicit *volup*, quemadmodum *ſæul*.

Volupia, æ, f. voluptatis Dea, quæ sacellum habebat Romæ circa navalia, non procul a porta Romanula. *Varro l. 4. de L. L.*

Voluptabilis, & le, o. 3. *voluptuosus*, gratus. *Plaut. Epid. l. 1. 19.* Voluptabilem mihi tuo adventu attulisti nuntium.

Voluptarie, adverb. cum voluptate. *Apule. l. 3. A. A.* Transactis voluptarie paucis noctibus.

Voluptarius, a, um, *dilectuale*, ἡδυστικός, quod voluptatem aſert. *Cic. 3. de Fin. c. 10.* Omnesque hæc sunt genere quatuor, partibus plures, æ-

gritudo, formido, libido, quamque Stoici communi nomine corporis & animi ἄστυα appellant, ego malo Leictiam appellare, quasi gestentis animi elationem voluptariam. *Id. Att. 12. ep. 25.* Voluptariz possessiones, *Luaghi da delizia.* ¶ Sumitur etiam passive, pro eo, qui recipit, seu percipit voluptatem. *Cic. 3. de Or. c. 25.* Quin etiam gustatus, qui est sensus ex omnibus maxime voluptarius, quique dulcedine præter ceteros sensus commovetur. ¶ Item pro eo, qui voluptatibus delictus est. *Cic. 2. Tusc. c. 7.* Ego a te non posulo, ut dolorem eisdem verbis afficias, quibus Epicurus voluptatem, homo, ut scis, voluptarius. ¶ Item pro molli, delicato, effœminato. *Cic. de Fin. l. 1. c. 11.* Voluptaria, delicata, mollis disciplina.

Voluptas, atis, f. *voluptas, piacere, 777.* Ger. *vollust*, Gal. *voluptè*, Hisp. *deleyte*, ἡδονή, lætitia præter modum elata ex opinione præsentis alicuius boni; omne id, quod gaudemus. Dicitur tam de animo, quam de corpore; tum de bona voluptate, tum de mala. *Cic. 2. Fin. c. 37.* Omne autem id, quod gaudemus voluptas est, ut omne, quod offendimus, dolor. *Id. ib. l. 2. c. 4.* Voluptatis verbo omnes qui Latine sciunt, duas res subsiunt, lætitiã in animo, cominationem suãvẽ iucunditã in corpore. *Id. 1. de Sen. c. 13.* Divinus Plato eam in malorum voluptatem appellat, quod ea videlicet homines capiunt, ut homo pisces. *Id. ib. c. 12.* Nulla capitalior pestis, quam voluptas corporis. *Id. de clar. Orat. c. 50.* Voluptate perfundi. *Id. Fam. 2. ep. 9.* Voluptatem habere. *Id. 1. de Fin. c. 9.* Esse in voluptate. *Id. 1. de nat. Deor. c. 30.* Voluptatibus trui. *Id. 1. Fam. ep. 7.* Voluptati esse alicui. *Id. 5. de Fin. Fabulas cum voluptate legere. Id. 2. Offic. c. 1.* Dedere se voluptatibus. *Id. 5. Fam. ep. 7.* Capere voluptatem ex aliqua re. *Plin. in proœm. l. 16.* Afferte voluptatem. *Quintil. l. 2. c. 12.* Perquicere aures alicuius pravis voluptatibus. *Ter. Heaut. 1. 2. 10.* Voluptatem magnam nuntias. h. e. rem, ex qua magnam capio voluptatem. *Plaut. Amph. prol. v. 114.* Voluptatem cum aliqua capere. h. e. concubere. ¶ Interdum voluptatis nomine intelliguntur spectacula, & ludii scenici. *Trebell. Poll. in Gallien. c. 9.* Quæ voluptates paratæ sunt? & qualis erit casta scena? *Vopisc. in Avel. a. c. 34.* Sequentibus diebus datæ sunt populo voluptates ludorum scenitorum. Hinc aliquando, qui ludis præessent, *Tribuni voluptatum* dicti sunt, ut est apud *Cassiod. l. 6. ep. 19. & l. 7. ep. 10.* ¶ Secundum fabulas Voluptas in Deorum numero habita est. narrant autem fuisse filiam Cupidinis primi ex Psyche filia Apollinis. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 23.* Cupidinis, & Voluptatis, & Lubentinz Veneris nomina consecrata sunt. ¶ *Misa voluptas*, blanda, & anatoria compellatio est. *Virg. 8. Æn. v. 481.* Mea lera, & sola voluptas. *Plaut. Truc. 2. 4. 2.* Quo introire metuas, mea voluptas?

Voluptificus, a, um, adject. voluptatem affertens. *Apul. l. 2. Florid. Iovis stella benefica, Veneris voluptifica.*

Voluptor, aris, d. i. voluptatibus indulgo. a *voluptas.* *Quintil. 3. Decl. Tribuni inter scorta voluptabitur.* Alii leg. *volusabitur.* Addunt & *Apulej. l. 7.* sed ibi quoque varia est lectio.

Voluptuosus, a, um, adject. idem quod voluptarius. *Capitolin. in Vero, c. 2.* Fuit voluptuosus, & nimis lætus. *Martian. Capell. l. 2.* Voluptuosus Veneris filius.

Voluptuosus, adv. *con piacere*, voluptarie, *μεδ' ἡδονῆς.* *Sidon. l. 5. epist. 20.* Ad patriz solum voluptuose venire. *Id. l. 1. epist. 9.* Voluptuosius relinendis veribus immorabere.

Voluptuosus, a, um, adject. *pieno di piacere, dilettoso, grato*, voluptate plenus. *Plin. l. 3. ep. 19.* Voluptuosum est posse utraque eadem opera invifere. *Quintil. declam. 260.* Voluptuosum est alere, & pascere. *Sidon. l. 2. ep. 9.* Voluptuosissimum tempus exigi.

Volustus, m. 2. *βολύστος*, poeta quidam inepthus, patria Patavinus, qui Ennium secutus, rerum gestarum Populi Romani annales carmine scripsit. *Catull. carm. 56.* Annales Volusti, cacata charta.

Volūta, æ, f. *ἐλπίς*, capreolus in columnarum capitulis, ex herbæ foliis enascens, & ubi abacum jam propemodum contingit, in orbem circumvolutus, unde tam apud Græcos, quam apud Latinos nomen invenitur. Quidam apud Italos vocant *cartoccio.* *Vitruv. l. 4. c. 1.* Quæ ex cauliculorum foliis nata, procurant ad extremos angulos volutz, minoreque helices intra suum imidium, qui sunt in abaco Horibus subjecti, scalpantur. *Id. l. 3. c. 3.* De volutarum autem descriptionibus, uti ad circulum sint recte involutz, quemadmodum describantur, in extremo libro forma, & ratio earum est descripta. *Id. l. 7. cap. 5.* Pro columnis enim itauntur calami, pro fastigijs arpaquetuli striati, eum crispis foliis, & volutis. *V. Baldum in Lex. Vitruv.*

Volutabrum, i, n. *κυλίερα, κύλιερα*, locus, in quo fues voluntur. *Virg. 3. Georg. v. 411.* Sæpe volutabris pulvis sylvestribus apros Latratu turbabis agens.

Volutabundus, a, um, adject. qui se volutat. *Cic. l. 2. de Republ. apud Non. c. 8. n. 64.* Libidinosus, & volutabundus in voluptatibus.

Volutatim, adv. *κυλίον, κυλίον, δεικνύοντες*, iterum, atque iterum volvendo. *Plaut. Mil. 2. 5. 40.* Volutatim domum te rapiam. Alit sic leg. Nisi voluntate ibis, rapiam te domum.

Volutatō, onis, f. *volgimento*, Germ. *vollung*, Gal. *voulement*, Hisp. *boluimento, κλίση*, actus volutandi. *Cic. in Pison. cap. 34.* An vero tu parum putas investigatas esse a nobis labes imperii tui, itragæque provincie, quas quidem non vestigijs odorantes ingressus tuos, sed totis volutationibus corporis, & cubilibus persecuti sumus? *Plin. l. 8. c. 51.* Volutatio in luto. *Senec. de Provid. c. 1.* Certa aliqua volutatione modo contrahi undas, modo erumpere.

Volutatūs, us, m. idem quod volutatio. *Plin. l. 10. c. 4.* Multum pulverem volutatu collectum insidens cornibus excutit in oculos. *Apul. l. 4. Mer. Lastitudinem, vice lavacri, pulveris voluptatibus digeribam.*

Volutatūs, a, um, *volutato, κυλίον*, sæpe, multumque volutus. *Cic. de Arusp. resp. c. 27.* Quis unquam nepos tam libere est cum scortis, quam hic cum sororibus, volutatus? *Id. ad Q. Frat. l. 2. ep. 15.* Itaque ad Callisthenem, & Philittum redeo, in quibus te video volutatum. hoc est cum labore verfatum. *Plin. l. 8. c. 37.* Volutati supra jacentia poma. *Sidon. lib. 9. ep. 7.* Ne lingua per cameram palati volutata balbutiat.

Volūtim, adv. volubiliter. *Non. c. 1. n. 12.*

Volūtinã, Dea rusticorum, quæ præesse credebatur involucris, & folliculis spicarum. *Augustin. l. 4. de Civ. Dei, c. 8.*

Volūtio, as, a. 1. *volitare, κυλίον*, Ger. *ettt volitzen*, Gal. *veautren*, Hisp. *rebolcarfe, κυλίον*, sæpe, inultumque volvo. *Varr. l. 3. R. R. c. 9.* In pulvere volutari. *Cic. in Somn. Scip. Circum terram ipsam volutantur.* *Virg. Æn. 3. v. 607.* genibulque volutans hærebat. h. e. volutans se. *Id. Æn. 1. sub fin.* Fit strepitus tectis, vocemque per ampla volutant atria. h. e. emittunt, & atria resonare faciunt. ¶ Translate *Cic. in Saliust.* Itaque nihil aliud studet, nisi ut lutulentus sus cum quovis volutari. *Id. Fam. l. 9. ep. 3.* Ne, cum omnes in omni genere & scelorum, & flagitiorum volutentur. ¶ Transfertur quoque ad animum, pro mente volvere, pendere, considerare. *Virg. 6. Æn. Atque ipse fuso tristi cum corde volutat. Liv. l. 34.* Mas conditiones, quamquam

ipse in secreto volutaverat cum amicis, vulgo tamẽ omnes famã ferbant. *Id. l. 28. c. 18.* Volutare aliquid in animo. *Virg. 1. Æn. v. 54.* Talia secum corde volutans.

Volūtūs, a, um, *κυλίον*, partic. a volvor. *Virg. 3. Georg. Non qui per saxa volutus Purior electro campum petit amnis. Id. 10. Æn. v. 790.* Lacrymæ per ora volutz.

Volūtūs, us, m. actus se volvendi. *Apul. l. 2. Florid. Dedit volutus avibus, volutus serpentibus.*

Vomãnum, n. *Vomano*, fl. Piceni, in confinio Præcutinorum, in Apertio, qui ex Apennino M. oritur, apud Interamnam, & Hadriam fluit, & in mare Hadriaticum decurrit medius inter Truentium, & Aeternum fl. *Plin. l. 3. c. 13.* Flumen Vomano, ager Præcutinanus, Palmenisfque. *Sil. l. 8. v. 438.* Statque humectata Vomano Hadria.

Vomacis, acis, adject. qui libenter vomit. *Sidon. l. 8. ep. 3.* Anus, qua nihil litigiosus, bibacius, vomacius.

Vomer, eris, m. *vomere, 77777*, Ger. *plugesen*, Gal. *foç*, Hisp. *raia, iris*, feramentum aratri, quo sulci fiunt, ita dictum, quod terram eartam utrinque vomat, ut scribit *Varro l. 4. de L. L. Virg. 1. Georg. v. 46.* Depressio incipiat jam tum mihi taurus aratro Ingemere, & sulco attritus splendescere vomer. *Cic. Phil. 2. c. 40.* Ut aratrum circumdueres, cuius quidem vomere portam Capuz pene perstrinxisti. *Ovid. 4. Fast. v. 927.* Sarcula nunc, durusque bidens, & vomer aduncus Ruris opes niteant. De variis vomerum generibus *V. Plin. l. 18. c. 18.*

Vomica, æ, f. *postema, ἀνοήγος*, abcessus internus, copiosam evomens sanem. *Seren. Sammon.* Sunt alii, quos dita vomit natura tumores: Vomica qualis erit, vel idem proxima quedam. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 28.* Nec prodesse Pheræ Jafoni is, qui gladio vomica eius aperuit, quam Medici sanare non potuerunt. *Plin. l. 20. c. 12.* Petrofelinon præcipuum ad vomicas. ¶ Translate usurpatum reperitur pro argenti vivi venia jugiter manante. *Plin. l. 23. c. 6.* Est lapis in his venis, cuius vomica liquoris æterni argentum vivum appellatur, venenum rerum omnium. ¶ Item pro quovis loco concavo longa vetustate exfo. *Lucil. apud Non. c. 2. n. 902.* ¶ Item pro quacunque calumitate. *Quintil. l. 8. c. 6.* Perfecare republicæ vomicas. *Augustus apud Sueton. in ejus vita, c. 65.* Julius filiam, & nepem omnibus probris contaminatas, vomicas, & carcinomata sua appellare solebat.

Vomicosus, a, um, adject. vomicis laborans. *Cal. Aurel. Acut. 2. 17.* Emptyci, idest vomicosi.

Vomicus, a, um, adject. nocens, pestilens, gravis, a vomica. *Sen. controu. 2. 12.* Maximus primus foro Romano hunc vomicum morbum, quo hunc laborat, intulit.

Vomificus, a, um, adject. vomitorio, vomitum provocans, *ἐμπεδός*, ut vomificum medicamentum, *Cal. Aurel. Acut. 3. 4.* suscus vomificus. *Apul. de herb. c. 108.*

Vomifidus, a, um, adject. ut vomiflua passio, apud *Cal. Aurel. Tard. 2. 14.* h. e. morbus, quo quis sæpe vomit.

Vomis, eris, m. idem ac vomer. *Virg. 1. Georg. v. 162.* Vomis, & inflexi primum grave robur aratri.

Vomitaria, orum, vel ium, n. ostia, per quæ populus in spectacula ab exterioribus porticibus veniebat in sedes suas. *Macroh. l. 6. Saturn. c. 4.* Mane salutatum totis vomit ædibus undam. *Pulchro* vomit undam, *Æ antique.* Nam *Ennius* ait: Et Tiberis flumen vomit in mare salsum. Unde & nunc vomitaria in spectacula dicimus, unde homines glomerantur ingredienti in sedilia se fundunt. Al legunt vomitoria.

Vomitio, onis, f. *vomitio, ἐπιβόρυγος, ἐμεις*, actus vomendi. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 50.* Quid ea, quæ nuper, idest paucis ante seculis, medicorum ingenijs reperta sunt, vomitione, & dejectione purgare, ex eo, quod vomitione canes, alvo se ibes Ægypti curant. *Plin. l. 11. c. 53.* Vomitiones homini ad hæc in remedium excogitatz; frigidiora corpora faciunt, inimicæ oculis, maxime autem dentibus. *Id. l. 32. c. 3.* Vomitione cibos reddere.

Vomitium, ii, n. idem ac vomitio. *Martian. Capell. l. 2.* Nausea, & vomitio laborare.

Vomitio, as, a. 1. vomitare, *ἐμείω, πολλὰς ἐμείω*, sæpe vomo. *Plin. l. 7. c. 10.* Quam cum pecudes biberunt, nausea correptæ vomitant, atque expurgantur. *Senec. ep. 18.* Ebrtio, & vomitante populo.

Vomitor, oris, m. *rigitatore, ἐμεις*, qui vomit. *Senec. ep. 88.* Quid enim, oro, liberale habent jejuni vomitores, quorum corpora in sagina, animi in macie, ac veterno sunt?

Vomitoresus, a, um, vomitorio, vomicevole, *ἐμπεδός*, quod habet vim vomitum faciendi. *Plin. l. 20. c. 9.* Bulbus, quem vomitorium vocant ab effectu, folia habet nigra, cæteris longiora. *Id. l. 21. c. 19.* Hunc stomacho inutilem, & ideo vomitorium. ¶ *Vomitioria* absolute, *V. Vomitaria.*

Vomitus, us, m. idem ac vomitio, *ἐμεις*. *Plin. l. 20. c. 14.* Mentastrum cum succo granati singulus, & vomitus sistit, ut Democritus monstrat. *Id. l. 13. c. 23.* Vomitus facere. *Id. l. 9. c. 48.* Vomitus creare. *Id. l. 22. c. 25.* Vomitus concitare. *Id. l. 12. c. 24.* Invitare vomitum. *Curt. l. 7. c. 5.* Aquam vomitu egerere. ¶ Vomitus voluntarii consuetudo fuit quondam apud Veteres: ut enim longo esui, potuique sufficere possent, qui gulz maxime dediti erant, solebant inter cœnandum (in secretum tantisper locum recedentes) vomitum, inserto in gulam digito, aut pinnula immissa, provocare: qua de re *V. Sueton. in Claud. c. 33. in Vitel. c. 13. & Senec. de consolat. ad Helv. c. 9.* ¶ *Vomitus* est etiam inter convitia. *Plaut. Mostel. 3. 1. 119.* Absolve hunc quæso vomitam, ne hic nos enect. h. e. hunc hominem impurum, & molestum.

Vomo, is, mui, mitum, a. 3. vomitare, *77777*, Ger. *korzen*, Gal. *vamis*, Hisp. *vomitar, ἐμείω, ἐπιβόρυγος*, est ejicere, & proprie de cibo, & potu dicitur, qui per os & stomacho egeritur. *Cic. pro Dejor. c. 7.* Cum, inquit, post cœnam vomere te velle dixisses, in balneum te ducere cœperunt. ¶ Transfertur etiam ad alia, pro emittere, exhallare, effundere. *Virg. 9. Æn. Purpuream vomit ille animam, & cum sanguine mista Vina refert moriens. Ovid. ep. 12.* Sylla fluctus Vomit, ac resorbet. *Virg. 5. Æn. v. 682.* Stupa vomens tardum fumum. *Et 2. Georg. v. 462.* Mane salutantum totis vomit ædibus undam. ¶ *Ufurpatur & impersonaliter. Cic. 2. Phil. c. 41.* Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur.

Vopificus, a, um, qui ex duobus conceptis, uno per abortum excluso, ad partum legitimum ducitur. *Plin. l. 7. c. 10.* Vopificos appellabant & geminis, qui retenti utero nascerentur, altero interempto abortu. *Solin. c. 4.* E geminis si remanente altero alter abortivo fluxu exciderit, alter, qui legitime natus est, vopificus nominatur. ¶ Fuit hoc nomine Flavius Vopificus historicus, de quo *V. in Capitolinus.*

Voracitas, atis, fœm. *voracitas, πολυφαγία*, edacitas, inexplabilis edenditaviditas. *Plin. l. 2. c. 107.* de igne: Quæ est illa natura, quæ voracitate in toto mundo avidissimam sine damno sui pascit?

Voraciter, adv. *voracemēte* *Macroh. l. 9. Saturn. c. 5.* Insuper sit ille, cui merus sal cibus, si hoc ipsum voraciter invaserit.

Voraginifus, a, um, *voraginoso*, Βαρυπύλιος, plenus voraginibus. *Hirt. l. 6. B. Hifp. c. 29.* Nam palustris, & voraginofa folo curtebat ad dexteram partem. *Apul. l. 9. A. Voraginofa via.*

Vorago, inis, f. *voragine*, Βαρυς, Γόρυς, Germ. *tieffer*, *fehland*, Gal. *gouffre*, *Hifp. tragadero*, Βαρυπύλιος, Βαρυπύλιος, χάρυς, locus immenfæ profunditatis, a *vorando*. Ratio nominis eft, quia in eam cadentia non emergunt, fed quali abforbentur. *Cic. l. 1. de Div. c. 33.* Qui cum per agrum Leontinum iter faciens equum dimiffiffet in flumen, fubmersus equus voraginibus non exiit. ¶ Sumitur etiam pro quacunq; terræ humilitate. *Curr. l. 8.* Imber violentius, quam alias, fufus campos lubricos, & inequitabiles fecerat, gravelque, & propemodum immobiles curcus illuvie, & voragine hærebant. ¶ Sæpe translate ufurpatur. *Cic. in Pifon. c. 18.* Vos geminæ voragine, fcopulique Reipublicæ. ¶ Speciatim transfertur ad hominem infigniter prodigum, cuius gula, vel ampliffimis patrimoniis in ventrem, tanquam in barathrum quoddam, coniectis, expleri non poteft. *Cic. pro Sext. c. 52.* Tu meo periculo, gurgis, & vorago patrimonii, heiluebere?

Voratio, onis, f. *vorationis*, actus vorandi. V. Vocatio.

Vorator, oris, m. *divoratore*, qui vorat. *Tertul. de monogam. c. 8. & de jejuni. c. 2.*

Voratrîna, æ, f. vorandi officina, popina. *Tertul. in Apol. c. 39. de Ecclefia fenfu*: Inde non epulis, non potaculis, nec ingratis voratrinis difpenfatur, fed egenis alendis, humanifque. ¶ Item idem ac vorago. *Ammian. l. 17. c. 16. (al. 17.) de terre motibus*: Patrefactis fubito voratrinis, terrarum partibus abforbent.

Voratus, a, um, noni. partic. *mangiato*, *divorato*. *Martial. l. 5. ep. 18.* Vorata mufca. *Arnob. l. 6.* Manfa, & vorata vifcera.

Vorax, acis, o. g. *vorace*, Βορυς, Ger. *fräßig*, Gal. *gourmand*, *Hifp. comilon*, Βορυπύλιος, qui vorat, multa abfument, inexpleribiles edacitatis, gurgis, helluo. *Cic. l. Phil. c. 27.* Quæ Charybdis tam vorax tot res tam cito abforbere potuiffet? *Ovid. Met. 8. v. 844.* quæ copia major Eft data, plura cupit, turbaque voracior ipfa eft. *Lucan. l. 1. v. 181.* Hinc ufura vorax, avidumque in tempore fœnus.

Voro, as, a. 1. *divorare*, *vranguggiare*, Βορυς, Germ. *reffen*, Gall. *devoier*, *Hifp. tragar*, Βορυπύλιος, cibum non contentum deglutio. Eft a *βορυς*, hoc eft pabulum, cibus, ac proprie heftiarum, ut vorare prima, propriaque fignificatione notet ferrius more comedere. *Cic. 2. de nar. Deor. c. 47.* Aliz fugunt, aliz carpunt, aliz vorant, aliz mandunt. ¶ Per translationem capitur pro avide fumere. *Plaut. Truc. l. 1. 21.* Interim ille hamum vorat, fi femel amoris poculum accepit mere. h. e. acium de eo eft, ut moriantur pifces, qui hamum vorant. *Cic. Att. l. 4. ep. 11.* Nos hic voramus literas cum homine mirifico Dionysio. h. e. avide perficimus. *Catull. carm. 36.* Si fapient, viam vorabit. h. e. celeriter viam conficiet.

Vortex, icis, m. idem ac vertex: Ita veteres loquebantur. Eftque a *vortio*, quod præfici illi Latini pro *verso*, dixere. Quare vertex, & vortex nec fignificatio, nec origine differre poffunt: quidquid dicat *Charybdis*, qui l. 1. *Vorticem a vertendo* dici, *vorticem*, a *vorando*, autumat: additque, *Plinii* opinionem esse, vorticem immanem vim impetus habere, ut *Ingens a vertice pontus*: vorticem vero circumactionem undæ esse, ut *Et rapidus vorat æquore vortex*. Sed ea promiffice ufurpari, omnium argumentorum illud fortiffimum, quod *Quintil. l. 1. c. 7.* feribit, Scipionem Africanum primum in *vorticibus*, & *vorfus* O liederam vertiffe in E. illud tamen hac in re animadvertendum eft, quod non quidem ratio, fed ufus obtinuit, ut Latini Scriptores sæpius feribant *vortex*, per e, cum volunt notare fummitatem alicujus rei; *vortex* vero per o, cum aeris, aut aquæ iam gyrum vertentis impetum, turbineque fignificant.

Vos, vestrunt, vel vestri, *vos*, ארם, Ger. *ihv*, Gal. *vous*, *Hifp. vos oiros*, *Juâs* pronomen primitivum numeri pluralis, cuius singularis numerus est *tu*, a *וּסַב*, literarum trajectio, ut *nos* a *נוּ*, adiectione literæ *s*. *Cic. pro Leg. Man.* Vos cum Regem inultum esse patiemi, qui, &c. *Id. Phil. 4. c. 1.* Frequentia vestrum incredibilis. *Id. Caril. 4. c. 9.* Habetis decem memore vestri. *Id. pro Mur. c. 1.* Ut ea res vobis, populoque Rom. pacem, coacordiamque afferat. ¶ Interdum additur particula *mea* ad majorem fignificationem. *Plaut. Capt. 3. 5. 18.* Ita vosmet ajebatis. *Liv. l. 34. c. 17.* Confilium, quod vosmetipfi attuleritis. ¶ *Vestrorum*, seu præfco proferendi more *vestrorum* pro *vestri*, vel *vestrum*, *Plaut.* dixit *Moffel. l. 3. 123.* Maxima pars vestrorum intellegit. ¶ Ablativus *vobis* h. quando præpofitioni *cum* adiungitur, ei semper præponitur. *Plaut. Stich. 5. 5. 2.* Jamdudum exilitem vobiscum foras. ¶ Utrum rectius dicatur *habeo curam vestri*, an *vestrum*, difputat *Gell. l. 20. c. 6.* & ex Sulpitii Apollinaris sententia itatur, utriusque loquendi modi exempla inveniri.

Voster, stra, strum, idem ac vester, apud veteres. *Plaut. Amph. prol. v. 1.* In vostriis mercomoniis.

Voiffer, a, um, adjeft. votum ferens, vel votivus. *Stat. l. 4. flv. 4. v. 92.* Votiferaque meas fuspendit ab arbore vittas. Alii leg. *pomifera*.

Votivus, a, um, idem ac vetitus, apud veteres. *Plaut. Afin. 4. 1. 44.* Nolo habere illam causam, & votitam dicere. Non est audiendus *Nonius*. l. 1. n. 215. cui *votiva* est a votis, quasi religiose aliqua obftitit. Nam metrum reclamat, quia hæc penultima produceretur, quam *Plautus* corripit.

Votivus, a, um, *voivivo*, di voto, נדר, Ger. *verlobt*, Gal. *qui est voive*, *Hifp. votado*, Βαρυς, quod ad votum spectat, ut *Votiva preces*, quibus aliquid cum voto pollicimus, *Votiva verba*, quibus in faciendis votis utimur. *Votiva sabella*, quæ ex voto Deorum aris, vel simulacris fuspenditur in testimonium accepti beneficii, *Thura votiva*, quæ voti causa incenduntur, *Animal votivum*, quod ex voto dari promittitur, *Ludi votivi*, qui ex voto celebrantur. *Horat. l. 1. od. 5.* Mc tabula facer *Votiva* paries indicat humida Suspendiffie potenti Vestimenta maris Deo. *Id. l. 1. epist. 3.* Palfitur in vestrum reditum thura juvenca. *Ovid. l. 3. Am. eleg. 12.* Accipit ara preces, votivaque thura piorum. *Plin. l. 7. c. 48.* Valeria Copiola Emboliarum reducta est in scenam Cn. Pompejo, Q. Sulpitio Cofl. Iudis pro salute D. Augusti votivis, annum centesimum quartum agens. ¶ Legatio votiva eft, quæ voti prætextu fufcipitur. Cum enim Senatoribus non liceret ab Urbe diutius abesse, nisi Reipublicæ causa, fi quando ob privatum negotium abesse vellent, legationem liberam a Senatu impetrabant. Quæ legatio ideo libera dicebatur, quia licebat ingredi urbem, & exire toto legationis tempore, quod lege Julia annuum erat; cum ceteri Magistratus Urbem ingressi omne imperium deponerent. *Votiva* autem legatio etiam ipfa libera erat, fed ab illa in eo differabat, quod habebat prætextum religionis, & voti, ut v. g. vifitandi templa Deorum. *Cic. Att. l. 25. ep. 2.* Etiam libera legatio voti causa datur. *Id. l. 15. ep. 11.* *Votiva* ne tibi quidem placebat, etenim erat absurdum, quæ, fi Retiffet Reipublica, voviffem, ea me, versa illa, vota diffoivere, & habent, opinor, liberæ legationis definitum tempus lege Julia. V. *Manus*. ad hæc loca, & l. 2. ad Q. *Frar. epist. 8.* ¶ *Votivus* interdum fumitur pro

eo, quod ex voto succedit, quod gratum, & jucundum est. *Trebel. Pol. in Gallien. c. 3.* Conflabat, votivum illi fuiffe, quod imminemter cervicibus fuis gravitatem patriam non haberet. *Apul. l. 7. A. A.* Tota civitas ad votivum conspectum effunditur. ¶ *Aures votivæ*, quæ a liquid cupiunt audire. *Plaut. Caf. prol. v. 29.* Aures votivæ fi sunt, animum advortite. Alii tamen leg. *votivæ*, & fæc reditus.

Votum, i, voto, נדר, Ger. *gelubdt*, Gal. *voue*, *Hifp. voto*, Βαρυς, Βαρυπύλιος, a *vo*, promiffio Deo facta de re aliqua. *Cic. 3. de nar. Deor.* Nonne animadvertitis ex tot tabellis pictis, quam multi votis vim tempeftatis effugerint? *Id. pro Cluent.* Quin etiam nocturna sacrificia, sceleratasque ejus preces, & nefaria vota cognovimus. *Virg. Æn. l. 8.* Vota metu duplicant matres, propiusque periclo l. timor. *Plin. l. 10. epist. 101.* Vota, Domine, priorum annorum nuncupata læti perfolvimus, novaque rursus fufcepimus. *Trajan. ad Plin. ep. 102.* Solville vota dus immortalibus &c. *Ovid. 7. Metam.* Concipere vota. *Rufus Cic. l. 6.* Debere vota Veneri, ac Cupidini. ¶ *Voti compos* dicitur, qui desiderium suum affectus est. *Liv. l. 7. c. 40.* Aliquem voti competem facere. ¶ *Reus voti* est, qui fufcepto voto fe Deo obligavit. *Virg. 1. Æn.* Vobis lætus ego hoc candentem in litore taurum Conftituum ante aras voti reus. ¶ *Damnare alicum voti*, vel *voto* dicebantur Dii, cum alicui tribuebant ius, cuius gratia votum fufceperat. V. *Dimissus*, & *damno*. ¶ *Facere votum*, idem est ac *vovere*. *Cic. de Arusp. Resp.* Tamen nostri Imperatores maximis, & periculofiffimis bellis huic Deo vota facerent, eaque in ipfo Pæfinitate, ad illam ipsam principem aram, & in illo loco, fanoque perfolverent. ¶ Interdum vota tacere, est optare. *Cic. pro Mil.* Vota enim feceratis, ut in eos se potius mitteret, quam in vestras poffeffiones. ¶ *Vota nuncupare* pro Republica, pro Imperio, &c. est nominatum aliquid *vovere*, quod Republica periculo liberata fuis perfoluturus. *Cic. 7. Verr.* Alterum, quod cum paludatus exiffet, votaque pro imperio fuo, communique Populi Romani nuncupaffet. ¶ *Vota solvere*, est ea, quæ vovimus præstare. *Liv. l. 3.* Quod nisi factum effet, votum rite folvi non poffe. ¶ *Votum reddere*, idem ac *olvere*. *Cic. 2. de Leg.* Sancte vota reddunt. ¶ *Voto teneri*, est voti causa obligatum esse. *Cic. Att. l. 12. ep. 19.* Sed jam quasi voto quodam, & promiffio me teneri puto. ¶ *Liberare se voti*, est solutione eorum, quæ vovimus, eximere fe ab obligatione fponfionis Deo factæ. *Liv. l. 5.* Verendum non tulit Senatus, quin sine mora voti liberaretur. ¶ Interdum votum fumitur pro re ipsa, quæ voto promiffa est, & Deo dicata. *Petron. in Satyr.* stipant graves equi recessus Danai, & in voto latent. *Virg. Æn. 3. v. 279.* votisque incendimus Aras. h. e. thure, & victimis. ¶ Item pro re voto petita, & impetrata. *Claudian. de B. Gildon. v. 7.* maniffellaque gaudia differt, Dum stupet, & tanto cunctatur credere voto. ¶ Hæc de voto, qua promiffionem fignificat, vel etiam rem promiffam, quoniam vero quæ magnopere desideramus, adhibitis votis a Deo petere solemus, factum est, ut votum accipiat etiam pro voluntate, desiderio, optato. *Cic. l. 14. Fam. ep. 4.* Ego vero quamprimum mea vota cupio videre. *Plin. l. 6. epist. 26.* Habebis generum, quo melior fingi ne voto quidem potuit. *Perf. fat. 3. v. 48.* quid dexter senio ferret, Scire erat in voto. *Horat. l. 2. sat. 6. v. 11.* Hoc erat in votis: modus agri non ita magnus &c. *Id. l. 1. ep. 11.* An venit in votum Attallicis ex uribus una? *Sueton. in Augusto. c. 51.* Nec votum, nec animus deest confidendi. ¶ *Vota raro* pro nuptiis ponuntur. *Jufinian. novel. 2. c. 2.* fecunda vota pro fecundis nuptiis poffunt. ratio autem appellationis fortasse est, quia conjuges ex voto, h. e. desiderio invicem matrimonio jungi cupiunt; vel quia utriusque in votis est liberofufcipere. Ad hæc voti fignificationem quidam trahunt & illud apud *Tacit. de Germ. c. 19.* Melius adhuc ex civitates, in quibus tantum virgines nubunt, & cum fpe, votoque uxoris femel tranfigitur.

Votûri, m. 2. pop. Galli in Asia, qui Galatiam cum Toliftobogis, & Ambituis occuparunt. *Plin. l. 5. c. ult.*

Votus, a, um, *promesso in voto*, Βαρυπύλιος, partic. a *voveo*. *Cic. 3. de nar. Deor. c. 17.* At earum templa sunt publice vota, & dedicata. *Liv. l. 4.* Ludi ab Decemviris per feceffionem Plebis a Patribus ex S. C. voti eo anno facti sunt.

Vovêo, es, vovi, votum, a. 2. *far voto*, נדר, Ger. *geloben*, Gal. *vouer*, *Hifp. votar*, Βαρυπύλιος, Βαρυπύλιος, Deo aliquid fancte promitto. *Cic. 3. de nar. Deor. c. 36.* Neque Herculi quisquam decimum vovit unquam, fi sapiens factus eiffet. *Id. 3. de Divin. c. 17.* Cum propter paupertatem suam puer pasceret, una ex his amiffa, voviffe dicitur, fi recuperaffet, uvam fe Deo daturum, quæ maxima eiffet in vinea. *Ovid. 9. Metam. v. 793.* Vota puer folvit, quæ fœmina voverat Iphis. *Liv. l. 1. c. 27.* Vovere fana Diis. ¶ *Vovere caput* pro salute patriæ, est fe pro ejus salute periculis obijcere. *Cic. 5. Fin.* Nostri Imperatores pro salute patriæ fua capita voverunt. ¶ Sumitur etiam pro optare, desiderare, cupere. *Hor. l. 1. ep. 4.* Quid voveat dulci nutricula majus alumno? *Ovid. Met. 12. v. 200.* Sint tua vota licet, dixit, fœcura repulfæ; Elige, quid voveas.

Vox, ocis, f. *voce*, קול, Ger. *Stimm*, Gal. *voix*, *Hifp. voz*, Φωνη, fonus, qui ab animalis ore profertur. *Cic. 2. de nar. Deor. c. 58.* Ionis genera permulta, canorum, fufcum, lenes, aferum, grave, acutum, flexibile, durum, quæ hominum solum auribus judicantur. *Id. 3. de Or. c. 57.* Nam voces, ut chordæ, sunt intentæ, quæ ad quenque tactum respondeant, acuta, gravis, cita, tarda, magna, parva: quas tamen inter omnes est fuo quoque in genere mediocris. Atque etiam illa sunt ab his de lapfa plura genera, lenes, aferum, contractum, diffusum, continenti fpiritu, intermiffio, fractum, sciffum, hexo sono, attenuatum, inflatum. *Id. de Sen. c. 5.* Cum legem Vovoniam magna voce, & bonis lateribus fuffiffem. *Id. ib. Eredta*, & concitata voce dicere. *Id. ib. Strangulare vocem.* *Id. l. 1. c. 8.* Vocem attollere. *Id. ib. Vocem* submittere. *Plin. l. 28. c. 6.* Cum vox e candida declinat iufcum. h. e. clara in fubraucam. ¶ *Vox toto inffructa organo*, proverbii fpeciem habet, fignificatque vocem firmam, facilem, & tractabilem, quæ per omnes intentionis, & remiffionis gradus fequax, & flexibilis traducitur: translatio fermonis a muficis organis, & hydraulis, quæ totius canonis mufici varietates, & flexus vocis, & foni complectuntur. *Quintil. l. 11. c. 3.* Utique habens omnes in fe, qui desiderantur, fonos, intentionefque, & toto, ut ajunt, organo inffructa. ¶ Nonnunquam vox dicitur de rerum inanimitatarum fonis. *Virg. 6. Æn.* Threicibus longa cum veste sacerdos Oblongitur numeris septem difcrimina vocum. ¶ Metonymice accipitur pro opinione, fama. *Cic. 9. Fam. ep. 14.* Atque hæc una vox omnium est. *Id. l. de Oras. c. 11.* Una pene repelli voce oratore a gubernaculis civitatum. ¶ Item pro dicto, verbis, fermones. *Id. Verr. 7.* Conflitue, nihil opis esse in hac voce: Civis Romanus fum. ¶ Item pro sententia, vel oratione. *Horat. l. 1. ep. 1. v. 34.* Sunt verba, & voces, quibus hunc lenire dolorem poffis. *Id. l. 1. sat. 3. v. 103.* Donec verba, quibus voces fœufque notarent, Nominaque invenere. *Id. l. 1. od. 10.* Mercuri, qui feros cultus hominum recentum Voce formasti. *Adde Plin. l. 18. c. 6.* ¶ Item pro detentione. *Tacit. 2. Annal. c. 29.* Vocem adverfus pericula pofcere.

U A N T E P.

Uplio, V. Opilio.
 Upupa, α , f. *bulba*, $\beta\rho\upsilon\delta$, avis, cristis a capite excubitibus galeata, in simo semper commorans. Vulgo nomen ex eo accepisse putatur, quod Thureus Thracum Rex, in Avem eam commutatus etiam nunc requirens filium Ilym, quem progre marito concedendum appofuerat, inclamet $\beta\rho\upsilon$, $\pi\upsilon$, ubi, ubi. Sed sane possumus cum Varrone nomen hoc deducere a voce eius, *pu*, *pu*, uteunque non ad fabulas recurramus. *Plin. l. 10. cap. 29.* Mutat & upupa, ut tradit Æschylus poeta, obfcuræ alias passu avis, cristis videnda plicatuli, contrahens eam, subrigentem per longitudinem capitis. \uparrow Upupa etiam ob similitudinem dicebatur instrumentum ferreum, quo in lapidinis utebantur ad eruendos & excavandos lapides: quod Græci $\alpha\rho\delta$ $\tau\alpha$ $\beta\rho\upsilon\upsilon\upsilon$, idest, fodere, $\beta\rho\upsilon\upsilon\upsilon$, dixerunt upupa. *Plaut. Capt. 5. 4. 7.* Idem huc mihi advenienti upupa, quæ me delectat, data est. Ubi Tyndarus servus captivus ait, sibi, simul atque in lapidinas detrusus esset, datam esse upupam in manum, ut scilicet hoc esset illi infero, quod patricius pueris monedula, aut coturnix. Hæc avium nomina recenset, quia & upupa avis nomen est, unde ferreo huic lapididarum instrumento upupæ nomen erat. V. integrum *Plauti* locum.

U A N T E R.

Ura scorpius, herbæ nomen Græcum, $\beta\rho\upsilon\delta$ $\sigma\kappa\omicron\rho\iota\upsilon$, h. e. cauda scorpionis, quæ & heliotropium dicitur. *Apul. de herb. c. 49.*
 Uræa cybia, $\beta\rho\upsilon\delta$, $\kappa\upsilon\beta\iota\alpha$, pulpamenta ex carne tritonis magni, qui piscis est ex genere pelamidum: dicuntur autem uræa, $\kappa\upsilon\beta\iota\alpha$, hoc est caudata, quia ad ea conficienda eligitur maxime car, quæ est prope caudam. *Plin. l. 32. c. ult.*
 Urania, α , vel Uranie, es, f. i. $\beta\rho\upsilon\rho\iota\alpha$, $\beta\rho\upsilon\rho\iota\varsigma$, Jovis, & Mnemofynes filia, una Musarum, cui Astrologiæ inventio tribuitur, ab $\beta\rho\upsilon\rho\iota\varsigma$, *caelum*. Præsert enim rebus celestibus, & divinis. Aliqui dictam putant quasi $\tau\alpha$ $\alpha\iota\theta\rho\upsilon$ $\beta\rho\upsilon\rho\iota\alpha$, hoc est quæ sursum sunt speculantes. *Ovid. 5. Fast. v. 55.* Excipit Uranie, fecere silentia cunctæ.
 Uranopölis, f. 3. $\beta\rho\upsilon\rho\iota\sigma\tau\omicron\pi\omicron\lambda\iota\varsigma$, opp. Macedoniæ, sub Atho M. ab Alexandro Casandri Regis fratre conditum. *Plin. l. 4. c. 10.* \uparrow Item urbs Pamphyliz. *Plin. l. 5. c. 7.*
 Uranoscopus, i, $\beta\rho\upsilon\rho\iota\sigma\kappa\omicron\pi\omicron\sigma\tau\omicron$, piscis idem qui callionymus, sel habens prægrande, quo cicatrices, & excrecentes in oculo caruncule perfarantur, ita dictus ab oculo, quem in capite habet ita situm, ut co Cælum intueri videatur. *Plin. l. 32. c. 7. § 11.*
 Urænus, i, m. $\beta\rho\upsilon\rho\iota\varsigma$, pater Saturni, qui Latinis Cælum, vel potius cælus, sive Cælus appellatur, cui Saturnus Ilius amputavit virilia, & in mare abiecit, ex quibus, & ex maris Iliuma nata est Venus, quæ Græco nomine vocata est Aphrodite. V. *Lactant. l. 1. c. 11. § 22. & Boet. l. 3. Gen. Deor. c. 23.*
 Urbanitatem, adv. idera ac urbane, sive eleganter, hoc est, urbanorum more, sicut rusticitatem, pro rustice, sive rusticorum more. *Pomp. apud Non. c. 2. n. 747.* At ego rusticitatem tangam, urbanitatem nescio.
 Urbane, adv. *civilitate*, *urbanus*, more eorum, qui urbes inhabitant, eleganter, lepide, venuste. *Cic. l. Fin. 11.* Ut a patre audiebam facere, & urbane Stoicis irridente. *Quintil. l. 2. c. 11.* Nec fane potuit urbanus ex confessione inficitæ læe elabi. *Gal. l. 15. c. 5.* Urbanissime respondere.
 Urbanicianus, a, um, &
 Urbanicus, a, um, adject. Urbaniciani, & Urbanici milites dicuntur, qui in præsidio urbis Romæ collocati sunt. *Paulus l. 35. Dig. ex quibus caus. major.* Sed & in urbanicis militibus idem constituit. *Spartian. in Cavacall. c. 4.* Nudis pedibus ab urbanicianis raptus est.
 Urbanitas, atis, f. *urbanitas*, *civilitas*, *vita civilis*, $\beta\rho\upsilon\rho\iota\tau\eta$, Ger. *Stattigkeit*, Gal. *civilité*, Hisp. *urbanica*, $\beta\rho\upsilon\rho\iota\sigma\mu\omicron\varsigma$, $\beta\rho\upsilon\rho\iota\tau\eta$, res urbana, vita urbana. *Cic. l. 7. Fam. ep. 6.* Tu modo ineptus istas, & desideria urbis, & urbanitatis depono. \uparrow Translate ponitur pro sermonis lepore, oratione elegantis, & salubris condita. Nam eorum, qui in urbibus agunt, vita, & oratio multo ætior est, quam eorum, qui in agris vivunt. *Quintil. l. 6. c. 3.* Nam meo quidem iudicio illa est urbanitas, in qua nihil absotum, nihil acreste, nihil inconditum, nihil peregrinum, neque sensu, neque verbis, neque ore, gustive possit deprehendi, ut non tam sit in singulis dictis, quam in toto colore dicendi, qualis apud Græcos $\beta\rho\upsilon\rho\iota\sigma\mu\omicron\varsigma$: ille redolens Athenarum proprium saporem. *Cic. pro Cal. Maledictio enim nihil habet propositi præter contumeliam, quæ, si petulantius jactatur, convivium, si facetius, urbanitas nominatur. Id. ad Q. Fr. l. 2.* Aliquando subtilitatem veteris urbanitatis, & humanissimi sermonis attingerem.
 Urbanus, a, um, *urbano*, *civilis*, Gerin. *Stattlich*, Gal. *civil*, Hisp. *civil*, $\beta\rho\upsilon\rho\iota\sigma\mu\omicron\varsigma$, qui in urbe habitat, vel ad urbem aliquo modo spectat, cui opponitur *rusticus*. *Ter. Adelph. 1. 1. 17.* Ego hanc clementem vitam urbanam, atque otium fecutus sum. *Cic. 2. Fin. Quam omnes urbani, rustici, omnes, inquam, qui Latine loquuntur, voluptatem vocant. Tacit. Ann. 1. c. 17.* Urbana excubie. *Plin. l. 2. ep. 17.* Justis ne de causis tibi videor inhabitare, diligere fecerunt? quem tu nimis urbanus es, nisi concupiscis. *tropo amare della città.* \uparrow Urbana prædia a Jurisconsultis ædificia omnia appellatur, sive in urbibus sint, sive in pagis. *Ulp. l. 198 ff. de verb. signif.* Urbana prædia, omnia ædificia accipiunt, non solum ea, quæ sunt in oppidis, sed & si forte stabula sunt, vel alia meritoria in villis, & vicis, vel si prætoria, voluptati tantum deservientia, quia urbanum prædium non locus facit, sed materia. Proinde hortos quoque, siqui sunt in ædificiis constituti, dicendum est, in urbanorum appellatione contineri. Plane si plurimum hori in reditu sunt, vinearii forte, vel etiam olitorii, magis hæc non sunt urbana. *Justinian. l. 2. Inst. tit. 3. §. 1.* Prædiorum urbanorum servitutis sunt hæc, quæ ædificiis inveniunt, ideo urbanorum prædiorum dictæ, quoniam ædificia omnia urbana prædia appellantur, etiam in villa ædificata sint, &c. \uparrow Translate urbanus accipitur pro culto, qui in verbis, & sono, & usu proprium quandam præ se fert urbis gestum, item pro faceto, comi, lepido, quem Græci $\beta\rho\upsilon\rho\iota\sigma\tau\omicron\pi\omicron\lambda\iota\varsigma$, sive $\chi\alpha\rho\iota\sigma\mu\omicron\varsigma$ vocant. Ratio est, quia in urbe agentes cæteros extrapelia vincere solent. *Cic. pro Domo. c. 34.* Et homo tacetis inducit etiam sermonem urbanum, ac venustum. *Id. in Bruto:* In vocibus nostrorum oratorum recinet quidam, & resonat urbanus. *Id. pro Cæl. c. 15.* Qui est in isto genere urbanissimus. *Colum. l. 8. c. 16.* Urbanissimum dictum. \uparrow Cicero tempore nova erat hæc ratio loquendi. *Id. Fam. 3. ep. 8.* Hominem non solum sapientem, verum etiam, ut nunc loquimur, urbanum. \uparrow Tribuitur & aliis rebus. *Plin. l. 16. c. 19.* Sunt enim arborum quædam omnino silvestres, quædam urbaniores, quas his placet nominibus distinguere. ergo mites, quæ fructu, aut a iqua dote, umbrarumve officio humanis juvant, non improbe dicantur urbana.

Urbicæpus, i, m. qui urbes capit, $\tau\omicron\upsilon\beta\iota\sigma\tau\omicron\pi\omicron\lambda\iota\varsigma$. *Plaut. Mil. 4. 2. 64.* Urbicæpe, occisor regum.
 Urbicremens, a, um, adject. urbes cremans. *Prudent. Hymn. v. 727.* de Sodomæ incendio. Nubibus ubicremis se subducere.
 Urbicus, a, um, *cittadinejo*, *di città*, $\beta\rho\upsilon\kappa\iota\sigma$, quod ad urbem pertinet, sicut *rufficus*, quod ad rus. *Suet. in Cæs. c. 49.* Negotiatores urbici. *Gal. l. 15. c. 1.* Siquid autem possit remedium esse, ut ne tam assidue domus Romæ arderent, venum hercle dedidissent res rusticas, & urbias emissim. \uparrow Urbici etiam dicebantur poetæ, & actores tabularum Atellanarum, quæ dictæ sunt ab urbe Atella, & erant urbanissimæ, & urbis jocos, elegantiamque imitabantur. Ut enim satyræ Græcis tragædis interponebantur, ita tragædis Latinis ad exhibendum spectatorem exodia Atellanarum, interferebantur, nec histrionibus earum auctus committebantur, sed honestis juvenibus. *Martial. l. 1. ep. 42.* Quod non optimus urbicus poeta. *Juven. Sat. 6. v. 71.* Urbicus exodio rîfium movet Atellane.
 Urbina, α , f. juculi genus. *Plaut. Bacch. 4. 8. 46.* Si tibi machæra est, & nobis urbina est domi. Alii leg. *veruna*, h. e. parvum veru.
 Urbinates, populi Urbini incolæ. *Plin. l. 3. c. 14.*
 Urbinianus, a, um, ad Urbinium, vel Urbinium pertinet, quod est nomen proprium civis R. ut Urbinianalis, *Quintil. lib. 7. cap. 2. circa med.*
 Urbinum, i, *Urbino*, urbs Umbræ, ad fontes Ifauri fl. patria Raphaelis Sanctus pictoris omnium sine controversia excellentissimæ.
 Urbo. V. Urvo.
 Urbs, bis, f. *cittad*, $\beta\rho\upsilon\tau\eta$, Germ. *Statt*, Gall. *ville*, Hisp. *ciudad*, $\beta\rho\upsilon$, $\beta\rho\upsilon\kappa\iota\sigma$, oppidum muro cinctum. *Cic. 1. de Rep. apud Non. c. 5. n. 27.* Quam cum locis, manaque perficit, ejusmodi conjunctionem tectorum oppidum, vel urbem appellatur, delubris distinctam, spatiosæ communibus. *Id. pro Sext. c. 42.* Tum domicilia conjuncta, quas urbes dicimus, invento & divino jure, & humano mœnibus sequebantur. \uparrow Urbe ablativ. pro in urbe. *In argum. Truculenti Plautini, cujus adolescentem alii Piffennium putant, alii Sistonium:* Tres unam pereunt adolescentes mulierem, Rure unus, alter urbe, alter urbe, peregre tertius. \uparrow Quomodo a civitate differat, V. *Civitas.* \uparrow Ratio condendæ urbis varia fuit apud varias gentes. In Hetruria hæc erat solemnitas. Primum atrarum ex ære parabant. Æs adhibebatur propter aurigium æternitatis, quia in ære perpetuitas significatur, vel quia magis, quam ferrum, sacrum est, magisque Diis tutelaribus gratum. Deinde taurum, & vaccam albi coloris jungebant. Nam taurus, & vacca sunt symbolum fecunditatis. Taurus vero albus Apollini, seu Soli sacer erat, ut vacca alba Dianæ, seu Lunæ. Igitur optimum augurium videbatur urbem condere, Numine Solis, & Lunæ auspice ad imperium. Tertio Rex, seu Dux Coloniz cinctu Gabino urbem ædificandam aratro in orbem describebat, & efficiebat sulcum, seu fossam, in qua mœnia extruerentur, milites autem sequentes diingenter glebas introvertebant, nec ullam extra terræ patebantur. Nam orbis significat imperium, & imperii æternitatem. Quarto fossam primo glebis, deinde primitiis frugum replebant. Uniquisque enim conferebat particulam terræ, unde esset profectus, ut videlicet animi diversarum gentium in unius patriæ popululum coalescerent. Lutum vero commixtum ex pluribus partibus terrarum partim adbebat Diis interis, partim projiciebant intra urbem descriptam, ut cresceret. Quinto constituebant aram, & in ea ignem adhibebant, tum saliebant per flammam tribus vicibus, & saliendo succubant cineres e faba, & vitula factos, deinde se aqua lavabant. Id faciebant piaculi causa, ut suis sceleribus purgatis ad opus condendæ urbis puras manus adinoverent. Sexto designatis mœnibus bovem illum, & vaccam cum aliis immolabant, tum fruges, aram, & numina quædam sacra in fossa occultabant. Sacrificium illud erat epulum solemnem Jovi, & ignoto urbis Numini, seu Genio loci. Convocabant etiam ad epulum cætera numina, ac præcipue Paem Deam parturum. Denique, postquam urbem condiderant, ei nomen arcans quibusdam ceremoniis imponebant, & iunil atque imposebant, supprimebant. Nomen enim urbis aliud erat proprium, & substantiale, quod scilicet essentiam urbis exprimebat, prout constituebatur in se, & distinguebatur ab aliis: aliud erat translaticium, quod defumebatur a conditor, vel a situ, vel a qualitate, vel ab aliis accidentibus urbis. Nomen proprium supprimebatur, ne forte Diis tutelaribus in obidione evocatis, urbs in manus hostium veniret. Etenim antequam hostes inciperent urbem aliquam oppugare, nitentur intelligere a vatibus, quibus Diis urbs illa esset commendata, quod quidem vates per arithmetica divinationem ex proprio urbis nomine cognoscebant: deinde quibusdam sacrificiis Deos tutelares evocabant, iisque, si ab illius favore desisterent, ampliore locum, & cultum pollicebantur. *Cato in Orig.* Qui urbem no:am coadit, tauro, & vacca arct: ubi aravit, murum faciat: ubi portam vult esse, atrarum suffollat, & portet, & portam vocet. *Servius ad 5. Æn.* Condituri civitates taurum in dextra, vaccam intrinsecus jungebant, cincti ritu Gabino, idest togæ parte caput velati, parte succincti, tenebant sîvam incurvam, ut glebæ omnes intrinsecus caderent, & ita sulco ducto, loca murorum designabant, atrarum suspentes circa loca portarum. Adde *Var. l. 4. de L. L.* \uparrow Quia autem, quo ritu quid factum, eodem, vel contrario reddi solet interdictum, ideo, ut condendis, sic etiam evertendis urbis atrarum adhibebant, quemadmodum Servius monet ad illud *1. Æn.* Cui litus arandum: idemque probat illo *Horatii oda 16. l. 1.* Imprime: ritque muris Hostile atrarum exercitus insolens. \uparrow Per Antoniniam Urbis usurpatur pro Roma. *Isidorus l. 8. c. 4. Orig. & Quintilianus l. 9. c. 2.* afferunt, solam Romam esse urbem, cætera oppida. *Ovid. 5. Fast.* Tempora digereret cum conditor Urbis. idest Komulus. Dicitur etiam *urbs Roma*. *Tacit. 1. Ann. c. 1.* Urbem Romam ab initia reges habuere. *Horat. l. 3. ad 5. Incolum Jove, & Urbe Roma.* \uparrow Ad Urbem esse, dicebantur, qui post administrationem provinciz, & res prospere gestas reverfi, prope urbem Romam cum lictoribus & sacibus laureatis stabant, triumphum petentes, vel senatum expectantes, ad quem de rebus a se gestis referrent, item qui post acceptum imperium novum in provincias profecti essent: neque enim licebat cuiquam in urbe esse cum imperio, & insignibus, præter Consules, & eos, quorum magistratus in Urbe exercebatur, ut Prætores, Ædiles, &c. nisi illi populus justisset. *Cic. Attic. l. 7. ep. 16.* Scripsit ad me, ut essem ad Urbem. *Sallust. in Catil.* Hi utriusque ad urbem Imperatores erant impediti, ne triumpharent calumnia paucorum, quibus omnia honesta, atque inhonesta vendere mos erat.
 Urceatim, adverb. plenis urcis. *Petron. in fragm. Tragur.* Urceatim plebebat.
 Urcei veteres, & Urcei novi, *Orzi vetebi*, & *Orzi navoi*, duo oppida Cenomanorum in agro Brixianno, ab Ollio fl. 3. M. P. quorum Urcei novi est oppidum egregie munitum.
 Urceolaris herba, *parietaria*, eadem, quæ Parthenium, sic appellata, quod urcis vitreis lavandis idonea est, $\beta\rho\upsilon\kappa\iota\sigma$. *Plin. l. 21. c. 17.*

Urceolus, i, m. *orceolo*, *urciolo*, *αὐριόλιον*, parvus urceus. *Col. l. 12. c. 16.* Eodem tempore forba manu lecta curiose in urceolos picatos adjecto. *Juven. sat. 3.* Lechus erat Cado proculca minor, urceoli lex, Ornamentum abaci, necnon & parvulus infra Cantharus, &c. Extat & apud Martialem in Apophoretis lemma distichi 105. *Urceoli ministratores.*

Urceum, i, n. idem ac urceus. *Cato c. 13.* Urceum unum æneum, quod capiat quadrantaliam quinque.

Urceus, ei, m. *boccale*, *orceolo*, *ורעי*, Ger. *urasser gefäß*, Gal. *cruche*, Hisp. *jarro*, *αὐριόλιον*, *αὐριόλιον*, vas, quo aqua in urnam lunditur, vel abenum, auctore *Paullo J. C. l. cum de Ionianis, §. aynam, ff. de fund. instr.* Est ab *ὄρχη*, quod *Æolicum* est, ac valis fictilis genus notat simile ei, quod Græci *Bixos* vocant. *Hor. in Arte v. 22.* Amphora cepit Institui, currente rota car urceus exit? *Martial. l. 14. disti. 106.* Hic tibi donatur panxa rufus urceus anfa, Stoicus hoc gelidam Fronto petebat aquam.

Urca, n. indecl. Urce, *Orce*, olim urbs, nunc opp. Hispaniæ Bæticæ, medit. in Bæletanis, nunc in Regno Granateni, finitimum Americæ, & Virgi. *Vera*, urbs alias Bæletanorum, nunc R. Granatenfis, in lim. Murciæ, in ora maris Medit. sinuque Virgitan. *Plin. l. 3. c. 3.*

Urdo, inis, f. *ὑρδία*, *ὑρδία*, morbus herbarum, fruticum, arborumque, qui in vitibus etiam carbunculus dicitur, & in cæteris rubigo, fata, plantas, arboreque adurens. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 35.* Nec, si uredo, aut grandio quippiam nocuit, id Jovi animadvertendum fuit. *Plin. l. 18. c. 28.* Plerique dixere torem inuultu Sole acri, frugibus rubiginis causam esse, & carbunculi vitibus: Quod ex parte fallum arbitror, omnemque uredinem fallere tantum innoxio conitare Sole. ¶ Est & uredo, *ardore*, *suociare*, exustio cum pruritu, qualis ab urtica tum herba, tum pisce excitatur. *Plin. l. 9. c. 45. de urtica pisce:* Dum admoveri sibi manum sentit, colorem mutat, & contrahitur, tacta uredinem mittit.

Uretres, m. 3. *ὑρτρῆς*, *ureæ*, sive meatus oblongi, per quos urina a renibus in vesicam deferitur. *Cels. l. 4. c. 1.* Græcis literis scribit. Græca enim vox est.

Urgens, tis, noim. ex partic. *urgente*, *pressante*, *imminente*, qui urget, inflat, impendit, premit. *Cic. Tuscul. 3. c. 25.* Prærens atque urgens malum. *Id. de Senect. c. 1.* Aut jam urgens, aut certe adventans senectus. *Virg. 1. Georg. v. 146.* Urgens egeas. *Tertull. de refurr. carn. c. 2.* Urgentior causa. *Cod. Justin. tit. 11. leg. 1. l. 3.* Urgentissima ratio.

Urgéo, es, urfi, sine sup. a. 2. *ursare*, *spingere*, *premere*, *ור*, Ger. *urtingen*, Gal. *presser*, Hisp. *apremiar*, *αὐρῖν*, impello, excito. Videtur esse ab *ὑρῖν*, ut quod nihil sit aliud, quam ad opus excito, aut stimulo. *Afin. Poll. ad Cic. Fam. 11. ep. 32.* Lepidus urfit me, ut legionem mitterem. *Virg. 3. Georg. oculos lupor urget inertes.* *Cic. Att. l. 6. ep. 3.* Solitudine provinciæ tamen vel maxime urgebamur. *Id. in Somn. Scip. c. 6.* Australis vertex, in quo qui insunt, adversa nobis urget vestigia. ¶ Est etiam accelerare. *Ovid. 6. Fast. Urgere iter.* ¶ Item insistere, *persistere.* *Cic. 4. Fin. c. 18.* Urgent tamen, & nihil remittunt, quoniam, iniquum, omne peccatum & imbecillitatis, & inconstantiæ est. *Id. l. 5. c. 27.* Non pugnem cum homine, cur tantum habeat natura boni; illud urgem, non intelligere eum, quod sibi dicendum, cum dolore summum malum esse dixerit. *Horat. l. 2. od. 18.* Marique Bajis obstrētis urges summoovere litora. ¶ Item infestare, & opprimere. *Cic. pro Rab. Posth. c. 1.* Satus est homines impudentia lapios non erigere: urgere vero jacentes, aut præcipitantes impellere certe est inhumanum. *Id. de Fato c. 15.* Hi enim urgentur angustii, illorum ratio soluta, ac libera est. *Id. ib. Morbo urgeri.* ¶ *Urgeve occasionem* est infatere, & satagere, ne occasio rei gerendæ elabatur. *Cic. Fam. 7. ep. 8.* Quin tu urges occasionem istam, & facultatem, qua melior nunquam reperitur? ¶ *Urgeve propositum* est in proposito persistere, & secundum illud constanter agere. *Horat. l. 2. sat. 7. v. 6.* Pars hominum vitii gaudet constanter, & urget propositum. ¶ Urgeve aliquem ad solutionem, *pressare ad pagamentum.* *Ulpian. leg. si extraneus. D. de iure dot.*

Uri, m. 2. *ὑρι*, pop. Indiæ, accolæ Indi s. Silenis proximi. *Plin. l. 6. c. 20.*

Urica, æ, f. vitium satorum ab ulitione proveniens. *Plin. l. 18. c. 17.* Commune autem omnium satorum vitium urica, etiam cicicris, cum salilaginem ejus habendo imber dulcius id tacit.

Urigo, inis, f. *ὑριγῶ*, *ὑριγῶ*, *ὑριγῶ*, uredo, pruritus, ardor. *Plin. l. 20. c. 22.* At in magna duritia sine fico impositum, vel, si vehementer urigo timeatur, per duplices pannos.

Urina, æ, f. *urina*, *urina*, *ורין*, Ger. *urine*, Gal. *urine*, Hisp. *urina*, *ὑρι*, serum sanguinis, quod in renibus colitur, per ureteres transmittitur ad vesicam. *Cic. de Fat. Ut in simul ægrotantibus tratribus, ut in urina, & in unguibus.* *Cels. l. 2. c. 19.* Citare, & tardare urinam. *Plin. l. 26. c. 8.* Urinam solvere. *Id. l. 24. c. 6.* Urinam pellere. *Id. l. 24. c. 13.* Urinam trahere. *Et c. 11.* Urinam movere. *Id. l. 20. c. 4.* Inhibere urinam. ¶ Urinam tacere, & urinam reddere, idem quod mejere. *Plin. l. 8. c. 16.* Urinam mares crure subulato reddere, ut canes. *Col. l. 6. c. 30.* Cum suo tempore urinam non fecerint. ¶ Per Metaphoram urina dicitur de genitali semine. *Plin. l. 8. c. 43.* Incontinentes afimæ uterus genitalem urinam reddi, ni cogatur in cursum verberibus a coitu.

Urnalis, le, adject. ad urinam pertinens, ut urinaria medicamenta. *Cal. Aurel. Tard. 5. 1.* Urnalis fistula. *Veget. l. 3. de re veterin. c. 15.*

Urnator, oris, m. *palombaro*, *αὐριόλιον*, *αὐριόλιον*, *αὐριόλιον*, *αὐριόλιον*, qui in aquam mergitur, & sub ea natat. Hujusmodi hominum usus est in mercibus e mari extrahendis, quæ navigii gratia jactatæ fuerint. *Liv. l. 44. c. 10.* Sed in rem emendabilem visus lapsus esse, quod per urinatos omne ferme extractum est: tantusque pudor fuit Regi ejus pavoris, ut urinatos clam interficere iussit. *Caes. l. 1. de bell. Afric. ff. ad l. Rhodiam:* Et aliquorum mercatorum merces per urinatos extractæ sunt, data mercede.

Urino, as, & frequentius.

Urinor, aris, d. 1. *suotare sotto acqua*, *ורין*, Ger. *under das wasser schwimmen*, Gal. *nager entre deux eaux*, Hisp. *nadar a somarugo*, *αὐριόλιον*, *αὐριόλιον*, est in aqua mergi, & natando emergere. *Varro l. 4. de L. L. ut Jof. Scaliger* relictus: *Urnæ dictæ, quod urinant in aqua hauriunt, ut urinator.* Urinare est mergi in aquam in urbium, natum ab urbo, quod ita flexum, ut redeat sursum versus, ut in aratro, quod est urbium. *Plin. l. 11. c. 37.* Eadem est causa, qua sub aqua diu ranæ, & phocæ urinantur. *Id. l. 9. c. 3.* Polyppi in naufragos, urinantesve impetum capiunt.

Urinus, a, um, *ὑρινος*, ventosus, ab ὑρος, ventus secundus. Ovum urinum, *ὑρινος*, *ὑρινος*, *ὑρινος*, ovum irritum, & inefficax, quod citra coitum editur, Veneris tamen imagine, ut cum semine seles mutuo saliant. *Plin. l. 10. c. 58.* Palumbes, & turtures plurimum terræ, nec plus, quam bis fere pariunt, atque ita, si prior factus corruptus est: Et quamvis tria pepererint, nunquam plus duobus educant: Tertium, quod irritum est, urinum vocant.

Urion, vel urium, ii, n. 2. genus terræ, ab Jonico ὑριος pro ὑρος, monr.

Plin. l. 33. c. 4. Id genus terræ urion vocant. Ergo per filices, calcu-
loſve ducentur, & urion evitant.

Urios, ii, *ὑριος*, Urios, Jupiter dictus est, qui prosperum navigantibus ventum immitteret, ὑριος, ventus secundus. Alii ita dictum putant, quia finium præles esset, ab ὑρος, pro ὑρος, terminus. Hoc nomine templum habuit ad Bosphorum Thracium, itemque signum nobile in Sicilia a Verre asportatum, de quo *Cic. Ver. 6. c. 57.* Quid? ex mæ Jovis religioſissimum simulacrum Jovis imperatoris (al. imbricioris) quem Græci Urion nominant, nomine abstulisti?

Urto, as, a. 1. *ὑρτο*, sepe uo. *Plaut. Most. 3. r. 81.* Calidum hoc est: est procul abest, urit male. Alii leg. *uris*.

Urlium, ii, n. 2. *Uria*, *Uras*, opp. Hisp. Bæticæ, in Vandalicia, supra ostia fl. cogn. 12. M. P. in conventu Gaditano. *Plin. l. 3. c. 1.*

Urna, æ, f. *urna*, *secchio*, *ור*, Ger. *eymer*, Gal. *cruche*, Hisp. *cantaro*, *ὑρῶν*, *ὑρῶν*, vas, quo aqua e puteis, fluminibusve hauritur, ita dictum, quod subter aquam demersum, atque inde rursus emergens urinantis speciem præbere videatur. V. Varronis verba in *Urino*. *Plaut. Pseud. l. 2. 24.* Tu, qui urnam habes, aquamingere. *Hor. l. 1. sat. 5. Fr. l. 2. ep. 5.* Senatorum eum urna copiose absolvit, Equitum adæquavit, Tribunum ærarii condemnarunt. *Juven. sat. 13.* Improba quamvis Gratia fallacis Prætoris vicerit urnam. h. e. evaserit iudicium, damnationemque Prætoris, qui per fraudem, & non recte duxit sortem ex urna. ¶ In urnis præterea mortuorum cineres servabantur. *Lucan. l. 7. v. 818.* Cælo tegitur, qui non habet urnam.

Urnalis, & le, o. 3. *ὑρῶν*, quod urnam capit. *Cato c. 13.* Urceos fictiles urnales duos, trullas ligneas duas. *Plin. l. 9. c. 30.* Barbas longas pedum triginta, acetabulis, sive calculis urnalibus, peltivum modo.

Urnarium, ii, n. *secchiario*, *ὑρῶν*, menia quadrata, super quam urnæ, idest vasa aquaria, in culina reponerantur, quam apud nos plurimum marmoream faciunt, foramine, per quod aqua effluit, relicto. *Varr. apud Non. c. 15. n. 10.* Sed quæ necessitas te juvet aquam effundere domi tuæ, si vasa habes pertula, plumbum non habent? ad quam rem nobis est confluvium, ad quam rem urnarium? ¶ Ante balnea stein urnaria erant, teste *Varr. loc. citato*, in quibus urnæ cum aqua collocabantur.

Urniger, a, um, urnam ferens. In epigrammate de Signis caelest. quod vulgo *Virgilio tribuitur*. v. 12. Et qui portat aquam puer urniger. h. e. Aquarius.

Urnula, æ, f. *ὑρῶν*, parva urna. *Cic. in Pisan. l. 1. c. 3.* Minusne gratas Diis immortalibus capedines, ac fictiles urnulas fuisse, quam delicatas aliorum pateras arbitramur?

Uro, is, usi, usum, a. 3. *bruciare*, *abbruciare*, *ור*, Ger. *brennen*, Gal. *bruler*, Hisp. *quemar*, *ὑρῶν*, cremo, calore contumo, incendio. *Cic. 2. de Leg. Hominem mortuum in urbe ne sepelito, neve uito.* *Id. 1. Tuscul. c. 28.* Cæteras partes incultas, quod aut frigore rigeant, aut urantur calore. ¶ Dicitur etiam de frigore, quod ita efficit, & indurat, ut urere videatur. *Lucan. l. 4. v. 92.* Urabant montana nives. *Cic. 2. Tuscul. c. 17.* Pernoctant venatores in nive, in montibus uri se patiuntur. ¶ Præterea etiam capellæ urere dicuntur, quia earum morsus herbis & arbutulis exitialis est. *Virg. 2. Georg. 195.* urentes culta capellas. ¶ Per translationem ponitur pro cruciare, angere, quemadmodum & Græci in hac acceptione *ὑρῶν*, dicunt. *Hos. l. 1. ep. 10. v. 46.* Ut calcus olim, Si pede maior erit, subvertet, si minor, uret. *Flor. l. 2. c. 6.* Urubat nobilem populum dare tributa. *Id. l. 2. ep. 1.* Urat enim fulgore suo, qui præterat artes Infra se positas. ¶ Item pro amore consumere. *Virg. 1. Æn. Uratur intelix Dido, flammæque fatetur.* *Ovid. 7. Met. Quid in hospite regia viri Ureris, & thalamos alieni concupis orbis?* ¶ Item pro cædere, flagellare. Nam ex virgarum percussione corpus calet, ac inflammatur. *Hor. l. 2. sat. 7. v. 58.* Quid refert uri virgis, ferroque necari?

Uropygium, vel orropygium, vel orthopygium, ii, n. *gropone*, *ὑρῶν*, pars ultima spinæ, ubi vertebree desinunt, os totius spinæ exitium, ossi sacro subius adhaerens, podicæ superne imminens. *Aristoteles. l. ult. de Animalibus*, ut caudam quadrupedum vult esse, ita volucrum uropygium, & earum duntaxat, quæ scissas alas habent, idque datum volucris ad dirigendos volatus, quemadmodum navigis temones. Esse a *ὑρῶν*, quo nates signantur, satis liquet. Prior vero pars est ὑρος, vel ὑρος, vel ὑρος, vel ὑρος. Ac tria quidem priora idem significant, nempe τὸ τῷ ὑρῶν ὄστυ τῶν ὑρῶν, idest sacri ossis exitium. *Martial. l. 3. ep. 93.* Et anatis habes uropygium macræ. Ubi Gruterus in quodam MS. reperit *oropygium*. in alio *horthopygium*, in alio vero prius *urbopygium* scriptum fuerat, posteaque mutatum in *ὑρῶν*. Scribendum autem vel *uropygium*, vel *oropygium*, vel *orthopygium*. Nam *oropygium*, quia prima est corrupta, locum in hoc versu non habet. Uripix, seu irpix, icis, m. instrumentum rusticum. *Cato de R. R. c. 10.* Uripicem unum, crates stercoarias quatuor. V. Irpex.

Urruncium, i, n. infima pars spicæ. *Varro l. 1. de R. R. c. 48.* Illud autem in summa spica jam matura, quod est minus, quam granum, vocatur frit, quod in infima spica ad culmum stramenti summum, item minus, quam granum est, appellatur urruncium.

Urfa, æ, f. *urfa*, *ור*, Ger. *bar*, Gal. *ourse*, Hisp. *ofra*, *ὑρῶν*, femina in genere urtorum. *Plin. l. 10. c. 63.* Informia etiam magis, quam i supradicta, urfæ pariunt, rarumque est videre parientes. ¶ Hoc nomine etiam appellantur duo signa cælestia prope polum Arcticum, quæ inter se magnitudine distinguuntur. Unum ex his signis constat ex viginti septem stellis, dicitur Urfa major, item Helice, & plaustrum majus, & a Græcis in navigando observatur: alterum septem stellis habet, appellatur Urfa minor, plaustrum minus, Cynosura, & a Phœnicibus spectatur. Hæc signa vocantur etiam Septentriones. V. *Ætios.* *Ovid. 6. Fast.* Tertia post Nonas removere Lycaona Phœbe Fertur, & a tergo non habet Urfa metum.

Ursinus, a, um, *ὑρῶν*, quod est ex urso. *Plin. l. 8. c. 36.* Quoniam potum in urinam rabiem agat. *Col. de arborib. c. 15.* Ursinus sanguis. ¶ Allium ursinum, allium sylvestre. *Plin. l. 19. c. 6.* Est & sylvestre, quod ursinum vocant, odore molli, capite p. ætenui, foliis grandibus.

Ursus, i, m. *ursus*, *ור*, Ger. *bar*, Gal. *ours*, Hisp. *ofra*, *ὑρῶν*, genus animalis feræ multo villo, sævis, fortissimique unguibus, viribus, rabieque horrenda. *Virg. 3. Georg. Nec tuncera vulgo Tam multa informes urfi, stragemque dederet.* *Juven. sat. 15. v. 164.* Indica tigris agit rabi-da cum tigride pacem Perpetuam, sævis inter se convenit urfi. ¶ Fumantem natum vivi urfi tentare, proverbium est apud *Martial. l. 6. epigr. 64.* hoc est provocare eum, qui nocere potest.

Urtica, æ, f. *urtica*, *ור*, Ger. *netzel*, Gal. *ortie*, Hisp. *borrigo*, *ὑρῶν*, genus herbæ. Sic dicta est ab urendo, quod igneæ sit naturæ, unde adnota

admoda carni pruritur, ac pustulas excitat. *Plin. l. 9. c. 45.* Constat, si eque marem non admittant, & urtica infricetur natura, libenter eorum pati. ¶ Translate pro pruritu libidinis invenitur. *Joven. sat. 2. v. 128.* Unde hæc tetigit, Gravidæ, tuos urtica nepotes? ¶ De urtica zoophylo *V. Cnidæ.*

Urvo, sive urbo, as, a. 1. est in urbe condenda atrato circumdare, seu definire. *Fest.* Urvat, Significat circumdat, ab eo luico, qui fit in urbe condenda urvo aratri, quæ sit forma simillima uncini, curvatiæne buris, & dentis, cui præhætur vomer.

Urus, i, m. s. p. s. bos agrestis, in Pyrenæis montibus nascens, animantibus cæteris, elephantò excepto, major. *Cesl. l. 6. bell. Gall. c. 27. loquens de feris, quæ in Hercynia sylva nascuntur:* Tertium est, inquit, genus eorum, qui uri appellantur, ii sunt magnitudine paulo infra elephantos, specie, & colore, & figura tauri. Magna vis est eorum, & magna velocitas, neque homini, neque feræ, quam conspexere, parcent. Hos studiose foveas captos interficiunt. Hoc se labore durant adolescenter, atque hoc genere venationis exercent, & qui plurimos ex his interfecerunt, relatis in publicum cornibus, quæ sint testimonio, magnam ferunt laudem. Sed adfuerere ad homines, & manufieri ne parvuli quidem excepti possunt. Amplitudo cornuum, & figura, & species multum a nostrorum boum cornibus differt. Hæc studiose conquisita, ab labris argento circumdantur, atque in amplissimis epulis pro poculis utuntur. *Plin. l. 8. c. 15.* Paucissima Scythia gignit, Inopia fructuum, pauca contentima illi Germania, insignia tamen boum ferarum genera, jubatos bifontes, excellentique & vi, & velocitate uros, quibus imperitium vulgus bubalorum nomen imponit, cum id gignat Atrica, vituli potius, cervicæ quadam similitudine. *Macrob. l. 6. Saturn. c. 4.* Punicis, Osciisque verbis usi sunt veteres: quorum imitatione Virgilius peregrina verba non respuit, ut in illo: Sylvestres uri assidue. Uri enim Gallica vox est, qua feri boves significatur. *Servius in 2. Georg. ait,* uros dici ἀὐρὸν τῶν ἐρίων, idest a montibus, ac nasci eos in montibus Pyrenæis, qui inter Gallias, Hispaniasque. *Virg. 4. Georg. Quæstas ad sacra boves lunonis, & uris Imparibus ductos alta ad donaria currus.*

Urvum, sive urbium, i, n. buris, hoc est aratri curvatura. Quod Romani aratri curvaturam urvum vocarunt, ideo factum, quia urvum generatim dicerent τὸ ἀράριον, hoc est quod ita est flexum, ut redeat sursum versus. *Varr. l. 4. de L. L.*

U A N T E S.

Ular, m. 3. fl. Mauritania Cæf. qui Nabadam reg. irrigat. *Plin. l. 6. c. 2.*

Usio, onis, f. idem quod usus, apud veteres. *Caro c. 149.* Oleis, asparagis, lignis, aqua, utinere, actu domini usioni recipitur. *Ulp. l. Quin. Musius. ff. de aur. & arg. leg. Si factum aurum legatum est, omne ad eum pertinet, cui legatum est, ex quo auro aliquid est effectum, sive id suæ, sive alterius usionis causa paratum esset. Gell. l. 4. c. 1.* Longæ usionis gratia contrahuntur, & reconduntur. *Varr. apud Non. c. 3. n. 262.* Usionis quod satis esset. *Arnob. l. 7.* In suas usiones vinum exprimere.

Uspipæ, m. 3. Vspipi, Uspipi, pop. Germaniæ. Vixere prope Rhenum fl. in agris Sicamborum, sed expulsi a Chattis una cum Tenctæris, hæserunt, ubi hodie tractus Reclinchusæ, cum parte Com. Marchiæ, prope Lupiam fl. in Vvesphalia, teste Brietio. Alii tamen credunt, eos fuisse, ubi hodie Com. Zurphanæ, in Belgio, in Duc. Geldrico, inter Novionagium, & Daventriam. *Tacit. l. 1. Ann. c. 51.*

Usitate, secundo *l' usanza, d' usanza,* secundum consuetudinem. *Cic. 4. de Fin. 26.* Cur iugiter, cum de re conveniat, non malum usitate loqui? *Gell. l. 13. c. 9.* Dicere usitatus manente numero possent.

Usitatus, a, um, usitato, solito, Ger. *breuchig,* Gal. *usité,* Hisp. *acostumbrado, d' usanza,* consuetus, solitus, in usum receptus, ab usitor. *Cic. 4. Verr. c. 3.* Hunc denique ipsum pertulissent, si humano modo, si usitato more, si denique ullo aliquo in genere peccasset. *Id. 7. Verr. c. 44.* Alius, ne condemnaretur, pecuniam dedit? usitatum est. *Id. 3. de Fin. c. 2.* Ne opifices quidem tueri sua artificia possent, nisi vocabulis uterentur nobis incognitis, usitatis sibi. *Id. l. 3. de nat. Deor. c. 19.* Illud nomen veterum literis usitatum. *Id. in Orat. c. 25.* Usitatisima verba.

Ustior, aris, d. 1. *usare spesso,* Ger. *usit brauchen,* Gal. *user souvent,* Hisp. *usar mucho, xaxezmu,* frequenter utor. *Gell. l. 17. c. 1.* Tametsi, aliquoties verbo ipso alio quoque modo usitati sunt.

Uspiam, adv. in qualche luogo, πῦ, *ivxxxð,* idem ac usquam, idest in aliquo loco. Est ab *us,* quod valet *us,* idest usque. *Piam* est vocis productio, haud secus, ac in quispiam. *Ter. Adelph. 1. 1. 12.* Ne aut ille allerit, aut uspiam ceciderit. *Cic. Att. l. 1. ep. 17.* Quin te ille aut Dyrrhaehii, aut in istis locis uspiam visurus esset. ¶ Translate ponitur pro in aliqua re, vel aliquo negotio. *Plaut. Caf. 4. 3. 14.* Num me es expertus uspiam?

Usquam, adv. in alcun luogo, πῦ, alicubi, in aliquo loco. *Cic. 6. Verr. c. 10.* Quam crucem non ausus est usquam defigere, nisi apud eos, quibuscum omnia scelera sua, ac latrocinia communicasset. *Virg. l. 1. Æn. Siquid usquam iustitiæ est.* ¶ Ufurpatur etiam pro aliquo, quod est adverbium motus ad locum. *Cic. l. Phil. c. 1.* Nec vero usquam discedebam. ¶ Translate accipitur pro in re aliqua, in aliquo negotio. *Ter. Andr. 2. 5. 9.* Neque istic, neque alibi tibi usquam erit in me morra. *Cic. 2. Off. c. 1.* Nec est usquam consilio, aut auctoritatis locus. ¶ Item pro in aliqua parte corporis. *Ter. Andr. 5. 3. 7.* Vide, num ejus color pudoris signum usquam indicat. ¶ Coniungitur quoque cum genitivo gentium, aut terrarum. *Plaut. Mil. 3. 1. 91.* Nam bona uxor, si ea quidem deducta est usquam gentium, Ubi ea possit inveniri? *Ter. Hec. 3. 1. 13.* An quisquam usquam gentium est æque miser? ¶ *Uspiam esse* interdum est aliquo in pretio esse, in aliqua æstimatione. *Terent. Adelph. 2. 2. 15.* Novi animum tuum, quasi jam usquam tibi sint viginti minæ, dum huic obsequare. *quasi che tu tenghi conto, ec.*

Usque, sino, infino, πῦ, Ger. *bisß,* Gal. *usque,* Hisp. *hasta, acri,* *mixxi,* *us,* *us av,* præpositio est iis, quæ vel accusativo, vel ablativo interveniunt, juxta significationis varietatem. Significat continuationem, & finem loci, temporis, actus, & hujusmodi. Refertur sæpe ad motum ad locum, & fere postulat post se aliam præpositionem. Pro arbitrio autem vel antepositor, vel postpositur. *Cic. pro L. Man. c. 12.* Cum ad eum usque in Pamphiliam legatos misissent. *Id. pro Quinct. c. 3.* In Galliam Nævium, & trans Alpes usque transtertur. ¶ Quando adiungitur nominibus propriis urbium, castellorum, & pagorum, item appellativis domus, & rus, alteram præpositionem reipuit. *Ter. Adelph. 4. 5. 21.* Miletum usque, obsecro. *Id. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1.* Theatrum ita resonans, ut usque Romam significationes, vocesque referantur. ¶ Interdum tamen etiam cum nominibus propriis urbium, &c. reperitur cum præp. ad. *Cic. pro Deor. Usque* ad Numantiam misit. ¶ Refertur quoque ad motum de loco, vel ad originem, & recipit abl. cum præp. a, vel ab, vel e, aut ex, etiam cum nominibus propriis urbium, &c. *Cic. pro Cluent. Atque* illam usque a mari supero Romam proficisci. *Id. 3. Verr. Usque* a Dianio, quod in Hispania est, ad Sino-

pen, quæ in Ponto est, navigaverunt. *Id. 7. Verr. e. 65.* Ut qui usque ex ultima Syria, atque Ægypto navigarent. *Virg. 7. Æn. Siculo* prospexit ab usque Pachyno. *Tacit. Ann. 15. c. 37.* Volucres & feras diversis et terris, & animalia maris Oceano ab usque petiverat. ¶ In utroque motu vice casum admittit etiam adverbium eo, illo, istinc, istinc, & hujusmodi. *Cic. Att. l. 1.* Quod eos usque istinc exauditos putem. *Plin. l. 6. c. 23.* Atheniensibus usque illo tenuisse. ¶ Sæpe etiam tempus notat, vel personam spectata ratione temporis. Si dicatur de tempore futuro, vel consequenti, exigit acc. cum præp. ad. *Plaut. Men. 1. 2. 60.* Inde usque ad diurnam stellam crastinam potabimus. hoc est quoad Luciter, vel Sol a nobis videbitur. *Cic. de Amic. Amicitiam usque ad extremum vitæ diem permanere. Virg. l. Georg. v. 211.* Serite hordeæ campis Usque sub extremum brumæ intra tractibus imbrem. ¶ In hac acceptione frequenter usque omittitur. *Cic. de Sen. Quamquam* quis est tam stultus, quamvis sit adolescens, cui fit exploratum, se ad vesperam esse victurum? ¶ Si vero dicatur de tempore præterito, regit abl. cum præp. a, vel ab. *Cic. l. de Divin. Vetus* opinio est, jam usque ab Heroicis ducta temporibus. *Id. l. de nar. Deor. Usque* a Thalete enumerasti sententias Philosophorum. ¶ Jungitur & cum *inda. Cic. pro Arch. c. 1.* Inde usque repetens. ¶ Significat etiam finem, vel terminum cuiuscunque rei, ut domini, actionis, &c. *Ter. Andr. 1. 2. 28.* Verberibus cæsum te in pistrinum, Dave, dedam usque ad necem. *Cic. 2. Verr. Usque* ad eum finem, dum iudices rejecti sunt. *Gell. l. 5. c. 5.* Vini libidine ad usque ludibria ebriofus. ¶ Item connotat exceptionem. *Plin. ep. 11. l. 2.* Assenserunt Consulibus designati, omnes etiam Consulares usque ad Pompejum. idest excepto Pompejo. ¶ *Abusque, & Adusque* V. suis locis. ¶ Migrat etiam in adverbium, & significat diu, multum, valde. *Ter. Adelph. 2. 2. 5.* Ego vapulando, ille verberando usque ambo defessi fumus. ¶ Vel assidue, jugiter, perseveranter. *Virg. 9. Ecl. Cantantes,* licet, usque (minus via lædet) eamus. *Marzial. l. 5. epigr. 61.* Allates licet usque nos, & usque, Et gannitibus improbis læcessas. ¶ Vel pene, prope. *Ter. Adelph. 4. 2. Rogitas?* Ctesiphon me pugnis miserum, & istam psalterium Usque occidit.

Utrum, adv. *se, se forse*. ἢ τὴν, ἢ τὴν, πότερον, num, an. Usurpatur in dubitatione, & tere semper habet particulam *an* sequentem, aut *ne*, aut *neq. ne*. *Cic. l. 1. Fam. ep. 7.* Multum interest, utrum laus imminuatur, an salus deferatur. *Id. Attic. l. 12. ep. 50.* Id utrum illi sentiant, an vero simulent, tu intelliges. *Id. Ver. 6. c. 33.* Utrum esset Siculis utilis, suis ne fervire, an populo R. obtemperare. *Id. in Orat. c. 61.* Querendum, utrum una species sit earum, ane plures. *Ces. l. 1. 2. Gull. c. 50.* Utrum praelium committi ex usu esset, nec ne. ¶ I. tem in interrogazione. *Cic. 4. Acad. c. 29.* Utrum ea vestra, an nostra culpa est? *Nepos in Iphier. c. 3.* Cum interrogaretur, utrum pluris patreim, matrem ne faceret? matrem inquit. ¶ Interdum nulla particula subiungitur, sed finalitelligitur. *Cic. 4. Ferr. c. 69.* An hoc dicere audebis, utrum de te aratores, utrum denique Siculi universi bene existimant, ad rem id non pertinere?

Utrumnam, adv. *se forse*, idem quod utrum interrogative, vel dubitative sumptum. *Liv. l. 37. c. 17.* Utrumnam universa classis in portu stare possit.

Utrumne, adv. idem quod utrumnam. *Columell. l. 11. c. 1.* Utrumne mercari villicum consueverit, an. &c. *Cic. pro Quint. c. 30.* Utrumne possit se defendere an &c.

Utut, adv. *come si voglia, όπωςδήποτε*, utcunque, quocunque modo. *V. ar. in fine.*

U A N T E V.

Uva, *u*, f. *uvas*, *ἄμπελον*, Ger. *veintruben*, Gal. *vaisin*, Hisp. *uvas*, *σαφύλον*, fructus vitis. Sic dicitur ab uvore, ut scribit *Varro l. 4. de L. L.* & *Servius ad Ecl. 10.* nempe ob humorem intrinsecum. *Cic. de Sen. Geni- ma*, a qua oriens uva se ostendit, quæ & succo terræ, & calore Solis auascens primo est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit. *Virg. 1. Georg.* Hic fetetes, illic veniunt felicitis uvæ. ¶ Uvarum plures sunt differentia, *lagos*, sive *leporaria*, qua plurimum lepores delectantur, *agigras*, quæ sine interioribus vineæ arte nascitur, *bumas- tes*, quæ crassa est, & oblonga in mamme bubulæ similitudinem, *da- ftylos*, cuius acini longi sunt in modum digiti, *duracina*, quæ acinos fert tolliculi durioris, quam alia, *lanata*, quæ lanugine obducitur, *apiana*, al. *muscarella*, qua apes plurimum delectantur, *miscellana*, vel *miscella*, quæ mistum saporem habet inter dulcem, & auliterum, *ac- erba*, quæ nondum matura est, *præcoqua*, quæ ante alias maturefcit, *precia*, idem ac *præcoqua*, vel quæ in agro Precio nascitur, *corda*, vel *serotina*, quæ sero maturefcit, *helvola*, vel *variana*, quæ est in- ter purpuream, seu nigram & albam, *taminia*, quæ est colore minii, *ferovieta*, quæ semicauda est, & præ nimia maturitate periclitatur cito corrupti, aut evanescere, *astaphis*, sive *passa*, sive *arida*, quæ Solem passa est, & siccata, *penfils*, quæ de folario suspensa est, *con- ditiæna*, seu *conditiæna*, quæ in oliis, vel aliter servatur, *venucula*, seu *venucula*, seu *venucula*, quæ in oliis asservatur ad venditionem, *briffa*, quæ pedibus calcatur ad exprimeandum vinum, *ananthe*, quam labrificæ, seu vites sylvestres ferunt, de quibus omnibus scripsere *Plin. l. 12. c. 2. & l. 23. c. 1. & Columell. l. 3. c. 1. & 2.* ¶ Translate dicitur & de aliis fructibus, qui in morem racemi constant ex pluribus acinis conglobatis. *Plin. l. 12. c. 13.* Amomi uva etiam in usu est. ¶ Item translate sic appellatur caruncula illa, quæ est in fine palati, dependen- dens circa fauces, & in homine hiante conspicitur, aut certe ejus in- hammatio. Nam a duplici forma nomen duplex sortitur. Fere tere- tem habet figuram columnæ similitudine, & Græcis *κίωλον*, Latinis col- umella dicitur. Interdum intumescit cum vehementi inflammatione, & dolore, & Græce *σπυρδα*, Latine uva appellatur, quia tunc in a- cini effigiem conglobatur, & lereo colore subrubescit *Plin. l. 20. c. 17.* Tonfillis quoque & uvis medetur, & capitis doloribus. *Adde Marcial. l. 10. epigr. 56.* ¶ Denique uva dicitur de apibus, cum collectæ sunt, & in modum botri dependent. *Virgil. 4. Georg. Et lentis uvam demit- tere namis. Plin. l. 11. c. 17.* Tunc olivæ faciunt privata, ac publica, uva dependente in domibus, templeiue.

Uvens, tis, *umido*, humidus uvidus. *Sil. l. 7. v. 651.* Uventi ferrum ad- movit tepesfacta palato. *Pestron. in Sat.* Uventes oculi.

Uvesco, is, n. 3. *umetarsi*, *ὑβροσκια*, humidus flo, humorem contraho. *Lucret. l. 1. v. 304.* Denique fructitrago suspensa in litore vestes Uvescent, eadem candenti in Sole ferescent.

Uvidus, a, um, o. r. 2. *umido*, *ὑβροσκια*, Ger. *faucht*, Gal. *moite*, Hisp. *mo- jado*, *διεπός*, quod humorem intrinsecum habet, ut humidum vocatur, quod exterius madet. Ita hæc duo vocabula distinguunt *Acron ad Od. 5. l. 1. Hor. & Serv. ad 10. Ecl.* Sed tamen hæc differentia non observa- tur. *Plaut. Rud. 1. 4. 31.* Siccine hic cum uvida veste grassabimur? *Virg. 10. Ecl.* Uvidus hyberna venit de glande Mênalcas. idest *pinguis*, *Ser- vio* interprete. *Colum. l. 3. c. 2.* Nisi præpingui, & uvida terra.

Uvifer, ra, rum, *ὑβροσκορπός*, quod uvas producit. *Stat. l. 4. silv. 3. v. 64.* Atque Echo simul hinc, & inde tractam Gauro Mallicus uvifer remittit. *Adde Sil. l. 7. v. 263.*

Vulcanalia, orum, vel ium, *ἑρκαίου*, festa Vulcano dedicata. *Colum. l. 11. c. 3.* Cæterum Augusto, circa Vulcanalia, tertia factio est.

Vulcanalis, le, adject. ad Vulcanum pertinens, ut Vulcanalis flamen. *Var. l. 4. de L. L.*

Vulcani insula, Hiera, Therasia, *Vulcano*. inf. Siciliæ, una Æoliarum, ignem emittens, a Lipara ad 4. M. P. sic dicta, quod ibi templum esset Vulcani.

Vulcaniæ, f. 1. Æoliæ, Liparæ, Hephæstiadæ, *Isole di Lipari*, *ἑρκαίου*, insulæ septem Siciliæ adjacentes, nempe Lipara, Hiera, Stron- gyle, Didyme, Ericusa, Phœnicum, Evonymos. Dicitur sunt a Vul- cano, idest ab igne, quod earum omnium natura sulphurea sit, ignem per intervalla tanquam e fornacibus quibusdam evomens, ut tradunt *Plin. l. 3. c. 9. & Strab. l. 6.* Sed *Cic. l. 3. de nat. Deor. c. 22.* a Vulcano Rege Mênali filio nomen accepisse tradit, qui iis insulis post Æolum creditur imperasse.

Vulcanus, a, um, *ἑρκαίου*, quod ad Vulcanum spectat. *Cic. 2. Tusc. c. 14.* Pungit dolor, vel fodiati sane: si nudus es, da jugulum: sin tectus Vulcanus armis, idest fortitudinæ, resistit. *Virg. 10. Æn.* Corruptis sub-

to mediis, extenditur una Horrida per latos acies Vulcania campos. Vulcanus, i, m. *Vulcano*, *ἑρκαίος*, filius Jovis, & Junonis, qui a paren- tibus ob deformitatem (licet alii alias causas afferant) cælo præcipita- tus est, dejectusque in Lemnum insulam, ubi ab Euryonno Oceani, & Tethyos filia nutritus est, vel, ut alii volunt, a simis. Ea autem rui- na, qua decidit de cælo, claudus factus est. Antiquis Deus ignis, & fabrorum præfes putatus est. Fingitur etiam faber Deorum, quia Jovi fulmina, & Diis arma adversus Gigantes fabricasse creditur. Ab eo factum etiam volunt, quicquid artificiosè fabricatum est, ut monile Herminion, coronam Ariadnæ, curram Solis, arma Achillis, & Æneæ, & hujusmodi. Officinam autem habere fertur in Lemno, una cum Cy- clopibus ministris. Esti de Diis optime meritis est bello illo cum Gigan- tibus, non tamen ad eorum mensam admixtus est. Quin etiam, cum Minervæ nuptias expetisset, repulsam passus est. Quare aliam sibi uxorem quærens, Venerem duxit: quam cum postea una cum Marte in adulterio deprehendisset, ambos reti, & invisibilibus catenis ita collig- avit, ut neuter abire posset, donec ab omnibus Diis, & Deabus vi- si, & derisi essent. Hanc fabulam Chimici de conjunctione terræ, & æris, seu cupri interpretantur. ¶ Multi tamen hoc nomine fuerunt. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 22.* Vulcani item complures: primus cælo natus, ex quo Minerva Apollinem eum, cuius in tutela Athenas antiqui His- torici esse voluerunt; secundus Nilo natus, Opas, ut Ægyptii appel- lant, quem custodem esse Ægypti volunt: tertius ex tertio Jove, & Junone, qui Lemni fabricæ traditur præfuisse: quartus Menalio na- tus, qui tenuit insulas propter Siciliam, quæ Vulcaniæ nominantur. ¶ Metonymice Vulcanus ponitur pro igne, ut Pallas pro sapientia, Ceres pro frugibus. *Plaut. Amph. 1. 1. 185.* Quo ambulas tu, qui Vul- canum in cornu conclufum geris? idest ignem geris in latera cornea. *Virg. 6. Æn. v. 77.* totis spargere Vulcanum testis.

Vulcaus Gallicanus V. Capitulinus.

Vulga, *u*, f. *bolgia*, bulga, fascus. *Non. e. 2. n. 908.* exponit capacita- tem, vel finem cum laxitate. *Var. apud Non ibid.* Ut vitaticum ex ar- cæula adderem in vulgam. *Lucil. ibidem.* In vulgam penetrare pilosam.

Vulgare, adv. V. Vulgariter.

Vulgaris, & re, o. 4. *vulgare*, vile, Ger. *gemein*, Gal. *vulgaire*, Hisp. *vul- gar*, *δημιώδης*, *βιωτικός*, ad vulgus pertinens, pervulgatus, communis, prostritus, vilis. *Cic. 1. Acad. c. 2.* Qui nulla arte adhibita, de rebus ante oculos positis vulgari sermone disputant. *Id. pro Rose. Amer.* Deni- que nihil tam vile, neque tam vulgare est, cuius partem ullam reli- querint. *Id. l. 13. Fam. epist. 16.* Genere novo sum literarum ad te usus, ut intelligeres, non vulgare esse commendationem. h. e. non levem, non modicam. *Horat. l. 2. sat. 5. v. 16.* Jejunus stomachus raro vulgaria temnit. h. e. cibos viles. *Liv. l. 25. c. 17.* Ea vulgari fama est. Alii leg. *vulgari* rectius. ¶ *Puella vulgaris*, quæ proflat, vulgata, vulgi libidini exposita. *Ovid. 4. Fast.* Nunima vulgares Veneris ce- lebrate puellæ: Multa proferarum quæstibus apta Venus. ¶ *Vul- garis* forma, quotidiana, qualis vulgo videri solet. *Plin. l. 10. c. 52.* Nec vulgari pluitatis forma, quamvis non spectanda. ¶ *Vulgares* artes, quæ mechanicæ dicuntur. *Cic. pro Rose. Amer. c. 46.* Mitto hæc artes vulgares, coquos, pistores, læticarios. ¶ *Vulgaris* via, trans- late, ratio trita, & consueta. *Quintil. in proam. l. 1.* Simul ne vul- gare viam ingressus, alienis demum vestigiis inisterem.

Vulgaritas, atis, f. idem ac vulgus. *Arnob. l. 3. adv. Genes.* Palem, sed non fœminam illam, quam vulgaritas accipit, sed masculini nescio quem generis minitrum Jovis.

Vulgariter, adv. *vulgarmente*, *κινῶς*, *τυχότως*, vulgo, e vulgo. *Cic. l. 13. epist. 70.* Ut intelligeres, me non vulgariter, nec ambiciose, sed ut pro homine intimo, ac mihi perneccario scribere. Alii leg. *vulgare*, alii *vulgare*, quæ item sint adverbia pro *vulgariter*. *Plin. l. 8. c. 5.* Ne quis vulgariter dilectam putet, *scelta dal vulgo. Id. l. 28. c. 14.* Vituli quoque jus vulgariter datum inter auxilia coeliacorum tradunt. *comunelement.*

Vulgaritas, a, um, idem ac vulgus. *Turpil. apud Non. c. 8. n. 41.* Non est mediocritis res, neque vulgaria fallacia hæc. *Gel. l. 3. c. 16.* Verbum vul- garis significatiois. *Id. l. 12. c. 10.* In libris vulgaris scriptum est.

Vulgare, adv. per vulgus, vulgando. *Amnian. l. 15. c. 3.* Hæc augente vulgatus fama.

Vulgator, oris, m. *divulgatore*, *διαφωτιστής*, qui vulgat, idest aliquid in vulgus difseminat, enuntiator. *Ovid. l. 3. Am. eleg. 7.* Sic caret mediis ta- citi vulgator in undis, Pomaque, quæ nullo tempore tangat, habet. h. e. Tantalus, qui Deorum mensæ adhibuit, illorum arcana enuntiavit.

Vulgatus, a, um, *divulgato*, *fatto pubblico*, *δημοκρατικός*. *Cic. de Arusp. resp.* Quæ navis unquam in flumine publico tam vulgata omnibus, quam illius ætas, fuit? *Liv. l. 1. c. 7.* Vulgator fama est, ludibrio fratris Remum novos transiluisse muros. *Quintil. l. 2. c. 4.* Nam quid hi possint in causis proprium invenire, qui etiam in his, quæ sunt com- munia, & in plurimis causis tractantur, vulgatissimos sensus verbis, nisi tanto ante præparatis, persequi nequeant?

Vulgatus, us, m. vulgandi actus. *Sidon. l. 8. ep. 1.* Sufficere suspicabamur, si quid superiore vulgatu protulissimus.

Vulgivagus, & antique *Volgivagus*, a, um, *ἄνεργος*, plebejus. *Lu- cret. l. 4. v. 1064.* Vulgivagaque vagus Venere. idest secutor plebejæ, popularique Veneris, non certæ mulieris amore captus. *Id. l. 5. v. 930.* *Volgivago* vitam tractabant more terarum.

Vulgo, as, a. 1. *divulgare*, *ἡρῆναι*, Ger. *ausspreizen*, Gal. *divulguer*, Hisp. *divulgar*, *δημοκρατῶν*, est aliquid rem vulgo communem facere, in vul- gus spargere, ut *Vulgare morbos*, idest morborum contagia in vulgus propagare. *Liv. l. 3.* Ministerioque invicem, ac contagio iplo vulga- bant morbos. *Curr. l. 9.* Contagium morbi etiam in alios vulgatum est. ¶ Interdum est prostituere, permiscere. *Liv. l. 4. c. 2.* Quam enim aliam vim connubia promiscua habere, nisi ut ferarum prope ritu vulgentur concubitus Plebis, Patrumque? *Id. l. 3.* Vulgari cum privatis, *frammis- scibariis*, & strattare. ¶ Interdum in vulgus enuntiare, rem occultam in lucem proferre, patefacere, *divulgare*, *publicare*, *manifestare*, *pa- lesare*, *δημοκρατῶν*. *Virg. 10. Æn.* Quid me alta silentia cogis Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem? *Liv. l. 3.* Vulgatur deinde ru- mor, duas deesse tabulas. *Id. l. 8.* Non quod ego vulgari factus per omnes velim. *Quintil. in proam. l. 1.* Vulgare librum. ¶ Significat etiam communem omnibus facere. *Liv. l. 2. c. 29.* P. Virginius rem non vulgabat, de iis tantum, qui Volsco bello militassent, agendum cen- sebat. Hinc *vulgare corpus* dicuntur meretrices, quæ se prostituunt, & paratæ sunt omnibus dare. *Id. l. 1. c. 4.* Sunt qui Laurentiam vul- gato corpore lupam inter pastores vocatam putant.

Vulgo, adv. *vulgarmente*, *ordinariamente*, *per tutto*, Ger. *gemeinlich*, Gal. *vulgairement*, Hisp. *vulgarmente*, *κινῶς*, *παθητικῶς*, *πᾶσιν*, com- munitè, publice, passim. *Terent. Andr. 2. 5.* Verum illud verbum est, vulgo quod dici solet, Omnes sibi melius malle esse, quam alteri. *Cic. 1. de Inven.* Deinde natura ejus venire vulgo solet, an insolenter, & raro. *Id. pro Rose. Amer.* Ejusmodi tempus erat, inquit, ut homines vulgo impune occiderentur. *Virg. 3. Georg.* Hinc lætis vituli vulgo mo- riuntur

riuntur in herbis. *Id. 3. Æn.* Centum alii curva hæc habitant ad litora vulgo Infandi Cyclopes. ¶ *Vulgo queſitus* eſt ſpurus. *Modæſtin. l. 23 ff. de ſtat. hom.* Vulgo queſiti dicuntur, qui patrem demonſtrare non poſſunt, vel qui poſſunt quidem, ſed eum habent, quem habere non licet, qui & ſpurii appellantur, *καὶ τὸ αὐτοῦ.*

Vulgo, i, n. & m. *volgo*, *plebe*, *πῶρος*, Ger. *volck*, Gal. *le vulgaire*, Hiſp. *vulgo*, *el poble*, *το πῶρος*, plebs, pars populi ignobilior. Olim dicebant *volgus*. *Horat. l. 2. ſat. 3. v. 61.* huic vulgum Errori ſimilem cunctum inſanire docebo. *Cic. pro Planc. c. 4.* Non eſt enim conſilium in vulgo, non ratio, non diſcrimen, non diligentiã, &c. *Virg. 2. Æn.* Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus. *Id. ib.* & ſpægere voces In vulgo ambiguis. ¶ *In vulgus*, sæpe eſt apud vulgus. *Cic. 5. Tuſc.* Vide, ne plus commendatio in vulgus modèſtiz habeat, quam voluptatis. *Tac. l. 1. Ann. c. 29.* Bonis artibus grati in vulgus. ¶ Translate uſurpatur de ovibus, & aliis beſtiis. *Virg. 3. Georg. v. 469.* Continuo ferro culpam compeſce, priuſquam Dira per incautum ſerpant contagia vulgus.

Vulnerabilis, le, adject. qui vulnerari poteſt. *Cal. Aurel. Acut. 2. 17.* Materia acerrima, & vulnerabilis.

Vulnerariuſ, a, um, da *ferite*, *ῥυματισμός*, quod ad vulnera pertinet, ut *Vulnerariuſ medicamentum*, quod vulnere ſanandorum vim habet, *Vulnerariuſ emplaſtrum*, quod vulneribus imponitur. *Plin. l. 23. c. 4.* Vulnerariuſ emplaſtris utile. *Id. l. 35. c. 11.* Cruda autem æruo vulnerariuſ emplaſtris miſcetur. ¶ *Id. l. 29. c. 11.* ſcribit, *vulnerariuſ* vocatum fuiſſe Romæ Arcagathum Lyſianæ filium medicum, quia ſecare, & urere sæpe conſueverat; mox a ſævitia iſtæ ſæpius factidiam carnificem dictum.

Vulneratio, onis, i. *ferite*, *ῥυματισμός*, actus vulnerandi. *Cic. pro Cæc. c. 16.* Sin autem vim hinc cæde, ſine vulnere, ſine ſanguine nullam intelligit. ¶ Sumitur etiam translate pro læſione. *Cic. in Piſon. c. 20.* Major hæc eſt vitæ, famæ, ſalutis ſuz vulneratio.

Vulneratus, a, um, adject. *ferito*, *impiegato*, ſauciatus. *Cic. poſt redit. in Sen. c. 3.* Sanctiſſimum corpus vulnereat. *Plin. l. 7. cap. 28.* Vulneratus humerum. ¶ Translate *Liv. l. 37. c. 24.* Vulneratus naves.

Vulnero, as, a. i. *ferire*, *ῥυματίζω*, Germ. *verwunden*, Gal. *bleſſer*, Hiſp. *heir*, *ῥυματίζω*, *ὑπὸ τῷ*, ſaucio, vulnus inſigo. *Cæſ. 1. B. G.* Et nonnulli inter carros, rotaſque tragulas ſubjuciebant, noſtroſque vulnerabant. *Cic. 3. Ver. cap. 26.* Servi nonnulli vulnerant, ipſe Rubrius in turba ſauciatur. ¶ Translate ſumitur pro lædere quacunq; ratione. *Cic. 1. Cæſil.* Et quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero. ¶ Vulnerari iſtu fortunæ, eſt ex fortunæ adverſitate mœſtitiã affici, *λυπῶσθαι*. *Ovid. 2. de Pon. el. 7.* Sic ego continuo fortunæ vulneror iſtu. ¶ Vulnerare aures nuntio, eſt triſti nuntio aures offendere. *Virg. 8. Æn.* gravior ne nuntius aures Vulnereret.

Vulnifer, a, um, adject. qui vulnus inſert. *Prudent. in Psycho. v. 173.* Vulniferos gradiens intacta per imbres. *Cornel. Gall. eleg. 5. v. 98.* criſtatum, vulniferumque caput.

Vulniſcuſ, a, um, *che pud ferire*, *ῥυματιστικός*, quod vulnus inſigere poteſt. *Virg. 8. Æn. v. 446.* Vulniſcuſque chalybs vaiſa fornace liqueſcit.

Vulnus, eris, n. *ferita*, *ῥυματισμός*, Ger. *wund*, Gal. *bleſſure*, Hiſp. *herida*, *ῥυματισμός*, hians, patenſque apertura corporis, iſtu aliquo inſiſta. Diſert ab ulcere, nam ut ait *Nonius c. 5. n. 49.* Ulcus clauſa, & teſta eſt malignitas: vulnus hians, & patens. *Cic. 2. Fin.* Cum viſciſſe Lacedæmoniis apud Mantineam, ſimulque ipſe gravi vulnere exanimari videret ſe. *Liv. l. 24.* Tandem vulneribus conſectæ virgines, cum omnia repleſſent ſanguine, exanimis corruerunt. *Id. ib. c. 7.* Vulneribus aliquem conſiderere. *Id. ib.* Vulnus accipere. *Id. l. 27. c. 33.* Ex vulneri mori. *Quintil. l. 5. c. 13.* Vulnus facere. *Colum. l. 4. c. 11.* Vulnere afficere. *Cic. 2. Phil. c. 39.* Vulnus alicui inſigere. *Id. 2. Tuſc. c. 17.* Vulnus obligare, *ſaſciar la piaga*. ¶ Sumitur etiam pro iſtibus, quibus ictur arbor, & ſucciditur. *Virg. 2. Æn. v. 650.* Vulneribus donec paulatim evicta ſupremum Congemuit, traxitque jugis avuſa ruinam. ¶ Et pro ſiſione terræ, quæ aratro fit. *Ovid. 1. Faſt. v. 666.* Omne reformidat frigida vulnus humus. ¶ Interdum & pro ipſo telo, quo vulnus inſigitur. *Virg. 2. Æn. v. 529.* Illum ardens inſecto vulnere Pyrrhus inſequitur. ¶ Translate ſumitur pro calamitate, damno, perniciẽ. *Cic. 1. Acad.* Fortunæ graviffimo percuſſus vulnere. *Id. 4. Fam.* Nunc autem tam gravi vulnere etiam illi, quæ conſenſu videbantur, recrudescunt. ¶ Item pro dolore animi, angore, mœſtitiã. *Virg. 12. Æn.* Sic exhortata reliquit Incertam, & triſti turbatam vulnere mentis. *Quintil. in proam. l. 6.* Illi enim, de quo ſumma conceperam, & in quo ſpem unicam ſenſutus reponeram, repetito vulnere orbitatis amiſi. ¶ Item pro amore. *Virg. 4. Æn.* At Regina gravi jandudum ſauca cura, Vulnus alit venis.

Vulnuſculum, i, n. exiguum vulnus. *Ulp. l. 1. ff. de Ædil. ed.* Proinde levis ſabricula, aut vetus quartana, vel vulnuſculum inodicum nullum habent in ſe delictum.

Vulpecilla, æ, f. *volpeſta*, *volpicella*, *ἀλώπηκιον*, parva vulpes. *Cic. 1. denar. Deor. c. 31.* In qua lepuleſcus, vulpeculaſque sæpe videtur. *Hor. l. 1. ep. 7.* Forte per anguſtam tenuis vulpecula rimam Reperit in cameram frumentum.

Vulpes, iſ, f. *volpe*, *ὑρῖς*, Ger. *fuchſſ*, Gal. *renard*, Hiſp. *vapaca*, *corra*, *ἀλώπηξ*, animal ſerum, ſingulari aſtutia. Videtur eſſe ab *ἀλώπηξ*, pro quo *Boles ἄλωπηξ*, unde *volopes*, & poſtea *volpes*. *Varr. l. 4. L. L.* a celeritate nomen adeptam putat, ut ita per Synœpen dicitur quali *volipes*. *Hor. l. 1. ep. 1.* Olim quod vulpes ægroto cauta leoni Reſpondit, referam. ¶ Translate *Pers. ſat. 5.* Aſtutam rapido ſervas ſub pectore vulpem. *Horat. de Ar. poet.* Nunquam te fallant animi ſub vulpe latentis. ¶ *Jungere vulpes*, proverb. eſt apud *Virg. Ecl. 3. v. 91.* & dicitur de re valde abſurda. neque enim vulpes aptæ unquam iugo eſſe poſſunt. ¶ *Vulpes pium mutat, non mores*, aliud proverb. apud *Sueton. in Veſp. cap. 16.* diciturque de iis, qui vita alie inſiſta animo habent, quæ non facile tollunt, temporum, ætatiffive mutatione. ¶ *Quam facile pium vulpes comiſſi*, aliud proverbium de iis rebuſ, quæ facilitate veri poſſunt. nam vulpes dentatiſſimæ cum ſint, nullo negotio pium conſiciunt. *Plaut. Moſt. 3. l. 32.* Tam facile vinces, quam pium vulpes comiſſi. Al. putant dici de re difficili, quod vulpes non piris, ſed alitibus tantummodo deſteſteret, ideoque hæc aviduſ, & faciliuſ comiſſi, quam illa. ¶ *Vulpes marina* picis eſt, vulpis ſimilitudine, eiufdemque cum terreſtri velocitatis. *Plin. l. 9. c. 43.* ¶ In plerique *Plauti* codicibus legitur *volpes* antiquo efferendi more.

Vulpinariſ, re, adject. ad vulpem pertinens, & translate fraudulentuſ, fallax, ut *Vulpinariſ amatio*, apud *Apul. l. 3. Metam.*

Vulpinor, aris, d. i. *vulpinari*, *operare in modo di volpe*, *ἀλωπηκίζω*, mendaciuſ, ac fraudibuſ vera perverto, ſive eſſugio, tractum ab intorſu vulpium curſu, ut placet *Nonio*. *Varro apud Suid. c. 1. a. 226.* Vulpinari modo, & conſurſa, qualibet erras.

Vulpinuſ, a, um, *vulpino*, *di volpe*, *ἀλωπηκιστός*, quod pertinet ad vulpem. *Plin. l. 28. c. 11.* Vulpinam linguam habentes in armilla lippituroſ negant.

Vulpio, onis, m. calliduſ, aſtutuſ, fallax, mendax. *Apul. in Apol. Tem. 11.*

Jam tum vulpionem & impium fuiſſe.

Vulfella. V. *Volfella*.

Vulfinſum. V. *Volfinium*.

Vulſura, æ, f. *πυλός*, *πύλας*, vellendi actus, a *vulſum* ſup. verbi *vello*. *Varr. l. 2. R. R. c. 11.* Lanam tonſam, & conglobatam alii vellera, alii vellumina appellant, ex quorum vocabulo animadverti licet, prius lanæ vulſuram, quam tonſuram, inventam.

Vulſus, & *Volfuſ*, a, um, *ſvelto*, *ſtripto*, *pelato*, *τεπλημένος*, partic. a vellor. *Lucan. l. 6. v. 231.* Vulſa pectore tela. ¶ Corpora vulſa, quibus pili ſunt evulſi. *Quintil. in proam. l. 8.* Corpora ſiquis vulſa, atque fucata muliebritur comat. *Poppo. l. 4. el. 8.* Volfuſ nepoſ. h. e. luxuri dedituſ, molliſ. piloſ autem vellere atque inſiſta in probro tuit.

Vulticuluſ, i, m. *viſſeto*, parvuſ vultuſ. *Cic. Att. l. 14. ep. 20.* Non te Bruti moſtri vulticuluſ ab iſta oratione deterret? id eſt vultuſ macie attenuatuſ.

Vultum, vel *Voltum*, i, n. idem quod vultuſ. *Lucret. l. 4. v. 1206.* juxtim miſcentes vultu parentum. *Enn. apud Non. c. 3. n. 200.* Averſabantur Superi noſ noſtraque volta.

Vultuoſuſ, a, um, *πρωτοπαίδης*, quicquid eſt nimium, & præter decorum in vultu, vultu ipſo nimis affectuatuſ, ut ſiquis in triſtitiã plus, quam deceat, vultum contrahat, quod quidam efficere ſolent, ut triſtiores videantur, aut in lætitiã frontem nimis exporrigat. *Cic. in Or. c. 18.* In quo cum effeceris, ne quid ineptum, aut vultuoſum ſit, tum oculorum eſt quædam magna moderatio. *Noniuſ triſte* explicat. *Apul. l. 13. Met.* Longe diſſimiliſ advenit non læta facie, ſed vultuoſa fronte rugis inſurgentibuſ aſſeverabat. id eſt teretica, & ad ſeveritatem nimis compoſita. *Quintil. l. 11. c. ult.* Quare non immerito reprehenditur pronuntiatio vultuoſa, & geſticulationibuſ moleſta, & vocis mutatõnibuſ reſultans. Ubi *vultuoſam* pronuntiationem appellat, quæ ſit mimica quadam geſticulatione ad orationem compoſita.

Vultur, uris, m. *avoltojo*, *γυψ*, avis rapax, & carnivora, quæ etiam vulturium, a *volvando*, quali *volutuſ*, quomodo a *volvendo* eſt *volutuſ*, ſeu *volutuſ*. Sic autem dicitur ob crebrum volatum, quomodo & apud Hebræoſ, *גורל* vocatur, a *גורל*, id eſt volare, Mirum in modum corporibuſ iam putrefactiſ delectatur. Unde non invenuſſe ex Græciſ nonnulli *πύξω* *εμώδους* appellaverunt, h. e. ſepulcra animata. Eximia autem eſt huiſ avi odorandi facultas, adeo, ut cadaverum putorem ultra maria percipiat, quod *Iſidoruſ* ſcribit *l. 12. c. 7.* Hæc res occaſionem præbuit fabulæ, qua quatuor ei narium ſpiracula tribuere, adeo ut & Philæſ idcirco *τετράκων* appellet. Æque tabuloſum, quod biduo, triduoque, aut etiam ſepten diebuſ circumvolare dicuntur loca, ubi cadavera ſunt futura. Quod *Plinius* ſcribit *l. 10. c. 6.* ex Umbriſ dii Arupiciſ ſententia. *Virg. 6. Æn. v. 597* Roſtroque immanuſ vultur obunco Immortale ſecur tundens, *Liv. l. 27.* Vulturemque frequenti ſoro in tabernaculum devolaſſe. ¶ A rapaci huiſ avis natura vultures quoque, ac vulturii dicti ſunt homineſ rapaceſ. *Cic. pro Sere.* Exierunt malis omnibuſ, atque excretionibuſ duo vultures proſudati. Intelligit Gabiniuſ, & Piſonem Conſuleſ inimicoſ ſuoſ, provinciãrum (ut sæpe eoz nomen) voragineſ. ¶ *Vulture præſeras cornuſ*, proverb. de re, quæ fieri non poteſt. *Claudian. l. 1. in Eutrop. v. 352.* Jam teſtudo volat, proterg jam cornua vultur, Prona petunt retro flaviuſ juga.

Vultur, riſ, m. moſ Apuliz, *Horat. l. 3. ode 4.* Vulture in Appulo.

Vulturinuſ, a, um, *di avoltojo*, *γυψίνος*, quod eſt vulturis. *Plin. l. 10. c. 3.* Quartii generiſ eſt percopteruſ, eadem oripelarguſ, vulturina ſpecie, aliſ minimiſ, &c. *Id. l. 29. c. 6.* Eadem viſ, & in vulturino ſelle eſt cum porri ſucco, & melle exiguu. *Id. l. 30. c. 4.* Vulturinuſ ſanguis cum chamæleontis albæ radice, & cedria trituſ, conſectuſque braſſica lepras ſanat.

Vulturiſ, iſ, m. idem ac vultur, apud veteres. *Enniuſ* : Vulturis in ſylviſ miſerum mandebat homonem. Ita terret *Priſcian. l. 6.* ſed apud *Charif. l. 1. & Serv. in 6. Æn.* eſt *Vulturur*.

Vultururuſ, & *Volturiuſ*, ii, m. 2. idem ac vultur. *Lucret. l. 4. v. 681.* Mellis apes quamvis longe ducantur odore, Vultururique cadaveribuſ. *Plaut. Truc. 2. 3. 16.* Ii quaſi vulturii triduo priuſ prædivinant, quo die eſturiuſ ſient. ¶ Dicitur etiam de homine inſatiabilis rapacitatis. *Cic. in Piſon. c. 16.* appellatuſ eſt hic vultururuſ, illiuſ provinciz (ſi Diis placet) Imperator. ¶ Sed & in taliuſ vultururuſ dictuſ jactuſ iſ, qui alio nomine vocabatur canis. Cauſa appellatiõniſ eſt, quod ille jactuſ vultururuſ inſtar hominem ſpoliare. erat enim damnofuſ. *Plaut. Cure. 2. 3. 77.* Provocat me in aleam, ut ego ludam. Pono pallium, Ille ſuum anulum oppoſuit; invocat Planeſium: Jacit vultururuſ quatuor. Taloſ arripio, invoco almam meam nutricem Herem; iactuſ baſilicum.

Vultururnaliſ, & *Volturnaliſ*, le, adject. ad Vulturum Deum pertinens, ut *Volturnaliſ Flamen*, qui ejus cultuſ eſt addictuſ. apud *Varron. l. 6. de L. L. & Feſtum*.

Vultururnuſ, m. 2. *Voltorno*, & *Fiume di Capoa*, fl. Campaniz, qui oritur in Samnio, apud ſineſ Atinæ, perque Venafum, Teſſam, & Capuam in mare Tyrrhenum ad Vulturum urb. decurrit, Calore, & Sabbato acceptiſ. *Liv. l. 8. c. 11.*

Vultururnuſ, & *Volturnuſ*, i, m. nomen Dei Tiberini. *Varr. l. 6. de L. L.*

Vultururnuſ, i, m. *Scirotuſ Levonte*, *ἀγρίων*, ventuſ ſpirans ab Ortu brumali, mediuſ inter Eurum, & Notum. Quædammodum *ΔΨ*, h. e. Africuſ dicitur, quia ex Libya, ſive Africa ſpiret, ita & Vultururnuſ appellatuſ eſt, quia ſpirat a Vultururno mari. Ita a *Plinio l. 35. c. 26.* vocatur id mare, quod erat ad oſtium Vultururni fl. Campaniz, quem juxta Cumas in mare labi ſcribit *Serviuſ*, ad illud *7. Æn.* Amniſque *Paduſ* *Accola Vultururni*. A Græciſ quibuſdam, *ἀγρίων*, *Euronotuſ*, vocatur, quia inter Eurum, Notumque ſit intermediuſ, ut docet *Favorinuſ apud Gellium, l. 2. c. 22.* & *Vitruv. l. 1. c. 6.* ¶ Neque tamen inter veteres Scriptoreſ de hac re omnino convenit. Nam *Plin. l. 2. c. 47.* ſcribit Vultururnuſ eundem eſſe, qui Euruſ, *Scirotuſ*; idem docent *Senec. l. 5. nat. queſt. c. 15.* & *Col. l. 5. c. 5.* qui tamen omneſ cum eundem illi locum, unde flat, allignent, nempe ortum brumalem, qui Euronoto tribuitur, dicere poſſunt, re quidem illoſ convenire, nomine tantum diſcrepare, præſertim cum Veteres non tam ſcrupuloſi fuerint, quam noſ, in ventorum regionibuſ, & appellatiõnibuſ diſtinguendiſ. ¶ Adjective *Sil. l. 12. v. 521.* Vultururna citata Tranſmittunt alno vada.

Vultuſ, m. *volto*, *faciã*, *ὄψις*, Ger. *angeſicht*, Gal. *viſage*, Hiſp. *carr*, *haz*, *πρόσωπον*, habituſ, ſive ſtaſ faciæ, qui pro animi affectuſ aliuſ, atque aliuſ oſtenditur, indicatio illa in homine, quo pro motu animi in facie oſtenditur, ac colligitur. Diſert a facie, quæ eſt oris ſpecieſ, nam eadem ſemper manet: at vultuſ, ut diximus, pro motu animi mutatur. *Cic. 1. de Leg. c. 9.* Nam & oculi nimis arguti, quemadmodum animo affectuſ ſimul, loquuntur, & iſ, qui appellatur vultuſ, qui nullo in animante eſſe præter hominem poteſt, indicat mores: cuiuſ vim Græci norunt, nomen omnino non habent. *Id. in Piſon. c. 1.* Non enim noſ color iſte ſerviliſ, non piloræ genæ, non denteſ putriõſ deceperunt, oculi, ſupercilia, frontuſ, vultuſ denique totuſ, qui ſermo quidam tacituſ mentis eſt, hic in fraudem homineſ impulſit, hic eoz quibus erat ignotuſ, deceptuſ, &c. *Id. 3. de Orat. c. 59.* Imago animi

vultus est, indices oculi. *Plin. l. 7. c. 19.* Vultus hilaris, aut turbatus. *Sueton. in Ner. c. 37.* Tumor & padagogi vultus. *Id. in Aug. c. 79.* Vultus tranquillus, & serenus. *Id. in Iul. c. 68.* Vultus adductus. h. e. in rugas contractus. *Tacit. 2. Hist. cap. 46.* Flectere, aut indurare vultum. ¶ *Vultu stultus rigi,* est ad nutum eius se componere. *Senec. l. 6. de benef. c. 7.* Tuus vultus, cui regendum me tradidi, colligit rugas, & attrahit frontem, quasi longius exeam. ¶ *Vultu sepe leditur pietas,* dictum celebre, quo significatur, pietatem in parentes adeo facile violari posse, ut non factis modo, aut verbo, sed & contumaciori vultu habitu ledatur. *Cic. pro Rosc. Amer. c. 13.* ¶ Interdum vultus accipitur pro facie. *Cal. Cic. l. 8. Fam. Malui collegæ eius, homini alienissimo mihi, & propter amicitiam tuam non æquissimo, me obligare, quam illius simiæ vultum subire. Martialis. l. 1. epigr. 32.* Dum nulla teneri sordent lanugine vultus. ¶ Hinc & pro imagine, aut signo vultum alicujus referent ponitur. *Popijc. in Præbo, c. 23.* Dignitate Probi Imperatores nostri prudenter & consecrandam vultibus, & ornandam templis, & celebrandam ludis Circensibus judicantur. ¶ Translate sumitur pro externa cuiusque rei specie. *Ovid. 1. Met. v. 6.* Unus erat toto naturæ vultus in orbe. *Virg. Æn. 5. v. 848.* Me ne falsi placidi vultum, fluctuose quietos Ignorare putas?

Vulva, æ, f. *matrice,* ὄντη, Ger. *bermuter,* Gal. *matrice,* Hisp. *madre,* μῆτρα, δειφός, ὄστρα, utriculus ille in foemina, in quo fœtus fit conceptio. Proprie autem vulva est brutarum animalium, uterus autem mulierum, ut docet *Plin.* Inquit enim l. 11. c. 37. Foemina eadem omnia, præterque vesicæ junctus utriculus, unde uterus appellatur, quod alio nomine locos appellat, hoc in reliquis animalibus vulvam. *Id. l. 26. c. ult. de aristolobis;* Vulvas quoque procedentes inhibet totu, vel suffitu, vel subjecto, maxime tenuis. ¶ Vulvam suillam Romani in deliciis habuere, præsertim ejectitiam. Nam quæ effœtis a partu eximiebant, quam porcarum vocabant, tanquam lividam, & macram rejiciebant. *Plin. l. 11. c. 37.* Vulva ejecto partu melior, quam edito. Ejectitia vocatur illa, hæc porcaria, primiparæ suis optima. Contra effœtis a partu, præterquam eodem die suis occidit, livida, ac macra, Nec novellarum suum, præterquam primipararum, probatur, potiusque veterum, dum ne effœtatur, nec biduo ante partum, aut post partum, aut quo ejecerit die. Proxima ejectitiz est occidit uno die post partum. Haftenus *Plin.* Hinc *Martial. l. 13. epigr. 56.* Te fortasse magis capiet de virgine porca, Me materna gravi de sue vulva caput. ¶ Quandoque accipitur vulva pro ipso pudendo muliebri. *Juven. sat. 6. v. 128.* Adhuc ædens rigida tentigine vulvæ. *Vulvula,* læ, f. parva vulva. *Apic. l. 2. c. 3.* Vulvulæ isciata sic fiunt. *Uvor,* oris, m. 3. humor. *Varro l. 4. de L. L. Uvæ* ab uvore.

U A N T E X.

Uxama, æ, f. *Osma.* Ptolemæo, lib. 2. c. 6. ὄσμη, urbs Hispaniz Tarracoenensis, in tractu Arreacarorum, in Regno Castellæ veteris, apud Durium fl. *Plin. l. 3. c. 3.* ¶ A Pompejo Magno everfa fuit, quod imperata tacere reculasit. Postea relecta, rursus a Mauris pene est in solitudinem redacta.

Uxentum, i, n. *Ugento, Ugenti, Ogenti,* urbs alias Salentinorum, nunc Terræ Hydruntinæ, proxima Vereto, ab ora litoralibus sinibus Tarentini 4. M. P. Parva est admodum, & ægre habitata.

Uxii, orum, m. pl. montes Armeniz majoris, ex quibus Tigris flu. oritur, ubi Uxii populi, & Uxia regio, apud Strabonem.

Uxor, oris, f. *moglie, γυνή,* mulier quæ viro tradita est. Veterum opinio est, *uxor* dici quasi *uxor*, h. e. unctrix. Causam etymo præbuit, quod sponsa mariti domum ingressura postes inungeret. Eademque ab re Juno dicta Uxia. *Dm. ad Hec. a. 1. sc. 2.* Uxor dicitur vel ab ungender postibus & signanda lana, h. e. quod, cum puellæ nuberent, maritorum postes ungebant, ibique lanam hegebant, vel quod lotos maritos ipsæ ungebant, cuius rei testis est Ennius: Exin Tarquinium bona foemina lavit, & unxit. *Servius ad illud 4. Æn.* Velleribus niveis, & tota fronde revintum: Moris, *inquit,* fuerat, ut nubentes puellæ simul, cum venissent ad limen mariti, postes, antequam ingrederentur, propter auspiciam castitatis ornarent, laneis vittis, unde ait velleribus niveis, & oleo ungerent, unde uxores dictæ sunt, quasi uxores. *Cic. pro Sext. c. 3.* Duxit uxorem patre vivo viro optimi, & calamitosissimi filiam, C. Scipionis. *Id. 3. de Fin. c. 20.* Uxorem sibi adjungere. ¶ Uxorum duo genera fuere, unum earum, quæ proprie uxores, vel matronæ dicebantur, alterum earum, quæ matres familias appellabantur. *Cic. in Top. Si ita Fabiz pecunia legata est a viro, si ea uxor materfamilias esset, si ea in manum viri non convenerat, nihil debetur. Genus est enim uxor, ejus duæ formæ, una matrum familias, hæ sunt, quæ in manum conveniunt, altera earum, quæ tantummodo uxores habebantur. *Matrona* dicta est pro oprie, quæ in matrimonium cum viro convenisset, quoad in eo matrimonio maneret, etiam si sibi liberi nondum nati forent. Ita enim dicta est a *maris* nomine, non adepto iam, sed cum spe, & omne mox adipiscendi; unde ipsum quoque matrimonium dicitur. *Mater familias* appellata est ea sola, quæ in mariti manu, mancipioque, aut in ejus, in cuius maritus manu, mancipioque esset, quoniam non in matrimonium tantum, sed in familiam quoque mariti, & in sui heredis locum venisset. *Gail. l. 18. c. 6.* Sed *Festus* ita scribit: Mater familie non ante dicebatur, quam vir ejus pater familie dictus esset, nec post hoc nomine plures in una familia præter unam appellari, sed nec vidua hoc nomine, nec quæ sine filio est, appellari potest. Longe aliter *Ulpianus* scripsit. l. *pronuntiatum, 46. ff. de verb. signif.* Matrem familias accipere debemus eam, quæ non innoctie vixit. Matrem enim familias a cæteris foeminis mores discernunt, atque separant. Proinde nihil intererit, nupta sit, an vidua, ingenua sit, an libertina. Nam neque nuptæ, neque natales faciunt matres familiarum, sed boni mores. Hæc *Ulp.* Cæterum *uxorem venire in manum mariti,* erat eam discedere ex potestate patris, vel tutorum, & transire in dominium mariti, vel eorum, quibus maritus subjectus erat. Item cum *uxorem in manu mariti esse* dicitur, eam in mariti potestate esse intelligimus, atque ita ut sine eo auctore nec testari, nec contrahere possit. *Sigon.* ¶ Tribus autem modis uxor in manum, seu potestatem mariti veniebat, usu, iure, coemptione. Ex his illa solum intermatrimonia vocabatur, quæ per coemptionem in manum mariti venerat. *Usu* huius matrimonium dicebatur, cum tutoribus auctoribus mulier in matrimonium con.enebat, & cum viro ita consuecebat, ut cum iusto marito, adeo ut, si usus ille intra annum non interrumpetur, pro usufructu jam haberetur. Qua de re nonnihil scriptum fuisse in XII. Tabulis, satis *Gail.* indicat l. 3. c. 2. Q. Mucium Jurisconsultum dicere solitum legi, non esse usurpatam mulierem, quæ cum Cal. Januarii apud virum causa matrimonii esse coepisset, ante diem 4. Cal. Januarii sequentes usurpatum esset. Non posse impleri trinotium, quod abesse a viro usurpandi causa ex duodecim Tabulis deberet, quoniam tertiz noctis posteriores sex horæ alterius anni essent, qui inciperet ex*

Calendis. Ex his *Gellii* verbis apparet, ut aliarum rerum, sic etiam uxorum usufructum fuisse, & si uxor per annum integrum, nullo interrupto usu apud virum fuisset, in manum mariti venisse, & ex tutorum potestate exisse, ulum vero, si per tres noctes ab eo abisset, interruptum fuisse. *Confarreatio* fuit contractus matrimonii proprius Pontificum, qui solemnî sacrificio celebrabatur, ita dictus, quod Romani omne sacrificium a farre exordirentur, ut Græci ab hordeo, conjuges vero eodem farre vescerentur, quo etiam victimas respergerent. *Ulpian. lib. 9. Instit.* Farre convenit in manum certis verbis, & testibus decem præsentibus, & solemnî sacrificio facto, in quo panis quoque farreus adhibetur. *Plin. l. 18. c. 3.* In facris nihil religiosius confarreatiois vinculo erant, novæque farreum præferant. Hinc *disfarreatio* apud *Festum* dissolutio matrimonii dicitur contarrateatione contracti. Cæterum *Tacit. l. 3. Annal. ait,* contarrateandi consuetudinem aut omniam fuisse, aut inter pacos retentam. *Coemptionis* hæc ratio fuit. Veteri Romanorum lege, ut *Varro* tradit, nubentes mulieres tres ad virum asses ferre solebant, atque unum quidem, quem in manu tenebant, tanquam emendi causa marito dare, alium, quem in pede habebant, in foro Larium familiarium ponere, tertium in faccipio cum condidissent, compito vicinali solebant resignare. Huius rei meminit etiam *Cic. pro Mur. & l. 2. de Or.*

Uxorcula, æ, f. *γαμψιδιον,* parva uxor. *Apul. l. 9. Metam.* Erat ei uxorcule, etiam satis quidem tenuis. ¶ *Ufurpatur* hæc vox in blanditiis. *Plaut. Caf. 4. 19.* Mea uxorcule. *Id. ib. 5. 2. 32.* Amabo mea uxorcule, cur virum tuum sic me spernis?

Uxorculo, as, a. 1. diligo. *Plaut. apud Var. l. 6. de L. L.* Mulieres uxorculeavit; ego novi, scio actiofas. Alii exponunt, uxores fecit.

Uxorius, a, um, *della moglie, γυναικίον,* quod est uxoris, vel quod ad uxorem pertinet. *Cic. 3. Offic.* In arbitrio rei uxoria melius, æquius. *Ovid. 2. de Ar. v. 155.* Hoc decet uxores, dos est uxoria lites. ¶ *Uxoriz forma,* pulchritudo mediocri. *Gel. l. 5. c. 11.* Inter pulcherrimam foeminam, & deformissimam media quædam forma est, quæ a nimia pulchritudinis periculo, & a summo deformitatis odio vacat, qualis a Q. Ennio in Menalippa perquam eleganti vocabulo *stata* dicitur, quia neque *κατὰ* futura sit, neque *κατὰ*: quam formam moicam, & modestam Phavorinus non mehercle inscite appellabat uxoria. ¶ Aliquando uxorius, *γυναικίος, Πρωτόγονος,* dicitur, qui uxori nimis inservit. *Virg. 4. Æn. v. 266.* Tu nunc Carthagini altæ Fundamenta locas, pulchramque uxorius urbem Extruis? *Horat. l. 1. od. 2.* Vagus, & sinistra Labitur ripa, Jove non probante, uxorius amnis. ¶ *Uxoriz bibere* apud *Quintil. Declam. 15.* est bibere medicamenta, quæ uxoris amorem conciliant. ¶ *Uxorium pendere* dicitur, qui, quod uxorem non haberit, æs populo dedit. *Fest.*

DE L I T E R A X.

X Litera, ξ, semivocalis est, ex earum numero, quæ duplices appellantur. Vini enim duarum consonantium habet, idest *cs*, vel *gs*. Sane veteres pro *x* modo *cs*, modo *gs*, utebantur, ut *apex, gregis*, pro quibus nunc *apex, & gregis* dicimus. *Quintil. l. 1. c. 4.* Et nostrarum ultima X, qua tamen carere potuimus, si non quæssissemus. ¶ Latini hoc elementum, quod vultioris soni videtur, quibusdam dictionibus exemerunt, unde pro vexillo *velum*, pro axilla *alam*, pro paxillo *paxum* dicere maluerunt. Quod & ipse testatur *Cic. in Orat. c. 45.* Quomodo enim, inquit, nostrar Axilla, Ala factus est, nisi fuga vultioris literæ, quam literam etiam *emaxillis, & taxillis, & vexillo, & paxillo* consuetudo elegans Latini sermonis evellit? ¶ In compositione, quotiescunque præcedit dictionem incipientem a vocali, vel *c, p, e,* utraque compositionis pars remanet integra, ut *exavo, exeo, exigo, exoleo, exuro, excursio, exersi, explado, extraho, exundo.* Sed si præcedat s literam, s vel abijcitur, vel retinetur; scribitur enim *exsurgo, & exurgo, exsequor, & exequor,* &c. ¶ X litera apud veteres, quemadmodum etiam hodie apud nos, nota fuit numeri denarii, sicuti & V, quæ dimidiata pars est literæ X, nota est numeri quinarum. Hinc factum est, ut in vetustis codicibus hæc nota aliquando invenitur pro denario Romano, quæ quatuor valebat nummis sestertis. *Plin. l. 2. c. 12.* Quod minore folio est, mesosphærum appellatur, emitur X Lx. Laudatissimum microsphaerum & minimis folium; pretium ejus X. Lxxv.

X A N T E A.

Xanthe, es, f. *Ξάνθη,* Nympha marina, Oceani, & Tethyos filia, a *Ξάνθος, ξ, es, flavus, a, um,* nempe a colore flavo, sive rufo. *Hesiod. in Theogn.*

Xanthènes, is, m. gemmæ genus, a *Ξάνθος, flavus,* quia est electri colore. *Plin. l. 37. c. 10.* Xanthenem in Media nasci Democritus tradit electri colore, & siquis terat in vino, palmeo, & croceo, ceræ modo lentescere, odore magnæ suavitatis. Aliqui codices habent *xanthemum.*

Xantho, us, t. contr. *Ξάνθος,* una ex Nymphis, Oceani, & Tethyos filia. *Virg. l. 3. Georg.* Drymonæque, Xanthoëque, Lyceaque, Phyllodoceque. *Hesiod. in Theogonia* Xanthen appellat.

Xanthos, m. 2. *Ξάνθος,* gemmæ genus. *Plin. l. 37. c. 10.* Est & alia ejusdem generis, quæ vocatur heni ab Indis, xanthos appellata a Græcis, & sulvo candidans.

Xanthus, i, m. *Santo, Ξάνθος,* fl. Phrygiæ, seu Troadis, qui ex Ida monte oritur, atque in portum Achæorum & in Hellespontum apud Dardanum urbem influit. Diversus est a Scamandro, & a Simoente. *Plin. l. 5. c. 30.* Sed *Dion. Præf. & Maxim. Tyrius* eundem esse ac Scamandrum, tradunt. Verum quia hi tres amnes confluit apud oram, propterea iidem ab aliquibus censentur. Dicitur creditur a *Ξάνθος, flavus,* quod ovium vellera raro inficiat colore. *Plin. l. 2. c. 103.* Secundum fabulas fuit filius Jovis. De hoc oraculum Apollinis tuit, Græcos Ilii non esse potituros, nisi equos Rhesi abduxissent, antequam herbam Troadis gustassent, & de Xanthi aqua bibissent, quod a Diomede, & Ulisse factum est occiso Rheso noctu, & per insidias. *Virg. 1. Æn.* Ardentesque avertit equos in castra, prius, quam Pabula gustassent Trojæ, Xanthumque bibissent. ¶ Xanthus alter, qui *Seraboni* Sirbis, & *Plinio* Glaucus dicitur, *Santo, Sirbi,* fl. Lyciæ, qui ex Cadmo monte oritur duobus fontibus, Xanthum urbem interluit, & non procul ab ea in Lycium mare se exonerat. *Virg. 4. Æn.* Qualis ubi hybernam Lyciam, Xanthique fluentem Deserit, ac Delum maternam invisit Apollo. ¶ Xanthus item, fluviolus Epiri, qui arefcit. *Virg. 3. Æn.* Pergama, & arentem Xanti cognomine rivum Agnosco.

Xanthus, i, t. Xanthopolis, *Santo, Sirbi,* urbs Lyciæ, non parva, proxima Patharæ, ab oïto Xanthi fl. quo alluitur, 70. stad. Si *Stephano* credimus, a Xantho Creteni nominata est. *Plin. l. 5. c. 27.* ¶ Xanthus item opp. Lesbii ins. *Steph.*

Xeniolum, i, parvum xenium. Apul. l. 2. A. A. Commodum merities ac-

Xenium, ii, n. regalo cbe si fa agli ospiti, & Xenon, munus hospitibus dari

Xenodochum, vel Xenodochium, i, n. spedale, Ger. spital, Gal. hospital, Hisp. hospital, ξενοδοχίον, hospitale, locus publicus, quo hospites, id est peregrini, excipiuntur, & Xenodochus, i, m. ξενοδόχος, qui advenas inopes hospitio excipit.

Xenoparochi, m. 2. ξενοπαροχοι, iidem qui Parochi, qui legatis publice missis, caterisque alicuius dignitatis hospitibus solem, & ligna praebeant, unde & nomen acciperent, παρα τοις ξενοις τα επιτηδεια παροχοι, quod hospitibus necessaria suppeditarent.

Xenophon, ontis, m. ξενοφων. Philosophus, & Dux insignis Atheniensium, discipulus Socratis, condiscipulus Platonis, cum quo & similitates gessit, ut fufe probat Gellius l. 14. c. 3. Fuit moratus, lenis, & dulcis. Hinc Xenophontis voce Musas locutas ferunt. Perfunctus est militia cum Cyro minore, eoque in acie caelo, exercitus reliquias ex ultimis Babylonis finibus per aspera, & difficillima itinera incolentes in patriam reduxit. Scriptis Socratis sermones, & librum de Oeconomia, qui a Cicerone ipso latinitate donatus est. Item librorum sex de rebus Graecorum, idest historiam Peloponnesiaci belli, ac eorum, quae Athenienses post Thucydidem gesserunt, quae Paralipomena appellavit. Scriptis item Cyri majoris Pediaam, non tam historice feruens veritatis (ut inquit Cicero l. 2. de Or.) quam ut absolutum infitueret ducem: praeterea Cyri minoris expeditionem adversus Artaxerxem fratrem. Scriptis item Sympodium. Ad haec scriptis de re equestri, de veneratione, Socratis Apologiam, aliaque nonnulla, quae etiam hodie omnium manibus tenentur. Xenophon alter, vir Antiochenus, qui Amatoria quaedam scripsit, quae Babylonica appellavit. Fuit & hoc nomine vir Ephesus, qui & ipse Amatoriam narrationem libros decem scripsit, quae Ephesiaca nominavit. Item vir Cyprius, qui & ipse Amatoria quaedam edidit de Cinyra, Myrrha, & Adonide, quae Cypriaca inscripsit. Quae Laertius septem commemorat Xenophontes, quorum nomina, & scripta vide apud ipsum.

Xenophontus, a, um, & Xenophontus, a, um, adiect. ad Xenophontem pertinens. Cic. de clar. Orat. c. 35. Xenophontem sermonis genus. Id. 5. Fam. ep. 12. Hercules Xenophontus. h. e. a Xenophonte in suis scriptis inductus.

Xerampelinus, a, um, ξεραμπελινος, quod vitem siccam imitatur, ut Xerampelinus color, colore di rosa secca, ξεραμπελινον χρωμα, quem videre est in arefactis vitium foliis, ut Julius Scaliger exerc. 325. sect. 30. innuit, & etymon docet. Est enim ξεραμπελινος ex ξερος, hoc est aridus, & αμπελινος, hoc est viteus, quod ab αμπελος, uitis. Quamquam quæri possit, num xerampelino color a vitis foliis id nomen impostum sit, quae adulto jam autumno vel cruentata rubent, an a vitibus ipsis, quarum color pullus est. Sane quidam censent, xerampelinum colorem potius esse pullum, sive atrum, idque adducti verbis Suidæ, qui χλωμυδus ξεραμπελινος, etiam ατραπαχης dictas ait: at has idem a colore atro dictas arbitrat, quemadmodum apud eum in Ατραπαχης videre potes. Utra verior sit sententia, docemur verbis hinc Juvenalis Scholiastæ veteris, ad vocem Xerampelinas sic commentantis: Vestes scilicet, quae ad usum matronarum fuerunt ampelini coloris, qui inter coccinum, & muricem medius est. Xeron vero sicum significat. Hæc ille, quæ plane priorem opinionem firmant. Hinc xerampelinæ vestes, quæ colore xerampelino tinctæ sunt. Juven. sat. 6. v. 517. Et xerampelinas veteres donaverat ipsi.

Xeranticus, a, um, adiect. disseccativo, efficcativo, exsiccandi vim habens, ut xerantica decoctio, apud Æmil. Mac. 1. 88. Ad Theod. Priscian. l. 2. c. 3.

Xerocollyrium, seu xerocolyrium, n. 2. ξεροκόλλιον, oculorum medicamentum, cuius materia sunt res aridæ, ut semina fructus, aromata, aliaque huiusmodi. Marcell. Empir. c. 8.

Xeroliba, æ, f. ξερολίβια, Libya sicca, pars interior Libyæ arida, & deserta, propter aquarum inopiam, inter Tripolim, & Pentapolim. Servius in Æn. 4. v. 43.

Xerolophus, m. 2. ξερολόφος, tumulus aridus, & siccus, ex congeffis nempe lapidibus, a ξερος, aridus, & λόφος, tumulus. Huiusmodi locus fuit Byzantii, ubi coelestis sexdecim, & Dianæ columna structilis, & tripodes, quibus multa epigrammata erant inscripta, cuius adhuc non obscura vestigia supersede dicuntur. Priscian. l. 1. c. De accidentibus literæ: Et epigrammata, quæ egomet legi in tripode vetustissimi Apollinis, qui fuit in Xerolopho Byzantii, sic scripta &c. Id. l. 6. Et quod hoc verum est, ostendunt epigrammata vetustissima, quæ literis antiquissimis scripta in multis tripodibus legi, & maxime in tripode Apollinis, qui est Constantiopolis, in loco, quem ξερολόφος vocant. Hæc voce utitur & Justinianus, C. de pub. iudic. etiamfi Aletias vocem adulterinam esse putaverit.

Xerophagia, æ, f. ξεροφάγια, usus ciborum aridorum, post quos non opus

Xiphias, æ, m. ξιφίας, piscis genus, rostrum habens mucrone armatum, unde & Latini Græcos imitati, gladium appellant. Dicitur a ξιφος, ensis, quia figura eodem refert. Plin. l. 32. c. 2. Xiphiam, idest gladium, rostrum mucronato esse, ab hoc naves perfoffas mergi in Oceano ad locum Mauritanicæ, qui Cotta vocetur, non procul Lixæ flumine. Xiphiz item stellæ sunt ex genere cometarum, figura gladii. Plin. l. 2. c. 25. Eisdem breviores, & in mucrone fastigiatas xiphiz vocare, quæ sunt omnium pallidissimæ, & quodam gladii nitore, ac sine ullis radiis.

Xiphion, n. 2. ξιφίον, herba folio mucronato, iridi non dissimilis, quam Romani gladiolum, vulgus herbariorum sparulam fastidam appellat. Plin. l. 25. c. 11. Xyphion, & phaganion in humidis, cum primum exit, gladii præbet speciem, caule dum cubitorum, radicis ad nucis avellanæ figuram simbriatæ, quam effodi ante messes oportet, siccati in umbra.

Xylos, i, f. herba, quæ & symphoniaca dicitur, & hyofcyamus. Apul. de herb. c. 4.

Xyline, es, f. i. Sentsis, ξυλίνη, opp. Cappadociæ, maritimum, ultra Trapezuntum, inter Cordulam ad Occ. & Asporum ad Or.

Xylinum, i, (subaudi linum: est enim adiectivum a Xylon) bambagia, bombox, coronæ, ξυλίνας, genus lini candidissimi, & mollissimi, quod etiam gottipium vocatur, nascens in frutice, cui nomen xylon, item gottipio, pomis quibusdam inclusum, barbatae nucis non dissimilibus, quæ maturitate hincetia globum lini ostendunt. Plin. l. 19. c. 1. Superior pars Ægypti in Arabiam vergens gignit fruticem, quem aliqui gottipion vocant, plures xylon, & ideo lima inde facta xylina. Parvus est, similem tantem intelligere oportet flos bombycum, sed lanuginem fructu xyli contentam, quam sic vocat, quia & mollitie similis est bombycum operi, & similiter ex ea telas nent, vestefque textunt. De hac lanugine sic Ulpianus in l. si cui lana legetur, ff. de legatis, 3. Lana legata, etiam leporinam lanam, & anserinam, & caprinam credo contineri, & de lino, quam Græci ξυλίνας, hoc est lignam lanam, appellant.

Xylobalsumum, i, n. xylobalsumo, ξυλοβάλσαμον, balsami arbutulicæ lignum, cuius succus opobalsamum appellatur. Plin. l. 12. c. 25. Ampugnum, cuius succus opobalsamum appellatur. Plin. l. 12. c. 25. Ampugnatum ipsa, furculufque venit intra quintum demum annum. Xylobalsumum vocatur, & coquitur in unguentis.

Xylocianamomum, i, n. ξυλοκιανόμομον, cinnami lignum. Plin. l. 12. c. 19. Ipsum vero lignum in fastidio est propter origani acrimoniam, xylocianamomum vocant.

Xylocianamomum, i, n. ξυλοκιανόμομον, cinnami lignum. Plin. l. 12. c. 19. Ipsum vero lignum in fastidio est propter origani acrimoniam, xylocianamomum vocant.

